Universidad de Sevilla
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 7

39,3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex bibliotheca collegii Loyolæi

TOMVS TERTIVS
OPERVM D. IOAN. CHRYSOSTOMI,
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

EA CONTINENS, QVIBVS EVANGE-
lium beati Ioannis explicatur: Rursus homilias iuxtà
pias ac doctas in Acta apostolorum
cum alijs aliquot.

* *
*

HORVM OMNIVM ELENCHVM,
uersa pagina, reperies.

Prima nostra cuncta expurgatorij
nouissime adibus an. 1632

spes eius: & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus

in uanitates, & insanias falsas.

VENETIIS AD SIGNVM SPEI
M D XLVIII.

A 1642.
Don Fran.co de Graxuiro

COLLEGII SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA

El de la casa de la Compañia de Jhus de Azcoitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS OPERVM
TOMI TERTII.

Commentariorum Chryſoſtomi in euangelium Ioannis Homiliæ. lxxxvij. 4.A.
HOMILIAE ALIQVOT IN IOANNEM ſecundum ordinem capitum.
Ex cap. I. De fide in Chriſto, homilia. 89.H
Ex eodem, De diuo Ioanne Baptiſta, homil. 90.B
Ex cap. 2. Contra Iudæos, Gentiles, & hæreticos ſermo, de euangelio, Nuptiæ factæ ſunt, &c. 91.A
Ex cap. 4. in illud, Veniet hora, quando ueri adoratores adorabunt patrem, in ſpiritu & ueritate, homilia. 92.C
Ex cap. 11. de Lazaro reſuſcitato, homilia. 92.G
Ex cap. 15. in illud, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, q̃ mando uobis: homiliæ duæ. 92.L.&.93.E
QVAE SEQVVNTVR SVBIECIMVS, ut ad iuſti uoluminis magnitudinem tomus excreſceret.
In Acta Apoſtolorum homiliæ. LV. 93.M
De laudibus ſancti Pauli homiliæ, VIII. 172.A
In commemoratione ſancti Pauli, de charitate ſermo. 180.H
De ferendis reprehenſionibus, & conuerſione Pauli, homilia. 181.C
De proditore & myſterijs cœnæ dominicæ, in quinta feria paſſionis ſermones. VI. 183.M
De proditione Iudæ, homilia. 186.E
De latrone, ſermo. 188.C
De cruce & latrone, homiliæ duæ. 188.H
De cruce dominica. 190.M
De reſurrectione, homiliæ. IX. 192.A
De aſcenſione domini, ſermo. 197.B
De pentecoſte ſermo. 198.I
De ſpiritu ſancto, ſermo. 199.M
De ſancto & adorando ſpiritu. 201.G
De fide, & lege naturæ, & ſancto ſpiritu, ſermo. 204.K
De trinitate ſermo. 206.G
De euchariſtia in Encænijs. 208.K
De præmijs ſanctorum, diuerſiſq; honoribus Apoſtolorum, & de gehenna ſi ſit, & ubi ſit ſermo. 209.D
De martyribus ſermones. II. 210.A
De beato Philogonio oratio. 211.B
In Iuuentium & Maximum martyres ſermo. 212.K

COLLEGII SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA

FRANCISCI ARETINI, IN DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI commentarium ſuper Ioannis euangelio, ad clariſsimum uirum Coſmum Medicen Florentinum, præfatio.

COMMVNIS ferè omniũ opinio eſt, Coſme uir clariſsime, ſuperiores & longè à memoria noſtra remotas ætates, omnium uirtutum genere noſtram ſuperaſſe, nec ullũ nunc inueniri quem maioribus illis comparare poſsimus: in qua ſententia multitudinem eſſe minimè miror, cuius id ingenium eſt, ut audita uiſis, & uetuſtiſsima quæque maiora arbitretur. Quòd autem uiri graues & doctrina, & retC rum uſu exerciti idem ſentiant, hoc ego quàm iniquiſsimo animo ferendum cenſeo. Non tamen is ſum, qui negem maiori clarorum uirorum copia illa tempora floruiſſe, aſſentior ſanè, libenter ob meam in ſeculum noſtrum pietatem (ſi commodè poſſem) negaturus. Non enim mihi ita faſtidio ſunt homines mei, ut neminem illis profitear comparandum, ut plerique obſtinata aſſertione contendunt, malè de ſeculi ſui hominibus meriti, quibus partim qui uiderint, partim qui conſuetudine deuinctos habuerint, nonnullos qui beneficos in ſe experti ſint, fauere profectò deberẽt, ut etiam ſi non omnino id ſentirent, tempora tamen ſua amore complecti, & pro uiribus extollere uiderentur. Eſt enim, ut ſentio, bene inſtituti hominis temporum ſuorum bonis delectari: & ſi quem uideant uirtutibus præcellere, tantò eos maiori admiratione & laudibus proſequi, quantò inter paucos eius uirtus clarior apparet. Et profectò ſi ætatem noſtram non malignè, non inuidè conſiderare uoluerimus, uiros clariſsimos habuit habetq̃, quos ſiue D magnitudine animi, ſiue ſapientia, ſiue rerum geſtarum gloria, ſiue magnificentia, ſiue rerum publicarum adminiſtratione: ſi non præferre, auſim tamen maioribus comparare, unde non minora uirtutis exempla, quàm à maioribus illis nobis proponerentur. Quod licèt non huius loci, neque propoſiti ſit in præſentia diſquirere: paucos tamen attingam, ne uidear uelle quidem, quos tamen laudare poſsim, non habere. Quid enim de Martino quinto dicam, qui cùm primùm ad ſummum eſt pontificatum aſſumptus, imbecillimum, & uarijs caſibus agitatum eccleſiæ ſtatum, & diuturnum ſchiſma ita ſedauit, ita in unum corpus redegit, ut ex maximis perturbationibus & procellis, in tranquilliſsimum portum tanti gubernatoris peritia periclitantem Petri nauiculam appulerit? Quid ad clariſsimum principem Nicolao quinto defuit? cuius tempora etſi breuiſsima, quantulacunque tamen, in hac noſtra inferiori Italia Auguſti paci contulerim, cuius ductu & auſpicio, ut urbs Roma, ita & Romana lingua renouata eſt, quem niſi tam rẽpentè inuida mors è medio ſuſtuliſſet, non minus quàm Auguſtus urbem è lateritia marmoream reliquiſſe gloriari potuiſſet. Quid Pio ſecundo pietate par? uerè inquam pio, qui ut commiſſæ ſibi eccleſiæ & Chriſtianæ religioni conſuleret, inualido & imbecillo corpore nullum recuſauit laborem. Quid Alphonſum Arragonum regem memorem, qui ut maximo animo Siciliæ ſibi regnum uendicauit, ita & quoad uixit, & ſapientia, & authoritate incredibili id rexit, & tutatus eſt? Quid Franciſcum Sphortiam? nonne cuiuis ueterum imperatorum iure comparabis, cuius tu nominis & gloriæ Coſme uel in primis author fuiſti? Neq; enim te E ullo pacto tacere aut poſſum, aut debeo: tu enim unus es, quem in priuata fortuna cuiuis maiorum non æquandum modò, ſed longè præferendum contenderim. Tu unus es quem unicè admirari, de quo maximè gloriari poſsimus: tu unus multorũ ſimul laudes complexus es, Pompeij authoritatem & gloriam, Catonis ſeueritatem, Luculli magnificentiam, Craſsi, ſed in meliores uſus, diuitias, ſummam præterea in immortalem deum religionem. Extant claſsima pietatis tuæ & in deum, & in patriam monumenta, extant innumera & in priuatos homines beneficia: longè plura ſuſpicor, quibus tacita tecum conſcientia lætaris, quæ indigentibus dei ſeruis, innuptis uirginibus, reliquis pietatis operibus tam larga dextra exhibes, ut ſecũdum domini præceptum, neſciat ſiniſtra. Et tamẽ indies magis atque magis diuitiæ abundant, creſcunt, exuberant, centuplum accipietis, inquit. Et meritò quidem. Cui enim potius credendæ ſunt, quàm qui & ſciat, & uelit quam liberaliſsimè diſtribuere? Iure igitur ſummi dei clementia, in clariſsima Italiæ F ciuitate, in ſumma & authoritate, & amore omnium te principem conſtituit: & ut Ciceronem Italia, ita ciues te tui in patriam, ſummo omniũ conſenſu, ab exilio reportarunt. Vbi tot annos in tranquilliſsima pace, in omnium admiratione filijs paternam imaginem, uirtutemq̃ reuerentibus indolis eximiæ tot propinquis, tot amicis munitus, ſumma cum laude conſenuiſti: ubi te omnes patrem patriæ & loquuntur, & ſentiunt: ubi ut Demoſthenem ferunt Athenienſes populi, ita tu & principũ, & rerum publicarum pro arbitrio tuo habenas ſæpenumero moderatus es, ut nemo ſit, qui ſapientiam, qui uirtutem, qui ingenium tuum non admiretur: ut & ubi clarorum principum nomen peruenire nõ potuit, ibi tuum celeberrimum habeatur, atq; te cõſummatiſsimũ uirum reddas. Inter publicas & grauiſsimas occupationes ſi quid otij datur, id omne liberali menſæ, hoc eſt ſtudijs, & diuinis impendis lectionibus, quibus animus eruditur, oblectatur, paſcitur, ueram cõcipit beatitudinem. Hæc & alia plura cùm de præſtantia tua iam diu

G acciperem, accusabam sanè fortunam meam: cui talem uirtum uidere, & colere non licebat: quod ergo unum in primis desiderabam uotis meis, humanitate incredibili audisti: iussisti Florentiam uenirem, ueni, te uisitaui, ut filium accepisti, spem bonam dedisti. Sed cùm inter loquendum abs te acciperem, quantopere in Ioannis Chrysostomi commentario super Ioannis euangelio, quem nuper rudi & inemendato stylo traductum, R. patri Ioanni episcopo Attabatensi dederam, delectarere, incredibilem cepi uoluptatem, aliqua ex parte tuæ in me benignitati satis facturum ratus. Itaque cùm primum Romam redirem, me ei ultimam manū imponere, & clarissimo nomini tuo inscribere pollicitus sum. Primam igitur eius partem, cuius Græcum exemplar penes me est, pro ingenioli mei uiribus emendaui, quam, dum reliquum & in-
H ueniam & absoluam, uisum est interea ad præstantiam tuam mittere, ut me pollicitationis meæ memorem intelligas: opus enim permagnum est, & tempore indiget. Et licet in librorum præfationibus authorū laudes colligi soleant, eas tamen in K
præsentia prætermittere statui: non quin latissimus in Chrysostomo (siue doctrinam, siue mores intueri uelimus) cōmendationis campus pateat, ut etiam infanti linguę uberrimam dicendi materiam præstare possit: sed cùm ad te uirum præstantissimum dirigatur, nolui tantū mihi tribuere, ut ea ostendam quæ tibi longè quàm mihi erant clariora. Cognosces uim hominis, cognosces doctrinam, cognosces mores: quorum plerosque, uel omnes potius in te cognosces. Non tamen is sum, qui non intelligam, quantum Chrysostomo dignitatis: quantum splendoris imbecillis interpres abstulerit: sed utcunque sententias tamen me assecutum spero. Accipias ergo, qua soles humanitate hanc editionem, quam ego tam libenter exhibeo: ut, si gratum tibi fuisse intellexero, maximū abs te beneficium me accepisse existimem. Nec me mediocriter & ad hanc perficiendam, & alia aggredienda Cosmus lector hortabitur.

A DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI

Constantinopolitani commentarij super Ioannis euangelium prologus: Francisco Aretino interprete.

QVI agonum certamina spectare consueuerunt, cū insignē quempiam athletam, & coronis plurimis donatū, alicunde profectum intelligunt, oēs certatim concurrunt, ut eius luctas, artēq; & corporis robur cōspicentur: & uideri quidem nonnunq; uniuersum theatrum licet, multis hoium milibus inundās, q & corporis & animi oculos penitus intendāt, ut nihil eorū, q̄ in ipso aguntur spectaculo, se prætereat. Tū siquis præstanti ingenio musicus aduētauerit, nō minori studio idē ipsi theatrū occupāt, & omissis oībus q̄ in manibus habent
B negotiis, & sæpenumero necessarijs & urgentib⁹, nō minori studio aduolant, sedentq; incredibili cantus plaususq; accipiendi cupiditate, & de utriusque præstantia inter se disputant. Et hæc qdē multi. Qui aūt rhetorū callent rationes, ipsi quoq; in sophistis hoc idem contendunt. Quippe & in his spectacula sunt, auditores, plausus, suffragia, & inquisitiones eorū, q̄ dicuntur diligentes. Quòd si rhetorū, tibicinūq;, ac athletarū & spectatores, & auditores eadē cōsident attentione, quantū nobis studij, quātū diligētiæ, si recte iudicabimus, adhibendū erit? non in tibicinis, neque sophistę, aut gladiatoris, sed uiri è cœlo uocē tonitru clariorē proferentis spectaculo, q uniuersum orbē suo clamore cohibuit, cōprehēdit, implicuit, non nimio quidē, sed diuinæ gratiæ exuberantia, quæ ab eius lingua affatim emanauit. Et qd mirum sit, tātus clamor non asper, non iniucundus, sed omni musica harmonia suauior, quo nil auditorū aures posset uehementius demulcere. Huc accedit, quòd sanctissimus, quòd admirationis plenus, arcana redundās sapientia, qui tot tantaq; confert bona, ut q diligēter & accuratè eū accipiūt & obseruāt, nō iam hoies, &
C terræ incolæ habēdi sint, sed super oīa huius seculi bona collocētur in angelorū consessu: neq; aliter terrā, q̄ cœlum habitant. Tonitrui. n. filius est Christo
Marc.3.b dilectissimus, colūna omnium quæ in orbe sunt ecclesiarū, qui cœli claues habet, qui Christi calicē bi-
Ioan.21.f bit, & baptismatis aqua ablutus est, q̄ sup pectus domini multa cū fiducia recubuit. Huc nos in præsentia aggredimur, q neque fabulas effingit, neq; personatus incedit: Non enim huiusmodi loquitur, neq; suggestū ascēdit, aut orchestrā supplodit, aut aureo ornatur uestimēto: sed stola purissima amictus progreditur. Christus nanque indutus nobis ostēditur, pedes calceatus decoros in euangelij pacis præparatione, zona non pectus, sed lumbos præcinctus: nō ex purpurea pelle, neq; deaurata, sed ueritatis decore intexta, atque distincta. Talis in præsentia Ioannes nobis offertur, nullā neq; simulationē, neq; fabulā afferens, quę longè ab eo absunt: sed nuda & aperta fronte, nudā & apertā annunciat ueritatē. Neq; aliū se uerbis, aliū re ipsa, specie, aspectu, uoce persuadendo exhibet: neq; instrumētis indiget, ut cithara, lyra, & hmōi: sed omnia lingua operatur, omni citharœdo, omni musica suauius, utiliusq; procinens. Est. n.
D ei proscenū uniuersum cœlum, theatrū orbis terræ, spectatores auditoresq; omnes angeli, & quicunque homines & angeli sunt, aut fieri deliderāt: quippe hi duntaxat hāc proculdubio possunt harmoniā exaudire, eamq; ostēdere, tales se auditores quales oportet exhibētes. Siquidē alij oēs non secus ac infantes, audiunt qdē, non tamen audita intelligūt, & placētu lis, & puerilibus ludis intenti, in deliciis, opibus, potētia, uentri uiuentes, uerba interdum accipiunt: uerū nihil inde magnificū, nihil altū decerpunt, lateritiæ prorsus & luto inhærent. Huic autem Apostolo supnæ affuerunt uirtutes, eius animæ pulchritudinē sapientiā, & speciem uirtutis admirantes, per quā ipsum simul hausit Christū, & spirituale cōsecutus est gratiā. Etenim tanquam lyrā quandā pretiosis lapidibus, auroq; distinctā, aureo plectro adhibito: sic suā sibi animā exornando effecit, ut per eū magnū & altū spiritu personaret. Quemadmodū igitur nec piscatoris est, neq; filij Zebedæi, sed eius qui arcana mysteria itelligat, hāc pulsare lyrā, sic ei summā præstemus attētionē. Nihil. n. nobis humanū, sed à spiritus sancti profundis & abditis thesauris oia proloE quitur, q̄ neq; angeli prius q̄ hic diceret, nouerūt. Nāque & ipsi nobiscū p Ioannis uocē, & per nos didicerūt, q̄ cognouimus, & qd nobiscū beatus ēt Paulus his uerbis significauit: Vt innotescat principati- *Ephes.3.b*
bus, & potestatibus in cœlestibus per ecclesiā multiformis sapientia dei. Si igitur principatus & potestates, Cherubinq; & Seraphin hæc per ecclesiā didicerūt, planè cōstat ipsos angelos summa cū attētione eius sese auditores exhibere. Quippe idcirco non parū honoris cōsequimur, quòd nobiscū angeli discāt, q̄ nesciūt. Quòd aūt p nos, lōgè magis honoramur: sed p quos, uel quales nostrū, nondū diximus. Quāobrē multū hic adhibeamus cū æquanimitate siletiū, nō hodie aut una dūtaxat die, sed p oēm uitā cū omni tpe hmōi audire bonū sit, & perquā utile. Nā si ea q̄ in regiis fiunt domibus, cognoscere exoptamus: ut exēpli gratia, qd dixerit, fecerit, cōsuluerit sup subditis suis rex, & sæpe q̄ nihil ad nos attinēt: quātò magis q̄ à deo dicūtur, audiēdi flagramus desiderio, tū maximè cū ea scire nostra plurimū iterfit? Quæ oīa hic nobis euāgelista accuratè explicat, cū F
ipsi regi incredibili sit amore deiunctus: immo & ipsum i se loquētē cōtineat, audieritq; ab eo quecunq; ipse à patre acceperit: Vos dixi amicos, inquit, qa oīa *Ioan.15.b*
quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Quēadmodum igitur si quēpiā è summo cœlo descēdentē repētē cōspicaremur, q arcana illa certè nobis se dicturū polliceretur, oēs certatim cōcurrerem⁹: itidē & nos in p̄sentia faciamus. E cœlo. n. uir hic nos allocutū uenit: neq;. n. est de hoc mundo, ut ipse testatur Christus, cū inquit, Vos de mūdo nō estis: & pa- *Ibidem.c*
racletū habet in se loquētē, & ubiq; præsentē, qui tā certe nouit dei mysteria, ut res suas humana anima, spiritū sanctificatiōis, spiritū rectū, q nos ducit & trahit in cœlū, q aliis nos oculis illuminat, qui nos idoneos reddit, ut futura nos secus ac p̄sentia cōtemplemur, qui demū efficit, ut ēt in carne cœlestia spectare possimus. In omni igitur uita æquanimitatē ei, atq; siletiū p̄stem⁹, nemini segniciei, nemini somno locus sit, nemo huc accedētiū squalore tabescat, sed ad superna unanimes mētes nostras erigamus. Inde enim Ioannes hìc eos alloquitur, qui illic, quāuis terrā incolāt, uiuūt. Et profectò i hac uita nihil magnū, nihil

G exoptabile adipiſcimur: nihil ad eos q à brutorũ uita emergere nolunt Ioannis doctrina, quemadmodũ nihil ad eũ res humanæ. Tonitrus igitur mentes noſtras perterret, cũ in naturalẽ ſonitũ erũpit: at Ioãnis uox nõ modò neminẽ perturbat fidelẽ, ſed omni liberat perturbatione atq; moleſtia. Solis aũt dæmonibus terrori eſt, & dæmonũ ſeruis: quod ut nõbis certò conſtet, & animo ſileamus & ore, animo tamẽ maximè. Quænã.n. tacẽtis utilitas, ſi eius anima perturbationibus æſtuet? Animi ergo, quietẽ expeto, cuius auribus indigemus. Nulla ergo nos pecuniarũ capiat cupiditas, nulla gloria, nõ ira, nõ aliorũ turba affectuũ. Neq;.n. fieri poteſt, ut q ſe nõ omnino his liberat, ualeat illorũ altitudinem intueri, & ut oportet cognoſcere myſteriorũ religionẽ, arcana, reliquas omnes uirtutes, q his tanq; oraculis deliteſcũt. Nã ſi fidib⁹, & tibiis nemo unquã rectè ſcire poteſt, niſi totũ ad id animũ intendat: quánam ratione huiuſmodi myſteria ſolo auditu, animo uerò alieno, & aliis curis implicito intelliget? Idcirco Chriſtus his
Mat.7.a nos uerbis admonet. Nolite dare ſanctũ canib⁹, ne-
H que mittatis margaritas ueſtras ante porcos. Margaritas hæc uerba uocauit, q̃ his longè pulchriora præſtantioraq; ſunt. Verũ cum ea materia non ſit nobis alia charior, idcirco horũ ſermonũ uoluptatẽ melli ſæpenumero comparare conſueuit: non quòd quicquam inter hæc conferendũ ſit, ſed quòd apud nos nihil eſt melle ſuauius. Quòd & lapidũ pretioſorũ natura, & cuiuſuis mellis uoluptatem plurimũ diuina exuperent, audi prophetã quibus uerbis earũ aſſerat
Pſal.18.c præſtantiam. Deſiderabilia, inquit ſuper aurũ, & lapidẽ pretioſum multũ, & dulciora ſuper mel & fauũ: ſed bene ualentibus tantũ, quamobrẽ ſubdidit: Et-
Ibi.11.8.n enim ſeruus tuus cuſtodit ea. Et alio in loco cũ ſuauia dixiſſet, addidit, Faucibus meis. Quàm ſuauia,
Ibid.18.c inquit, faucibus meis eloquia tua. Et iterum, ut eorũ ſignificaret excellentiã: Super mel, inquit, & fauũ ori meo, cũ in bona eſſet ualetudine. Non igitur morbo aliquo affecti, ſed animæ prius cura adhibita, hoc pabulum accipiamus. Propterea tot uerbis præmiſsis, nondũ rẽ ipſam aggreſſus ſum, ut quiſq; oi abiecta ægritudine, tanq; cœlum petens, ira, ſolicitudine, ſeculariq; oi impedimento uacuus, huc liber ingredia-
I tur. Etenim nihil in hac uita magnum, niſi prius oi animi pturbatione amota, adipiſci poſſumus. Nec mihi quiſpiam dixerit, breue tẽpus inter hanc, & futuram eſſe concionem. Nõ enim quinque duntaxat diebus, ſed uno momento licet præteritam oẽm uitam cõmutare. Quid, inquam, latrone & homicida ſceleſtius? Nonne hoc ſummũ malitiæ genus eſt? Verũ ad ipſum uirtutis apicẽ quamprimũ euaſit, & in ipſam aſſumptus eſt paradiſum, nec dierũ, nec dimidiæ quidẽ horæ, ſed breuis tantũ momenti indiguit. Eadẽ & nos rõne repentè mutari poſſumus, & ex luteis aurei fieri. Cũ eni neq; uirtus, neq; uitiũ à natura ſit, facilis ad utrũuis tranſitus datur, cũ nulla cogat neceſsitas. Si uolueritis, inquit, & uerba mea audieritis, bona rerræ comedetis. Vidésne ſola nobis opus
Eſa.1.c eſſe uolũtate? uolũtate inquã nõ qualibet, & quæ nõ nullorũ eſt, uerũ & diligẽti, & exquiſita. Neminẽ nouit qui in p̃ſentia ad cœlũ euolare nollet, re tamẽ ipſa oportet uoluntatẽ cõfirmare. Siquidẽ mercator dite ſcere cupit, nõ tamẽ eius animus ſoli acquieſcit cupiditati: ſed nauẽ parat, nautas cogit, hortatur gubernatorẽ, & alia q̃ nauigationi opus ſunt, diligenter di-
K ſponit: aurũ præterea mutuatur, maria traiicit, & innumeris periculis, quibus ſe mari credentes iactari cõſueuerunt, ſe exponens, peregrinas appellit terras: Itidem & nos oportet uoluntatẽ rei applicare. Nauigamus nanq; & nos nauigationẽ, nõ ab alia in aliã terram, ſed à terra in cœlũ. Quare tota mente intendamus ad eã gubernationem, q̃ nos ſupernè erigat, & nautas rationi obſequẽtes, & nauem nobis firmã comparemus, ne tentationum procellis, aut ullis ſecularibus demergatur affectibus, neq; ſuperbiæ ſpiritu efferatur, ſed leuis & expedita ad ſuperna euadat. Quòd ſi hac ratione nauem nobis, & gubernatorẽ, & nautas parabimus, ſcẽdo uento nauigare, & dei filium uerũ gubernatorẽ nobis cõciliare poterimus, q nauiculam noſtrã uſquã allidi non patietur: ſed licẽt innumeri ſpirent uẽti, & uentos ſedabit, & mare trã quilliſsimum reddet. Tales craſtinæ aſsimus cõcioni, operæpretiũ eſt aliquid hinc utilitatis accipere, & mente recõdere. Nemo uia eſſe uelit, nemo petra, nemo ſpinoſus ager: ſed bona terra, hoc pacto prõpto
L ridentiq; animo, bene culto & ſubacto agro ſemina mandabimus. Quòd ſi lapidoſum & incultũ uideri mus, dabitis ueniam ſi illic ſerere recuſabimus: ſed omiſſa ſatione, ſpinæ prius incidendæ erunt ſummę nanq; dementiæ ſemina in incultã terrã iacere. Qui his uacat ſermonibus, eũ non decet dæmonis habere conſuetudinẽ. Quænam enim iuſtitiæ, & iniquitatis cõmunitas? Audiſti Ioannem, & ab eo ſpiritualia didiciſti. Deinde fornicatũ abis auditurus mulieres obſcœna loquẽtes, obſcœniora diſſimulantes, quiq; effœminati ſeinuicẽ alapis cædunt: & quánam rõne cũ tanto in cœno prouolutus iaceas, bene ablui & mundari poteris? Et quid ſingillatim ũie omne uitiũ deſcribere hoc in loco oportet? Omnia.n. illic riſus ſunt, turpitudo, exprobratio, maledicta, opprobria, cõuicia, oĩa corruptio, omnia lues. Ecce prædico & annuncio oĩbus uobis, nemo qui hac mẽſa fruitur, animam ſuam mortiferis illis perturbet ſpectaculis. Quicquid illic dicitur, ſatanæ pompa eſt, & laſciuia. Noſtris ſacris initiati, quo fœdere nobis uos adſtrinxeritis, & ut uerius dicã, Chriſto: cũ uos ipſe edoceret, quid ei dixiſtis, q̃ ſuper ſatanæ pompa cũ eo uerba habuiſtis, quo pacto ei & angelis eius tunc abre-
M nunciaſtis, promiſiſtisq; nulla ei in re aſſenſum præſtare. Quamobrẽ nõ parũ nobis curandũ eſt, ne in his promiſsionibus perfidiæ arguamur, néue noſipſos his indignos reddamus myſterijs. Nõne animaduertis, quòd in regijs domibus nõ nequã, & perfidi, ſed probitatẽ & fide probati uiri ad regis cõſilia, & i regios amicos aduocantur? Legatus nobis de cœlo ab omnipotenti deo dimiſſus uenit, res nobis perneceſſarias aununcias, cuius neglecta legatione ad mimos diuertitis. Et quo hæc digna ſupplicia, quibuſue fulminib⁹, & flagellis? Nã quemadmodũ nulla dẽmonũ cõſuetudine, ita neq; auditu uti oportet, neq; in ſordida ueſte ad lautiſsimam dei menſam tot tãtisq; bonis affluentẽ accedendũ, quã ipſe nobis p̃para uit: cuius tãta uis eſt, ut ad cœlũ ipſum repẽtè nos rapiat, modò ſobriè uiuamus. Neq;.n. fieri põt, ut q frequenter diuinis uacat ſermonib⁹, is miſerã uitam agat. Euolat.n. quamprimũ, & ſupernã petit patriã, & innumeros coſequitur bonorũ theſauros: quibus utinam & nos fruamur, gratia & beniguitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ, & cũ quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorũ, Amen.

HOMILIA PRIMA

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

archiepiſcopi Conſtantinopolitani, ſuper euangelium Ioannis ex capite primo: Francisco Aretino interprete.

IN *principio erat uerbum.* Cũ Ioannes hoc libro doctrinã ſuam nobis annunciaturus ſit, neceſſe eſt & genus patriamq; & uitam eius oſtendere. Verũ cũ non ipſe, ſed per ipſum deus humanam alloquatur naturam ſuperuacaneũ uideri poteſt, hmõi in preſentia diſquirere. Sed profectò admodũ peropus eſt, quippe cũ quis Ioannes fuerit, & unde, & quibus ortus parentibus, deinde eius uocẽ ſapientiamq; didiceris: non illius eſſe doIoan.7.g ctrinã, ſed diuinæ uirtutis q̃ eius animam inſpirauit,
Ibid.1.g planè cognoſces. Qua igitur fuit patria? Nulla qdẽ, ſed è uilla, & regione abiecta, nulli rei utili. Galilæam enim contẽnunt ſcribæ, cũ inquiunt: Interroga & ui
B de, quòd ex Galilæa non ſurgit propheta. Necnon & uerus Iſraëlita: Ex Nazareth poteſt aliqd boni eſſe? Huiuſmodi Ioannes patria non modò non inſigni aliqua familia, ſed ne nota quidẽ, ortus eſt patre piſcatore, adeò paupere, ut eandẽ artẽ filios erudiret. Nemo aũt ignorat nullũ opificẽ cupere ſibi filiũ ſuæ artis hæredem relinquere, niſi nimia paupertate cogatur, maximè ſi ars eius uilis ſit & abiecta: piſcatoribus uerò nil pauperius, nil abiectius, addo & indoctius: in eorũ aũt numero alij alijs præſtãt, hunc aũt apoſtolũ ex uilioribus fuiſſe id argumẽtũ eſt, quòd non in mari, ſed paruo quodã in ſtagno, cũ patre &
Acto.4.c Iacobo fratre piſcabatur, ſciſſaq; reſarciebat retia. qd non modicę erat paupertatis iudiciũ. Sic eũ uocauit Chriſtus. Ex his ſanè intelligi poteſt, q̃ expers fuerit externæ doctrinæ, & omnũ penitus ſtudiorũ. Lucas ẽt non ſolũ indoctũ, ſed ignarum oĩno literarũ fuiſſe teſtatur, & rectè quidẽ. Nam qui cũ adeò inopia laboraret, ut nec in foro uerſaretur, neq; uirorũ præſtantiũ ullam haberet cõſuetudinẽ, ſed piſcationi toto animo intenderet: uel ſicui aliquando cõgre
C deretur, ſi piſcatores eſſent & coqui, quidnam ſeris & brutis præſtare debuiſſet? Quid non piſciũ potius more obmutuiſſet? Hic tamẽ piſcator circũ ſtagna, retia, piſces, ſemper uerſatus, à Betſaida Galilææ, patre piſcatore paupere & rudi, qui literas, neque antè, neq; poſtq̃ Chriſtum ſecutus eſt, uſquam didicit: uideamus qd loquitur, quã aggreditur diſputationẽ. Nunquid de rebus agreſtibus, aut fluuialibus, quibuſue inſtrumentis piſces capiantur? Huiuſmodi.n. à piſcatore cognoſcere quiſpiam expectaret. Verùm aliud narrãtem audiemus, hoc eſt quę in cœlo ſunt, & quæ nemo unquam antehac intellexit. Talem.n. & tam profundã doctrinam, uitam optimã & philoſophiam ad nos affert, qualem credibile eſt ab ipſis ſpiritus ſancti theſauris accepiſſe, tanq̃ modò ex ipſo cœlo deſcenderit: imo neq; oẽs, qui in cœlo ſunt, ſcire ea credendũ eſt, ut iam diximus, Nunquid hæc tibi piſcatoris uidentur, an oratoris potius, an philoſophi, an alius cuiuſpiam in hac exteriori edocti ſapientia? Nequaquam: non enim humanæ ſimpliciter eſt animæ, de immortali & beata illa natura, & q̃ cum illa ſunt poteſtatibus, de natura corporũ mortaliũ, & eorum futura immortalitate, de ſupplicio, de fuD turo iudicio, de uerborũ, operum, cogitationum, & ſententiæ uniuſcuiuſq; examinibus intelligere, quid homo ſit, quid mundus, quid uerè ſit, quid cũ non ſit eſſe uideatur, quid uitiũ, quid uirtus. Horũ nanq; nonnulla Platonici & Pythagoræi inueſtigare cõtenderunt, Neq; enim reliqui nobis philoſophi memorandi ſunt, qui in huiuſmodi diſputationibus perridiculi reperiuntur: hi ẽt qui apud eos prę cæteris admirationi fuerunt, & illius ſcientiæ habiti ſunt principes, hi maximè ſunt, qui & reſpublicas & leges cõdiderunt: in quibus longè magis q̃ pueri ſunt deridendi, cũ mulieres oĩbus cões inſtituerint, & mores, & nuptiarum pudorẽ, omnemq; deniq; uitam tam ridiculis corrumperent ſanctionibus. Vt aũt doctrinã aliquam de anima afferrent, nihil turpitudinis reliquerunt. Quippe qui mures, culices, frutices, hominum animas fieri, & deum ipſum animã eſſe, & alia quædam hmõi turpiſsimè aſſererent. Neq; hoc ſolũ uituperãdũ eſt, ſed magnus eſt ipſorum uerborum Euripus. Quemadmodum enim qui i Euripo ſunt, huc illuc iactantur, itidem hi nunq̃ ſibi conſtant, utE pote incerta, & fragili ſnia omnia loquentes. Verùm hic piſcator omnia abſq; ulla dubitatione diſſerens, tanquam petræ innixus, nulla ex parte titubat. Ipſis nanq; ſupernis penetralibus dignus habitus eſt, & cùm omnipotentem deũ in ſe loquentẽ habeat, nihil te rrenum ſentit, ut illi, qui ne per quietem quidem regias ingredi meriti ſunt: ſed extra in foro & in aliorum hominum conſuetudine pro captu ſuo inuiſibilia coniectantes, multis ſe ambagibus inuoluerunt, cùm de ſupernis myſterijs diſputare conten derint: & tanquã cæci & ebrij non mutuo duntaxat errore, ſed pleriſq; in locis ſecũ iiſdem ſemper rebus diſſideant. Atqui illiteratus hic, & rudis à Bethſaida Zebedæi filius, etſi ſæpenumero nominum aſperitatem Græci deriſerint, audenter tamen dicã. Quantò enim magis noſtra gens barbara illis uidetur, & gentili ornatu & cultu abſtinet: tantò noſtra apparent clariora. Hic inquam barbarus & ineruditus hæc loquitur, quæ nemo unquam mortaliũ nouit: neq; loquitur tantũ, ſed perſuadet. Quòd ſi illud duntaxat aſſecutus eſſet, non paruã de ſe concitaſſet admirationem. Nunc cũ alterum accedat lõgè mirabilius, F quod maximè arguit diuina eſſe, quæ ab eo dicuntur, quòd per omne huius uitæ curriculum, doctrinam ſuã uniuerſis perſuaſerit auditoribus. Quis infuſam ei uirtutẽ incredibili admiratione non proſequatur? Et profectò hoc maximũ eſt argumentum, nihil ex ſeipſo Ioannem locutum, qui ex media barbarie euãgelio ſuo uniuerſum cõprehendit orbem. Corpore autẽ habitauit Aſiam, ubi antiquitus oẽs philoſophorũ ſectę philoſophatę ſunt: idcirco locus
Ioannes euangelis dæmonibus obnoxius eſt, & admodũ formidabi
ſta ubi lis. In medio tamen inimicorũ claruit, illorũ fugata
habitarit caligine, arcẽ euertit, q̃ munitiſsimã. Animo uero in eum ſeceſsit locum, qui idoneus & accõmodatus ei eſſet, qui eiuſmodi operaretur: ut gentilium opiniones penitus abolerentur, ſua aũt indies fierẽt clariora. Ex quo.n. & hic & reliqui piſcatores fuerunt, & Pythagorææ & Platonicæ ſiluerunt diſciplinæ, q̃ ſuperiori tempore tanti nominis & authoritatis fere bantur, ut ne nomine quidẽ à pleriſq; ſint cognitæ. Atqui & Plato ad tyrannos ſe contulit accitus, ut aiunt, & multis cum ſocijs in Siciliam nauigauit. Pythagoras uerò magnam Græciam inhabitans, in-

G numera magicæ genera nouit. Cũ bobus enim loqui,hoc.n.ipſum feciſſe aiunt,nihil aliud eſt q̃ magica,& inde maximè conſtat. Nam qui bruta ita allocutus eſt,nulli hominũ profuit plurimũ. Atq aptior ad philoſophicas rationes humana natura eſt:ille tamẽ cũ aquilis & bobus,ut ferunt, diſputans, præſtigiis alliciebat:neq; n.rationis expertẽ naturã,ut oratione uteretur,effecit:neque.n.humanis uiribus fieri poteſt,ſed mẽdaciis decepit ignaros, & nulla ex parte humanæ cõſulens utilitati, æquũ nõ eſſe & fabas edere,& plãtarũ capita auditorib⁹ perſuaſit.Quodq; præceptoris anima nunc in fruticẽ,nunc in puellam, nũc i piſcẽ uerteretur.Nõne meritò illa omnia extinxit,aboleuitq; uera & perfecta doctrina? Meritò ſanè & rectè quidẽ optima,ſed nõ itidẽ indocti, & illiterati uiri doctrina euanuit,Verũ Syri Aegyptij, Indi Perſę,Aethiopes,& innumerę aliæ gẽtes, in ſuã tranſferẽtes linguã, hoies barbari philoſophari didicerũt. Non temerè igitur dixerã Ioanni theatrũ eſſe uniuerſum orbẽ.Non.n.ſuis omiſsis hominibus,ad bruto-
H rũ naturas inueſtigandas elaborauit: quod ſuperuacaneæ & inanis philoſophiæ & ſummæ amentię eſt: ſed cum cæteris omnibus,hoc quoq; morbo expulſo,id tantũ adniſus eſt,& totis uiribus contendit, ut uniuerſus orbis utilitatẽ & uirtutẽ à terra i cœlũ trãſferre ediſceret.Idcirco nulla caligine, nullis tenebris ſuam operuit doctrina,ut illi ratione ſua prauis opinionibus obſcuritatẽ, tanq̃ uelũ quoddam indiderũt.Huius aũt doctrina Solis radiis clarior eſt atq; illuſtrior,ideoq; in oẽs mortales propagata. Nõ enim his,quibus cũ cõſuetudinẽ habebat,quinq; annorũ indixit ſilentiũ,quemadmodũ ille. Nec ſic docuit tã quam inſenſibilibus aſsideret lapidibus,neq; numeris omnia contineri fabulatus eſt:ſed omni eiecto ſatanæ faſtidio atq; illuuie,tanta doctrinã ſuã perfudit facilitate,ut nõ modò ſapientibus, ſed & mulierculis & adoleſcẽtulis,quicquid dixerit ante oculos poneret. Ea.n.& uera eſſe & utilia audituris omnibus cõfirmauit:quod omnia poſt illũ ſecula teſtimonia perhibẽt.Vniuerſum nanq; ad ſe orbem allexit, & ab omni calamitate uitã noſtrã liberã reddidit, poſtq̃ nobis ſuã cõmunicauit doctrinã.Quapropter mor-
I tẽ potius,quã Ioannis præcepta contemnere malumus,q̃ planè conſtat nihil abiectũ, nihil humanum ſapere,ſed diuinum & cœleſte eſſe, quicquid è ſacro eius pectore emanauit. Nullũ hic tumorẽ uerborũ, atque fucũ,nullã ſuperfluã cõpoſitionẽ & ſtylũ ineptũ uidebimus (longè.n.hæc ab omni abſunt philoſophia)ſed diuinũ & inexpugnabile robur, & ſacrorũ dogmatũ tãtã uim,ut nullo poſsit pacto ſuperari:prẽterea innumerabiliũ bonorũ ſocietatẽ. Verborum ſanè & orationis curioſitas ſuperflua eſt, & ſophiſtis digna, uel potius ignaris adoleſcẽtibus, ut ipſe quoq; apud eos philoſophus inducat magiſtrũ ſuũ admodũ hanc artẽ apud iudices coarguentem, quòd uerba ab ipſo audient ſimplici, ut ita dicã doctrina ſubruſtica, nullis uocabulorum fucata illecebris.Haud.n.decet inquit,ô uiri hac in ætate,ficta fucataq; oratione adoleſcentuli more me audiatis. Et animaduertite q̃ ſit ridiculus. Quod.n.tanq̃ turpe, philoſophiaq; indignũ,& adoleſcẽtulorũ opus fugere profeſſus eſt,huic ipſe maximè operam dedit,hoc unũ ſumnio ſtudio cõtẽdit, & nihil in Platone prẽter hoc admiratione dignũ uideri licet. Et quemaddũ ſepulchra extrinſecus ornata,ſi exteriorẽ illã faciẽ amoueris,cadauerũ ſanie, & exeſorũ oſsium plena K
reperiũtur,itidẽ in philoſophorũ opinionibus, detecta uerborũ ſupficie & ornatu, multa inania, abſurdaq; deprehenderis,maximè ubi de aĩa philoſophãtur,nũc honore,nũc cõtumelia, nullo modo modeſtiaue adhibita eã afficiẽtes.Hoc diabolicũ rectè eſt, nulla ex parte mediocritatẽ ſeruare, ſed in alterutrũ extremorũ allectos animos ad errorẽ traherè, cùm nũc ad diuinã ſubſtãtiã,neq; modo neq; pietate ſeruata eam afferat:nunc i ſues,& aſinos, & abiectiora quoq; animãtia turpiter inducat. Verũ de his ſatis ſuperq;. Siqd.n.ab his utilitatis accipi poſſet, & ampli⁹ huic ſermoni eſſet immorãdũ: ſin adeò friuola, turpia,ridicula,deſpiciẽda ſunt & ſuperuacanea. Quare tãdẽ eorũ fabulis omiſsis,uerã aggrediamur doctrinã q̃ ad nos p huius piſcatoris linguã cœlitus deducitur.Nihil.n.humanũ nihil terrenũ ſapit.Agitè igitur ipſam Ioannis orationẽ in mediũ proferamus,& qđ principiò hortati ſumus, ut diligẽti attẽtione his ſermonibus uacaretis, id uobis in pſentia in memoriã reducimus. Qua nãq; ratione Ioãnes ita in euãgelio ſuo exorſus eſt,*In principio erat uerbũ, & uerbum erat* L
apud deũ? Animaduerte euãgeliſtæ fiduciã, & uerborũ uim.Nihil dubitat,nihil coniectatur,ſed certa oĩa aſſertione proloquitur. Magiſtri ſiquidẽ eſt in his q̃ dicit,nihil ambigere.Nam ſi is q alios docet,alterius indiguerit doctrina, nõ præceptoris, ſed diſcipuli ſe munere fungi,ſi rectè iudicabit, intelliget. At ſiquis ambigeret,qd tandẽ prima omiſſa cauſa, ad ſecũdã quãprimũ tranſit? Primũ quidẽ & ſcdm in hac re prę termittamus.Non.n.noſtra hæc.Nam & numero & omni tẽporũ conſequentia diuinitas prior eſt & ſuperior. Quapropter his omiſsis,patrẽ à nullo eſſe, ſihũ à patre genitũ cõfiteamur.Rectè,iquit.Verũ,quõnã pacto nulla habita patris mẽtione, de filio ſermonẽ aggreditur? Quoniã oĩbus patrem eſſe cõſtabat, ſi non ut patrem, ſaltem ut deũ, unigenitus autem ignorabatur. Quare haud immerito ad eius cognitionẽ à principio ſtatim feſtinauit, ut neſciẽtibus eũ oſtẽderet. Prætera neq; patrẽ in filij mentione ſubticuit:& cognoſce,quæſo,ſpiritualẽ ſapiẽtiã.Nouit homines antiquitus præ oĩbus maximè deũ & uenera M
ri,& aſſerere:Idcirco hinc principium fecit, & proſequẽs,deũ inquit eſſe,nõ qualẽ Plato, q alterũ mentẽ, alterũ animũ eſſe profitetur: hæc.n.à diuina & immortali natura, quæ nihil habet nobiſcum cõmune longè abſunt,ſed ſeceſsit cõmunicatiõe ad creaturã: ſecundũ ſubſtantiã dico, non ſecundũ habitudinẽ. Prætera uerbũ ipſum appellauit. Cũ enim nos docturus eſſet hoc uerbũ unigenitũ eſſe dei filiũ,ne paſſibilẽ quiſpiam naturam ſuſpicaretur, præoccupata uerbi appellatione, omnẽ auſert ſuſpicionẽ. Inde.n. & filiũ & nulli paſsioni ſubiectũ ſignificat. Vidésne, ut dixi, qui cũ de filio loquitur,patrem nõ ſubticet? Quòd ſi hæc ſatis nõ ſunt ad oĩa oſtendenda, nulla te admiratio teneat. De deo enim nobis ſermo eſt, quem neq; dicere,neq; intelligere pro ipſius magnitudine quiſquã poteſt, ideo Ioannes ſubſtantiæ nequaquã nomen affert. Quippe cũ dici nequeat,quænã dei ſit ſubſtãtia, ubiq; autem eum nobis ex operibus manifeſtat.Siquidẽ hoc uerbum paulò pòſt uideri licet lumẽ appellatũ, & lucem uitam, & uitam ueritatẽ. Non tamen hac duntaxat cauſa his eũ nominibus appellauit,ſed hac quidẽ prima, altera quoniã nobis patrem annunciaturus erat. Omnia enim, Ioã.15.e

A inquit,quæcũq; audiui à patre meo,nota feci uobis. Vocat autẽ ipſum & uitam & lucem. Nam à notione lux nobis largita eſt, & à luce uita.Et profectò nõ unũ nobis nomen,non duo, non etiam plura, ſatis ſunt ad diuinas res edocẽdas:ſed acqeſcamus, ſi uel multis,quãuis obſcurè,q̃ deo attribuũtur,poſſumus percurrere. Nõ aũt ſimpliciter eum appellauit,ſed cũ articuli adiectiõe à reliquis ipſum hoc loco ſeparãs. Agè quàm uerè dixerim, à cœlo hunc nos euangeliſtam allocutum. Contemplare qũo ab ipſo ſtatim exordio ſupernè aduolans,auditorum animos,mẽteſq; ſupra omnia quæ ſenſu percipiũtur, erexerit ſupra terram,mare, cœlum,angelos, Cherubin,Seraphin,omnem deniq; creaturam:& ut eò aſcenderet, perſuaſit.Quid igitur? Nunqd cùm ad tantã nos erigeret altitudinem, ibi nos ſiſtere potuit? Nequaquã. Sed quẽadmodum ſiquis eum,qui ex littore ciuitates,oras,portusq; cõſpicatus ſit,in medium poſtmodum pelagus proueheret,priorũ conſpectu amoto, in nullum certum obiectum,ſed in infinitum eius di-
B mittit intuitum:ſic euangeliſta ſupra omnẽ nos creaturam ad cœleſtia erigens, ad ſupernum erectũ oculum dimittit, nullo fine, ut arcana illa aſſequamur, nobis adhibito,quippe qui nullus eſt. Aſcendens igitur ad uerbum, quod in principio erat, hoc inquirit principium: quo inuento, cùm ſemper eius mentis aciem magis perſtringat, non habet ubi ratione initatur,ſed intentè ſuſpiciens, cùm ceſſare nequaquã ab inquirendi labore poſsit, rurſum ad inferiora deſcendit. *In principio erat uerbum,* Nihil aliud quã quòd ſemper ſit,ſignificat. Ecce uerã philoſophiã,et diuina dogmata,non qualia gentilium, qui tempora,& deos hos antiquiores,illos iuniores poſuerunt: ſed nihil tale in noſtra religione. Nã ſi deus eſt, quẽadmodum eſt, nihil eo ſuperius:ſi omnium conditor,primus:ſi dominus & princeps omnium,omnia poſt ipſum & creaturæ,& ſecula. Volebam & alia in præſentia uobis exponere, niſi uererer animos ueſtros audiendo defatigatos. Quare his admonitis, quæ ſint uobis ad dictorum dicendorumq; attentionem utilia, finem noſtræ imponamus orationi. Quænam igitur ea ſunt? Scio plurimos uerborũ longitudine faſtidire, quod eò ſit,quoniam anima multis ſecularibus curis,oneribusq; opprimitur.Sicut.n.
C oculorũ acies pura & lucida acutè omnia intuetur, neq; etiam in tenuiſsimis deprehendendis coporib. elaborat:uerùm ſiquis malus à capite humor,uel caligo aliqua ad oculum aſcendit, denſa quædam ante pupillam nebula obiicitur, quæ ne craſsiora quidem corpora uidere ſinit:ita animæ uſu uenit, cùm omnis pturbatio q̃ eam offenderat,purgata eſt,intẽte opportuna oĩa proſpicit: uerũ cũ plurimis turbatur affectibus,uim omnem illam amittit, ut nihil altum ualeat intueri, ſed q̃ primum nebula obiecta,& ſomno,atque ſegnicie, quę ad uirtutem & uitam utilia ſunt,nulla in his capeſcẽdis alacritate contemnit. Hoc ne uobis accidat, non enim omittam quin ſemper uos admonitos faciam, animum adhibeatis diligenter,ne ea uobis dicantur, quæ fidelibus Hebræorum à Paulo, cũ multa ſe ad eos interpretatu difficilia locutum diceret: nõ quòd ſuapte natura talia eſſent,ſed quòd deſidiæ eos & negligentiæ in his accipiendis arguerer. Qui.n.infirmus imbecillisq; eſt,nõ ſecus breui, q̃ longa oratione perturbatur:& q̃ manifeſta & facillima ſunt, difficilia eſſe autumat. Nemo D
in hac cõcione huiuſmodi affectibus coinquinetur, ſed omni hui⁹ ſeculi cura, ſolicitudineq; abiecta diligenter huic aures doctrinæ adhibeat. Quippe cũ pecuniarum fames auditorum animos occupauit, nulla profectò ratione huiuſmodi in alijs rebus accipiendis deſiderio flagrare poterũt. Neq; enim unius anima multis ſufficere poteſt cupiditatibus, ſed ab alia alia oprimitur,& diuiſa ſit imbecillior,cũ alia dominetur,& totum ad ſe animũ trahat: quod in liberorum amore uſu uenit. Nam qui unũ duntaxat habet,eum incredibili animi ardore proſequitur:q plures,in eo diuiſi affectus inferiores reddũtur.Quòd ſi in naturali charitate & ui, & cognato amore euenire cõſueuit:quídnam in eo quòd à uoluntate & arbitrio noſtro proficiſcitur æſtimãdum eſt, maximè cũ harũ rerũ amatores pugnãtes inter ſe affectus,& cupiditates habeãt? Contrarius pecuniarũ amor hmõi attentionis deſiderio eſt.Huc ingreſsi, cœlum ingredimur:nõ in hanc cõcionem dico, ſed ſi animos ad eam attentè audiendam præparabimus, terreſtrem uitam agentes cœlum aſcendere, & cœleſtia deprehendere,& audire poſſumus, quibus nemo terrena admiſceat.Nemo in hoc conſeſſu domeſticarum rerum cura impediatur, hinc emolumentum & ad do- E
meſticos parietes, & ad forum afferre, & nobiſcum tenere oportuit,nõ aĩam domeſticis, & fori onerib. cogitationibusq; opprimere.Ideo doctrinæ ſedẽ ingredimur,ut omni penitus ſorde abluamur. Nam ſi parum ſtudij,diligentiæq; diuinis ſermonibus huius ſeculi occupationibus diſtracti adhibuerimus, lõgè ſatius hac concione abſtinuiſſemus. Nemo igitur in eccleſia ſuper domo & familia cogitet, ſed domi eccleſiam, & diuinas res animo cõplectatur.Hæc cæteris rebus omnibus ſint nobis pretioſiora:hæc enim animæ ſunt,illa uerò corporis, immo & aĩæ & corpori hæc plurimum conferunt:idcirco ea nobis omnium potiſsima ducamus,reliqua ſuperuacanea.Diuina nãq; & præſenti & futuræ uitæ accommodata ſunt: terrena uerò neutri, niſi ab illis præſcripta lege moderentur. Non.n.duntaxat quales futuri ſimus, & quo pacto illam uicturi ſimus uitam cognoſcere oportet,ſed qua nã ratione in hoc quoq; ſeculo peregrinandum nobis eſt. Et profectò ędes hęc huius uitę ſpiritualis eſt medicina,ut q̃ exterius acceperimus
F uulnera,hic curare poſsim⁹,nõ ut nouis acceptis diſcedamus. Quòd niſi ſpiritus ſancti ſermonibus uacauerimus, nõ modò priores nõ ablueremus nequitias,ſed & alijs coinquinabimur. Summa itaq; diligẽtia his q̃ nobis cœlitus reuelata ſũt,attẽdamus.Neq; multũ laboris ſupererit,ſi principiũ & materiã ipſam curabimus intelligere, ſed paruo primũ labore ſuſcepto,alios deinde ſecũdum Paulum admonere poterimus(hìc enim Apoſtolus q̃ altiſsimè erigitur,& incredibilem effundit doctrinam, in qua longè magis q̃ cæteri immoratur)ne friuolis & ſuperuacaneis imbuamur. Quamobrem hæc paulatim exponimus, ut facilia ante oculos nobis ponantur,néue excidãt. Magna nos formido teneat, ne diuinæ ſententiæ fia Ioã.15.d.
mus obnoxij, cũ inqt:Si nõ ueniſſem, & locutus eis non eſſem,peccatum non haberent.Et quídnã amplius, quàm qui nihil audierunt, conſequemur:cùm auditis diuinis ſermonibus, nihil ex his domum referimus, ſed uerba tantùm admiremur? Date igitur nobis, ut in bonam terram ſemen iaciamus, curate ut ad id recipiendum præparemini, & ſiquis ſpinas

G fouerit, ſpiritus ſancti ignē iniiciat: ſiquis durū & cō
tumax cor habuerit, eodem igne & molle reddet, &
placabile: ſiquis ſecus uiā multis cogitationibus cō-
culcatur, iteriora petat, neq; his aſsideat q̄ ipſum un-
co ad ſe trahere annitūtur, ut bonarū ſegetū ī uobis
exuberantiū prouētum pulcherrimum cōſpicemur.
Hoc pacto noſipſos curabimus, & icredibili deſide-
rio hos ſpirituales ſermones hauriemus: & ſi nō uno
ſtatim momēto, paulatim ſaltē oībus ſecularib. mo-
leſtijs liberabimur. Quare ſumma nobis attentione
elaborandū eſt, ne nobis dicatur quòd aſpidis ſurdę
aures habeamus. Quid.n. à fera talis differt auditor?
Nónne oībus brutis eſt rationis expertior, q̄ loquen
tem deū audire dedignatur? Si deo placere hoīs eſt,
qui audire negligit, qua nam ratione id aſſequetur?
is profectò nil differt à belua. Conſidera igitur q̄ tur
pe, q̄ ſceleſtum ſit, cùm Chriſtus nos ex hominibus
angelos fieri uelit, ex hominibus in beluas ſponte no
ſtra mutari. Ventri.n. ſeruire, & pecuniarum cupidi-
tati ſemper inhiare, iraſci, mordere, calcitrare, nō ho-
H minum, ſed beluarum potius eſt. Atq; ſingulæ beluę
ſingulos, ut ita dicam, habēt affectus, & diuina uita
primū abiecta, oīa ſi pro arbitrio indulges, non mo
dò belua, ſed monſtrū multiforme & uariū euadit,
neq; ullam à natura ueniam meretur. A uolūtate. n.
& ſententia oīs ea malitia proficiſcitur. Sed abſit, ut
hoc unq̄ de Chriſti eccleſia ſuſpicemur: de nobis q-
dem meliora, & q̄ ad ſalutem faciant perſuaſimus.
Verùm quò magis hoc nobis pſuademus, eò uehe-
mentius rationibus, quæ nos ab omni immundicia
præſeruare poſsint, inuigilabimus: ut ad ipſum uirtu
tū cacumen euadentes, q̄ nobis promittūtur, bona
cōſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ie-
ſu Chriſti, per quem, & cum quo patri gloria, ſimul
& ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia ſecunda ex capite. i.

N *principio erat uerbum*. Superuacaneū iam
i mihi uidetur uos admonitos facere, ut æ-
quo aīo, & attentè meā accipiatis orationē.
Siquidem quāprimum eius audiendæ re ipſa incredi
bilem præ uobis tuliſtis cupiditatē. Hic.n. concurſus
I frequēs, & diligens attentio, impulſioq; & præpara-
tio, ut ea nobis loca occupentur, unde clarius exau-
diamur, nec nō noſtra in tanta anguſtia pſeuerātia,
quouſq; ſpirituale hoc dimittatur ſpectaculū: ad hęc
plauſus, tumultus, & alia hmōi maximum animi, &
feruoris noſtri ſunt argumentū. Quocirca ſuperflua
hac admonitione omiſſa, illud uos admonēdos hor
tandosq; cēſeo perneceſſariū, ut quo nūc eſtis aīo p-
ſeueretis, neq; in hoc tantū conſeſſu, ſed domi quoq;
uir cū uxore, pater cum filio inuicem de his frequen
ter loquantur, & ultro citroq; ſuam & ferant & inqui
rant ſententiam, uelintq; probatiſsimam hanc & pul
cherrimam inducere conſuetudinē. Nec mihi quiſpiā
dicat, pueros in hoc occupari non oportere. Non. n.
tantùm opus eſt, ut his uacent admonitionibus, ue-
rumetiā ſolis: imbecillitatis tamē noſtræ gratia hoc
nō dicimus, neq; eos à ſecularibus & terrenis rebus,
quemadmodum neq; uos à ciuilib. negotijs abduci
mus. Atqui è ſeptem his diebus unū ad communis
omnium domini cultum, ſeruitiumq; collocandum
meritò arbitramur. Nónne ridiculū eſt, ut ſeruulos
noſtros i noſtris ſemp negotijs occupatos uelimus,
nos uerò nullū deo exhibere ſeruitiū, p̄ſertim cū no-
ſtra oīs ſeruitus nihil ei quicq̄ conferat? Deus. n. nul-
la re indiget, ſed ad noſtram penitus redundat utili- K
tatem. Vos aūt ad ſpectacula filijs adductis, neq; ad
doctrinam, neq; ad ullam bonam frugē eos unquā
hortamini. Verū ſiquid ſanctum, ſiquid ſpirituale cō
parandū, cogendúmue fuerit, inanē id appellatis ſoli
citudinē. Nónne iram dei in uos merito prouocatis,
cū cæteris rebus & certo tempore & diligenti cura
adhibita, in diuinarum rerum doctrina pueros exer-
ceri, moleſtū intempeſtiuūq; ducitis? Nō ſic, nō ſic in
quā fratres dilectiſsimi. Hæc profectò ætas his maxi
mè admonitionibus indiget: tenera eſt, & citò quę ei
inſtillantur, imbibit, & audita accipit: tanquā ſigillo
auditus cerę hoc eſt puerorum animis impreſſo: Pręterea & uita eius ī auditu eſt, & in ipſis ferè inanis, ut
uel ad uirtutē, uel ad uitium facilè poſsit deflectere.
Siquis igitur eos ab ipſis īcunabulis, & quaſi uitiorū
uestibulis, ad uiā uirtutis, abſtraheret, in habitu quo
dam & natura recta uiuēdi eos cōfirmaret: neq; ſpō
te ſua facilè in deteriora prolaberētur, cū eiuſmodi
à teneris aſſuetudo ad uirtutē eos alliceret. Hoc pa- L
cto & maiores diligētius obſeruabūt, & reuerebun-
tur, & ciuilib. in rebus utiliores reperiētur. Siquidē ab
ineūte ætate ſeniorū mores edocebūtur. Neq; n. fie-
ri, ut ſic dicā, poteſt, q̄ his aures adhibet, hisq; ſe apo
ſtolicis admonitionibus prōpto animo offeret: qn
īcredibile quoddā bonum, ſiue uir, ſiue mulier, ſiue
iuuenis, huius mēſæ particeps cōſequatur. Nā ſi be-
luas uerbis & ratione nōnunq̄ māſuetudinem eru-
dimus, longè magis ſpirituali hac doctrina cū homi
nibus cōmunicata id efficiemus, cùm utriuſq; medi-
cinę ſcilicet & eius qui curatur, maxima ſit differētia.
Neq; n. in nobis ea eſt, quæ in illis feritas: altera natu
ræ eſt, altera uolūtatis. Neque rationis uis eadem, il-
la humānæ eſt ſentētię, hæc ſpiritus ſancti gratię & uir
tutis. Quā ſi quiſpiam ſe conſecuturū deſperet, intel
ligat feras māſueſcere ſolere, & nunquā ſibiipſi diffi-
det: frequēter hāc ſibi medicinā expetat, ſpiritus ſan-
cti leges omni tēpore audiat, & repetita domo, quæ
audierit, memori tandem mēti inſcribat. Hoc pacto
& ſpe bōa, & ſecuritate uiuet plurima, ipſaq; experiē-
tia planè quantopere proficiat, intelliget. Quippe cū
diabolus diuinā legē animæ inſcriptam, & cor homi
nis dei tabulam factum conſpicatur, eò ſe amplius M
conferre formidat. Vbi. n. literæ regiæ, non aureo ti-
tulo, ſed dilecti ſeruuli Ieſu menti animoq; impreſſæ,
exuberanti ſpūs ſancti gratia effulſerint: ille nullo pa-
cto ppeti, aut cōſiſtere poteſt, ſed longè formidoloſus effugit. Nihil. n. adeò eius conſilia pturbat & pro
terit, q̄ qui ad diuinarum rerum cogitationem ani-
mus erigitur, & ſupernum hunc atq; uberrimū fon-
tem haurire ſemp deſiderat. Eum inquā aīum nihil
humanū, quāuis moleſtiſsimū perturbare, nihil quā
uis magnum & exoptabile, inflare & ſuperbia effer-
re poterit: ſed in tantis huius ſeculi fluctibus, pturba
tionibusq; in multa uiuit tranquillitate. Neq; n. natu
ra, ſed mentis noſtræ imbecillitate perturbamur. Nā
ſi natura id nobis inditum eſſet, oēs quidem homi-
nes neceſſariò perturbarentur. Omnes. n. idem naui-
gamus pelagus, cuius & fluctuum & tempeſtatum
immunes nullo pacto eſſe poſſemus. Quòd ſi extra
huius inſani maris fluctus tēpeſtatesq; multi reperiū
tur, proculdubio cōſtat eos affectus, nō à rebus hu-
manis, ſed animi tantum uitio inſaniaq; proficiſci:
quem ſi tam firmo ſiſteremus propoſito, ut omnes
caſus facilè toleraret, nihil nobis hyemis, nihil tem-

peſtatis, quieto & tranquillo mari relinqueret. Verū
neſcio quo pacto, cùm nihil de his dicere propoſuerim, in hanc diuerterim admonitionē. Ignoſcite q̄ſo
orationis noſtræ longitudini. Etenim non parū ueri
tus ſum, nequando hoc uobis remiſsius ſtudiū fie-
ret, néue faſtidio afficeremini, cuius niſi dubi fuiſsē,
nulla huiuſmodi nobis orta eſſet diſputatio. Satis. n.
id nobis oīa facilia & reddere & ſubminiſtrare poſ-
ſet. Sed iā tēpus eſt propoſitā aggredi orationē: quare indefeſſos uos huiuſmodi certaminibus exhibeatis: & profectò certamina nobis propoſita ſunt, aduerſus ueritatis inimicos, q̄ pro uiribus oīa machinā
tur, ut filij dei gloriā, imò potius ſuā aboleant. Perpe
tua. n. diuina gloria eadē pmanet, nihilo ob maledi
cam & ſceleſtā linguam minor. illi aūtē quē ſe adora
re profitentur, euertere conati, corpus ſuū ignominia, aīam ſupplicio, afficiūt. Quidnā igitur hi nobis,
qui hanc ueram doctrinā profitemur, dicunt: In prin
cipio erat uerbū? hoc non oīno æternum ſignificat:
idem nāq;, & de cœlo, & de terra dictum eſt. O de-
deus, ô impietatem incredibilem. De deo tecū mi-
B hi ſermo eſt, & tu terram mihi, & terrenos hoies af-
fers in mediū. Igitur cùm homo filius dei dicatur, &
Pſ. 81.b. deus utique ſit: (Ego. n. dixi dij eſtis, inquit, & filij al-
tiſsimi oēs) cū unigenito de filiatione contendis, &
nihil ipſum hac in parte amplius, q̄ tu habere dicis?
Minimē, inquis. Dicis tamē, quāuis uerbo inficieris.
Quōnam pacto? Quid tu quoque per gratiā profite
ris adoptionem accepiſſe, & ipſum ſimiliter? Cùm. n.
dicas non natura ipſum filium, nihil aliud q̄ gratiæ eſ
Gene.1.a ſe confirmas. Veruntamen uideamus quæ nobis ad
ducuntur teſtimonia. In principio, inqt, creauit deus
1.Re.1.a. cœlum & terrā, terra aūt erat inanis & uacua. Et fuit
uir unus de Ramathaim ſophin. Hæc ſunt quæ putant firmiſsima eſſe argumenta. Sed ut doctrinę noſtræ ueritas oſtendatur, ad comprimendā eorū blaſphemiam, qd habet ſiſtudinis, creauit, & erat? Quid
deus & homo? Quid plura cōmiſces? Quid diuiſa &
ſeparata confundis, & cœleſtia ad terrena deducis?
Hoc. n. ī loco, erat, propriū ſolū ſignificat: ſed, ī prin-
cipio erat, & uerbū erat. Quemadmodū igitur, eſt,
uerbum, ſi de hoīe dicatur, præſens duntaxat tēpus
ſignat: ſin aūtē de deo, ſempiternū atque perpetuū:
C itidem & erat. Nam cū de humana natura ſermo ha
betur, præteritum tēpus, & hoc ipſum finitū: quādo
uerò de deo, æternitatē ipſam oſtēdit. Satis ergo fue
rat ei, qui terram & hoīem audiret, nihil amplius de
his cogitare, q̄ eorum naturę conueniat. Nam quod
factū eſt, quocunq; tēpore uel ſeculo factū ſit, factū
eſt tamen: filius autem dei non tēporibus tantū, ſed
ſeculis quoque oībus ſuperior eſt, quippe q eorum
Hebr.1.a oīum conditor, & opifex eſt: Per quę, inquit, fecit &
ſecula. Creator. n. ante creaturas oīno eſſe conſtat.
Cùm uerò quidā adeò ſtulti & inſenſati ſint, ut pro-
pterea maius quiddā de ſua dignitate opinentur, his
uerbis, creauit & fuit homo, auditoris præoccupant
ſententiā, & omnē impudentiā exuūt. Omne. n. crea
tū, & cœlū & terra tēpore creatū, & tēporale habet
principiū, neq; principio caret, quoniam creata ſunt:
itaq; cū audis, creauit & fuit homo, non delirat, neq;
ſtulta & ſupflua ingerit. Ego ēt & aliud maius affer-
re poſſū. Quidnā quòd ſi de terra dictū eſſet, In prin
cipio fuit terra: & de hoīe, Quòd in principio fuit ho
mo, neq; ſic quicq̄ maius p̄ſtantiusq; de his, q̄ quę in
p̄ſentia cognoſcimus, opinari nos oportuit. Terrę. n.
& hominis appellatio quæcunque de ſe dicūtur, cō- D
prehendens, non ſinit nos quicq̄, quā quę & intelligi
mus & uidemus, excellentius coniectari: quēadmo-
dum etiā ſi exiguum quiddam & minimum de deo
dicatur, nihil tamen humile, nihil abiectū de ſe ſinit
exiſtimari. Accedit ad hoc, quòd de terra loquens, Gene.1.a.
proſequitur: Terra aūt erat inanis & uacua. Cùm. n.
aſſeruerit quòd terrā deus creauerit, eique proprios
ſtatuerit terminos: ſecurè iam q̄ ſequuntur, enarrat,
non ignarus neminē adeò ſtultū, qui ſine principio
ipſam & ingenitā arbitretur: terræ. n. nomen & crea
uit, ſufficientia ſunt, ut cuiuis etiā ſtolido perſuaderi
poſsit, neq; æternā, neq; ingenitam eſſe, ſed ex eorū
numero, quæ tēpore condita ſunt. Præterea hoc uer
bum, fuit, de terra quidem, & de hoīe dictū non om
nino eſſe ſignat, ſed & hoīem inde oriundum, de ter
ra autem qualis ea ſit, nobis oſtendit. Neque enim
ſolùm dixit terram fuiſſe, ſed etiā qualis fuerit, tene-
broſa. ſ. & informis, aquiſque operta & admixta. Et
de Elchana non dixit ſolùm quòd fuit homo, ſed ēt
unde, de Ramathaim, inquit, ſophin. De uerbo aūt 1.Reg.1.a
non ita loquitur, & profectò hæc inuicem conferre
erubeſcimus. Nā ſi eos reprehendimus, qui illos cō- E
ferunt, quorū magna eſt & uirtutis & morū differē-
tia, cū tamen una ſit & eadē ſubſtantia: qui quorum
& natura, & cætera oīa prorſus differunt, in cōpara-
tione adducunt, nónne ultimæ ſunt demētiæ arguē
di? Sed benignus nobis, & propitius is adſit, quē illi
tam perperā impieq; calumniantur. Huiuſmodi nan
que diſputationis neceſsitatē, non ſponte noſtra ag
greſsi ſumus, neque nos eā inuenimus, ſed coacti eo
rū perfidia, q̄ redemptori ſuo bello indicto, hanc no
bis purgandæ calumniæ dederunt occaſionē. Quid
ergo dicimus? Quod erat, cū de uerbo dicitur, per-
petuum & æternū eſſe ſignat. Inquit. n. In principio
erat uerbum: conſequens aūt erat apud aliquē eſſe:
cùm. n. maximè hoc dei ſit propriam, eternū, & ſine
principio eſſe, hoc primū poſuit: deinde nequis au-
diendo, In principio erat uerbum, etiā ingenitū dixe
rit, hoc mox expoſuit, antequàm quid eſſet dicatur,
Erat, inquit, apud deum. Et ne oīno quiſpiā uerbum
ipſum id eſſe quod profertur, aut quod intra hoīem
eſt, arbitraretur: per articulū primū, ut iam diximus,
& per ſecundam hanc adiectionem eam amouet ſu
ſpicionem. Non. n. dixit, in deo erat: ſed, apud deum, F
in perſona eius æternitatem nobis oſtendens: quod
apertius quoque ſignificauit, cùm ſubdidit, Et *deus erat uerbum*. Sed factum eſt, inquit. Quid ergo obſti-
tit, quin diceret, in principio fecit deus uerbū? Cū de Gene.1.a
terra Moſes loqueretur, nō dixit, in principio erat ter
ra: ſed in principio creauit deus terrā, & creata fuit.
Quid prohibuit Ioānem quoq; eodē modo exordi
ri, in principio creauit deus uerbum? Nam ſi de terra
ita locutus eſt Moſes, nequis ipſam increatā arbitra-
retur, longè magis de filio loquētem timere Ioannē
oportuit, ſi creatus erat. Mundus nanque cū ſit uiſi-
bilis, per ſe cōditorē ſuū prædicat. Cœli, inquit, enar-
rant gloriam dei: filius autem inuiſibilis eſt, & crea- Pſal.18.a
turā longè ſuprà q̄ dici poſsit, excedit. Quòd ſi illic,
& ſi neque uerbo nobis, neque doctrina opus erat,
ut creatum mundum diſceremus, tamen manifeſtè
id nobis ante oculos ponit propheta: multò magis
de filio idem à Ioanne dicendum fuerat, ſi creatus
fuiſſet. ſanè quidem. Verùm Petrus id manifeſtè,
apertéque profeſſus, eſt. Quónam in loco, & quo-

G modo? Quando cũ ludæis diſputãs his uerbis uſus
Acto.2.f. eſt. Quòd dominũ ipſum, & Xp̃m deus fecit. Quicquid ſequitur nõ addidiſti? Ieſum ſcilicet, quẽ crucifixiſtis: an ignoras eorũ de q̃bus ſermo habetur, partim immortalis naturæ eſſe, partim carnẽ accepiſſe? Quòd ſi negas, & oĩa ſimpliciter ad diuinitatem tras his, paſsibile diuinam naturam feceris: quòd ſi non paſsibilẽ neque actiuã dixeris, uerùm ſi ex ipſa diuina & ineffabili natura ſanguis emanauit, ipſaq̃ carnis loco i cruce clauis trãsfixa, & diſcerpta eſt, admitten dum profectò eſſet commẽtũ tuum: ſin neque ipſe quidẽ diabolus hoc efũxerit, quánam ratione ipſe ignorare aſsimulas? Indignã ſanè cui ignoſcatur ignorantiã, & qualem neque dæmones unquam ſimularunt. Præterea hęc nomina, dominus & Chriſtus, nõ ſubſtantiæ ſunt, ſed dignitatis: alterũ potẽtiæ, alterũ unctionis: quid igitur de filio dei dixeris? Nã ſi, ut dicitis creatus eſſet, nullũ locũ hoc haberet: nõ enim prius fuit, deinde ipſum fecit deus, neq; ſeruuli habet principiũ, ſed eiuſdem naturę atque ſubſtantię. Inter
Ioan.18.g rogat⁹ enim an eſſet rex: Ego ad hoc nat⁹ ſum, iquit.
H Petrus autẽ de eo tanquam creatura quadam loquitur. Nã omnis ei de Chriſti humanitate ſermo eſt. Et quid admiraris Petrũ ita loquẽtem? quippe & Paulus cum Athenięſibus diſputãs, hominẽ tantùm ipſum
Act.17.g his uerbis appellat: In uiro i quo ſtatuit, fidẽ præbẽs omnibus, ſuſcitãs eum à mortuis: nihil de dei forma neq; quòd ei æqualis ſit, neque quòd ſplẽdor gloriæ eius, meminit. Neque immeritò: nõdũ enim tempus uenerat, ut hęc diceret, ſed ſatis adhuc erat, ut & hominẽ fuiſſe, & à mortuis ſuſcitatũ intelligerent. eodẽ quoq; modo Chriſtus fecerat, cuius exẽplo Paulus opera ſua diſpoſuit. Nõ enim cõtinuò ſuã reuelauit diuinitatẽ, ſed ab ipſo principio propheta Xp̃s & ſimpliciter homo habitus eſt: deinde & uerbis, & operibus qđ erat, oſtẽdit. Idcirco Petrus hoc ordine uſus, hanc primam ad Iudæos cõcionem habuit. Nã cùm nihil de diuinitate ei⁹ adhuc manifeſtè accipere poſſent, in humanitatis eius ſermonibus immorãtur, ut eorũ auditus his exercit⁹, demũ ſe diuinitatis doctrina imbueret. Quòd ſi qſpiam omnẽ concionem altius percurrere uoluerit, perſpicuè hanc noſtrã depre
I henderit ſentẽtiam. Etenim hominẽ ipſum appellat, & paſſioni eius, reſurrectioniq;, & ſecũdum carnẽ gene-
Rom.1.a. rationi inſiſtit. Atq; & Paulus cùm eum ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ factum diceret, nihil aliud nos admonuit, quàm id factũ à Chriſti humanitate ſumptum eſſe, quod & nos cõfitẽur. Verùm tonitrui filius de dei ineffabili, & sẽpiterna eſſentia nunc loqtur. Propterea nõ fecit, ſed erat, poſuit. Oportebat. n. ſi creatus eſſet, id maximè definire. Quòd ſi Paulus ueritus eſt, ne ſtultorũ aliquis ſuſpicaretur filiũ patre maiorẽ fore, & genitorẽ ei ſubiectũ, & idcirco ad Co
1.Cor.15.d. rinthios ſcribẽs, inquit: Quòd omnia Chriſto ſubiecta ſunt, præter illũ qui ſubiecit ei omnia: licèt abſurdum fuiſſet, quẽpiam ſuſpicari, patrem unquam filio cum cæteris omnibus ſubiectũ iri: has tamẽ, etſi nulli nixas rationi, ſuſpicatiões formidauit, addiditq;, præter eum qui ſubiecit ei omnia: lõgè magis Ioannẽ, ſi creatus eſſet filius dei, timere, nequis increatũ æſtimaret, & hoc ante oĩa edocere oportuiſſet. Nũc autẽ cùm genitus ſit, meritò ſanè neq; ipſe, neq; alius, ſiue apoſtolus ſiue propheta, creatũ eũ aſſeruit: ſed neq; ipſe unigenitus, ſi eſſet creatus, ſubticuiſſet. Qui enim tam humilia, & abiecta propter humilitatẽ loquitur, id nullo pacto prætermiſiſſet. Neq; n. abſurdè arbitror quã haberet magnitudinẽ & præſtantiã K
tacuiſſe, potius quã eã quã nõ haberet ſilentio præteriſſe, neq; ſignificaſſe qualis eſſet. Illud enim nõ immeritò ſileri poterat, ut humanũ genus humilitatis admoneretur: hic autẽ ne minimã qdem ſilentij cauſam inuenies. Quánã enim gratia, ſi creatus eſſet, id-tacuiſſet, & multa de ſe ꝓtermiſiſſet? Nã ſi ut nos humilitatẽ edoceat, abiecta quædã ſæpenumero de ſe, etiã minimè digna loquitur: multò magis ſi creatus eſſet, apertè dixiſſet. Nonne uides ipſum neqs ingeniũ crederet, ad id oſtendendũ, & re & uerbis ſumma ope contendere, ut etiã & dignitate, & ſubſtãtia ſua indigna loquatur, & in prophetæ humilitatẽ deſcendat? Illud enim, ſicut audio, iudico: & ille mihi dixit,
Ioã. 14.b quid dicã, & quid faciã, & à meipſo non loquor: & alia huiuſmodi prophetarũ duntaxat uerba ſunt. Si ergo ut hãc tolleret ſuſpicionẽ, tam uiles de ſe ſermones, tã humiles nõ eſt dedignatus: lõgè magis ſi creatus eſſet, nequis ipſum increatũ ſuſpicaretur, multa huiuſmodi protuliſſet in mediũ: ut exẽpli gratia: No
L lite arbitrari me genitũ eſſe à patre, creatus ſum nõ genitus, neq; illius ſubſtantiæ ſum. Nũc autem omni no cõtrà, ea loquitur, quæ etiã inuitos cõtrariam ac cipere cogant ſententiã: ut illud, Quia ego in patre,
Ioã. 14.b & pater in me eſt: &, Tanto tẽpore uobiſcũ ſum, &
Ibidem.a nõ cognouiſtis me: Philippe, q uidet me, uidet & patrẽ. &, Sicut pater ſuſcitat mortuos, & uiuificat: ſic &
Ibid.5.d. filius quos uult, uiuificat: &, Pater me⁹ opatus eſt uſ-
Ibidem.c que modò, & ego opor: &, Sicut cognoſcit me pa-
Ibid.10.c ter, & ego cognoſco patrem, & in oi ſcriptura unũ & idem ſe eſſe cum patre aſſerit. Authoritatẽ autem & poteſtatẽ & his, & aliis plurimis locis manifeſtat: ut
Luc.4.f cùm inqt: Tace, obmutesce. Volo, mũdare. Surde &
Matt.8.a mute ſpiritus, ego tibi ꝓcipio, exi ab eo: &, Audiſtis
Mar.9.d. quia dictũ eſt antiquis, nõ occides: ego autem dico
Matt.5.c. uobis, q iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: & plura huiuſmodi. Addo etiã miracula, hæc oĩa ſatis idonea ſunt ad eius uirtutẽ, potẽtiamq; oſtendendam: immò & minima eorũ pars, plurimũ etiam inſipientiores & adducere, & ſuadere poſſet, ut crederent: ſed profectò earũ eſt inanis gloria uiriũ, ut uel ad ma
M niſeſtiſsima quæque eorũ, qui ipſi ſuccumbũt, mentis aciẽ perſtringat, & in rebus luce clarioribus diſſentire, ac cõtendere perſuadeat: eos autẽ qui ueritatẽ probè tenent & intelligũt, in diſsimulationẽ contra dictionẽq; adhortetur: quod Iudęis uſu uenit. nõ. n. ignorationis gratia dei filiũ abnegarunt, ſed ut apud populũ plurimũ & authoritatis, & honoris cõſequerentur. Ex principibus enim, inquit, multi crediderũt
Ioã. 12.f. in eum, ſed propter phariſęos non confitebantur, ut de ſynagoga nõ eiicerentur: potius enim hominum quàm dei gloriam optarũt. ſiquidẽ nullo pacto fieri poteſt, ut is qui tanto ſtudio ſeculari gloriæ ſeruiat, diuinã unquã aſſequatur. Idcirco his uerbis reprehẽduntur: Quomodo poteſtis uos credere, q gloriã in-
Ibid.5.g. uicẽ accipitis, & gloriã quæ à ſolo deo eſt, non quęritis? Intolerabilis quædã ebrietas eſt inanis gloriæ: ideoq; quẽ ſuæ ſubiecit ditioni, is ægrè in ſanitatem reſtituitur. Et quã peſtifera tabe infecit animã, à cœlo abſcindẽs, terræ affigit, neq; eam amplius ſinit, ut ad ueram lucẽ dirigere poſsit intuitum: ſed in huius ſeculi ſordibus ſemp eius perſuaſione deuoluitur, & dominos nobis tã potentes imponit, ut etiã ſine iuſſu aliquo nos exuperent, nobisq; perpetuò dominẽtur.

A tur. Qui. n. hoc morbo afficitur, nullo ꝓceptore oĩa ſua ſpote operatur, q̃ dominis ſuis placere, quibuſcũq; plurimùm eos lætari arbitratur. Etenim pulchra ueſte eorum cauſa induitur, faciemq; ornat non ſibi, ſed alijs: caterua ſequentium ſtipatur, quò oẽs ipſum admirentur: quicqd deniq; facit, aliorum tantũ gratia facit. Num quicq̃ poſſet eſſe moleſtius? Vt alijs admirationi ſit ꝓceps frequenter agitur. Vis eius intelligere tyrannidem? Satis tibi ex Chriſti uerbis conſtabit. Audi & quæ ſequũtur. Nam ſi quempiam negotiatorem, qui pretioſiſsimas ſibi merces magno auri põdere cõpararit, rogaueris quánam gratia tantũ auri profundat, quidue tãtus ſibi ſumptus uelit: nullam aliã ab eo rationẽ accipies, q̃ ut populo placeat. Quòd ſi deinde qd populus ſit, pcõtaberis: quiddã, inqt, tumultus pturbationiſq; plenũ, è ſtultitia maiori ex parte cõſtans, atq; cõpoſitum temerè, per maris fluctus uaria & pugnãte ſentẽtia ſæpenumero iactatũ. Qui igitur ſub eiuſmodi dominij ſeruitio premitur, nonne omnũ eſt ſanè miſerrimus? Veruntamen qui ſecularẽ uitam agunt, ſi his ſe affectibus deuinxerint, etſi graue ſit, leuior tamẽ eſt reprehenſio.
B Qui uerò terrena ſe abieciſſe profeſsi, ea tamen auidi inhiãt, hi grauius ſunt accuſandi: illis. n. pecuniarũ tenus damnũ, his aũt ad aĩam uſq; periculum extendi tur. Nam cùm ſeculari gloria fidei rectitudinẽ mutarint, & deum ut ipſi laudentur contẽpſerint: dic q̃ſo, quo damno, qua inſania afficiuntur? Alij animæ affectus, & ſi magno ſint homini nocumẽto, aliquã ſaltẽ afferunt uoluptatem, quãuis tẽporalem, atq; breui duraturam. Nam qui pecuniarum aut mulierum flagrant deſiderio, eaſque ſectãtur, nõnullam tamẽ cũ damno uoluptatẽ, licèt breuiſsimã, capiũt: quos uerò hic morb⁹ irretiuerit, hi ſemp omni priuati uoluptate uitã uiuunt q̃ miſerrimam. Neq; n. quòd tantopere exquirunt, multitudinis gloriã aſſequuntur, ſed cùm ea frui uideantur, ea tamen omnino carẽt: cùm id nulli prorſus glorię ſit adnumerandũ. Ideoq; nõ gloria, ſed inanis gloriæ opus appellatur. Inanem gloriã hanc maiores noſtri oẽs meritò dixerunt: Inanis nanq; eſt, nihil in ſe habẽs neq; clarum, neq; glorioſum, tanquã perſonæ, q̃ pulchræ quidem uiſu, & decoræ, intus inanes reperiuntur. Quare cùm aſpectu ipſo elegãtiores appareãt, neminẽ tamen unq̃ ad
C ſe amãdum allexerunt. Ita nihil etiam miſerius, quæ multitudine comparatur gloria, difficilem nobis, & uiolentum affectũ ſignificat: aſpectu nanq; ſolo pulchra, atq; elegans uidetur, intrinſecus aũt non inanis modò, uerũetiam ignominioſa crudelitatis & uiolẽtiæ plena. Vnde igitur tam temerarius, tam inſanus abſq; ulla uoluptate affectus? Non aliunde ſanè q̃ à uili & abiecto aio. Neq; n. fieri poteſt, ut qui gloriæ dulcedine capitur, magnum aliquid & egregium ſapiat, ſed ignominia illico ipſum notari neceſſe eſt, & animi abiecti, infamis, atq; exigui exiſtimari. Qui. n. nihil propter uirtutẽ, ſed ut hominibus & rudibus, & indoctis placeat, operatur: quíue in omni re fallacẽ hominum, atq; erroris plenam exquirit ſententiam: quam is gloriã meretur? Animaduerte ſiquis eũ percontaretur, quid tu multitudinẽ eſſe arbitraris? proculdubio, & deſidem, & nullæ bonæ rei deditam reſponderet. Quid aũt? an ex illius numero fieri optares, ſiquis eundem iterum interrogaret, non utiq; mihi aſſenſurum pſuadeo. Nõne igitur maximè ridiculum eſt, eorum gloriã aucupari, quorũ ne ſimilis q-
D dem eſſe uelles? Si aũt dixeris, multos etiam cõſtantes uiros hac eſſe ſentẽtia, idcirco longè magis cõtẽnendos dicimus. Nam ſi ſponte ſua contemptibiles ſunt, cũ multi fuerint: maiorẽ in modum digni ſunt qui cõtemnantur. Singulorũ. n. amentia ſimul collecta, multitudine ipſa fit auctior. Quam ob rem ſiqs eos ſigillatim caſtigaret, facilè quod uellet, aſſequeretur ſin cũctos ſimul, nullus eſſet correctioni locus, cũ numero ipſo ſtultitia creſcat, & pecudũ more ducantur, quocũq; inuicẽ ſecularem gloriam, atq; opinionẽ ſecuti. Agitè, qd hanc populariẽ gloriã tantopere deſideratis? Nolite, inquã fratres, obſecro. Gloriæ nanq; cupiditas omnia commiſcuit, auaritiam, inuidiam, calũniam, inſidias peperit, & qui nulla affecti ſunt iniuria, in illos q nihil de ipſis malè meriti ſunt, & armat & efferat, hęc amicitiæ & cõſuetudinis obliuiſcitur. Nihil ſe pudet, ſed omni abiecta uirtute omnibus bellum indicit, ſemper incõſtans, ſemp inuiſa. Et ſanè ira & uiolentus & intolerabilis morbus eſt, nõ tamẽ ſemp nocumẽto eſſe ſolet, ſed duntaxat cũ irritatur. Inanis. n. gloria omni tempore peſtifera eſt. Nunquã ceſſat, nunquã remittitur, niſi ratione & cohibeatur, & ſedetur, ſemper præſtò eſt, nõ ſolũ pec-
E cãdi ſe hortatricem exhibẽs, uerũetiam ſiquid rectè faciamus, id è manibus ſumma ui eripere contẽdit, uel nihil rectè à nobis inchoari, perficiq; permittit. Quòd ſi auaritiã Paulus idolorum ſeruitutem appel
Eph.5.b. lat: eius matrẽ, radicem fontem, hoc eſt inanem gloriam, quo noĩe merebitur appellari? Nullum quidẽ, ſi rectè eius malitiã contemplabimur, dignum inueniemus. Abſtineamus ergo dilectiſsimi, & pernicioſum hoc exuamus ueſtimentũ, quo diſciſſo, & procul abiecto fiamus aliquãdo liberi, uerã induti libertatẽ, & uerę nobilitatis q̃ à deo nobis elargita eſt, cognitionẽ nõ negligam⁹, ſed ſeculariẽ gloriã, qua nihil riſu dignius, nihil turpius, nihil ignominioſius. Hoc multis ſanè rationib. uideri licet. Siqdẽ huius gloriæ cupiditas, ignominia eſt. Eſt aũt uera gloria, eam ut nullius momẽti contẽnere, & ad diuinã uoluntatem oĩa & uerba, et opa noſtra dirigere, hoc pacto ab eo q cũcta certa ratione intelligit, mercedẽ accipere poterimus, ſi eo ſolo erim⁹ ſpectatore cõtenti. Quid. n. nobis opus eſt, ut alij opa noſtra inſpiciãt, cũ is nos intueatur, q unicuiq; pro meritis retributurus eſt prę
F miũ? Nõne hoc ridiculum atq; abſurdum, cùm quicquid ſeruus operatur, ad gratiam & amorẽ ſui domini cõciliandum faciat, eoq; uidente & probãte ſeruitium ſuum cõtentus ſit, neq; aliorum laudibus moueatur: nos cũ tantũ, támque ſummum dominũ habeamus, alios q nos, & opa noſtra uideãt & probẽt diſquirere, maximè cũ nihil uel nobis utilitatis afferre, ſed tantũ inſpicere poſsint q̃ facimus? Accedit ad hoc quòd oĩs noſter labor inanis fit, & irritus. Non ita obſecro dilectiſsimi, non ita: ſed unde præmiũ nobis futurum eſt, inde totis uiribus id cõparare curemus, deum operũ noſtrorũ & laudatorẽ, & ſpectatorem adhibeamus, nihil nobis cum humano iudicio. Quòd ſi hanc gloriam aſſequi uoluerimus, tunc profectò cõſequemur, cũ diuinã tãtũ implorabim⁹.
Qui me glorificat, glorificabo & eũ, iquit. Et quẽad-
Mar.8.d. modũ tũc maximè diuitijs affluimus, cũ eas contẽnimus, & diuinas tantùm efflagitamus. Quærite, in-
Mat.6.d. quit, regnũ dei, & hæc oĩa adiicientur uobis. Itidẽ in gl'ia uſu uenit, quãdo iã ſine piculo & diuitię nobis, & gloriæ largiri poſſunt: tũc eas plena & exuberanti

manu diuina nobis benignitas elargitur. Sine pericu
lo aũt tũc his fruimur, cùm nos capere & exuperare
nequeunt: neq; tanquã seruis imperant, sed nobis ser
uiũt, easq; & domini, & liberi possidemus. Propterea
earũ nobis amorem prohibet deus, ne turpi his serui
tio subiiciamur. Quòd si assequimur, incredibili no
bis libertate oĩa instaurat. Quid.n. Paulo darius? qd
gloriosius? qui nõ humanã gloriam se quærere profi
tetur. Quid nihil habente, & oĩa possidente locuple
tius? Cùm.n. ut iam dixi, neque pecuniæ, neque glo
riæ cupiditate uincimur, tũc eas affatim accipimus,
tunc eis fruimur. Si igitur nobis gloriã cõparare cupi
mus, gloriã fugiamus: hoc.n. pacto diuina seruare p
cepta, & præsentibus bonis & futuris frui poterimus.
Quorum utinã fiamus participes, gratia & benigni
tate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo
patri gloria, simul & spiritui sancto in secula, Amen.

Homilia tertia ex capite. i.

N principio erat uerbum, & uerbum erat apud
i *deum.* Bonarũ artiũ præceptores, cũ pueros
doctrinæ rudimẽtis accipiũt eruditẽdos, nõ
grauiori primũ lectionum onere eorum mentes im
H plicãt: sed breuibus & iisdẽ sæpenumero repetitis, p̃
ceptis, paulatim eos assuefaciunt, quo fit ut eorũ ani
mis facilè doctrina iprimatur, ne ab ipso eruditionis
principio ad lectionũ multitudinem capessendam,
memoria nimia laborãte perterriti, ad colligẽda pr̃
cepta segniores reddãtur, & doctrinæ difficultate tor
pescãt. Hunc & nos morẽ secuti, ut uos labore leue-
mus, paulatim hoc diuinũ pabulum distribuamus,
uestrisq; instillemus pectoribus. Quare eadem iterũ
uerba proponã, non ut idem repetam, sed ut omissa
adiiciãtur. Agitè igitur, In principio erat uerbum, &
uerbum erat apud deũ. Quãnam ratione, cùm reliq
euãgelistę ab humanitate Christi suum orsi sũt euã-
gelium. Nã Matthęus incipit, Liber generationis Iesu
Xp̃i filij Dauid: Lucas de Maria prima uerba facit:
Marcus simili ferè utitur principio, & de Ioãne Bapti
sta illic nobis intexit historiã. Ioannes id breui prose
quẽs, his uerbis significauit, Et uerbũ caro factũ est,
& reliquis p̃termissis omnibus, conceptione, partu,
educatione, incremẽto, quãprimum supernã nobis
generationem aggreditur. Cur ita fecerit, iam uobis
aperiam. Cũ reliqui euãgelistæ circa carnẽ immora-
I ti essent, timẽdum erat ne idcirco nõnulli nihil altũ,
sed terrena duntaxat & caduca cõiectantes, in ea so-
lùm doctrina cõfirmarentur: quod & Paulus Samo
satẽsis opinatus est. Ex hac igitur humilitate, q lapsu
ri erant, in cœlum erectis, non imeritò ab æterna &
diuina essentia facit nobis narrationis principiũ. Cũ
enim Matthæus ab Herode rege, Lucas à Tyberio
Cæsare, Marcus à baptismate Ioãnis exordiatur: his
oĩbus omissis Ioãnes, supra omne tẽps, & seculũ ascẽ-
dit, auditorum animos ad id quod in principio erat
erigens, neq; usquã eos finit consistere, neq; terminũ
aliquem ponit, quemadmodum illi Herodem, Ty-
herium, Ioãnem. Illud aũt admiratione dignum est,
quòd neq; Ioãnes in ampliori narratione humanita-
tẽ contempsit, neq; illi cùm huic uacarent, sempiter-
nã omnino siluerunt essentiam. Et sanè quidẽ: unus
enim spiritus est, qui omniũ mẽtes mouet: ppea ual-
de in narrationibus suis concordant. Tu aũt dilectis-
sime, cùm uerbũ hoc in loco audis, noli, quæso, iis
acquiescere, qui dicunt id uerbũ esse, quod ore pro-
fertur, aut simpliciter uerbũ: multa enim dei sunt uer-
ba, quæ & angeli faciunt, nullũ tamen eorũ deus est: K
sed & prophetiæ & præcepta, uerba dicũtur. Mos.n.
scripturæ est diuinas leges, & præcepta, & prophetias
uerbũ appellare. Quare de angelis loquẽs: Potentes, *Ps.102.d*
inquit, uirtute q facitis uerbum eius: hoc autem uer-
bum subsistãtia quædã est in persona, ex ipso patre si-
ne passione prouenies, hoc, ut iam dixi, per uerbi ap
pellationẽ manifestauit. Quẽadmodũ igitur, In prin
cipio erat uerbum, æternitatẽ significat: ita hoc, erat
in principio apud deum, coæternitatem nobis ostẽ-
dit. Sed ne hac particula, In principio erat uerbum,
æternum quidẽ, antiquiorem tamen aliquo tpis spa
tio patris uitam suspicareris, & unigenito dares prin-
cipiũ, addidit: Hoc erat in principio apud deum, itidẽ
eius æternitatem, quemadmodũ patris significans. Nunquã.n. solus, & sine uerbo fuit, sed semper
deus apud eum erat, & in persona quidem propria.
Qua ergo ratiõe subdidit, In mũdo erat, si apud deũ
erat, quia & apud deum erat, & in mundo? Neq;.n.
aut pater, aut filius sine ullo comprehenditur. Nã si *Ps.146.a.*
magnitudinis eius nõ est finis, & sapientiæ eius non
est numerus, neq; etiã subsistãtiæ: satis cõstat esse ali-
quod tẽporale principiũ. Cùm audis, Quòd in prin- L
cipio creauerit deus cœlum & terrã: quidnam p hoc
principiũ intelligis? Certè quòd ante oĩa usibilia ea
creauerit. Sic cũ de unigenito dicatur, quòd in princi
pio erat: ante omnia intelligibilia, & ante secula fuis-
se intelligas necesse est. Quòd sigs diceret: Si filiꝰ est,
quõnã pacto fieri põt qn patre sit minor? Quod.n.
ab aliquo est, oĩno eo à quo fit, posterius esse oportet. Respondemus, has maximè humanarũ esse cogi
tationum inquisitiones: & qui hoc quærit, inquirit
ẽt absurdiora: neq; auribus tantùm accipienda hæc
sunt. De deo.n. nunc nobis sermo est, non de huma
na natura, quæ nostrarũ rationũ cõsequentiæ, neces
sitatiq; subiecta est. Veruntamẽ pro infirmorum in-
telligẽtia, aliquod ad hæc exẽplum adducemus. Agè
dic, qso, Nunquid Solis splendor ex ipsius Solis natu
ra emanat, an aliunde? necessariò fatendum est, nisi
penitus desipiamus, ex Solis natura: quòd cũ ita sit,
nũquã tamẽ ipso Sole posterius ipsius radios fulgo-
rẽq; dixerimus exoriri, cum sine his nunq̃ appareat.
Quòd si in his q̃ ipso uisu & sensu pcipiuntur in cor-
porib. quod ex aliquo fit, nõ posterius eo à quo fit,
esse aliqd manifestè deprehẽditur: persuaderi nõ po- M
terit, iuisibili, ineffabili naturæ, eãdem inesse potesta
tẽ, ut par est illius essentiæ? Propterea Paulus quoq;
ipsum & ex eo, & coæternũ asseruit. Quid aũt? Nõne
& secula, & temporum spatia p ipsum facta sunt? oĩa
cõfiteamur necesse est, nisi insaniamus. Nulla igitur
inter patrem & filium est differentia. Si nulla, non est
filius posterius, sed coæternus patri. Antè.n. & pòst,
tempus significant & ostendunt. Sine seculo, uel tẽ-
pore, nemo posset neq; antè, neque pòst intelligere.
Temporibus aũt & seculis oĩbus superior est deus,
atq; antiquior. Quòd si oĩno filio principium esse cõ
tendis, caue ne patrẽ quoq; sub principio antiquiori
quidem, sub principio tamen comprehendere eadẽ
ratione cogaris. Agè, nunquid terminũ aliquem, uel
principiũ filio constituis, a quo ad superius illud pro
cedens patrem superiorem esse dicis? Quid? Dic igi-
tur, quęso, quanto pater prior est, breuẽne an longũ
inter patrem & filium temporis spatium fuisse dicis?
alterutrum asseras, sub principio patrem cõprehen-
das necesse est. Medium nanq; interuallum quantũ-

A cunque sit, proculdubio metiris. Dimensio autẽ fieri
non potest, nisi sit utrinque principiũ, sub quo hoc
pacto quãtum in te est, patrem constituis, neque iã
secundum nos pater sine principio intelligi poterit.
Ioan.5.d. Nõne assentis id uerũ esse, quod à saluatore dicitur,
ubique potestatis ipsius argumentũ: Qui non hono
rat me, non honorat patrẽ? Nec ignoro hoc uerbũ
non facilè à multis intelligi: idcirco plerisque in locis
sentẽtias nostras afferre differimus, eò quòd reliquũ
uulgus eas capere atq; assequi nequeat: neque si asse
queretur, firmitudinis aliqd habet aut certitudinis.
Humanæ nanque rationes, & sententię incertę sunt,
Esa.43.b atque imbecilles. Libenter autẽ & illud negantibus
ueritatẽ afferam, quod à propheta dicitur: Ante me
non est factus alius deus, & post me nõ est. Quòd si
filius patre minor est, quo pacto, inquit, post me nõ
est alius deus? Nunqd ipsius unigeniti tolletis subsiã
tiam? Necesse est.n. aut hoc tã impiè audere, aut in
propria patris & filij persona unam intelligere diui-
nitatem. Quõnam etiam pacto id uerum est, Et oĩa
B per ipsum facta sunt? Nam si patris ęuum antiquius,
qũo quæ ante ipsum filium facta fuerunt, per ipsum
facta sunt? Videtisne in quantam temeritatem se ad
Rom.4.c ducant, qui semel ueritatem abiecerunt? Sed quã ob
rem non inquit euangelista ex nihilo factũ esse, quẽ-
admodum Paulus his uerbis ostendit: qui uocat q̃
non sunt, tanquam ea q̃ sunt: sed in principio erat,
inquit? Hoc illi cõtrarium est, nec immeritò: siquidẽ
deus neque fit, neque se quicquam habet antiquius,
sed huiusmodi Gẽtium uerba sunt. Agè & illud, Nõ-
ne rerum oĩum conditorem longe omnium excellẽ
Esa.41.b tissimum, præstantissimúmque dixeris? Quòd si itidẽ
dem ut alia ex nihilo factus esset, ubi eius incorpora
bilis esset excellentia? quid item illud: Ego primus, &
ego post hæc? &, Ante me non est factus alius deus?
Si.n. filius nõ esset eiusdẽ subsiantiæ, alter esset deus:
si nõ coæternus, post illũ: si nõ ex subsiantia proces-
sisset, factum esse constaret. Quòd si ad idolorũ si-
mulachrorúmque differentiam hæc facta asserunt,
C cur eiusdẽ differẽtiæ gratia unum uerũ deum dicere
non consentiunt? Ac si ad eam differentiã hoc dictũ
esset, quõnam pacto uerba oĩa interpretaberis? Post
me, inquit, non est alius deus: non filium his uerbis
excludit post se nõ esse, sed deum fictum. Esto sanè.
Quid ergo quod ait, Ante me non est factus alius
deus? Itáne hoc quoq; intelliges, quòd fictꝰ deus an-
te eũ factus non sit, sed tamen filiũ factũ? Et quisnã
hoc dixerit? neque.n. ipsum diabolũ hoc dicturum
arbitror. Præterea si filius nõ est coæternus patri, in
finitam eius uitã quónam modo dixeris? Nã etsi ali-
cuius principiũ ducit, quanuis sine fine sit, non tamẽ
est infinitus. Quod.n. infinitum est, utrinq; fine ca-
reat oportet. Hoc Paulus his uerbis manifestauit:
Hebr.7.a Neq; principium dierum, neq; finem habens: qbus
uerbis & principio & fine carere planè demõstrauit.
Quemadmodũ.n. hoc non habet finem, ita neq; il-
lud cũ, neque hic finis, neq; illic principium. Quõnã
autẽ pacto uita erat aliquando, cũ non esset? Vitam
nanq; semper, & sine principio, & sine fine esse oẽs
confitẽtur. Si profectò uita sit, quemadmodum est.
Si uerò est, quando non est? Qua ratione alijs uita es
se potest, cùm aliquando ipsa nõ fuerit? Quid ergo
causæ fuerit, quòd principiũ Ioannes posuit, In prin-
cipio, inqt, erat? Considerasti hanc particulã, In prin-
cipio erat, & uerbum erat, nõ intelligis? Quid autem
de patre propheta diceret, A seculo & usq; in seculũ D
tu es? Nunquid ei terminũ aliquẽ his uerbis prescrip- *Psa.89.a*
sit? Nequaquã, sed eius significat æternitatẽ, itidem
hoc in loco intelligi necesse est: quippe cùm nullum
ei terminũ constituat, neq; dicat principiũ habuisse,
sed in principio erat. Hinc te adducit, tibi suadet, ut
filiũ sine principio intelligas. Sed dixerit quispiã, pa-
trẽ articuli adiectione, filium sine articulo positum.
Quid ergo? cũ Apostolus inqt: Magni dei, & saluato
ris nostri Iesu Xp̃i: & iterũ, Qui est super oẽs deos: si- *ad Tit.2.*
ne articulo filij meminit. Itidẽ de patre ad Philippẽ.
scribẽs: Qui cũ in forma dei esset, non rapinã arbitra *Ps.104.a*
tus est esse se æqualem deo. Et ad Romanos: Gratia *Phil.2.a.*
uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu *Rom.1.a.*
Xpo: neglexit articulũ. Superuacaneũ nanq; est ubiq;
id præponere, præsertim cũ superius eo frequenter
usus sit. Quemadmodũ.n. de spiritu pater loquens, *Ioan.4.c*
inquit, Spiritus deus: neq; cũ spiritui articulũ nõ adii
ciat, idcirco deũ esse incorporeũ negamus: ita hoc
in loco, quãuis filio articulus nõ prẽponatur, nõ pro E
pterea patre minor est deus. Quid tum, cũ & hũc &
illum appellet, neutrius nobis diuinitatis ullã facit
differentiam, sed prorsus contrà. Nam cùm dixisset,
Et *deus erat uerbum*: nequis filij diuinitatem patre ali-
qua ex parte minorẽ arbitraretur, mox id affert, per
qđ eius suprema diuinitas manifestè significatur, &
eius demõstrat ęternitatẽ. *Hoc enim erat*, inqt, *in prin-*
cipio apud deum: & opificiũ addit, *Omnia per ipsum fa-*
cta sunt, & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est. Quod
potissimũ pater p̃ prophetas ubiq; eius subsiãtię in-
diciũ esse prędicat, & frequẽter in hoc demõstrando
prophetę uersantur, neq; hoc dũtaxat, sed ẽt summa
ope ad idolorũ simulachrorúmque gloriã tollendã
contendũt. Dij, inquit, q cœlũ & terrã nõ fecerũt, pe- *Hier.10.*
reant. Et iterũ: Ego manu mea extendi cœlũ. Vt diui *b.*
nitatẽ per hoc significari ostẽdant, idẽ frequẽter me *Psa.103.a*
minerũt. Ioanẽs aũt his solis uerbis nõ contẽtus, etiã *& Hier.*
uitam ipsum, & lucẽ appellat. Si igitur semper cũ pa- *51.a.*
tre fuit, si oĩa condidit, produxit, continet: hoc.n. per F
uitam significatur, si uniuersa illuminat, qs nã adeò
stultus, adeò temerarius est, ut dicat ex his euangeli-
stã minorẽ diuinitatis uirtutẽ intellexisse, p q̃ & ęqua *Rom.1.c.*
litas, & idẽ esse uel maximè potest ostẽdi? Nolimus,
quæso, creaturã cũ creatore cõfundere, ne id audia-
mus, quòd seruierunt creaturæ potius q̃ creatori.
Quòd si de cœlis hoc dictũ existimant, ueruntamẽ
cũ de his sermo haberetur, prorsus tanquã gentile &
impium creaturę cultũ exhibendũ negauit. Absit igi
tur ut huiusmodi nosipsos maledicto subiiciamus.
Propterea uenit dei filius, ut nos ab hoc cultu libera
ret: ppea serui formã accepit, ut ab hac nos eriperet
seruitute: ppea insputus est, propterea alapis cæsus,
ppea mortẽ passus ignominiosam, atq; turpissimã.
Minimè cõmittẽdũ est, ut nullũ hæc nobis fructũ af
ferãt, & in pristinã rursus impietatẽ recidamus, imò
longè grauiorẽ. Non.n. creaturæ seruiendum est, &
ipsum creatorẽ, quãtũ in nobis est, in creaturæ ulita
tem adducẽdũ. Ipse nanq; qualis est pmanet. Tu aũt *Ps.101.d.*
idẽ ipse es, inquit, & anni tui non deficient. Ei igitur
gloriã demus, ut à patribus & maioribus nostris ac-
cepimus, demus inquã gloriam & fide, & operibus.
Nulla.n. nobis bonorũ dogmatũ ad salutẽ utilitas,
si uita uitiorũ sordibus scateat, & inquinetur. Quã-
obrem eã ita formemus & erudiamus, ut deo place
at, oĩ turpitudine, iniquitate, auaritia longè abiecta,

G & tāquā hospites & aduenas, & à terrenis rebus alienos nos exhibeamus. Et siqs diuitijs plurimis & possessionibus affluit, haud aliter his q̄ colonus utatur, tanquā paulopost ea oīa uelit nolit relicturus. Et qui fuerit iniuria lacessitus, non modò memor non infigat pectori, sed quāprimū eā obliuioni prorsus mandet. Nō amplius una nobis die ad irā indulsit Apostolus, Sol, inqt, nō occidat sup iracūdiā uestram. Et meritò quidē: nihil.n. tā breui fieri potest molestius. Quòd si nox ira percitos nos cōprehēderet, oēs opationes nostræ grauiores subsequerētur, cū ignis plurimùm memoria excitetur, si per ociū oīa aium prouocantia, atrocius nobis reputentur. Priusquā igitur tā exitiali uacemus ocio, & uehementiorē flāmā accēdamus, pueniendū p̄cepit, & quicquid pectus nostrū urit, penitus extinguendū. Vehemens.n. iræ affectus est, & oī flāma uehementior: quare nobis celeritate opus est, ut hūc ignem extinguamus, néue ad summū eum euadere sinamus. Iræ.n. morbus, nisi mox sedetur, multas generat calamitates, domos & H familias totas euertit, ueteres dissoluit consuetudines, & breui momēto res īfandas molitur: eius nāq; furoris impetus ipsi ruina, inqt, est. Quā ob rē huic indomitæ beluæ nolimus habenas remittere, sed p̄duro frēno, metu. ſfuturi iudicij, eam cohibeamus. Quoties cū dolore aliquo amicus te, uel familiaris affecerit, ad irāq; cōcitarit, ueniat in mētē q̄ tu cōtra deū cōmiseris, quodq; si à proximo offensam & cōtumelias æquo aīo toleraueris, leuius in te dei iudiciū prouocabis. Dimittite, inqt, & dimittetur uobis. Cū hoc succurrerit, oīs ultionis cupiditas continuò euanescit. Illud p̄terea aīo frequēter uolutes uelim, & si quando in immanitatem aliquā, & furorē mox lapsurus te cōtinueris, & si quādo ira percitus, in alicuius iniuriā perniciémue præceps irrueris, & utraq; inuicem tēpora conferas, id.n. non parū tibi ad correctionē profuerit: agè, dic quæso, utrū tibi laudabilius duxeris, cū ab ira uictus es, an cū eā uicisti? Nōne uicti nosipsos reprehendimus uehementius, & nemine nos accusante erubescimus, & multa nos operū & uerborū nostrorū subit pœnitentia? Verū cū affectus strenuè superauimus, uictoris more & gaudemus plurimū, & exultamus. Victoria.n. cōtra irā est, & quidē maxima, nō cū ulciscimur iniurias, sed cùm eas æquo aīo toleramus. Hoc nanq; magnum est, hoc laudabile. Neq; cū ira excandescis, cuipiā minetis interitū, neq; in eū furibundus irruas. Neq; admonentē ut irā cohibeas, cōtemnere uelis, ea gratia ne- as te fortè irrideat. Nemo te hac causa irridebit, sed cū ira te traxerit in uindictā, uel siqs irriserit, stultus erit æstimādus. Tu uerò noli inter stultos & amētes uictoriæ gloriā q̄rere, sed ea cōtentus sis, quā sapien tū tibi iudicio cōparaueris. Verū qd in paruo & humili hominū spectaculo te cōstituo? in ipsum continuò deū oculos dirigas, qui te laudabit, neq; p̄terea ullā ab hominibus gloriā q̄rere oportebit. Siquidem huius seculi gloria ad gratiā sæpe, nōnūquā ad odiū tribuitur, neq; qcquā affert utilitatis: qd uerò deus nobis indicat, nullā huiusmodi habet dubitationē, & plurimū qui à deo laudatur, utilitatis cōsequitur: hāc nos laudē, hunc honorē sequamur. Visne manifestè intelligere quantū mali afferat iracundia? Adsis cùm aliquando quispiam rixatur, neq; n. in temetipso facilè hanc possis deprehendere turpitudinem, tenebris, & ebrietate ratione obuoluta, sed cū tui tibi affectus non dominātur, tunc in alijs rē tuā planissimè cognoscas licet, cùm incorruptè & uerè iudicare poteris. Videbis nāq; iratos non secus, ac insanos tur K piter in mediū præcipites fieri. Cū.n. circa præcordia ira efferbuerit, os ignē emittit, tota inflatur facies, in cōpositæ manus mouētur, ridiculè prosiliūt pedes, monitoribus & rixā dirimere conātibus insultant, in eósque nulla ab insanientibus differētia irruūt: & cū hæc faciunt, tanquā amentes, nihil sentiunt, nihil intelligūt, sed asinorū more calcibus, morsibúsque inuicē insultāt. Et profectò iracūdia pcitus, nullū neq; decorē seruare potest, neq; modestiā. Hi igitur hoīes post hanc ignominiā & domū & ad se reuersi, dolore simul anguntur & metu, cū intelligāt quos læserint, quos furoris & insaniæ suæ testes habuerint. Quippe qui in illo furore nō secus ac mēte capti, qd faciāt nō aduertunt: cū ad se redierint, tum demum oīa secum reputant, nū amici, num inimici ei insaniē ti affuerint, nū uiderint: pari.n. ratione utroslibet formidant, alios tanquā reprehensores, & eos quorū p̄sentia magis sibi erubescendū sit: alios tanquā q̄ ipsorū malo, & ignominia plurimū gaudeāt. Quòd si ad plagas & uerbera inuicē proruperint, longē maiore formidine angūtur, ne qd grauius ei q̄ cæsus est accidat, ne aut febris in mortē, aut ulcus insanabile, in ultimū eū adducat periculū. Et qd, inqt, mihi pugna opus erat? quid iniurijs? qd cōtentionibus? Hæc & illa pereāt, & oībus his terrenis rebus maledicūt, quæ ipsis discordiæ p̄buerunt materiā, & de dæmonibus cōqueruntur: stultiores aūt cū perperā quod operantur, tēporū malitiæ insimulāt: non tamē malitia temporū causa est. Neq;.n. mala sunt ipsa, neq; malus dæmon duntaxat, sed eorū malitia, q̄ à prauis se uinci patiuntur affectibus: hi dæmones alliciunt, & sibiipsis malorū oium sunt authores. Sed intumescit cor, inquit, & iniurijs excādescit. Nouimus qd ira posit, & idcirco qui inanē hanc beluā exuperāt, eos maximè admiramur, neq; deest, modò uelimus, facultas. Quamobrē cū domini nos, & principes cōtumelijs prosequūtur, nō irascimur: an formido ira nō minor nos absterret, neq; à principio iræ locū dare pmittit? Quamobrē serui sæpenumero à nobis male M dictis affecti, silētio oīa ppetiuntur, an quòd seruitutis uinculo cōtinentur? Tu autē noli solū dei timorē cogitare, sed ēt quòd ipse tibi iniuriā faciat, cū silentiū indicit, & oīa æquo aīo perferes. Dic te urgenti, Quid faciam tibi? alius mihi & dexterā, & linguam cohibet: hoc profectò uerbū & tibi, & illi fiet philosophiæ materia. Nunc autē hominum gratia etiā intolerabilia ferimus, & ad eos qui nos lacessunt, huiusmodi sæpenumero uerbis utimur: Ille me, non tu, lacessiuit. Verū deo non tantam adhibemus reuerentiam, & quæ nam nobis uenia speranda est? Agitè, quæso, nosipsos alloquamur. Deus nūc nos lacessit, cū manus nostras continet, ne prosiliamus contra, néue nobis deus, q̄ homines sit despectior. Exhorruistis hoc uerbū? Verùm ego nō uerbum tantùm, sed operationes exhorrere has uelim. Dei præceptū Luc. 6.f. est, non modò nobis percutientem maxillam, sed grauiorem etiam contumeliam perferendam: nos uerò uolendo penitus metui, diuinæ repugnamus uoluntati, ut non modò mala perpeti recusemus, sed grauius etiam iniurias ulcisci admitamur: qui nisi omni conatu ultioni inuigilemus, humilis nosipsos, & abiecti animi esse ducimus: & quod gra-

A quod grauissimū est, nostrā calamitatē, uictoriā nobis ducibus: & cū maximè ab ira uincimur, tūc maximè uicisse existimamus: & cū humi miserè prostrati iacemus, innumeris à diabolo plagis, uulneribusq; acceptis, uictoriā reportasse cōtendimus. Quā ob rē fratres uos ego & hortor, & moneo, ut uictoriam ipsam cognoscere nō negligatis, eamq; prosequamini: siquidem malorū perpessio uictoria nobis est. Si igitur à deo laudū p̄conia cupimus, nō æterna certamina, sed diuinam legē in his seruemus certaminibus, & quicquid eueniat, æquo animo perferamus: hoc pacto ueteri prostrata malitia, & præsentis seculi, & q̄ in futuro nobis promittuntur bona cōsequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē, & cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, honor & imperiū in secula seculorū. Amen.

Homilia quarta, ex cap. primo.

Mnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est
O *nihil, quod factū est*. Moses ueteris testamēti librū, historiamq; exorsus, q̄ sensū percipiun tur, ea nobis pluribus uerbis enumerat. In principio, C inquit, creauit deus cœlū & terrā. Inde subdit lucem Gen. 1.a & seq. scdm cœlum, stellarū naturā, uaria animantiū genera creata, & cætera deniq; oīa, ne sigillatim prosequētes simus longiores. Hic aūt euangelista oībus his p̄cisis, atq; omissis, uno uerbo & ea, & lōgè altiora cōprehēdit, nec imeritò: utpote cū satis cognita essent auditorib⁹ & ipse ad altiorē, p̄stantioremq; materiā properet, & omni conatu non circa creata, sed ipsum oium creatorē incūbat: idcirco ille quanuis minorē creationis partē aggrederetur: nihil.n. nobis de inuisibilibus disputat uirtutibus, his tantū immoratur. Verū Ioannes ad ipsum oium conditorē ascēdere festinans, meritò & q̄ ille prosecutus est, & q̄ conticuit, prætermissis paucis, oīa cōprehendit. O ī, inquit, per ipsum facta sunt: & ne putares quæcunque Moses dixit, ea duntaxat Ioannē intellegere: infert, Et sine ipso factū est nihil, qd factū est: hoc est, eorū q̄ creata sunt, siue uisui, siue intellectui tantū subiecta, nihil sine filii uirtute productū est, uel conditū. Neq; cū dixerimus, Sine ipso factum est nihil: profectò id puncto notabimus, ut hæretici opinātur. Hi.n. cū ue
D lint spiritū creatū esse, sic legunt: Qd factū est in ipso uita erat: uerū cū nulla profectò ratione hęc intelligi possit oratio· Primū nanq; neq; tpis huius, neq; propositi erat, spiritus meminisse: qd si ita ei uisum est, si ita placuit, quanā gratia tam obscurè spiritus mētionē fecit? unde aūt constat de spiritu dictū esse? p̄terea in hoc euangelio inuenimus, non spiritū, sed filium, & seipsum factū. Verū excitemini ne hæc uos snia fugiat, & agitè quæso, primū hunc textū scdm eorum legamus opinionē: hoc pacto q̄ perperam, impieq; eū interpretentur, planè intelligetis. Inquiunt igitur, Quod factū est in ipso uita erat: hanc uitā spiritū intelligi cōtendūt: sed hęc uita lux ēt inuenitur appellata, cū subdidit: Et uita erat lux hoīum. Itaq; scdm eorum positionē, lux hominū spiritus dicitur. Quid ergo cū prosequitur, Fuit homo missus à deo, qui testimoniū perhiberet de lumine? qd ēt de spiritu dictū confiteantur, necesse est: qd enim superius, uerbū, appellauit: id deinde, & deū, & uitam, & lucē, appellat. Vita erat, inquit, hoc uerbū: & uita, lux. Si igitur uerbū, uita est: uerbū aūt hoc, & uita, caro factū est: uita facta caro est, hoc est uerbū. *Et uidimus gloriam eius, gloriā quasi unigeniti à patre* Quòd si spiritū dicāt hoc in loco uitā appellari, cōsidera quot sequerētur D absurda. Erit.n. spūs incarnatus, nō filius, erit unigenitus spiritus. Qd si negaretur, in aliud longè absurdius, hoc euitato, prolaberentur. Nā si de filio hoc i loco intelligendū, & punctū illic faciendū contenderent, filium à seipso factum fateri cogerentur. Nā si uita est uerbū, & quod factum est in ipso uita erat, scdm eorum lectionē, ipsum in seipso, & perseipsum factus est. Deinde post nōnulla in mediū adducta, subdit: *Et uidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti à patre*. Ecce unigenitus filius, eorū snia, spūs sanctus esse inuenietur: de eo.n. hæc oīa narrata sunt. Animaduertisne cùm semel ueritas deprauatur, quò res eua dat? quot impia, quot absurda pariātur? Quid ergo? non erit lux spiritus? est sanè lux, sed hoc in loco nequaquā de eo loquitur euangelista: etenim deus spiritus, hoc est, incorporeus, appellatur: nō tamen ubicunq; mētio fit de spiritu, deus quoq; intelligitur. Et Et quid admiraris si de patre hoc dicimus, cū ne de paracleti quidē appellatione id dicere possemus, ut ubicunq; spiritus, illic oīno paracletus significetur, quanuis hoc nomē illius potissimum sit demonstra E tiuum? Siquidē & Christus dei uirtus & dei sapientia nuncupatur, nō tamen semper sapientiæ, & uirtutis dei appellatione filium dixeris intelligendū. Itidē hoc in loco, quanuis illuminet spiritus, minimè tamē de eo intelligitur: sed quādo eos iam his erroribus liberauimus, uudiq; contra ueritatē insurgere adnitētes: eo quo primū asseruerunt modo legendū, pertinaciter insistunt, uidelicet, Quod factum est in ipso uita erat: quid igitur & Sodomorū suppliciū, & diluuiū, & gehēna, & innumera hmōi? Sed de mūdi opificio sermo nobis, inquit, est: sanè qdē & illa opificii sunt. Sed ut uehemētius eorū reprehēdamus positionē, percōtemur eos, nunquid lignū uita sit? nunquid lapis? inanima hæc & immobilia. Verùm & hæc oīno esse nata, & quis nā hoc diceret? non.n. ipsa uita homo est, sed uitā suscepimus. Et ut ordine hoc ēt in loco orationē prosequamur, animaduerte q̄ ineptè, q̄ absurdè, quamq; nulla ex parte spiritui quicquā consentaneum loquantur. Nā cū inde decidūt, ea hominibus attribuunt, q̄ meritò de spiritu dici arbitrati sunt. Veruntamen ēt sic ipsorū snīam inquiramus. F Vita, creatura hoc in loco itelligitur, ergo & lux creatura est, & de ea uenit testimoniū perhibiturus Ioannes: quamobrē igitur ipse lux nō est? Nō erat, inquit, ille lux, atqui ex creaturarū erat numero. Quo ergo nō est lux? Quo in mūdo erat, & mundus per ipsum factus est? Nunquid creatura in creatura erat, & creatura per creaturā facta erat, uel est? quo & mundus eū nō cognouit, *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri*. Sed iam satis risimus: uobis has ineptias, hęc monstra considerāda dimittimus, ne risus mouēdi duntaxat gratia hæc dixisse uideamur, & tēpus cōteramus incassum. Nā si neq; de spiritu id dictū est: ut planè ostēdimus, neq; de creatura, & eo qd asserūt pūcto esse t is textus distinguēdus, illud unū sequeretur absurdissimū, qd ante dixi mus, filiū per seipsum factū esse. Si.n. lux uera filius est, lux aūt hæc erat uita: uita aūt facta est in ipso: eorū proculdubio snia hæc cōiungi, & in idē uenire necesse est. Quamobrē hac reiecta, uerā aggrediamur expositionē. Quæ nam aūt ea est? ut post eam particulam, qd factum est, perfectū punctum apponamus: deinde clausulā incipiamus, In ipso uita erat: cuius

particulæ ſnia hmõi eſt: Sine ipſo factũ eſt nihil, qđ factũ eſt. Siquid factũ eſt, inquit, ſine ipſo factũ non eſt. Vides quo pacto hac breui adiectione oĩa corrigit inconueniẽtia? ex ea.n. particula, Sine ipſo factũ eſt nihil: & adiectione, qđ factũ eſt: intelligibilia cõprehendit, ſpiritũ ſubtrahit. Quippe cũ dixiſſet, Oĩa per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Ne quis ſuſpicaretur, ſi oĩa per ipſum, ſpiritũ quoq; per ipſum factũ eſſe, ea fuit adiectio neceſſaria. Ergo ſi quid factũ eſt, id per ipſum factũ dixi, ſiue inuiſibile ſit, ſiue corporeũ, ſiue cœleſte. Præterea nõ ſimpliciter dixit, oĩa: ſed ſiquid factũ eſt, hoc eſt genitũ: ſpiritus uero ingenitus eſt. Vidésne doctrinã qua certiſimã in memoriã reduxit ſenſibiliũ creationẽ, q̃ ante Moſes edocuerat? Inde cũ ſatis in his profecerimus, ad altiora nos erigẽs, ad icorporea. ſ. atq; inuiſibilia, ſpiritũ ſanctũ ab omni creatura ſeiũxit. Itidẽ Paulus gratia hac inſpiratus, inquit, uniuerſa in ipſo condita eſſe, cuius animaduerte, quẽſo certitudinẽ: ipſe.n. ſpiritus in Paulo loquebatur. Ne quis igitur eorũ quæ à deo creata, factaq; ſunt, quicq̃ ſubtraheret, eo quòd
H ſint inuiſibilia: neq; his admiſceret paracletũ, ſenſibilibus & q̃ cognitu facilia ſunt prętermiſsis, cœleſtia
Coloſ.1.c his uerbis enumerat. Siue throni, ſiue dominatiões, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Hæc aũt particula, ſiue ſingulis addita, nil aliud nobis ſignificat, q̃ oĩa per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil, qđ factum eſt. Si uerò hãc prępoſitionẽ, per, ſignificare di
Pſal.101. d minutionẽ arbitraris, audi prophetã dicentẽ: Initiò terrã tu fundaſti, & opera manuũ tuarum ſunt cœli: qđ de patre tanq̃ de conditore dictũ eſt. Idẽ de filio
Heb.1.a Paulus atteſtatur, nunq̃ profectò id aſſerturus, niſi cõditorẽ ipſum non miniſtrũ opinaretur. Per ipſum aũt, hoc in loco nulla alia ponitur gratia, q̃ ne ingenitũ quiſpiã ſuſpicaretur. Nã quòd ex opificij & generationis dignitate nihilo ſit patre inferior, audi loquen
Infr.5.d tẽ: Sicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filiꝰ quos uult uiuificat: quòd ſi de filio ẽt i ueteri teſtõ: Initiò terrã tu fundaſti domine, dictũ eſt, manifeſta eſt opificij dignitas. Sin de patre prophetã id locutũ dixeris, qđ de illo dictũ eſt, Paulus filio attribuit, & ita idẽ efficietur: neq;.n. filio id Paulus tam cõſtãter
I attribuiſſet, niſi proculdubio patri & filio pares eſſe intelligeret dignitates. Vltimæ nanq; & amẽtię eſſet & audaciæ, q̃ incorporali conuenirent naturę, ea ad minorem, & q̃ illa indigeret deducere. Verũ neq; minor eſt filius, neq; patris indiget ſubſtantia: quocirca nõ hoc modo de filio Paulꝰ audet profiteri, ſed alia quoq; hmõi: hoc.n. uerbũ, ex quo, qđ tanq̃ dignum quoddã & pręcipuũ ſoli patri attribuis, filio quoque propriũ his uerbis oſtẽdit: ex quo totũ corpus pernexus & cõiunctiones ſubminiſtratũ, & conſtructũ creſcit in augmentũ dei: neq; hoc ſolo cõtẽtus, aliun
1.Cor.1.b de ẽt nobis os obſtruxit, cũ illud uerbũ, Per quẽ, qđ
Rom.11.d diminutionẽ ſignificare arbitraris, patri attribuat. Fidelis.n. deus, inquit, per quẽ uocati eſtis in ſocietatẽ filij eius. Et itẽ, per uolũtatẽ eius. Et alibi, qđ ex ipſo,
Mat.1.c & per ipſum, & ad ipſum oĩa. Itaq; nõ filio tantũ hoc uerbũ, ex quo, ſed ſpiritui quoq; attributũ inueneris. Dixit.n. ad Ioſeph angelus: Noli timere accipere Mariã coniugẽ tuã, qđ.n. in ea genitum eſt, ex ſpiritu ſancto eſt. Quẽadmodũ certè hoc uerbũ, In quo, quan
uis ſpiritus ſancti ſit propriũ, id tamẽ deo attribuere
Pſa.59.c nõ recuſat propheta, cũ inquit: In deo faciemus uir-
Rom.1.b tutẽ. Et Paulus obſecrãs inquit: Si qũo tãdẽ aliquando proſperũ iter habeã in uoluntatem dei uenire ad K
uos. Et iterũ, In Chriſto Ieſu. Et hmõi frequẽter uer- *Gal.5.b*
ba indifferẽter accepta iuenimus: qđ minimè fieret, niſi ubiq; eadẽ eſſet ſubſtantia. Ne aũt ex ea particula: Oĩa per ipſum facta ſunt: de ſignis dictũ ſuſpicare ris: de his.n. reliqui euangeliſtæ uerba fecerunt, non multò pòſt ſubdit: *In mundo erat, & mũdus per ipſum factus eſt*, nõ aũt ſpiritus qui factus nõ eſt, ſed omnẽ longè excedit creaturã. Verũ iam reliqua proſequemur, cũ de rerum creatione Ioannes uerba feciſſet, quòd ſcilicet. *Omnia per ipſum facta ſunt, et ſine ipſo factũ eſt nihil quod eſt.* de prouidẽtia iam ſermonẽ aggreditur. *In ipſo*, inquit, *uita erat.* quod ideo addidit, nequis fortè diffideret, quo nã pacto tanta & talia p ipſum facta ſunt. Nã quemadmodũ ſi ex profundiſſimo & iugi fonte quantũ uis aquæ haurias, nihil tamẽ his diminuitur: ita ĩ unigeniti operibꝰ, quodcũq; ex his productũ factúmue credideris, nihilominus effecit. Immo ut propriori utamur ſimilitudine, lucis ſcilicet, quã mox ipſe ſubdidit: *Et uita erat lux hominũ.* Quemadmodũ inquã lux quantũ uis hoĩum multitudinẽ illuminaret, nihil ſplẽdoris remitteret: itidem L
deus & anteq̃ mundũ condidit, & poſtq̃ conderet, idẽ perfectus atq; integer permanet, nihil tãto & ad mirabili opificio minor, nihil imbecillior. Quòd ſi in numeros hmõi eſſet mũdos cõditurus, oĩbus tamẽ ſufficeret, nõ modò ad creandos, ſed & gubernandos. Vitæ.n. nomẽ hoc in loco nõ modò creationis eſt, ſed prouidentiæ ad perpetuitatẽ. Necnõ & reſurrectionis rõnẽ iam afferre incipit, & admiranda hęc euangelia exorditur: adueniente aũt ad nos uita, uis mortis perijt: & luce nos illuminãte, tenebrę euanuerunt: ſed manet ſemp in nobis uita, & mors ei domi nari nõ poteſt. Itaq; de patre dictũ eſt, de hoc quoq; *Act.17.f*
propriè dicetur, qđ in ipſo uiuimus, & mouemur, & ſumus. Qđ & Paulus his uerbis ſignificauit: qa in ip- *Col.1.c*
ſo cõdita ſunt uniuerſa, & oĩa ĩ ipſo, & p ipſum creata ſunt: quapropter & radix dicitur, & fundamentũ. Verũ cũ audis, *quod in ipſo uita erat*: noli ſuſpicari cõ- *Infr.5.a*
poſitũ, alibi.n. de patre dicit, Sicut pater habet uitã ĩ ſe, ſic dedit & filio uitã habere: ſed ut patrẽ idcirco non dixeris cõpoſitũ, qa uitã habeat, ita nec filium. Etenim alibi inquit, qđ lux eſt deus: & iterũ, quod M
lucẽ habitat inacceſsibilem. Hæc aũt oĩa ſingillatim *1.Tim.6.*
proſecuti ſumus, non quòd cõpoſitionẽ ullã in deo *c.*
ſuſpicemur, ſed ut paulatim ad doctrinæ altitudinẽ euehamur. Cũ n. nõ facilè à multitudine intelligi poſſet, quanam rõne in eius perſona uita ſit primum, id humilis tetigit, cũ inquit, Dedit ei uitã habere. Inde *Infr.5.e*
eruditos altius erigit his uerbis? Ego ſum uita: & ite- *Infr.14.a*
rũ: Ego ſum lux. Et q̃ nã eſt hæc lux? Non q̃ ſenſu, ſed *Ibid.8.b*
quæ animo percipitur, q̃ ipſam illuminat animã. Cũ enim dicturus eſſet Chriſtus, Nemo põt uenire ad *Ibid.6.c*
me, niſi pater traxerit eum: Idcirco hinc exorſus euãgeliſta, inquit, ipſum eſſe qui illuminat: ut quãuis de patre aliquid eiuſmodi audieris, non ſolius patris id eſſe, ſed filij quoq; profitearis. Oĩa, inquit, quæcunq; habet pater meus, mea ſunt. Primũ igitur creationẽ nobis edocuit, deinde beneficia q̃ in aduẽtu ſuo no *Infr.16.a*
bis largitus eſt, uno uerbo cõmemorauit, ſignificauitq; euangeliſta, cũ ait: *Et uita erat lux hominum*: non ludæorum, ſed hominũ omnium. Non enim ludæi duntaxat, ſed Gentiles quoq; in hanc cognitionem deuenẽre, & cõis omnibus propoſita eſt hæc lux. Qua nam aũt gratia non angelorũ, ſed hominũ tan

A tùm lucem dixit? quoniã ei in præſentia de humana natura ſermo habetur: & ad hoies uenit, ut uera & perpetua eis bona annũciaret. *Et lux in tenebris lucet.* Tenebras, & mortẽ & errorẽ appellat. Siquidẽ ſenſibilis hæc lux, nõ lucet in tenebris, ſed oĩ luce penitus tenebræ carent. Prædicatio autẽ inter eũ qui oĩa cõprehenderat, errorẽ effluxit, eumq; penitus aboleuit: & moriens Chriſtus ſic mortẽ uicit, ut eos qui iã pridẽ morte detinerẽtur, liberaret. Cũ igitur neq; mors, neq; error hanc lucẽ exuperet, ſed charitate incredibili propria ui ubiq; effulgeat: idcirco inqt, *Et tenebræ eam non comprehenderunt.* quæ etſi uinci nequeat, nõ tamen illorũ q̃ illuminari nolunt, animis patitur immorari. Quamobrẽ ſi non oẽs cõprehenderit, nolite turbari. Non enim neceſsitate & ui, ſed cũ uolumus, cũ aſſentimur, deus ad nos uenit. Nolimus huic luci, & tantis delicijs oſtiũ claudere: hæc lux per fidem nobis exoritur, & exorta in eorũ, à quibus piè ſuſcipitur, animis affatim radios diffundit: cui ſi purã & *Infr.14.c*
imaculatã uitam exhibeas, ſemper tecũ permanet, ſemper in te habitat. Qui diligit me, inqt, præcepta
B mea ſeruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum ueniemus, & manſionẽ apud eum faciemus. Quemadmodũ enim ſolaribus radijs nemo clauſis oculis frui poteſt, ita neq; huius claritatis particeps abũdè unq̃ fuerit, niſi animi oculũ ad eã & dirigat & intendat: tunc enĩ quocunq; ſe uertit, facilis ei proſpectus patebit: quod ueniet, cũ oibus malis affectibus animũ purgauerimus. Peccatũ enim tenebrę & uorago quędam profunda: qđ uel inde planiſsimè cõſtat, quod
Epheſ.5.c clàm & ſine arbitris peccata cõmittuntur. Quicunq; enim in facinora, ſceleraq; prolabitur, odio habet lucẽ, neq; luci ſe credit: & quæ occultè, & in abſcõdito fiũt, etiã ſunt dictu turpia. Sicut enim ĩ tenebris neq; amicus, neq; inimicus agnoſcitur, ſed omnia penitus ignorantur, itidẽ in pcto uſu uenit. Quippe qui lucro inhiat, nullam amici, inimiciue intelligit differentiã: & inuidus familiariſsimũ non ſecus q̃ inimicum conſpicatur, & latrones ſimiliter in oẽs bellũ gerunt, oĩbus inſidiantur: & oĩno quicunq; ſe uitiorũ ſordibus coinquinant, nihil ad rerũ differentias dignoſcendas ab ebrijs, inſaniẽtibuſq; differunt. Et quemadmodũ
C noctu amato lumine lignum, plumbũ, ferrũ, argentum, lapides pretioſos, & alia oĩa eodem modo & uidemus, & diiudicamus: ita q ſordidè, & uitioſè uitam uiuit, neq; modeſtiæ uim, neq; ſapientiæ diſcernit pulchritudinẽ. In tenebris enim, ut iam dixi, pretioſi etiã lapides nullam ſpeciẽ, nullum præ ſe ferunt fulgorem, non ſua, ſed caligantium oculorũ culpa. Neq; hoc duntaxat nobis dũm ſub impia uitiorũ tyrannide uiuimus, moleſtũ eſt: uerũ etiam illud quod formidine propterea angimur, & ueluti qui p obſcuram noctem iter faciũt, ut nihil metuendũ ſit, metu tamẽ concutiuntur: ſic qui ſcelus aliquod admittũt, etſi nemo id uideat, nemo reprehendat, nihilo tamẽ melius ſibi fidunt, ſed oĩa formidant, oĩa ſuſpicantur: quippe qui ppetuis cõſcientię ſtimulis agitantur, oĩa fornidoloſè circunſpiciunt. Propulſemus igitur tam grauẽ, tam moleſtam uitã, cuius angorẽ mors ſequitur, mors inquam ĩmortalis & ppetua, cui nullus ſupplicij finis eſt. Adde quod in hac uita nihil ab inſanientibus hi differũt, qui terrenas res & breui duraturas tanq̃ in ſomnis ſuſpicantur, uidentur diuitijs affluere, cũ nullis affluant: in delicijs eſſe, cũ nõ ſint: neq; antè ſe deceptos intelligunt, q̃ ab inſania libe-

rentur, q̃ ſomnũ diſcutiãt. Quocirca ut ſobrij ſimus D
& uigilemus, nobis Paulus præcipit, & itidem domi *Matt.24.*
nus. Qui ſobrius eſt & uigilat, quanuis à peccato ca- *d.&.1.*
piatur, mox tamen ipſum abijcit, fugatq; : qui uerò *Corinth.*
ſomno aut inſania cõprehenditur, no intelligit quo *16.c*
pacto ſub eis detineatur ſeruitute. Quamobrẽ nobis nullus ſit ſomni locus: nõ enim noctis tẽpus eſt, ſed diei, ut in die honeſtè ambulemus. Etenim nihil pcõ turpius eſt, nihil ignominioſius. Et profectò ſi ad turpitudinis rõnem referatur, tolerabilius eſt nudos, q̃ in pctõ & ſcelere deprehendi: illud enim nõ ita ĩ culpa eſt, interdumq; paupertatis gratia cõtingit: eo aũt qui pctõrum ſordibus inquinatur, nihil obſcœnius, nihil contemptu dignius. Veniat nobis in mentẽ, & diligenter conſideremus eos, q rapinæ & cupiditatis cauſa in iudicium uocãtur, quam obſcœni, q̃ ridiculi appareant, cùm oĩa turpiter & iniuſtè fecerint: oẽs fefellerint, in omnia temerè prolapſi ſint. Nos autem tam miſerè, tam infeliciter uitam agimus, ut ueſtem prępoſterè indui non patiamur, imo alios ſi id faciãt reprehendimus: cùm uerò & nos, & proximi noſtri, capite ambulemus, nõ aduertimus. Quid.n. eo E
turpius, qui aſſiduè meretricios petit fornices? Quid cõtumelioſo, qđ maledico, quid inuido riſu dignũ? Sed quãobrem non tam hæc turpia, q̃ nudus ambulare uideatur? ex cõſuetudine, unde nemo unquam ſponte ſua nudus ambulare cõſueuit. Illud aũt oẽs omni tpe, & ſanè confidenter audent. Quòd ſi quiſpiam cũ angelis haberet cõſuetudinem, apud quos uel nunquam tale committitur, certò tunc quoniã ridiculum ſit, intelligeret. Et qđ de angelorũ loquor cõſuetudine? in ipſis enim regijs apud nos ſiquis introductam meretricẽ cognoſceret, uel ebrietate, uel aliqua huiuſmodi turpitudine dehoneſtaretur, ultimum daret ſupplicium. Quòd ſi hæc in regijs intolerabilia ſunt, longè magis in cõſpectu ſummi & oĩpotẽtis regis, cùm ubiq; præſtò adſit, & quęcunq; audemus intueatur, meritis pœnis afficiemur. Quare uos & hortor & admoneo, ut in hac uita & ſobrios nos & quietos exhibeamus, rex enim noſter oĩa noſtra opera conſpicatur. Vt igitur hæc lux perpetuò nos illuminet, hos diuinæ clemẽtiæ radios & quęramus, & effiagitemus, ita ut pſentibus his, & futuris bonis F
affatim fruamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cũ quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia quinta, ex cap. primo.

Vit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes.

f Cùm de uerbo dei in euangelij ſui principio ea Ioãnes diſſeruiſſet, quę mentes noſtras facilè allicere poſſent ad credendũ, uia & ordine procedens ad ipſius uerbi præconẽ ac nunciũ, & eodè quo ipſe noie appellatũ, Ioãnẽ ſcilicet, uenit. Tu aũt cùm à deo miſſum intelligas, nihil iã humanũ ab eo dici, annunciariue exiſtimes. Nõ enim ſuũ quicquã, ſed mittentis arcana denũciat. Idcirco angelus appellatur, hoc eſt nuncius. Eſt enim nuncij officiũ nihil ex ſe dicere. Fuit aũt hoc in loco nõ trãſitus ad eſſe, ſed ipſius apoſtolatus eſt ſignificatiuũ. Fuit miſſus, inquit, pro miſſus eſt. Quo igitur textũ illũ apoſtoli, Qui cũ in forma dei eſſet, nõ eandẽ cum patre eſſen *Phil. 2.a*
tiam ſignificare dicunt? eo quòd nõ pręponatur articulus. Ecce hoc ĩ loco nullus ꝓponitur, nũquid igitur de patre hìc nõ loquitur? qđ igitur dicemus prophetæ dicenti: Ecce ego mitto angelũ meũ ante fa- *Mala.3.a*

G ciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te? Meũ nanque & tuũ duas personas significat. *Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* Quid hoc, dicet fortasse quispiam, seruus de domino testimoniũ perhibet? Verũ cùm nõ solũ à seruo testimonio perhibitus sit, sed ad seruũ etiam uenerit, & cum Iudęis baptizatus, nonne magis & cõmoueberis, & dubitabis? Sed quid pturbari cõmoueriq; oportet? Admirare potius ineffabilem dei benignitatẽ. Quòd siquis adhuc i perturbatione dubius persisteret, dic
Matt.3.d adillũ id quod ad Ioannẽ dixit: Sine modo, sic enim opus est nobis implere oẽm iustitiã. Si uerò amplius quis pturbabitur, & illud ad Iudæos dictũ adducet: Ego non ab hoie testimoniũ accipio: dicetq;, Si hoc non indiget testimonio, quanam gratia missus est à deo loãnes? Respondendũ est, non propterea quòd ipsius testimonio indigeret: prophanũ enim id asserere, sed ea quam ipse Ioannes subdit causa, V*t omnes*
Infra.5.f *crederent per illum.* Ipse autẽ Christus cũ dixisset, 'Ego nõ ab hoie testimonium accipio: ne apud indoctos res sibiipsi repugnare uideretur, cũ nunc dicat, Alius de me perhibet testimonium, & scio quia uerũ est testimoninm eius, Ioannẽ significans: nunc, nõ ab ho
Ibidem. c mine testimonium accipio, mox adiectione eam sol
H uit dubitationẽ, inquiens: Sed hęc dico propter uos, ut salui sitis: quasi dicat, Deus ego sum, & dei unigenitus filius, & supernæ & imortalis substantiæ, nulliusq; indigeo testimonio, & quãuis nemo hoc profiteretur, nihil propterea natura mea fit minor, nihil deterior: sed cùm mortalium salus mihi curę esset, in hanc descẽdi humilitatẽ, ut hominis testimonio me subiicerem. Nã propter Iudęorum imbecillitatẽ, hoc pacto meli⁹ faciliusq; fides in eũ extẽdi, propagariq; poterat. Sicut igitur carnem induit, ne si nuda se diui nitate exhiberet, oẽs perderet: ita uirũ qui se annunciaret misit, ut cùm familiarem uocẽ populi audirẽt, facilius ad credendum adducerentur. Nã quòd nihil illo teste indigeret, satis quis nã esset, nuda duntaxat & aperta substantia potuit ostendere, atq; ita oẽs in admirationẽ conuertere: non tamen id fecit, quoniã ut iam dixi, oẽs perdidisset, cũ nemo posset inaccessam illius lucis præsentiã tolerare. Propterea, ut dictũ est, carnẽ induit, & uni conseruorum nostrorũ de se testimonium mãdauit, quoniam ad salutẽ nostram oĩa operatus est, neq; suæ duntaxat dignitati, sed au ditorum usui facilitatiq; consuluit. Quod ipse quoq;
I his uerbis significat: Hæc dico propter uos, ut saluemini. Et euangelista cũ de domino locutus dixisset, V*t testimonium perhiberet de lumine* addidit, V*t omnes*
Infra.5.f *crederent per illum.* quasi dicat, Ne putes hac causa testificatum uenisse Ioannẽ Baptistam, ut fidei ratione aliquid domino adderet, sed ut sui hoies crederent p ipsum. Quòd autem ad hanc tollendam suspicionẽ hoc dixerit, ex sequentibus constat. Addit enim: *Non erat ille lux.* nã si nõ huius suspicionis gratia in hoc in stitisset, pterisset simpliciter, & potius esset eiusdẽ rei repetitio, q̃ doctrinæ clarior significatio. Quippe cũ dixerit, *Missus est ut testimonium perhiberet de lumine.* prosequitur: *Non erat ille lux.* neq; id temerè: sed quo niam frequẽter apud nos qui testimoniũ perhibet, maior eo est, de quo perhibetur, & maioris plerunq; authoritatis apparet, ne qua de Ioãne huiusmodi ori retur suspicio, ab ipso statim principio eam penitus tollit, ostenditq; & quis perhibuerit, & de quo perhibitum sit testimoniũ, & quę sit inter eos differẽtia, & in hoc eius incomparabilẽ enarrat essentiam. Et ita K
audenter iam reliquã aggreditur orationẽ. Necnõ si quid absurdũ temerariũmue oriebatur, quo stultorum mẽtes cõmoueri potuissent, è medio diligenter sublato, ita oĩa persequitur, ut facilè iã nullo impedi mento doctrinæ suæ rõnem edoceat. Oremus itaq; cũ horũ sensuum reuelatione, & doctrinæ huius ueritate, purã etiã uitã nullis his sordibus inquinatam. Siqdẽ nullus eorũ usus est, nisi bonis illustrentur ope ribus. Quanuis enim fidẽ firmissimã, quãuis scripturarũ sensus haberemus, à uitæ autẽ patrocinio & de serti essemus, & nudi, nihil nos à gehennę ignibus eri peret, quin perpetua & inextinguibili flãma cõsume remur. Quẽadmodũ enim qui bene operantur, resur gent in uitam æternã: ita qui malè, in suppliciũ æternum, quod nullo unquam fine præscribitur. Quare oĩ diligentia, curaq; adhibita cõtendamus, ne qđ ex uera & firma fide lucrũ accepimus, operũ prauitate pdatur: sed in hac uita totis uiribus Christi sectemur uestigia, cui beatitudini nihil est conferendũ. Atq; uti nam purè & sanctè uiuẽtes, quæcunq; dicta sunt, ad dei gloriã referamus, cui honor, simul & unigenito filio, & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia sexta, ex cap. primo.

L *Rat lux uera, quæ illuminat omnem hominem ue*
e *nientem in hunc mundum.* Propterea mihi iam diu dilectissimi filij, paulatim uos per scriptu rarum pascua ducimus, nec oĩa simul diffundimus, ut facilè quę uobis cõmittimus, & custodiatis, & ser uetis. Quippe qui ædificando nondũ primis compa ctis lapidibus, alios super imponunt, iã quassatum & breui ruiturum struunt parietẽ. Qui aũt his firmatis, & calce compactis opus reliquũ prosequuntur, tutã & diu duraturã domũ ædificant. Huiusmodi & nos architectos ad nostras cõfirmandas aĩas imitemur. Etenim nõnunquam ueriti sumus, ne recente, & adhuc imbecilli priore fundamẽto, aliarum speculationum accessu, cùm mens simul oĩa assequi nequeat, priora illa offendãtur, & pereant. Quid igitur hodie nobis propositũ est? *Erat lux uera, quæ illuminat oẽm hominem uenientẽ in hunc mundum.* Siquidẽ cùm superius Ioannẽ uenisse dixisset, ut testimoniũ perhiberet de lumine, & quòd missus fuit: ne quispiã ex testimo nij nouitate, de eo qui testimoniũ perhibiturus est, aliquid suspicionis exoriretur, mẽtes erexit, & supra oẽ principiũ æternã, & nullo fine p scripturã dei pro-
M secutus est essentiã: & quo nã pacto filiº hoc habere pót, inqs? De deo loqmur, & quo nã pacto, interrogas? nónne times? nónne exhorrescis? quòd si abs te quispiã quęret, quo ĩmortalẽ uitã, & corpora nostrę habiturę sint aię: nónne ridicula esset q̃stio? ac si nõ humani esset ingenij eiusmodi inquirere, sed credere tantũ oporteret: neq; esset curiosius inuestigãdũ, qđ sufficiẽtẽ habeat sui demõstrationẽ, & ĩmensam pro mittẽtis potestatẽ. Nã cũ aĩarũ & corporũ nostrorũ cõditorẽ, qui oẽm incorporalẽ excedit creaturã, sine pricipio esse asseramus: qua nã rõne id factũ sit, effla gitabis? Quis nã hoc incõstantissimi esse aĩ, & insanę mẽtis indiciũ negauerit? Audisti: *Erat lux uera.* Quid stultè & temerè æternã hanc uitã humana rõne cõie ctari, atq; inuenire cõtendis? Haud fieri potest. Quid scrutaris ipserscrutabilia? Quid circa incõprehẽsibilia inanẽ subis laborẽ? Quid inuestigas quæ nulla rõne possunt deprhẽdi? Inquiras q̃ta potes diligẽtia solariũ radiorũ originẽ: nõ sanè poteris, neq; ídignaris, neq;

tuam

A tuam iniquo fers animo imbecillitatẽ. Quid igitur i
Mar.3.c maioribus tam audax es, & temerarius? Tonitrui filius Ioannes tuba personãs spiritali, nihil aliud q̃ qđ audierat, à spiritu, inuestigauit: tu aũt illius gratię expers, & penitus uacuus, manifestis humanæ naturæ rationibº illius cognitionis terminos superare cõten dis: propterea eò peruenire nunq̃ poteris. Tale.n. dia boli ingeniũ est, tales insidiæ, ut eos q nobis cõstitu ti sunt fines, transire persuadeat, ac si ad lõgè melio res simus peruẽturi: cũ uerò hac nos spe allexerit, di uina gratia priuauerit, tunc nõ solũ nobis nihil am plius pstãtiũsue elargitur (quo nam.n. pacto diabo lus) sed ne in pristinã quidẽ cõditionẽ, ubi tutè & se curè cõmorabimur, reditum permittit, sed passim trahit errantes, cũ non habeãt ubi possint cõsistere.
Gen.3.a His fraudibus primũ è paradiso hoiem expulit. Maio ris nanq; cognitionis & gloriæ spe allectũ, ab his qui bus tranquillè fruebatur bonis deiecit: & nõ modò eũ deo similẽ, ut pollicitus erat non reddidit, sed sub mortis ditionẽ copulit. Non modò nihil amplius à li gni fructu assecutus est, sed ne cognitionẽ qdẽ, quã
B prius habuerat, retinuit, cũ multa se cogniturũ spera ret: tum primũ erubuit, cũ se nudũ abĩcondit, cùm anteà nullo fuisset pudore cõfusus. Cũ.n. se nudum & uestibº carentẽ cognouit, & tristitia & dolore cõ tabuit: qđ ne nobis accidat, cõditori nostro deo pa reamus, & eiº præcepta omni diligẽtia obseruemus. Neq; præterea quicquã inuestigemus curiosius, ne accepta beneficia amittamus. Quemadmodũ hi q cũ sempiternæ uitæ principiũ inuenire cõtenderint, etiam q assequi licuerat, amiserunt: neq; tamen q̃sita assecuti sunt, cũ minimè potuerint, & à uera unigeni ti fide deciderint. Nos uerò nullo pacto uelimus per
Vestigijs patrũ insistendũ. petuos, quos nobis patres nostri posuerũt terminos præterire, sed omni tpe spirituſsanctι legibus pareamus: & cũ audierimus, Erat lux uera, no ulterius in quirendo, qđ inueniri non pót, persistamus. Nam si genitus esset ut homo, necessariò differentiã aliquã esse inter genitorẽ, genitumq; oportuisset: cùm uerò ineffabili ratione, & ut deum decet, genitus sit, meri tò & antè & pòst, q̃ particulæ tpis indicia sunt, in eũ cadere nequeunt. Nã filius seculorum omniũ est cõ
C ditor. Ergo nõ pater, inquit, est, sed frater. Quæ nam hæc necessitas? si patrẽ, filiumq; aliunde ortos dice remus, id sanè sequeretur: sin hãc negamus impieta tem, & patrẽ quidẽ sine principio esse, neq; ex alio ge nitum, filiũ aũt sine principio, genitum tamen ex pa tre & sentiamus, & profiteamur: qd nos tam impiã eogit inducere necessitatem? nihil profectò, splẽdor est, splendor aũt cum natura simul cuius est splẽdor
Heb.1.a intelligitur. Præterea Paulus filiũ splendorẽ appella uit, ut nullã suspicareris patris & filij differẽtiam. Qđ aũt à superiori exẽplo sequitur, absurdè à stultis mo tam abiectionẽ tollit. Non.n. ex splendoris, inquit, appellatione propria ipsum priuari persona existima bis: hoc impium est, & Sabellianorum, Marcellianorumq; insania, qua nos abiecta in propria esse psona
Sabellianorum et Marcellianorum, hæresis. filium dicimus. Idcirco cũ splendorẽ ipsum appellas set, addidit figurã esse substantię eius, quo propriam eius personã ostenderet, & eius esse substãtiæ cuius est figura. Nõ.n. satis est uno, ut iam dixi, uerbo dei doctrinã hominibus ostẽdere, sed multa ex singulis collecta, q̃ huic accõmodentur materiæ eligamus, sic poterimus de diuina gloria dignè loqui, dignè aũt dico, quantũ in nostris uiribus est. Quòd siquis dei respectu dignè se uerba facturũ arbitraretur, cõ- D
tenderetq; ita se deũ itelligere, ut ipse seipsum nouit, is maximè deum ignorat. Cùm igitur hæc apertè ui deamus dilectissimi, summo nobis studio insistendum est in ijs q̃ nobis uerbi ministri, & qui certò id cõspicati sunt, tradiderunt, & nihil ulterius contẽdamus. Duo nanq; mala & quidẽ grauia, hoc morbo laborãtes circunueniũt. Primũ qđ dum in his frustra inquirendo laborant, miseri fiunt, cũ ea inuenire ne queant. Alterũ quòd deũ iritant, cùm cõstitutos ab ipso terminos excedere conẽtur: quod quantopere deũ ad irã prouocet, cùm planè oĩbus cõstet in præ sentia omittamus: & eorum contẽpta demẽtia, quò perpetuò nos corroboret, eius sermones formide-
Esa.66.a mus, quoniã inquit: Ad quẽ aspiciã, nisi ad humilẽ, & quietũ, & metuentem sermones meos? Hac igitur pernicioſa inquirẽdi cura abiecta, nostra cõteramus corda, peccata deploremus, ut à Christo nobis præ ceptũ est, & eorũ gratia q̃ perperã & iniquè egimus, cõpungamur: & summa cũ diligentia quicquid supe riori tpe ausi sumus, qcqd malignè cõmisimus, aio repetamus, atq; abijciam⁹. Ad qđ multas nobis deus E
uias aperuit. Primũ.n. errata tua in deum cõfiteare,
Psal.31.b ut iustificeris. Et iterũ: Dixi pronunciabo aduersum me iniquitatẽ meã domino, & tu remisisti impietatẽ cordis mei. Neq;.n. parum nobis confert ad magnitudinẽ peccatorum imminuendã frequens eorum memoria & accusatio. Est & alia operosior, ut nemi ni q nos offendit succenseamus, sed iniurias oẽs ma gno & generoso animo obliuioni mãdemus. Vis & tertiã? audi Danielem: Peccata tua eleemosynis redi-
Dan.4.o me, & iniquitates tuas misericordijs pauperũ. Accedit & alia, iugis. s. oratio, & in deprecationibº ad deũ cum puritate perseuerantia, q̃ nõ paruã nobis affert cõsolationẽ, & à peccatis nos abluit. Ieiuniũ ad hæc cum proximi charitate, maiorẽ in modum diuinã in nos irã extinguit. Ignem nanq; ardentem extinguit aqua, & eleemosynis purgãtur peccata. Decursis igi tur his uijs oĩbus, & repetitis, in iisdem assiduè perse ueremus, hoc pacto nõ modò præterita abluemus peccata, sed in posterum maximũ cõsequemur emo lumentum. Quippe q nullã dabimus diabolo occa sionẽ, ut nos in uitæ desidiam, uel in exitiale aliquẽ F
affectum pelliceat. Præterea neq; insanas disputatio nes, neq; noxias inducet controuersias, ut ei moris est, cùm ociosos nos & oscitantes, nullamq; quo ad uirtutis uiam dirigamur, solicitudinem habere con spicatur. Hũc nos eius insidijs aditum obstruamus, uigilemus, sobrij simus, ut in hac breui uita paruo la bore perpetua in externo illo seculo bona nobis cõ paremus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia septima, ex cap. primo.

Rat lux uera, quæ illuminat oẽm hominẽ uenien-
e *tem in hunc mundum.* Nihil prohibet quin ho dierna die eadẽ uerba repetamus, cũ hester na pp opinionum expositionem omnia complecti nõ potuerimus. Vbi sunt hi, qui ipsum uerum deum
Infr.14.a negãt? Ecce hic lux uera appellatur, alibi ipsa ueritas & uita, sed cũ in eum locũ uenerimus, apertius expli cabimus. In præsentia aũt necessarium est id charita ti uestræ exponere. Si illuminat oẽm hominem ue nientem in hunc mundum, quo nã pacto tot hoies sine lumine permanẽt? Neq;.n. oẽs Christum cogno

G scunt, quo ergo illuminat oẽm hominem? Illuminat profectò, quantùm in ipso est. Siqui aũt sponte sua mentis oculis conniuentibus ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint, nõ ex luminis natura, in tenebris perstiterunt: sed malitia sua, qui sponte tanto se dono indignos reddiderunt. Nam si gratia in oẽs diffusa est, non Iudæum, nõ Græcũ, non Barbarum, non Scytham, nõ liberum, non seruum, non uirum, nõ mulierem, non senem, nõ iuuenẽ effugit aut dedignatur, oĩbus eadem est, omnibus se facilẽ exhibet, omnes pari honore aduocat. Qui aũt eius munere frui negligunt, hanc suam cæcitatem æquo librent examine. Cũ enim omnibus aditus pateat, & à nemine prohibeatur, perditi quidã & nequam hoies propria duntaxat malitia ingredi recusant. *In mundo erat*, sed non tanq̃ mundo æqualis, idcirco addidit: *Et mundus per ipsum factus est*. Quibus uerbis iterum te ad æternam unigeniti reducit essentiam. Qui.n.audit hũc mundũ esse eius opus, nisi penitus insaniat, nisi inimicus gloriæ dei, atq; hostis sit, oĩno uelit nolit, ante operã sua eorum conditorem fuisse cõfitea-

H tur, necesse est. Quocirca magis magisq; indies admi-

Paulus Samosatensis. ratus sum Pauli Samosatensis insaniam, quo usque tam manifestè audeat repugnare ueritati, sed ipsum sponte sua in errorem præcipitem dare. Non.n.ignoratione, sed consultò errauit, non secus ac Iudęi. Nã quemadmodum hi hominũ gratia, fidei firmitudinem prodiderũt, & Christum unigenitum, & dei filium intelligentes, principum tamen gratia fateri noluerunt, ne è synagoga eiicerentur: ita & illũ ut mulieri cuidam rem gratã faceret, salutem suam inquiunt contẽpsisse. Graue profectò & molestum quiddam est inanis gloriæ uis, q̃ facilè etiã sapientum oculos possit perstringere, nisi tẽperetur: etsi ambitio hoc potest, longè magis hic qui ea uiolẽtior est affectus.

Inf.5.g Idcirco ad Iudæos Christus: Quo, inquit, potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriã q̃ à solo deo est, non quæritis? *Et mundus eum non cognouit*. Hoc loco mundũ peccantiũ multitudinẽ, & terrenis rebus deditã, stultumq;, & abiectũ, & omnib⁹ obnoxium perturbationibus uulgus appellat. Nam dei amici & uenerabiles illi uiri, ẽt ante Christi incar-

I natione ipsum cognouerunt, & patriarchã eius præ-

Ioan.8.g uidisse aduentũ ipse Christus nominatim testatur. Abrahã pater uester exultauit, ut uideret diẽ meũ, uidit, & gauisus est. Et quod Dauid Iudæos arguẽs, in-

Mat.22.d & Psal. 109.a quit: Quo Dauid in spiritu dominum ipsum uocat, dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Et frequenter in eos inuectus, Mosi meminit: & quòd reliqui prophetæ eandẽ habuissent cogni-

Actu.3.d tionem, apostolus Petrus, oẽs prophetas à Samuële cognouisse eum, & eius aduentũ multo antè tpe dixisse, his uerbis attestatur: Et oẽs prophetæ à Samuële, & deinceps qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos. Iacob aũt & patri quemadmodũ auo & apparuit deus, & locutus est, multa & magna eis se daturum bona pollicitus, q̃ quidẽ re executus est. Ad hęc

Luc.10.d obiecerit quispiã: Quo igitur pacto multi prophetæ cupierunt uidere q̃ uidetis, & nõ uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt? Nunquid nõ fuerunt eius cognitionis participes? Fuerunt sanè. Quod hac eadẽ particula, ex qua nonnulli ea cognitione priuatos fuisse prophetas arbitrati sunt, manifestũ facere contentabimus: Multi, inquit, cupierunt uidere quę uos uidetis: nouerũt ergo ipsum ad nos uenturũ, & quæ fecit, facturũ. Nisi enim nouissent, nullo pacto K uidendi flagrassent desiderio. Nemo.n.quod ignorat, cupere potest, Nouerunt igitur ipsum dei filium ad humanum genus descẽsurũ. Sed quę nam sunt q̃ neq; uiderunt, neq; audierunt? Ea quæ nunc uos & uidetis, & auditis: siquidem & uocem eius illi audierunt, & ipsum uiderunt, non tamen in carne, neq; cũ hominibus conuersantem, neq; nobiscũ tam familiariter libereq; loquentem. Quod significauit cùm non simpliciter dixit, cupierunt uidere me, sed quæ uos uidetis: neq; audire me, sed quæ uos auditis. Itaque licet non ipsius aduentũ in carne cõspicati sunt, uiderunt tamen ipsum futurũ, quem cupiebant, & in quem credebant. Cæterũ cùm nos gentiles accusant, & his uerbis percontantur: Quid superiori illo tempore, cũ nondum humanum genus aspiceret faciebat Christus? Quid tãdem finem ipsum expectauit, ut nostræ saluti consuleret, cũ tandiu nos neglexerit? Respondebimus, quòd ante id tempus in mũdo erat, & opera sua summa curabat prouidentia, neq; à uenerabilib⁹ illis & sanctis uiris ignorabatur. L Si uerò quòd non oẽs eum tunc temporis, sed boni tantùm, & uirtute prædĩti, & sanctimonia cognouerunt, idcirco incognitum dixeris: hac etiam ratione nunc incognitum dixerimus, cũ nõ ab omnibus cognoscatur. Sed quemadmodum in præsentia, nemo eorum gratia qui deũ ignorant, cognoscẽtibus non crederet: ita neq; de superioribus illis tẽporibus dubitãdum est. Multis enim, & ut rectius dicam, claris illis & præstantibus uiris cognitus est. Quòd siquis percontaretur, quam ob rem non oẽs ei tunc crediderunt, neq; seruierunt, sed iusti duntaxat: eum rursus interrogabo, quid hoc etiã tpe non oẽs eum cognoscunt? Et quid de Christo loquimur? cur ipsius patris non oẽs, neq; nunc, neq; antiquitus habuerũt cognitionem? Verũ alij omnia sponte sua fieri aiunt, alij dæmonibus uniuersi orbis prouidẽtiam permittunt. Sunt qui alium præter hunc deum effingant, nonnulli oppositam potestatẽ deum impiè asseuerant, & leges eius mali cuiusdã dæmonis arbitrantur. Quid ergo hac nos causa deũ esse negabimus, quoniam nonnulli ipsum negant, & malum ipsum esse profitebimur, quoniã malum impiè autumant? M Mitte, quæso, stultitiam, & ultima te insania liberum redde. Nã si stultorũ iudicio ad nostras mentes doctrina informandas duceremur, nihil esset reliqui, quin eadẽ similiter cõprehẽderemur insania. Nemo Solẽ dixerit oculis noxiũ, eo quòd nõnulli uisu sunt hebetiori, sed q̃ accommodatissimũ, & ex acutè intuentibus eius utilitas iudicatur. Neq; mel quispiam amarũ gustu iudicauerit, quoniã tale ęgrotãtibus uideatur. Deũ aũt ex infirmorum & ignorãtiũ iudicio uel nõ esse, uel malum esse, aliquãdo rebus humanis prouidere, aliquando eas negligere opinari, nõ sani hois, sed insani potius, & ultimo furore perciti meritò dixerimus. Et mũdus eũ nõ cognouit, inquit, sed hi quibus mundus dignus nõ erat, eũ cognouerũt: & causam ignorationis inseruit. Non.n.simpliciter, inquit, Nemo eũ cognouit: sed, mundus eum nõ cognouit: hoc est, qui tantũ mundo inhærẽt, q mundo innituntur, q terrena dũtaxat sapiunt: sic et Chri-

Infr.17.d stus eos appellare cõsueuit. Pater sancte, inquit, & mũdus te non cognouit. Neq; filium tantùm, sed & patrem mũdus ignorauit, quemadmodum diximus. Nihil etenim adeò mentem perturbat, quàm secu-

A laribus his rebus inhærere. Cũ igitur hæc nobis luce clarius pateant, huius mũdi illecebras, carnaliaq;, & terrena totis uiribus abiiciamus. Neq; n.in parua re, & nullius momenti, sed i maximo bonorũ detrimẽtũ accipimus, si quidẽ nullo pacto fieri potest, ut qui omnia ad præsentis uitæ uoluptatẽ refert, is cœlestibus bonis fruatur: sed necessariũ est, q terrenis rebus

Luc.16.c inhiat, à cœlestib⁹ decidat. Nõ potestis, inquit, deo seruire, & mãmonæ: unũ teneamus, alterũ odio habeamus oportet. Hoc quoq; ipsa rerũ clamat expetẽtia. Quippe q pecuniarũ deridẽt cupiditatẽ, hi maximè sunt q dei flagrant desiderio: at contrà qui illas præcipuè admirantur, hi maximè sunt qui in deum amorẽ habẽt remissiorẽ. Animus enim q pecuniarũ cupiditate distrahitur, nõ facilè ab his abstinet, quæ deũ ad iram prouocant: utpote, qui alterius seruus sit domini, omnia ipsi contra diuinas leges præcipiẽtis. Sobrij igitur sitis aliquando, & excitemini, & cui nostrũ debeamus seruitiũ, intelligamus: eiusq; dũtaxat regnũ desideremus, clamemus, præterita deflea-

B mus tepora, quibus mãmonæ seruiuimus, cuius gra-

cile subeamus. Nihil.n.eorũ quæ mãmona, nobis Christus p̃cipit: siquidẽ illud omniũ inimicitias, hic contrà omnium amorem, omnibus salutem dicere. Illud nos luto & terræ affigens, neq; enim aliud aurũ est, ne noctu quidem uel minimũ respirare nos sinit: hic nos inani & supuacanea cura liberat iubetq; ut in cœlo thesauros sine cuiusquam iniuria, propria iustitia recondamus. Illud post innumeros sudores, atq; miserias, neque nobis adesse, neque auxilium in necessitatibus præstare potest, quanuis multa & gra uia perpessi simus, ut eius legibus pareamus, immo uehementiore afficit supplicio: hic etsi nobis amaritudinis calicẽ promittat, nunquam tamen nos sine mercede dimittit, sed incredibili liberalitate nos donat. Nonne summæ profectò demẽtiæ est tã leue, tã gratum imperium, & tantis redundans bonis, ut ingrato & fœdissimo seruias tyrãno, cõtemnere: cũ nihil neque in hac, neque in æterna illa uita his qui ipsi parent & seruiũt, afferre possit utilitatis? Neq; id solũ graue est, & molestũ quòd nullũ laborũ præmiũ red-

C dat, uerũ quòd inumeris sibi obsequẽtes, ut iam diximus, malis accumulat: plurimi enim ex his qui illic cruciantur eo quòd pecuniis seruierunt, earũq; cupiditati indigẽtibus nihil erogarũt, pœnas luũt. Quod ne nobis accidat, dispergamus, demus pauperibus, & noxiis hui⁹ uitæ curis, solicitudinibus, & eo qd illic nobis impẽdet, supplicio aĩum liberemus, & pro terrenis pecuniis iustitiã cœlo recondamus: perpetuos colligamus thesauros, qui unà i cœlũ nobiscum euadere, & prosilire, & nobis periclitantibus præstò adesse, & iudicẽ cõciliare possint: quẽ si nobis propitiũ ut optamus, & in hac uita, & in die illa habuerimus, fidenter his bonis fruemur, q̃ in cœlis diligentibus se præparauit: q̃ utinã omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto i secula seculorũ, Amẽ.

Homilia. viij. ex cap. primo.

N propria uenit, & sui eũ nõ receperũt. Si priorum meministis sermonũ fratres dilectissimi, fidentius iam q̃ sequuntur super eis magno cũ emolumento ædificabimus: sic enim & uos melius edoceri poteritis, & nobis multo opus erit labore, cũ ex discendi cupiditate acutius inspiciẽdi uia pateat. Qui.n.id quod accepit amittit, semper indi- D geat oportet, nec ullo unquã tpe quicquã consequetur: qui uerò accepta custodit, & his in dies aliquid superaddit, ex discipulo quãprimũ magister procul dubio euadet, nõ modò sibi, sed oĩbus utilis. Huiusmodi ego hanc omnẽ cõcionẽ futurã expecto, hoc ex incredibili uestro audiendi desiderio, & mira attẽtione coniectatus. Agitè ergo tanq̃ sub certa & tuta custodia in animis uestris Christi thesaurũ deponamus: & q̃ nobis hodie proposita sunt, ea quantũ nobis spiritussancti gratia suppeditabit, explicemus. Dixerat euangelista: Et mundus eũ nõ cognouit: qd de superioribus illis tẽporibus locutus est, nõ immeritò iã ad prædicationis tẽpora descendit, atq; in propria uenit, & sui eũ non receperunt. Suos hoc in loco Iudæos appellat, tanq̃ populũ potẽtẽ, & sub quo omnes fermè homines cõprehenderentur. Et quem admodũ superius multitudinis amẽtiã admiratus, & de cõmuni natura erubescens, inquit, quòd mũdus per ipsum factus est, nec tamẽ conditorẽ suũ cognouit: ita in hoc iterum loco Iudæorum multitudinis ægreferens perfidiã, in grauiorẽ prorũpit accusatio- E nẽ: inquit.n. Et sui eum non receperũt: cũ ad eos uenisset. Nec Ioãnes solũ, sed prophetę quoque, & deinceps Paulus hoc idẽ conquesti sunt: & quod prophe- *Psa.17.g* tæ ex persona Christi clamauerũt: Populus quẽ ego non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Et iterũ. Quib⁹ *Esa.5.d* non est narratũ de eo, uidebũt: & qui non audierũt, contemplati sunt, & inuentus sum à nõ quęrentibus me. Palã apparui his q me non interrogabãt. Paulus aute ad Romanos: Quid ergo, inquit? quod quæ- *Rom.11.a* rebat Israel, hoc non est consecutus, electio aũt conse- *Ibid.9.g* cuta est. Et iterũ: Quid ergo dicemus? quòd gẽtes q̃ non sectabãtur iustitiã, apprehenderũt iustitiã: iustitiã aũt q̃ ex fide est: Israel uerò sectans legẽ iustitię, in legẽ iustitię non peruenit. Et sanè plurima admiratione dignũ est, quo pacto, qui i prophetarũ libris educati, Mosen & reliquos deinceps prophetas singulis diebus plurima de Christi aduẽtu locutos audierãt: præterea Christũ signa & miracula quotidie facientẽ, & secũ duntaxat uersatum uiderant, neq; sinentẽ F adhuc discipulos, ut in gentes dispergerẽtur, & in Samaritanorũ ciuitatẽ ingrederentur, neque ipsum eas ingressum, sed ubiq; asserentẽ missum se ad oues quę perierant de domo Israel: tum cũ signa uiderent, prophetas frequẽter audirent, quotidie ab ipso admonerentur, tam surdi penitus, & cæci perstiterunt, ut nihil eos ad Christi fidẽ posset adducere. Gẽtiles autem nihil eiusmodi uiderãt, nullos de deo sermones, ne in somnis quidẽ acceperãt, sed in insanientiũ fabulis uersati, (hæc enim gẽtiliũ philosophia est) ac poẽtarũ deliramenta euoluentes, lignis & lapidibus affixi incubuerãt, neq; doctrinæ, neque uitę gratia quicquam utile, bonúmue conspicabantur. Eorum nanque uita q̃ porcina immundior erat, & scelestior. Et quid ita non esset? cũ uiderent deos suos in omnib⁹ flagitiis, sceleribusq; delectari, & uerbis quidem obscœnis, rebus autem obscœnioribus coli, quibus & festum diem, & cultum ipsis se exhibere arbitrabantur, præterea nefandis etiam puerorum cædibus uenerari: mirum si in his illos imitabantur? Hi tamen cũ in imum malitiæ pelagus demersi essent, repentè tanquam machina quadam ad superna im-

pulsi ab ipso cœlo clari apparuerunt. Quo nã pacto hoc factũ est, audi Paulũ. Etenim beatus ille est qui hæc diligenter inquirit, neq; cessat quousq; eorũ causas inuenerit, & in oẽs diffuderit. Quæ igitur est causa? & quamobrẽ Iudæi tam obstinatè indurueruntꝰ audi inq̃ illũ cui ministeriũ hoc creditũ est, & qui hęc aperit, hanc multitudinis soluens dubitationẽ. Ignorantes, inquit, iustitiã dei, & quærentes propriã iustitiã statuere, iustitię dei nõ sunt subiecti, propterea ita induruerũt. Et iterũ hoc idẽ aliter interpretatus, ait: Quid ergo quòd gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiã, iustitiã aũt quæ est ex fide: Israel uerò sectando legẽ iustitiæ, in legẽ iustitiæ nõ peruenit? Dic quare? Quia nõ ex fide, offenderant enim in lapidẽ offensionis, hoc est, diffidentia eis horum malorũ fuit causa, quã stultitia peperit. Cùm.n. antiquitus, q̃ gẽtiles & legẽ, & dei cognitionẽ, & alia quę Paulus cõmemorat, amplius & perfectius Iudęi habuissent, inde post Christi aduẽtũ eodẽ honore, & hos illosq; ex fide uocatos uiderent, nihilq; circuncisionis gratia post fidem se Gẽtibus superiores, stultitia sua in inuidiam exarserunt, & ineffabilẽ immensamq; domini non tulerunt benignitatem, quod nulla alia causa, q̃ ex superbia, & prauitate sua eis accidit. Quid enim oĩum stultissimi ob humanitatem, clementiamq; in alios collatam offendimini? Nunquid uestra bona aliorũ cõmunicatione minuebantur? Sed cæca profectò malitia est, quæ nihil opportunum, nihil utile intelligere potest, sed quamprimũ oĩum obliuiscitur. Offensi itaq; quòd socios eiusdẽ habituri essent familiaritatis, contra se ensem strinxerunt, & longè à se diuinam abiecerunt benignitatẽ. Nec imeritò. Amice enim, inquit, non tibi facio iniuriam: uolo etiã & huic nouissimo dare sicut & tibi. Imò neq; digni sunt hi, quibus ita respondeatur. Ille enim etsi ægrè ferebat, narrare tamen poterat totius diei labores, ærumnas, æstus, sudores: hi autẽ qd afferre potuissent, nisi desidiam, luxuriã, iniuriã, uitia, quæ semper oẽs prophetæ suis prosecuti sunt accusationibus, quibus non minus q̃ gentes deum offenderunt? Quod Paulus his uerbis significauit: Non.n. est distinctio Iudęi, & Grẽci, oẽs enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiã ipsius, in qua epistola & utiliter admodũ, & scitè disputat. Cęterũ superius grauiori eos supplicio dignos ostendit. Quicunq; enim in lege peccauerunt, per legẽ iudicabũtur, hoc est grauius, quippe qui cum natura etiã legẽ habẽt, quę eos accusat, neq; hac tãtũ causa, sed quòd fuerũt apud gẽtes authores ut deo maledicerẽtur. Nomen meũ, inquit, per uos blasphematur inter gentes. Cũ igitur hoc maximè eos offenderet, etenim ex circuncisione credẽtibus nouũ & admirabile uidebatur, idcirco Petrũ accusabant cũ ad ipsos à Cæsarea rediret, quòd ad hoĩes habentes præputium diuertisset, & cũ his comedisset. Qui cùm dei intellexissent dispensationem, rursus admirabantur, quo inter gentes donũ spirituſsancti diffusum esset, & stupore quodã nunq̃ tam inopinatam rẽ se expectasse significabant: hoc cùm intelligeret Paulus maximè eos tangere, in eo ĩmoratur, ut eorũ tam inflatam contundat superbiam: & quo nã pacto hoc faciat, uide: cùm de gẽtibus disputauerit, ostenderitq; nullam eas habere excusationẽ, neq; salutis spem, & accuratè eorum peruersam doctrinã, & ĩmundam uitam accusauerit, ad Iudæos sermonẽ uertit, inde à propheta oĩbus collectis, quibus ille asserit scelestos quosdã & dolosos, & subdolos, & quasi oẽs simul inutiles factos, & neminẽ deũ requirere, & declinasse oẽs, & alia huiusmodi, addit: Scimus autẽ quoniã quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo. Oẽs enim peccauerunt, & egent gloria dei. Quid te effers Iudæe? Quid superbis? eteni os tuũ obstrusum est, & tua perijt audacia, & cũ omni mundo etiam tu factus es subditus, nec secus ac cæteri oẽs ut gratis iustificeris indiges. Oportebat si benignus eras & rectus, & debitam habebas in deo fiduciam, nõ hoc pacto his qui consecuturi erant, & misericordiã & salutẽ pro humanitate inuidere. Maximę enim prauitatis est, ut aliorũ cõmoda iniquo aĩo quis ferat, præcipuè si nullo suo detrimento id fiat. Nam si aliorũ salus tuis cõmodis officeret, esset fortasse dolori tuo indulgendũ, quanquã neq; hoc sapientẽ deceat. Quòd si neq; proximi dãno aliquid tibi lucri, neq; felicitate detrimenti prouenit, quamobrẽ torqueris sigs gratis salutẽ assequitur? Oportebat sanè, ut dixi, si bonis, si probatis esses moribus, quę gratis gentibus salus elargita sit, eã minimè iniquo animo ferre. Cũ aũt domino eiusdẽ sit reus criminis, eumq; offenderis, alienis commodis doles & superbis, tanq̃ tibi soli sit obnoxius cui gratiã largiatur: hoc profectò non inuidiæ tantũ, sed ultimæ dementiæ est, & quantũvis grauissimis dignũ supplicijs. Superbiam nanq; malorũ oĩum in te plantasti radicem. Idcirco sapiens principiũ eam peccati, hoc est radicem, fontemq; & matrẽ appellauit: per hanc primus homo à tanta illa paradisi sede deiectus est, per hanc q eum decepit diabolus à tantæ dignitatis fastigio decidit. Quare cũ uersutus ipse, atq; scelestus huĩus peccati naturã uimq; intelligat, qd ex ipso ẽt cœlo possit creaturã deiicere, hanc uiam aggressus est. Cũ Adam è tanta gloria deturbauit, quippe cũ deo similẽ eum futurum polliceretur, superbia extulit, & ad ima præcipitem deuoluit. Nihil.n.tam alienũ à diuino amore hominẽ reddit. Nihil tam facilè in gehennã intrudit, q̃ superbiæ insania, sub qua oĩs nostra uita immunda est, quãuis pudicitia, uirginitate, ieiunio, orationibꝰ, eleemosyna, quãuis omni deniq; uirtute pręstemus. Immundus, inquit, apud deũ omnis superbus. Coërceamus ergo hãc animi elationẽ, hunc fastum penitus tollamus, si mundi esse, & eo qd diabolo paratũ est supplicio uolumus liberari. Superbus.n. eodem quo diabolus cruciatu dãnatur: audi Paulum, non neophytum, ne in iudicium incidat, & in laqueũ diaboli. Quod in iudicium? quem in laqueum? In ipsam damnationẽ, & in ipsum supplicium. Quo nã igitur pacto hoc euitare discrimẽ poteris? si tecum eius naturã multitudinem scelerum, tormentorũ magnitudinem, & eorũ q̃ in hac uita pulchra uidentur fluxũ, imbecillitatemq;, nihil à fœno differentem, & uernis floribus lãguidiorem reputabis. Si hæ frequẽter animo insederint cogitationes, & eorum qui rectè uixerint meminerimus: nullo nos conatu, nullis uiribus diabolus inflare poterit, neq; occasionẽ ullam aut causam qua nos oppugnet, inuenerit. Bonus aũt & mitissimus humiliũ deus, ipse & uobis & nobis cor contritum præbeat & humiliatum: sic enim & hæc, & alia bona opera de nobis extare poterunt, ad gloriam domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Rom.10.a

Ibid.9.g

Mat.20.b

Rom.3.d & 10.c

Ibid.2.b

Esa.52.b & Rom.2.d

Gal.2.c

Psa.5.c.et 13.a. & Rom.3.b

Rom.3.c

Eccl.10.b

Esa.14.d

Gen.3.a. b

1.Tim.3. b

Homilia ix. ex cap. primo.

N *propria uenit, & sui eum non receperunt.* Clementissimus & benignissimus deus, dilectissimi, oĩa & facit & molitur, ut nos ad sectandas uirtutes illuminet, & unumquẽq; bonũ eẽ uult, neminẽ tamen cogit. Suadet aũt, ut rectè faciamus: quicũq; ipsi assentiũtur, & allicit, & trahit. Propterea cũ ueniret in mundum, alij eum receperũt, alij neglexerunt. Nullum.n. seruorum deus uult inuitum, nullum coactum: sed eos tantùm, qui sponte sua ipsum optant, ipsum amplectuntur, & gratiã se ei seruitutis habere intelligunt. Homines.n. utpote quibus necessariò seruorũ opera & seruitio opus est, improbos & dicto nõ audientes seruos, possessionis iure coercẽt. Deus aũt cũ sibiipsi sufficiat, & nullius indigeat, nostræ dũtaxat salutis gratia oĩa operatur, nosq; ipsos nostri arbitrij & iuris esse liberè pmittit. Idcirco cogit neminem, ad nostram tantummodo spectat utilitatem. Quòd si nolẽtes ad seruiendũ traheret, nõ secus eis deberet, ac si nullũ pstitissent seruitiũ. Quanam igitur causa, dicet quispiã, qui ipsi parêre nolũt, supplicio afficit? Quid minatur gehennã his, q præcepta trãsgrediuntur? Quoniam maiorẽ in modum eorũ qui hortatu & suasionibus suis nõ adducũtur, curam habet: & cùm bonus benignusq; sit, nec resilientes missos facit, neq; fugientes negligit. Quã ob rẽ cũ priorem, hoc est, beneficij uiã cõtemnamus, nullisq; aut suasionibus, aut pmijs obaudire uelimus, alteram pœnę. f. & supplicij aggrediatur, amarissimam quidem, maximè tamen necessariam: priore.n. contempta, necessariò secũda agendum est. Nam & legũlatores multis & grauibus contra errantes supplicijs animaduertunt, non tamen eos propterea aspernamur, sed longè magis sanctionum illarum gratia ueneramur: q nulla nostra re indigentes, uel potius nescij q futuri sint, qui ex ipsorum legibus fructum sint percepturi, tamen uitæ nostræ curã habuerũt: eosq; qui honestè & probè uiuũt, laudibus: q malè & pperam, supplicio prosequũtur, & à sceleribus arcẽt, ac si humanam offendant societatẽ. Quòd si hos & diligimus, & admiramur, nõne lõgè magis deus ob immensam nostri curã amore nobis cõplectendus est? Etenim maxima & illorũ, & huius erga nos prouidẽtiæ differẽtia est. Ineffabiles profectò, & q̃ oẽm excedunt cogitationẽ diuinæ bonitatis diuitiæ sunt. Cõsidera quæso, *In propria uenit*. non suæ necessitatis gratia: sufficiens.n. est, ut dixi, per se diuinitas, sed ad suorũ utilitatem: neq; tamẽ sui eum receperunt, neq; eum tantùm expulerunt, uerumetiam extra uineam eiectũ occiderũt. Nõ tamẽ dei benignitas eos à pœnitentia exclusit, sed tam benignum, tam facilẽ se eis exhibuit, ut modò uelint post tantã iniquitatem oĩa abluere & delere peccata, per fidẽ possint, & tanquã nihil unquã sceleris cõmisissent, amicis annumerari. Quòd autem non falsò, neq; inanis spei gratia hæc loquamur, ex apostolo Paulo planissimè constat, q cũ Xp̃m post eius mortẽ persecutus esset, & eius testem Stephanũ multitudinis manib. tradidisset, cùm primũ pœnituit, & errata sua cognouit, atq; reprehẽdit: necnõ ei quem tãtopere persecutus erat, se subiecit, & paruit, inter primarios & familiarissimos in p̃dicatorẽ & magistrũ uniuersi orbis assumptus est, cũ paulò antè blasphemus fuerit, psecutor, cõtumeliosus: ut ipse de dei salute benignitateq; exultãs, nullo rubore testatur, sed literis tanq̃ monumẽto cuidã quæ superiori tempore temerè commiserat, manda uit: melius ratus pristinam uitam suam ab omnibus accusari, diuini muneris magnitudinẽ ostẽdẽdo, quã si ineffabilẽ dei benignitatem ueritus, errorem suum palã gentibꝰ facere tacuisset. Propterea aliquoties psecutiones, ĩsidias, bella, q̃ in ecclesia molitus est, meminit, & nunc qdem: Nõ sum dignus uocari apostolus, ĩquit, eo quòd persecutus sum ecclesiã dei: nunc quòd uenit Iesus, ut saluos faceret peccatores, quorũ primus ego sum. Et iterũ: Audistis meã cõuersationẽ aliquando in Iudaismo, quòd maximè psecutus sum ecclesiam dei, & expugnabã illam. Tãquam enim uicem Christo redderet patientię, quam ipse in se habuerat, ita prõptè & ingenuè, quãtopere à principio Xp̃m oppugnauerit, & quo pacto hostis & inimicus sit salutẽ cõsecutus, profitetur, ex quo bonã ẽt spem desperantibus præbet. Nã propterea inquit se miseri cordiam à Christo cõsecutum, ut & patientia, & immẽsæ bonitatis eius diuitiæ in ipso primùm ostẽderentur, ad informãdum eos qui crediturĩ erãt in illũ in uitã æternam. Grauiora enim cõmissa erant, quã quæ uenia digna essent: quę qdem euangelista ostẽdens, inquit: *In propria uenit, & sui eum non receperunt.* Vnde uenit q omnia implet, qui ubique præsens est? Quem locũ aduẽtu suo uacuum reddidit, q omnia manu cõprehẽdit, oĩa sustinet? Locum quidẽ illum. Quomodo descensu suo ad nos id fecit? Quoniam etsi in mundo erat, adesse tamẽ nõ uidebatur, cùm adhuc nõ cognosceretur: post autẽ seipsum ostẽdit, cùm nostrã carnẽ induere dignatus est, & hanc eius apparitionẽ & descensum, aduentũ appellat. Admiratione profectò dignũ, ut discipulus in magistri sui cõtumelijs commemorandis non erubescat, sed aptè oĩa literis mandet. Etenim non paruum ueritatis argumẽtũ. Nam quem pudet, gratia accipientiũ, nõ facientiũ contumeliam pudere oportet. At hic post tantã iniuriam magis etiam claruit, cùm adeò hominibus contumeliosis cõsuluerit. Illi autẽ iniqui & scelesti omni iudicio apparuerunt, cùm tam beneficũ, tam liberalẽ tanquã inimicum, atque hostem expellerent. Neq; in hoc tãtũ sibiipsis obfuerũt, sed quòd nõ assecuti sunt, quæ essent, si eum recepissent. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri.* Quid nõ dicis nobis Ioãnes eorũ etiã suppliciũ, qui eum nõ receperunt: sed tantùm quòd sui erãt, & in propria ueniẽs, à suis minimè receptus est? qd aũt ex hoc eis supplicium maneat, silentio præteriisti. Ita enim maiorem in modum eos perterrere, & duriciẽ illam ingratitudinis mollire poteras. Qua nam igitur gratia id subticuisti? Et quod nam maius supplicium esse posset, q̃ si in eorũ ponatur arbitrio filios dei fieri, & nolint, sed sponte sua, tanta se nobilitate, tanto honore indignos efficiant? Verũ enimuero nõ in hac duntaxat uita cruciabũtur, cùm nihil acceperint, sed in ignẽ damnabũtur perpetuũ, ut in sequentibus patebit. Hoc autem in loco, eum recipientium immensa bona breui enarrat: *Quotquot autem receperunt eum*, inquit, *dedit eis potestatem filios dei fieri*. Siue serui sint siue liberi, siue Græci siue Barbari, siue sapiẽtes siue insipiẽtes, siue uiri siue mulieres, siue pueri siue senes, siue nobiles siue ignobiles, siue diuites siue paupes, siue principes siue priuati, oẽs, inqt, eodẽ dignati sunt honore. Fides.n. & spũssancti gratia, mortaliũ oĩum diuersitatẽ cõprehẽdẽs, ĩ unã redigit formã, & uno regio charactẽre imprimit. Quòd hac

Actio.7.g

G humanitate par? Rex eodem quo nos luto formatus
est. Serui eandē cū rege naturam cōmunicant, & nō
nunquā melioribus præditi sunt moribus. Nō digna
tur rex in exercitū suum adscribere, q seruili sunt con
ditione. Vnigenitus autē dei filius neq; publicanos,
neq; magos, neq; seruos, & his etiam despicatiores,
& pauperiores homines, nonnullos etiā manco, di-
storto, & sordido corpore in filios accipere nō dedi-
gnatur. Tanta fidei uis, tanta gratiæ exuberantia: &
quēadmodū ignis si metallorum terrā attigerit, eam
quāprimum aurum reddit: sic & longē magis pro lu
teis aureos eos baptisma facit, quos abluerit, cū spiri
tussanctus tanquam ignis illa ipsa hora aīos nostros
ingrediatur, & terrena absumpta similitudine cœle-
stem illā nouā & clarā tanquam ex fornace fulgentē
referat. Et cur non dixit, Fecit eos filios dei fieri? Vt
ostēderet multa nobis opus esse diligētia, ut adopti
oni nobis p baptisma impressam imaginē, purā ser-
uemus atque intactā. Præterea quòd nemo hanc no
bis potest auferre potestatē, nisi primùm nobisipsis
H abstulerimus: si.n. q ab hoibus authoritatē aliquā
accipiūt, tantū ferè possunt, quantùm qui dederint:
longè magis nos q hūc à deo honorem affecuti su-
mus, si nihil hacindignū fecerimus potestate, oīum
erimus potentissimi: cū qui hoc nos honore digna-
tur inter oēs maximus sit & pstantissimus. Accedit
ad hoc quòd per eam particulam gratiam nō teme
rē, neq; sine labore nostro in nos infundi significa-
tur, sed cū ipsi uolumus, tū eā ingrimus. In nostra.n.
potestate est filios dei fieri. Quippe nisi primū ad eā
accipiēdam promptum animum exhibeamus, neq;
diuinum ad nos munus accedit, neq; quicquā in no
bis opatur. Vbiq; igitur non uiolentū, nō coactum,
sed uolūtarium penitus & liberum nobis ostēdit ar-
bitrium, quod in hoc loco significauit. In ipsis.n. ar-
canis & supernis bonis, dei quidē est, dare gratiā: ho
minis aūt, fidem exhibere. Præterea nō parua opus
est diligentia. Siquidē ad aīæ puritatem seruandam,
non satis est baptizari dūtaxat & credere: sed si ppe-
I tuò ea frui munditia & pulchritudine uolumus, di-
gnā se uitam exhibere oportet. Talem se nobis deus
exhibuit. Quòd.n.p mysticā generationē omni prio
ri crimine abluamur, p baptisma nobis largitus est.
Quòd aūt in puritate mentis in posterū perstemus,
neq; ullis amplius sordib. uitam coinquinemus, no-
stræ uirtutis est & diligentiæ. Idcirco & generationis
modum meminit, & carnaliū patrum cōparatione
hanc significat excellentiā, cū inquit: *Qui non ex san-
guinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate ui
ri, sed ex deo nati sunt.* Hoc aūt fecit, ut utilitate & hu-
militate prioris partus ex sanguinibus, & carnis uolū
tate, & magnitudine præstantiaq; alterius p gratiam
cognita, magnū quiddā inde de deo & genitoris nō
stri beneficio sentiamus, neq; paruam deinceps curā
adhibeamus: uerùm maiorē in modū nobis formi-
dandū est, ne pulchra hac stola, segnicie postmodū
& scelerib⁹ nostris sordidata, è cubiculo thalamoq;
Mat.25.a eiiciamur: ut quinq; illę uirgines fatuæ, & is q nuptia
Ibi.22.b. lem uestē nō habebat: siquidem ille ex cōuiuijs erat,
exclusus tamen est. Et quoniam inuitatus, & tanto
acceptus honore, dominum qui se inuitauerat cōtu
melia affecit, audi q miseram, q luctuosam pœnam
dederit. Cùm.n.ad tam splendidam, & tam lautam
mēsam ueniret, nō modò cōuiuio prohibitus est, ue
rū & manib⁹ ligatis & pedibus in tenebras mittitur
exteriores, ubi & ppetuus fletus est, & stridor dētiū. K
Nolimus igitur, nolimus inquā dilectissimi, fidē no-
bis ad salute satis esse existimare. Nam nisi uitā purā
exhibuerimus, & hac cœlesti uocatione digna nos i-
duerimus uestimēta, qbus ad nuptias admittamur:
nihil nos eripiet, quin eodē quo miser ille afficiamur
supplicio. Et enim indignum est, cū deus & rex uiles
& abiectos, & nullo honore dignos hoies conuoca
re, & à triuio ad mēsam suā accersere non erubescat,
nos tantam præferamus temeritatē, ut ne tanto qui
dē honori allecti, meliores efficiamur, sed post uoca
tionē in eadem perseueremus malitia, adeoq; in in-
credibilem uocantis insaniamus humanitatē. Nō. n.
idcirco nos ad spiritalem hanc, & uerendam myste-
riorum uocauit societatem, ut ueteri coinquinati ma-
litia ingrediamur: sed ut oī abiecta turpitudine, non
indignas regijs cōuiuijs uestes induamus. Quòd si uo
cātis gratia nolumus, nostri saltē nos uocatione illa
dignos exhibeamus. Siquidē nō ille nos à tam admi
rabili cōuiuarū cœtu, sed nosipsos eiiciemus. Ille qd L
suum fuit, summa parauit diligētia: nuptias fecit, mē
sam sterni iussit, seruos uocatu nos misit, uenientes
benignè, et maximo honore accipe dignat⁹ est: nos
aūt ipsum, cōuiuas, nuptias, sordidarū uestium con-
tumelia, hoc est, scelerib⁹ nostris afficiētes, nō iniuria
eiicimur. Hoc.n.pacto & nuptias, & cōuiuas hono-
rat, cum temerarios & impudētes expellit, aliter reli-
quos inuitatos offenderet. Sed absit, ut quispiā talē
experiatur uocationē. Idcirco priusquā hæc fierent,
mandata sunt literis, ut earū minis perterriti, nostros
cōpesceremus affectus, neq; hanc ignominiā ad sup
pliciū re ipsa, sed uerbotenus experiri simeremus. Cā-
dida igitur & pura stola induti in uocationē illā pro-
ficiscamur, quā utinā oēs consequamur, gratia & be
nignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri si-
mul & spiritui sancto gloria in secula seculoru, Amē

Homilia.x.ex cap.primo.

T *uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.*

e Vnū uos in psentia antequā ad euangelica
uerba ueniamus rogatos uolo, id ne cotem M
natis, obsecro. Quippe cū nihil graue, nihil factu dif-
ficile petamus, neq; accipienti mihi solū utile, uerùm
exhibentib. uobis longē utilius. Quid igitur à uobis
cōtēdimus? ut una dierū i hebdomade, uel saltē sab
bato, curę uobis sit euāgelicas legere lectiones, quas
ante has cōciones in manib. habere, domi frequēter
repetere, earū diligenter sensum disquirere, qd clarū,
quid obscurū in his sit, adnotare uelitis, quid pugna
re uideatur, cùm non pugnet: ita omnibus penitus
examinatis, his uos cōcionibus q̄ attentissimos exhi
beatis. Hoc pacto non parum utriq; nostrū emolu-
menti prouenerit. Siquidem nobis non multo opus
erit labore, ut euangelij uim ostēdamus, cū domi ip
sam uobis sentētiam quantū ad uerba iam familiarē
reddideritis: uos aūt & acutiores & pspicaciores effi
cientini, nō ad audiendum, & doctrinam duntaxat
præcipiendam, sed ad docendum alios. Nam multi
in præsentia hic audiunt, qui simul omnia euangelij
uerba, & q̄ super his à nobis dicuntur, memoriæ mā
dare conātur: nō tamen etiam si annum in hoc con-
sumeremus, admodū proficerent. Quam ob rē? quo
niam intempestiuè, & in sola tantū ecclesia breui tē-
pore meis uacant sermonib. Quòd si q sunt qui ne-
gocia occupationesq;, & publicarum priuatarumq;
rerū curas causantur: Primùm in hoc non parum er-

A rant, quòd in tot rebus uersantur, & ita semp secula
ribus negocijs affixi sunt, ut ne minimū qdē in his q̄
maximè necessaria sunt, studium impendāt. Deinde
friuolā & nullius momenti accusationē afferunt, cū
accusari potius hac in parte eorū cū amicis possent
consuetudines, & moræ in theatris, & consessus, ut
equorū certamina speculentur, in qbus sępenumero
diem totū consumunt: non tamē in his alias causan
tur occupationes. Præterea rebus uilibus & abiectis
diligens adhibere studiū potestis: diuinis aūt siquan
do uacādū est, adeò uobis inutilia & nullius momē
ti uidentur, ut ne minimā quidē curam in his ponē-
dam ducatis: & quo nā pacto, qui ita sentiunt, spira-
re, solēmue conspicari digni sunt? Est & alia his oscī-
tantibus inepta excusatio, librorū uidelicet inopia.
Et diuitibus quidē ad hoc respōdere ridiculū est. Ve-
rū cū multos pauperes hac frequenter accusatione
uti existimem, cum his parumper iocari, atq; ita eos
percontari placet, nunquid oīa artis suæ habeant in
strumenta, etsi inopia in his comparandis admodū
impediantur: nónne igitur absurdū est, hic nō causa
C ri paupertatē, sed diligēter attendere, nequid sibi ad
artem suā necessarium deficiat: ubi autem tantā sint
cōsecuturi utilitatē, occupationes deflere, & inopiā?
Verū siquis tā pauper esset, ut nullo pacto libros si-
bi cōparare queat, ei ex continua q̄ hic habetur le-
ctione, nihil ex diuinarū literarum sententijs ignora-
re licet. Quod si impossibile uobis uidetur, nō imme
rito uidetur: plerique.n. paruam his sermonibus at-
tentionem adhibent, sed uix paucis auditis, quāpri-
mū domū reuertuntur: siqui remanserint, nihilo attē
tiores sunt, corpore solo adsunt. Sed ne amplius que
rimonijs uos tædio afficiā, & tempus frustra cōtera-
tur, agitē euangeliū aggrediamur. Tempus.n.iā pro
positis uerbis nostram accommodare orationem.
Sed excitemini quæso, nequid uos prætereat. *Et uer-
bū caro factum est, & habitauit in nobis.* Cū dixisset ex
deo, & filios dei factos, qui eū receperūt: tanti hono
ris causam adiecit, Quòd uerbū caro factū est, & ser
ui formā dominus accepit: Factus est.n. filius homi-
nis dilectissimus dei filius, ut filios hominum filios
dei faceret. Supernum nanq; cū homini copulatum
D est, illud quidē nullo in propriā gloriam detrimento
affectum: hoc autē ex multa elatū humilitate, quod
certè in Xp̄o factum est: suam nanque naturam de-
scensu suo nihilo inferiorē reddidit, nos autē cùm in
ignominia antè & in tenebris essemus, ad supernam
erexit gloriam. Non aliter q̄ cùm rex inopem mendi
cumq; studio & beneuolentia quadam alloquitur,
nihil se indignū facit, illum uerò oībus admirādum
reddit: quòd si in contingenti hominum dignitate
nihil honoratiorem abiectioris cōsuetudo offendit,
multò minus immortalē illam substantiam, cùm ni
hil non propriū habeat quod adsit, nihil qd absit, cū
oīa bona firma, stabiliaq; in æternū possideat: itaq;
cū audieris, Et uerbū caro factū est: ne perturberis,
néue titubes: non.n. substantia transiuit in carnem,
hoc etiam cogitatu impiū est: sed eadē permanens,
Phil.2.b. serui formā accepit. Sed qua nā gratia hoc uerbo, fa
ctum est, utitur? Vt hæreticorum os obstruat. Cùm
enim sint, qui dicant imaginationē quandam & fig
mentum esse, quæcunq; de incarnatione ferūtur: ab
ipso principio eorū percepta blasphemia esse asserit,
neq; substantiæ mutationē, quod absit, sed uerę car
nis uult acceptionē ostendere. Quemadmodum. n.
cùm inquit: Xp̄s nos redemit ex maledicto legis, fa- D
ctus pro nobis maledictū: non intelligit substātiam *Gal. 3.b.*
eius à propria gloria separatā in maledictū uersam:
hoc.n. neque dæmones ipsi, neque stultissimi & na-
turali sensu penitus carentes opinarētur, tātā ea opi-
nio saperet unà cū impietate stultitiam. Non igitur
hoc dicit, sed quòd pro nobis maledictū accipiens,
nō sinit nos amplius maledictos esse. Itidē hoc in lo
co, carnē, inquit, ipsum factū esse: nō quòd mutauē-
rit carne substātiā, sed quòd carnē accepit, nulla par
te coinquinata substātia. Quòd siq dicerent oīa in
dei esse potestate, & idcirco in carnē potuisse trans-
ferri, id eis respondebimus: Deum profectò oīa pos-
se, quousq; deus permanet: si aūt mutaretur & in de
terius, quo nā pacto deus amplius esse posset? Lōgè
enim ab immortali illa natura est trāsmutatio. Vnde
propheta: Oēs, inquit, ut uestimentum ueterascent, *Ps.101.d*
& sicut opertoriū mutabis eos, & mutabūtur: tu au
tem idem ipse es, & anni tui nō deficient. Hęc.n. sub-
stantia oī mutatione superior. Ideoq; ad hoc uenit,
ut prodesset. Sed quid dico p̄stantius? Neq; est quic-
quā deo præstantius. Nihil ei, ne minima quidem in E
re æquiparatur. Sequitur ergo ipsum in deterius mu
tatū esse, si mutatus esset. Hoc aūt nullo pacto deus
esset, sed blasphemia, q̄ in eorum qui hęc, dicerēt, ca
put uerteretur. Sed quoniam pp hoc dūtaxat factū
est, inquit, ne id opinareris, animaduerte ex his quæ
sequuntur, quo pacto rationem illam, & omnem au
ferat suspicionem. Subdit enim: *Et habitauit in nobis*,
tantū non dicens, nihil absurdum suspiceris, cū fa-
ctum dicimus. Non.n. immutabilis illius naturę mu
tationē, sed diuersoriū & habitationem mutatam
dixi. Habitare aūt non idem est quod habitatio, sed
alterū in altero habitat, aliter non esset habitatio. Si
quidem nihil in seipso habitat. Alterū dixi secundum
substantiā: unitate nanq; & cōiunctione unum est,
deus uerbū, & caro: nō confusione, aut interitu sub
stantiarū, sed arcana quadam & inexplicabili unita-
te. Cūo autem hoc sit, noli disquirere, factum est ut
ipse nouit. Sed quānā habitationem habitauit, audi
prophetam: Suscitabo tabernaculū Dauid, quod ce *Amos.9.c*
cidit. Cecidit profectò natura nostra, eo casu ut re-
stitui nullo pacto à quoquā, nisi ab illa potētissima F
manu: posset: neq;.n. aliter exurgere poterat, nisi q in
principio eā effinxerat, manū porrexisset, & cœlitus
aq̄ & spiritus regenerationē informasset. Et aīaduer-
te quæso admirandū, atq; arcanum mysterium, per
petuò.n. hoc habitat tabernaculū. Carnem nostrā
induit, non ut rursum dimitteret, sed oī cum ea tem
pore habitaturus: aliter.n. regio eam throno fecisset
idignā, & oīum angelorū exercitui, angelis, et archā-
gelis, thronis, dominationibus, principatibus, pote-
statibus inferiorē constituisset. Quę oratio, q̄ mens,
quantū honorē humano generi deus exhibuit, miri
ficū profectò & admirandū, explicare potuisset? qs
angelus? quis archāgelus? nihil qd in cœlis est, nihil
quod in terra. Eiusmodi dei in nos beneficia sunt, tā
magna, tam excellentia, ut non solū mortalium lin-
guam, sed angelorū uirtutem eorum exuperet expla
natio. Quā ob rē iam orationi nostræ finem impo-
nemus, si prius unū uos faciemus admonitos, ut. s.
ei uicē reddamus, qui tā bene de nobis meritus est:
qd si fecerimus, ad nos rursus omne lucrū refertur.
Tūc aūt ei uicem reddiderimus, cùm anima nostra
nobis curæ fuerit. Et profectò in hoc quoque domi

Gni uidere licet benignitatē, qui cū nemine nostrum indigeat, referri tamen sibi uicē dicit, cùm aiam nostram no neglexerimus. Quare ultimę amentiæ est, & innumeris dignū supplicijs, nisi pro uiribus cōtendamus tales nos exhibere, q tāto frui honore mereamur. Et maximè cū operum nostrorū ad nos oīs reditura sit utilitas, & multa p̄terea nobis bona p̄ęponantur, pro quibus oibus gloriam diuinę demus clementię, non uerbis solū, sed re ipsa: ut futurorum bonorū fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia.xi.ex cap.primo.

T uidimus gloriam eius, gloriā quasi unigeniti à patre plenū gratiæ & ueritatis. Fortasse uehementius, q̄ opus sit nup uobis & graues uisi sumus & molesti, acriorię cōtra uos & desidiā uestrā accusatione orationē nostrā prosecuti sumus. Quod si ea tantū gratia fecissemus, ut dolore afficeremini, non immerito esset ab oībus iniquo aio ferē
H dum. Verùm si cùm oīum uestrum communem spectaremus utilitatē, uestram nobis conciliare gratiā contempsimus, si non uoluntati nostræ ueniā, saltē, si æqui iudices eritis, amori dabitis. Etenim non parua nos formido incusit, ne quādo orationi nostræ negligētius uobis aures adhibētibus, attētione & industria remissiore grauius in uos diuinā iritaretis indignationē. Quam ob rem frequenter uos excitare adnitimur, & somnū excutere, ut ne minimū quidē concionis nostræ uerbū inauditū prætereat. Hoc.n. pacto fidenter, & hanc uitā agere, & in die illa ante Christi tribunal impauidi adesse poterimus. Cū igitur superiori die satis uos admonitos fecerimus, agitē hodie ab his uerbis exordiamur. *Et uidimus*, inqt, *gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre*. Cū dixisset euāgelista nos filios dei factos, neq; aliter q̄ per uerbum quod caro factū est: alterum item emolumentum affert, qd inde consequimur. Quid nā id est? Et uidimus gloriā eius, gloriam quasi unigeniti à patre.
Exo.34.d Non utique nisi per sociū corpus uidimus. Nā si Iudęi gloriosam Mosi, cū nostrę eēt naturę particeps,
I faciem conspicari non potuerunt, sed homini ēt iusto opus fuit uelamento, qd eius gloriæ magnitudinem obumbraret, ut illis qui eius aspectū non perferebant, spectabilē redderet: quónā pacto & ipsis supernis uirtutibus inaccesibilē diuinitatē, nos ex luto & terra facti ferre possemus? Idcirco habitauit in nobis, ut ad ipsum accedere, cū ipso loq & cōuersari audenter liceret. Quid aūt significat, gloriam quasi unigeniti à patre? Quoniam multi ēt prophetarum
4.Regū.2 b. glorificati sunt: ut idem ipse Moses, ut Elias, ut Heliçus: ille ab igneo curru tractus, hic aūt simpliciter receptus: & post hos Daniel, & tres pueri, & alij cōplures quicunq; miracula fecerūt, & angeli hominibus apparuerūt, & suæ naturæ clarissimā lucē spectantibus ostenderunt. Neq; angeli solū, sed & Cherubin & Seraphin multa cū gloria à propheta uisa sunt. A quibus oībus hoc in loco euangelista abduxit, & à creatura & conseruorū nostrorū claritate mentibus nostris amotis, in ipso nos bonorū culmine constituit: ac si dicat, Nō prophetę, nō angeli, nō archāgeli, non cœlestiū uirtutū, non creatæ alicuius naturę, non cuiuspiā alterius rei, sed ipsius domini, ipsius regis, ipsius dilectissimi unigeniti filij gloriā uidimus. Id aūt uerbū, quasi, hoc in loco nō similitudinis est, neq; parabolæ, sed cōfirmationis & definitionis certissimæ, quasi dicat: Vidimus gloriā qualē deceat, & credibile sit habere unigenitū, & dilectissimū oīum regis dei filiū. Neq; hoc loquendi genus præter morem inuenitur. Neq; recusabo à communi ēt consuetudine id cōfirmare. Neque.n. ad uerborum speciē, neque ad compositionis ornatū propositum est nobis in præsentia orationē habere, sed ad uestrā duntaxat utilitatē. Quapp nihil prohibet ex uulgi uerbis hunc dicendi morē ostendere. Quónā pacto, qui regem aliquando pretiosissimo cultu ornatum, preciosisq; undiq; fulgentē lapidibus cōspicati, alijs speciem illā ac maiestatem enarrare uolunt, purpureū florem, gemmarū magnitudinē, albas mulas, auratos currus, soliū adstantiū oculos nimio fulgore perstringens, pro uiribus enarrāt. Cū uerò & his & alijs collectis cultum illū omnē maiestatemq; uerbis cōprehendisse sibi nō uideantur, cōtinuò addūt: Quid multis opus est? uno uerbo dicā, quasi rex. Cùm ex hoc uerbo, quasi, non regi simile, sed ipsum regē uelint significare: ita hoc loco euāgelista, quasi, inqt, ad gloriæ maiestatē & incomparabilē excellentiā significandā. Reliqui nanq; oēs & angeli, & prophetę, iussi oia operabantur, ipse autem ea potestate quæ & regē deceret & dominū. Quod quidem & turbæ admiratæ sunt, quòd ita loqueretur, quasi ipse uim haberet & potestatē. Apparuerunt, ut dixi, angeli cū gloria multa i terra: ut in Daniele, in Dauid, in Mose, sed tanquā serui, & q domini mandata exequerētur: ipse autē tanquā oīum dominus & princeps, & licēt sub uili & abiecta specie se ostēdisset, creatura tamē dominū suū agnouit. Quónam pacto? Stella è cœlo *Matt.2.a* Magos uocauit, qui eū adorarēt. Angelorū cœlestiū cœtus in terra apparuerunt, q & domino seruirent, & gratias referrent. Alij item præcones surrexerunt, oēs admirabile hoc mysterium testimonio perhibētes. Pastoribus.n. angeli, ciuibus pastores, Mariæ & Elisabeth Gabriel, his qui in tēplo erant, Anna & Simeon annunciauerunt. Nec uiri tantū & mulieres lętati sunt, uerū nondū infans in hanc uenit cognitionem. Ciuis inquam eremi, & eodem quo hic euāgelista noīe appellatus, adhuc in utero matris gaudio M exultauit, & oēs spe maximè erigebantur, & hæc quidem circa partus tempora. Verū cū seipsum magis ostendit, longè prioribus maiora miracula apparuerunt. Siquidē non amplius stella, non cœlū, non angeli, non archangeli, non Gabriel, nō Michael, sed ipse eū cœlit⁹ pater, & cū patre paracletus loquēs, irradianſq;, & in eo permanens, prędicauit hac profectò gratia: Vidimus gloriā eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Accedit ad hoc quòd non pastores tantùm, neq; uiduæ, neque senes nobis Christū annunciant: sed ipsa quoq; rerū uox oī tuba clarius proclamat, q̄ tāta fuit, ut quamprimū hic quoq; exaudiretur, abijt in Syriam auditus eius, inquit. Tunc cœlum terra fa *Matt.4.d* cta est, cū cœli dominum cōtineret, quem omnibus manifestauit, ubique clara uoce professa, cœlorum regem aduentasse, dæmones undiq; exilientes diffugerūt, diabolus oppressus abscesit, ipsa mors primū succubuit, mors penitus abolita est, omne morborū genus disperijt. Siqdē mortuos sepulturę, insanos dæmonia, ęgrotos morbi reliquerunt & plurima admirationis plena & stuporis, & p̄ter oīum expectationē apparuerunt, & q̄ non immeritò desiderarunt uidere prophetæ, & non uiderūt. Videre enim licuit

factos

A factos oculos, & quod in oīum uotis esse poterat, uidere. s. quonā pacto Adam deus effinxerit, id breui omnibus, & in potiore corporis parte ostēsum est. Membra p̄terea abscissa restitui, & corpori aptè con
Ioan.5.d. glutinari, manus emortuæ moueri, pedes cōtorti repētè prosilire, surdæ aures aperiri, & muta lingua clara uoce proloqui. Siquidē quēadmodum optimus architectus domū situ & uetustate labātem, ita cōmuni hoium natura accepta, ei⁹ pditas restituit partes, disiuncta & abscissa copulauit: & q̄ prorsus ceciderāt, erexit. Quid aūt opus est, ut aiæ formationem longè corpore admirabiliorē uerbis prosequamur?
Esa. 43.b Magna sanè corporis p̄stantia, aīa tamen tantò præstantior, quantò corpore melior. Neq; hac tantū ratione, sed quoniam corporis natura, quocūq; ipsam opifex ducere uelit, eò sequetur, neq; resistit: aīa aūt sui iuris uim in se habet operādi, neq; ulla in re deo, nisi uelit obtēperat: inuitam.n. & coactam minimè uult deus bonam, & uirtutibus præditam reddere: neq; id animæ uirtuti esset adscribēdum, sed sponte
B sua bona sit, & sibi uirtutem complectēdam persuadeat oportet. Quamobrem difficilior huius est, q̄ illius cura. Verūtamen omnis emēdata est, oīs fugata
Rom.4.c malitia: & quēadmodum corpora bene curata non in bonam tantū ualetudinem, sed in bonum quāprimū habitum restituuntur: itidem animas deus nō à uitijs solū purgauit, sed ad ipsum mox uirtutis cacumē extulit: & publicanus apostolus factus est. p̄secutor, blasphemus: calūniator, orbis terrarum p̄dicator apparuit: Magi Iudæorū magistri effecti: latro paradisi ciuitate donatus: meretrix fide incredibili effulsit: Cananæa & Samaritana & ipsa fornicatrix, hæc
Esa.v.1. b ad ciues suos p̄dicatoris munere functa, ciuitatē totam irretiens, uniuersos in Christi fidem traxit. Illa fide & sedulitate effecit, ut filiæ aīa à malo dæmone liberaretur. Et alij longè his peiores statim in discipulorū numerū accepti, oēs repentè corporis ægritudines, oēs animi affectus mutauerunt, & in sanitatē, ipsumq; uirtutis apicē euaserunt. Nec duo tātùm, aut
C tres, nō decē, non centum, sed totæ ciuitates & gētes facillimè Christi fidem acceperunt. Quid ego præceptorum sapiētiam, cœlestium legum uirtutem, angelicæ uitæ ordinē enarrem? Talem enim nobis uitam proposuit, tales apud nos leges cōdidit, & tales mores instituit, ut qui his utētur, angelorū mox naturā induant: & quātùm homini liceat, deo similes reddātur, etsi omniū hominum malitiam excesserint. His igitur omnibus ab euāgelista collectis, i corporibus uidelicet & in animis, in elemētis, Christi miraculis, præceptis arcanis illis, & cœlo altioribus donis, legibus, moribus, persuasionibus, futurorū promissioni bus, eiúsq; tormētis & cruciatibus, in admirādā hāc
Hebr.7.a & cœlestis doctrinæ plenā uocem prorupit: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre plenum gratiæ & ueritatis*. Neq; enim miraculorum gratia Christum duntaxat admirāmur, sed & passionis, ut cùm affixus est cruci, flagellis & alapis cæsus, & insputus ab his, de qbus tam bene merebatur. Siquidē in hispsis q̄ probri & ignominię plena eē uidebātur, ipsum rursus uerbū, clarissimū apparauit, hoc Ioannes gloriā appellauit. Non.n. charitatis solùm & amoris fuerat, sed immensæ etiā uirtutis. Tunc enim mors abolita est, maledictū periit, dæmones cōfusi sunt, & de his triūphatum est, chirographū cruci affixum. Verùm cum sensu ipso uisus hæc nō deprehenderentur, etiā

D corporea ipsum unigenitū dei filium, & totius naturæ dominum certissimè demōstrarūt. Quippe cùm primùm sanctissimum corpus cruci affixu est, sol radios abscōdit, uniuersa terra cōcussa & tenebris opta est, sepulchra aperta sunt, & mortuorū multitudo surrexit, ciuitatē igressa & cùm lapis mōnumēto impositus & custodib⁹ signatus esset, q crucifixus, q distractus, q mortuus erat, resurrexit. Præterea potesta te multa undecim implēs discipulos, p uniuersum orbem dimisit, q humano generi ad meliorem frugem uita directa mederētur, & cœlestis doctrinæ cognitionē quocūq; terrarū disseminarēt, dæmonū euerterent potestatem, magnas illas & arcanas diuitias edocerēt, nobis animę immortalitatē, sempiternam corporis uitā, & quæ intellectū nostrum excedunt, nunquā finem habitura p̄mia annūciarent. Hęc & alia plura reputās beatus hic euangelista, quæ is qdē nouit, scribere autē nō est ausus, eo quòd mūdus ea *Ioan ulti.* nō caperet: omnia enim si scribātur per singula, nec *g.*
E ipsum arbitror mundū capere eos, q scribēdi sunt libros. Hęc inquam oīa reputans exclamauit: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre plenum gratiæ & ueritatis*. Qui igitur tanta & tam admirāda audire, & tot muneribus frui meriti sunt, eos etiā uitam ea dignā doctrina exhibere oportet, ut illis fruantur bonis. Idcirco dominus noster Iesus Xps in mūdum uenit, ut nō solùm in hac uita eius gloriā, sed futurā quoq; uideamus. Propterea inquit: Volo ut ubi ego *infr.17.d* sum, & ipsi sint, ut uideant gloriam meam. Quæ si tam clara, tam eximia est, quidnā de ea quispiā diceret? Non.n. in hac terra corruptibili, neq; in fluxis & caducis corporibus in qbus sumus, sed in perpetua & immortali creatura apparuit, & tanto splendore, ut nulla possit ratione cōprehēdi. O beati, ter inquā & sæpius, q gloriæ illius digni habiti sunt spectatores fieri, de qua exclamās propheta inqt: Tollatur ipius, *Esa.26.b* ne uideat gloriam dei. Sed absit, hoc cuiquā uestrū accidat, ut eam aliquando nō uideat: ad quā assequēdam nisi summa utamur diligētia, possemus sanè dicere, bonū esse si nati nō essemus. Quid.n. uiuimus? F Quid spiritum ducimus? Quid sumus, si illo priuamur aspectu, si dominꝰ noster tūc à nobis uideri nō permittet? Nā si illi q Solis lucē conspicari nequeunt, oī morte miseriorem uitā degunt, quid eos perpeti credendū est, qui illa luce priuantur? Siquidē in hoc seculo cæcitatis duntaxat damnū est, in illo autem non in uisu tantū lædimur? quanuis hæc sola priuatio sit grauissima, ut neq; etiā sic par esset suppliciū: sed tantò id grauius, quantò sol ille quā hic est sine comparatione præstantior. Verū aliud quoq; supplicium expectandū est, qppe qui luce illa caruerit, nō modò in tenebras intrudetur, sed perpetuò ardebit, cōsumetur, dentibus stridebit, innumeris pœnis cruciabitur. Nolimus, q̄so nosipsos contēnere, & breui huius uitæ desidia in æternū damnari suppliciū, sed uigilemus, sobrij simus, oīa & faciamus, & opemur, ut æternis illis potiamur bonis, & fluuium illū igneo flagrore perfluentem, ante horrendum tribunal lon gè diffugiamus: in quē qui semel inciderit, ei nunquā reditus datur. Nemo eum inde, non parentes, non fratres, eximere amplius poterit, qd & ipsi prophetæ clamitant: Frater nō redimit, redimet homo? Et Eze *Psa.48.d.* chiel quiddā etiā amplius: Si staret Noe & Iob & Da *Exe.14.e* niel, filios suos & filias nō liberarent. Siquidem unū duntaxat illis patrociniū est, operū uidelicet, quo q

G caruerit, aliunde nusquā saluti locus est. His itaq; frequenter aio agitatis, uitam nostram nullis coinquinatam sordib. claram, mundamq; reddamus, ut fidenter dominum nostrum cernere, & promissa assequi bona possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia xij. ex cap. primo.

Oannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi, qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Nunquid frustra currimus? frustra laboramus? nūquid su per petrā semē iacimus? nunqd secus uiā, an inter spinas latent semina cadētia? cōtendimus. n. & maiorē in modum formidamus, ne agricultura nobis sterilis euadat. Neq; hoc dico quòd uerear ne in laboris huius mercede capiā detrimentū: non. n. eadem conditione, qua agricolæ, sunt uerbi diuini pceptores. Si quidem agricolæ post annuos sudores & miserā illā laboriosamq; uitam si terra aliquando pro operis in se impensis nō respondeat, nemo alius eius damnū
H istaurare pōt, sed pudibūdus, tristisq; ab area domū ad uxorē & filios reuertitur, & quē lōgi laboris mercedem petat, habet neminē: in nobis aūt nihil hmōi usu uenit, sed licèt culta terra nullum afferat fructū, & eius & noster dominus uana nos spe dimissos nō
1. Co. 3. b. frustratur, sed remunerat. Vnusquisq; enim, inquit, propriā mercedem accipiet secundum proprium laborem, nō secūdum rerum euentū. Et tu, inquit, fili hoīs testificare populo huic, si fortè audiant, si fortè
Exec. 3. e. intelligant: & p Ezechielē: Si uolūtas p̄dicat quid fugere, quid eligere oporteat, animam tuā libera, quāuis nemo attēdat. Verū enimuero licèt firmum hoc solatium & remunerationis fiduciā habeamus, cùm nihil uos bene operando proficere uideamus, nihilo melius afficimur q̄ agricolæ illi, qui demisso uultu & rubore pfusi anguntur, & suam deflent calamitatē. Hoc magistri misericordia est, hoc patris cura. Etenim Moses cū à Iudæorū ingratitudine liberari posset, & alterius gētis potiorē, longeq; maiorem accipe
Exo. 32. c re principatū: Dimitte me, inquit, ut irascatur furor meus cōtra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentē
I magnā. Cū sanctus & dei seruus esset intimus, ne audire qdem id sustinuit, sed potius unà cū his qui sibi semel crediti erant, perire, q̄ sine illis saluus esse & ad maiorem dignitatē assumi, prætulit. Huiusmodi esse oportet cui animarū cura cōmissa est. Est nanq; absurdum ut prauorū filiorum, pater nolit nisi eorum quos genuit pater appellari. Nos aūt discipulos quotidie nūc hos, nūc illos mutemus, erga neminē amicè, familiariterq; affecti? Sed absit, ut de uobis unq; hæc suspicio suboriatur. Confidimus. n. uos fide in dominum nostrū Iesum Christum, & mutua in oēs charitate abūdare: sed hæc dicimus, ut studium uestrum augeamus & diligentiā, & uitæ uestræ uirtutē maiorem in modum propagemus. Sic. n. iactis orationis nostræ fundamētis, altius mētes erigere poteritis, si nulla malitiæ lippitudo mentis uestræ oculos pstrinxerit, & acumē obtuderit. Quid igitur hodierna die nobis propositū est? Ioannes testimoniū perhibet de ipso, & clamabat dicens: *Hic erat quem dixi, qui post me uenturus est, quia prior me erat.* Multus est hic euāgelista in Ioānis laudibus & eius testimoniū multifariā diffundit. Quod nō temerè, sed icredibili sapientia prosequitur: plurimum. n. hunc hoiem oēs Iudæi admirabantur. Nam & Iosephus Ioānis cæde K
bellum ortum existimat, & propterea nō esse Iudæorum ciuitatem, q̄ aliquādo Metropolis fuit, & longa oratione præcursoris laudis exequitur, per eum Iudæos arguens, cuius frequenter testimonium memi nit. Et alij qdem euāgelistæ facta superiorū prophetarū mentione, per singula Xp̄i opera trahunt auditorem, & sup natiuitate. Hoc aūt factum est, inquit, Matt 1. d ut impleretur quod dictū est per prophetam dicentem: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabūt nomen eius Iesum. Et cū Herodes ei insidiatus, Esa. 7. a tanta ubiq; diligentia eum perquiri fecit, ut puerum interficeret, in medium Hieremiæ adducūt testimonium: Vox in Rhama audita est, ploratus & ululatus Hier. 31. a multus, Rachel plorans filios suos. Et Osee cū rursus Ose. 11. a ex Aegypto rediret: Ex Aegypto uocaui filiū meū: & hunc ubiq; in suis euāgelijs morē seruant. Ioānes autem apertius & à recētioribus testatur, utpote q cæteris sublimius locutus, nō mortuos tantū, sed uiuū, & qui Christum p̄sentē p̄sens ostēdit & baptizauit, in medium frequēter adducit, nō idcirco ut serui testimonio domino authoritatem cōpararet, sed ut L
ad auditorū descēderet imbecillitatē. Quemadmodum. n. nisi serui formam accepisset, nunquam comprehendi potuisset: ita nisi serui uoce conseruorū aures arrexisset, nō sanè multi Iudæorū eius probassent orationē. Præterea & aliud magnū & admirabile respexit: nā cùm de suiipsius laudibus cuiusq; suspectū sit testimonium, & plerisq; sæpenumero auditorib. non persuadeāt, alterum de ipso testificaturum adduxit. Accedit ad hoc, quòd nulli solent libentius eorum uocē audire, cum quibus cōsuetudinem habuerūt, utpote quē magis cognoscūt. Propterea uox de cœlo semel uel bis audita est: Ioānes aūt sæpenumero & frequēter locutus. Nā qui multitudinis imbecillitatē superabāt, hi à sensibilibus omnibus liberi, cœlitus uocē audire poterant, nec eis multū opus erat humana, qppe qui ab illa pſuasi erant & allecti. Qui uerò adhuc in his iferiorib. deuoluebātur, & multa terrenarū rerum nube operiebantur, hoc humiliori indigebant sermone. Ita igitur Ioannes cū omnibus se sensibilib. exuisset, alijs magistris nō indiguit, sed cœlitus eruditus est. Qui. n. me misit, inqt, baptizare M
in aqua, ille mihi dixit: Ad quem uideris spiritum dei descendentē, hic est. Iudæi aūt qui adhuc rudes ad illam altitudinem nō poterāt peruenire, hoiem habebant magistrum, non sua eis, sed cœlestia annunciātem. Quid igitur hic loquitur? *Ipse testimoniū perhibet de eo, & clamabat, dicens.* Quid per illud uerbum, clamabat, significatur? hoc est fidenter & liberè, oi abiecta formidine, dei aduentum prædicabat. Quid aūt testabatur? qd clamabat? *Hic erat quem dixi, qui post me uenturus est, ante me factus est.* Obscurum & adhuc plenū humilitatis testimonium. Non. n. dixit, hic est filius dei unigenitus & dilectus: sed, hic erat quē dixi: qui post me uēturus est, ante me factus est, qa prior me erat. Quemadmodum. n. aues pullos suos, neq; euestigiò, neq; una dūtaxat die, totam uolādi artem edocēt: sed primò è nido tantùm educūt, inde cùm aliquantulū quieuerunt, uolatui eos assuefacere incipiunt, postridie ad operā reuocant: ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferūt altitudinē. Ita beatus Ioannes nō ſtatim ad summa Iudæos erigit, sed primū paululum à terra eleuat, cū Xp̄m se meliorem testatur. Neque enim parū erat, quòd auditores pri-

A mò Christū nondum cognitum, nondum miracula facientē, Ioanne uiro tam admirabili, tam claro, ad quem oēs concurrebant, quem omnes angelum arbitrabantur, meliorē crederent. Principiò igitur hāc opinionē in auditorum animis confirmare conatus est, eo uidelicet, q testimoniū perhiberet, eū de quo perhiberetur: & eo qui prior uenit, eū q posterior, & claro & nobili nondū notum esse potiorem. Et animaduerte testis sapientiā, non modò cognitum, sed
Matt. 3. c priusquam nosceretur prædicat. Illa. n. particula, Hic est: id est, significat qđ admodū Matthæus dicit: Omnibus qui ad se uenerant, dicebat: ego quidē baptizo in aqua in pœnitentiā: qui aūt post me uenturus est, fortior me est, cuius nō sum dignus soluere corrigiā calceamenti. Sed quānā causa antequā eū ostenderēt, ita locutus est? Vt facilius p̄sentis testimoniū auditorū animis reciperetur, cū iam exhibitis uerbis illius notitiam habuissent, néue eos uile Christi uestimentum à credendo dehortaretur, sed facilè multitudinē in fide cōtineret. Nā nisi prius aliqua de domino cognitio habita esset, & simul eū populus uidisset, & tā admirabile, tā magnū testimonium acce
B pisset, aspectus eius uilitas testimonij quamprimùm magnitudini obstitisset. Adeò. n. Christus abiectus, adeo communis oībus uidebatur, ut & Samaritanę mulieres meretricesq; & publicani, nullo honore & accedere, & alloq eū auderēt. Vt igitur diximus, si & uerba hæc simul audissent, & Christū uidissent, Ioānis salutē derisissent testimoniū: sed cū ante eius cognitionē plura de ipso audierint, & in his confirmati fuerint, cōtrà euenit: siquidē eo uiso non sunt prædicationis eius doctrinā aspernati, sed Ioannis testimonio fidē adhibētes, etiam clariorem sunt arbitrati. Quòd aūt dicit: Qui post me uēturus est: hoc est, p̄dicaturus, non futurus, hoc & Matthæus significat dicēs: Post me uenit uir, cuius generatio non ex Maria, sed ex aduentu secundū p̄dicationē. Nā si de generatione dixisset, non p̄senti, sed p̄terito usus esset tempore. Natus nanq; erat Xp̄s, cùm ita locutus est Ioannes. Quid autē significat, Ante me factus est? Clarior uidelicet atq; honorabilior. Nolite. n. inquit, etsi prior uenerim ad p̄dicandū, ideo me illo maiorem arbitrari: longè minor sum: ut ne serui qdē loco cōnumerari sim dignus: hoc significauit cū inquit,
C Ante me fact⁹ est. Quod alijs uerbis Matthęus ostēIbidem. dit: Non sum, inqt, dignus soluere eius corrigiā calceamēti. Verū quòd per hanc particulā, Ante me factus est: Xp̄i non intelligatur aduentus ex sequentibus perspicuū est: siquidē superfluè adderetur, Quia prior me erat. Quis. n. adeò stolidus, adeò insanus est: ut qui ante eū factus est, illū eodē tempore non fuisse non intelligat? Quod si de æterna intelligeretur essentia, id nihil aliud significaret, q̄ q post me uēturus est, ante me fact⁹ est, qa prior me erat. Sed hoc absurdū est, & causa frustra adijcitur. Contrariū. n. si hoc significare uoluisset, dicere oportuit, uidelicet, Qui post me uenturus est, prior me erat, qa ante me factus est. Huic. n. particulæ, Prior me erat, non immeritò posset hæc afferri causa, qa ante me fact⁹ est. Huic aūt, Ante me factus est, qa prior me erat: nō est causa: hoc firma ratione nititur. Siquidē iam oēs nostis, non q̄ manifesta sunt, sed obscura semper ratione indigere. Quòd si de essentia sermo esset, non erat obscurū, quin prius factum prius esse oportuerit: sed cùm de honore disputetur, non ab re apparē tē soluit dubitationē. Etenim credibile erat multos D
dubitare, quānā gratia q posterius uenit, ante factus sit, hoc est honorabilior. Huius igitur q̄stionis mox causā affert, Quia prior me erat. Neq; supbè locutus est: Cū prior essem, me reiecit, & ante me factus est. sed prior me erat, inqt, quanuis posterior uenerit. Et quo nā pacto inqs, si de ei⁹ claritudine & futura hominis gloria diceret, quod nondū fuerat, tanquā factū profitetur? non. n. inquit, fiet: sed, factus est. Quoniam mos prophetarū est, ut sæpenumero q̄ futura sunt, tanquam facta enarrent. Nam & Esaias de Xp̄i Esa. 53. c. morte locutus, non inqt: Tanquā ouis ad occisionē ducetur, qđ futurū erat: sed, ductus est. Atq nondū carnē induerat, ueruntamen qđ futurū erat, prophe ta tanquā factum enarrat. Et Dauid crucē significās, non inquit: Fodiēt manus meas & pedes meos: sed, foderunt: &, Diuiserunt sibi uestimenta mea, & sup Psal. 21. d uestem meā miserūt sortē. Et de proditore uerba faIbidem. ciens, qui nondū fuerat: Qui manducat, inqt, panes Psa. 40. c. meos, leuauit contra me calcaneū. Et de passione lo & Ioā. 13 cutus: Dederunt in escā mihi fel, & in siti mea potaue c. runt me aceto. Vultísne alia adducamus exēpla, an Psal. 68. c hæc in p̄sentia sufficiunt? Ego satis arbitror. Nā si in superficie non multū spatij cōprehendimus, profun E
dum tamen attigimus, non tamen minus hoc q̄ illud laboris habet. Sed ueriti sumus, ne longiori sermone uestrā remitteremus attentionē. Quā ob rem debitū orationi nostræ finē imponamus. Debitus autē finis est, laus digna deo, non uerbis tantū, sed operibus. Luceat. n. inquit, lux uestra coràm homini Matt. 5. b bus, ut uideant opa uestra bona, & glorificent patrē uestrū qui est in cœlis. Et profectò nihil optima uita Sap. 3. b. clarius dilectissimi, ut sapiēs testatur? Vię iustorū tāquā lux fulgent: illustrant uerò non eos modò, q per opera lucem attingunt, & rectā uiā ingrediuntur, sed & propinquos. Effundamus igitur oleū è lāpadib⁹, ut maior accendatur ignis, & lux appareat locupletior. Hoc autē oleū non modò in p̄sentia multùm ualet, sed cū sacrificia florerent, maiorē in modum illorū uirtutem probauit. Oleum. n. inquit, uolo, & Matt. 9. b non sacrificiū. Et meritò quidem: alterum. n. inanimatū est, alterum animatum. In altero quicquid imponitur, igni consumptū in cinerē uertitur, & fumus in aerē dissoluitur: alterū alios affert fructus. Quod Paulus significauit: cùm. n. paupertatis Corinthiorū F
thesauros enarraret, his uerbis usus est: Quoniā mi- 2. Co. 9. a nistetium huius officij non solùm supplet ea quę de sunt sanctis, sed etiā abundat per multos in gratiarum actione in domino. Et iterū: Glorificantes deū Ibidem. d in obedientia confessionis uestræ in euangelio Xp̄i, & simplicitate cōmunicationis nostræ in illos, & in oēs, & in ipsorū obsecratione pro nobis desiderātiū uos. Vides mutuā gratitudinē, dei laudem, cōtinuas preces, & uehementiorē eorū charitatem, qui beneficiū acceperunt? Sacrificemus igitur dilectissimi, sacrificemus in ipsis sacrarijs quotidie: hoc. n. & oratione & ieiunio & multis huiusmodi officijs maius est sacrificiū, modò ex iusto labore fiat & lucro: & oīs sit expers auaritiæ, rapinæ, uiolētiæ. Hæ oblationes deo gratæ sunt, alias respuit oditq;, neq; uult alienis calamitatibus honorari. Impiū. n. & prophanū id sacrificium est, & iritat potius deum q̄ placet. Quocirca summa diligentia uti oportet, ne dum uolumus deum colere, iniuria afficiamus. Nā si Cain deteriores hostias offerendo, quanuis nullam aliam iniuriā Gen. 4. a

C intulerit,ultimũ tamen dedit ſupplicium:nõnne lon
gè grauiora ppetiemur,ſi rapina & auaritia malè par
ta deo offeramus? Propter hoc.n.formam huius mã
dati deus manifeſtauit,ut uidelicet miſereamur,nõ
torqueamus conſeruos. Qui aũt aliena rapit,& alij
dat:non miſeretur,ſed lædit,& iniuriã uel maximã
facit. Vt.n.lapis nunquam oleum fundit,ita neque
crudelitas humanitatẽ: ſiquidem cũ hinc prouenit
eleemoſyna,nõ amplius eſt eleemoſyna. Quare hor
tor ne id ſolũ cogitemus,ut p̃beamus indigentibus,
ſed ne ex rapina. Nã ſi alter precatur,alter imp̃catur:
utrius uocem potius dominus audiet? An plus illud
utilitatis,an hoc detrimẽti afferet? Quòd ſi diligẽter
uixerim⁹,diuinę gratię auxilio,miſericordiã ueniãq;
oium,quæ ſemper peccauimus,cõſequi poterimus,
& flumẽ igneum effugiemus: à quo liberi utinã oẽs
ad cœlorum regnũ perueniamus,gratia & benigni
tate domini noſtri Ieſu Chriſti,cũ quo patri gloria,
ſimul & ſancto uiuificantique ſpiritui,nunc & ſem
per,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia.xiij.ex cap. primo.

H e T *de plenitudine eius nos oẽs accepimus, & gra
tiam pro gratia.* Superiori die diximus, quod
Ioãnes ut eorũ dubitationem ſolueret, qui
eſſent quæſituri quo pacto X̃ps poſterior ad prædi
candum ueniens⁹,prior eo fuerit & clarior, addidit:
Quia prior me erat. Et hæc una cauſa eſt,qua non cõ
tẽtus ſubdit aliã,uidelicet,Et de plenitudine eius nos
oẽs accepimus, & gratiã pro gratia. Et iterum aliã:
Quia lex,inquit, *per Moſen data eſt,gratia et ueritas per
Ieſum Chriſtum facta eſt*. Et quid tandẽ,inquis,ſignifi
cat: Et de plenitudine eius nos oẽs accepimus? Ad
primum ſatis dictum eſt:Non habet,inquit,donum
participabile,ſed ipſe fons eſt,& radix bonorum om
nium:ipſe uita,ipſe lux,ipſe ueritas,non in ſeipſo bo
norum diuitias continens,ſed in uniuerſos diffun
dens,quibus diffuſis plenus permanet,neque aliorũ
ſatietate minuitur ſed diuitias ſuas elargitur ſemper
uberius: cúmque omnes his bonis impartiat,in ea
dem permanet perfectione. Quod autem ego fero,
participabile eſt: ab alio enim id accepi,& exigua
pars totius eſt,& quaſi gutta parua ad immenſum
abyſſum & infinitum pelagus comparata:immo ne
que exemplum ſufficiẽs eſt,ad quod uolumus oſtẽ
dendum. Nam ſi guttam è pelago acceperis,ea tã
men pelagus: etſi uiſu percipi nequeat,diminuitur:
de illo autem fonte hoc dici non poteſt,ſed quãtum
cunque quis hauriat,nihil deficit. Quare alio exem
plo utendum eſt,cũ hoc infirmum ſit:neque poſsit,
quod q̃rimus,demonſtrare. Alterũ igitur afferemus,
quod magis ad propoſitã nos adducat ſententiam.
Cõſtituamus nobis igneũ fontem,à quo innumeræ
accendantur lucernæ,& totidem,& itẽ totidẽ:nõn
ne huiuſmodi fons ita plenus eſt ignis,quẽadmodũ
antequam ex eo quicquã ſumeretur? ſanè perſpicuũ
eſt.Quòd ſi in corporibus q̃ in partes diuidi poſsũt,
& per ademptionẽ partiũ minora fiunt,aliquid hu
iuſcemodi inuenitur,ut poſt ſui comunicationẽ nul
lam diminutionẽ accipiant: quantò magis in incor
porea & immortali illa potentia hoc contigerit? Nã
ſi ubi ſubiectũ ſubſtãtia eſt & corpus,& ſit & nõ ſit
diuiſio:multò magis cũ de actione ſermo habetur,
& actione incorporeæ ſubſtãtię,credibile eſt idẽ eue
nire. Idcirco Ioannes inqt:Et de plenitudine eius nos
oẽs accepimus. Et teſtimonium ſuum Baptiſtæ teſti
monio coniungit. Hæc.n.partícula', De plenitudine K
eius nos oẽs accepimus:nõ præcurſoris uerbum eſt,
ſed diſcipuli,cuius hæc eſt ſententia,Nolite exiſtima
re diutinę cõſuetudinis,& eiuſdẽ menſę participatio
nis gratia nos de eo teſtimoniũ perhibere:nã & Ioã
nes qui X̃pm antea nunquam uiderat,neque cũ eo
conuerſatus eſt,niſi cũ ipſum baptizauit,in multorũ
cœtu eum conſpicatus,inde oĩa accipiẽs,clamauit:
Prior me erat. Nos autem oẽs duodecim,trecenti,
quingenti,tria millia,quinq; millia,innumera ludæo
rum multitudo,oĩs fidelium cœtus,qui tunc fuerũt,
nunc ſunt,& futuri ſunt,de plenitudine eius accepi
mus. Quid autẽ accepimus? Gratiã pro gratia. Quã?
pro quã? Pro ueteri nouã. Quemadmodũ.n.duplex *Phil.3.b.*
erat iuſtitia. Secundũ iuſtitiã,inquit,quæ in lege eſt,
factus irreprehẽſibilis. Et duplex fides:ut,Ex fide in
fidem. Et adoptio duplex:ut, Quorum adoptio eſt. *2.Cor.3.b*
Et duplex gloria:ut, Si.n.quod euacuatur per gloriã
eſt,multò magis qđ manet in gloria. Et lex duplex:
ut,Lex ſpiritus uitæ liberauit me. Et duplex ſeruitus:
ut,Quorũ ſeruitus.& iterũ: Spiritui dei ſeruientes. Et
teſtamentũ duplex:ut,Diſponam uobis teſtamentũ
nouum,non ſecundũ teſtamentum quod diſpoſui L
patribus ueſtris. Et duplex ſanctificatio,& duplex
baptiſma,& duplex ſacrificiũ,& templum,& circun
ciſio duplex,ita & duplex gratia. Sed illa quidẽ quaſi
figuræ ſunt,hæc quaſi ueritas,æquiuocationẽ quã
dã,non rei cõmunionẽ ſeruantia: quoniã in figuris
ſunt & umbra. Nam & homo pictus,homo appella
tur,& uerus homo itidẽ. Similiter in ſtatuis & aurea
& lutea hominis habet appellationẽ:uerũ tãquã ho
minis figura,ille ut uerus homo. Noli igitur tãquã à
nominum cõmunicatione,idẽ re ipſa eſſe exiſtima
re,ſed neque diuerſum. Nã ſi figura erat,non erat al
terna à ueritate: ſi umbrã ſeruabat,ipſa minor erat
ueritate. Vultis quæ nã ſit horum oĩum differentia,
explicemus? Vnum aut alterũ dictorũ accipiamus,
hoc pacto & cętera fient uobis manifeſta,certóque
deprehẽdemus puerilia fuiſſe p̃cepta. Hæc præclaro
rum philoſophiæ profeſſorum,& magnorũ uirorũ:
& illa tanquã ab hominibus,hæc tanquã ab angelis
inſtituta. Vnde igitur exordiemur? Vultis ab ipſa ado
ptione? Quæ nã inter hanc & illã differentia eſt? illa
uerbo honorabatur,hæc re ipſa:& de illa quidem in
quit:Ego dixi dij eſtis,& filij altiſsimi oẽs:de hac au- M
tẽ,Ex deo facti ſunt. Quãnã ratione? Per lauacrũ re- *Pſal.81.b*
generationis & renouatiõis ſpirituſſancti. Et illi qui- *Titũ.3.b*
dem poſtquã filij appellati ſunt,adhuc ſpiritũ ſeruí
tutis habebãt (erãt.n.ſerui,etſi hac appellatione ho
norabantur) nos liberi tunc facti,nõ noie,ſed re ho
norẽ accepimus. Quod Paulus his uerbis ſignifica- *Rom.8.c.*
uit: Non.n.accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timo
re,ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorũ dei,ĩ quo *Gala.4.a*
clamamus,Abba pater. Generati nãq; à deo,& ut ue
rè dici poteſt,formati,itaq; uocati ſumus filij. Sed ſi
ſanctificationis modũ & hunc,& illum conſiderabi
mus,multã in hac quoq; parte deprehendemus dif
ferentiam. Illi.n.cùm idola non colebant,neque for
nicabantur,neque adulteriũ committebãt,hoc no
mine appellabantur: nos uerò nõ in huiuſmodi cõti
nentia,ſed in maiorũ poſſeſsione facti ſumus ſancti.
Et primũ quidem ab ipſo ſpirituſſancti aduẽtu hoc
donũ aſſecuti ſumus,deinde à uita longè potiore,q̃
Iudaica. Et quòd non arroganter hoc dictũ ſit,audi
qd ille loquatur: Nolite uaticinari,neque purgare fi-

lios ueſtros,

À lios ueſtros,quoniã populus ſanctus eſtis. Ita apud
illos hæc erat ſanctitas,ut idolorũ leges abiicerent:
1.Cor.7.f apud nos aũt,ut ſancta ſint,inquit,& corpore & ſpi
ritu. Pacẽ proſequimini & ſanctificationẽ,ſine qua
nemo uidebit dominũ,& perficientes ſanctificatio
nẽm in timore dei. Vides hãc eſſe ſanctificationem,
quando intrinſecus radicẽ habet,& fontẽ? Nõ enim
Sanctus. hoc nomen ſanctus,in oĩbus eandẽ habet ſignifica
tionem. Nã & deus ſanctus dicitur,ſed nõ quemad
modũ nos. Cũ igitur uocẽ hãc a Seraphin demiſſam
propheta audiuit,q inquit: Heu mihi miſero,quòd
cũ homo ſim,& impura labia habeam,ĩ medio po-
Eſa.6.b puli immũda labia habẽtis habito. Atqui & ſanctus
& purus erat: ſed ſi ſupernæ ſanctitati noſtrã cõferamus,immundi profectò ſumus: Sãcti angeli ſunt,&
ipſa Cherubin & Seraphin ſancta,ſed huiꝰ quoq; ſan
ctitatis alia differẽtia,inter nos uidelicet,& ſupernas
uirtutes. Opus eſſet & alia genera explicare,ſed lon
giori uteremur oratione. Quare ulteriùs progreſsi,
reliqua uobis inquirenda relinquemus: potentis.n.
hæc domi colligedo ipſam deprehẽdere differentiã,
Prou.9.b & inde in reliquis proficere. Da,inquit,ſapienti occa
B ſionẽ,& ſapientior fiet: nobis reliqua ſunt neceſſariò
tranſigẽda. Cũ ergo dixiſſet Ioannes: Et de plenitudi
ne eius nos oẽs accepimus: addidit, Et gratiam pro
gratia. Gratia nanq; Iudæi ſalutẽ cõſequebantur. Nõ
enim ut multiplicẽ uos,inquit,ſed pp patres ueſtros
elegi uos. Nã q nõ proprijs meritis à deo dilecti ſunt,
eos perſpicuum eſt,& pp gratiam eiuſmodi honorẽ
conſecutos: nos aũt oẽs ſalui quoq; facti ſumus gra
tia,ſed non eodẽ modo,neq; iiſdem de rebus,ſed lõ
gè maioribus & excelſioribus. Non.n.hæc nobis dũ
taxat gratia data eſt,uenia.ſ.peccatorũ,quã cum illis
cõmunicamus. Oẽs.n.peccauerunt,ſed iuſtitia,ſan
ctificatio,adoptio,ſpirituſſancti gratia,lõgè clarior,
longè uberior: ad hæc & alia maior,hoc eſt,à ſpiritu
& reconciliatione fiducia,huiꝰ gratiæ cauſa,deo cha
ri facti ſumus,nõ amplius ut ſerui,ſed ut filij & ami
ci. Quo circa inquit,Gratiã pro gratia: Verũ quę legis
fuerunt,fuerunt & gratiæ,ẽt ipſa formatio hominis
ex nihilo. Non.n.noſtris præcedentibus meritis hãc
accepimus remunerationẽ. Quo enim cũ nihil eſſe
mus? ſed gratia dei,q̃ ſemper in beneficijs priores ſi
bi partes uendicat. Neq; ſolũ quòd facti ſumus ex ni
C hilo: ſed quòd facti,& facienda,& uitanda didicerimus,& horũ à natura legẽ acceperimus,& conſcien
tiæ iudicium incorruptum nobis ab opifice deo tri
butum ſit. Hoc inquã maximæ fuit gratiæ,poſtquã
alia ſecuta eſt,ut præuaricatã legem præſcriptã recu
peraremus. Cõſentaneum nanq; erat,ut qui datum
ſemel à deo præceptũ præuaricaſſent,pœnã luerẽt:
uerũ mitius nobiſcum actum eſt. Iterum emendãdi
medicina adhibita,non debita quidem,ſed à miſeri
cordia & gratia proueniẽs. Nã quòd gratiæ ſit & mi
Pſ.102.a ſericordiæ,audi Dauid loquentem: Qui facit miſeri
cordiam deus,& iudicium oĩbus iniuriam patienti
Ibi.24.b bus: Notas fecit uias ſuas Moſi,filijs Iſrael uolũtates
ſuas. Et iterum: Bonus & rectus dominus, pp hoc le
gem ponet peccantibus in uia. Miſericordię igitur &
miſerationum,& gratiæ legem accepimus. Idcirco
cũ gratiam pro gratia dixiſſet,ẽt pro beneficiorum
dei in nos magnitudine uehementius certans,addi-
dit: *Lex per Moſen data eſt, gratia & ueritas per Ieſum
Chriſtum facta eſt*. Et animaduerte euãgeliſtæ ſapien
tiam,non perſonarũ,ſed tenuium rerum facit diſqui

ſitionem: quibus confeſsis,longè Chriſtum Ioanne D
maiorem neceſſe eſt ẽt pertinaces cõſentiant. Siqui
dem cũ res quæ nullam habent,neq; ad alicuius gra
tiam,neq; ad odium cauſam,hoc teſtantur,certam
etiam impudentibus oſtendunt ſuiam. Nam quales
eas authores fecerunt,tales exiſtimantur. Quare eo
rum maximè uerũ eſt teſtimoniũ ſine ulla ſuſpicio
ne. Videte q̃ placidè,& paulatim & Baptiſta Ioãnes,
& diſcipulus ad ſupremã auditores cognitionẽ tra
hant,cũ prius humilioribus eos aſſuefecerint. Ille.n.
Chriſti ad ſe comparatione facta,eũ ſine cõparatio
ne oẽs excedentem: ſic deinde eius excellentiã oſten
dit,Qui fortior me erat:&,Ante me factus eſt. Inde
ſubdit: Quia prior me erat. Hic autẽ maius locutus
eſt,minus tamẽ q̃ unigeniti dignitas poſtularet. Nõ
enim ad Ioãnem,ſed ad eum qui longè maiori erat
apud Iudæos admirationi,facit comparationẽ,hoc
eſt,ad Moſen. Quia lex,inquit,per Moſen data eſt:
gratia & ueritas,per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ani
maduerte præterea q̃ honeſtam facit cõparationẽ,
etiam apud imbecilliores. Nõ.n.ratione excellentiã
confirmat,ſed nudis nominibus differentiam oſten E
dit,gratiam & ueritatẽ legi,& hãc particulam,Facta
eſt: huic,Data eſt,opponens. Maxima aũt utrorunq;
differentia: dari enim miniſtri eſt. Nam qui dat,his
aliunde accipit,& dat cui dari præcipitur. Fieri aũt &
gratiam & ueritatem,regis eſt,cũ poteſtate omnia
dimittentis peccata,& benignitatis ſuæ dona cõfir
mantis. Quare inquit,dimittuntur tibi peccata tua. *Mar.2.a*
Et iterum: Vt ſciatis,quoniã poteſtatem habet filius *Ibidem.*
hominis in terra dimittẽdi peccata,dicit paralytico:
Surge,tolle grabatum tuum,& uade in domũ tuã.
Vides quo gratia per eum facta ſit? uide & ueritatẽ.
Gratiam quidem,& quæ modò diximus,& erga la
tronem benignitas,& baptiſmatis & ſpirituſſancti
dona,& alia item plurima nobis oſtendunt. Verita
tem aũt manifeſtius intelligemus,ſi figuras didiceri
mus: futuras enim diſpenſationes in nouo teſtamẽ
to cõſummari,figuræ primũ ut figurę annunciarũt,
quas Chriſtus ſuo cõſummauit aduentu. Videamus
ergo figuras,ſi placet,in paucis. Non.n.omnia tran
ſigere præſentis eſt temporis. A paucis reliquas intel
ligetis. Vultis ab ipſa paſsione incipiamus? Quid di- F
cit figura? Tollite agnum per familias,& ſacrificate, *Exo.12.a*
& facite,ut inſtituit. Chriſtus aũt nihil hmõi præci
pit,ſed ipſe id factus eſt ſacrificium,& oblationẽ ſeip
ſum patri offerens. Vides quo pacto figura data eſt
per Moſen,ueritas facta eſt per Ieſum Chriſtũ? Item *Ibid.17.c*
in monte Sina,ut Amalechitæ in pugna proſtigarẽt,
manus Moſi ab Aaron & utrinq; ſublimes tenebã- *Ioan.19.d*
tur: Chriſtus uerò aduẽniens ſuas extendit in cruce.
Animaduertis quo nobis figura oſtendit,& ueritas
facta eſt? Præterea lex inquit: Maledictus quicunque *Deu.27.d*
non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro *& Gala.*
hoc. Gratia aũt: Venite omnes qui laboratis,& one- *3.b*
rati eſtis,& ego reficiam uos. Et, factus eſt pro no- *Mat.11.d*
bis maledictũ. Cùm igitur tãtam aſſecuti ſimus gra *Gala.3.b,*
tiam & ueritatem,nolimus quæſo pro beneficiorũ
magnitudine pigriores fieri. Quãtò enim maiori ho
nore accepti ſumus,tantò maiorem debemus uirtu
tem. Nam qui pro paruis acceptis beneficijs parua
retulerit,nulla dignus eſt reprehenſione: qui uerò in
ipſum honoris culmen aſſumptus eſt,ſi uilia mini-
maq; rependit,longè maius meretur ſupplicium. Sed
abſit omnis de uobis hæc ſuſpicio. Confidimus in

G domino, qui animis uestris pennas dabit, quibus in cœlū elati, in huius mūdi peregrinatione, terrena labe non inquinabimini. Verumenimuero hoc uobis persuasi, nō quiescimus tamen quin frequēter eadē & hortemur, & admoneamus. Nam & in seculi certaminibus non oscitātes & supinos, sed strenuos, & se ultrò periculis obiicientes uniuersi hortantur, & plaudunt spectatores. Illos.n.ac si de eorum uictoria penitus desperent, neq; possint ullis hortationib⁹ ad uirtutem accendi, taciti missos faciunt. Hoc autē in loco non de uobis tantū, qui sobriam uitam agitis, sed de recidentibus, modò uoluerint, bene sperare licet. Quamobrem modò hortādo, modò exprobrando, nunc suadendo, nonnunq; laudando oia & facimus, & admitimur, ut salutē uestram non negligatis: & quantū in nobis est, nihil omnino prętermittimus. Nolite igitur nostram de uiuendi ratione iniquo animo admonitionē accipere. Non.n. ita loquimur, ut uos inertię accusemus, sed de uobis optimè speramus. Neq; ad uos duntaxat, sed ad nos qui oratione habemus, hæc & loquimur, & loquemur. Si-
H quidem & nos doctrina, admonitione, cōsilio indigemus. Nam etsi ipsi sermonē facimus, nihil nobis quoq; fieri prohibet. Sermo enim sceleribus obnoxios corripit. Qui aūt omni liberi sunt crimine, eos ēt lōgius abducit. Neq; enim nos sine peccato sumus. Medicinæ igitur ars cōis est, & remedia omnib⁹ proponit. Cura non cōis est, sed ad utentium uoluntatem. Qui uult medicina uti, curatur: qui eam uulneri adhibere negligit, magis lædit ur, & torquetur uehemētius. Nolimus ergo ægrè medicinam ferre, sed læto animo accipiamus. Licēt non paruum dolorē nostræ afferant admonitiones, suauissimus tamen fructus sequitur, cuius gratia & facimus omnia, & dicimus, ut à plagis & uulneribus quæ peccādo animæ inurimus, liberi ad æternam uitam euadamus, & Christi præsentia digni efficiamur: neq; acerbis & sæuis potestatibus in die illa nos exhibeamus, sed q̄ nos ad cœlorum possunt assumere hæreditatē, deū diligentibus præparatam: Quam utinam omnes cō sequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum sancto & uiui-
I ficante spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia. xiiij. ex cap. primo.

Eum nemo uidit unquām. Vnigenitus filius, qui
d *est in sinu patris, ipse narrauit.* Sacræ scripturę uerba non uult deus ut simpliciter, sed mul-
Psa.118.c ta cū prudentia intelligantur. Ideo beatus Dauid sæpenumero in psalmis ad doctrinam nostrā: Reuela, inquit, oculos meos, & intelligam mirabilia ex lege
Prou.2.a tua. Item & eius filius: Quòd oportet tanq̄ argētum exquirere sapientiam, & tanq̄ thesaurum perscrutari.
Eccl.51.d Præterea dominus Iudæos admonuit: Scrutamini
Inf.5.f scripturas: quod non utiq; dixisset, si perfacilè & prima tantū lectione possent intelligi. Quod.n. in medio, & in promptu positum est, nemo sanè perscrutatur: sed quod obscurū & latens, id multa indiget inquisitione, ut inueniatur. Idcirco thesaurum abscōditum scripturas appellauit, ut ad earū nos inquisitionem excitaret. Hæc aūt nobis dicta sunt, ne simpliciter & temerè, sed summa cum attētione scripturā accipiamus. Nā siquis ipsa duntaxat uerba nuda, & ut dicūtur acciperet, multa absurda de deo necesse esset suspicari. Etenim hoīem eū esse, pecunia corrumpi, iracundum, furibundū, aliaq; de eo his peiora intelliget. Verū si reconditam uerbis sniam deprehenderit, omnia purgabuntur. Nā proposita nobis lectio sinum deum habere dicit, quod est propriū corporis. Sed nemo tam insipiens est, qui incorporeum corpus arbitretur. Vt igitur dignè spiritalē sensum accipiamus, agitè altius hunc locum inuestigemus. *Deum nemo uidit unquam.* Quámnam hæc parti
Ibid.5.a cula cū superioribus habet consequentiam? Vt ostē dat euāgelista beneficiorum dei magnitudinem, & horum eorumq; quæ per Mosen data sunt incomparabilem differentiam, probabilem causam, personæ adducit dignitatem, quæ maiora effecerit. Ille enim cū seruus esset, merito inferiorum factus est rerū minister. Hic aūt dominus & rex, & regis filius lōgè maiora nobis contulit, qui cū patre semper est, & semp eum intuetur: propterea inquit, *Deum nemo uidit unquam, sed unigenitus filius.* Quid igitur dicemus clarissimo prophetæ Esaiæ, cū inquit: Vidi dominum in Esa.6.a throno altissimo sedentem? Quid Ioanni de eo testimonium perhibenti, quod hæc dixit, quando uidit gloriam eius, & de eo locutus est? Quid Ezechieli? L Etenim ipse quoq; super Cherubin eum sedentē uiExec.1.et dit. Quid prętera Danieli dicenti: Antiquus dierum 10.a sedit? Quid ipsi Mosi: Ostende mihi gloriam tuā? Ja- Dani.7.b cob aūt etiam ab hoc appellationem accepit, cùm Exo.33.e Israel uocatus est, quod deum uidens interpretatur. Gen.32.f Necnon & alij ipsum uiderunt. Quid Ioānes: Deum &.35.b nemo uidit unquam? Vt ostendat illa omnia permissionis fuisse, non ipsius puræ substantiæ. Nam si ipsam uidissent, nulla ex parte differentem uidissent: quippe quæ simplex, & pura est, non cōposita, nec descriptibilis. Non iacet, non stat, non ambulat. Hęc omnia corporis sunt officia. Quomodo aūt sit, ipse Osee.12.a nouit solus, quod per prophetam significauit: Ego uisionem multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum: hoc est permisi, nō tamen id quod eram me ostendi. Cū enim eius filius uera carne accepta uenturus esset in mundū, multò ante sanctos uiros ad diuinę substantiæ uisionē exercuit, ita ut uidere poterāt. Nam id quod est deus, nō modò prophetæ nō uiderunt, sed neq; angeli, neq; archangeli. Sed si eos percontaberis, nihil ab his de dei substan- M
tia audies, sed tantùm referentes: Gloria in altissimis Luc.2.b deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Si Esa.6.a Cherubin & Seraphin, sanctificatiōis laudē audies, & Apoc. plenum esse cœlū & terrā gloria eius. Si supernas uir- 4.c tutes, tibi item respondebunt, fibi unum opus esse, Ps.148.a ut deum laudent: Laudate eum, inquit, oēs uirtutes eius. Solus autē ipsum uidet filius & spiritussanctus. Quòd si omnis natura creata est, quānā ratione increatum uidere poterit? Et si incorpoream uirtutē, quanuis genitā, non possumus manifestè cōspicari, & hoc sæpenumero in angelis ostensum est: multò minus incorpoream, & ingenitā substātiam. Quare Paulus: quem, inquit, uidit nemo hominum, neq; ui 1.Timo. dere potest. Soline igitur patri hoc prępuum inest, 6.e non aūt filio? Audi hac etiam in parte quid superius Coloss.1.c dicat: Qui est imago dei inuisibilis. Qui aūt inuisibilis imago est, ipsum quoq; inuisibilē esse necesse est, 1.Ti.3.d aliter nō esset uera imago. Propterea inquit: Qui manifestus est in carne. Manifestatio autē per carnem non est secundum substantiam. Nam quòd ipse inuisibilis sit, non solū hominibus, sed & supernis uirtutibus, cùm dixerit Paulus, manifestum esse in car-

A ne: sub didit, uisum ab angelis. Ergo ex quo carnē induit, antè non ita uidebatur, cū ipsis quoque inuisi-
Mat.18.b bilis esset substantia. Quā ob rē igitur inquit, Nolite despicere unum ex his minimis: dico.n. uobis quòd angeli eorū semper uident faciē patris mei, qui in cœlis est? Quid ergo, faciē deus habet, & cœlo circunscribitur? Sed nemo ea agitetur insania, ut hæc dixe-
Ibid.5.a rit. Quæ nā ergo ea snia? q̄ & in loco illo: Beati mūdo corde, quoniā ipsi deū uidebunt. Cogitationem nanq; atq; imaginationē, quam pro uiribus nostris de deo capimus, eam uisionē appellat. Neq; aliter de angelis intelligēdum est pp puram ipsorum, & nullo somno obnoxiam naturā, cū nihil aliud quàm deū
Mat.11.d semper mēte agitent. Propterea Christus: Nemo, inquit cognoscit patrē, nisi filius. Quid inquam? Num omnes in ignorantia uiuimus? Absit. Sed nemo ita cognouit patrē, ut filius. Vt igitur multi, quisq; pro captu suo ipsum uiderunt, substantiam aūt nemo uidit: sic multi deū cognoscimus non tamē ipsam substantiā qualis est, nisi solus eius unigenitus, qui certā notionē, uisumq;, & cōprehēsionem habet, qualem
B filium de patre habere par est. Sicut.n. cognoscit me pater, inquit, & ego cognosco patrē. Quare animaduerte quanta cum authoritate loquatur euangelista. Siquidē cum dixisset, Deū nemo uidit unquam: non prosecutus est, filius qui uidit narrauit. Nam in sinu patris esse, maius quiddā est, q̄ uidere. Qui enim tantū uidet, non certā habet rei uisæ cognitionē: qui ue rò in sinu immoratur, oia ei perspicua sunt & certa. Ne autē audiendo: Nemo cognoscit patrē nisi filius diceres, quòd licēt maiorem cęteris de patre habeat cognitionem, non tamē qualis est nouit, ideo in sinu patris eum esse inquit euangelista. Christus autē tantū se patrē cognoscere, inquit, quātū pater ipsum. Percontare quæso, qui contradicit, nunquid cognoscat filiū pater? respondebit, Etiā, nisi omnino insaniat. Deinde illud iterū interrogabimus: Quid autē? certáne quadā uisione, & scientia ipsum uidet, & id quod est manifestè cognoscit? Certè assentiet. Hinc collige certā filij de patre comprehēsionē. Ipse enim inqt: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrē. Et alibi: Nemo deū uidit, nisi qui ex deo est. Hac
C ut dixi gratia euāgelista sinus meminit, quo uno uerbo multā substantiæ cognationē, propinquitatē, parē patri cognitionē, potestatē ostendit. Non.n. diuersam substantiā in sinu haberet pater, sed neq; ipse audiret, si seruus, si ex multitudine unus esset in sinu domini uersari. Hoc nanq; dilectissimi filij tantū est, qui multum genitori suo fidit, neq; ipso ulla ex parte sit inferior, æqua hoc cognitio significat. Vis & sempiternū intelligere? audi Mosen quid de patre loquatur. Nā cū peteret si interrogaretur à Iudæis, quis ip-
Exo.3.d sum miserit, quid iuberet responderi: Dic, inquit, qui est, misit me. Hoc.n. uerbū, Qui est: sempiternū & sine principio, & uerè, & propriè esse significat. Hoc
Ioan.1.a idē ex ea particula, In principio erat, ostendit Ioānes. Itē hoc in loco, cū in sinu patris esse dicit, & ne pp nominis cōmunicationē, unū eorū, qui per gratiā facti sunt filij, significare arbitreris: primū articulum addit, qui per gratiā filios seponit. Inde si hoc tibi nō satis est, & adhuc humi deuolueris, alio magis proprio nomine usus est, cū inquit, Vnigenitus. Sin adhuc humū despicis, non recusabo, inquit euangelista, de deo sermonem faciens, humanis & corporeis uerbis uti, hoc est in sinu: tantum ne uile quicquam & abie

ctū de Christo suspiceris. Considera benignitatē do D
mini, & nostri curā. Indignis se uerbis nuncupari patitur, ut hoc saltē pacto oculos erigamus, & aliquid de se magnū concipiamus, & tu ad inferiora semper deflecteris: Dic quæso, qua gratia hoc in loco sinum positū existimas? Crassum hoc nomē & carnale. Nūqd ut deū corpus habere suspicemur? Absit. Cur igitur? Nā si neq; filij dilectio, neq; corpus deū esse hinc comprobatur, superfluū hoc in loco, & ociosum iudicabimus. Non.n. te petere recusabo, ut aliqd in hoc uerbū est. Non.n. te petere recusabo, ut aliqd in hoc coniectemur. Sed profectò constat, nihil aliud quā summā unigeniti dilectionē, & patri coæternitate significari. Vbiq; hoc perspicuū est. Ille narrauit, inquit. Quid narrauit? Quòd deum nemo uidit unquā: an quòd unus est deus? Verùm hoc & reliqui prophetæ, & Moses iāpridē exclamat. Dominus deus tuus, Deu.6.a dominus unus est. Et Esaias: Ante me non est factus alius deus, & post me non est. Quid igitur amplius à filio didicimus: quòd in sinu sit patris. Quid ab unigenito? Primū quidē hęc eadē unigeniti operationes sunt, deinde longè ab eo expressiorē, & magis perspicuā doctrinā accepimus, uidelicet quòd spiritus E
deus est: & qui adorant eū, in spiritu & ueritate oportet adorare. Quòd deū uidere est impossibile, quòd eū nemo nouit nisi filius, quòd pater est dilectissimi unigeniti, & alia multa, q̄ de eo narrata sunt. Id autē uerbū, narrauit, expressiorē, certioremq; doctrinam demonstrat, non apud Iudæos tantū, sed in uniuersum mūdū propagauit, eumq; meliorē reddidit: prophetis.n. neque Iudæi omnes fidē adhibebāt, unigenito autē dei filio uniuersus orbis & paruit, & credidit. Narratio autē hoc in loco doctrinæ euidentiam Esa.9.b significat. Quare & uerbū, & magni consilij angelus appellatur. cū igitur perfectiore dignati simus doctrina, neq; amplius per prophetas, sed per filium ad nos in ultimis his diebus deus locutus sit, longè potiorē, & dignā accepto honore uitam exhibeamus. Etenim absurdū est cū tantus descenderit dominus, & non ampliùs per seruos, sed per seipsum nos alloqui uoluerit, nos nihil à priscis illis differam⁹. Illi Mosen, nos Mosi dominū, magistrū habemus. Quamobrem hoc honore dignā præ nobis feramus philosophiam, & nihil cū terrenis communicemus. Pro- F
pterea nobis cœlitus uiuendi normā detulit, ut magistri imitatores pro uiribus efficeremur. Qua aūt ratione possumus Christi imitatores fieri? Si omnia in cōem nō nostrā fecerim⁹ utilitatē, etenim Christus Ps.68.b non sibiipsi morē gesit, sed ut scriptū est: Improperia, inquit, improperantiū ceciderūt super me. Nemo & Rom. priuatā quærat utilitatē sed & proximi, ita suā quæ- 15.a rat: siquidē illorū res nostræ sunt. Corpus nanq; unū 1.Cor.10. sumus, & inuicē partes & mēbra. Nolimus igitur ita d et Ephe alter erga alterū affici, ac si penitus simus alieni. Ne- si.4.f mo illum neq; amicum, neque cognatum, neq; uicinum, neq; quicquam cum eo sibi esse dicat. Quomodo accedam⁹ quid dicā? Licet enim horū nihil sit, homo tamen est eiusdē naturæ particeps, sub eodē domino conseruus, & contubernalis, eiusdem mundi incola. Quòd si fidē tantū tecum communicat, iam tuū factus est membrū. Quæ enim amicitia, quę familiaritas tantā contrahere unionem posset, quantam fidei cognatio? Non enim quātā amicus amico debet propinquitatē, tantā nos habere inuicē oportet, sed quanta est mēbri ad membrum: hac amicitia & cura aliā maiorem nemo unquā inuenire pos-

G set. Quemadmodũ ergo is sanè ridiculus foret, qui unde secũ familiaritas sit, unde propinquitas pcontaretur: ita qui unde sibi cũ fratre & proximo. Oẽs
1.Co.12.b enim i unũ corpus baptizati sumus, inquit. Quid significat, in unũ corpus? ne diuidamur, sed mutuã cõsuetudinẽ, amicitiãq; tanq̃ unũ corpus seruemus. No
Eph.5.f limus inuicem alter alterũ contemnere, ne nosipsos contemnamus. Nemo unquam carnem suã odio habuit, sed nutrit, & fouet. Propterea hunc mundũ tãquã domũ unã nobis deus largitus est, & oia æqua portione distribuit. Vnũ Solem omnibus lucere fecit. Vno nos tecto, cœlo uidelicet, operuit. Vnã cunctis mensam, hoc est terrã communicauit, impartitus est aliam longè maiorẽ, unam tamen condiscipuli intelligunt. Vnũ generationis modum omnib⁹ largitus est spiritalẽ. Vna nobis, & communis in cœlo patria, idem poculũ omnibus propinatur. Nihil amplius diuiti & spectato uiro, quã pauperi & abiecto deus exhibet: sed uniuersos pariter uocat. Carnalia pari honore, spiritalia similiter. Vnde ergo tanta huius uitę inęqualitas? Ex diuitũ auaritia, atq; inso
H lentia. Sed nolite fratres, nolite quæso, ita affecti esse: nec cũ ratio ipsa & necessitas in unũ nos cogat, à terrenis & caducis huius uitæ bonis distrahamur, à diuitiis dico, paupertate, sanguinis coniũctione, inimicitiis, amicitia. Hæc.n. omnia umbra sunt, & q̃ umbra abiectiora habentibus cœlitus uinculũ charitatis: hoc seruemus dilectissimi toto conatu, quòd nullus prauus affectus hãc diuidere perturbareue poterit unitatẽ: q̃ utinã oẽs cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, p quẽ & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, i secula seculorũ, Amẽ.

Homlia.xv. ex cap. primo.

T *hoc est testimoniũ Ioãnis, quando miserũt Iu-*
e *dæi à Hierosolymis sacerdotes & leuitas, ut interrogarent eũ, Tu quis es?* Graue uitiũ inuidia est dilectissimi, graue inquam & exitiosum, nõ his qbus inuidetur, sed ipsis inuidentibus. Primũ.n. eos offendit, consumit q̃ tanquã mortiferũ quoddã uirus eorũ animos occupans. Siquo aũt pacto eum cui inuidetur lædit, paruũ quidẽ, & nullius ferè momenti detrimẽtũ est, quodq; plus emolumenti quã
I damni afferat. Neq; inuidia solũ, sed ẽt in cæteris uitiis, nõ qui malo afficitur, sed qui afficit is damnum accipit. Quod nisi ita se haberet, non iniuriã accipiẽdam potius, quã inferendã præcepisset Paulus discipulis. Quare non magis, inquit, iniuriã accipitis? quare non magis fraudẽ patimini? Certò enim nouit, nõ
1.Cor.6.b mala accipientẽ, sed inferentẽ omnino exitiũ secuturũ. Hæc omnia mihi propter Iudæorũ inuidiam dicta sunt. Qui.n. ex ciuitatibus ad Ioannẽ confluxerant, qui propria damnarant peccata, qui baptizati erant, post baptisma tanquã quadã boni operis pœnitentia, mittunt q Ioanẽ interrogẽt, Tu quis es? Certè geminina uiperarũ & serpentes: uel siquid his grauius generatio mala, adultera, peruersa, post baptisma Baptistã interrogas, & percõtaris? Quid hac stultitia stultius? quõ eũ conuenistis? quõ peccata uestra confessi estis? quõ ad baptisma cucurristis? quõ ipsum percontati estis, quid foret agendũ? Hæc omnia à uobis temerè, & sine ratione facta sunt, cũ neque principiũ, neq; fundamentũ intelligatis. Verũ neque uos accusauit Ioannes, neque quicquã exprobrauit, sed omni cum mãsuetudine respondit. Quam ob rẽ? est enim dignũ cognitu, ut omnibus eorum manifesta, perspicuaq; fieret malitia. Sępenumerò Ioannes K
Christo testimoniũ perhibuit, & cũ Iudæos baptizaret, frequenter Christi meminerat. *Ego*, inquit, *uos baptizo in aqua: qui autem post me uenit, fortior me est ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni.* Quibus uerbis humana quadam perturbatione, affecti sunt. Mundi nanq; gloriã affectantes, & secundũ faciem iudicantes, Ioanẽ Christo inferiorẽ, indignum arbitrabãtur. Multa nanq; Ioannis generositatem ostendebant. Primũ generis claritas, principis enim sacerdotis erat filius. Deinde uita & asperitate, & omnium hominũ Luc.1.a.g
contemptu insignis. Siquidem ueste, mensa, domo, Mat.3.a
& ipso uictu contempto eremum ab ineunte ætate & Luc.
incoluit. Contrà, Christus obscuro genere natus, qd 1.g
sæpenumero his uerbis exprobrarũt: nõne hic est fa Mat.13.g
bri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & frater & Mar.
eius Iacobus, & Ioseph? Et patria unde originem du 6.a
cere putabatur, ignominia quadã notabatur, ut inquit Nathanaël. A Nazareth potest aliquid boni es- Infrà.g
se? Præterea conuersatio oibus cõmunis, & uestimẽta nihil à uulgo differentia. Non.n. zona pellicea cingebatur, neq; pilosam uestem induebat, neq; melle, L
& locustis uescebatur: sed cũ omnibus eandẽ habebat consuetudinẽ. Infamiũ hominũ, & publicanorũ conuiuiis aderat, ut eos ad meliorẽ frugem alliceret: quo cũ non conueniret, Iudæi ei exprobrabant, ut ipse Christus inquit: Venit filius hominis manducans, Mat.11.c
& bibens, & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorũ amicus. Cũ ergo frequenter Ioannes ab se Iudæos ad Christum, lõgè eorum opinione inferiorẽ dimitteret, ægrè ipsi ferebant, & rubore perfundebãtur. Quippe qui Ioannẽ potius magistrũ habere, q̃ Christũ uoluissent: palam tamẽ id dicere uerebantur. Mittunt autẽ ad eum, ut per adulationẽ ipsum alliciant ad cõfitendũ se Christũ esse. Quamobrẽ non abiectos, & infimæ sortis homines mittunt, quemadmodũ ad Christum cũ uellent eum capere in sermone. Tunc enim seruos, Mat.22.b
& iterum Herodianos destinarunt: nunc autem sacerdotes, & leuitas: nec quoslibet sacerdotes, sed ab Hierosolymis, hoc est maioris authoritatis & nominis. Nõ.n. temerè hoc significauit euãgelista, & mittunt ut iterrogarẽt eũ: Tu qs es? Et profectò natales M
eius adeò celebres erãt, ut uulgò diceretur, Quispu- Luc.1.f
tas puer iste erit? & sup oia mõtana Iudęę diuulgarẽtur oia uerba hęc. Et cũ iterũ Iordanem petisset, oẽs ad eũ ciuitates aduolarent, ex Hierosolymis, & ex oi Iudęa ad Ioannẽ ut baptizarẽtur, cõcurrerũt. Quid igitur interrogant? Non quòd ignorarent: satis enim superq; cognoscebatur. Neque ullo pacto poterat ignorari: sed ea quã pauloantè diximus rõne, quò eũ adducerent, ut se Christũ esse cõfiteretur. Audi ergo qũo beatus Ioãnes nõ uerbis, sed animo quo illi percotabãtur, respõdet. Nã cũ dixissent, Tu quis es? Non respondit continuò, quod rectè erat respõdendũ, Ego uox clamãtis in deserto: sed eorũ primũ suspicionẽ amouit. *Interrogatus enim*, inquit, *tu quis es? confessus est, & nõ negauit, confessus est, quia non sum ego Christus.* Et animaduerte euãgelistę sapientiam. Tertiũ idem dicit, ut & Baptistę uirtutẽ, & Iudæorum malitiam, atq; stultitiam demõstret. Lucas uerò in- Luc,3.a
quit, quòd cùm turbæ suspicarentur eũ esse Christũ, iterum tollit suspicionẽ. Hoc frugi serui officium est, nõ solũ domini sui gloriã nõ aucupari, sed & à multitudine tributã propulsare. Verũ turbę simplicitate,

& ignorantia

A & ignorantia in hanc uenêre suspicionem: hi aũt mala mente, malo animo eũ percõtati, sunt id arbitrati quod diximus. Quòd nisi hoc aio fuissent, non cõti nuò ad aliã uenissent interrogationẽ, sed indignati, tanq̃ ad propositũ non respondissent, neq; id dubitare, neq; id percontatũ uenire duxissent: uerũ tanq̃ in crimine deprehensi, & rei ad aliud uenerunt. *Quid ergo? Helias es tu? & dixit, Non sum.* Arbitrabantur. n. eũ
Mat.17.b uenturum, sicut Christus inquit. Rogantibus nanq; discipulis, qũo ergo Scribæ dicunt, quòd Heliã oportet primũ uenire, ipse respondit: Helias quidẽ uenturus est, & restituet omnia? Deinde interrogãt: *Prophe ta es tu? & respondit*, Non. Et tamen propheta erat, quare se prophetã negat? Quia iterũ percontantium animũ inspexit. Existimabant. n. prophetã quẽdam
Deu.18.d eximium uenturũ, eo quòd inquit Moses, Prophetã uobis suscitabit dominus deus de medio fratrũ uestrorũ, tanq̃ me ipsum audite. Hic aũt erat Christus. Nõ igitur rogarunt, an esset unus ex aliorum numero prophetarum, sed articulum addiderunt, ac si dicerent: Prophetáne ille es, qui à Mose prædictus est?

B Propterea negauit. *Dixerunt ergo ei: Quis es? ut responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso?* Vidésne hos uehementius urgentes, alliciendo iterum rogantes non dimittendo, hunc aũt summa cũ mãsuetudine falsas eorũ suspiciones omni conatu tollẽ
Esa.40. a tem? Et ueritatis amicus, *Ego*, inquit, *uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias propheta.* Cũ.n. magnum quiddã, & eximium scdm eorũ opinionem de Christo locutus sit, ad præstandã uerbis suis authoritatem, prophetæ statim testimoniũ adducit. *Et qui missi fuerant, erant ex Phariseis, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Helias, neq; propheta?* Vides q̃ temerè loquantur? Quoniã adhuc eũ adducere uolebãt. Non tamen hinc orsi sunt, ne quo animo dicerent, deprehenderentur. Et cũ se Christum esse negasset, iterum malitia sua dissimulata, ad Heliam ueniunt, & prophetã. Quòd cũ se neutrum esse profiteretur, dubij iam cõsilij, persona & simulatione omni abiecta, apertè fraudulentã mentem his uerbis detegũt. Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus? Deinde ut
C animũ celarẽt, addiderunt, neq; Helias, neq; prophe ta. Nã cum adulationibus eũ allicere non possent, calumnia se eum coacturũ arbitrati sunt, ut quod nõ esset, se esse cõfiteretur. O superbiã, ô amẽtiam & curam intempestiuam. Misistis ut ab eo cognosceretis quis esset, & unde. Nunquid ei quid facturus sit præscribetis? Hoc cogentium est, ut se Christũ confiteatur. Veruntamen neq; nũc indignatur Ioannes, neq; sic eis, ut merebantur, respondet: Vos præcipere, & legem mihi ponere audetis? Sed iterũ incredibilẽ prę se fert mansuetudinẽ. *Ego*, inquit, *baptizo in aqua, medius autem uestrum stetit, quẽ uos nescitis. Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calceamenti.* Quidnã his respondere potuissent Iudæi? Ipsi contra se, nulla uenia, nulla excusatione dignam snĩam tuleruut. Quónam pacto? tantæ authoritatis Ioannem, & tam uerum arbitrabantur, ut nõ solũ de alijs testimonium, uerùm ipsi de seipso omnia crederẽt? Neq; enim nisi ea essent snĩa, ipsum iterrogatum misissent quid de se diceret. Nostis enim quòd de se dicẽtibus, his duntaxat maximè fidem adhibemus, quos ueris simos arbitramur. Neq; hoc tantũ eorum os obstruit, sed animum quoq;, quo ad eum locuti sunt. Promptiss D
mo nanq; animo ad eum uenerunt, licèt postmodũ mutati sint. Quæ ambo Christus his uerbis significauit: Illę erat lucerna ardens & lucens, uos aũt uoluistis exultare ad horam in eius luce. Et respõsum Infr.5.f
eius probauit, inquiens: Qui nõ quærit gloriam suã Inf.7.c
uerax est, & iniustitia non est in eo. Ioannes aũt nõ sibi gloriam quæsiuit, sed ad alium eos dimisit. Et q̃ missi erant, summæ erãt apud Iudæos authoritatis, & primũ lõcum obtinebant. Itaq; nulla ex parte cõfugium, aut excusationem habebant, si Christo nõ crederent. Sed qua gratia Ioanni de Christo fidem non adhibuistis? Vos ex primoribus missistis, uos de his interrogastis, uos Baptistæ responsum audistis: omnia conati, omnia scrutati sunt, & suspiciones uestras oẽs in medium protulerunt, & tamen ingenuè confessus est, nõ esse neq; Christum, neq; Heliã, neq; prophetam: neq; hoc contentus, quis esset ostendit, & de baptismate suo uerba fecit, quod paruum est & uile, & præter aquam nil amplius haberet: ostendit præterea excellentiam baptismatis à Christo tradiți. Adduxit Esaiæ prophetæ testimoniũ, q diu ante E
deum & se eius ministrum appellauit. Quid iam dubij relinquebatur, quin deũ adorarent, & cõfiterentur, cũ omni adulatione amota, uerũ esset testimonium? Neq;.n. aliud testantis mores & sapientia pollicebatur. Ad hoc uel inde perspicuũ erat, quòd nemo proximum sibi præfert: neq; quem sibi honorẽ arrogare potest, in alium facilè confert. Itaq; Ioãnes nisi Christus deus fuisset, in tantũ nõ descendisset te stimonium. Nam si id nomen tanq̃ conditione sua maius abiecisset, nõ sanè alij, & sanè inferiori tribuisset. Medius aũt uestrum stetit, quem uos nescitis. Dicens nanq; erat, ut in populo tanq̃ unus ex multitudine uersaretur, qui ubiq; humilitatem & mansuetudinem doceret. Nescitis aũt quis & unde sit. Illã autẽ particulam, Qui post me uenit, frequenter meminit, tantũ dicẽs: Nolite putare rem ipsam in meo esse baptismate: non sanè perfectũ est. Alius post me uenit alterum allaturus. Hoc tamẽ illius præparatio quædam est, & præcessio. Res nostrę umbrę sunt, & imago: alium uenire oportet, qui ueritatẽ afferat. Quam obrem illud, Post me uenit, eius maximè ostẽdit di- F
gnitatem: nã si id erat perfectum, nullus erat secundo locus. Ante me factus est: hoc est, honorabilior. Inde ne ex cõparatione similitudinem intelligerent, cũ nullam uellet itelligi, ita se antè fuisse dicit, ut neq; inter ultimos ministrorum adnumerari se dignum profiteatur. Soluere.n. calceamẽta uilissimi serui officium est. Quòd si Ioannes indignus qui corrigiam solueret: Ioãnes inquam, quo maior inter natos mulierum nõ surrexit, quo nos loco ponemus? Si is, qui terrarum orbi æquiparatur, imo qui maior est (non enim, inquit, erat his dignus mundus) ne inter ultimos quidẽ ministros connumerari se dignum dicit: quid nos innumerorũ scelerũ pleni dicemus, qui tantò Ioanne sumus inferiores, quantò terra minor est cœlo? Hic neq; qui soluat corrigiã calceamẽti, dignũ se profitetur: inimici aũt ueritatis in tantã prorũpũt insaniam, ut qui deũ cognoscant, digni se arbitrẽtur. Quid hac amentia scelestius? quid hac superbia insanius? Bene inquit Sapiens: Initiũ superbiæ nõ cogno Eccl.10.b
scere dominũ. Nõ esset è cœlo eiectus, neq; in diabolum uersus cecidisset angelus, nisi hoc se scelere coinquinasset. Hoc eũ pcipitem dedit, hoc in gehẽnã in-

G truſit,hoc malorũ omniũ ei cauſa fuit, hoc tantarũ uirium eſt,ut omnem animi uirtutem, eleemoſynã, orationes,ieiunium, cętera animi bona corrumpat.
Eccl.10.a Superbia in hominibus,immunda, inquit, eſt apud deũ.Non ergo fornicatio duntaxat, neq; adulteriũ hominem polluit,ſed & ſuperbia, ac etiam illis lõgè magis. Quamobrẽ? quoniã fornicatio , etſi indigna uenia ſit,poteſt tamẽ quiſpiã uoluptatem in excuſationem adducere.ſuperbia aũt ne minimã quidem, propter quam uel umbrã ſaltem ueniæ cõſequatur: ſed nihil aliud eſt q̃ deprauatio animi,& morbꝰ grauiſſimus,non aliunde quã ex inſania ortum ducens. Nihil enim ſuperbo homine inſanius, quanuis ditiſſimus ſit,quanuis multa hac exteriori ſapientia præditus,quanuis potens,quanuis oĩa q̃ homini exoptã da uidentur,in illum congerantur . Quippe qui humanis bonis ſuperbit, miſer eſt & infœlix,& illorum oĩum mercedẽ amittit.Qui eorum gratia, q̃ nulla ex parte bona ſunt, pp umbrã, & florem fœni(hæc.n. inanis gloria eſt)inflatur:nõne omniũ maximè ridiculus eſt,cũ idẽ faciat quod quiuis pauper & mendi
H cus,& ſemper famelicus, qui ſiquando lætum ſomniũ uiderit,eo lætatur? Miſer ſanè & infœlix, q cũ animam tuam grauiſſimo morbo conſumas,& ultima in miſeria uerſeris: tumeſcis tamẽ quòd auri tibi talẽta ſint plurima,quòd ſeruorũ multitudo. Verũ hæc nõ tua ſunt.Si non credis,plurimorũ habes exẽplũ. Quòd ſi ita inſanis, ut neq; ex maiorum experientia hoc intelligas, parumper expecta,& in teipſo nullã tibi inde utilitatẽ cognoſces:cũ exanimis , nec hora, nec breui quidẽ momento, eorũ dominus eris, inuitus aliis relinques,& his ſæpenumero quibus nolles. Multis enim nec ſua diſponere permiſſum eſt, migrauerunt repentè è uita,& cũ uellent his frui nõ potuerant.Quod ne nobis accidat,iam ad ſanitatẽ reuerſi, ea noſipſi ad ciuitatẽ noſtrã tranſmittamus, quibus ſolis fruemur,aliis minimè. Illa in aſylũ, & locũ tutiſsimũ recondemus, unde nihil ea nobis poterit auferre,non mors, non teſtamenta,non hereditatũ ſucceſsiones,nõ calumniæ, nõ inſidiæ. Sed qui hinc emigrans ſua pmiſerit,his perpetuò fruetur. Et quiſnã tan.ta laborat inſania,ut rebus ſuis omni tpe ſe p-
I fruiturum negligat? Trãsferamus igitur illuc noſtras diuitias:non nobis aſinis opus eſt,non camelis, nullis iumentis,nullis curribus, nullo alio uehẽdi inſtrumento,qua nos moleſtia deus liberos reddidit:tantũ pauperibus indigemus,claudis,cæcis,infirmis.Hi res & pecunias in cœlũ perferre, & earũ dominos ad æternorũ bonorũ hæreditatẽ pducere poterũt: quã utinã omnes conſequamur,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,per quẽ,& cũ quo patri gloria,ſimul & ſpiritui ſanctο i ſecula ſeculorum,Amẽ.

Homilia.xvi.ex cap.primo.

Aec in Bethabara facta ſunt trans Iordanem,ubi
h *erat Ioannes baptizans. Altera aũt die uidit Ioannes Ieſum uenientem ad ſe,et ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Magnum bonum fiducia eſt,& loquendi libertas , omniaq; Chriſti cõfeſsioni poſtponere,tam magnũ inquam, & admirabile, ut filius dei unigenitus idem de patre prædicet , quãuis non æqua ſit uiciſsitudo. Tu.n.confiteris in terra,ipſe in cœlo:tu præſentibus hominibꝰ, ille patre & angelis omnibus. Talis Ioannes,non multitudine,non gloria,nulla re humana motus,omnia peſſundat,liberrimè,ut debet,Chriſti myſteria oĩbus annũciat: propterea ẽt locum ſignificat euangeliſta,ut magna K
nimi præconis fiducia oſtenderet. Nõ.n.domi, neq; in angulo aliquo ſe abdidit, ſed apud Iordanem , in media omnium,qui ad ſe baptizatũ uenerant,multitudine id palã profitebatur . Venerãt.n.Iudęi dum baptizaret,tunc ſupremum illud arcanũ,& inenarrabilis doctrinæ plenũ de Chriſto prædicauit, quodq; non eſſet dignus ſoluere eius corrigiam calceamenti.Propterea inquit:Hæc in Bethania facta ſunt. Quędam aũt exemplaria ueriora uidentur, in quibus Bethabara ſcriptũ eſt . Bethania.n.non trans Iordanẽ, Bethabara. Bethania.
neq; in deſerto erat,ſed non longè ab Hieroſolymiis. Locorum autè alia etiam ratione meminit. Nam cũ non antiqua , ſed quæ pauloante contigerant eſſet narraturus, qui aderant & uiderant, eos teſtes addu cit,ex quibus rem certam innuit. Confidens.n.nihil ſe ueritati addidiſſe , ſed ut res ſe habuerat , purè & ſimpliciter enarraſſe,à loco teſtimoniũ accepit,non paruum,ut dixi, futurũ ueritatis indicium. *Altera aũt dei uidit Ioannes Ieſum uenientẽ ad ſe, & ait: Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.* Diſtribuerunt tẽpora euangeliſtæ.Matthæus priuſquam Ioannes Baptiſta L
caperetur,tempora proſequens,ad ea q̃ ſecuta ſunt, properat:Euangeliſta aũt Ioannes his maximè imoratur.Et ille poſtq̃ uenit Ieſus è deſerto,ĩterim omiſſis oĩbus quæ Ioannes, quæ Iudęi miſsi inuicẽ uerba cõtulerint,& alijs pluribus, cõtinuò tranſit ad carcerem.Cũ audiret,inquit,Ieſus,quòd traditus eſſet Ioannes,ſeceſsit in deſertũ.Ioannes aũt hoc tacuit, utpote à Matthæo narratũ.Narrat aũt quæ poſt deſcẽſum mõtis ſecuta ſunt,& multis prætermiſsis addit, Nondũ.n.miſſus erat Ioannes in carcerem . Et qua- Inf.3.e
nam gratia hoc in loco inquit Ieſum ad ipſum uenire ſe non ſemel,ſed iterum? Matthæus neceſſarium eius aduentum fuiſſe inquit, baptiſmatis gratia.addit.n. Ieſus,Sic enim decet nos implere oẽm iuſtitiam. Ioannes eum iterum uenire dicit poſt baptiſma,quod Mat.3.c
manifeſtauit,inquiens: *Ego uidi ſpiritum deſcendentẽ quaſi columbam,& manẽtem ſuper eum.* Qua igitur gratia uenit nunc ad Ioannem? neq; enim uenientẽ tantum,ſed ad ſe,inquit? Cur inquam? Nequis ſuſpicaretur,cũ primùm unà cum cætera multitudine ueniſſet, eadem qua alij cauſa ueniſſe , ut ſcilicet peccata M
confiteretur,& in pœnitentiam ablueretur in flumine:Idcirco uenit præbens Ioanni occaſionẽ, ut eiuſmodi ſuſpicionem tolleret,quam illud uerbum:*Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi* : penitus tollit. Qui.n.tanta excellit puritate, ut aliorũ peccata poſſit abluere, ſanè conſtat eũ non ad confitendũ peccata ueniſſe,ſed ut illi admirabili præconi hãc daret occaſionẽ,& ſecunda hac uoce his qui priora audierãt,& certius dicta imprimeret,& alia ſuperadderet. Illud aũt uerbum,Ecce,ponitur,eo quòd ſępe multi ex iam dictis ipſum inquirebant,ideo præſentẽ oſtẽdit.Ecce hic eſt, de quo iam ſermo habitus eſt . Hic eſt agnus. Agnũ aũt appellat , ut Eſaiæ prophetiam in memoriam Iudæis reducat,ut per figuram magis eos ad ueritatem alliciat . Ille quidem agnus nullius peccatũ accepit,hic aũt totius orbis terrarum . Peridonec tantem enim mundum quamprimũ ab ira dei liberauit.Hic eſt de quo dixit,*Poſt me uenit uir, qui ante me factus eſt.* Vides & in hoc loco quomodo ſuperiora interpretatur? Nam cùm dixiſſet,Agnus qui tollit peccata mundi : ſubdit , Quoniam ante me factus eſt , uidelicet quòd accipit peccata mundi,

A & baptizat in ſpiritu ſancto. Meus.n.aduentus nihil aliud habuit,quã prædicare commune orbi terrarũ pręſtitum beneficiũ,& in aqua baptizare: huius aũt, purgare humanũ genus, & largiri paracleti operatiõ.Hinc ante me factus eſt:hoc eſt, clarior apparuit, quia prior me erat.Pudeant Pauli Samoſatẽſis ſectatores tam manifeſtã opugnare ueritatem. *Et ego neſciebam eum.* Aufert oẽm teſtimonio ſuſpicionẽ,cùm non humanæ familiaritatis gratia, ſed diuina reuelatione id perhibere oſtendat . Neſciebã eum ,inquit. Quo ergo dignus eſt fide teſtis? Quo alios docet, q neſcit? Nõ,inquit,neſcio,ſed neſciebã , ut hoc uerbo maximè ſibi crederetur.Quo.n.pacto tantũ ignoto tribueret? Sed ut manifeſtetur Iſrael , propterea ego ueni in aqua baptizans. Non igitur ipſe baptiſmatis indigebat.Neq; alia ratione illud lauacrũ inſtitutum eſt, q̃ ut uiam reliquis ad Chriſti fidem præberet.Nõ enim inquit , ut baptiſmate ablutos mundem, neq; ut peccatis liberem,ad baptizandũ ueni, ſed ut manifeſtetur in Iſrael.Quid.n.dic quæſo:nõnne licebat ſine baptiſmate prædicare , & multitudinẽ facilè ad
B credendum adducere? Minimè.neq;.n.tanto ſtudio oẽs feſtinaſſent,ſi ſine baptiſmate fuiſſet prædicatũ, neq; niſi ex cõparatione eius excellentiã didiciſſent. Siquidẽ multitudo,non ut prędicationẽ audiret,ſed ut confeſsi peccata baptizarentur,concurrebat. Ad uenientes Chriſti doctrina imbuebantur, & baptiſmatis intelligebant differentiã quantũ Iudaicæ inſtitutioni præſtaret:idcirco oẽs cõfluebant , nec tamẽ ſic erat in pretio. Quo igitur cognouiſti eũ? quia ſpiritus deſcendit.Verũ nequis ſpiritus, quẽadmodum nos,eũ indiguiſſe arbitraretur,audi quo pacto hanc tollit ſuſpicionẽ,ut oſtẽdat ſpiritũ ad Chriſtũ annunciandũ deſcendiſſe.Nam cũ dixiſſet,Et ego neſciebã illum:addit,*Sed qui miſit me baptizare, ille mihi dixit, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem,& manentem ſuper eum,hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.* Vides ad hoc ueniſſe ſpiritũ,ut Chriſtũ oſtenderet ? Non erat Ioannis ſuſpectũ teſtimoniũ,nihilominus ut id probabilius faceret,ad deũ & ſpiritũ ſanctum relegauit. Cũ.n.rem tam magnã, & admirabilem,dignamq; q̃ omnes in admirationẽ conuerteret,teſtificaretur,ui
C delicet quòd uniuerſi orbis terrarũ ſolus peccata auferret,& ad tantã multitudinẽ abluendã diuini muneris magnitudo ſufficeret,hmõi iam ſniam confirmat.Cõfirmatio aũt eſt quòd filius dei ſit, neq; baptiſmate indigeat: & quòd idcirco ſpiritus deſcẽdit, ut eũ duntaxat manifeſtaret.Non.n.erat Ioannis da
Acto.9.a re,qd ab eo baptizati ſignificabant,cũ dicerent: ſed neq; ſi ſpirituſſanctus eſt,audiuimus.Non.n.baptiſmate Chriſtus,neq; illo,neque alia re: ſed baptiſma, Chriſti indiguit gratia . Hoc.n.fons & caput omniũ bonorũ relinquebatur,ut.ſ.qui baptizarentur, digni eſſent ſpiritu ſancto . Hãc igitur ſpiritus ſacietatẽ aduentu ſuo impleuit,*& teſtimonium perhibuit Ioannes, dicens, Quòd uidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbã de cœlo,& manentem ſuper eum,et ego neſciebam eũ. Sed qui miſit me baptizare in aqua,ille mihi dixit: Super quẽ uideris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego uidi, & teſtimonium perhibui,quia hic eſt filius dei* . Frequenter hac utitur particula,neſciebã eum. Quanã gratia? Ei cognatione iũctus erat ſcdm carnẽ. Ecce.n.inquit,Eliſabeth cognata tua & ipſa cõcepit filiũ. Ne igitur uideretur ad uoluntatẽ loqui eius cognationis gratia, Luc.1.d

inquit,Neſciebam eũ:& meritò ſanè. Qui in deſerto D
extra paternã domum à pueris uerſatus erat,qd mirum ſi Chriſtũ neſciebat,antequã ſpiritus deſcenderet? Quòd ſi ante baptiſma eum cognouit, prohibebat eũ,dicens: Ego à te debeo baptizari. Hoc enim Mat.3.d
ſignũ erat certiſsimæ cognitionis , nõ tamen multo antè tpe eius notitiã habuit.Nec ab re:miracula.n.q̃ à pueris Chriſtus fecerat, ut de Magis, & alia hmõi, diu antè(Ioanne adhuc infante)contigerãt . Interea multo intercedẽte tpe,minimè mirum ſi ignorabatur.Nam ſi anteà notus fuiſſet,non utiq; dixiſſet,Vt manifeſtetur in Iſrael,propterea ueni baptizãs. Hinc conſtat ſigna illa, & miracula q̃ in Chriſti pueritia feruntur,uerã nõ eſſe.Nam ſi à pueris miracula facere cœpiſſet , non ſanè eũ Ioãnes ignoraſſet,nec reliqua multitudo indiguiſſet magiſtro, qui ipſum manifeſtaret.Nunc aũt inquit, propter hoc ueni,ut manifeſtetur in Iſrael. Sed quanam ratione inquit, Ego debeo à te baptizari? Deinde utpote qui manifeſtius eum cognoſceret,turbis eũ manifeſtauit dicens:Hic eſt qui baptizat ĩ ſpiritu ſancto, quẽ dixi, Poſt me ue E
nit uir, qui ante me factus eſt . Quia & qui miſit me baptizare in aqua,propterea miſit me, ut manifeſtetur in Iſrael.Ipſe ante deſcenſum ſpiritus Ioanni reuelatus eſt:idcirco & anteq̃ ueniſſet, dixit, Poſt me uenit uir,qui ante me factus eſt.Neſciebat igitur anteq̃ Chriſtus ad Ioannẽ ueniret, ſed cũ baptizandus eſſet,tunc eũ cognouit, & maximè cũ pater eum prophetæ reuelaſſet,& ſpiritus Iudæis, quorũ gratia deſcenderat,qui baptizaretur,oſtẽdiſſet.Itaq; ne Ioannis cõtẽneretur teſtimoniũ,cùm inquit : Quia prior me erat,& in ſpiritu baptizat,& iudicabit orbem terrarũ.Ideo pater ipſe uoce ſua filium profeſſus eſt, & ſpiritus ſupra Chriſti caput deſcendit. Cũ.n.alter baptizaret,alter baptizaretur, nequis de Ioanne id uerbum dictũ arbitraretur, uenit ſpiritus q hmõi amouit dubitationẽ.Itaq; cùm inquit,Neſciebam eũ: ſuperiora tẽpora reſpicit,non quæ circa baptiſma fuerant.Nã quo pacto prohibuiſſet,dicens, Ego debeo à te baptizari qũo hæc de eo loqueretur? Sed quid, nõ credebant Iudæi? Nõ.n.ſolus Ioannes uidit ſpiritum in columbæ ſimilitudine. Quoniã hoc myſterium nõ corporeis tantũ oculis indigebat, ſed mẽtis F
potius,ne inanis ſpecies putaretur.Nã ſi miracula facientẽ Chriſtum , cùm tactu ſolo infirmos ſanaret, mortuos uitæ redderet,uidentes Iudæi nõ crediderunt,ſed inuidia perciti,cõtraria ſibi uidere uidebantur,quo pacto ſolo ſpiritus aduẽtu abiecíſſent incredulitatẽ.Quidam aũt dicunt,non oẽs,ſed Ioannem tantũ,& quoſdã uita & moribus probatiores ſpiritũ uidiſſe.Nam etſi corporeis oculis in columbę ſpeciẽ ſpiritus deſcendens uideri poterat, non tamen neceſſariò ſequebatur,ut ab omnibꝰ ſpectaretur. Etenim Zacharias ſub corporea imagine multa cõſpicatus eſt,necnon & Daniel & Ezechiel,nullum tamen uiſionis ſocium habuerunt.Præterea Moſes multa uidit,qualia aliorum nemo . Et transfigurationem in monte non oẽs uiderunt diſcipuli.Sed neq; in reſurrectione uiſionis illius oẽs fuere participes.Quod ſi- Act.10.f
gnificauit Lucas,cùm inquit : Qui dedit eum manifeſtum fieri teſtibus præordinatis,& ego uidi, & teſtimonium perhibui,quia hic eſt filius dei . Agnum ipſum appellauit , atque quòd ſpiritu baptizare deberet , profeſſus eſt . Filium autem dei , nequaquam.Atqui poſt baptiſma nihil ipſum dixiſſe ſcri-

G bunt alij euangelistæ. Verũ omissis q̃ interea facta sunt, post captũ Ioannẽ, miracula prosequuntur. Ex quo non immeritò coniectari possumus, quòd & hæc, & alia plura prætermiserunt, quod ẽt hic euãgelista in fine operis sui demonstrauit. Tãtũ aũt abest, ut fingant aliquid magnũ de eo, ut q̃ uidẽtur exprobranda esse, omnes uno ore diligẽtissimè posuerint, neq; inuenires qui eorũ quicquã relinqueret. Miracula autẽ, alij alia omiserunt, alia nemo meminit. Hæc non temerè dixi, sed ad contundẽdã gentiliũ impudẽtiam, sufficiẽs sanè hoc ad discipulorũ mores ostẽdendos exemplũ, quòd nihil ad gratiã loquantur, poterisq; aduersus fidei oppugnatores his muniri rationibus. Verũ attendite, quæso: etenim absurdũ est quòd medicus, coriarius, textor, & oẽs generatim opifices quisq; pro artis suæ professiõe pugnet: Christianus aut nõ possit ullã religionis suæ afferre rationẽ. Atqui illæ artes neglectæ, ad pecuniã damnum referunt: huius autẽ contemptus, animæ detrimẽtũ affert: & tamen tanta miseria, tanta insania laboramus, ut in illas omnẽ curã cogitationemq; adhibeamus: necessaria aũt, & salutis nostræ munimenta firmissima pro nihilo ducimus. Hoc non sinit Gentiles recognoscere errorẽ suum, atque deridere. Nã cũ ipsi mendacio nixi omnia faciant, ut dogmatũ suorũ ignominiã defendãt, nos aũt ueritatis cultores, ne hi scire quidẽ ad nostra tutanda posimus: quæ causa est, quin doctrinæ nostræ nimiã damnent imbecillitatẽ, quin fraudẽ & stultitiam in nobis suspicentur, quin Christo tanquã mendaci, & multitudinis stultitia fraude sua abutenti maledicant? huius nos causa blasphemiæ, nos inquã qui nolumus piis religionis nostræ sermonibus inuigilare, sed superuacuis & caducis rebus curã omnẽ adhibemus: & qui saltationis, & aurigandi, & bestias cõficiendi studio delectantur, huiusmodi certaminibus totis uiribus incũbũt, ne inferiores euadãt, & studia sua maiorẽ i modũ laudant, & aduersus eorũ accusatores, excusationẽ meditantur: qui uerò reprehẽdit, maledictis prosequuntur. In Christiana aũt religione defendenda, nulla cura adhibita torpescim⁹, oscitamus, maximè ridiculi deprehẽdimur: & qui non summã dei subimus indignationẽ, cũ Christũ inferiore loco q̃ saltatorẽ habeamus? Horũ.n. opera quanuis turpissima, multis modis excusare adnitimur: Christi miracula, quanuis orbem terrarũ conuerterint, neq; intelligere, neq; curare uidemur. Credimus in patrẽ, & filiũ, & spiritum sanctum, in resurrectionem corporũ ut uitã æternã. Siquis Gentiliũ percontaretur, Quis hic pater est, quis filius, quis spiritussanctus? Tres deos asseritis, & nos plurium deorũ assertores reprehẽditis. Quid ad hoc dicetis? Quid respondebitis? Quo pacto has dissoluetis obiectiones? Quid aũt si uobis ad hæc obmutescentibus aliã inferat quæstionẽ, An in hoc corpore, an in alio resurrecturi simus? Et si in hoc, q̃ necessitas ut dissoluatur? Quid p̃terea hoc tãdem, & non superiori tpe Christus humanam carnẽ accepit? Quid ei in præsentia, potius q̃ tot superioribus seculis uisum est humano generi prouidere? Neque.n. necessarium est, ut qui plures p̃terea quæstiones accumulat, earum conticeat solutiones, ne rudioribus obsit. Arbitramur sanè quæ diximus sufficturа ad somnũ uestrum excutiendũ. Quid igitur si hæc, & hmõi percontarentur: Non potestis ipsa uerba audire? quod nos, quæso, manet suppliciũ, cũ tãtis simus erroris authores his qui in tenebris inuoluntur? Vellẽ, si horũ studio teneremini, huc in medium impij alicuius Gentilis philosophi cõtra nos librum proferre, contra senioris huius, ut hac uos ratione excitarẽ, & desidiã uestrã excuterẽ. Nã si illi ut contra religionẽ nostrã loquerentur, tantopere inuigilarunt: qua nos uenia dignamur, nisi hmõi cõtra nos insultus propulsare calleamus? Hoc nobis Petrus præcipit. Inquit enim, parati semper ad satisfactionẽ omni poscenti uos rationẽ, de ea q̃ in uobis est fide, & spe. Et Paulus: Verbũ Christi inhabitet in uobis abũdanter: sed quid ad hæc respondent fucis stultiores? Benedicta omnis anima simplex: & qui simpliciter ambulat, in fiducia ambulat. Hoc nanq; oĩum malorum causa est, quòd non multi scripturarũ testimonia in opportunis rebus sciunt adducere. Non.n. eo loco simplex pro stulto, & pro eo q nihil nouit, intelligendũ est: sed pro non malo, non uersuto. Nã si ita intelligeretur, superuacaneũ fuisset dicere, Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ. Sed qd hæc, cũ in nullã huius disputationis adducamur necessitatẽ? Præterea neq; alia in hac uita nobis rectè efficiuntur, sed undiq; miseri, undiq; ridiculi, in mutuas semper calamitates intẽti, in corrigẽdis & accusandis criminib⁹ pigri oscitamus. Quãobrẽ uos hortor nunc saltem uestri iuris facti, ne irre prehẽdẽdo tantũ perseueretis. Siquidẽ nõ satis est ad placandũ deũ, sed optimã uitã induamini, ut ad gloriã dei in hoc seculo uiuentes, futurã omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia.xvij.ex cap.primo.

Ltera die iterũ stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. & respiciẽs Iesum ambulãtẽ dicit: Ecce agnus dei. Et audierunt eũ duo discipuli loquentẽ, & secuti sunt Iesum. Pigra quodã modo humana uita est, & ad perditionẽ procliuis, nõ pp naturæ suæ opificium, sed pp uoluntatis desidiam. Quamobrẽ sæpius admonendum est: Vnde Paulus, Hæc scribere mihi quidem non graue, uobis autem tutũ. Terra.n. semel accepto semine mox profert fructus, neque indiget altera satione. In anima nostra non ita usũ uenit, sed frequenter, & summa cũ diligentia in ea serendũ est, ut semel saltem fructũ accipiat: primũ enim non facilè incident, & imprimuntur animo uerba dei: quoniã multa sequitur difficultas, multis obstruitur spinis anima, multi adsunt insidiatores, semina diripientes. Deinde cũ germinãt, & radices agũt semina, iterũ indigent diligentia, ut ad maturitatẽ perueniant: & cũ peruenerint, ut integra perstent, & à nemine lædantur. In seminibus.n. cùm è uagina spica erumpit, & rubiginẽ, & cætera noxia facilè contemnit. In doctrina aũt perfectum opus nonnunq̃ aliqua incumbẽs tempestas & fluctus perdidit: idq; & rerũ difficultate, & hominũ qui sciunt, & uolunt lædere fraudibus, uariisq; aliis tentationibus penitus labefactatur. Hæc aũt nõ temerè uobis dicta sunt, sed ut quoties idem Ioannẽ repetentem audieris, nolis tanq̃ nugatorẽ contemnere, neq; superfluum, & molestũ arbitrari. Voluit enim semel audiri, sed cùm nõ multi eius uerbis à principio nimio somno oscitantes uacauerint, iterum eos excitat. Considera autẽ eius uerba inquit.n. Qui post me uenit, ante me factus est. Et itẽ, Nõ sum dignus soluere ei⁹ corrigiã

A calciamẽti. & iterũ: Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & igne. Quodq; spiritus uisus est descẽdẽs, quasi colũba sup eum: & quòd testimoniũ perhibuit, quoniã hic est filius dei: nemo his uerbis attẽdit, nemo rogauit cur, pro quo, & qua ratione id diceret. Dixit
Mat.3.c p̃terea, Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mũdi: neq; hoc ulla eos admiratione affecit, idcirco repete re cogitur tanquã durã quandam, & immitem terrã nouali frequenter molliens, & sermone tanquã aratro subactã mentẽ excitans, hoc pacto semina altè deijcit. Propterea nõ longiori usus est oratione, quoniam unũ tantùm curabat, ut Christo omnium animos coniungeret. Norat.n. si hoc reciperent, nõ amplius testimonio alicuius indigere, ut factũ est. Nam si Samaritani audito Christi sermone dicũt mulieri, Non iam propter tuã loquelam credimus, ipsi enim audiuimus & scimus, q̃ hic est uerè saluator mũdi: longè magis discipuli id fecissent: effecerũtq;. Nã cũ abeuntes uno tantũ uesperi Christum audissent, nõ amplius reuerterunt ut & Ioanni ministrarẽt, & eius
Meßias. audirẽt prædicationẽ. Inuenit enim hic primum, inB quit, fratrẽ suum Simõnẽ, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatũ Xps. Intuere hoc etiam loco, quòd neq; cùm dixit: Post me uẽturus est, q̃ ante me factus est: neq; cũ, Nõ sum dignus soluere eius corrigiã calceamẽti: quenquam lucratus est. Verùm cũ de Christi generatione uerba habere, & in humiliorẽ sermonẽ descendere cœpit, tunc secuti sunt discipuli. Vnde animaduertẽdum est, quòd nõ tã multi ad Xpm sectandum adducuntur, quando magnũ aliquid, & altũ de deo dicitur, sicut cùm ad humiliora, & ad auditorũ salutem accomodatiora descenditur. Audierunt igitur à Ioanne quòd tollit peccata mũdi, & è uestigio ad eũ properarunt. Nã si peccata abluere, & sine labore nostro his nos liberare põt, cur tantã reijcimus gratiã? Audiãt catechumeni, & q ad ultimũ usq; spiritum propriã contemnunt salutẽ. Iterum instat Ioãnes, Ecce agnus dei. Nihil Christus, sed ille omnia loquitur: ita & sponsus, nihil ad sponsam primò loqtur, sed silet. Alij ipsum ostẽdunt, alij sponsam accipiunt, cui tantũ monstratur, neq; à seC ipso eã, sed alio tradẽte accipit spõsus: cũ uerò traditã acceperit, sita ei afficitur, ut minimè ampli⁹ despõdẽtiũ reminiscatur. Ita Christus uenit, ut ecclesiã cõponeret, nullũ ipse uerbum fecit, tantùm p̃stò fuit amicus eius Ioãnes, dexterã impositurus spõsę, ipse uerba habuit, & hominũ aĩas Christo tradidit, quibus acceptis ita formauit, ut nõ amplius ad Ioannẽ esset redeundũ. Aliud p̃terea animaduertẽdũ est, quòd quemadmodũ in nuptijs, nõ sponsa sponsum petit, sed cõtrà, etiã si regis filius uilem ancillam duceret: Ita nunc nõ in cœlũ humana ascendit natura, sed ipse deus ad hanc descendit, quanuis humilẽ, quanuis contẽptam. Re autẽ perfecta non permisit eam amplius hic immorari, sed ad patriã domũ sustulit. Sed quanã gratia non seorsum suis conuocatis discipulis Ioannes hæc cũ is loquitur, & ita eos Christo commẽdabat, sed omnibus p̃sentibus inqt ad eos, Ecce agnus dei? Ne uideretur id ex cõposito fecisse. Nã si ipsius hortatu, & tanquã gratiã ei haberent, Christum petijssent, resilissẽt fortassẽ: nunc autẽ ex communi doctrina eũ secuti, firmi perstiterunt discipuli, nõ magistri gratiã, sed propriam tantum spectantes utilitatẽ: Prophetæ & apostoli omnes absentẽ Xpm prædicauerunt: illi quidẽ antè, hi uerò post acceptã carnem, Ioannes autẽ solus præsentem. Quare amiD cũ ipsum sponsi appellat? Affuit enim solus nuptiis, omnia fecit, omnia ad finẽ perduxit: ipse rẽ orsus est, & uiso Iesu ambulãte iquit, Ecce agnus dei. Neq; uoce tantũ, sed & oculis Christum testatus est, & admiratus, & credibili gaudio exultauit. Neq; iam exhortatur, sed admiratur, & obstupescit p̃sentem, & dei donũ quod annunciaturus uenerat, & purgationis modũ manifestat. Agnus.n. utrunq; significat. Neq; dixit, qui tollet aut tulit: sed, tollit peccata mundi, ut quotidie ea tollere intelligatur. Non.n. cũ passus est, solũ nostra absulit peccata, sed ex illo hactenus tollit. Non semper crucifigitur. Vnũ nanq; pro peccatis nostris tulit sacrificiũ, sed semper p illud nos purgat. Quemadmodum igitur cùm uerbũ dixit, & filium, utrunq; præ cæteris eximium intellexit: ita & agnus, & propheta, & lux uera, & pastor bonus, & alia q̃ ab eo articuli adiectione dicta sunt, præcipuũ quiddã, & cæteris p̃stãtius demõstrant. Etenim & agni, & prophetæ, & filij multi sunt, sed hic lõgè p̃stat. Neq; articulo solo, sed unigeniti quoq; adiectioe hoc cõfirmat. Nihil.n. cũ creatura cõmunicat. Quòd sicui nõ idoneo tẽpore, hora uidelicet decima, hæc dicta E uiderẽtur: (hora.n. inquit, quasi decima erat) multũ mea sentẽtia fallitur. Mũdi nãq; hoibus, carnisq; uoluptatibus deditis, id tẽpus non admodũ commodũ est ad aliqd seriò peragendũ, eo quòd mens cibo ingrauescit. Ioannes autẽ etiam uesperi tam sobrius erat, q̃ nos sub aurora, immo longè magis. Nã sæpenumero uesptini cibi reliqæ, animi solertiã manẽ ẽt hebetãt: ille aũt nullo huiusmodi onere pmebatur. Nõ igitur immeritò sub uesperũ hunc sermonem habuit. Propterea in deserto couersabatur iuxta Iordanẽ, quò omnes summo feruore ad baptisma cõcurrebãt, parũ secularia curãtes, & ut Xpm sectarẽtur, triduò cibis omnib⁹ abstinebãt. Hoc enim studiosi p̃conis, & diligẽtis agricolæ officiũ est, ut nõ prius ab opere desistant, quã quòd intendunt, effecerint. Sed quid tandẽ nõ uniuersam Iudęã Christũ annunciãdo peragrauit? Quid iuxta Iordanẽ tãtùm immoratus uenientẽ expectauit, quẽ ostenderet? Quoniã per opera id fieri uolebat, id curabat, ut Christus nosceretur, & persuaderet, ut uitam æternam audirent. F Illi maius, operũ scilicet, reliquit testimonium, quem admodũ ipse inquit, Ego ab homine nõ accipio te- *Infra.5.f.*
stimoniũ: opera quæ dedit mihi pater, hæc sunt q̃ testimoniũ phibẽt de me. Vide quantò hoc clarius sit. Cùm enim scintillã paruam excitassẽt, repentè flamma ad summum euasit. Nam q prius Ioannis uerbis minimè mouebãtur, postmodũ dicũt, quęcũq; Ioãnes dixerit uera esse. Accedit ad hoc, quòd si his annunciãdis orbẽ peragrassẽt, humano quodã studio id fecisse uideretur, & nõ parua auditorũ animis orta esset suspicio. *Et audierunt eũ duo discipuli loquentẽ, & secuti sunt Iesum.* Atqui & alij erant Ioanni discipuli, qui nõ modò nõ secuti sunt, sed ei æmulabãtur. dicebant enim: Rabbi, qui erat tecũ trans Iordanẽ, cui tu testimoniũ phibuisti, ecce hic baptizat, & omnes *Ibid.3.d.*
ueniunt ad eũ. Et iterum uidentur eũ accusare: Quare nos ieiunamus, & discipuli tui nõ ieiunãt? Sed me- *Matt.9.b*
liores, nullo alio affectu perturbati, audito Ioanne è *& Mar.*
uestigio secuti sunt Iesum: nõ quòd magistrũ despice *2.c*
rent, sed quòd certã fidem eius adhiberent testimonio. Maximũ autem argumẽtum est, recta eos mẽte secutos, quòd nullo hortatu (suspicioſum.n. fuisset)

G sed ſolo auditu, quòd in ſpiritu ſancto eſſet baptizaturus, ſecuti ſunt: neq; magiſtrũ reliquerũt, ſed qd ille amplius q̃ Ioannes ferret, ediſcere uoluerunt. Et animaduerte uerecũdam diligẽtiam. Nos.n. quãprimũ de magnis, & neceſſariis rebus Ieſum percontantur, neq; de publicis ſimpliciter, ſed propriis. Norant.n. nõ uilia & abiecta, ſed uera eſſe magiſtri uerba. *Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant eum.* Qua gratia alterius nõ meminit? Sunt qui dicũt quoniam ipſe ſit euãgeliſta, q̃ ſecutus eſt: alii quòd obſcurus eẽt, neq; præter neceſſaria ſibi dicenda ducit. Nulla.n. utilitas eius nominis cognoſcẽdi. Neq; ſeptuaginta duo ſuis
2. *Cor.8.c* quiſq; nominib. cognoſcũtur. Ita & Paulus: Miſim⁹, inquit, cũ eo fratrẽ in multis ſæpe ſtudioſum, cuius laus in euangelio. Andreæ aũt meminit uel hanc ob cauſam, ut cũ audieris ipſi & Simoni Chriſtum dicẽ
Matt.4.c tem: Venite poſt me, faciam uos fieri piſcatores hominũ. tam admirabilem promiſsionẽ intelligas, non dubitaret & fratrem iam fidei ieciſſe fundamenta.

Conuerſus autem Ieſus, & uidens eos ſequentes, dicit eis:

H *Quid quæritis?* Hinc admoneri poſſumus, deũ ſuis in nos beneficiis noſtras nõ præuenire uolũtates, ſed à nobis incipiẽdum eſſe: ſed cùm nos prompto, paratoq; animo ad ſuſcipiẽdam gratiã exhibemus, tunc multas nobis offert ſalutis occaſiones. Quid q̃ritis? Quid ſibi uult hęc interrogatio? Qui humanorũ cordium ſcrutator eſt, qui cogitationes noſtras apertè intuetur, is ſterrogat, nõ ut ſciat (ſcit enim) ſed ut rogãdo eos ſibi cõciliet, & familiares reddat atq; audẽtiores, feq; ſuo eos dignari colloquio oſtẽdat. Credibile.n. erat eos ſubuereri, & formidare, cũ ſe rudes intelligerent, & tantũ de illo magiſtri accepiſſent teſtimonium. Amouendæ igitur uerecũdiæ, & timoris gratia rogat, neq; domum uſq; ſilẽtio ſinit puenire. Atqui idẽ eo tacẽte euenĩſſet, ſi ſecuti eſſent. Cur igitur rogat? Vt eos, ut dixi, bona ſpe confirmaret, ne erubeſcerent hæſitarentq;. Nec ex ſequentib. tantũ, ſed ex iterrogatione eorũ oſtẽdit deſideriũ. Siquidẽ cũ nihil adhuc magnũ neq; uidiſſent, neq; audiſſent ab eo, magiſtrũ appellant, ſe diſcipulis annumerant, & cur ſequãtur oſtẽdunt, ut uidelicet aliqd utile decerperent. Animaduerte q̃ſo horũ prudentiam. Non
I dixerunt, Doceas qd ſequamur, qd neceſſariò facien dum: ſed, Rabbi, inquiunt, ubi habitas? In ocio. n. ut dixi, & rogare, & audire aliqd ab eo uolebãt, idcirco neq; tẽpus diſtulerũt, neq; ſe poſtridie publicè diſputantẽ audituros dixerunt, ſed uehemens audiẽdi deſiderium præ ſe ferunt, ne horam quidẽ dimittẽtes. Et animaduerte animi ardorem. O memorabilẽ illorum ſapientiã, ô diligentiam, ô in magiſtrum fidem. Etenim iã ſol ad occaſum properabat (hora.n. erat quaſi decima) & propterea ẽt Chriſtus domum nõ docet, ſed allicit ſequẽtes, oſtẽdens iam in ſuos accepiſſe. Non dixit igitur intempeſtiuũ eſſe, ut ad ſe proficiſcerentur: ſed, uenite, inquit, & uidete ubi habitẽ. Non dicit audietis cras ſiqd uultis: neq; tũc miſſos fecit, ſed tanq̃ amicos, longa deuinctos conſuetudine alloquitur. Quo igitur pacto, inquit, filius hoĩs non habet, ubi caput inclinet? quoniam nullum habuit proprium diuerſorium. Ita ea intelligẽda eſt parabola. Nõ quòd domum nõ habitaret, hoc autem dixit euangeliſta, quia apud eum ea die moram traxerũt. Sed cur nõ id addidit, tanquã manifeſtum eſſet? Neque enim alia ratione ſecuti ſunt, neq; Chriſtus eos allexit, q̃ ut erudiret: quod tam largiter, & promptè K
una nocte acceperunt, ut mox uterq; alios allicerẽt. Hinc facilè admonemur omnia præter diuinarũ rerũ doctrinam, & uana & ſuperflua æſtimanda: ad eã aũt nullum tempus eſſe intempeſtiuum, quãuis aliena domus ingredienda ſit, & magnus uir & clarus ẽt ab obſcuro petendus, & intempeſtiuè, nunq̃ huius doctrinæ occaſio contemnẽda eſt. Cibus.n. & balnea, & cœnæ, & reliqua ſecularia ſtatutum tps habent: ſupernæ autem ſapientiæ doctrina nullo tpe circũſcribitur, ſed omne ei tempus accomodatũ eſt. Opportunè, inquit, importunè, argue, obſecra, increpa. Et propheta, In lege eius meditabitur die ac noc-
2. *Tim.4.a* cte. Et Moſes hoc Iudæis ſemper præcipit: ſecularia enim, hoc eſt balnea, cœnæ, q̃ neceſſaria ſunt, & frę-
Pſal.1.a quẽter petimus, corpus imbecillius reddũt: aiæ aũt doctrina quantò magis imbuimur, tantò fortior aĩa efficitur. Verũ enimuero in deliramẽtis, & nugis inutiliter uniuerſum tps conſumimus, & aurora, crepuſculo, meridie, ueſpe, fruſtra deſidem⁹, locũ ad hæc cõſtituimus: diuinũ aũt pabulum ſi ſemel, biſue ad ſumnium, audimus: tanquã ſaturi nauſeamus. Quæ L
nam horũ cauſa? Parua animi affectio. Concupiſcentiam circa hæc, & appetitum diſſoluimus, & idcirco ſpiritalem cibũ faſtidimus. Magnum autem & hoc pter alia ægritudinis indicium, quòd neq; eſurimus, neq; ſitim⁹: ſed utrũq; nobis iniucũdũ eſt. Nã ſi i corporibus, id eſt, grauiſſimi morbi ſignũ, longè magis in anima. Quonam igitur pacto oſcitantẽ eam & diſſolutam, quib. operibus, qbus uerbis ſancire poterimus? Si diuinos ſermões, propheticos, apoſtolicos, euãgelicos, & alios oẽs familiares habuerimus, tunc lõgẽ hos meliores guſtatu cibos, q̃ ſeculi immũdos cognoſcemus. Hoc nãq; noĩe intempeſtiuas nugas, & ſodalitates appellare libet. Quid.n. quæſo, melius, de forenſibuſne, iudicialibusq; negociis: an de cœleſtibus, & q̃ poſt noſtrã hinc migrationem expectamus, diſputare? Quid ſatius, proximi res & alienas diligẽter curare: an angelicas plurimũ nobis cõferẽtes inquirere? Res uicini nõ oĩno tuæ, ſed cœleſtes tuæ ſunt. Sed licet, inquit, qui oĩno hæc dicit, omnia impleat. Quid aũt de quibus temerè diſputatis non intelligitis, ſed oẽm uitam in hoc conſumentes, nullũ M
adhuc diſputationis finẽ inuenietis? Neq; adhuc grauiora dico. Humaniores.n. hæc inuicem diſputãt, pigri autẽ & negligẽtes de mimis, ſaltatoribus, aurigis ſermonẽ faciunt, ita & auditum ſimul & aĩam coinquinant, naturã his cõfabulationibus in omne uitiorum genus præcipitẽ agentes: ſimul ac.n. ſaltatoris nomẽ lingua protulit, animus eius ſibi faciẽ, comã, mollem ueſtem, & his illum longè molliorem effingit. Alius ex fornicariæ mulieris ſermone, uerbis, forma, limis atq; laſciuis oculis, delicato aſpectu, capillorum in orbem flexibus, fuco pictis genis flãmam fouet: nõne, quæſo, in præſentia his uerbis toto aĩo cõmouemini? Verùm nõ pudet, neq; erubeſcitis? Naturali.n. neceſsitate hi motus exoriũtur. Quòd ſi i ec
cleſia, & ab illis procul iritamẽtis, noſtris tamen ſermonibus nõnihil incaleſcitis: cõſiderate quales eſſe par eſt eorũ affectus, qui in ipſo ſedẽt ſpectaculo, qbus plurima licentia eſt, & extra hunc honeſtũ reuerendumq; cõſeſſum, abiecto pudore & uidẽt illa, & audiunt. Et qd tãdem, aliquis fortaſſe impudentior dicet, ſi naturæ neceſsitas animũ ita afficit, nos, non illã, arguis? Quoniã quòd auditor moueatur, natu-

A rale quidẽ eſt, fateor: quòd autem audiat, uolũtariũ: Siquidẽ neceſſarium eſt, ut q igni appropinquat, exuratur, & hoc humanæ naturæ imbecillitas exigit: nõ tamẽ nos natura igni admouet, hoc.n. prauæ & peruerſæ uoluntatis eſt. Admonendũ igitur cenſeo, ne ſponte noſtra noſipſos præcipites in ignẽ demus, né ue in profundũ malitiæ pelagus demergamur, ne paratæ diabolo flammę obnoxij, cũ illo in perpetuum damnemur ſuppliciũ: à quo utinã liberi i ipſos Abrahæ ſinus recipiamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri gloria ſimul & ſpiritui ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Homiliæ. xviij. ex cap. primo.

Nuenit hic prior fratrẽ ſuum Simonẽ, et dixit ei:
; *Inuenimus Meſsiã, quod eſt interpretatum Xps: & adduxit eum ad Ieſum.* Cũ à principio deº hoiem fingeret, noluit ſolum eſſe, ſed ei dedit mulieris auxiliũ, & ut unà cohabitarent, inſtituit. Norat.n. hac mutua conſuetudine multũ utrique emolumẽti prouenturũ. Quid ſi non ut decuit mulier tanto uſa eſt beneficio? Nã ſi rei ipſius natura conſideratur, magna profectò in hac coniunctione deprehẽdetur
B utilitas, modò aliqd ſapiamus, neq; i uxore dũtaxat & uiro, ſed & fratribus, ſi tantò ipſi munere frui uo-
Pſ.132.a. luerint. Vnde propheta: Ecce q̃ bonũ, inquit, & quã iocundum, habitare fratres in unũ. Et Paulus, ne eorum congregationẽ dimitteremus, admonuit. Hæc eſt iter nos & beſtias differẽtia. Hac gratia ciuitates, fora, domos, excogitauimus, ut ſimul uiuerem⁹, nõ mutua tãtũ cõſuetudine, ſed charitatis uinculo. Cũ enim indiga nobis natura ab opifice deo tributa ſit, neq; ſibiipſi ſufficiẽs: utilitati noſtrę proſpectũ eſt, ut ſcilicet indigẽtia noſtra mutua cõſuetudine iuuaretur: itaq; qd alteri deeſt, alteri⁹ auxilio ſuppletur. Nõ aliter hac mortali ſucceſsione diutinã immortalitatẽ ſeruamus. Lõgum explicatu eſſet in pſentia, quantũ hac inuicem intima & ſyncera cõiunctione utilitatis proueniat. Sed aliud intẽdimus, cuius gratia hæc nobis dicta ſunt. Andreas autẽ cũ apud Ieſum multa dixiſſet, non abſcondit theſaurũ, ſed ad fratrem feſtinauit, accepta bona quamprimum communicaturus. Sed qua gratia Ioãnes, quem Chriſtus ſermonẽ habuerit, non enarrauit? Vnde cognoſcere poſſumus, quòd ideo apud Chriſtũ mãſerint? pauloãtè id
C nobis oſtenſum eſt, & ex hodierna cõcione etiã cognoſcere licebit. Quid.n. fratri Andreas dicit? inuenimus Meſsiã, quod interpretatur Chriſtus. Vides quã citò didicit ſimul & perſuadentis magiſtri ſapientiã, & eorũ in diſcendo incredibilẽ à principio diligentiã oſtendit? Hoc.n. uerbum, inuenimus, animæ eſt maximè eius aduentum deſiderantis, & cœlitus ueniã expectãtis, cuius aduẽtu exultãs, alios euangelij geſtiat fieri participes. Hoc fraterni animi, cognati amoris, ſynceri eſt affect⁹ officiũ, ut in ſpiritualibus q̃ diligentiſsimã curam adhibeamus, inuicem opitulemur: audi Andream q̃ aſſertiuè articuli adiectione dicat, Inuenimus Meſsiam. Vnum quendã Chriſtũ expectabãt nihil cũ alijs communicantem. Conſidera ab ipſo principio fidelẽ & beneuolum Petri animũ. Cucurrit è ueſtigio, nil moratus. Adduxit, inquit, eũ ad Ieſum: ſed nemo eius damnet nimiã in credendo facilitatem, niſi prius rem ipſam diligẽter intueatur. Siquidem credibile eſt Andream plura perſuaſioni maximè accommodata narraſſe: uerum euangeliſtę nonnunquam multa breuitatis gratia prętermittũt, præterea non dicit ei ſtatim perſuaſiſſe, ſed tantũ ad D
duxiſſe ad Ieſum, ut inde totũ diſceret, aderat.n. alter diſcipulus doctrinæ particeps: nam ſi Ioannes Baptiſta cũ inquit, Ecce agnus dei: & qui in ſpiritu baptizat, certiorem doctrinam magiſtro edocẽdã reliqt, & inde hauriri hortatus eſt: longè magis Andreas cùm ſuũ non eſſet officium, neq; ad tãti luminis narrationem ſufficeret, ad ipſum fontem fratrem addu cere oportuit tanto ſtudio & alacritate, ut nihil eum auerteret, aut moraretur. Intuitus aũt eũ Ieſus dixit: *Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Incipit iam reuelare diuinitatis myſteria, eãq; paulatim p prophetias aperire: hoc pacto & cũ Nathanael egit, & cum muliere Samaritana. Non.n. minus q̃ ſigna prophetiæ mouent, neq; ullum præ ſe ferũt faſtũ. Nam miracula apud ſtultam plebẽ nõ nunquam calumnia notantur. In Beelzebub enim, *Mat.12.b* inquit, eiicit dæmonia. Prophetia autẽ nulli crimini eſt obnoxia. In Simone.n. atque Nathanael hac doctrinæ uia uſus eſt, non autẽ in Andrea & Philippo. Quid tandem? Quoniã ille Ioannis habuit teſtimonium non parui ad fidẽ momenti: Philippus uerò cõ ſpectis qui aderant, facilè perſuaſus eſt. *Tu es Simon filius Iona.* Ex præſenti futurum credit. Qui enim pa- E
trem nominat, conſtat eũ futurum pręuidere: & honorificè de eo prædicit, non adulatione, ſed ueri pdictione: quod uel ex Samaritana cõſtat, quã uehemẽter reprehendit, præterita eius opera commemorãs: Quinq̃.n. uiros habuiſti, & quem nunc habes, non *Infra.4.c* eſt tuus uir. Sic & pater eius multa pdicit idolorum arguens opinionẽ. Annuncient q̃ uobis uẽtura ſunt. *Ge.49.a.* Et iterũ: Annunciaui & ſaluos feci, & non erat in uobis alienus: & i tota prophetia hoc meminit. Hoc.n. uel maximè dei opus eſt, qd neq; dæmones imitari poſſunt, quanuis maiorẽ in modũ adnitantur. In miraculis.n. ſæpe ſub ueritatis umbra decipi poſſumus, prædictio futurorum immortalis dei dũtaxat opus eſt: quòd ſiquãdo dæmones aliquid pdixerunt, ſtultum & incautum uulgus deceperunt: eorũ nãq; uaticinia paſsim falſa deprehenduntur. Atq Petrus nihil ad Xpi uerba reſpondit. Nondum enim quicquam uiderat manifeſtè, ſed primò didicit. Animaduerten dum autem quòd non oĩa q̃ euentura ei erant, hoc primo congreſſu prædixit: non.n. appellauit eũ Petrum, non dixit ſuper eam petrã ædificaturum eccle F
ſiam: ſed dixit: *Tu uocaberis Cephas*. Illud enim maio- *Nominũ*
ris erat & poteſtatis, necnõ ẽt authoritatis. Ea enim *impoſitio*
Xps nunc conticuit, humilius à principio loquitur: cũ uerò diuinitatem ſuam demõſtrauit, maiora narrauit inquiens: Et ego dico tibi, tu es Simon, tu uocaberis Cephas, qđ interpretatur Petrus, & ſup hãc petram ædificabo eccleſiam meã. Hunc Petrum appellauit, Ioannẽ uerò filiũ tonitrui. Quãobrẽ? ut oſtẽdat *Mat.16.c*
ſe eundẽ eſſe, qui uetus dedit teſtamentũ. Ipſe eſt q *Marc.3.b*
noĩa aptè imponit, qui Abram Abraham, & Sarai Saram, Iacob Iſrael uocauit. Multis à natiuitate noĩa *Gen.17.a*
impoſuit: ut Iſaac, Sãſon, ut iis quorũ meminit Eſai- *Ibidem.c*
as & Oſee. Quibuſdã, quã à parẽtib. acceperũt appel- *Ibid.32.f*
lationẽ mutauit, ut pdictis, & Ieſu. Mos ẽt antiquitus *&. 35 b.*
erat à rebus noĩa imponi, quod & Helias fecit: hoc *Gen.21.b*
autẽ non temerè fit, ſed ut ea appellatio imponatur, *Iudic.13.a*
quæ ſit diuini beneficij perpetuũ monumẽtũ, & me *Nu.13.b*
moria per prædicta nomina auditorum animis imprimatur. Ita & Ioãni cœlitus nomen impoſuit. Qui *Luce.1.b*
enim debebãt ab ineũte ętate uirtute pollere, eis tũc

G Indita sunt nomina: qui uerò in ætatis progressu profecturi erant, postmodum. Sed tunc quidem uaria ac differentia singuli nomina acceperunt: nunc autem uno omnes appellamur, Christiano scilicet omnium maximo, atque præstantissimo, cũ quo & filij dei & amici, & corpus dicti sumus: qua appellatione cæteris omnibus uehementius excitari, & promptiores ad uirtutem complectendam fieri, nec ea quicquam indignum facere conari debemus, cùm eodẽ quo Christus nomine uocamur, ut Paulus testatur, cuius excellentiam nos intelligere oportet: quòd si is, qui principis cuiuspiam, aut alterius clari uiri nomẽ sortitus est, cùm id audit, tumet atque superbit, & magnæ id sibi gloriæ arbitratur, eiúsque authoritatem pro uiribus seruare adnititur: quid nobis faciẽ dum est, qui non principis, nõ terrenæ alicuius potestatis, non angeli, nõ archangeli, sed ipsius omnium regis noïe appellari dignati sumus? Nonne ita animã nostram instituemus, ut non afficiatur iniuria, qui tãto nos honore prosecutus est? An ignoratis quãto
H cohortes regiæ, & scutati, & hastati, eⁱ⁹ latus stipãtes honore habeantur? Ita & nos proximi facti deo, eò magis q̃ quos nũc dixim⁹, quò corpus propinquius
Ma.8.c et Luc.9.g. est capiti q̃ illi regibus, totis uiribus contendamus, ut Xpi simus imitatores, qui inquit: Vulpes cubilia habent, & uolatilia cœli nidos struunt, filius aũt hominis nõ habet ubi inclinet caput. Hoc ego à uobis exigere possẽ, graue fortasse & onerosum multis uidebitur, quare hanc perfectionẽ pp̃ imbecillitatem nostrã omittamus. Arbitror autem uos non inhiare pecunijs, sed quemadmodum summã illam uirtutem pp̃ multorum imbecillitatem omitto, ita uobis à summa malitia abstinendum est, ac etiam longè magis. Nõ accuso q̃ domos habẽt, agros, pecunias, mancipia, modò his bene utantur ad frugalitatẽ, & ut decet, hoc est tãquã dominus, nõ tanquã seruus: ut ea possideat, non ab his possideatur: ut utatur, nõ
χρήμα τα abutatur: chremata.n. hoc est pecuniæ apo tu chraomæ, q̃d est uti dicũtur, ea uidelicet ratione ut his in necessitatibus utamur, nõ ut seruemus. Hoc serui est, illud domini, & ius sup id habẽtis. Non ppea diuitias accepisti, ut terrę defodias, sed distribuas liberaliter: quas si deus seruari uoluisset, nõ sanè homini dedisset, sed creditas dimisisset? Verũ cùm uelit expendi
I eas, nobis largitus est, ut his inuicẽ cõmunicaremus. Qui pecunias seruat, nõ est earũ dominus. Quòd si ut augeantur seruas, ea profectò optima augendi ratio, ut in oẽs distribuantur. Neq; enim sine sumptu lucrũ, neq; diuitiæ sine larga effusione proueniunt. Cuius rei argumẽtũ in secularibus rebus uideri licet. Siquidẽ mercator, & agricola: ille pecunias, hic semina profundit. Mercator nauigando pecunias in multos impẽdit, ut deinde lucretur: agricola semina ĩ terrã iaciens, assiduo diei labore exercet, ut plus inde accipiat: hic aũt non tanto opus est labore, non nauis fabricanda est, non iungendi boues, nõ terra arãda, non tẽpestates, non aeris intemperies, non uis grandinis timenda, nulli fluctus, nulli scopuli offendẽdi. Hæc nauigatio, hæc satio, una dũtaxat re indiget, ut dispgantur diuitiæ: reliqua oĩa agricola ille perficiet, ut
Infr.15.a. de quo, inquit Xps: Pater meus agricola est. Quæ igitur temeritas, quę insania, ubi oĩa sine labore, sine periculo assequ possumus, supinos & oscitãtes psistere: ubi autẽ sudores innumeri, nauigandi pericula, labores, curę, & quod grauius est, incertũ uotũ, tanto pere inuigilare? Nolite, quęso, nolite ergo propriã salutẽ tantopere despicere: sed tot periculis cõtemptis, ad faciliora & lucrosiora curramus, ut futura bona cõsequ posumus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, p quẽ, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ. K

Homilia.xix.ex cap. primo.

N crastinũ autẽ uoluit exire in Galilæã, & inuenit Philippũ, & dicit ei Iesus, Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Tritũ prouerbiũ ẽ, homini diligẽti semp aliqd
i supereſſe. Et Christus: Qui quærit, inquit, inuenit. Matt.7.d Quare nulla iam me admiratio tenet, cur Philippus Christum secutus sit. Andreas enim audito Ioanne, Andrea Petrus, hic nemine, sed tantùm Christo dicente: Sequere me, quãprimùm credidit, & secutus, alijs factus est p̃dicator. Cucurrit enim ad Nathanael: quem scripsit, inquit, Moses in lege, & prophetæ, inuenimus. Vides uiri diligentiam, ut scripturæ meminerit, ut Christi aduentum expectauerit? Inuenire L enim quærentis est. In crastinum exiuit in Galilęam priusquam quisquam ipsum sequeretur, neminem uocat, quod non temerè fecit, sed summa sapientia: nam si nemine sua sponte prosequente ipse aliquos uocasset, de eorum perseuerantia potuisset dubitari: ueruntamen ultrò sequi elegissent minimè. Philippum autem sibi notiorem uocat, utpote qui in Galilæa & natus erat, & educatus. Acceptis igitur discipulis, alios iam uenatur, & in primis Philippũ, & Nathanael. Sed de hoc non tam mirũ fuit, quandoqdẽ nomen Iesu in uniuersam Syriã diffusum erat: illud admiratione dignũ, quo pacto Petrus, Iacobus, Philippus potuerũt tã breui psuaderi: non ea tantũ ratione quòd ante signa, sed quòd Galilęi erãt, unde neq; propheta surrexit, neq; quicquã boni. Rusticiori. n. quodãmodo, & crasiori erãt ingenio. Vnde in hoc etiam Christus suam demonstrauit uirtutẽ, cũ ex sterili terra tales sibi discipulos cõparauit. Credibile qdem est Philippum, & qui cũ Petro erant, uiso & audito Ioannis de Christo testimonio, eũ secutos, & M
Infr.7.f. Christi sermonem non parũ in illis operatum. Nouerat.n. qui idonei futuri essent discipuli. Euangelista autem hæc oĩa omittit. Quoniã igitur uenturus erat Christus, credidit: quòd Xps esset, ignorabat, quod uel à Petro, uel à Ioanne audierat. Meminit aũt eius patriã euangelista, ut intelligas, quòd infirma mũdi elegit deus. *Inuenit Philippus Nathanael, et dicit ei: Quẽ scripsit Moses in lege, et prophetæ inuenimus Iesum filiũ Ioseph à Nazareth.* Per Mosen & prophetas dignũ fide sermonẽ suum facere, & auditori persuadere adnititur. Nam cũ Nathanael esset in perscrutãda ueritate diligentissimus, ut & suis uerbis, & Christi testimonio uideri licet, meritò ipsum ad Mosen, & prophetas Philippus relegauit, ut crederet. Quòd autem Ioseph filiũ appellat, noli perturbari, eiusmodi adhuc erat opinio. Et unde constat Philippe, quòd ille sit? quod das nobis signum? neq; enim satis est quòd is sit affirmare. Quod inquam signum, quod miraculũ affers? Non est de tantis rebus temerè credendũ, & periculosum est: dic qd certi habes, quod & Andreas, inquit. Siquidem ille cùm suarum uirium non esse itelligeret, quem thesaurũ, quas diuitias inuenerit, ostendere, ad fratrem quem inuenerat ducit: ita Philippus quomodo ille hic sit Xps, & quomodo prophetæ eũ p̃dixerint nõ dicit: sed ducit ad Iesum,

quem

A quẽ adhuc ibidem cõspicabatur, ut inde doceretur. *Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni et uide. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo: Ecce uere Israelita, in quo dolus non est.* Laudat Iesus & admiratur, q̃ dixit, A Nazareth põt aliqd boni esse? Quid laudat? nõne potiꝰ accusare oportuit? Minimè. Nõ. n. quòd nõ crederet, ita locut? est, neq; accusari, sed laudari meruit. Quanam ratione prophetarum uerba diligentius, q̃ Philippus cõsiderabat? Audierat ex Bethlehem, & ex patria Dauid Christũ uenturum. Hoc Iudæi credebãt, hoc propheta iam pridem his uerbis p̃dixerat? Et tu
Mich. 5. et Mat.2 a. Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, q̃ regat populum
et Ioã.7.f meũ Israel. Huius prophetiæ memor Nathanael, audiens eũ Nazarenũ, perturbatur & dubitat, ne secundum prophetæ sermonẽ Philippus falleretur. Intuere quęso hoïs prudentiam, intuere mansuetudinem. Nõ dixit se deceptũ, neq; falsa sibi narrari, neq; quòd à propheta nõ ex Nazareth, sed ex Bethlehem Xpm
B uenturum didicerit: sed contrà q̃ Philippus dixerit, persuasus obuiã tamen uenit. Ostendit igitur & scripturarum cognitionem, & morum simplicitatem, necnon uehemens Christi aduentus desiderium, cũ Philippi uerba non contempserit. Norat enim Philippũ in patria cõmorãda falli potuisse. Et uide q̃ uerecundè interrogando non credendum innuit: non dixit, nihil boni fert Nazareth: sed, à Nazareth potest aliquid boni esse? Necnon & Philippus prudenter qdem non indignatur, non ægrè fert, utpote parum creditus, sed expectat uirum, ut ad Christum adducat, & ab ipso principio apostolum gerit, ideo Christus iquit: *Ecce uere Israelita, in quo dolus non est.* Est. n. & mendax Israelita, sed non hic quippe, cuius incorruptum est iudicium, nec ad gratiam, nec ad odium quicquã loquitur. Atqui Iudæi rogati ubi Christus nasceretur, in Bethlehem dixerũt, prophetæ testimonium afferentes: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda. Verũ illi antequã Christum uiderent de eo testati sunt, quo uiso inui-
Infr.7.f. dia destiterunt, dicẽtes: Hunc nescimus unde est. Nathanael aũt in eadem perstitit sententia, quòd nõ esset à Nazareth. Quomodo ergo prophetæ eum Nazarenum uocant? Eo quòd illic educatus est, & con
C uersatus. Nec se Nazarenum negauit, nequa suspicio oriretur: neq; si id psuasisset, non propterea se Christum esse ostendisset. Quid. n. prohibebat non esse Christũ, quanuis à Bethlehem natũ? Hoc igitur omissit, id autem in medium attulit, quod maximũ erat ad credendum argumentum, se uidelicet præsentem eorum sermoni fuisse. Nã cùm ille diceret, Vnde me nosti? respondit, Priusquã te Philippus uocaret, cùm esses sub ficu, uidi te. Animaduerte hominis cõstantiam. Nam cùm dixisset Christus: Ecce uerè Israelita: non intumuit laudibus, neq; his obuiã factus est, sed perscrutatur, ut de eo certi aliqd intelligat, & adhuc tanquã hominẽ alloquitur, Iesus tanquam deus respondet. Non. n. è loco aliquo æditiori ipsum & eius mores, & mansuetudinẽ uidisse, nõ è specula aliqua more hominis eũ sub ficu obseruasse dicit: nemo. n. illic aderat, sed soli Philippus & Nathanael secretò in loco inuicẽ sermonẽ habuerãt. Idcirco, inquit euangelista, quòd cùm uideret à longè uenientem ad se, dixit: Ecce uerè Israelita. Vt intelligatur priusquam appropinquaret Philippus, ita Christum locutum. Et ne q̃squam posset suspicari, quare & temporis me D minit, & loci, & arboris? Ne ab ipso missum Philippũ q̃squam opinaretur, si tantũ eius ad Nathanael profectionis meminisset. Verùm cum dixisset ubi eum conuenit Philippus, & tẽpus, certissimũ se prophetã ostendit: neque hoc tantùm, sed etiam quę inuicem locuti essent in memoriam reduxit: hoc est, à Nazareth potest aliquid boni esse? Ex quo maximè eum sibi conciliauit, cũ ex eo non reprehendit, sed laudibus prosecutus est. Et admiratus his uerbis Nathanael uerè Xpm esse cognouit, à prophetia scilicet, & præuidẽtia, & à certissima ipsius meris pscrutatione. Demonstrarat enim animi eius cogitationes planè intellexisse, præsertim cùm q̃ ægrè ferenda uidebantur, ea nõ reprehẽdit, sed laudat: dixit enim à Philippo uocatũ, non autẽ quem inuicem sermonem habuerint, neque quòd affuerit: relinqt hæc eius cõsciẽtiæ examinanda, cũ nolit ipse coarguere. Quid igitur priusquã à Christo uocaretur, eũ dũtaxat uidit, non ne anteà etiã insomni oculo uiderat? Viderat sanè, non modò insicias iret, sed ita opus fuit dictu. Quid igitur ille? cũ certissimũ de Christi prouidentia argumentũ accepisset, confessus est, & primò se diligentẽ, deinde consensu fidelem ostendit: respondit enim, E *Tu es filius dei, tu es rex Israel.* Vides gratam repẽtè, & Iesum amplexantẽ animam? Tu, inquit, ille es quem expectamus, quem quærimus. Vides hominem stuporis, admirationis, lætitiæ plenum? Is nobis sequendus est, q̃bus deus filij sui cognitionẽ dare dignatus est: exultandũ nobis est, non animo tantũ, sed re ipsa. Quod autẽ exultantium officium est? Credere ei quẽ cognoueris, credentium uerò cogniti parẽre uoluntati: nam si operibus nostris deũ in irã prouocabimus, quo nã pacto poterimus exultare? Nõne uidetis cùm amicũ domi q̃squam accipit, quam prę se ferat lętitiã, quãta alacritate paratus sit nulli rei parcere, dum hospiti rem gratã faciat? Quòd siqs ei nõ obsequeretur, neque ad eum reficiendũ omnia faceret, etsi millies eius præsentia se lætari diceret, nõ utique crederetur: & meritò sanè. Re ipsa, non uerbo nos ostendẽda lætitia est. Venit ad nos Xps, ostẽdamus eius aduẽtu lętitiam, nihil quod eum perturbet faciamus, ornemus quã ingreditur domum, hoc lætantiũ est: prandiũ apponamus eius gustui suauissimum, hoc exultantiũ est. Quale autẽ prandium? ipse F
Isa.4.c. inquit: Meus cibus est, ut facã uoluntatem eius, qui me misit. Pascamus ipsum esurientẽ, potũ demus sitienti: etiã frigidam aquam abs te accipit quippe qui amat. Amicus enim, etsi parua accipit, magna sibi uidentur. Tu modò læto uultu impendas duos obolos, nõ recusat, sed tãq̃ magna dederis gratè accipit. Nam cũ nullius idigeat, neq; necessaria ei sint munera tua, meritò nõ munerũ magnitudinẽ, sed donantis uoluntatẽ reputat. Ostende igitur duntaxat, te ad uenientem diligere, oĩa eius gratia moliri, aduentu lætari. Cõsidera qualis erga te fuerit, qd pro te aĩam posuerit, neq; post tanta in te beneficia rogare te recusat. Pro Christo. n. prædicamus, inquit, tanquam
2. Co.5.d deo obsecrãte pro nobis. Et quis nã adeò insanit, ut dominũ suum non amet? Hoc ego dico, nec ignoro neminem uestrũ neque uerbis, neque aio aliter sensurum. Verũ non uerbis tãtùm, sed & re ostẽdi uult amicus quid sentias. Nã si lingua duntaxat amici exhibemus officiũ, sanè ridiculum est, nõ modò apud deum, sed apud hoïes: nec stultum modò, sed dam-

Conſum. Verbis ergo opera conſentiant, operibus cõfiteamur, ut ipſe nos ſuos profiteatur, ineffabili gratia & benignitate, qui cum patre, & ſpiritu ſancto uiuit & regnat, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia xx. ex cap. i. & ij.

Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Iſrael. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te ſub ficu, credis? maius his uidebis. Plurimum nobis curãdum eſt, dilectiſſimi, & omni ſtudio inuigilandũ, ut ſacratum ſcripturarum profundum inſpicere poſsimus, quarum ſenſus oſcitantes nunquam deprehendemus. Eſt igitur quàm diligentiſsimè inueſtigandum, & aſsiduis precibus inſiſtendum, ut uel aliqua ex parte diuina myſteria aſſequi ualeamus. Ecce hodierna die nõ paruæ nobis, ſed multæ perſcrutationis quæſtio proponitur. Nam cùm Nathanael dixiſſet, Tu es filius dei: reſpõdit Chriſtus, Quia dixi tibi, uidi te ſub ficu, credis? maius his uidebis. Quid hic quæſitu dignum? cur Petrus poſt tot tantáque miracula, poſt talem doctrinam acceptam, Chriſtum dei filium confeſſus, ac ſi reuelationem à patre acceperit, laudatur: Nathanael uerò ante ſigna, ante doctrinam idem quod Petrus aſſerens, minimè: ſed tãquam nihil Chriſto dignum dixerit, maiorum ſpe tralitur? Quid nam hoc? quoniam etſi iiſdem uerbis & Petrus, & Nathanael uſi ſint, non tamen idem ambo ſenſerunt: ſed Petrus filium dei tanquam uerum deum: Nathanael tanquã hominem tantùm confeſſus eſt, quod ex conſequẽtibus conſtat. Addit enim, Tu es rex Iſrael. Filius autem dei non modò Iſrael, ſed uniuerſi orbis terrarũ rex eſt. Quod etiam inde oſtẽditur, quòd Petro nihil amplius addidit Chriſtus, ſed tanquam perfecto in fide eccleſiam ſuam eius teſtimonio ædificaturum pollicitus eſt: Nathanael autem tanquam potiori in parte deficienti ſubdidit: *Amen amen dico uobis, amodo uidebitis cœlum apertum, & angelos dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis.* Animaduertis quomodo eum à terra paulatim erigit? quomodo animũ excitat, ne amplius ſimplicem hominẽ coniecturetur? Cui enim angeli miniſtrant, & ſuper quẽ aſcẽdunt & deſcendunt, quo nam pacto hoiem eſſe exiſtimabitur? Præterea cũ maiora uiſurum diceret, angelorũ miniſteriũ addidit: ac ſi diceret, hoc tibi magnum Nathanael uiſum eſt, propterea me regẽ confeſſus es: quid autem dices cũ angelos ſuper me aſcẽdẽtes & deſcẽdentes uideris? Quibus uerbis ſuadet, ut ipſum angelorum dominũ confiteatur: tanquam enim ſuper dilectiſsimum regis filiũ, regii miniſtri & aſcẽderunt & deſcẽderunt: hoc quidem paſsionis tẽpore, illud reſurrectionis & aſcẽſionis: nec nõ & antè cũ acceſſerunt, & miniſtrabant ei, cũ natum annunciarunt, laudarunt, dicẽtes: Gloria in altiſsimis deo, & in terra pax, quando ad Mariam uenerũt, quando ad Ioſeph. Facit aũt, quod ſæpe aliâs: duo p̃dicit, alterũ iam præteritum indicat, alterũ ex hoc confirmat futurũ. Illud nanq; manifeſtum erat, quòd ante Philippi uocationẽ eſſet ſub ficu: aſcenſus aũt & deſcenſus angelorum partim fuerant, partim erant futuri, apud crucẽ uidelicet in reſurrectione, in aſcẽſione, q etſi nõdũ euenerint, ex p̃teritis tamẽ facit, ut credantur. Qui.n. eius uirtutẽ iam uiderat, facilius quæ futura audit, credit. Quid igitur Nathanael? nihil reſpõdit. Chriſtus aũt hactenus locutus ſecum, ea uerba reputaturum dimiſit: noluit.n. oĩa ſimul, ſed iacto in terram fertilẽ ſemine, ſinit ut germinet: ut alio in loco, inquit, Simile eſt regnũ cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen: cũ aũt dormiret, uenit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizaniam in medio tritici, & abiit: *Et die tertia nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.* Vt iã dixi erat Xps q̃ alibi in Galilæa notior, quare uocatus nuptiis affuit, ĩ quib. nõ dignitati ſuæ, ſed noſtræ conſuluit utilitati: qppe qui non dedignatus eſt formã ſerui accipere, longè minus ſeruorum nuptiis intereſſe. Qui cũ publicanis & peccatoribus uerſabatur, multò minus nuptias recuſaſſet: non.n. qui inuitauerant, rectè de eo ſentiebãt, neq; tanquam magnum quẽdam, ſed popularem, & ut notũ: qd his uerbis ſignificat euangeliſta, Et erat mater Ieſu ibi, & fratres eius: ac ſi dicat, quemadmodũ illã & fratres, ita & Ieſum uocauerunt. *Et deficiente uino, dicit mater Ieſu ad eum. Vinum non habẽt.* Dignũ hoc in loco q̃ſitu eſt, unde in mentẽ matri uenerit, magnũ aliquid de filio coniectari: nullum.n. adhuc ſignũ fecerat. Hoc enim fecit, inquit, initium ſignorũ Ieſus in Cana Galilææ. Quòd ſi quis diceret, nõ idoneum hoc argumentum, quòd primum ſignum fuerit, quoniam additum ſit in Cana Galilææ: ac ſi diceret nõ omniũ primum, ſed eorum quæ illic fecerat. Ad hoc reſpondebimus, quod ſuperius, inquit, loãnes: Ego neſciebã eũ, ſed ut manifeſtetur Iſrael, propterea ueni ego in aqua baptizãs. Nã ſi anteà miracula feciſſet, nõ indiguiſſet Iſrael, q ipſum manifeſtaret. Vir.n. factus, miraculorũ multitudine, nõ Iudæis modò, ſed & Syris, & longinquiora incolentib. cognitus eſt tribus annis dũtaxat: imo ne tribus qdem, ſed quãprimũ nomẽ eius in oẽs diffuſum. Qui igitur tã breui miraculis claruit, lõgè magis à prima ĩfantia, ſi ea feciſſet: fuiſſet.n. maiori admiratiõi, utpote puer, q̃ uir, neq; tanditu in obſcuro latuiſſet: ſed nihil à pueris operatus eſt. Vnum autem dũtaxat Lucas teſtatur: quòd annorũ duodecim ſediſſet in tẽplo medi⁹ doctorum, & audiens, & interrogans, fuiſſetq; ſummæ omnib. admirationi. Nec immeritò à teneris annis Ieſus à miraculis abſtinuit, arbitrati.n. eſſent ſe p̃ſtigia uidere. Nã ſi annorũ acceſſu, & ætate maturo multi id ſuſpicati ſunt, qd de puero credidiſſent? Præterea maturius eum pp inuidiam crucifixiſſent, & generatio eius non fuiſſet credita. Vnde igitur matri uenit in mentẽ aliqd magnũ excogitare de filio? Manifeſtari iam cœperat & loãnis teſtimonio, & ex his quæ diſcipulis p̃dixerat, & ante oĩa ipſa natiuitas, & quæ eo tempore euenerãt, maximam de puero opinionẽ cõcitarant. Audiebat enim, inquit, omnia de puero, & conſeruabat ea in corde ſuo. Sed qd antea nihil eiuſmodi dixit? Quoniã, ut dixi, iã manifeſtationis tps aduentabat: anteà.n. cùm tãquam ex medio uulgo aliquis conuerſatus eſſet, nihil adhuc tale mater auſa fuerat: uerũ cùm Ioannem ad perhibẽdum de eo teſtimonium ueniſſe audiſſet, & diſcipulos iã uideret, cœpit audere. Et deficiente uino, dicit: Vinũ nõ habẽt. Optabat.n. ut iam hominum gratiam cõciliaret, & ipſa clarior filii gratia efficeretur, & fortaſſe aliquo humano afficiebatur affectu, quẽadmodũ & fratres eius cũ dixerunt: Oſtende te ipſum mũdo: cupidi ei⁹ miraculis ſibi famã cõparare, idcirco aſperius reſpondit: *Quid mihi & tibi mulier? Nondum uenit hora mea.* Nã quòd matrem reuereretur, teſtatur Lucas quòd ſubditus erat parentib. & hic euãgeliſta quantã paſsionis tẽpore matris curam habuerit. Vbi enim parentes nihil diuina impedirẽt myſteria, nihil offenderẽt, æquum & neceſſariũ erat filio parẽre, neque negare ſine magno periculo potuiſſet: cõtrà ſiquidem cũ intempeſtiuum, & quod ſpiritalibus eſſet impedimento petiiſſent, Quæ eſt mater mea, & fratres mei, aiebat. Siquidẽ non adhuc debitam de ipſo opinionem habebant, ſed more matrũ Maria, iure omnia filio ſe præceptura cenſebat, cùm tanquã dominum colere, & reuereri liceret, ideo in hunc modũ reſpondit. Conſidera q̃ indignum erat, uniuerſo adſtãte populo, & ad eũ, & eius doctrinam audiendo, ſuſpenſo, illam in medium accedentem, publicam impedire utilitatem, & de priuatis rebus habere ſermonẽ, & extra eiuſmodi cõcionẽ euocare? Inquit igitur, Quæ eſt mater mea, & fratres mei? non quòd matrẽ contẽneret, abſit: ſed ut maximè utilitati conſuleret, neq; occaſionẽ daret, ut q̃piã de ipſo abiectũ aliqd coniectaretur: nam ſi aliorũ curã habebat, & digna ſe opinione illos imbuere moliebatur, lõgè magis id in matre curaſſet. Gùm.n. conſentaneum ſit Mariã, utpote matrẽ, priores ſibi partes uẽdicaſſe: ideo matrẽ ueniſſe nunciãtibus ita reſpõdit, neq; aliter ipſam ex humili ad illam altitudinẽ erexiſſet, ſi ſemper tanquã à filio honorari exiſtimaſſet, & non tanquã dominũ habuiſſet. Hac gratia & hoc in loco inqt, Quid mihi & tibi mulier? Alia p̃terea cauſa, afferri poteſt, nõ minus neceſſaria, nequa ſuſpicio orꝛetur: ab indigentibus.n. non à matre id quærendum erat. Quid tãdem? Quoniã quæ familiarum precibus impetrãtur, quãuis magna, rarò tamẽ eorũ prædicationibus augentur: indigentiũ laudes cùm quid impetrarint, oĩ uacant ſuſpicione, nihil ab his ſimulatur, & multa inde utilitas prouenit. Etenim ſi uel optimus medicus q̃ multos ægrotos curauerit, neq; ab ipſis, neque eorũ familiaribus, ſed à ſua tantũ matre laudaretur, ſuſpecta ſanè eſſet laus illa & moleſta, ne p̃ſentiũ q̃ſpiã magnũ de eo aliqd, uel egregiũ opinaretur: propterea aſperius locutus: Quid mihi, inqt, & tibi mulier? eã admonens, ne idẽ amplius tentaret. Curæ.n. ipſi erat maternus honor, ſed longè magis animarũ ſalus, & cõmune in multos beneficium, cuius gratia humanã carnẽ accepit. Non ſunt igitur hæc liberius ad matrẽ loquentis, ſed diuinę diſpenſationis uerba: ut admoneret pro diuinitate miracula facienda. Qd enim uehemẽter ipſam, & p̃ cęteris amaret, & reuereretur, aſperiora hæc uerba, & indignatio demõſtrat: quo nã pacto, in ſequẽtibus dicemus. Verũ cũ audieris mulierẽ illam dicentem: Beatus uenter qui te portauit, & ubera q̃ ſuxiſti: deinde ipſum reſpondẽtem, Quinimmo, beati q audiunt uerbũ dei, & cuſtodiũt illud. Ea ſententia dictũ exiſtima, nõ quòd matrem negligeret, ſed nihil ei utilitatis matris nomen allaturum oſtẽderet, niſi bonitate & fide p̃ſtaret. Quòd ſi Mariæ nihil ſine uirtute materna charitas erat profutura, lõgè minus nobis patris, fratris, matris, filij bonitas niſi aliqd noſtrũ afferamus. Frater, inqt, nõ redimit, redimet homo. In nullo nanq; alio, niſi in ſolis ſuiipſius uirtutibus, poſt diuinã gratiã de ſalute cuiſpiã ſperãdũ eſt. Nã ſi id profuturũ erat per ſe Marię, profuiſſet etiam Iudæis, quorũ conſanguineus erat Chriſtus ſecũdũ carnẽ, profuiſſet ciuitati i qua natus eſt, profuiſſet fratribus. Atqui dum fratres rerũ ſuarũ curã habuerunt, nihil eis propinquitatis nomẽ profuit, ſed cũ reliquo mundo damnati erant. Tunc au-

tẽ admirationi eſſe cœperunt, quãdo propria clarue rũt uirtute: patria uerò nihil inde cõſecuta cecidit, & incẽdio abſumpta eſt, cõciues miſerè interẽpti perierẽ, conſanguinei ſecundũ carnem nil ad ſalutem baptizati ſunt, deficiẽte uirtutis patrocinio. Verũ apoſtoli ante oẽs clariſsimi euaſerunt, cũ ſe ad ueram & expetendam eius familiaritatẽ, conſuetudinemq; per obedientiã cõtulerunt. Hinc intelligimus fide ſemp nobis opus eſſe & uita, q̃ uirtutibus luceat, hęc dũtaxat ſaluos nos facere poterit. Quãtæ.n. cognati eius admirationi fuerunt, cùm ne eorũ qdẽ nomina teneamus, apoſtolorũ autẽ & uita, & nomina ubiq; terrarum decantantur. Nolimus igitur ob terrenã nobilitatem in ſuperbiam efferri, licèt longam progenitorum, & quidẽ clariſsimorũ ſeriem numeremus, eorũ uirtutes ſuperare contendamus, ſcientes aliorũ nobis opera non modò nihil in futuro iudicio profutura, ſed uerũ grauiter nos cõdemnatura, cũ optimorum parentum liberi, & domeſticis exemplis eruditi nihil profecerimus. Hoc ideo in p̃ſentia dico, quoniã multi Gẽtilũ ad fidẽ, & Chriſtianã religionẽ à nobis hortati, ad cognatos, progenitores, & familiares ſuos cõfugiunt, quòd fideles & Xpi fuerint aſſertores. Quid ad te miſer & infelix? hoc te magis condemnat, quòniam tot progenitorũ, tot familiarium exempla ad ueritatem complectendã te adducere nõ potuerũt. Alij fideles quidẽ, ſed uitæ nullam curam adhibẽtes, cũ ad uirtutem hortantur, idem in ſuam adducunt excuſationẽ, quòd pater, auus, atauus pietatẽ maximè coluerint. Id te accuſat, quòd ex taliũ uirorũ ſemine his te indignũ præſtiteris. Audi p̃phetam ad Iudæos loquentẽ: Seruiuit Iſrael in mulierẽ: & in mulierẽ ſeruatus eſt. Audi Chriſtũ: Abraham pater ueſtre exultauit, ut uideret diẽ meũ, uidit, & gauiſus eſt. Ita ſemper bona progenitorũ opera nõ modo nulli ad laudẽ, ſed ad crimen lõgè quidem grauius aſſcribit. His igitur animaduerſis, noſtris ipſorũ operibus ſalutẽ conſeq totis uiribus adnitamur, ne ſpe noſtra fruſtrati, tum deũ intelligamus, cùm nulla nobis pœnitentiæ erit utilitas. In inferno.n. inquit, quis confitebitur tibi? Quam ob rẽ in hac uita flagitiorũ nos pœniteat, ut ſempiterna bona cõſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quẽ, & cũ quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia.xxj.ex cap. ſecundo.

Vid mihi & tibi mulier? nondũ uenit hora mea.

Laborioſum ſanè eſt orationẽ habere, qd & Paulus his uerbis teſtatur: Qui bene p̃ſunt presbyteri, duplici honore digni habeatur, maximè q laborãt in uerbo & doctrina. Verũ uos & leuiare hũc laborẽ, & grauiorẽ facere poteſtis. Nã ſi orationẽ noſtrã neglexeritis, uel ẽt non neglectam, re tamẽ nõ adimpleueritis: laborioſum nobis profectò erit, eo quòd incaſſum laborauerimus: ſin autẽ attentionem præſtabitis diligentẽ, & re ipſa audita exequemini, nullus nos labor grauabit. Fructus.n. qui in laboribus comparatur, non ſinit quicquã graue aut oneroſum uideri. Quam ob rem, ſi animum noſtrum excitare, & promptiorẽ in dicendo reddere placet: quem fructũ faciamus oſtẽdite, ut lętis inſpectis ſegetibus, prouentus ſpe allecti, utilitatis magnitudinẽ reputãtes, laboremus. Neque.n. parua nobis hodierna die proponitur quæſtio. Nam cũ mater dixiſſet, Vinum non habent: reſpondit Xps, Quid mihi & tibi mu-

G lier? Nondū uenit hora mea. Et licèt ita reſponderit, maternis tamen uotis obtēperauit. Hęc nulla ex parte minor eſt quæſtio, q̄ ſuperior, de qua non immeritò ſit dubitandū. Eum igitur ipſum, qui miraculū operatus eſt iuocātes, ad huius loci expoſitionē ueniamus. Neq; hoc tantùm in loco dictū eſt, Nondū uenit hora mea, ſed & aliàs: nā cùm capere eū Iudæi non poſſent, inquit, euāgeliſta: Nondū uenerat hora
Infr.7.d. eius: & iterū: Nemo miſit in illum manum, quia non
Ibidē.8.c dū uenerat hora eius. Et iterū: Venit hora, clarifica
Inſ.17.a. filium tuū. Quid nā iſta ſignificant? Idcirco plures in eandē ſententiā textus adduximus, ut una oībus ſolutio afferatur. Quæ igitur ea eſt? Nulli tēporū neceſsitati Xps ſubiectus eſt, nec ob temporis obſeruationem nondū horam ſuā ueniſſe dicebat. An ne tēporū opifex, & author ſeculorū tēpora obſeruaret? Oſtendit autem oīa debito tempore, nō ſimul operari quoniam inordinata quædā confuſio fuiſſet, niſi opportunè oīa trāſegiſſet, ſimulq; generationem, reſurrectionē, iudicium miſcuiſſet. Conſidera quęſo, oportuit facere creaturā, non uniuerſam ſimul, non
H uirū & mulierē uno condidit momento. Oportuit morti damnatū & reſurrectum iri pp humanum genus, multū inter utrunq; affuit. Sic.n. opus fuit, oportuit dari legē, ſed non ſimul & gratiam, ſed utrunq; debitis diſpenſari temporibus. Nulli igitur Xps ſubeſt temporum neceſsitati, ſed ipſe tēporibus ordinē impoſuit, quoniā author eorum eſt: quare hoc in loco, inquit, Nondū uenit hora mea: hoc eſt, nondum cognitus ſum: neq;.n. ipſum quiſquā præter Andreā & Philippū ſequebātur, neq; hi uerè adhuc ipſum cognoſcebant, non mater, non fratres. Siqdē poſt multa miracula, inquit euāgeliſta, Neq;.n. fratres eius cre
Infr.7.a. debant in eum, nemo qui nuptiis adeſſet: quippe qui ſi cognouiſſent, ſine dubio ad eū in ſuis cōfugiſſent neceſsitatibus: ppea, inqt, Nōdum uenit hora mea: id eſt, nondum cognitus ſum præſentibus, nōdum ſciunt uinū deeſſe. Sine, id primùm intelligant, ſatis nō eſt quòd ſola referas, mater es, & ſuſpicioſum miraculū faceres. Oportet indigētes rogent, non quòd hoc ipſe idigeā, ſed ut miraculū uniuerſis appareat. Quippe egeni cū beneficiū accipiūt, plurimā habēt
I gratiā: qui non indigent, non itidem eam intelligūt. Cur autem cū nondū horā ſuam ueniſſe dixerit, impleuit tamen matris uoluntatē? Maximè quidem, ut cōtradicentibus & temporū momentis eū ſubiectū exiſtimantibus, palàm non rectam eorum ſententiā oſtenderet: nam ſi tempori ſubiiceretur, quo pacto immaturè id feciſſet? Præterea ut matri honorē exhiberet, & non oīno cōtumax uideretur matri, tot præſentibus, néue impotētiæ argueretur. Etenim Maria ad filium miniſtros duxit. Siquidē cū Cananæę dixiſ
Mat.15.c ſet Xps, Non eſt bonum ſumere panem filiorū, & da
Ibidem. re canibus: dedit tamē, nimia eius ſedulitate permotus: at qui etiam dixerat, Nō ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael: & tamen filiam liberauit. Ex quo admonemur, quòd etiā beneficio indigni, aſsidua efflagitatiōe eo digni efficimur. Idcirco mater & expectauit, & palā miniſtros accerſiuit, ut à pluribus rogaretur, & addidit: *Quodcūq; dixerit uobis, facite.* Norat nō eſſe imbecillitatis excuſationem, ſed ne faſtu quodā temerè id ſuſpicere uideretur, quam ob rem miniſtros adduxit. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundū purificationē Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas, uel ternas.* Dicit eis Ieſus: *Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas uſq; ad ſummū. Et dixit* K *eis Ieſus: Haurite nūc, & ferte architriclino. Et tulerunt.* Nō temerè dictū eſt ab euangeliſta, Secūdū purificationē Iudæorū: ſed nequis infideliū ſuſpicari poſſet aliquo fortaſſe craſsiore uino in eis infidēte, deinde infuſa aqua limpidiſsimum uinū effectum. Quare illa particula, Secundū purificationē Iudæorū: nūquā in his uinū fuiſſe oſtendit. Nam cùm Palæſtina inopia aquarum laboret (rari.n. illic fontes ſcaturiunt) hydrię illę aqua ſemper plenę ſeruabantur, ne ſi quā do immundæ fierent, longius flumina petenda eſſent, ſed propè purgarentur. Sed qua nā gratia antequā implerentur, non fecit miraculum, quod longè fuiſſet admirabilius? Siquidē aliud eſt ſubiectæ materiæ qualitatē mutare, aliud ipſam ſubſtātiā ex nihilo facere. Hoc profectò mirabilius, non tamen ita credibile, & quod tā facilè potuiſſet multitudini perſuaderi: hac gratia miraculorū nonnunquam magnitudinē conſultò imminuit, ut facilius crederentur. Sed cur ipſe hydrias aqua non impleuit, deinde in uinū uertit, ſed miniſtris implendas mādauit? Ipſam eādē ob cauſam, ut miraculi ipſos teſtes haberet, q aquā L hauſiſſent, nequa fraus, ne qd pręſtigiū putaretur. Nā ſi contumaciores fuiſſent ad credendum, potuiſſent miniſtri teſtimoniū phibere ſe aquā hauſiſſe, & hydrias impleuiſſe. Accēdit ad hoc, quòd hæreticorum dogmata in eccleſia pullulātia pp hoc euertuntur. Nam cū ſint nonnulli qui alterū mundi opificē, quæ uidentur opera cōdidiſſe aſſeuerāt, horū quoq; inſaniam cohibens, plura facit miracula ex ſubiectis ſubſtātijs. Nā ſi ipſe deo contrarius opifex fuiſſet, nō utiq; alienis uſus eſſet Xps ad propriæ uirtutis demōſtrationem. hoc autē miraculo manifeſtè oſtēdit ſe eum eſſe, qui uineas irrigat, pluuiam per uitis radicē in uinum uertit, cùm quod in planta longiori temporis ſpatio efficitur, id repentè in nuptijs operatus eſt. Cùm autem impleſſent hydrias, inquit:
Haurite nūc, et ferte architriclino. Et tulerūt. Vt guſtauit architriclinus aquā uinū factum, & nō ſciebat unde eſſet, miniſtri aūt ſciebāt qui hauſerāt, uocat ſpōſum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primū bonū uinū ponit, et cū inebriati fuerint, tunc id quod deterius eſt. tu aūt ſeruaſti uinū bonum uſque adhuc. Rurſus hoc in loco nonnulli M
calumniantur hūc ebrioſorū fuiſſe conuentū de gu
ſtu differētiū, corruptis hoīes moribus, nec idoneos q miraculū iudicarent, utpote qui non uiderint aqua an uinū eſſet. Siquidē ipſe architriclinus, inquit, cum inebriati fuerint, maximè hoc ridiculum. Verūtamē hanc ipſorum ſuſpicionem tollit euangeliſta: non.n. conuiuas, inquit, de miraculo tuliſſe ſententiam, ſed architriclinum, qui ſobrius nil adhuc guſtauerat. Etenim nemo ignorat huiuſmodi in cōuiuijs munera maximè ſobrijs & tēperātib⁹ demādari, quorū ſolū officiū eſt, ut debito ordine & apparatu oīa diſpenſentur. Idcirco ſobriū uirū in miraculi teſtimonium adduxit. Non.n. dixit Chriſtus, recumbentibus miſcerent, ſed ferrent architriclino. Vt autē guſtauit architriclinus aquā uinum factum, & nō ſciebat unde eſſet, miniſtri aūt ſciebāt, uocat ſponſum architriclinus. Et qua nā gratia non uocauit miniſtros? ita.n. miraculum manifeſtius fuiſſet: quoniam neque ipſe Xps manifeſtum fecit, ſed lentè & pedetentim miraculorū ſuorum uirtutē cognoſci uoluit: ad hoc ſi miniſtri tunc id narraſſent, nemo eis credidiſſet, ſed inſanire potius arbitrati eſſent, cùm de hoīe opinione

A omniū humili & abiecto id perhiberēt teſtimoniū, ſed re ipſa cognouerunt. Neq;.n. qui ſibipſis non crederent, alij fuiſſent credituri. Propterea non oībus reuelauit miraculū, ſed maximè idoneis certiorē cognitionē in poſterū reſeruauit, ut poſt aliorū ſignorum
Inſ.4.f certitudinem, hoc ēt crederetur. Siquidē in filij reguli curatione oſtendit euangeliſta, hoc manifeſtius potuiſſe: hac.n. maximè gratia regulus Chriſtum uocauit, quòd illud ſignū audierat, qd his uerbis ſignificatur: Venit Ieſus in Cana Galilææ, ubi fecit aquā uinum. Neq; ſimpliciter uinū, ſed optimū. Eiuſmodi enim Chriſti miracula, ut q̄ natura perfecta ſunt, q̄ longè pulchriora, melioraq; reddantur: ita & alia, di ſtortū membrū, q̄ ſana ualidius reddebat. Quòd au tē uinū & uinum optimū eſſet factū, nō miniſtri tantū, ſed & ſponſus, & Architriclinus perhibuere teſtimoniū: quòd à Chriſto factū fuerit, miniſtri q aquā hauſerant. Itaq; quāuis tunc occultatū eſſet miraculum, nō tamē diutius ſileri poterat, ſic multos & neceſſarios teſtes ſibi in poſterū aſciuit, & ſanè credibi
le eſt ſpōſum nō prorſus in his ſiluiſſe. Verū euange-
B liſta expoſito miraculo ad magis neceſſaria properat: neceſſariū nanq; erat, ut aqua uinū & uinū bonū factū ſciretur, nō autē quod Architriclino ſpōſus dixerit. Multa.n. ſigna prius obſcura progreſſu tpis manifeſtata ſunt ab his qui à principio uiderunt: tūc Ieſus uinum ex aqua fecit, tunc atq; ēt in præſentia laſciuas & infirmas hoīum uoluntates mutare nō deſinat. Sunt.n. plerisq; hominum nulla aqua meliores frigidi, fluētes, ſemper mutabiles, hmōi homines ad dominū adducendi ſunt, ut eorū uoluntates in uini ſimilitudinem transferat, ne amplius labantur, ſed præteritorum cōpuncti, ſibi & proximo lætitię efficiantur authores. Sed qui nā ſunt hi frigidi? Qui fluxis preſentis uitę rebus incūbunt, qui non contēptis humanis ſeculi delicijs, glorię, potētię, diuitiarū ſunt amatores. Hęc.n. oīa fluxa & caduca ſunt, & nuſquā conſiſtentia, q̄ in præceps ſemper celeri impetu deferuntur. Siquidē qui hodie diues eſt, cras erit pauper: qui hodie in curru, præcone, lictoribusq;, & apparitorib⁹ comitatus magiſtratū gerit, poſtridie nōnunq; in carcerē intruditur, & uelit nolit, alijs oīa relinquit.
C Qui in delicijs uitā agit, qui cōuiuijs diſſoluitur, penè crapula uentrē diſrumpit, ne una quidē die pōt in eadem ſatietate permanere, ſed cōcocto cibo iterū ad id cōpellitur, nihil à torrente differens. Nam quemadmodū in eo prior fluxus alio ſuperincūbente urgetur, ita & nos alio poſt aliū cibo indigemus. Hmōi eſt omniū huius ſeculi rerū natura, ut q̄ ſortita eſt, retinere nunq; poſsit, ſed ſemper fluant, ſemper trahantur: in delicijs aūt & conuiuijs nō ſolùm fluxus, ſed difficultates multę, & mala deprehendūtur. Illa nāq; ſatietas tum corporis robur, tum animi minuit fortitudinem. Neq; ita fluuialiū fluctuum uis ripas excedere & conuellere ſolet, ut deliciæ, laſciuiaq; bonam ualetudinē, & uires oēs facilè ſubtrahit. Quòd ſi medicos percontaberis, oīum propè morborū cauſas inde ortas inuenies. Vilis & tenuis, & ſimplex menſa bonæ ualetudinis mater eſt, ita eam medici appellarunt: & nō ad ſatietatē crapulari, ſanitatē & ſanitatis parentem: contrà ſatietatem morborū ipſa medica arte incurabilium dixerunt: qđ perſpicuum eſt. Siquidem pedum, capitis, oculorū, manuū ægritudines, paralyſis, hydropiſis, icteros, febres lōgæ & acutæ, & plures id genus morbi, nimia crapula contrahuntur, neq;.n. uacat in præſentia oēs enumerare, q non D ex modico & temperato uictu, ſed uoracitate & crapula ingenerātur. Quòd ſi uis ainmi quoq; morbos hinc prouenientes intelligere, auaritia, iactātia, bilis, deſidia, luxuria, oīs deniq; incontinentia hinc ducit originē, nec ſecus ac aſsimi animæ imodicis mēſis & tot beluis diſtractæ luxuriant. Perſtringam & dolores, anxietatesq;, quibus q ſe his addixerunt, afficiuntur: oēs quidē enumerare non poſſumus, in ſumma breui totū explicabo: uaria nanq; & pretioſa menſa nunq̄ auidè, nunq̄ cū uoluptate fruūtur. Vt enim tenuis menſa bonæ ualetudinis, ita & uoluptatis mater eſt: & crapula ut morborū, ita faſtidij & fons eſt, & radix. Vbi enim ſatietas, ibi auiditas eſſe nullo pacto pōt. Vbi nulla auiditas, quo pacto ibi uoluptas erit? Propterea nō tantū prudētia & ualetudine proſpera præſtare diuitibus pauperes uidemus, ſed & lętitia. Quibus manifeſtè cognitis, ebrietatē deliciasq; fugiamus, non in menſis modò, ſed quæcunq; in rebus ſecularibus capiūtur, ea omnia ſpiritualium uoluptate mutemus: & ſcdm prophetam: Delectare in Pſa.16.a
domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, ut preſen E
tibus, & futuris bonis perfruamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cū quo patri gloria, & ſpiritui ſancto in ſecula, Amen.

Homilia.xxij. ex cap. ſecundo.

Oc fecit initium ſignorū Ieſus in Cana Galilææ.

h Plurimum nos diabolus urget, plurimū noſtræ inſidiatur ſaluti. Inuigilandū eſt igitur, & contra illius impetus unumquēq; ſe omni ex parte præmunire oportet: nam uel nimio aditu uiā ſibi q̄ latiſsimā patefacit, paulatim uires accipit. Quòd ſi qua nobis ſalutis noſtræ cura eſt, ne minima quidē in re eum nobis prævalere permittamus, ne mox in moribus prævaleat. Summæ nanq; amentiæ eſt, ut cū ille tantopere animarū noſtrarū perditioni inuigilet, nos contrà pro noſtra ipſorū ſalute non eandē adhibeamus diligentiam. Hunc ergo non temerè in præſentia ſermonē aggreſſus ſum. Timeo ne in medio ēt templo aliquando hic lupus deliteat nō prę
uiſus à nobis, & inſidijs ſuis & noſtra deſidia, oūis aliqua à grege & hac cōcione aberrās diripiatur. Nā ſi eius uulnera ſenſin deprehēderentur, ſi corpus offen F
deretur, nō ſanè eſſet difficile eius inſidias præcauere: uerū cum anima inuiſibilis inuiſibiles plagas acci
piat, ſumma nobis opus eſt uigilantia. Nec tantum 1.Co.2.d
unuſquiſq; ſeipsū probet. Nemo.n. nouit hoīem, ut ſpiritus hoīs qui in ipſo eſt. Oratio oībus in mediū proponitur, cōis indigentibus medicina. Vnumquēque auditorū, quod ad morbum ſuum facit, accipere oportet. Neſcio qui ægrotēt, qui bene ualeāt, idcirco de oībus loquor affectibus, ut ſibi quiſq; accommodatā medicinā inueniat. Nūc in auaritiā, nunc in delicias, nūc in luxuriam inuehimur, rurſus uirtutes laudamus. Timeo.n. nequādo uni nobis morbo uacantibus, alij quo magis laboret, medicinā nō adhibeam. Si unus hic eſſet, nō tam neceſſariū ducerem multiplicē habere ſermonē, ſed in tanta cōcione plurimos eſſe affectus credibile eſt. Quā ob rē non imeritò hac utimur orationis uarietate, q̄ in oēs diffuſa, quo quiſq; indigeat, inueniet: hac gratia & ſcriptura uaria eſt, & uaria loquitur, cū in oēm hominum naturam conditionēq; diffunditur, in qua omnes reperiri affectus neceſſe eſt: licèt non oēs in ſingulis his nos purgati, ſumma cum attentione, quæ nobis ho

G die propoſita ſunt, audiam⁹. Hoc, inquit, fecit initiū ſignorū Ieſus in Cana Galilææ. Diximus quoſdā dicere, nō fuiſſe hoc initiū ſignorū, q̄ illic facta ſunt. Ego non cōtendo hoc. Illud affirmo, poſt baptiſma Chriſtum miracula facere cœpiſſe, ante nullum: hoc ſiue aliud primū fuerit poſt baptiſma, nō admodū quæſitu neceſſariū ducimus. *Et manifeſtauit gloriam ſuam.* Quo nā pacto? Non. n. multi affuerūt, ſed miniſtri tā tum, Architriclinus, ſponſus. Quo, inquā pacto manifeſtauit gloriā ſuam? Ex parte licet, & non tunc, ſecutis tamen tēporibus manifeſtauit, cū oēs id miraculum eſſent audituri. Hactenus nanq; prædicatur, neq; uſpiam latet: nam quòd in illa die nō oēs ſciuerint, ex ſequentibus cōſtat, ſiquidē cū dixerit, Manifeſtauit gloriā ſuam: addidit, *Et crediderunt in eum diſcipuli eius.* Qui ēt anteā admirati eū fuerūt. Vidésne tunc ſigna maximè fuiſſe neceſſaria, quando idonei eſſent diſcipuli, & præſtò ad miracula accipienda? facilius enim crediturі erant, quorū prædicatione uniuerſus orbis ſecutis tēporib⁹ in Chriſtū credidit. Et quo nā modo ſine miraculis eius quiſquā habuiſſet
H cognitionē doctrina, prophetia, miraculū, ſufficientia fuerunt, q̄ oīum animos arriperent. Itaq; iam anima familiarior magis idonea facta eſt, q̄ ſignis & miraculis moueretur. Quare ſæpe euāgeliſtæ nihil operatum Chriſtū dicunt, quando quidē preſentes ad id accipiendū non eſſent idonei. *Poſt hæc deſcendit in Capernaum ipſe, & mater eius, & fratres, & diſcipuli eius, & ibi manſerunt non multis diebus.* Qua nā gratia cum matre abijt in Capernaum? neq; n. illic ullū fecit miraculum, neq; incolę rectè de ipſo ſentiebāt, ſed multis flagitijs laborabant, ut ipſe Chriſtus oſtendit: Et
Luc.10.c tū Capernaum, uſq; ad cœlū delata, uſq; ad infernū defereris. Quoniam, ut mihi uidetur, cū paulò pòſt eſſet Hieroſolymā aſcenſurus, ante Capernaum petijt, ne quo cunq; fratres ſecum & matrē traheret. Parum igitur illic matris gratia cōmoratus, iterum miracula aggreditur. Propterea inquit, quòd nō multò pòſt aſcendit Hieroſolymā, paucis itaq; ante Paſcha diebus baptizatus uenit Hieroſolymā, ubi rem mirā aggreſſus eſt. *Venit in templū, & uendentes oues, boues, columbas, & numularios ſedentes eiecit.* Alius euangeliſta eum dicentē meminit: Nolite facere domum pa
I Mat.21.b tris mei ſpelūcam latronum: hic aūt, inquit, *Domum*
Luc.19.g *negociationis.* Non ut inuicē diſcordent, ſed quòd bis eos eiecerit, non eodē tpe: ſed hoc in operum ſuorū initio, illud iam paſſionis tpe appropinquante: quare uehementiori caſtigatione uſus, latronū ſpeluncā appellauit, nunc in ipſo principio remiſsius agit, ex quo ueriſimile eſt illud iterū factum. Præterea quæſitu dignū eſt, qua gratia adeò Chriſtus hic indignatus eſt, & maximè cum aliās iniurijs, contumelijsq; affectus, Samaritanus & dæmoniū habens appellatus, nihil tale fecerit: nunc nō cōtentus flagello, uerbis ēt in eos inuehitur? Contrà, cur Iudæi qui in collatis beneficijs Chriſtū accuſabant & perſequebantur, cū credibile eſſet tam acri caſtigatione grauius excandeſcere, æquo animo tulerūt? Nulla. n. in eum cōtumelia uſi ſunt, ſed qđ ſignum, inquiunt, oſtēdis nobis, quia hæc facis? Animaduertis inuidiā incredibilem, & quo nā pacto in alios collata beneficia magis eos iritabant? Sed cū ſpeluncam latronū ab his tēplum fieri dicit, oſtendit, q̄ uendebātur, à furto, rapina, auaritia, & alienis calamitatibus cōparata: cū aūt domum negociationis, impudētes eos in negociando ſignificat. Sed qua gratia hoc fecit, cùm mor K
bos eſſet ſabbato curaturus, & alia facturus, q̄ illis tranſgreſsio legis uidebātur? Ne dei cōtemptor & patri cōtrarius exiſtimaretur, id fecit, ut eorum tolleret ſuſpicionē. Non. n. par erat, ut qui pro tēpli honore tantā oſtendiſſet indignationē, ab eius domino alienum animū haberet. Sufficiētes ſanè erāt ſuperiores anni, quibus legi paruerat, q eius erga legislatorē reuerentiam oſtenderent, quodq; nō præuaricaretur: atqui cū credibile eſſet ſuperiorē uitam aut obliuioni mandatā, aut incognitā, ut pote in paupere & uili caſa educati, & cū uilibus cōuerſati, iam in omni frequentia propè diem feſtū, cū multi cōcurrerent, hoc ſui facit experimentū. Neq; tantū illos eiecit, ſed euertit menſas, diſperſit argentū, ut illi ſecum reputarēt, quòd qui ſe pro domus honore periculis exponeret, eius dominū minimè cōtemneret. Neq; ſimulationē in ipſo quiſpiam poterat coniectari, cū non uerbotenus monuiſſet, ſed periculis & contumelijs in medio uulgi & ſacerdotū furori ſe obieciſſet, rem minimè
L contemnendā peregit. Hoc ſanè non ſimulantis, ſed nihil pro diuini tēpli honore recuſantis officiū fuit, hac gratia operi uerba cōſenſerunt. Non. n. dixit domum ſanctā, ſed patris mei. Patrem appellat, neq; Iudæi indignātur: ſimpliciter nanq; patrem acceperūt. Cū aūt in poſterum expreſsius ſe illi æqualē oſtēdit, tūc exacerbati ſunt. Quid igitur illi? *Quod ſignum oſtē dis nobis, quia hæc facis?* O ſummam dementiam, quo nam ſigno opus erat, cū malefacta corriperet, & dei domū tanta purgaret ignominia? Zelus ille pro domus dei honore maximū fuit uirtutis ſignū, quod boni aduerterūt. *Recordati nanq; ſunt diſcipuli eius tūc, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me.* Illi autem Pſa.68.b
prophetiæ nō meminerunt, ſed ſignū quærebāt, dolebāt turpe lucrum auferri, & ut eū ab incepto auerterent, ad miraculum trahere adnituntur, ideo à ſignis abſtinuit, ut anteà cū idem peterēt: reſponderat enim, Generatio mala & adultera ſignū quęrit, & ſi- Mat.16.a
gnum non dabitur ei, niſi ſignū Ionæ prophetę: Sed & Luc.
tunc quidē manifeſtius, nūc latentius, ob nimiā eo- 11 d
rum ſtultitiā. Neq; n. qui primū non petentibus ſignum dederat, petentibus negaſſet, niſi prauam & fraudulentā eorū mētem cognouiſſet. Intellige, q̄ſo, M
quid ſtatim rogauerint: intellige malitiæ plenā percontationem. conſentaneū erat, ut Chriſtus eā curā ſuſciperet, & tandē domus ignominia commoueretur: illi aūt accuſant, & uendere ſibi licere contēdūt, neq; à uendendo deſiſtendū, niſi ipſe ſignū oſtenderet. Quid ad hęc Chriſtus? *Soluite, inquit, tēplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Multa tunc obſcura ad eos locutus eſt, q̄ ad implendā prophetiam erāt futura clariſsima: ut nunc contigit. Nā cū reſurrexiſſet, inquit, à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, qa hoc dicebat de corpore ſuo: & crediderūt ſcripturæ & ſermoni quē dixit Ieſus. His uerbis alij dubitabāt, alii reſpōderunt: *Quadraginta ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?* Secūdā templi ædificationem meminerunt, prima nanq; uiginti annis abſoluta eſt. Sed qua gratia dubitātibus nō aperuit, ſe tēplum carnē ſuā appellare? Euangeliſta, id interpretatur, Chriſtus tacuit. Qua inquā gratia? quoniā ipſius uerbis fidē nō adhibuiſſent: quòd ſi diſcipuli nō erāt idonei, q ea audirēt, multò minus turbæ. Inquit. n. *Cū ſurrexiſſet à mortuis, tunc recordati ſunt, & crediderunt ſermoni & ſcripturæ.* Duo nanque

A eis proponebantur, alterū reſurrectio, alterū longè maius, an deus in ipſo eſſet: utrunq; his uerbis ſignificauit, Soluite templū hoc, & in tribus diebus excita
Rom.1.a bo illud. Quod & Paulus non paruū eſſe diuinitatis ſignū oſtēdens, inquit: Qui prædeſtinatus eſt filius dei in uirtute ſcdm ſpiritū ſanctificationis ex reſurrectione mortuorū Ieſu Chriſti. Quare & hìc & alibi
Inſr.8.d ſæpenumero hoc ſignū in mediū affert: Cū exaltaueritis, inquit, filiū hois, tūc cognoſcetis qa ego ſum. &
Ion.c.1.et iterū: Non dabitur uobis ſignum, niſi ſignum Ionæ
Mat.16.a prophetæ. Et hìc iterū: In tribus diebus excitabo illud. Quoniā hoc uel maximè argumēto ſe non eſſe purum hominē, & mortē ſibi ſubeſſe, & eius uim & bellū grauiſsimū mox ſoluturum oſtēdebat. Idcirco inquit, Tunc ſcietis. Tunc, quādo? quādo uidelicet i reſurrectiōe orbē terrarū ad me trahā, tūc ſcietis me ut deū & dei filiū dilectiſsimū, ad paternā ulciſcendā contumeliā hoc feciſſe. Quid tandem? Non dixit qbus ſignis à negociatione mala abſtinere oporteret, ſed daturū promiſit, quoniā id eos magis iritaſſet, hoc autem magis exterruit. At illi nihil reſponderūt,
B cùm id incredibile uideretur, & ut impoſsibile percōtari neglexerunt. Quòd ſi ſanæ mentis fuerūt, quod tunc incredibile uiſum erat, poſt tot ſigna & miracula profectò quærere & percontari debuiſſent, ut eā ſoluerent dubitationē: ſed ſtulti, aut eius uerbis aures non adhibebāt, aut iniqua interpretatione deprauabant: propterea Chriſtus obſcure ad eos locutus eſt. Eſt aūt hoc in loco quæſitu dignum, qūo diſcipuli Chriſtū à morte reſurrecturū ignorabant? Quoniam adhuc ſpiritali gratia indigni erant. Ideoq; cùm frequenter eis Chriſtus reſurrectionē prædixiſſet, nihil tamen manifeſtè intellexerūt, ſed quid id eſſet inuicē percontabātur. Videbatur enim haud quaquā credibile, quòd ſeipſum poſſet aliquis ſuſcitare, & ita
Mat.16.c ſuſcitari. Nec aliā ob cauſam Petrus reprehenſus eſt, quā quòd cū nihil de reſurrectione ſciret, inquit: Abſit à te domine. Neq; Chriſtus ante rem ipſam hoc manifeſtè diſcipulis reuelauit, ne ſcilicet à principio tanquam rei maximè incredibili diffiſi perturbarentur: neq; n. adhuc planè norant quis eſſet. Manifeſtis nanq; operibus nemo nō crediditſſet: ſolo aūt uerbo
C non ita fides ꝑſtari aſſolet. Hac ratione obſcurè primū locutus, cū re ipſa fidē cōfirmauit, tūc & uerbis prudentiā, & tantā ſpiritus gratiā infudit, ut repentè
Inſ.14.d omnia ad ſe traheret. Ille uobis commemorabit oia inquit. Nā ſi uno dūtaxat ueſperi pudore abiecto diſcipuli fugientes, Chriſtū negauerunt: minimè ſuperioris tēporis operū & uerborū eſſent recordati, niſi ſpiritus ſancti gratiā ſupernè affatim accepiſſent. Qđ ſi à ſpiritu, inquiet quiſpiam, audituri erāt: quid oportuit Chriſtū id prius communicare, præſertim cū nō intelligerent? Quoniam non docuit eos ſpiritus, ſed Chriſti doctrinam in memoriam reduxit quod nō patū in eius gloriam ceſsit. Spiritus itaq; gratiæ infuſio, tam larga, tā exuberans à dei gratia ortū habuit, inde ſua ipſi uirtute donū conſecuti ſunt. Vitæ enim honeſtate atq; ſapientia effulſerūt, magnos ſubierūt labores, & præſentē contempſerūt uitam, nullius eā momenti arbitrati, hinc ſuper oēs elati, tanquā aqui
lę leues altè uolantes, operibus ſuis in ipſum cœlum euaſerunt. Hinc ineffabilē ſpiritus ſancti gratiā conſecuti ſunt. Hos & nos dilectiſsimi imitemur, neq; extinguamus lampades, ſed eleemoſyna clariores reddamus. Huius ignis lux ita ſeruatur, ſi in uaſa oleum dum hanc uitā uiuimus colligamus: quod nobis ne D
que poſt hinc migrationē amplius, neq; niſi p manū pauperū colligere permittitur. Colligamus inquam abūde, ſi cū ſponſo ingredi uolumus: ſin minus, excludemur. Impoſsibile. n. impoſsibile inquam eſt, etſi innumera faciamus bona, ſine eleemoſyna cœleſtis regni uel ueſtibulū quidē attingere. Quam ob rē multa in pauperes utēdū eſt liberalitate, ut arcanis & ineffabilibus illis fruamur bonis: q̄ utinā omnes conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cū quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, nūc & ſemper, & in ſecula ſeculorū, Amen.

Homilia. xxiij. ex cap. ij & iij.

Vm aūt eſſet Hieroſolymis in Paſcha in die feſto,
c *multi crediderunt in nomine eius.* Chriſti tēporibus alij in errore perſtabant, alij ueritatem oppugnabant, nonnulli eā complexi paulò pòſt deſerebant, hos Chriſtus ſeminibus cōparauit, radices tātū in ſuperficie diffundentibus, q̄ quamprimū arescunt. Hos nobis euangeliſta in preſentia ſignificat. *Cū aūt eſſet Hieroſolymis in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, uidentes ſigna quæ faciebat. Ipſe* E
aūt Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eo quòd ipſe noſſet eos. Firmiores erant diſcipuli, non ſignorū tantū gratia, ſed doctrinæ Ieſum ſecuti. Qui craſsiori erāt ingenio, ſignis trahebantur: acutiori uerò, prophetis & doctrina: quibus qui crediderant, ſignis deinde magis cōfirmabantur, hos Chriſtus beatos appellauit. *Inſ.20.g*
Beati qui nō uiderunt & crediderunt,. Quòd autē hi non uerè crederent, ex ſequentibus oſtendit: Ipſe. n. inqt, Ieſus nō credebat ſeipſum eis. Quare? Eo quòd ipſe noſſet oēs, & quia ei opus nō erat, ut quis teſtimoniū perhiberet de homine: ipſe. n. ſciebat quid eſſet in homine, hoc eſt, nō curabat exteriora uerbo, q in ipſos animos ingreditur, qui in humanas cogitationes irrumpit, q eorū feruorē mox infrigeſcere cognoſcebat: neq; ac ſi perfecti eſſent diſcipuli, eis fidebat, nec arcanorū doctrinā tanq̄ fidelibus credebat: Humanorū aūt cordiū cognitio ſolius dei eſt, qui ea formauit. Tu. n. inquit, cognoſcis corda ſolus. Non *Actо.1.d*
opus erat Ieſu teſtibus, ad eas quas formarat mētes cognoſcendas. Norat igitur eorū infirmitati non credendū. Homines. n. utpote q neq; p̄ſentia, neq; futura intelligunt, cū fraudulentis & inſtabilibus ſæpenumero reſ ſuas ſine ſuſpicione cōmunicant: Chriſtus autē abſcondita cordiū manifeſtè intuebatur. Tales F
multi ſunt his quoq; tēporibus, qui ſibi fidei nomen uendicant, facilè ad credendū adducuntur, his neq; nunc Chriſtus fidit, plurima oculit: & quemadmodū nos non eodē modo amicis nomine & re crediMus, ita neque deus. Audi quid diſcipulis dicat: Non *Inſ.15.b*
iam uos dico ſeruos. Vos amici mei eſtis. Vnde, & q̄ ob rē? Quia quæcūq; audiui à patre, nota feci uobis. *Ibid.*
Hac gratia nulla Iudæis ne petētibus qđe ſigna oſtēdebat, quoniā tētandi gratia percontabantur. Nonne & nunc quoq; ſignorū petitio tentantiū eſt? Sunt ſanè & hac noſtra ætate q̄ queрāt, quare & nūc ſigna nō fiunt? Si fidelis es, ut oportet: ſi Chriſtū diligis, ut diligendus eſt, non indiges ſignis: ſigna. n. incredulis dantur. Cur igitur, inquis, Iudęis nō data ſunt? Sūt inquam maximè. Quòd ſi petentes aliquādo nō acceperunt, ideo factum eſt, quoniā nō ut ab incredulitate deſiſterēt, ea q̄rebāt: ſed ut magis malitia ſua obdureſcerēt. *Erat autem homo ex phariſæis, Nicodemus*
nomine, princeps Iudæorū, hic uenit ad Ieſum nocte. Hic in *Cap.3*

Euangelicæ narratiõis progressu Christo, opitulatur:
Inf.7.g dicit.n.Lex nostra non iudicat quẽquã, nisi prius audiat ab eo & cognoscat quid faciat. Aduersus hunc
Iudæi indignati dicebãt: Interroga & uide, quòd pro
Ibidem. pheta ex Galilæa non surrexit. Hic ẽt post passionẽ
multum diligentiæ in sepulturã dominici corporis
adhibuisse perhibetur. Venit.n.ingt, & Nicodemus,
qui uenerat ad Iesum nocte primũ, ferens mixturam
myrrhæ, & aloës quasi libras centũ: hic nunc afficie
Inf.19.g batur quidẽ Christo, nõ tamen ut oportebat, neq;
quo debebat animo, sed adhuc Iudaica imbecillitate detinebatur: ideo nocte uenit, quia interdiu formi
dabat. Sed clementissimus deus, neq; tã frigidũ affectũ pepulit, neq; obiurgauit, neq; indignũ sua duxit
doctrina, sed multa cũ mansuetudine eũ alloquitur,
& arcana aperit, obscurè quidẽ, aperit tamẽ: quippe
qui longè magis uenia dignũ existimauit, quam qui
malitia percontabantur. Illi.n.nullo pacto poterant
excusari: hic etsi reprehensioni, non tantæ tamẽ erat
Inf.12.f obnoxius. Quo igitur euangelista nihil tale de Nicodemo dixit, quemadmodũ alibi, quòd ex principi-
H bus multi crediderunt in eum, pp Iudæos autẽ non
confitebãtur, ne extra synagogã fierent? Quia id totum ex nocturna profectione significauit. Quid ergo, inquit? *Rabbi, scimus quòd à deo uenisti: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cũ eo.* Adhuc humi uertitur Nicodemꝰ, adhuc humanã de Christo habet sniam, & tanq; de propheta loquitur, nihil altũ pp signa coniectatus. Scimus, inquit, quòd à deo uenisti magister. Quid ergo noctu uenis, & clanculũ, ad eũ qui diuina loquitur, qui à deo uenit? Quid nõ apertè profiteris? Sed hoc neq; dicit, neque
Esa.42.a reprehendit Iesus. Calamũ enim contritũ nõ cofringes, inquit, & linũ ardens nõ extingues. Non dicet,
Infr.12.g inquit, neq; clamabit. Et iterũ: Non ueni ut iudicem mundũ, sed ut saluum faciam. *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.* Adhuc secundũ hæreticos loquitur, qui dixerunt Christũ in operibus suis alterius indiguisse auxilio. Quid ad hoc Christus? Considera quæso humilitatem incredibilem. Noluit dicere se nullius egere auxilio, omnia suapte facere potestate, esse dei dilectissimum filiũ,
I & eiusdẽ qua pater potentiæ, eo quòd difficile crediTu uidebatur. Quod.n.semper dixi, & nunc dicã, curæ erat Christo à principio non tã quisnã esset ostendere, quàm ut crederetur nihil cõtra patris facere uoluntatem. Ideoq; uerbis sæpenumero humilioribus locutus est, re aũt quid posset, ostendit. Miracula uirtute summa operatus est. Volo inquit, purgare. Tabitha surge. Extende manũ. Dimittuntur tibi peccata tua, Tace, obmutesce. Tolle grabbatũ tuũ, & uade i domũ tuã. Tibi dico malũ dẽmoniũ exi ab hoc.
Luc.5.e *Act.9.g* *Mat.12.a* *Mar.2.a* *Ibid.4.d* *Ibid.2.b* *Luc.8.d* *Mat.15.c* *Ibid.21.a* *Luc.23.f* *Exo.20.c* *& Mat. 5.d* *Mat.4.c*
Fiat tibi ut uis. Siquis uobis aliqd dixerit, dicite, quia domino his opus est. Hodie mecũ eris i paradiso. Audistis quia dictũ est antiquis, Nõ occides: ego aũt dico uobis, qa ois qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Venite post me, faciam uos piscatores hominũ. Sic in omni euãgelio summã eius deprehẽdimus in rebus authoritatẽ. Et quõnã pacto ei quispiã credidisset, nisi scdm iussa res finẽ assecutæ essent? Potuissent inania deridere præcepta. Verũ cũ re euenerint, etiam inuitis silentiũ imposuit. Ex solis.n.uerbis Iudæi, ut erant impudentes, stultitiam eius arguere potuissent. Quam ob rem hoc in loco Nicodemum alloquens, nihil altũ attingit, sed obscure ex humili ad superna erigit, admonetq; se sibiipsi sufficientẽ ad fa K
cienda miracula. Perfectũ.n.ipsum genuit pater nullius indigentẽ, nullius rei humilis aut abiectæ particiPem. Sed uideamus quo hoc cõfirmet. Dixerat Nicodemꝰ: *Rabbi, scimus quia à deo uenisti magister, & quòd nemo potest facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.* Existimauit se magnũ aliquid dixisse. Quid Christus? Vt ostenderet nondũ uerè cognitionis uestibulũ attigisse, sed extra regiã aberrare, & ipsum & quicunque eadẽ esset sententia, respondit: *Amen amen dico tibi, ni si quis natus fuerit denuò, nõ potest uidere regnũ dei.* Hoc est, nisi iterum nascaris, & uera imbuaris doctrina, longè à regno dei aberras. Sed obscurè dixit, & ut æquiori aio toleraret: nõ apertè ad ipsum sermonẽ uertit, sed ídefinito utitur uerbo, Nisi qs renatus fuerit tantũ: non dicens siue tu, siue qs alius, talẽ de me habet opinionẽ in regnũ non recipietur. Quod nisi hac ratione dixisset, nihil sanè ad propositũ id respõsum. Hoc si Iudæi audissent, irrisissent profectò, & abiissent. Nicodemus aũt & in hoc discendi studium præ se tulit, & propterea obscurè aliquãdo loquitur Christus, ut audiẽtes attẽtiores reddat. Siquidẽ clarũ L
& manifestũ uerbũ fugit nonnunquam auditorem, obscurũ autem ẽt diligentiorẽ efficit. Sententia autẽ est, Nisi genitus fueris denuò, hoc est, nisi spiritus p regenerationis lauacrũ particeps efficiaris, non poteris uerã de me opinionẽ concipere. Ista tua non spiritalis, sed animalis opinio est. Non tamen his uerbis usus est: noluit.n.pro uiribus, & cognitione sua loquentẽ perterrere, sed ad maiorũ cogitationẽ sine suspicione erigit. Nisi qs renatus fuerit denuò. Denuò, hoc in loco, alij è cœlo, alij iterũ exponũt. Quippe q nõ ita nascitur, non põt uidere regnũ dei. Regnũ dei seipsum significat, ostẽdens non esse id tantũ, qd uidetur, sed aliis opus esse oculis ut uideatur. Ad hæc Nicodemus: *Quo*, inquit, *potest homo nasci cũ sit senex?* Rabbi eum appellas, & à deo uenisse dicis, & ei⁹ uerba non intelligis? eo ẽt uerbo uteris, quod multã affert perturbationẽ. Ea enim particula, quo, non multũ credentium, sed adhuc terrena sapientiũ est. Nã & *Gen.18.b*
Sara propterea risit, quia quomodo pârere posset cogitauit, & alij multi hoc uerbo fide exciderunt. Hæretici quoq; hinc in sua perstant opinione, alij quidem M
quomodo natus est Christus, alij quomodo carnẽ accepit inrerrogant, & mentis suæ imbecillitati immensam illã & ineffabilẽ subiiciunt substantiam, q̃ importuna curiositas sapientibus fugienda est. Neq; enim qui quo percontantur, id scient, & à uera excident fide. Propterea Nicodemus cũ dubitaret, modũ inquirit: id enim sibi dici itelligebat, perturbatur, & rem non intelligit. Nam cũ ad Christũ tanquam ad hominem uenisset, audiretq; quã ab homine longè maiora, & quæ nemo unquam audierat: primũ ad id mentem erigit, caligine tamen perstringitur, neque perstat in fide, rei difficultate huc illucq; distractus. Ideo non posse id fieri primũ asserit, inde apertius sibi declarari rogat. *Nunquid*, inquit, *potest in uẽtrem matris suæ iteratò introire, & renasci?* Animaduerti te quo nã pacto, q humanis rationibus spiritalia admiscet, ridicula loquitur, & delirat tanq; ebrius, quoties diuinorũ sensum perscrutatur, neq; eum accipit. Audiuit generationẽ, sed spiritalẽ non intellexit: sed ad carnis traxit uilitatẽ, & tam admirabilem profunDam, q; doctrinã naturali necessitati cõglutinauit, deliramẽta & ridiculas proponit dubitationes: idcirco

Paulus,

Homilia.xxiiij.ex cap.tertio. D

Espondit Iesus, & dixit: Amen amen dico tibi,
nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ dei. Pueri singulis diebus ad magistros proficiscẽtes, & doctrinam accipiunt, & acceptã recitant, nunq; uacãtes, ut scientiæ possessionẽ adipiscantur, interdũ noctes diebus iungũt, & adhuc pro caducis & fluxis rebus sæpenumero illos cogitis: nos aũt à uobis q perfectiori estis ætate, nõ tantu exigimꝰ, quãtũ uos a liberis uestris: non.n.singulis diebus, sed duobꝰ tantũ, & breui eorum parte, ut uos labore leuemus, hortamur oratio ni nostrę aures adhibeatis. Ad hæc & paulatim uobis scripturarũ dicta decerpimus, ut facilè accipere, in mentis uestrę thesauris recodere, memoriæ mãdare, mandata alijs diligẽter exponere possitis: qđ profectò assequimini, nisi perquã somnolẽti, & desidiæ dediti, & puerulis longè hebetiores sitis. Accipiatis igitur dilectissimi, q̃ hesternã concionẽ sequũtur. Hæsitabat Nicodemus, & de huiꝰ seculi generatione locutũ Christũ arbitratus. *Impossibile*, ingt, *senẽ nasci denuò.* Animaduerte nũc quo iterũ Christus, quã gene- E
rationẽ dicat manifestius ostendit: difficilẽ quidẽ ei qui scdm animã tantũ percontabatur, potentem tamen à terrenæ cogitationis humilitate erigere auditorẽ. Quid ergo dicit? Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ põt introire in regnũ dei. Tu impossibile dicis: ego tam necessariũ, ut aliter qs saluus esse nõ possit: quippe q̃ maximè necessaria sunt, ea ẽt facilia fecit deus. Terrena & scdm carnem generatio ex puluere est, ideo recondita sunt ei cœlestia. Quid enim cõe terræ cum cœlo? Spiritalis cœlestes nobis portas perfacilè aperit, intelligitis quot uestrũ in tenebris sitis? Exhorrescite, gemite, formidolosæ minę sunt, formidolosa snia. Non põt, inquit, qui nõ renatus fuerit ex aqua & spiritu introire in regnũ cœlorum. Nõ ita sentiebat Nicodemus. Nihil.n.peius est, q̃ humanis rationibus spiritalia subiicere. Hoc illum impedit, nequid magnũ, nequid profundũ contemplaretur. Ideo nos fideles appellamur, ut humanarũ cogitationũ uilitate contempta, ad fidei altitudinẽ euadamus, & q̃ nos manent bonorum cognitionẽ hauriamus. Quod si Nicodemus intellexisset, non sa F
nè impossibile dixisset, qua ut abduceretur snia, quã diceret generationem Christus ostendit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnũ dei. Voluit eũ minis perterrere & ad credendũ allicere, ne impossibile arbitraretur, & ut carnalis generationis opinionẽ tolleret, aliã (inquit) Nicodeme generationẽ dico. Quid ad terrã deuolueris? Quid hanc naturali subiicies necessitati? Alius partus hic & excellentior nihil cum terrenis cõmunicat, nomine tantũ hæc generatio conuenit, re longè differt. Reiice cõem consuetudinem: alium partũ in duco, quo hoies renasci uolo: aliũ generationis modum affero. Formaui ex terra & aqua, non utile uas euasit, sed deterius factum est: non amplius aqua & terra fingẽdum est, sed aqua & spiritu. Quòd si quis interroget, quo ex aqua, rursus ego illum, quo ex terra? Quo lutum in aliã trãsiuit materiam? Quo unius speciei subiectum, terra.n.sola erat, uaria & diuersa effinxit? Vnde ossa, nerui, arteriæ, uenæ? unde membrana & uasa organica? unde hepar, splen, cor? unde cutis, sanguis, phlegma, cholera? unde tot operationes, tot colores? hęc.n.non terræ sunt, neq; luti. Quo

G terra accepto semine germinat, caro acceptū corrūpit? Quo terra cōmissa nutrit, caro his nutritur, non nutrit? Terra collecta aqua uinū facit, caro id sæpenumero acceptū in aquā uertit. Vnde igitur caro ex terra est, cū contrariā terræ operationē ostendat? Sanè rōne inuenire nō possumus, fide sola possumus. Quòd si q̄ quotidie uidemus & tangimus, fide indigent: quantò magis arcana illa & spiritalia? Nā quem admodū terra inanimata, īmobilis, diuina uolūtate ad tāta miracula producēda uires accepit: ita spiritu & sensibili aqua oia hæc admirabilia, & humanā excedentia cogitationē facilè exoriuntur. Noli igitur, quoniā hęc nō uides, diffidere: neq; n. animā uides, tamen animā esse & eā te habere & aliquid p̄ter corpus esse nō dubitas. Verū Christus nō hoc, sed alio exēplo Nicodemū allicit. Siquidē anima incorporea est, Nicodemus uerò crassioribus adhuc cogitationib⁹ uersabatur. Mediū igitur adduxit exēplū, quòd non ad solidi corporis naturā, neq; ad incorpoream ascēdit, hoc est uētī impetus: & primū ab aqua oritur, q̄ tenuior est q̄ terra, crassior q̄ uētus. Quēadmo
H dum. n. in principio elementū terra subiecta est, totū aūt opificis dei fuit: ita hoc in loco elemētum aqua subiicitur, uerūtamen totū spiritalis est gratiæ: & tūc quidē in animā uiuentē factus est homo, nūc in spiritum uiuificantē. Verū magna est differentia: anima enim uitā alicui nō dat, spiritus aūt non modò per se uiuit, sed alijs uitā largitur: ita mortuos suscitarunt apostoli. Et tunc quidē post factā creaturam homo formatus est, hic aūt contrā. Si quidē ante nouā creaturā nouus homo creatur, & primus nascitur, & tūc mundus transfiguratur. Et quemadmodū à principio totū formauit, ita nunc totū creat. Et tūc, Faciamus, inquit, ei adiutoriū: hìc minime. Quippe q̄ spiritus sancti gratiā accipit, nulla alia re indiget. Qui in
Gene.2.c Christi corpore perficitur, quònam alio ei opus est auxilio? Tūc ad dei imaginē fecit hoiem, nūc deo familiarem reddidit. Tūc pisces & feras homini subiectos fecit, nunc supra cœlos nostrū propagauit iperium. Tunc paradisi incolā cōstituit, nunc cœlū apeuit. Tunc sexta die factus est, nūc prima & ipso principio unà cū luce. Ex quibus oībus cōstat, quòd ad
I aliā meliorē, & nullū finem habiturā uitā hæc efficiebantur. Prima igitur formatio ex terra, hoc est Adæ: altera ex eius latere, mulieris uidelicet: tertia ex semine, ut Abel. Verū nullā harum qūo, & qua fiāt rōne, assequi possumus, q̄q̄ crassiora sint. Quonam igitur pacto de intellectuali per baptismū generatione, & tam admirabili partu rōnē reddemus, q̄ longè altiora sunt, & subtiliora? Nā & angeli qui affuerunt, tam inenarrabilis opis modū minimè enarrare possent. Affuerunt duntaxat, & uiderūt, nihil tamen operati sunt, sed pater tantùm, & filius, & spiritus sanctus. Pareamus igitur diuinæ sniæ, q̄ sensu ipso uisus certior est. Visus. n. sæpenumero fallitur, illa minimè. Nā cū omnia quæcunq; sunt deus effecerit, dignus sanè est cui fides adhibeatur, cū de suo quicquā afferit opificio. Quænā ergo diuina snia est: Quòd generatio est res perfecta, quòd siquis qūo percōtabitur, silentiū ei diuino imponas testimonio, quod maxima est, & certissima demonstratio. Sin iterū rogabit, qua rōne aqua abluimur: rogemus rursus & nos, cur uniuersa terra principiū in hoīs formationē retulit? Nā quòd sine terra homo fieri potuisset, nemini dubium est. Sed, inquiet quispiā, à terra corpus habuisse, ab aqua aūt nihil. Verū in hac re aqua nō parū confert. Quā- K
obrem noli curiosius inuestigare. Nā quòd perneces saria sit aqua, uel inde perspicuum est, quòd cū antè aquam spiritus inspirasset: in hoc tamen non quieuit Apostolus, sed ad aquæ necessitatē ostendendā ait:
Act.6.g Nunquid aquā quis prohibere pōt, ut non baptizentur hi qui spiritū sanctum acceperunt, sicut & nos? Quænā ergo aquæ necessitas: iam absc̄ditū uobis mysteriū aperiam. Sunt & alia, nunc uerò ex oībus unum exposuisse sufficiat: primū diuina in hoc consummantur iudicia, sepultura mortificatio, resurrectio, uita, & hęc simul oia. In qua enim tanq̄ in sepulchro caput immergentibus uetus homo sepelitur, emergētibus nouus resurgit inde. Vt facilè nobis est immergi, & emersos respirare: ita deo ueterē sepelire hoiem, & nouū induere. Præterea hinc patris & filij & spiritus sancti uirtutem hæc oīa implere intelligis. Quod ne cōiectura à me, sed uero sensu dictū intelli
gas, audi Paulum: Cōsepulti, inquit, sumus cum illo Colo.2.b
per baptismum. Et iterū: Noster uetus homo simul Rom.6.d
crucifixus est. Et iterum: Cōplātati facti sumus simi Ibidem.a
litudini mortis huius. Nō solùm aūt baptisma crux L
dicitur, sed crux baptisma. Baptismo enim, quo ego Mar.10.f
baptizor, inquit, baptizabimini, & baptismo habeo baptizari, qd uos nescitis. Nā quemadmodum facilè baptizamur & emergimus, ita ipse moriēs, cū uoluit resurrexit, imo longè facilius, quāuis triduum diuini mysterij dispensatione in sepulchro iacuerit. Cū igitur tantis mysterijs nos deus dignatus sit, uitā dono cōsentaneam exhibeamus, uitā inquam optimam. Quòd si aūt non adhuc digni estis, totis uiribus contendite, ut digni efficiamini, ut fiamus oēs unū corpus, ut simus fratres. Donec. n. dissentientibus, siue patrem quis habeat, siue filium, siue fratrē, nemo sanè uera propinquitate deuinctus inuenitur, spiritali propinquitate ablata. Quid. n. utilitatis lutei corporis cōiunctio, nisi coniungamur & spiritu? Quid nobis terrena cōfert cognatio, si in cœlis sumus alieni? Alienus est catechumenus à fideli, nō habet idē principium, nō eandē ciuitatem, non eundē parentē, nō uictum, nō uestitum, non mensam, non castrū, non domum, nihil cōe. Etenim terrena catechumeni, cœlestia fidelis sunt: huic Christus rex est, illi aūt peccatum & diabolus: huic cibus Christus est, illi qđ cor- M
rumpitur. Et rursus huic uestis tinearū opera, illi aūt angelorum dominus: huic terra, illi cœlum patria. Itaq; cū nihil cōmunicemus, q̄ cū illis nobis cognatio? Sed eandē matrē habenius, eodem partu nati sumus. Nihil hoc ad uerissimę cognationis cōparationē. Studeamus supernæ ciuitatis ciues fieri: quousq; ab ea peregrinamur. Oportet ueterē repetamus patriā, neq; n. paruis rebus periclitamur. Nam si inopia & repentina mors, quod absit, nos inuaderet, & cœlestiū ignari hinc migraremus: nihil nobis innnmera huius seculi bona ad salutē proficerent, quin nos gehenna, uermis uenenosus, ignis in extinguibilis, & catenę maneāt indissolubiles. Sed absit, ut auditorum meorū quispiam eo damnetur supplicio: qđ euitabimus, si sanctis dignati mysterijs, aurum argentū, la-
pides pretiosos super fundamento, secdm Apostolū, 1. Cor.3.e
ædificabimus. Hoc pacto hinc emigrātes diuites apparebimus, si pecunias nō hìc relinquemus, sed per pauperum manus ad perpetuos transferamus thesauros. Si Christo mutuabis, cui multa debemus, non quidē pecunias, sed peccata. Metuemus itaq; pe

A cunias, ut ueniā accipiamus peccatorū. Ipse enim est qui iudicat. Nolimus enim despicere i hoc seculo esu rientem, ut in futuro nos nutriat. Hic eū uestimento operiamus, ne suo nos auxilio nudos destituat. Si ei
Luc.16.f potū dederimus, non dicemus cū diuite: Mitte Lazarū, ut intingat extremū digiti sui in aquā, ut refrigeret linguam meam. Si hic domi hospitē accipiemus, multa nobis in regno suo habitacula prępārabit. Si i carcerē intrusum uisitabimus, ipse nos uinculis liberabit. Si peregrinū colligemus, nos cœlestis regni peregrinos non despiciet, sed supernæ ciuitatis participes faciet. Si infirmo operā pręstabimus, quāprimū nostras curabit infirmitates. Parua igitur saltē exhibeamus, ut pro paruis maxima accipiamus, maxima mercemur. Dum tēpus est seminemus, ut metamus anteq̄ hyems adueniat, dū mare nauigari pōt dum huius negotiationis sumus domini. Sed quādo erit hyems? Quando magnus ille & tremendus dies aduenerit, tūc nō amplꝰ mare hoc spatiosum & immē sum nauigare nobis licebit. Mari nanq; psens hæc uita cōparatur. Nunc serendi tēpus est, tunc messis &
B prouētus. Qui nō semētis tpe, sed in messe seminarit, est sanè ridiculus. Sementis nūc tēpus: nō igitur nūc colligendū, sed dispergendū est. Dispergamus, ut cō gregemus: non cōgregemus, ut messem amittamus: hoc. n. ut dixi tēpus ad serendū nos uocat, ut distribuamus, nō colligamus: erogemus, nō recōdamus. Nolimus tēpestiuū tēpus cōtemnere, sed ubertim semen iaceamus, nec ulla ex parte nostris parcamus facultatibus, ut multiplicē dei in nos remunerationē, liberalitatēq; experiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi per quē, & cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorū, Amen.

Homilia.xxv.ex cap.tertio.

Vod natū est ex carne, caro est: & quod natū est
q *ex spiritu, spiritus est.* Magnis nos mysterijs dignatus est unigenitus dei filius, magnis iquā & diuinis: non qualia nos accipere, sed qualia ipsum exhibere decet. Nā si merita nostra reputabim⁹, nō modò munere nullo, sed supplicio digni sumus. Sed non hoc respicias benignus deus, nō modò nos supplicio liberauit, sed & uitā multò priori potiorē
C largitus est: aliū nobis mundū, aliā cōdidit creaturā. Si qua enim in Christo est, inquit, noua est creatura.
2.Co.5.d Quæ nā? Audi ipsum, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.* Terra excideramus, haud digni quibus hic habitationē cōcederet, in cœlū tamē nos extulit. Principio inuidos nos deprehendit, & maiora largitus est. Ab uno ligno nō abstinuimus, & supernas delicias ipartitus
Ro.11.d est in paradiso permanere no potuimus, & cœlos nobis aperuit. Nō immerito igitur Paulus. O altitudo, inquit, diuitiarū sapiētię & sciētię dei. Nō amplius mater, nō enixus, nō somni, neq; concubitus, nō amplexus, nouū iam naturæ nostræ intexitur opificiū à spiritu sancto & aqua. Aqua aūt accepta est, partus genito factū. Qđ. n. est matrix embryoni, hoc & fide-
Geu.1.b li aqua, Siquidē in aqua fingitur & formatur. Nā primū dictū est. Producant aquę reptile aīæ uiuētis. Ex quo aūt Iordanis alueū ingressus est Christus, non amplius reptilia animarū uiuentiū, sed animas rationales & spiritales aqua producit. Et qđ de Sole dictū
Psa.18.b est. Tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo: hoc lō gè maius de fidelibus in præsentia dici potest. Multò nanq; quā ille clariores diffundunt radios. At qđ in matrice formatur, tpe indiget: quod in aqua mi- D
nimè, sed momento oia perficiuntur. Siquidem ubi caduca uita est, à corporea corruptione principiū accipitur, omnia mora tēporis generantur: ea nanq; natura corporis est, ut tpe perfectionē suam accipiat, sed non ita in spiritalibus. Quid tandem? Quoniam perfecta ab ipso principio opa sua facit spiritus. Sed cū Nicodemus his uerbis perturbaretur, uide qūo Christus ei tanti mysterij arcana aperit. Quod natū est ex carne, caro est: & quod natū est ex spiritu, spiritus est. ab omnibus eum quę sensu percipiuntur abducit, neq; sinit corporeis oculis mysteria perscrutari. Nō disputamus de carne, inquit, Nicodeme, sed de spiritu. Et è uestigio hoc uerbo ad superna eū erigit, nequid sensu subiectū perquirat, cū his oculis spiritū nemo possit intueri. Noli arbitrari, quòd carnē spiritus pariat. Qūo ergo, dixerit quispiā, Christi caro parta est? Nō à spiritu tantū, sed & à carne, qđ Paulus si- Gal.4.a
gnificat: Factū ex muliere, factū sub lege. Spiritus illā formauit, non tamē ex nihilo: (quid. n. opus fuisset matrice?) sed ex carne uirginali. Quónam aūt pacto factum sit, explicare non possum: sed factum est, ne E
quis à natura nostra partū illū alienū putaret. Nā cū etiam sic nonnulli huic generationi non credant, nisi uirginalis carnis particeps fuisset: inquam impiam prolapsi essent opinionē? Qđ natū est ex spiritu, spiritus est. Animaduertis spiritus dignitatē? Dei nāq; essiciens opus apparet: superius. n. inquit, ex deo natos, nunc ex spiritu. Quod natū est ex spiritu, spiritus est. natiuitate aūt hoc in loco non secdm substantiā, sed honorem & gratiam intelligit: quòd si filius hoc pacto natus est, quid in eo quā in cæteris hominibus, qui ita nati sunt excellentius inuenietur? Quomodo est unigenitus? Etenim ego ex deo natus sum sed nō ex eius substātia. Quòd si neq; ipse quid differt à nobis, fortasse aūt hoc pacto spiritu minor inuenietur. Nā huiusmodi generatio ex spiritus gratia facta est. Nunquid igitur ut sit filius, spiritus indiget auxilio? Hęc Iudaica fuit doctrina. Cū ergo dixisset Christus. Qui natus est ex spiritu, spiritus est: & his uerbis etiā perturbaretur Nicodemus, rursus ad sensibile exemplū descendit: *Ne mireris*, inquit, *quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult, spirat.* Hoc uerbū, mi F
reris, eius animi perturbationē significat: perturbabatur. n. quòd non intelligebat, Qui natus est ex spiritu, spiritus est. Qua particula ab omni eū corpore Christus abduxerat. Quā ob rē ad id qđ magis de corpore cōmunicat, nō tamē corporeæ crassitudini omnino subiectum est, descendit, puta incorporea omittit q̄ ille capere nō poterat. Inuenit igitur mediū quoddā inter corpus & incorporeū, hoc est uēti impetū, hinc eū excitat, cū inquit: *Vocem eius audis, sed ne scis unde ueniat, aut quò uadat.* Quod autē dicit, Vbi uult spirat, non loquitur, ac si uoluntate aliqua feratur uentus, sed liberum eius à natura impetū significat. Mos. n. est scripturæ ita etiā de inanimis loqui Rom.8.d
quemadmodū cùm inquit: Vanitati creatura subiecta est nolēs. Significat igitur non posse contineri, & quocūq; uult diffundi, neq; posse prohiberi, quin huc illuc feratur. Et uocē ei⁹ audis, hoc est sonitū: sed nescis unde ueniat, aut quò uadat ita usu uenit his q̄ spiritu generantur. Hęc cōclusio est. Nā si huius, inquit, spiritus quem auditus sensu accipis, & tactu ipe tū intelligis, ne uiam quidē nosti: quonam pacto diuini spiritus operationē perscrutaberis? Præterea ubi

Gult ſpirat, ad paracleti potentiã oſtendendam dixit. Nam ſi uentũ nemo cohibet, quin quò uult, feratur: quantò magis ſpiritus operationem nullæ naturæ leges, nulli corporeæ generationis fines, nulla alia huiuſmodi uis poterũt cohibere. Quòd aũt de uẽto loquatur, inde perſpicuũ eſt cũ inquit: Et uocẽ eius audis. Nõ.n. infideli, & ſpiritus operationẽ neſcienti, de ſpiritu dixiſſet, Et uocẽ eius audis. Senſus igitur eſt, qd quemadmodũ uentus nõ uidetur, ſentitur tamẽ: ita ſpiritalis generatio corporeis oculis nõ comprehenditur. Verũ uentus corpus eſt, quanuis tenuiſsimum. Nã quod ſenſui obiectũ eſt, corpus eſt. Quòd ſi non doles, cũ corpus non uideas, & eſſe eum credis: quid hoc ſpiritali ſermone perturbaris, & tã curioſe rationes exigis, cũ idẽ in corpore non facias? Quid ad hęc Nicodemus? Adhuc in Iudaica uilitate perſiſtit, cũ tã manifeſtũ exemplũ acceperit, petitq; *Quo poſſunt hæc fieri?* Idcirco uehemẽtius eum tangit Chriſtus. *Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?* Nõ malitiæ hoiem, ſed ſtultitiæ potius & ſimplicitatis accuſat. Quòd ſi quis percontaretur, qd hęc generatio cũ Iudaica cõmunicet: rurſum qd nõ cõmunicet rogabo. Etenim
H *Gen.2.d* primi hominis, & ex latere eius mulieris formatio, & *4.Re.3.b* ſterilitũ, & oĩum q̃ per aquas perfecta ſunt, cõſumma *4.Re.6.* tio. Heliſæi ꝓterea miraculũ q ex fonte ferrũ reuoca *a* uit, trãſitus Iudęorũ p rubrũ mare, piſcinę ab angelo cõmotio, Naamã Syri à lepra in Iordane mundatio: hæc oĩa generationẽ, & purgationẽ futurã, tanq̃ in figura præmonſtrarũt. Adhæc prophetarũ dicta hãc
Pſa.21.g generationẽ annunciãt. Annunciabitur domino generatio uentura, & annũciabũt cœli iuſtitiã eius po-
Ibi.102.a pulo, qui naſcetur, quẽ fecit dominus. Et, Renouabi-
Eſa.60.a tur ut aquilæ iuuentus tua. Exurge illuminare Hieru-
Pſa.31.a ſalẽ, Ecce rex tuus uenit. Et, Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates. Iſaac ẽt figura huius fuit generatiõis. Dic quęſo Nicodeme, quo natus eſt Iſaac? Nũquid ſcdm naturæ legem? Minimè. Verũ inter hanc & illam generationẽ medius quidẽ modus fuit: illã quoniã ex coitu: hanc quoniam non ex ſanguinibus facta eſt. Neq; prædicta hæc tantũ, ſed uirginis ẽt generationẽ prædixerũt. Nã cũ nemo facilè crediturus eſſet uirgi-
I nem pãrere, ſteriles primũ, inde etiam anus pepererũt: quanuis longè mirabilius ſit ex uiri latere genitam, quã ſterilem pãrere. Sed cũ illud antiquiſsimũ, & iam obliteratũ fuiſſet, nouus pariẽdi modus ſecutus eſt, & ſteriliũ partus uirginalis partus fidem præceſſit. Hęc omnia Ieſus Nicodemo in memoriã reducens: *Tu es*, inquit, *magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amẽ amen dico tibi, quod ſcimus loquimur: & qd uidimus, teſtamur, & teſtimoniũ noſtrũ nemo accipit*. Hæc autẽ dicit, ut pro illius imbecillitate ad inferiora deſcẽdẽs, orationẽ ſuã magis credibilẽ faciat. Ideo inquit: Quod ſcimus loquimur: & quod uidimus teſtamur: Siqdẽ cũ apud nos ſenſus uſus certiſsimus ſit, cũ perſuadere quid uolumus, ita loqui ſolemus, Non audiſſe nos ſed uidiſſe. Idcirco Chriſtus more hoĩum loquẽs ſibi fidẽ cõciliat. Quòd aũt neq; ſenſibilẽ uiſum, neq; quicquã aliud intelligat, inde perſpicuũ eſt, cũ dixiſſet. Qd natũ eſt ex carne, caro eſt: & qd natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt: addidit, Quod ſcimus loquimur, & qd uidimus teſtamur. Hoc aũt nõdũ natum erat: quo igitur inquit, qd uidimus? Nõne cõſtat quòd de certa generatione & q̃ aliter ſe habere nõ poſsit? & teſtimoniũ noſtrũ nemo accipit. Quod aũt inquit ſcimus, uel de patre & ſe, uel de ſe tãtum dicit. Illã uerò particulã, Nemo accipit: nõ indignantis eſt, ſed uerũ K
enarrantis. Non.n. eos ſtultitię coarguit, quòd tã manifeſta nõ acciperent, ſed re & uerbis ſummam præ ſe fert manſuetudinẽ: quã nuda & leui ueritatis annũciatione nos ẽt edocet, nec quẽpiam ſi nõ perſuademus quæ uolumus, maledictis proſequamur, néue excandeſcamus. Neq; n. ſic mouemus auditorẽ, ſed magis ad incredulitatẽ prouocamus. Abſtinẽdũ igitur ab ira eſt, adnitẽdũq; ut orationẽ noſtrã probabilẽ faciam⁹, nulla nõ modò ira, ſed ne uoce qdẽ altiore, q̃ irę indiciũ eſt. Impediamus igitur equũ, ut deijciamus uectorẽ. Incidamus pẽnas iræ, ne augeſcat. uelox. n. affectus eſt & grauis, quo facilè decipimur: propterea undiq; ei aditus obſtruẽdus. Abſurdũ nãque eſt, ut ferę mãſuefieri poſsint, noſtrã aũt aĩam eſeratã cõdemnemus. Ira uehemẽs ignis eſt, oĩa cõſumit, quippe q̃ corpus corrũpit, animã coinquinat, triſtitiã affert, turpis uiſu. Quod ſi iratus ſeipſum intueri poſſet, nulla alterius idigeret admonitiõe. Nihil.n. irato turpius. Ebrietas q̃dã ira, uel potius ebrietate grauior & dęmone miſerabilior. Verũ ſi clamori modũ imponere curabimus, optimã ſapiẽtię uiam inue L
niemus. Propterea Paulus nõ irã tãtũ, ſed & clamorẽ tollit. Paream⁹ igitur totius ſapiẽtię magiſtro, & quã- *Eph.4.g*
do ſeruis noſtris ſuccẽſemus, eorũ delicta cognoſcamus, & una eorũ nos mãſuetudinis pudeat. Cũ.n cõ tumelias tuas ſilẽtio tolerat, cũ tuis nõ perturbatur maledictis, hinc exemplũ capias. Eſt.n. homo, licẽt ſeruus, & aĩa immortali, & iiſdẽ qbus tu apud cõem dominũ donis atq; beneficiis ꝑditus. Quòd ſi i maiorib⁹ & ſpiritualib⁹ rebus par nobis eſt, & humanæ cuiuſdã & uilis ꝓgatiuę gratia tã mãſuetè nos tolerat: quãnã uenia, qua excuſatione digni ſumus, q diuino metu nõ poſſumus, uel potius nolumus, ut ille noſtro philoſophari? Hęc aĩo agitemus dilectiſsimi, peccata noſtra & humanæ naturę cõmunitatẽ reputemus, ad oẽs mãſuetè loquamur, ut cordis humilitate animis noſtris & ꝑſentẽ & futurã requiẽ inueniamus: Quã utinã oẽs conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, ꝑ quẽ & cũ quo patri gloria, ſpirituiq; ſancto, in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

Homilia.xxvi.ex cap.tertio.

I *terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo ſi* M
dixero uobis cæleſtia, credetis? Et *nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo.* Et *ſicut Moſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipſo, non pereat: ſed habeat uitam æternam.* Sic enim *Nu.21.c*
deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitũ daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam. Quod ſæpenumero dixi, id in præſentia & frequenter repetam, neque ceſſabo. Quid hoc eſt? Cũ profundiſsimarum rerum doctrinam narraturus eſſet Ieſus, & locus hic exigeret, propter auditorum imbecillitatem plerũq; abſtinet, neq; magnitudinẽ ſuã dignis proſequitur ſermonibus, ſed potius pſuaſibilibus. Alta.n. & magna ẽt ſemel narrata, pro auditorũ captu illã poſſunt oſtendere dignitatem: humiliora autẽ & humano intellectui propiora, niſi frequenter repetantur, nõ facilè humilẽ auditorẽ ad alta erigũt. Propterea i humiliori crebrius, q̃ alto ſermone uerſatur. Sed ne hoc aliud afferat detrimẽtũ, & humi diſci pulũ detineat, nõ ſimpliciter poſuit: ſed cauſam affert, cur tã humiliter loquatur. Cũ.n. de baptiſmate & terrena ſcdm gratiã generatione uerba feciſſet, ut

A dictũ eſt: uoluit & ſuã illam arcanam & ineffabilem adducere omiſit tamẽ, & cauſam affert, craſsitudinẽ & imbecillitatẽ auditorũ, quã his uerbis ſignificauit: Si terrena dixi uobis, & nõ creditis: quomodo ſi dixero uobis cœleſtia, credetis? Itaq; eius ſermonum humilitas auditorũ imbecillitati adſcribẽda eſt. Terrena aũt hoc in loco nõnulli de uẽto dictũ arbitrãtur: hoc eſt, ſi exẽplũ à terrenis ſumptũ non creditis, quónã pacto altiora credetis? Verũ terrenũ potius baptiſma dicit, uel qd in terra pficitur, uel qd ad ſuæ ipſius ineffabilis generationis cõparationẽ ita appellat. Nã etſi cœleſtis ipſa generatio ſit, ad illã tamẽ uerã ex patris ſubſtãtia cõparata terrena ẽ. Et nõ dixit, nõ intelligitis: ſed, nõ creditis. Siqdẽ q intellectu difficilia nõ intelligit, meritò ignorãtię accuſatur: q uerò quæ nõ ratione, ſed fide intelligũtur, non accipit: non amplius ſtultitiæ, ſed ſcredulitatis arguitur. His igitur Nicodemo admonito, ne id rationibus pſcrutetur, uehemẽtius eius incredulitatẽ accuſat. Quod ſi generatio noſtra fide credẽda eſt: quónam digni ſunt ſupplicio, q unigeniti generationẽ rationib⁹ inq rũt? Sed fortaſſe dicet qſpiã, qua gratia hęc dicta ſunt
B ſi nõ erant homines crediturí? Quoniã etſi ipſi non crediderũt, futuri tamen homines crediturí erant, & fructũ accepturi. Itaq; Ieſus Nicodemũ corripiẽs, nõ ſolũ ea ſe, ſed alia plura & lõgè maiora cognoſcere, hac adiectione oſtẽdit: Nemo aſcendit in cœlũ, niſi q de cœlo deſcẽdit filius hominis q eſt in cœlo. Et q̃ nã à prædictis cõſequẽtia? Maxima qdẽ & ualde conſentanea. Nã cũ ille diſſiſſet, Scimus qa à deo ueniſti magiſter, eũ nunc coarguit, ac ſi dicat: Ne arbitreris ita me magiſtrũ eſſe, ut multi prophetarũ q à terra ſunt. Ex cœlo uenio, quò nemo propheta aſcendit, ego illic habito. Vides ut qd quã maximũ uidetur, id eius prẽſtãtia ſit idigniſsimũ? Nõ.n. in cœlo tãtũ eſt, ſed ubiq; oĩa implet. Verùm adhuc pro auditoris captu loqtur, ut paulatim altius eũ erigat: filiũ autẽ hominis hoc in loco nõ carnẽ, ſed à maiori ſubſtantia totũ ſeipſum, ut ſic dicã, intelligit. Hic nanq; ei mos eſt, ut nunc à diuinitate, nunc ab humanitate totũ
Nu.21.c. nũcupet. Et *ſicut Moſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto*, inquit, *ſic exaltari oportet filium hominis*. Hoc quoq; uidetur & ſupioribus alienũ, maximè aũt conſentit. Nam cùm incredibilẽ ſuã erga humanũ genus p baptiſma
C liberalitatẽ oſtendiſſet, addit huius cauſam, neq; illa minorẽ, hoc eſt per crucẽ. Quẽadmodũ igitur Pau-
1.Cor.1.b lus ad Corinthios hęc ſimul iũgit beneficia, inqens: Nunqd Paulus crucifixus eſt pro uobis, aut in noĩe Pauli baptizati eſtis? Siqdẽ hæc duo maximè ineffabilem Xp̃i in nos amorẽ præ ſe ferunt, & quòd pro inimicis paſſus ſit & mortuus, & p baptiſmũ integram peccatorũ ueniã largitus. Sed quãnã gratia nõ manifeſtè ſe crucifigendũ aperuit, ſed ad ueterẽ figurã auditores relegauit? Primũ quidẽ, ut ueterum ad noua cognationẽ intelligeret: deinde ut intelligas nõ inuitum ad paſſionẽ ueniſſe, & præterea nullũ ſibi ex eo dãnum, ſed multorũ ſalutẽ ſecuturã. Ne igitur qſpiã diceret, quomodo poſſunt in crucifixũ credẽtes ſalui fieri, cũ ſe à morte nõ liberauit? ueterẽ in mediũ adducit hiſtoriã. Nã ſi ad ęrei ſerpentis ſimulachrum aſpicientes Iudæi, morte liberabãtur: quãto maiori, q in crucifixum credunt, beneficio fruẽtur? neq;.n. qd crucifixus eſt, idcirco eum imbecillitatis arguas, neq; Iudæos ſupiores dixeris, ſed mundũ deus amauit. Ideoq; animale eius tẽplum crucifixũ eſt, ut oĩs
D q credit in ipſum, nõ pereat, ſed habeat uitã æternã. Vides crucis cauſam, & ex ea ſalutẽ? Vides ut figura ueritati cõſentiat? Illuc mortẽ fugerũt Iudęi, ſed tẽporalẽ, huc ſempiternã fideles. Illic ictus ſerpentum ſuſpẽſus ſerpens ſanauit, hic incorporei ſerpentis plagas Ieſus cruci affix⁹ curauit: illic corporeis oculis ſuſcipiẽtes corporis ſalutẽ, hic incorporeis oĩum peccatorũ remiſsionẽ cõſecuti ſunt. Illic ęs ſuſpenſum erat in ſerpẽtis effigiẽ, hic dominicũ corpus à ſpiritu formatũ. Serpẽs illic mordebat, & ſerpens ſanabat: hic mors pdidit, & mors ſaluũ fecit: Ad hæc q interimebat ſerpẽs, ueneno sæuiebat: q liberabat, nullo: itaq; perdidit mors peccatũ, tanquã ſerpentis uenenũ habuit, domini mors id omne ut æreus ſerpẽs uenenũ
Eſa.52.c abſtulit. Peccatũ enim, inqt, nõ fecit, neq; inuẽtus eſt
Coloſ.2.c dolus in ore eius. Hoc eſt quod ſignificauit Paulus: Expoliãs principatus & poteſtates traduxit cõfidẽter palã triũphãs illos i ſemetipſo. Quemadmodũ. n. cùm fortis athleta hoſtem altè erectũ proſternit, clariorẽ facit uictoriã: ita Chriſtus toto orbe ſpectante, hoſtiles conat⁹ euertit: & q i ſolitudine formidabãt, eos ab omnibus feris in cruce ſuſpenſus tutatus eſt.
E Sed nõ dixit, ſuſpendi: ſed, exaltari, ut neq; auditorib⁹ ignominioſum, neque à figura abhorrens uideretur. *Sic enim dilexit*, inquit, *deus mundum, ut filiũ ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam.* Quod aũt dicit, huiuſmodi eſt. Ne mireris qd exaltari debeã ut ſaluemini: ita. n. patri uidetur, q adeò uos dilexit, ut pro ſeruis, & qdẽ ingratis, filiũ daret. Atq; neq; pro amico neq; pro iuſto ſpontè qſpiã id fecit, qd Paulus his uerbis oſtendit: *Rom.5.c.* Vix. n. pro iuſto qs moritur. Sed lõgiori his ſermone uſus eſt, quoniã fideles alloq̃batur: Chriſtus breui, quoniã Nicodemũ, uerũ ſignificãtius. Etenim ſingula uerba magnã uim habent. Nã illud uerbũ, Sic dilexit: & illud, Deus mũdũ: immẽſam amoris ſignificãt uehemẽtiã. Magna enim inter hæc differentia eſt, & minimè conferenda. Qui. n. immortalis eſt, & nullo fine cõprehenditur, q potẽtiſsimus ex terra & cinere factos, & innumeris peccatis obnoxios, & malè de ſe meritos, & ingratos dilexit. Quæ præterea ſequũtur, magnã uim habent: Vt filiũ ſuũ unigenitũ, inqt, daret. Nõ ſeruũ, nõ angelũ, nõ archãgelũ. Nemo unquã pro filio tantã præ ſe tulit charitatem, quantam
F pro ſeruis & ingratis ſeruis deus. Paſsionẽ itaq; nõ apertè, ſed in umbra prædicit. Ex ea autẽ emolumẽtũ manifeſtius enarrat. Vt omnis qui credit in eum, nõ pereat, ſed habeat uitã æternam. Et cũ ea particula, Exaltari oportet: moriturũ ſe ſignificaret, ne Nicodemus humanis affectibus pturbaretur, & omnino interiturũ putaret: uide quo pacto auferat dubitationẽ. Nã cũ dei filiũ datũ dicat, & uitę, & ſempiternę uitæ authorẽ eũ eſſe profiteretur: & profectò q morte ſua uitã aliis elargitur, ppetua in morte minimè eſt futurus. Nã ſi credẽtes in crucifixũ nõ peunt, multò minus ipſe crucifixus, q alios ab iteritu, lõgè magis ſe ipſum uẽdicat. Qui uitã aliis, eã ſibi potius elargietur. Animaduertis ſemp fide opus eſſe? Fõtẽ uitę crucifixũ dixit, hoc nõ facilè humanæ menti pſuadetur, ut ex gentilibus apparet, q adhuc eum irridẽt, & cõtemnunt. Verũ enimuero fides pquã facilè humanæ mentis imbecillitatẽ ſupans ad credendũ nos illuminat. Vnde autẽ tantopere dilexit deus mundũ? Solã charitate, eã ne dilectiſsimi cõtemnemus. Pudeat tã immẽſæ nõ reſpondere dilectioni. Ipſe ne unigenito

G quidē filio nostri gratia pepercit, nos pecuniis in nostrum parcimus detrimentū. Ipse dilectissimū filium pro nobis obtulit: nos pro eo, imo pro nobis argentū offerre nolūmus: & quánā hæc uenia digna sunt? Si hoīum quēpiam pericula & mortem nostri gratia subeuntē uidemus, eum oibus prę ferimus, in primis amicum adnumeramus, & oia nostra ei credimus, neq; adhuc eius nos meritis respondere arbitramur. Erga Christum autem eum gratitudinis modum mi nimè seruamus. Sed ipse animam pro nobis posuit, & pretiosum sanguinē fudit, neq; propterea nos sibi cōciliare potuit, qui neq; pro nobis pecunias erogamus, sed ipsum nudū & hospitē pro nobis mortuū contēnimus: & quisnā, q̄so, à futuro nos supplicio liberabit? Nam si nō deus nos, sed nosmetipsos dānamus, nōne cōtra nos sentētiam ferimus? nōne gehēnā in nos prouocamus, cū q pro nobis aīam posuit eum fame pereuntē cōtemnimus? Et quid ego pecunias memoro, cū etiā si innumeræ aiæ nobis essent, oēs pro eo ponere oporteret? neq; etiā sic pro acceptis beneficiis gratiam retulissemus. Nā qui prior beneficiis est, maximū præ se fert bonitatis īdiciū. Qui
H beneficiū accipit, quandocūq; reddit, nō gratiā init: & maximè cū qui primùm exhibuit, inimicos benefi ciis prosecutus sit: qui uerò accepit, gratiā refert, tursumq; accipit. Sed minimè his mouemur ingratissimi: seruos, mulos, equos auro exornamus, dominū nudū, errantē, ostiatim mēdicantem despicimus, & toruo nonunq̄ oculo indignamur. Atqui pp nos ea libēter mala tolerat. Esuriit, ut deliciis perfruaris: nudus erat, ut incorruptionis uestem induaris: nihil tamen exhibetis, sed uestimenta uestra partim à tineis corroduntur, partim arcæ oneri sunt, & supfluæ curæ possessorib. Ille & hæc, & alia uobis metuēs, nudū se exhibet: sed uos nō in arca uestes recōditis, sed induimini, ut ornati appareatis: cur, nisi ut uulgus uos admiretur? Verū nō tā his indutos uestibus, q̄ sua indigentibus erogantē, multitudo admiratur. Si igitur in admiratione haberi cupis, nudos uesti, ita ēt innumeri te plausus prosequētur. Tunc & deus te, & homines laudabunt, uestibus aūt cōspicuū, nemo: inui debunt potius oēs, cùm corpus ornatum, animam neglectā intuebūtur. Huiusmodi cultus corporis meretrices excolant, quib. uestimenta q̄ anima chariora
I sunt, ornamenta aīæ uirtutis duntaxat amici ample ctantur. Hæc ergo frequenter repeto, repetamq;, nec cessabo, non tam pauperum, q̄ uestrarum animarū gratia. Illi enim, etsi nil à nobis, aliunde tamen aliqd adiumenti consequuntur. Et si nullum consequuntur, sed fame pereant, non multum capiūt detrimen
Luc.16.e. tum. Quid.n. nocuit Lazaro paupertas? quid fames? Vos aūt nemo à gehenna eripiet, nisi pauperum elee mosynæ opitulentur, sed cū diuite perpetuis cruciati bus dānabimini. Verū absit, ut quisq; tā dirā audiat sententiā, sed in sinu Abrahæ oēs recipiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, & spiritu sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxvij. ex cap. tertio.

On enim misit deus filium suum in mundū, ut iu
n *dicet mūdum, sed ut saluetur mūdus per ipsum. Qui credit in eū, nō iudicatur. Qui aūt non credit, iam iudicatus est: quia nō credit in nomine unigeniti fily dei. Hoc est aūt iudicium, quia lux uenit in mundū, & dilexerūt homines magis tenebras quàm lucē. Erant.n.eo*

rum mala opera. Omnis.n.qui malè agit, odit lucē: & non K
uenit ad lucē, ut nō arguātur opera eius. Qui aūt facit ueritatem, uenit ad lucē, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. Magna peccantiū pars in scelerum sordibus diuinæ uisa clemētiæ, nullā gehēnā, nullū esse suppliciū, oīa deū peccata dimittere asseuerat, quorū os Sapiēs his uerbis obstruit, Ne dicas miseratio eius *Eccl. 5.b*
magna, multitudinis peccatorū meorū miserebitur: misericordia.n. & ira ab illo citò proximāt. In peccatores respicit ira eius, & secūdū magnitudinē miseri cordiæ eius multa reprehēsio eius. Vbi igitur dei clemē tia est, si pro peccatorū nostrorū meritis accipiem⁹? Quòd aūt ita se res habeat, audi prophetā & Dauid dicentē, alterū qdē: Tu retribues unicuiq; secundum *Psal. 61.c & Rom. 2.a* opa eius. Quòd aūt i hoc multa dei clemētia ostēdatur, hinc cōstat. Duas nobis uitas deus cōstituit, p̄sentē & futurā. Præsentē, in certamē posuit, futurā, in certaminis p̄miū. Qua nā rōne? Multa & grauia cōmisimus, neq; à pueris in ultimā usq; senectutē abstinuimus, quin innumeris aīam scelerib. coinq̄naremus, nullā eorū à nobis rationē exegit, sed p regenerationis lauacrū his nos absoluit, iustitiā & sanctificationē largitus est: qd ergo q à cunabulis diuinis mysteriis initiatus, deinde multa in peccata prolapsus est? L
Is profectò maioris reus est supplicii: ex ipsis nāq; peccatis post mysteriorū initiationē lōge grauius affligi mur: qd Paulus his uerbis significauit: Irritā qs facies *Heb.10.e* legē Mosi, sine ulla miseratione duob. uel tribus testibus moritur: quātò magis putatis deteriora mereri supplicia, q filiū dei cōculcauerit, & sanguinē testamēti pollutū duxerit, i quo sāctificatus est, & spiritui gratię cōtumeliam fecerit? Maiori igitur supplicio hic obnoxius, uerūtamē ēt huic pœnitētię portas apuit, & multas abluēdi peccati uias p̄buit. Cōsidera, q̄so, quāta hęc sint benignitatis exēpla, ut post lapsum à gratia peccāti & reo nō supplicium, sed emēdationis spatiū, diuina largiatur clemētia. Propterea inqt Xp̄s Nicodemo: Nō misit deus filiū suū in mundū, ut iudicet mūdū, sed ut saluetur mūdus p ipsum. Duo.n. sunt Xp̄i aduētus, & p̄teritus & futurus, sed nō iisdē *A duētus Xp̄i duplex.* de causis: sed p̄teritus nō ut iudicaret, sed ut dimitteret: futurus cōtrà, nō ut dimitteret, sed iudicaret. Propterea de p̄terito inqt: Nō ueni, ut iudicē mundū, sed ut saluū faciā mundū. De futuro: Cū uenerit filius in *Mat. 25.c* gloria patris sui, statuet oues quidē à dextris, hœdos M
aūt à sinistris: & alias quas in hāc sentētiā parabolas locutus est. Atq & prior aduētus iudicii erat secūdū iustitię rationē. Quāobrē? Quoniā ante ipsum naturalis lex fuit, & prophetæ: ppea lex scripta & doctrinæ, signa, & alia plura q̄ nos admonuisse poterant: quorū ratio nō iniuria fuisset exigēda, sed imēsa benignitate sua hæc non inqrit, sed parcit: nā si peccata iudicasset, oēs repētē perissent. Oēs.n. peccauerūt, in- *Roma.3.c* quit, & egēt gloria dei. Vides summā dei clementiā? Atq si tūc nō uenit, ut iudicaret mundū: quo pacto q nō credit, iam iudicatus est, si nondū adest iudicii tps? Aut igitur, inqt, ipsam incredulitatē sine pœnitētia suppliciū (siquidē priuatio lucis per se supplicium maximū est) aut futurū prænunciat. Nam quemadmodum homicida, etsi iudicis sententia sit indēnatus, dānatur tamē ipsius rei natura: ita & īcredulus, siquidē & Adam qua die comedit à ligno, mortuus *Gene. 2.e* est: ea.n. lata est sentētia, In quacūq; die comederitis à ligno, morte moriemini. Atqui uiuebat. qūo igitur mortuus est? Diuina sentētia, & rei natura: quippe q

A seipsum supplicio facit obnoxiū, sub suppliciō est: si nō re, tamē sentētia. Sed neqs cū audiret eū non uenire, ut iudicaret mundū, impunitū peccatū arbitraretur, & pigrior fieret: hāc tollit opinionē, inquiēs: Iā iudicatus est. Nā cū multò pòst tēpore futurum est iudiciū, eius iā formidinē incutit, quòd incredibilē ipsius præ se fert humanitatē: quòd nō solū filiū daret, sed iudicij quoq; tempus differret in longum, ut abluēdi criminis potestas fieret peccatoribus & infi delibus. Qui credit in filiū, nō iudicatur. Qui credit, non curiosius inuestigat, nō percontatur diligētius. Quid igitur, si immundā uitam uiueret, si non rectè
ad.Tit.1.d. operaretur, hoīne uerè qdē fideles esse Paulus inqt? Confitentur te scire noie deū, factis autem negant: ueruntamen in hac uita pp hoc ipsum non iudicari, sed operū grauius postmodū supplicium daturum dicit, infidelitatis aūt causa, eo quòd semel credidit, nō punitur. Vides quo pacto ab horrēdis principiis
Suprà.a in eandē rursus rationē descēdit? Primū inquit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nō introibit in
B regnum dei: nunc autē, Qui non credit in filiū, iam iudicatus est. Noli, inquit, arbitrari q̄quā ei dilationē cōferre. Iā reus est, nisi mutet sentētiam: nihil aūt meliori conditione erit infidelis, q̄ qui iam damnati sunt, & supplicio affecti. Hoc est aūt iudicium, Quia lux uenit in mundū, & dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ lucem. Cuius particulæ hæc est sententia: Idcirco plectūtur quòd tenebras dimittere, luci obuiā fieri, noluerunt. His uerbis omnē aufert infidelib⁹ excusationē. Nā si ad operū rationē exigendam, & errata puniēda uenissem, possent sanè excusari, si me nō sequerētur: sin uerò ad diuidendā lucem à tenebris, quisnam eius miserebitur, q cognita luce in tenebris potius degere perseuerat? Cùm.n. nulla in re nos accusare possint, sed innumera à nobis acceperint beneficia, resiliūt tamē, qd alibi significauit: O derūt, in
Psa. 34.c & 68.a. Infr.15.d quit, me gratis. Et rursum. Si non uenissē, & locutus fuissem eis, peccatū nō haberent. Siquidē qui in tenebris uersatur, deficiēte lumine, aliqua fortasis uenia dignus est: q uerò aduenientē luce tenebras sectatur, mali profectò, prauiq; animi p̄ se fert argumentum. Sed cū multis hoc incredibile uideatur, ut quispiam luci tenebras p̄ferat, adducit causam quare ita affe-
C cti sint. Erāt, inquit, *eorū mala opa. Omnis aūt qui malè facit, odit lucē, & nō uenit ad lucē, ut non arguātur opera eius.* Et profectò nō ad iudicandum, neque ad inquirendū uenit, sed ad dimittenda peccata, & salutē per fidē largiendā. Qua igitur ratione fugerūt? Si iudicatum uenissēt, aliqd habuissent excusationis. Qui.n. alicuius sibi culpæ conscius est, iudicē fugere solet: in dulgenti aūt errātes quoque obuiam fiunt: quòd si ad indulgendū uenit, cōsentaneū erat, ut plurimorū criminum conscij prompto aio se exhiberent, quod multi fecerūt: etenim publicani, & peccatores Iesum sequebātur. Quid ergo his uerbis significauit? q sem per in malitia p̄seuerant. Ipse idcirco uenit, ut uetera peccata dimitteret, & in posterū cautiorem hoīem redderet: uerū cùm nōnulli ita ad uirtutis labores tolerādos fluxi sint & imbecilles, ut cū uita malitię studeāt nūquā se absoluere curātes, eos hoc i loco Xp̄s significauit. Nam cū Christi assertor, ad doctrinæ rectitudinem uitam ēt sanctam addat, ideo ad me uenire formidant, inquit, quoniā à recta formidant uita. Qui.n. gentilium errores sectatur, à nemine liberè reprehenditur: qppe qui eiusmodi deos colunt, & ipsis turpes, & ridiculos, quales ipsi sunt, honores D exhibēt, nō aliena à doctrina sua opa prę se ferūt: q autem dei sunt, & desidiosē uiuunt, oēs & expostulant eos, & accusant: tantæ etiā apud inimicos admirationi est ueritas. Vide igitur q̄ diligenter omne prosequitur. Non.n. inquit, qui malè facit, non uenit ad lucē: sed qui in malis perseuerat operibus, hoc est q semper in perditionis uitiorū luto uersatur, neq; uult meis subiici legibus, sed his præuaricatis, fornicatur licenter, & cætera quæ prohibentur, exequitur: huc enim tanquā in lucem prodiens, fur manifestus deprehenditur, idcirco sub ditionē meam uenire recusat. Multi gentiliū inueniūtur, qui ideo Christianæ religioni se inhærere non posse causantur, quoniā ab ebrietate, fornicatione, & cęteris huiusmodi affectibus nequāt abstinere. Quid igitur? Nōne & Christiani malę & pditę uitę, gētiles uerò philosophię studio sissimi inueniuntur? Quòd multi Christiani pditè uiuant, nō ignoro: quòd aūt Gentiles rectè faciāt, hoc adhuc mihi nō satis cōstat: neq; tu mihi natura ipsa māsuetos, & modestos adduxeris, hoc.n. nō est uirtus: sed eos q cū affectibus trahūtur fortiter resistūt, hos tamen non habes. Futurorū bonorū spes, & ge E
hennæ metus, & alia huiusmodi uix hoīem in uirtute continent: quibus.n. nil horum persuadet, hi minimè uirtutē amplectuntur: siqui aūt simulant, glorię causa simulant: & qui ita affectus est, cū latere opera sua posse cōfidit, minimè à prauis cupiditatib⁹ abstinebit. Verū ne cuipiam cōtentiosi esse uideamur, contendamus ex Gentilibus esse q rectè uiuāt, neq; hoc positioni nostræ contradicit. Quod.n. frequenter, non quod rarò contingit, intelligendū est. Consi dera aūt quo pacto aliunde etiā omnem aufert Gētilibus excusationē. In mundum lucem uenisse dicit: num eā quæsierunt inquit? num laborarūt? nū adnixi sunt ut eā inuenirēt? Venit ad eos lux, neq; obuiā facti sunt: quòd si Christianorū nōnulli malè uiuūt, respondebimus non de his intelligi q Christiani nati sunt, & à maioribus suis pietatē didicerūt, licēt hi fæ
penumero doctrina uitiosa uitā mutauerint: sed de his, ut arbitror, q Gētiliū, uel Iudęorū professione cōtempta, uerā fidem cōplectuntur. Ostendit etiā eā tium neminē fidei se subiecturū, nisi prius rectam si- F
bi uitā persuadeat, & neminem nisi prorsus malitiæ deditus in incredulitate p̄sistere: neq; mihi dixeris eū neq; incontinentē esse, neq; raptorem: non enim hęc sola uirtus est. Quid hæc illi prosunt, si inanis gloriæ seruus sit, & amicorū sodalitatē ueritus, in errore permaneat? hoc non est rectè uiuere: neq;.n. gloriæ seruus minus peccat q̄ fornicator: imo longè plura & grauiora cōmittit. Sed da mihi apud Gentiles aliquē oībus affectibus, & malitia liberum: non inuenies. Nā qui apud eos magni habentur, & pecuniis, & uētri dediti, ut inquit, maximè omniū hominum glorię seruierunt: quod malorum omniū est causa. Hinc & Iudæi in perfidia manserunt, quos arguens Xp̄s inquit: Qūo potestis uos credere, qui gloriam ab in uicem accipitis? Et quid tandē ad Nathanael, cui etiā ueritatem testatus est, hæc uerba non habuit, neq; *Infr.5.g* longiori sermone usus est? quoniā non eo studio uenerat, hic.n. hoc sibi faciēdum constituerat: & quod alij quieti, hic auditioni tempus exhibuit: ille ab alio persuasus, non tamen quin admoneret præteriit. Si- *Supr.1.g*
quidem inquit, Amen amē dico uobis, uidebitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes, & descen-

Gradientes supra filiū hominis. Huic nihil tale, sed de generatione & uita ęterna, diuerso sermone secundum subiectā materiā locutus est. Nā cū ille prophetarum dicta proculdubio crederet, tantùm audire satis habuit: hic aūt cū adhuc dubitaret, non quidē manifestè oīa ei Christus aperuit: sed eius mouit mentem, ut timore timorē eiiceret, cùm non credentem iudicari, & non credere à parua conscientia proficisci diceret. Humanam nanque gloriam magnificiebat, & pluris ꝙ suppliciū. Multi enim, inquit, ex principibus crediderunt in eum, sed pp Iudæos non confitebantur: præterea eū coarguit, cùm dicat nulla alia ratione hoīem non credere, quàm quòd uitam immundā uiuit: & in sequētibus inquit, Ego sum lux: hic autem, Venit lux in mundum: in principijs enim obscurius, inde apertius locutus est. Verūtamē Nicodemꝰ multitudinis gloria mulcebatur, quā ob rem debitā fiduciā habere non poterat. Fugiamus igitur inanē gloriā, quæ cæteris est affectib. uiolentior: hinc auaritia, hinc pecuniarū amor, hinc odiū, bella, pugnæ. Quippe ꝙ plura amat, minimè cōstare poterit: amat H autem nullam aliā ob rem, ꝙ inanē gloriam. Et quanam gratia, dic quæso, eunuchorū, & mancipiorum gregibus, & huiusmodi rebꝰ friuolis, & inanibus multi stipari uolunt? nō necessitatis gratia, sed ut importuni huius affectus obuios oēs testes habeant, horū caput est inanis gloria: qd si abscindemus, reliqua malitiæ mēbra interibūt, & nil prohibuerit, quin terram ut cœlum incolamus: neq; ad malitiam tātùm quos capit aīos impellit inanis gloria, sed & uirtutibus se insinuat: à quibus cū nos abstrahere non possit, in ea maiorem i modū nos offendit, multis nos laboribus subiicit, quorum omnē fructū penitus aufert. Siquidē qui inani gloria mulcetur, ieiuniorum, orationum, misericordiæ omnem mercedē amittit. Quid hoc damno miserius, cū fruſtra uerberemur, & ridiculi fiamus, & superna excidamus gloria? Neq; enim utrūq; & desiderare, & cōsequi possumus: sed si unā optauerimus cœlorū uidelicet gloriā, utranq; consequemur. Quamobrem si gloriū uolumus, humanam fugiamus gloriam, & diuinā dūtaxat prosequamur: hoc pacto & hanc, & illā adipiscemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, p quē, & cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in sęcula, seculorum, Amen.

Infr.12.f.

Infr.8.b.

Homilia.xxviij. ex cap. tertio.

Ost hæc uenit Iesus et discipuli eius in Iudæā terrā, et illic demorabatur cū eis, et baptizabat. Erat aūt et Ioā. baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aq̄ multæ erāt illic, et uenieb̄āt, et baptizab̄ātur. Nō dū. n. missus fuerat Ioānes in carcerē. Facta est aūt q̄stio ex discipulis Ioānis cū Iudæis de purificatione. Nihil ueritate clarius, nihil potētius, nihil mēdacio imbecillio, etsi innumeris obtegatur operimentis: nā etiā sic deprehenditur, & efflluit facilè: ueritas autem nuda oībus proponitur uolētibus ei⁹ pulchritudinē intueri: neq; latere uult, nullū timet piculū, nullas insidias tremit, nullā desiderat multitudinis gloriā, nulli hoium est obnoxia, oīa excedit: etsi innumeris circunueniatur insidijs, tuta pmanet: & q ad eā cōfugiūt, tanquā firmissimo & tutissimo muro ei⁹ uirib. custodiūtur, & latētia oīa & abscōdita in mediū proponit: qđ Christus ad Pilatū his uerbis significauit: Ego palā locutus sum mūdo, ego semper docui in synagoga, & in tēplo, quò oēs Iudęi cōueniūt, & in occulto locutus sum nihil: hoc tūc locutus est Iesus, nūc autem fecit. K Post hęc, inqt, uenit Iesus & discipuli ei⁹ i Iudęā terrā, & illic demorabatur, & baptizabat. Erat aūt Ioānes baptizās i Aenō iuxta Salim: qa aq̄ multę erāt illic, & ueniebāt & baptizabātur. In solēnitatibus in ciuitatē ueniebat Ioānes, ut in mediū dei doctrinā proponeret, & ex miraculis utilitatē, inde sępe Iordanē petebat: nā & illuc multi cōcurrebāt: semp aūt frequētio rib⁹ locis uersabatur: nō ostētationis aut ambitionis gratia, sed studio ut prodesset quāplurimis. Atq; prosequtur euāgelista, nō Iesū, sed discipulos baptizasse: unde cōstat hoc ēt i loco ita itelligi. Et quānā gratia ipse nō baptizauit i spiritusāncto & igne? Spirit⁹. n. nō dū erat datus: meritò aūt nō ipse, sed discipuli baptizarūt, cū uellēt plurimos ad salutarē doctrinā allicere. Et qd tādē discipulis Iesu baptizātibus Ioānes baptizare nō destitit, sed quousq; missus fuit in carcerē id exercuit ministerium? Illa. n. particula, *Nondū missus fuerat in carcerē Ioannes*: In eū usq; diē eū baptizasse significat: atq; Iesu discipuli longè uisi forēt clariores, si us baptizare incipiētibus Ioānes destitisset. Quānam igitur gratia baptizauit? Ne discipulos suos in maiorē contentionē adduceret. Nā si sæpenumero clamitando, & prioribus semper Xpo concessis partibus, se inferiorē pdicando nō psuadebat, ut ad eū accederēt: si hoc ēt addidisset, longè in maiorē contētionē prouocasset: ppea Christus tūc maximè prædicationi suæ fecit initiū, cùm Ioannes longè aberat. Puto autē, & ppea citiorē eius mortem permisisse, ut oēs multitudinis animi ad Xpm cōuerterentur, neq; amplius circa utrūq; eorū scinderētur sentētiæ. Præterea inter baptizandū Ioannes nō cessauit frequenter admonere, & maxima & clarissima de Iesu ostendere, nil aliud dicēs, ꝙ ut in eū q post ipsū uēturus erat, crederēt. Qui igitur hoc pdicabat, quo pacto discipulorū Xpi pstātiā demōstrasset, si à baptismate cessasset? Cōtrariū uisū esset, uel æmulatione, uel ira id facere: cū aūt pdicādo pstiterit, ea uehemētiora ostēdit: neque. n. sibiipsi gloriā cōparauit, sed ad Xpm misit auditores: neq; minus ꝙ discipuli illi fiūt, imo lōgè magis, Quātò minimè suspectū eius erat testimoniū, & maioris apud oēs authoritatis, hoc euangelista Mathæus significat, quòd exibat ad eū Hierosolyma, & oīs Iudęa, & ois regio circa Iordanē, & baptizabantur in Iordane ab eo, cōfitētes peccata sua. Discipulis autē baptizantibus, multi nō persistebāt, ad Ioannē percurrentes: quòd siqs percōtaretur, qd amplius in Ioānis baptismate ꝙ discipulorū fuerit, nihil respōdebimus. Vtrunque. n. similiter spiritus expers erat, & unā eandēq; baptizandi causam habebat, ut. s. Christo conciliaret baptizatos: ut. n. nō semp peragrādo crediturос cōgregaret, oportebat: quòd & in Simone frater, & in Nathanael Philippus, baptizare cōsti tuerāt, ut per id oēs sine labore adducerentur, & ad futuram fidē præpararētur. Quòd autem nihil eorū baptisma præstaret, sequentia manifestant. Quę nā? *Facta est aūt quæstio*, inqt, *ex discipulis Ioānis cū Iudæis, & de purificatione.* Contēdebāt semper cū Christi discipulis discipuli Ioannis apud ipsum etiā Christum. Cùm. n. uiderēt eos baptizare, cœperūt aduersus baptizatos loq, ac si Ioānes apud ipsos baptizādo Xpi discipulos excelleret, & aduocato aliquo ex baptizatis psuadere ei conabātur, nō tamē persuaserūt: nam quòd ipsi accesserint, nō ille qsierit, audi quo pacto euāgelista significauit. Non. n. dixit Iudæum aliquē eos

Inf.18.d.

Matt.3.b

A eos interrogasse, sed quæstionē ex discipulis Ioannis factā cum Iudæo de purificatione. Consídera autē euangelistæ lenitatē: nō enim in quenquam inuehitur, sed pro uitiis crimē extenuat, cū quæstionē factam simpliciter dicit. Nā quòd contenderint, ex sequētibus patet, quæ etiam lenius exequitur. *Et uenerunt*, inqt, *ad Ioannē, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecū trans Iordanem, cui testimoniū perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum.* Hoc est, quē tu baptizasti, quē clarū & conspicuū reddidisti, is eadē quæ tu audet: non tamē dixerunt quē tu baptizasti, siquidē oportuisset eos & supnæ uocis, & spiritus sancti aduentus meminisse: sed, Qui erat tecū trans Iordanē, cui tu testimoniū phibuisti: hoc est, q i discipuli loco habitus est, qui nulla ex parte nobis superior erat, is abs te discedens, baptizat. Nō aūt uerbis eum tantū dolore afficere, sed opera sua superari arbitrabātur. Omnes. n. inquit, ad eū ueniunt: unde cōstat quòd Iudæo cum quo disceptabāt, ei minimè psuaserunt. Hæc autē animi imbecillitate, & ambitione quadā loquebātur. Quid ad hos Ioannes? nō eos coarguit, B ueritus ne se relicto aliud quid mali aggrederentur. *Sed non potest homo*, inquit, *accipere quicquā, nisi fuerit ei datum de cœlo.* Si meū prorsus testimoniū accepistis, iquit, & uerū id arbitramini, discite uel ex eo, nō me, sed illū in honore potiorē. Vos me audistis, uos mihi testimoniū perhibetis, quòd dixerim, Non sum ego Xps, sed missus sum ante illū: quòd si testimonij mei memores estis, dixistis enim, Cui tu testimoniū perhibuisti, nō modò ex eo non minuitur, sed augetur plurimū: præterea nō meū, sed dei testimonium fuit. Si. n. uobis fide dignꝰ uideor, iter alia & me ante illū missum professus sum. Vides quo pacto paulatim diuinā uocē fuisse ostendit? ac si dicat, minister sum, & mittētis mādata nuncio, neq; humanā aucupor gratiā, sed eius patri, q me misit ministeriū exhibeo: nō ergo ad captādam gratiam testimoniū perhibui, sed ad quod missus sum, id anunciaui: quare nolite me propterea magnū existimare: hoc. n. illius ostendit magnitudinē, ille nanque rerum dominus: idcirco addit, *Qui habet spōsam, sponsus est: amicus autē spōsi, qui stat et audit eū, gaudio gaudet propter uocē spōsi.* Et quāobrem q dicit: Non sum dignus, ut soluā eius C corrigiā calceamenti: amicum se eius in præsentia dicit? nō ut extollat se neque ut laudet, sed ut hanc maximè curam habere, neq; inuito se, & ægrè ferente id fieri, sed cordi sibi & quā gratissimum esse ostendat: & hęc sunt quorū gratia maximè omnia fecit: q̄ oīa amici appellatione significauit: non enim tam ministri sponsi quā amici lætantur, & in eius nuptijs exultant. Nō ergo paritatē, absit, sed uoluptatis magnitudinē demonstrare uoluit, simul & eorum imbecillitati indulgens, amicū se dicit: nam & ministrū se dixerat, cū inquit: *Missus sum ante illum.* Præterea quoniā ægrè ferre Iesu opera putabatur, sponsi se amicum appellauit, ut ostēderet nō modò nō ægrè ferre, sed maiorē in modū lætari. Hoc enim effecturus ueni, iquit, & tantū abest ut molestè eius opera ferā, ut tum maximè dolerē, si nō fierent, si ad sponsum sponsa nō accederet, dolore tunc afficerer: non autē nunc cū testimoniū nostrum re comprobatur. Hinc enim probamur, cū id quod uoluimus contigit, & sponsa spōsum cognoscit, & uos hoc testimonio phibetis, cū dicitis quòd omnes ueniunt ad eum: hoc mihi curæ fuit, & propterea oīa feci: cū uerò in præsentia cōtigisse uideā, gaudeo & exulto. Sed qd signi D ficat illa particula, Qui stat, & audit eū? ex similitudine ad propositū uenit. Cū enim sponsi & sponsæ me minisset, quomodo spōsalia fiant ostendit, per uocē uidelicet, & doctrinā ita ecclesia cōciliatur deo, quā- obrē Paulus inquit: Fides ex auditu, auditus aūt per *Ro.10.d* uocē dei: hac ego uoce gaudeo. Id autē uerbum, qui stat: nō temere posuit, sed ut res suas cōpositas, & iā sibi stāndū, & dantē illi sponsam audiendū ostēdat, & quòd seruus sit, & minister, & spes, & gaudiū suū re euenerit prosequitur. *In hoc ergo gaudiū meū impletum est.* Perfectum est, inqt, opus, & officiū meū, nec amplius habēs quod faciamus. Deinde nō præsentē tantū, sed futurū mœrorē prohibens, & futura ex dictis & factis cōfirmat. *Illū*, inquit, *oportet crescere, me autē minui.* Hoc est, meū feci officiū, iā cessabo. Illius opera nunc augētur: quod. n. nunc formidatis, nō in præsentia tantū erit, sed maius indies fiet, quod maximè res nostras claras ostendet. Propterea & ueni, & gaudeo, quoniā Xps magnū accepit incrementū, & ea euenerūt, quorū gratia oīa fecimus. Aiaduerte ꝙ leniter, ꝙ sapiēter illorū sedauit affectus, & inuidiā extinxit, & fruſtra id eos tentare demōstrat, qbus uer- E bis maximè eorū sedat malitiā. Idcirco. n. adhuc eo uiuētе, & baptizāte hæc tractata sunt, ut Xpi excellētiā testaretur, neq; quispiā incredulitatis excusationē haberet: neq;. n. à seipso hęc dixit, neq; aliis interrogātibus: ipsi & percōtatores erāt, & auditores. Nā neq; spōte sua id dicēti ita credidisset, ut post interrogationē. Cū. n. respondentē audirēt, eius certā habuerunt sententiā. Iudęi autē eo quòd ad ipsum miserunt, & eius non crediderūt testimonio, idcirco meritò sibi omnē præciderūt excusationē. Quid igitur hinc erumpimur? Quòd oīum malorū causa est gloriæ īsania, hæc illos in cōtentionē traxit, hęc temerario ausu excitauit, ut ad Iesum ueniētes dicerēt? Quare discipuli *Mat.9.b.* tui nō ieiunāt? Fugiam⁹ hūc affectū dilectissimi, ut ge- *& Mar-* hēnā fugiamus: hic nāq; maximè eius ignē accendit, *2.c* hic diaboli undiq; ditionē propagat, hic ętatē & dignitatē omnē sæuissimo pmit imperio, hic ecclesias huc illuc distrahit, hic ciuilia opera corrūpit, domos funditus, ciuitates, populos, gētes euertit: & si i deser- F tū uenerit, multā & illic uim ostēdit. Nā q sępenumero pecunias, & mūdi illecebras, & uiolētiores corporis uoluptates ualere iubēt, hi nōnunq̄ inani gloria capti, oīa pdiderūt. Qui multū laborauit, pp hūc affectū non laborātis, sed grauiter peccātis pmiū accipiet. Phariseus ꝙ publicanus, pp inanē gloriā minus meruit. Verū hāc accusare nullus labor, oēs. n. cōsentiūt: id aūt q̄rendū quo pacto uincamus. Quo igitur possumus? Si gloriā glorię cōparabimus. Quēadmodū. n. terrenas diuitias cōtēnimus, cū alias speramus diuitias: ita & huius uitæ gloriā, cū longè maiorem & uerā gloriā coniectabimur, contēnemus. Hęc nāque inanis & stulta est, & noie tātū, nō re, gloria: illa uerò cœlestis, uera, q̄ nō homines, sed angelos, & archāgelos, & angelorū dominū, imo & cū his etiā homines laudatores habet. Si illud spectaculū cōtēplaberis, si illas coronas noueris, si ad illum plausum tetrāstuleris, nūquā aduersum te terrena poterūt pualere: neq; hęc magnificacies, si habebis: sin minꝰ, nō ꝙres. Et. n. i huiꝰ seculi regiis, nemo satellitū, iis omisis qbꝰ coronato regi, & i solio sedēti placeat, graculorū uoces, muscarū & culicū obuolātiū stridorē prosequtur: neq;. n. iis ulla exptе potiores hoium laudes iue-

Gniũtur. Humana igitur itellecta miseria, oĩa in tutisimos recondamus thesauros, & manentẽ & incorruptibilẽ gloriam inquiramus. Quam uitam oẽs cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xxix. ex cap. tertio.

Vi desursum uenit, super omnes est: qui est de terra, terra est, & de terra loquitur. Graue quiddã est gloriæ amor, graue inquã, & multarum ipsã spinarũ plena gloria, & q̃ difficilẽ tolli potest fera, & multorum capitum bestia, & in eos quibus fouetur, q̃bus suscipitur armata. Quemadmodũ. n. uermis ligna ex q̃bus nascitur, & rubigo ferrũ cõsumit: ita inanis gloria altricẽ sui aĩam perdit. Quare multa opus est diligentia, ut hũc tollamus affectum. Cõsidera qd hoc in loco discipulis suis hoc morbo affectis dicat Ioannes, & uix eos placat. Ad superiora ẽt hoc addit: Qui desursum uenit, super oẽs est: qui est de terra, terra est, & de terra loquitur. Cùm meum,
H inquit, ubiq; extollatis testimoniũ, & dignissimũ fide esse dicatis: illud uos scire necessariũ est, non licere ut is qui è cœlo uenit, à terreno hoĩe fidem accipiat. Quid aũt illa particula, Sup oẽs est, significat? & qd uobis per eam ostenditur? Quòd nullius indiget, sed ipse sibi satis est, & oĩum maximus: sed ex terra & de terra loquentẽ dicit, non ex sua, sed ex Christi sententia. Si terrena, inquit, dixi uobis, & nõ creditis, Baptisma, terrena appellauit, non quòd terrenũ sit, nisi inefabilis generatiõis ipsius cõparatione: ita nũc de terra loqui se dicit, sua diuinæ doctrinæ cõparata. Nihil enim aliud, de terra loqui significat, q̃ paruas & humiles facultates suas, & quales credibile est, terrenã accipere naturam, si cum dei magnitudine conferantur. Siquidem apud deum omnes sapientiæ thesauri reconduntur. Quòd autem de humanis rationibus nõ loquatur, inde constat: *Qui de terra est*, inquit, *de terra loquitur*. Atq nõ totus erat ex terra, sed pro parte: nã & animã habebat, & spiritus particeps erat, q̃ minimè de terra sunt. Quo igitur de terra esse dicit? Animaduertisne nihil aliud q̃ paruũ se, & nullius ferè momenti, utpote humi reptãtem, & in terra natum Christum autem cœlitus nobis demissum significari? His omnibus eorum affectum extinguens, iam au
I dentius de Christo loquitur: anteà. n. superuacaneũ erat uerba nullum in auditorum mentib. locum habitura effundere: cùm autem spinas incĩderit, meritò iacit semina, inquiens: *Qui desursum uenit, super omnes est: & quod audiuit, loquitur: & quod uidit, testatur, & testimonium eius nemo accipit*. Cùm magnũ quiddã & sublime de Christo locutus esset, rursus in humiliorẽ de eo sermonẽ descẽdit. Illæ nãq; particulæ: Quòd audiuit & uidit: magis secundum hoĩem dictæ sunt. Non. n. uisu, neq; auditu norat quæ norat, sed suapte natura perfectus ex patris sinu procedens, neq; pceptore indigẽs. Sicut, inqt, cognouit me pater, & ego cognosco patrẽ. Quid aũt significat? Quod audiuit, loquitur: & quod uidit, testatur? Quoniã per hos sensus oĩa certè cognoscimus, & digni uidemur quib⁹ credatur, cũ uidimus aut audiuimus, utpote q neq; fingimus, neq; mẽdacia dicimus. Idcirco ut rẽ cõfirmet, inquit Ioannes: Quæ audiuit & uidit, hoc est ue
Infr. 10. c *Infr. 5. c* *Ibid. 15. c.* risima: ita & nos sæpenumero scisciatamur. Vidistine, an audisti? quod si fatebitur, certũ arbitramur testimonium. Ipse autẽ cùm dicit; Sicut audio iudico: &, quæ audiui à patre meo, loquor: &, q̃ uidimus, lo K quimur: & id genus alia, nõ ea gratia dicit, ut aliũde eum accepisse intelligamus. Id enim arbitrari, ultimę amentiæ est: sed ut oẽm impudentibus Iudæis auferat suspicionẽ. Cùm. n. nondum debita de se opinio haberetur, frequenter ad patrem confugit, inde uerbis suis fidem faciens. Et quid admiraris, si ad patrẽ, cũ & ad prophetas & scripturas sæpe descẽdat, & eorum adducat testimoniũ? Illæ sunt, inquiens, q̃ testi- *Infr. 5. f.*
moniũ perhibent de me. Nunqd prophetis minorẽ ipsum dicemus, cũ eorũ accipiat testimoniũ? Absit: nam propter auditorũ imbecillitatem ita loquitur, & à patre audire se dicit, q̃ loquitur, nõ quòd magistro indigeret, sed ut illi crederent nõ esse mendaciũ. Verba autẽ Ioannis hoc significãt, mihi opus est audire ab illo: desursum. n. uenit, qui hæc nunciat, quæ ipse solus manifestè nouit. Ea nãq; uerba, uidelicet, Audiuit & uidit: hanc significant certitudinem. Et testimoniũ eius nemo accipit. Atq & discipuli & multi alij acceperunt, qũo igitur, inquit: Nemo accipit? hoc L
est pauci, & hoc nunc: nam si neminẽ dixisset, qua ratione addidisset, q accepit eius testimoniũ? Signauit, quia deus uerax est. Hoc & in loco discipulos suos tãgit, ac si non multùm ei crediturі essent. Quòd enim neque deinceps ei crediderint, ex sequẽtib. constat. Propterea cũ esset ĩ carcere, ad Iesum eos misit, ut ei magis cõciliarentur: illi autem uix tunc crediderunt: quod Christus significãs dicebat, Beatus qui nõ fue- *Mat. 11. a* *et Luc. 7. d.*
rit scandalizatus in me: & propterea nũc dicebat Ioãnes, Et testimoniũ eius nemo accipit: discipulos suos eruditos, & tantùm non dicẽs quòd pauci essent ei crediturі, & idcirco uerbis eius nõ creditis. Quæ. n. uidit, loquitur: simul & Iudaicam tangit insaniam, atq; dementiam. Quod & euãgelista in principio his uer *Supr. 1. a.*
bis coarguit: In propria uenit, & sui eum non receperunt: hoc nõ uenientis, sed nõ recipientium peccatũ est. *Qui accepit eius testimonium, is obsignauit quia deus uerax est.* Hic & eos perterret, cùm ostendat, qui Xpo non credit, eum non modò, non ipsi, sed ne patri qdem credere. *Quem enim misit deus*, inquit, *uerba dei loquitur*. Loquitur. n. quæ ab illo accepit, & credens illi credit, & incredulus non credit. Signauit autẽ, hoc est ostendit. Inde his uerbis timorem auget: Deus uerax est. Neq; enim aliter quispiam ea nõ crederet, ni- M
si mittẽtem deum mendacij insimularet: & cũ nihil aliud quàm de patre loquatur Christus, qui eum nõ audit, non audit mittentem patrem. Videsne quantam formidinem eis incutiat? Primùm Christum infideles audire contemnebant, ideo periculi magnitudinem eis proposuit, ut discerent, quòd qui Christũ non audiunt, neq; deum audiunt. Hac deinde ratione imbecillitatis eorum magnitudinẽ exponit. *Non*, iquit, *ad mensuram dat deus spiritum*. Et ut dixi, rursus ad humiliorẽ descẽdit sermonem, eumq; & uarium, & intellectu facilem auditoribus reddit. Neq; enim aliter incutere, & augere metum poterat. Nam si de eo magnum & eximium dixisset, non utique credidissent, sed contempsissent potius: idcirco ad patrẽ omnia refert. Rursum tanquam de homine Christo disputans: quid autem inquit, Nõ ad mensuram dat deus spiritum? Nos omnes, inquit, ad mensuram spiritus operationem accipimus, nam spiritum hoc in loco operationem dicit: Hæc. n. est quæ diuiditur, ille sine mensura & integram habet operationẽ: quòd si operationem eius metiri nemo potest, longè mi-

A nus substantiam: uidésne spiritũ infinitũ? Sed quisnã omnẽ spiritus accepit operationẽ? Qui dei opera no
1. Ioã. 1. a. uit, qui dicit: Quod audiuimus, loquimur: & qd uidimus, testamur. Quid igitur iure dubitandũ est? Nihil enim nisi q̃ dei sunt dicit, nihil nisi q̃ spiritus. Et primùm qdẽ de uerbo dei nihil loquitur, sed à patre & spiritu doctrinæ suæ fidem comparat. Quòd. n. deus esset, norant: quòd spiritus ẽt, intelligebant, quanuis non debitã de eo haberent opinionem, ignorabant autem filium: ppea ad patrem & spiritum semper cõfugit, & inde uerba sua confirmat: hac nanque abdita causa, siqs per seipsum hoc cõsideraret, ualde Xpi minueret dignitatem. Non. n. propterea crediderũt, quoniã spiritus operationem haberet: neque eius indiget auxilio, sed sibiipsi sufficiens est. Verũ imbecilliorum suspicione cognita his utitur uerbis. Hæc aũt dico, ne simpliciter scripturas ptereamus, sed dicẽtis considerationem, & auditorum imbecillitatem, & alias: in scripturis causas perscrutemur. Nõ enim oĩa ut uolunt præceptores, sed multa secundum audito
1. Cor. 3. a rum imbecillitatẽ loquũtur. Quam ob rem Paulus:
B Nõ potui, inqt, uobis loq quasi spiritalib⁹, sed quasi carnalibus: tanquã paruulis in Xpo, lac uobis potũ dedi, non escam. Volebam, inquit, tãquã spiritalibus loqui, sed non potui: nõ quòd ipse loq nõ posset, sed quòd auditores intelligere nõ poterãt: ita & Ioannes maiora discipulos docere uoluisset, sed illi non patiebãtur, hac gratia in humilioribus uersatur. Diligẽter igitur inuestiganda sunt oĩa. A scripturis. n. spiritalia arma accipimus, uerũ si ea nos induere, & discipulos armare ignorabimus, ipsa quidẽ proprias habẽt uires, accipientibus aũt nihil afferunt utilitatis. Esto thorax, & galea firmissima, & clype⁹ & hasta: inde qs thoraca pedib⁹, galeã pro capite oculis aptet, clypeo nõ pectus, sed pedes protegat: nũqd huic homini ea arma qd cõferent, & nõ potius lædent? Planè hoc cõstat, non tamen armorũ culpa, sed iis uti rectè nescientis. Ita & in scripturis usuuenit, si earũ ordinẽ cõfundemus, ipsę quidẽ uim suam retinent, nobis aũt nihil cõferũt. Hæc ego & priuatim, & publicè uos frequẽter erudiẽs, nihil amplius proficio, sed secularibus rebus omne uos tẽpus affixos & implicitos uideo. Spi
C ritalia uerò ne in somnijs qdem coniectamini: ppea negligimur, & pro ueritate certantes non multũ ualemus, sed ridiculi gentilibus, Iudæis, & hæreticis effi cimur: quòd si ut in his, alijs quoq; rebus, negligẽtia uteremini: nec sic quidẽ uobis esset ignoscendũ. Sed in secularibus negocijs unusquisq; ense acutior est, & summa diligentia artes exercet, & rempublicã gerit: in necessarijs aũt & spiritalibus quãta uis desidia tor pemus, superuacuis tãquam necessariis utẽtes, & ne cessaria arbitrantes utẽtes. An nescitis non superioris tantũ ætatis hominũ gratia scripturas editas, sed no
Rom. 15. a stri? Nonne audis Paulum dicentẽ: Hæc ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorũ deuenerunt, ut per patientiã & consolationem scripturarum spẽ habeamus? Et licèt me frustra loq nõ ignorem, non tamen cessabo, ita. n. apud deũ excusabor, quãuis nemo me audiat. Qui attẽtè audiẽtibus loqtur, is laboris præmiũ habet auditorũ persuasionẽ. Cuius autem uerba nõ audiuntur, neq; tamẽ cessat, plurimi faciẽdus est, cũ deo placere adnitatur, & nemine attendente suum impleat officiũ. Verùm licèt maius nobis ex cõtemptu nostro pmiũ proueniat, id tamẽ minus desideramus, modò ad uestrã aliqd D
salutẽ proficiamus, maximã mercedem probitatem uestrã ducentes. Hæc dicimus, non ut molestam & grauem uestram faciamus orationem: sed ut affectum in uos nostrum ostendamus, & quo ob desidiam uestrã dolore afficiamur, uos non lateat. Qua desidia utinã oẽs, liberi, magna spiritualiũ cura susceptа, cœlestia bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri glia, simul & spiritui sctõ, nũc & semp, & ĩ secula seculorũ, amẽ.

Homilia. xxx. ex cap. tertio.

Ater diligit filium, et omnia dedit in manu eius:
p Qui credit in filium, habet uitam æternam. Qui autem incredulus est filio, &c. Magna assiduitatis & humilitatis utilitas in omnibus rebus ostenditur. Per eam enim artes meliores reddimus, cùm repentè omnia à magistris discere nequeamus: per eam paulatim ciuitates condimus, per eam uitam nostram sustentamus. Neque admireris, si tantum in secularibus uirium habeat, quandoquidem & in spiritualibus plurimùm possit. Sic enim ab idolatria liberari Iudæi potuerunt paulatim, & in paruis & humilibus rebus à principio, neque doctrinæ, neque uitæ gratia eruditi. Sic post Christi aduẽtum cũ E
sublimioris iã doctrinæ tempus esset, omnes accesserunt apostoli, nihil primũ, altum uel arcanum locuti. A paruis Xps multitudini exorsus est: ita & in præsentia Ioannes, tanquam de homine quodam mirabili loquitur, alta autem & sublimia per umbrã inter serit. Primùm dixit: *Non potest homo à semetipso accipere quicquam*. Inde altius quiddã attingens: *Qui desursum*, inqt, *uenit, supra omnes est*. Rursus ad humilia descendens post alia multa: *Non ad mensuram*, inqt, *dat deus spiritum*. Inde prosequitur: *Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius*. Inde cùm supplicij uim intelligeret, neque ita multitudinis aios bonorum promissione, ut suppliciorũ formidine moueri, his uerbis sermoni suo finẽ ponit. *Qui credit in filium, habet uitã æternã: qui aũt incredulus est filio, nõ uidebit uitam, sed ira dei manet super eum*. Rursus ad patrẽ supplicij ra
tionem refert: nõ. n. dixit ira filij, quanuis ipse sit iudex: sed dei, ut maiorem illis metum incuteret. Nunquid ergo satis est ad uitam ętернã in filium credere? *Matt. 7. c.*
Minimè. Non. n. omnis, inquit, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et peccatum in spiritum, uel solũ est satis quod in gehẽnam detrudat: & quid de patre loquor? Nam si in patrẽ, & filium, & spiritum sanctum rectè credideris, non autem rectè uixeris, nulla tibi ad salutem utilitas. Cũ ergo dicit: Ipsa est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum: nolimus hoc nobis ad salutẽ satis arbitrari. Opus nãq; nobis est & uitæ, & morum puritate pollere, & licèt hoc in loco dicat: Qui credit in filiũ, habet uitam æternã. Nec bona tantùm, sed suppliciorũ quoque formidinẽ proponit, quòd q in credulus est filio, non uidebit uitã, sed ira dei manet super eũ: non tamen dicimus satis esse solam fidẽ ad salutẽ, quod quę de uita sæpe in euangelijs dicuntur ostendunt. Cur. n. nõ dixit, ipsa est uita æterna sola: neque, qui credit in filiũ solum', habet uitã æternã: sed in utroque uitã esse significauit? Nam nisi mores *Infr. 17. a*
sequãtur, sequetur suppliciũ. Et nõ dixit in eo: sed, super eum, hoc est nunquam ab eo discedet. Siqdẽ ne temporalẽ fore mortẽ putares, cũ dicit: Non uidebit uitã: id uerbũ posuit, ut eius demonstraret ppetuitatem: Quod fecit, ut per hæc uerba eos ad Xpm tra-

Cheret. Quã ob rem nõ priuata, sed communi ad eos admonitione usus est, ut facilius alliceret. Nõ.n. inquit, si credetis & non credetis, sed in cõmuni loquitur, nequa posset exoriri suspicio, & uehementius q̃
Supr.3.c. Christus. Siquidem Xps: Qui non credit, iam iudicatus est: hic autẽ, Non uidebit uitam, sed ira dei manet super eũ. Et meritò sanè. Neq; enim idem est aliquẽ de seipso loqui, & de altero. Christũ ambitionis causa ita locutũ & iactatũ existimassent, Ioãnes hac carebat suspicione. Quòd si postmodũ Christus uehementiori sermone usus est, ea potest ratio afferri, quòd iam magnã de ipso Iudęi opinionẽ cõceperãt.
Ca.IIII. *Vt ergo cognouit Iesus*, inqt, *quia audierũt Pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit, & baptizat quã Ioãnes: quãquã Iesus nõ baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæã, et abyt iterũ in Galilæã.* Ipse qdẽ nõ baptizauit, sed nũ cij cũ uellent auditores in eius odiũ excitare, ita ferebant. Sed quãnã gratia discesserit? Non formidinis, sed ut eorũ leniret inuidiam. Poterat nanque & insultantes cohibere, sed noluit hoc frequenter facere, ne de
H eius incarnatione diffiderẽt. Etsi sæpius impulsus fugisset, id ẽt suspiciosum multitudini fuisset: ppea mul
Mat.16.c ta more hominis operatus est. Quemadmodum. n. credi uoluit deũ esse, ita & carnem susceperat esse: hãc ob rem Petrum corripit dicentẽ? Absit à te domine, nõ erit tibi hoc. Tantæ hoc sibi curę fuit. Nã in ecclesiastica doctrina nõ parua hæc portio est, & salutis nostræ principiũ, cuius gratia oia & facta, & pfecta sunt. Sic mors sublata est, & peccatũ, & maledictũ abolitũ, & plurima uitę nostrę collata sunt bona, ideo maximè suã uoluit incarnationẽ credi, quæ nobis principium & fons est innumerabiliũ bonorũ: hinc non humanitatem, sed diuinitatẽ potius latere permisit. Recedens ergo ad eos rursum se contulit, unde prius uenerat. Neque ab re in Galilęã concesserit, sed ut magna apud Samaritanos operaretur, ea q̃ deũ deceret sapientia. & ut nullã Iudæis ne impudẽtem quidem excusationẽ relinqueret, quod euãgelista his uerbis significauit: *Oportebat aũt eum transire per Samariam.* Vt ostenderet præter itineris rationẽ hoc fecisse, cuI ius exemplũ & apostoli secuti sunt. Quemadmodũ enim illi Iudæorũ persecutionibus tũc tẽporis agitati, ad Gentes profecti sunt: ita & Christus, cũ ab illis fugaretur, ad has uenit: ut & in muliere fecit Cananęa: Hęc aũt facta sunt, ut oẽm Iudęis auferret excu-
Act.13.g sationẽ, ne dicerent se relictis, Xpm ad incircuncisos profectũ. Idcirco excusantes se discipuli dicebãt: Vobis oportebat primũ loqui uerbum dei: sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternę uitę, ecce conuertimur ad gentes. Et ipse iterũ: Non ueni
Mat.15.c nisi ad oues, quę perierant domus Israel. Et iterũ: Nõ
Ibidem. est bonũ accipere panem filiorum, & dare canibus. Cùm autẽ eum Iudæi expulerunt, portam gentibus aperuerunt: neque etiã sic in Samariam principaliter profectus est Christus, sed p eam iter fecit. *Præteriẽs ergo, uenit in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta p̃diũ quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat aũt illic fons Iacob.* Quãnã gratia tanta hũc locũ diligentia narrat euãgelista? Ne postmodũ audiẽdo mulierẽ dicentẽ, Iacob pater noster dedit nobis hunc puteũ, mireris.
Ge.34.d. Etenim is locus erat, ubi pro Dina Leui & Symeõ indignati graue illam cædẽ patrati sunt. Et quoniã ad
Samaritani, unde dicti. hoc uentũ est, non ab re fuerit subtexere unde Samaritani originem habuerint. Locus is ois Samaria appellatur. Vnde igitur appellati sunt? Samor mõs à cõditore dictus est, ut testatur Esa. & caput Samororũ K
Esa.7.b. Ephraim. Habitatores aũt non Samaritani, sed Israelitæ appellabãtur: procedẽte tẽpore deũ offenderũt, & regnante Phace surgẽs Thelgamasa, & multas ci-
4.Re.15.f uitates occupauit, & Ele subdidit, quo iterẽpto Osee *et.2.para* regnũ tradidit. In hũc insurgens Salmanasar, alias ce *lip.28.* pit ciuitates, & tributarias fecit. Huic Osee primũ paruit: inde defectione facta, Aethiopibus confœdera tus est: qd cũ Assyrius rex intelligeret, gentẽ illã obsessam cepit, neq; amplius illic habitare pmisit, ueritus ne iterũ deficerent, sed Babylonẽ & in Medos trãslatis, collectitiã hinc inde multitudinẽ in Samariã habitatum misit, ut in posterũ firmũ sibi imperiũ fami liaribus incolis cõfirmaret. His peractis uolens deus potestatẽ suam ostendere, quodq; nõ imbecillitatis sed peccatorũ gratia Iudæos Assyrijs tradiderit, leones in Barbaros emisit, q uniuersam gentẽ perderẽt. His regi nũciatis, misit sacerdotẽ quẽdam, qui popu lo exponeret leges dei: non tamen oino, sed ex parte impietatẽ exuerunt. Procedente adhuc tempore ido lorum cultu abiecto, dei cultum complexi sunt. Cũ L
ita sẽ res haberẽt, reuersi Iudęi, his utpote alienigenis & hostibus æmulabantur, & à monte Samaritanos *Infr.8.f.* nũcuparunt, nec parua hinc inter eos cõtentio, neq; enim oẽs scripturas recipiebant, sed Mosi duntaxat, prophetas paruipẽdebant. Nitebãtur tamẽ in Iudaicam se inserere nobilitatẽ, ad Abraham & progenitorum, & genus suum referentes, utpote qui Chaldęus fuisset, & Iacob patrẽ appellabãt, utpote Abrahę nepotem. Iudæi aũt cũ cęteris & hos abominabantur: unde Xpo exprobrabant, dicentes: Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes. Et cũ descendisset ab Hierusa *Ma.10.a* lem Hiericho, hac gratia Xps Samaritanum uilem, *et Lu.10.* contemptũq;, & abominabilẽ apud eos in se miseri- *f.* cordiã operantem: & in decem leprosis unum alieni genam, pp hoc Samaritanum dicit, & ipsis discipulis ita mandauit: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis. Neq; historię dũ taxat gratia prædij Iacob meminit euangelista, sed ut Iudæos iãdiu repulsos ostenderet. Siquidem pro genitorũ tẽporibus pro ipsis ea loca Samaritani occuparant: quæ. n. eorum maiores cũ sua non essent, M
ceperant, ea hi ob desidiã suã & iniquitatem iãpridẽ possessa amiserunt. Ita & nihil maiorũ uirtus cofert, si nepotes degenerant. Barbari. n. cũ primũ leones experti sunt, ad Iudaicum euestigiò cultũ redierunt: hi tot affecti supplicijs, mores suos minimè emendarunt. Huc itaq; Xps uenit, mollem & lasciuam uitam expellens, laboriosam autẽ & difficilẽ nos erudiens. Non. n. iumentis usus est, sed adeò intentè uadit, ut ex itinere fatigetur. Hoc semp admonet, ut sibiipsi q̃ *Mat.8 c.et* que seruiat, neq; q̃rat superflua, neq; multis indigeat. *Luc.9.g.* Adeò. n. omni nos superfluitate alienos uoluit, ut multis necessariorũ se fraudaret. Idcirco dicebat. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius aũt hominis nõ habet ubi caput reclinet. Propterea plurimũ in mõtib⁹ uersatus est, & in desertis, nõ pdius tãtũ, sed pernox. Hoc Dauid annuncians inqt, De tor- *Ps.109.b* rente in uia bibit: ut eius tolerantiã demõstraret. Idẽ hoc in loco significat euãgelista, *Fatigatus enim ex itinere, sedebat sic sup fontẽ, hora autẽ erat quasi sexta, uenit mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli. n. eius abierãt in ciuitatẽ, ut cibos emerent.* Hinc itineris studiũ, & cibi contẽptũ intelligimus, cũ tanquã re superuacanea utatur, ita discipuli res suas

dispensare

A dispensare didicerant. Non. n. parabant uiaticum, qd & alius ostẽdit euangelista, cũ de fermẽto Phariseorum loquentẽ dicit, quòd putabant panes nõ ferre.
Mat.16.a Et esurientes inducit spicas decerptas manducare &
Ibid.12.a ad ficum ob famẽ uenisse: hæc nil aliud q̃ uentris cõ-
Ibid.21.b temptum, & eius seruitium paruipẽdere nos admonent. Cõsidera, quæso, hoc in loco nihil ferentes discipulos, neq; à principio diei ullã uictus curã habentes: sed quo tpe oẽs prandent, cibos emptũ proficiscuntur: non ut nos qui cũ primũ manè exurgimus, ante oia coquos aduocamus, & de parãdis epulis & mensa diligenter uerba facimus: inde alijs opera damus, secularia diuinis præponẽtes, & q̃ superflua habẽda essent, tanq̃ necessaria exequimur: ideo oía pposterè aguntur. Cõtrà aũt spiritaliũ primũ rationẽ, & quidẽ maximã habere, quibus perfectis hæc alia deinceps attingere oporteret. Neq; laboris studiosus tantũ, sed humilitatis, nõ fatigatus duntaxat ex itinere sedisse, sed relictus solus dimissis discipulis, hic Iesus ostẽditur. Atqui poterat uel non oẽs dimittere, uel alios sibi ministros cõparare, Noluit: etenim di-
B scipulos quoq; his moribꝰ assuefecerat. Et qd mirũ, dixerit fortasse quispiã, si humiles erãt, piscatores & tentoriorum opifices? Erãt sanè. Verũ repentè ad ipsum cœlũ euolarũt, & cunctis regibus clariores eua serunt, digni habiti, q uniuersi orbis domini familia ritate fruerẽtur, & eum ubiq; admirabilẽ sectarẽtur. Illud præterea nõ ignoratis, quòd quãtò quis humiliori gradu ad dignitates assumitur, facilius in superbiæ insaniã effertur, utpote qui expers sit repẽtini & insperati honoris. In hac eos humilitate Christus cõtinuit, & ut ab oĩbus se abstinerent, neq; ministris indigerent. Ipse aũt fatigatus ex itinere, sedebat sic supfontẽ. Vides laboris, caloris, & discipulos expectãdi gratia sedisse Iesum? Norat. n. qd apud Samaritanos esset euenturũ. Nõ tamen pp hoc principaliter uenit. Neq; si propterea nõ uenisset, erat adueniens mulier cula repellenda, q̃ summã erat attentionẽ præstatura. Iudæi. n. ad se uenientem expulerunt, Gẽtiles aliò proficiscentẽ ad se trahunt. Illi inuidebant, hi credũt: illi indignabãtur, hi admirantur, adorãt. Quid igitur, erat tot hoĩum salus cõtemnenda? tam prompti ani
C mi reliquendi? indignũ sanè diuina fuisset benignitate. Quare cũ debita sapientia cuncta ab eo disponãtur, sedendo corpus reficiebat iuxta fontẽ. Erat dies medius, qd euangelista his uerbis significauit: Hora erat quasi sexta, & sedebat sic. Quid aũt per hoc uerbum, sic, intelligitur? Non in sella, nõ in loco honoratiori, sed in terra, ut contingit. Venit mulier ex Samaria haurire aquã. Ecce mulierem pp aliud egressam
Mat.10.a ciuitatẽ, ut impudẽtibus Iudæorũ obiectionibus silentium imponatur, & nequis dicat eũ suum ipsius præceptũ trãsgredi, cũ mandet, ne in Samaritanorũ ciuitatẽ ingrediantur, ipse eos alloquatur. Quòd aũt dicit, nondum uenisse discipulos, ea id gratia meminit euangelista, ut multas sermonis Iesũ ad mulierẽ occasiões afferret. Quid ergo mulier? cũ à Iesũ aquã peteretur, dicente: *Da mihi bibere. Quo tu*, inquit, *Iudæus cũ sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim cotuntur Iudæi Samaritanis.* Vnde eum Iudęũ esse cognouit? Ex habitu fortasse & sermone. Tu aũt mulieris ingenium cõsidera. Nã si cauẽdum erat, Iesum q̃ illam cauere potius decebat. Non. n. dixit, nõ coutũtur Samaritani Iudęis: sed, Iudæi Samaritanis. Abstinet tamen mulier à cõsuetudine ne pec

cet, cũ alterum sua causa peccaturum arbitraretur. D
Neq; tacuit, sed sua sua quod esset præter legẽ corrigit. Sed illud posset quispiam dubitare, qua nã gratia ab ea bibere petierit, cũ lex nõ permitteret. Si quis diceret Iesum præuidisse non daturã, ideo minus petere oportuit. Quid igitur dicendum? Quòd nihil iam referebat eiusmodi obseruationes præuaricari. Qui enim alios ad pręuaricationẽ inducit, ipse longè magis præuaricatur. Nõ. n. quod ingreditur, inquit, per *Mat.15.b* os coinquinat animã, sed qd procedit de ore. Nõ parum aũt Iudæos accusat hic Iesu ad mulierẽ habitus sermo. Illi. n. sæpenumero & uerbis & re allecti minimè pasi sunt persuaderi: hæc aũt breui & nuda rogatione quamprimũ capitur: ipse Iesus ratione hac & uia non instabat. Si qui accedebant, non prohibebat, quanuis discipulis dixerat: In ciuitatẽ Samaritanorũ ne intraueritis, ne accedentes offendatis. Id. n. quàm indignissimũ erat eius humanitate, quare re-
spondet mulieri: *Si scires donũ dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam.* Primum dignã q̃ audiat, eam indicat, neq; contemnendã: deinde quis ipse sit, celat. Nã E
si hoc scisset, euestigiò paruisset, qd de Iudæis haud dicendũ est: qui cũ admonerentur, nihil tamen petebant, nihil dicere cupiebant, qd aliquid afferret utilitatis, sed cõtumelia affectum expellebant. Mulier autem Samaritana q̃ mansuetè respondeat, quæso animaduerte. *Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, unde ergo habes aquam uiuam?* Iam oẽm ab ea quòd uilis esset, & unus ex uulgi hominibus, suspicionem amouit. Neq;. n. simpliciter hoc in loco dominũ, sed honorificè appellat, qd ex sequentibus apparet. Nõ enim irrisit, non exprobrauit, sed primũ hæsitauit. Quòd si non continuò intellexit, minimè mirum. Neque enim Nicodemus intellexerat: inquit enim, Quo possunt hæc fieri? Et iterum: Quo potest *Supr.3.a* homo nasci, cùm sit senex? Et iterum: Nunqnid põt in uterũ matris iteratò introire & renasci? Hæc autẽ mulier longè uerecundius: Domine, inquit, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est, unde ergo habes aquam uiuã? Aliud Christus dicebat, aliud illa intelligebat, tantũ uerba accipiens, neq; altum aliquid pertingere poterat. Atqui petulantius respondere li- F
cuisset: Si haberes aquã uiuã, non me peteres, ipse eã acciperes, sed te iactas. Verũ nihil tale locuta, mansuetè à principio per oẽm sermonem respondit: primùm inquit, Quo tu Iudæus cũ sis, bibere à me poscis? Neq; tanq̃ ad alienum & inimicũ ita locuta est: Absit, ut tecum hoĩe alieni à gente nostra animi & infesti, quicquam cõmunicem. Deinde cũ magna loquentem audiret, & ea quæ inimici maximè carpsissent, non derisit, non cauillata est: sed, *Nunquid*, ait, *tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ hunc, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?* Animaduerte quo pacto in Iudaicã se inserit nobilitatẽ: hoc est, Ille hac usus est aqua, nec habuit qd nobis maius daret. Ostẽdit aũt magnum quiddã & altum ex primo responso intellexisse. Ea nanq; particula, Ipse ex eo bibit, & filij, & pecora: nihil aliud significat, q̃ potiorem quandam aquam concepisse, eam tamen neq; inuenire, neq; manifestè cognoscere. Vt autem apertius dicã: non potes, inquit, dicere, Iacob hunc nobis fontẽ dedisse, alio aũt usum: nam & ipse, & filij, & nepotes eius ex hoc biberunt, neq; bibissent, si habuissent potiorẽ. Tu ergo hoc potiorẽ alium neq

G dare poteris, neq; habes, nisi te q̃ Iacob maiorẽ profitearis. Vnde igitur quã te daturum polliceris aquã habes? At Iudæi non tanta usi essent modestia, q eadem de re sermone habito, & eiusdẽ aquæ mẽtione facta, nihil utilitatis consecuti sunt. Cũ uerò Iesus Abrahæ meminisset, lapidib⁹ eũ persecuti sunt: mulier
Infr.8.g aũt incredibili mansuetudine in medio diei æstu patienter & dicit & audit. Nec ei quicquã in mentẽ uenit, quòd Iudæus dixisset: Credibile est ipsum insanire & delirare, me ad fontẽ expectauit, & uerbis iactabundus nihil præstitit: sed expectat & sedet, dum qd quærit, inueniat. Quòd si mulier Samaritana tãtam adhibet diligentiã, ut aliquid utilitatis consequatur, neq; à Christo discedit, quanuis eũ adhuc ignoret: quã nos ueniam cõsequemur, qui eũ non ad fontẽ, non in deserto, nõ in meridie, neq; in Solis æstu ardẽtissimo, sed sub aurora, sub hoc tecto ad umbrã intuemur, nõ tamen quicquã audire patimur, sed desidemus: Illa ita Iesu uerbis attendit, ut alios aduocet: Iudæi non modò neminem aduocãt, sed accedẽtes
Inf.7.g prohibent, ipediuntq; dicentes: Videte num ex prin-
H cipibus aliquis credit in eũ, aut ex Phariseis? Sed turba hæc q̃ nõ nouit legẽ, maledicti sunt. Imitemur igitur Samaritanam, alloquamur Christũ. Etenim medius nostrũ in præsentia adest, & per prophetas & discipulos suos nobiscũ loquitur. Audiamus, & credamus: quãdiu frustra & inutiliter uiuemus? facere.n. quæ deo nõ placent, id demũ est frustra & inutiliter uiuere, uel potius perditè. Cũ.n. datũ nobis tempus in nullã impendimus utilitatẽ, inutilis impensæ ultimum daturi suppliciũ hinc migrabimus. Nunquid q pecunias ad negociationẽ acceperit, easq; prodegerit, ab eo creditor rationẽ exiget: q aũt uitæ munus perditè cõsumpserit, impune abierit? Nõ propterea deus præsentẽ nobis uitã præstitit, non animam in hoc corpus infudit, ut hac tãtũ fruamur uita, sed ut totis uiribus ad futurã contendamus. Bruta præsenti duntaxat usui sunt: nos idcirco immortalẽ habemus animã, ut ad illius uitæ præparationem oĩa moliamur: equorũ enim, boum, asinorũ, & aliorũ hmõi pecorum si quis utilitatem roget, nullã præter in præsentis uitæ necessitatibus seruitium, usumq; inueniemus. De nobis nõ ita sentiendũ est, sed melius & præclarius domicilium post huius uitæ migrationẽ expectamus: ad qd ut clari perueniamus, oĩa facienda sunt, ut cum angelis iubilemus, & semper regi assista-
I mus: propterea immortalẽ nobis animã & corpus immortale futurũ largitus est, ut perpetuis cũ ipso bonis perfruamur: quòd si terræ inniteris, cũ tibi cœlestia proponantur, considera quãta ignominia assicias eorũ exhibitorẽ, cũ contẽptis q̃ tibi offert cœlestibus, ea terrenis mutare nõ dubites: ideo gehennã minatur, utpote contemptus, ut intelligas quãtis te bonis priuas. Sed absit, ut illud experiamur suppliciũ, sed deo placẽtes ęterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia.xxxi. ex cap.iiij.

Esp̃dit Iesus, et dixit ei: Omnis qui bibit ex hac
T *aqua, sitiet iterum: qui aũt biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternam.* Spiritussancti gratiã, nunc ignẽ, nunc aquã scriptura appellat, ut nõ substantiæ, sed & operationis has intelligẽtias esse demonstret. Nõ.n. spiritus ex differen K
tibus cõstat substantijs, cũ inuisibilis & unius generis sit: & Ioannes qdẽ dicit, Ipse nos baptizabit in spi *Mat.3.c*
ritu sancto & igni. Christus aũt: Flumina de uentre *Infr.7.f*
eius fluẽt aquæ uiuæ: hoc aũt dixit de spiritu sancto quẽ erant accepturi, itidẽ & nũc spiritũ appellat: Qui biberit ex aqua, quã ego dabo ei, nõ sitiet in æternũ. Ita spiritũ ignẽ appellat, ut excitamentũ & feruorem gratiæ & peccatorũ absumptionẽ significet: aquam aũt, ut ablutionẽ & refrigerium, quibus ipsum accipientes animi fruuntur. Etenim tanq̃ hortũ uirentẽ, & fructiferis & semper florentibus arboribus comã tem: ita promptã animã disponit, ut nulla anxietate, nullis satanæ insidijs distrahi sinat, sed oĩa ardentia malitiæ tela extinguat. Tu aũt, quæso, dei sapientiã considera, q̃ leniter mulierculã allicit: nõ à principio dixit, Si scires quis est, q tibi dicit, Da mihi bibere: sed postq̃ occasionẽ illi prębuit, ut ipsum Iudæũ appellaret, & criminaretur, hoc propulsans inquit: Si scires quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo. Quibus uerbis iam ad maiora impulit, ut patriarchæ meminerit. Inde cũ illa diceret: *Nũquid* L
tu maior es patre nostro Iacob? nõ se maiorẽ dixit, uisus enim esset se tantũ iactare, nondũ cognitus, sed latẽter id significat: non.n. simpliciter dixit, Dabo tibi aquã, sed prius Iacob aqua neglecta, suam laudat, à munerũ natura dantiũ uolens differẽtiã ostẽdere, & quantũ ipse patriarchã excelleret. Nam si admiraris, inquit, patriarchã, quòd hãc aquã dederit, inde ego lõgè meliorem tibi dedero, ea accepta, me q̃ Iacob maiorẽ confitearis necesse est. Si cũ dicas: Nunquid maior est Iacob, quoniam hanc aquã dederit? Si illa meliorẽ à me acceperis, profectò me maiorẽ dixeris. Intuere uerum mulieris iudicium, à re ipsa & de Christo & de patriarcha ferentis sniam: uerũ non ita ludęi, sed cùm eiicientem eum uiderent dæmonia, nõ modo patriarchæ non prætulerũt, sed dæmonium habere dixerunt. Samaritana aũt scdm Christi uolũtatem iudicat, ab operibus. Shinc enim ipse iudiciũ
requirit, dicens. Si non facio opera patris mei, nolite *Infg.10.*
mihi credere: si aũt facio, & si mihi non creditis, operibus credite. sic mulier fide adducitur. Propterea cũ audisset Iesus: Nũquid maior es patre nostro Iacob? M
eo omisso, de aqua sic loquitur: Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum. Et comparationem nõ accusandi, sed excellentiã demonstrandi gratia facit. Nõ enim aquam illam uilem & negligendã dicit, sed naturam ostendit. Qui aũt biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternũ. Audiuit aquam uiuã mulier, sed primũ nõ intellexit. Nam cùm aqua uiua sit, etiam quæ semper scaturit, hmõi aquam Christum dixisse arbitrata est: ideo apertius ex utriusq; comparatione Iesus suæ aquæ præstãtiam declarat. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Hinc maximè ex sequẽtibus excellentia digno scitur, horũ enim nihil habet aqua, quã sensu deprehendimus. Quid aũt prosequitur? Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in uitã ęternam. Sicut.n. si quis fontẽ intus habeat, nunq̃ sitiret: ita qui hanc aquam habuerit. Credidit cõtinuò mulier, longè Nicodemo sapientior, sed & fortior. Ille hmõi pluribus auditis neminẽ aduocauit, neq; sibi confidit: hęc apostolico officio functa est, oĩbus audita annuncians, & populum extra ciuitatẽ ad Christum aduocans ac trahens uniuersum. Ille quomo- *Supr.3.d*

A do possunt hæc fieri, inquit: neq; manifestũ spiritus exemplũ à Christo adductũ accipit: mulier uerò primũ parũper hæsitauit, mox nõ expectata confirmatione, ad eius sermonẽ tanquã certũ accipiẽdũ properat: dicente enim Christo, Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam: statim subdidit, *Da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neq; ueniam huc haurire*. Cõsidera quæso, quã paulatim ad ueræ doctrinę altitudinem adducitur. Primùm Iudæum quendam legis transgressorem suspicata est: inde ut hoc crimẽ propulsauit, (absurdũ.n. erat talẽ esse, qui tot bona cõprehenderet,) audita aqua uiua sensu perceptibilem existimauit, tandem spiritalẽ intelligens, credidit huiusmodi aqua posse se tollere sitis necessitatẽ, nõ tamen adhuc quæ nã esset intelligens, ambigebat. Et superius sensu perceptibilẽ credidit, certò tamẽ nescìebat: hinc aũt diligentius intuens, nec eam penitus cõprehendens: Da mihi, inquit, hanc aquã, ut nõ sitiã, neq; ueniã huc haurire. Primũ patriarchę Christũ prætulit, quòd eo fonte nõ indigeret, si illã aquã
B acciperet. Considera quãtò potiorẽ Christũ duxerit. Hoc gratæ & fidelis animæ indiciũ ostendit, quã de Iacob opinionẽ haberet, nouit meliorem, muta uit sententiã: non tamen nimium credula mulier, neque temerè Christi uerba accepit: diligenter inuestigauit, nec incredula, neq; pertinax, quod rogando
Infr.6.d ostendit. Atqui Iudæis dixerat Christus: Qui comedit de carne mea, nõ esuriet: & qui credit in me, non sitiet. Verũ nõ modò nõ crediderunt, sed & scandalizati sunt. Mulier nulla perturbatione affecta imoratur & rogat. Iudęis inquit: Qui credit in me, nõ sitiet: mulieri crasius, Qui biberit ex hac aqua, non sitiet. Spiritalia nullo pscripta fine pollicebatur, ideo mulieris animũ pollicitationibus erigens, adhuc sensibilibus imoratur, quoniã nondũ spiritalia capere poterat. Nã si dixisset: Si credideris in me, nõ sities: nõ utiq; intellexisset qd diceret. Sed quãnã gratia nõ his ad Iudæos usus est uerbis? Quoniã multa signa uiderãt: hæc nullũ, sed tantum uerba audierat: propterea iã suam demonstrat potestatem, eius prædicãdo cõditionẽ, & leniter reprehendendo. *Vade*, inquit, *uoca uirũ tuũ, & ueni huc. Respõdit mulier, & dixit: Nõ habeo*
C *uirũ, dicit ei Iesus: Bene dixisti, uirũ non habeo: quinq;.n. uiros habuisti, & nũc quẽ habes, nõ est tuus uir: hoc uerè dixisti. Dicit ei mulier: Domine, uideo quia propheta es tu.* Papæ quãta mulieris sapientia, quam æquo animo reprehensionẽ passa est. & cur non passa dixerit qui spiã? Cur, dic quæso? nónne & Iudæos sæpenumero & grauiter increpuit? Nõ idẽ est, & q̃ animo absc̃dita sunt, & rẽ clanculũ cõmissam in mediũ proferre. Alterũ enim solius dei est, neq;.n. alius quispiam hominis mentẽ nouit, quã qui mentem habitat: alterũ familiaribus cognitũ. Verũ Iudæi reprehensi, moleste ferunt: & dicente Iesu, Quid me q̃ritis interficere:
Infr.7.c non solùm non admirantur quemadmodũ mulier, sed maledicũt ei, & conuiciantur dicentes: Dæmoniũ habes, quis te quærit interficere? Atqui & ex aliis signis illum cognoscere poterant. Samaritana hoc dũtaxat acceperat, & non modò nihil maledicit, sed admiratur & stupet, & prophetam autumat. At gra uius hanc q̃ illos reprehendit: hoc enim unius peccatũ erat, illud cõmune pluribus, neq; ita cõmunibus ut propriis obiectis criminibus offendimur. Et illi magnũ quid se facturos arbitrabantur, si Christũ pderent: huius uerò peccatũ patebat omnibus, nõ tamen ægre tulit, sed admiratione & stupore perculsa D
est. Hunc ordinẽ & cũ Nathanẽl seruauit. Nõ enim primũ prophetauit, neq; dixit, Vidi te sub ficu: sed cũ
ille dixisset, Vnde me nosti? id respondit. Volebat.n. *Supr.1.g*
& miracula faciendi, & prohetandi occasionẽ ab his qui ad ipsum se conferebant capere, ut magis sibi tribuerẽt, & inanis glorię suspicionẽ tolleret: idem hoc in loco facit. Nã si primò eam quòd uirũ non haberet, increpuisset, & graue uisum esset, & superfluum: sed nactus ab ea occasionẽ, rectè omnia prosecutus est, & audientẽ mansuetiorẽ reddidit. Et qũo prosequitur orationẽ hanc, dicet quispiã: Vade, uoca uirũ tuum? De domo sermo habebatur, & gratia humanam accedente naturam instabat mulier, & eã effla gitabat. Dicit Iesus: Vade uoca uirũ tuũ: quasi opus esset cũ eo communicare. Illa accipiendi cupida, putans hominem alloqui, ut suam celaret turpitudinẽ nõ habeo, inquit, uirũ. Hinc nactus occasionẽ Christus, tempori eã reprehendit, utrunque explicans, & quot uiros habuerit, & quem in præsentia celabat. Quid ad hoc mulier? non ægrè tulit, non abiit, non in cõtumeliã accepit, sed magis admiratur & perstat. E
Video enim, inquit, *quia propheta es tu*. Et intuere eius prudentiã, non euestigiò in ciuitatẽ accurrit, sed obstupescens considerat. Video, inquit: hoc est, uideris mihi propheta esse: qd cũ opinaretur, non amplius terrena rogat, nõ bonã corporis ualetudinẽ, non pecunias, non opes, sed tantũ doctrinam. *Patres nostri*, inquit, *in monte hoc adorarunt*. Abraham significans, qui filiũ illuc oblaturus duxisse dicitur. *Et quomodo* *Gen.22.c*
uos dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet? Animaduertis enim quàm breui altiora aggreditur? Nã cui modò de sedanda siti cura erat, iam doctrinę pcepta perquirit. Christ⁹ aũt nõ soluit, neq; enim hoc ei propositũ erat, sed simpliciter respõdet: altius tamen mulieris animũ erigit, nõ tamen priusquam se prophetam profiteretur, ut maiorẽ uerbis suis fidem faceret, ne amplius illa dubitaret. Pudeat igitur nos, & erubescamus: quinq; uirorũ mulier & Samaritana, tãtã in discẽdo adhibet diligentiã, ut neque diei tpe, neque aliis occupationibus à Iesu doctrina abduceretur: nos uerò non modò nihil ad diuinarũ rerũ eruditionẽ inquirimus, sed i oĩbus securè & eodẽ modo afficimur, propterea oĩa negligimus. Quis F
nostrũ, quæso, repetita domo, aliquod Christiano dignũ opus aggreditur? Quis scripturarũ sensus perscrutatur? Nemo sanè, sed alueolos & talos frequenter inueniemus, libros quam rarissimos: quos si qui habent, ac si nõ haberent, clausos in scrinijs seruant, uel oẽ suũ studiũ in membranarũ tenuitate, in literarum characteribus quã pulcherrimis consumunt: nõ ut legant, nõ ut usum inde aliquẽ cõsequãtur, sed ut diuitias, ut ambitionẽ ostẽtẽt, in his studẽt. Tãta est inanis gloria, nullũ ambitiosum audio, q librũ intelligat, sed aureas tantũ literas admiratur. Quid q̃so hoc lucri? Nõ propterea nobis scripturę datę sunt, ut in libris dũtaxat habeam⁹, sed cordi insculpam⁹. Itaque hęc librorũ possessio Iudaicæ ambitionis est, q-bus i literis pcepta data sunt nobis nõ ita, sed i tabulis cordis carneis. Nõ aũt libros cõparari prohibeo, sed admoneo, & maiorẽ i modũ rogo, ut eos cõparemus: ita tamẽ, ut & literas & sensus frequenter aio repetam⁹, ut hoc pacto mũdus efficiatur. Nã si i qua cũq; domo euãgeliũ est, illuc diabolus igredi nõ audet: quantò minus animã ei assiduis lectionib⁹ sanctis

Gliarē, neq; dæmon, neq; peccatū attinget? Sanctifica igitur animam, sanctifica corpus, hoc continget, si euāgeliū semper & animo habueris & lingua. Quòd si linguæ obscœnitas animā coinquinat, si dæmones uocat, perspicuū est spiritali lectione eā sanctificari, & gratiā spiritussancti affatim infundi. Diuini cantus sunt scriptura, hinc nobis & animæ nostrę affectibus remediū petamus, cuius utilitatē si intuere mur, incredibili ei attentione uacaremus. Hæc ego frequēter dico. Annon perquā absurdum est, ut fori homines, aurigarū & saltatorū nomina, genera, ciuitates, actiones, mores, necnō equorū uirtutē, & qd singuli possint, memoriter teneant: qui aūt huc se cōferunt, oium penitus ignari discedant, immo & libro rum suorū numerū ignorēt? Quòd si uoluptatis gratia illa prosequeris, longè maiorē in his ostēdā. Quid enim iucundius, quæso, quid mirabilius? Hominēm ne cum homine, an cū diabolo hominem spectare certantem? Et corpus cū incorporea potentia congredi & genus suum uictoriā referēs intueri? Has pugnas, hæc certamina contemplemur, hęc inquam q̄ H imitari & pulcherrimū & utilissimū est, in quibus coronā accipere licet, non in illis, quorū æmulatio igno miniosa est: illā cum dæmonibus pugnā, hanc cum angelis, & angelorū domino spectabis. Dic quæso, si tibi regū & principum consessu spectaculis adesse liceret, nonne tibi honorificū duceres? Huc ubi cum angelorum regi diabolum deuinctis post tergum manibus, & conatibus suis nihil prævalentē spectare licet, non curris, & incredibili uoluptate hoc spectaculū non prosequeris? Et quónā pacto hoc fiet, inquies? Si librū in manibus frequēter habueris: illic enim diaboli fossas, longa curricula, laqueos, captiones, artē deprehendis: inde & pugnare cū eo, & supe rare didiceris, dæmonum sunt, non hominū secularia spectacula. Quare uos hortor, ut à satanæ festis abstineatis: nā si in idolorū tēplis nephas est ingredi, longè magis in dæmonū solēnitatibus: his ego uos frequenter admonitionibus obtūdo, dū aliqd proficiam. Mihi quidē nō molestū est, inq̄, uobis autē securū, neq; grauis uobis sit, oro, hortatio mea: nā si grauiter ferendū esset, mihi potius esset, qui nō audi I tus in hoc uobis sæpenumero confessu uerba facio, quàm uobis qui tantum aures adhibetis, nunquam proficitis. Sed absit, ut uobis molestus sim: sed hac culpa uacui, spectaculo spiritali digni futura gloria pfruamini, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Euangelio sanctificatur anima.

Homilia.xxxij.ex cap.quarto.

Icit ei Iesus: Mulier, crede mihi, quia uenit hora
d *quādo neq; in mōte hoc, neq; in hierosolymis adorabitis patrē. Vos adoratis qd nescitis, nos adoramus qd scimus: quia salus ex Iudæis est.* Vbiq; fide nobis opus est dilectissimi: fide, inquā, bonorū matre, salutis medicina, sine qua nullā magnarū rerū doctrinā percipere quispiā potest, sed illis similis, qui sine naui pelagus trāsnare aggressi, parū profecti, lassatis manibus, pedibusq; fluctibus cōtinuò obruūtur: neq; ali
1.Ti.1.d ter qui suis nituntur rationibus ante cognitā ueritatē, ut Paulus ait, naufragium faciunt, quā quidā repellentes circa fidē naufragauerunt. Quod ne nobis accidat, sacræ ancoræ, qua Christus in præsentia Samaritanam confirmauit, innitamur. Nā cū illa dixisset: Quomodo uos dicitis, qa in Hierosolymis est locus in quo oportet adorare? Respondit Iesus: Mulier, cre K de mihi, quia uenit hora quando neq; in Hierosolymis, neque in monte hoc adorabitis patrē. Maximā huic reuelauit doctrinā, & quā neq; Nicodemo, neq; Nathanaēl: Hæc suā potiorē q̄ Iudaicā maiorum authoritate commentabatur. Christus nihil ad hoc respondit, tanquam superuacaneū cognitu, quare patres in monte, Iudæi Hierosolymis adorarent: tollit tamen utriusq; loci cultū, & illius mētē excitat, edocetq; neq; Iudæos, neq; ipsos aliquid de se magnū in posterū posse polliceri, & tunc differentiā adducit, præstantiores tamē Iudæos significat, nō loci ratione, sed cognitione: ac si dicat, loci gratia nil contendendū est, sed in cultu Iudæi præferendi sunt Samaritanis. Vos, inquit, adoratis quod nescitis, nos adoramus qd scimus. Et quónā pacto nesciebant Samaritani quod adorarent? Quoniā in certo & circūscripto loco esse, & quasi diuidi posset, deū arbitrabantur, ita eū colebāt, ita ad Persas mittētes, nō eius loci deū sibi iratū nunciarūt, nihil de eo amplius hoc pacto q̄ de idolo arbitrati: quare & dęmones & ipsum adorabant, & q̄ miscēri non poterant, cōfundebāt. L Iudæi aūt hac uacabant opinione, & totius orbis eū norant deū esse, quāuis non oēs, propterea inquit: Vos adoratis qd nescitis, nos adoramus qd scimus. Neq; tibi admirationi sit Iesum se Iudæis annumera re: nā scdm mulieris loquitur opinionē, tanquam Iudæus propheta: ideo inquit, adoramus. Adorantis officiū omnibus constat. Adorare enim creaturæ, adorari nō creaturę, sed domini est: Sed primò quasi Iudæus loquitur. Nos, hoc in loco Iudæos significat. Iudaicā ergo religionē extollit, tamē uerbis suis fidē comparat, amouens suspicionē, ne affectu quodā suā præferat gentē: nā qui prēcipuū cultus locum, & quē ipsi plurimi faciebāt, negligit, tollitq;, eū perspicuum est nullius ad gratiam locutum, sed uerè & prophetice: & cū rationes non adduxerit inquiens: Crede mihi mulier: & q̄ sequūtur addidit, Quia salus à Iudæis est. Hoc est, uel quòd orbi terrarum bona inde prouenerunt: nā & dei cognitio, idolorūq; con tēptus, & cætera dogmata, & noster cultus, quanuis non rectè, à Iudæis tamen ortū habuit: saltē, inquā, uel hoc, uel suum aduentū apellat, uel utrūq; potius M ex Iudęis prouenisse testatur, quod etiā Paulus: ex q- *Rom.9.a* bus, inquit, Christus secundum carnem, qui sup omnia benedictus deus in secula. Vides enim, ut ueteri fauet testamēto, idq; bonorū demonstrat originē, & nulla ex parte legi contrariū? Siquidē ex Iudęis oia bona ortū habuisse dicit. *Sed uenet hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate.* Hic & Samaritanos & Iudæos à ueris excepit adorantibus: & quāuis meliores Iudæos, uēturis tamen longè deteriores, quantò figura ueritate inferior est, iudicauit: ecclesiā aūt significat, quoniā uerus & debitus deo cultus ipsa est. Etenim pater q̄rit tales adoratores: si ergo tales iampridē quærebat, non omnino hunc illis morē constituit: permisit tamen pp hoc, ut eos quoq; ad uerum induceret. Qui igitur sunt ueri adoratores? Qui nullo loco diuinū cultum circunscribunt, qui deum in spiritu colunt, sicut & Paulus: Cui seruio, inquit, inspiritu, in euan gelio filij eius. Et iterum: Obsecro uos fratres per *Rom.1.b* misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctā, deo placentem, rationabile obsequiū uestrum: per spiritum autē incorporeum *Rom.12.a*

A significat. Opus est.n. incorporei hunc cultū esse, & per incorporeū qd est in nobis, hoc est per animam, & animæ mundiciā offerri, idcirco ait: *Et adoratores eius in spiritu & ueritate adorare oportet.* Nam cū & Iudæi & Samaritani contępta anima, mundicię corporis plurimū studerēt, nō ablutione inquit, & ornatu corporis, sed incorporea nostri parte adorandum: quā ob rem non pecora, nō uitulos, sed te totū deo offeras sacrificiū, sic uiuentē hostiam exhibebis. In ueritate.n. adorare oportet: nam q̄ superiori tpe figura erant, circuncisio, holocausta, sacrificia, incēsum, nō sunt amplius, sed oia ueritas. Non.n. caro, sed malæ circuncidendæ sunt cogitationes, & nosipsos crucifigere, & irrationales auferre cupiditates oportet: his mulier uerbis implicita, & eorū se sensum assecutam non cōfidens: *Scio*, inquit *quia Messias uenit, qui dicitur Christus, cū ergo uenerit ille, annunciabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.* Et unde Samaritani Christi aduentum expectabant, cū solùm Mosen reciperent? Ex ipso Mose, qui in principio filiū
Gen.1.d B reuelauit: illud enim, Faciamus hoiem ad imaginem & similitudinē nostram: ad filium dictū est. & Abrahæ i tabernaculo filius loquitur, & Iacob de eo pro-
Gen.49. b phetizās, dixit: Nō auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, &
Deu.18.d ipse erit expectatio gentiū. Ipse præterea Moses inquit: Prophetā de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me scusitabit tibi dominꝰ deus tuus, ipsum audies. & q̄ de serpente & uirga Mosi, & de Isaac & oue, & alia multa licet studiosis colligere, q̄ Christi aduētū testantur. Et qua nā gratia, inquies, his mulieri rationibus non persuasit Christus, ut Nicodemo, cui in mediū serpentē attulit, & Nathanaēl cui prophetauit? Quoniā hi uiri erant, & in hmōi uersati: Samaritana rudis & abiecta mulier, expers omnium literarū erat, ideo nullum cum ea de scripturis uerbum facit, sed aquæ tantùm pollicitatione, & prophetia eam allicit, ideoq; in sui mentionē eam adducit, & se iam qui sit manifestat: quòd si non rogatus fecisset, creditus esset delirare, & se iaactre. Nunc pedetentim & modestè nactus occasionem, omni se suspicione absoluit, & quidem Iudæis frequenter rogantibus,
Ioā.10.e C Quousq; animam nostram tollis? Dic nobis si tu es Christus. non palàm, ut huic mulieri, se Christū esse professus est: fidelior hæc erat illis, qui nō discendi, sed arguendi gratia rogabāt: nā si discere uoluissent: uerborum, scripturarūq; & miraculorum sufficiens eis fuisset doctrina. Samaritana integra & simplicimente petijt, ut ex sequētibus facilè potest intelligi. Audiuit.n. credidit, & alios ad credendum traxit, & in omni re eius diligētia, & fides integra dignoscitur. *Et continuò uenerunt discipuli eius.* Et quidē tempestiuē, cū iam nihil amplius ad dicendū relinqueretur. O rem mirabilem, mulier Samaritana hmōi loquitur. *Et continuò* (inquit euangelista) *uenerunt discipuli eius, & mirabantur quòd cum muliere loquebatur, nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?* Sed quid mirabantur? Facilitatem & incredibilem Christi humilitatem, quòd tam clarus & tanti nominis, pauperem & Samaritanā mulierē benignè alloqui non dedignaretur: nihil tamen rogarunt, adeò discipulorum mores imbiberant, adeo magistrum & timebant & reuerebātur plurimū: atqui nonnunquā audentiores uisi sunt, & cū Ioānes supra pectus eius recubuit, & cū accesserunt ad eum dicentes: Quispu

D tas maior est in regno cœlorū? & cū Zebedæi filij ro gāt, ut alter à dextris, alter à sinistris sedeat: quid igi- *Mat.18.a* tur hoc in loco siluerunt? Quoniam illic res sua age- *Mar.10.e* batur, ideo necessariò præcontati sunt: hæc tanta res nihil ad eos accedit, quòd Ioānes multò pòst tpe super Iesu pectus recubuit, super ipsum finem, cū iam Christo esset familiarior, eius dilectione fretus. Hic *Infr.19.e* enim erat, inquit, quē diligebat Iesus. Quid huic beatitudini par dilectissimi? Nolimus tamen ea contenti esse, sed totis conemur uiribus, ut & nos beatorum numero adscribamur, & imitemur euangelistam, & tantæ dilectionis causam cōtemplemur. Quæ nam ea est? Reliquit patrē & nauiculā, & rete, & secutus est Iesum: uerū hoc & frater fecerat, & Petrus, & Andreas, & alij itē apostoli. In quo ergo excelluit, quòd tantā sibi Iesu cōciliauerit dilectionem? Nunquid inueniemus? Ipse de hoc nullam facit mentionem, sed quòd tantū diligeretur: dilectionis causam & modestè quidē subticuit, sed quin eximiè à Christo diligeretur, ambigit nemo: non tamē neq; loquendo, neq; rogando præcipuam quandā apud Iesum authoritatem habuisse apparet, ut sæpenumero Petrus, ut E Philippus, ut Iudas, ut Thomas, nisi semel tantū cū obsequi & obtemperare condiscipulo uoluit: nā cū ipsorum princeps ei innuit, tunc Iesum, quis ipsum esset traditurus, rogauit. Immēso nanq; hi duo discipuli, & mutuo se amore prosequebantur, in tēplum *Act.3.a* simul ascendisse, & simul loquētes ambos legimus. Atqui ardentius aliquoties Petrus & mouetur, & loquitur, & demū audit Christum dicentē? Petre amas me magis his? Qui autem præ cęteris diligebat, pro- *Infr.21.e* culdubio & præ cæteris diligebatur: uerum alterum amasse Iesum, alterum à Iesu amatum satis constat. Quid igitur hanc prēcipuam dilectionē conciliauit? Incredibilis arbitror Ioannis māsuetudo & lenitas, qua remissior sæpenumero uidebatur: q̄ quanta sit uirtus, ex Mose manifestū est, quippe quę tantū & talem præstiterit: nihil.n. humilitati cōparandum. Hinc Christus beatitudini principium fecit, tanquā enim quoddā immensi ędificij fundamentum, humilitatem primū iecit, sine qua nemo salutem cōsequitur: sed siue quis ieiunauerit, siue orauerit, siue suas pauperibus erogauerit facultates, sine humilitate hęc & hmōi omnia nihil afferūt utilitatis: contrà ipsius cōdimento gratiora omnia, iucundioraq; redduntur: humiles ergo & māsuetos nos exhibeamus dilectissimi, ita haud difficile est bene operari. Quid stulte superbis? Non intelligis humanę naturę imbecillitatem, & inanes spes nostras? qui te exitus maneat cōsidera, intuere multitudinem peccatorū: sed forsitā opera te tua efferunt, his intumescis, hoc pacto omnium mercedem amittis, quā ob rem non adeò peccatis obnoxium, ut uirtutis sectatorem moderatione uti decet. Quid tandem? Quoniam ille cōscientia retrahitur: hic aūt nisi se diligenter contineat, continuò quasi uēto quodam tollitur, & euanescit, quem admodum Pharisęus. At pauperibus subuenis? non ex tuis, sed domini facultatibus, quę conseruis cōes sunt. Quo circa humilitate utendū est, & in tui generis calamitatibus res tuas, & naturā tuam in illis te considerare oportet, fortasse & nos talibꝰ sumus orti progenitoribus. Quòd si transiēre ad nos diuitię, & aliquando nos deserturas credibile est. Quid autem oino sunt diuitię? Vmbra iners, fumus qui citò euanescit, flos fœni, uel ēt uiliores. Quid in fœno ma

Absque humilitate pietatis opera mortua.

F

Gnifacis? Nõne & latronibus, & perditis hominibus, meretricibus, sacrilegis accedunt diuitiæ? Intumescis quòd cũ talibus illas cõmunices? Sed honoris cupidus es? Verũ nihil honoratiorẽ te reddet, q̃ eleemosyna. Diuitiarum honores, & potentię coacti sunt, & inuidiosi: hi uoluntarij, & uero honorãtium iudicio proueniunt, quare nunq̃ remittũtur. Quòd si homines tantum honorem, tantã reuerentiam, misericordiam sibi facientibus tribuunt, & bona eis precantur, considera quęso, quam à clementissimo & benignissimo deo remunerationem, quã uicem sint accepturi. Has igitur quæramus pecunias semper duraturas, ut in hac uita magni, in futura glorioſi æterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxiij. ex cap. quarto.

Eliquit ergo hydriam suam mulier, & abyit in ciuitatem, & dixit illis hominibus: Venite & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nunquid ipse est Christus? Multo nobis feruore H opus est, multo studio, quibus excitemur, alioquin impossibile est, ut promissa nobis bona consequamur: qđ significans Christus, nunc quidẽ ait: Qui nõ accipit crucẽ suã, & sequitur me, non est me dignus: Mat.10. & Luc.14.f nunc uerò, Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi accendatur? Quibus uerbis flagrantem & incensum discipulum, & in omne periculũ promptissimũ nobis proponit. Qualis.n. fuit hæc mulier? Adeò enim audito Iesu incẽsa est, ut relicta hydria & aqua, cuius gratia eò concesserat, in ciuitatẽ properaret, & ad Christum uniuersum populum traheret. Venite, inquit, & uidete hominem, qui dixit mihi oĩa quæcunq; feci. Considera mulieris studiũ, considera sapientiam: uenerat hauriendæ aquæ gratia, & cũ uerum fontem inuenisset, contempsit alterum, ut nos exemplo licèt paruo admoneret, spiritualium gratia secularia omnia esse nobis contemnenda, neq; eorũ nisi ad necessitatem ullã rationem habẽdã: quod & Mat.4.c apostoli fecerunt, & hęc in præsentia mulier. Siquidẽ illi à Iesu uocati, retia reliquerunt, hęc sponte sua reliquit hydriam, & superna proueniente gratia apostolico munere fungitur: neq; unũ aut alterum, ut Andreas & Philippus, sed uniuersam aduocat ciuitatẽ, & populum ad Christũ adducit. Et cõtemplare mulieris prudentiam, non dixit, Venite, uidete Christũ: sed ea qua ipsa allecta est humilitate, allicit populares suos. Venite, inquit, & uidete hominem, qui dixit mihi oĩa quęcunq; feci. Atqui aliter dicere potuisset, Venite, uidete prophetã: sed cũ anima diuino igne exardescit, nihil amplius terrenum curat, nõ gloriã, nõ decus, sed eius flammæ feruore tantũ mouetur. Nunquid ipse est Christus? Animaduerte iterum immensam mulieris sapientiam, neq; affirmat Christũ esse, neq; reticet. Noluit huius se opinionis authorẽ: sed suo ipsorum auditu inductis, hoc ipsis persuaderi, quod longè futurũ erat probabilius, sed nõ oẽm uitam suam à Christo acceperat, ex his tamen quæ dixerat, & cætera credidit. Neq; dixit, Venite & credite: sed, uidete: quod & leuius erat & persuasibilius. Animaduertis mulieris sapientiam? proculdubio intelligebat, modò illum fontẽ gustarẽt, eadem de eo quæ & ipsa sensuros: quòd siquis crassiori esset ingenio, ut cognoscere eũ nõ posset, uitam suam à Christo patefactam in medium adducit, ut uel hinc oẽs alliciat. *Interea rogabant eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, manduca.* Hoc nõ improbitate quadam, sed amore & studio in magistrum dicebãt, cũ itinere & æstu fatigatum uiderent. quibus Christus: *Ego, inquit, cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Dicebãt ergo discipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei mãducare?* Quid mirum, si mulier aquæ appellatione, aquam esse opinabatur, quando & discipuli eodẽ in errore deprehenduntur, neq; adhuc spiritalia intelligũt, sed ambigunt? Solitum tamen magistro honorem tribuunt, & mutuis inuicem sermonibus eum percontari non audent: quod & aliàs fecerunt, cũ ẽt cuperent interrogare. Quid Christus? *Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.* Hominum salutem hoc in loco cibum appellat, ut quãta salutis nostræ cura & desiderio teneatur, ostẽdat, sicut enim nos cibum, ita Christus humani generis salutem desiderat. Accipe aũt quo pacto non omnia semper palã ante oculos ponit, sed primùm obscuritate quadam inuoluit auditorẽ, ut inter dubitandum inquirendo laborans, certius ueritatem inueniat, & magis excitetur auditor: quam ob rem I non primũ dixit, Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei: quod etsi non manifestum erat, tamen intellectu facilius, q̃ ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Primũ igitur, ut dixi, obscuriori sermone attentiores reddit, & ut melius quę dicturus erat intelligerent, assuefacit: quæ uerò sit uoluntas patris, iam interpretatur. *Nõne uos, inquit, dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem.* Ecce iterũ familiaribus nominibus ad maiorẽ eos erigit contemplationem: nam cibi appellatione nihil aliud, q̃ futuram hominũ salutem demonstrat; regionis aũt & messis, animarum multitudinem, quæ in ipsius prædicatione erant creditura: oculos aũt & mentis & corporis significat. Iam enim uenientium Samaritanorum turbam uidebat, quorum feruorem & promptissimã uoluntatem albas regiones appellat. Sicut enim spicæ flauescentes messem indicant, & iam manus postulãt, ita illi properabant ad salutẽ. Et quid nõ apertius dixit prompto eos animo uenire, ut & docerentur & crederent, & à prophetis persuasi fructũ redderent, sed regionẽ tantũ & messem appellauit? Quid sibi hę uolunt translationes, quibus non hic tantũ, sed per totum utitur euangelium? itidẽ & prophetæ plurimũ his uti assolent. Quánam hoc gratia? Neq; enim temerè spirituſsanctus ita instituit, duab⁹ rationibus: primũ, ut significãtius loqueretur, & magis ante oculos poneret. Mens.n. familiariũ rerum imagine cõcepta, magis susciatur, & tanq̃ in pictura rẽ ipsam magis amplectitur. Deinde ut iucundior esset narratio, & diutius animo immoraretur. Non tam facilè sniã capitur, neq; ita trahit auditorũ multitudinẽ, ut rerũ narratio, & per ea maximè quorũ periculũ fecimus descriptio: similitudo quoq; multã præ se fert sapientiam. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam: huius terrenę messis fructus ad ęternam non peruenit uitam, sed in hac fluxa & caduca cõsumitur, ille autem perpetuò nos comitatur. Animaduertis enim uerba quidem sensibilia, sensus uerò spiritales: & quo pacto terrena à cœlestibus separat? Quod enim de aqua more suo dixit, quòd qui biberit ex hac aqua, non sitiet: hoc

A & nunc dicit, quòd congregat fructũ in uitam æternam? ut & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. Quis sator? quis messor est? Prophetæ satores, non messuerunt tamẽ, sed apostoli: at qui non propterea uoluptate & fructu laborũ priuantur, sed uobiscum gaudent, quanuis uobiscũ una non messuerũt: neq; enim messis serendi habet difficultatẽ, & in messe minus laboris est, & plus uoluptatis. Ad hoc uos seruauit nõ ad serendũ ubi plurimũ laboratur. In metẽdo autẽ & prouentus uber, & labor remissior. Hinc prophetarũ uoluntatem fuisse demonstrat, ut humanũ genus ad Christũ allicerent, hoc per legẽ communi catã: propterea seminasse, ut hunc pârerẽt fructũ, & se eos misisse, & magnã inter uetus & nouũ testamẽtum esse cognationẽ, quę oĩa hac similitudine ostendit. Meminit autẽ prouerbij, quod in ore multorum est: in hoc enim est uerbũ uetus, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Hoc frequens dictum erat, quãdo alius labores, alius fructũ reportaret: qđ prouerbiũ hìc maximè uerũ deprehendi dicit: Laborarunt enim prophetæ, uos fructus inde capitis, ne- B que dicit mercedem: neq; n. multus illorũ labor, sed Dan.9.f fructus fuit. hoc & Daniel fecit, etenim ipse prouerbij meminit dicentis: exiit ab iniquis peccatũ. Et Dauid ẽt in fletu suo eius mẽtionẽ facit, propterea hoc præoccupãs Iesus inquit: Vt & q̃ seminat, simul gaudeat & qui metit. Cũ dicẽdum esset, alius seminauit, alius metit. & neq; quis, ut diximus, prophetas mercede fraudatos putaret, nouũ quiddã, & præter opinionẽ & sensibus abhorrens, sed in spiritalibus egregiũ narrat: si quidẽ in his terrenis, si aliũ seminare cõtingit, aliũ metere, non simul gaudent, sed alteri dolent: utpote qui pro aliis laborẽ susceperint, soli aũtẽ messores gaudent: hìc aũt qui nõ metunt q̃ seminarunt, eadẽ qua metentes afficiũtur lætitia: unde perspicuũ est eos mercedis esse participes. *Ego misi uos metere quod uos non laborastis: alij laborarunt, & uos in labores eorũ intrastis.* His eos uerbis magis hortatur. Cũ.n. laboriosum uideretur orbẽ terrarũ peragrare, & prædicationibus insistere, eius facilitatem ostendit. Laboriosior erat satio, & maiori egebat solicitudine semina spargere, & ad dei cognitionem animã erudire: hoc aũt dixit, ne ad prædicandum dimissi, C tanq̃ maximum onus subeuntes perturbarẽtur. magis enim prophetę laborauerũt, quod ratione cõfirmat, quoniã facilius ipsi opus susceperint. Siquidem ut in messe facilè fructus colligitur, & breui impletur area, neq; tempora expectantur, non hyems, non uer non pluuię: ita nunc opera ipsa clamant. Dũ hęc diceret, exierũt Samaritani, & mox coct⁹ est fructus, propterea inquit: *Leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt.* Verba res ipsa cõfirmauit, ex ciuitate enim illa multi crediderũt in eũ Samaritanorũ, propter uerbũ mulieris testimoniũ perhibẽtis: Quia dixit mihi oĩa quæcunq; feci. Videbant enim nõ ad gratiam locutam, neq; qui peccata sua narrarit admiratam, neq; ut alterius sibi amorẽ cõciliaret, suã manifestã uitã faceret. Hanc & nos mulierem imitemur, & in peccatis q̃ cõmisimus cõfitendis neminẽ uereamur, deũ duntaxat, ut decet, formidemus: qui & nunc opera nostra uidet, & tunc quos in præsentia non pœnitet, damnabit. At nos contrà futurum iudicem minimè timemus, sed q nihil nobis possunt officere, eos & horrescimus, & pudore tremimus: id circo i quo timemus, in eo pœnas dabimus. Nã qui in hac uita solo hominũ pudore afficiũtur, deũ uni- D uersa spectantẽ minimè curãt: q in omnia scelera prolabuntur, quos nihil pudet, q nõ mutantur, hi in die illa non uno præsente, uel altero, sed uniuerso mundo teste manifestabuntur. Nam quòd bonorũ operum, & malorũ magnũ illic spectaculũ pateat, ouiũ & hœdorũ similitudo edocet: & beatissimus Paulus his uerbis testatur: Omnes.n. nos manifestari opor- 2.Co.5.b tet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gesserit, siue bonũ, siue malum. Commisisti aliquod scelus, aut animo agitasti, homines celas, non deũ, & nihil curas, oculos hominũ formidas: intellige igitur in illo die te ne homines quidem quicquã celaturũ: omnia nanq; oculis nostris repræsentabuntur, unusquisque singulorũ scelera pu- nięda iudicabit: quod ex diuite uideri licet, qui cũ La- Luc.16.c zarũ pauperẽ, & iam sæpenumero à se contemptũ, & maledictis affectũ intueretur, ut intincto in aquã digito linguã suam refrigeret, obsecrat. Vos aũt hortor dilectissimi, ut etsi nemo opera nostra uideat, ut singuli suam conscientiam ingrediantur, & iudicẽ sibi rationẽ constituant, errata sua in medium addu- E cant, nisi uelint in die illa horrenda uniuerso orbi ea manifestè patere: sanentur iam uulnera, sumatur pœnitentis medicina. Potest etiam qui innumeris sit cõfectus uulneribus sanus euadere. Si dimittitis, inquit, Luc.6.f dimittetur uobis, & sicut in baptismate abluta peccata non amplius apparent: ita & dimittendo abluuntur, si pœnitere uoluerimus. Ea demum est pœnitentia, ne amplius peccemus. Nã qui ad peccata reuertitur, similis est cani ad uomitum redeũti. Opor- 2.Pe.2.d tet igitur & operibus & animo omni scelere uacuũ esse, & uulneribus contrariã afferre medicinã. Verbi gratia: Rapuisti, & ditatus es, pone modũ rapinæ, & ei⁹ uulneri eleemosyna medearis. Scortatus es, huic ulceri castitatis imponatur medicina. Fratrẽ calumniatus es, & offendisti cessa à maledictis & charitatẽ amplectere, & ita per singula faciamus, q̃ perperã cõmisimus, neq; simpliciter his abstineamus. Instat iã, instat inquã tẽpus exigẽdę rationis: ideo Paulus ait, Dominus propè est, nihil soliciti sitis. Qui i anxietati- Phil.4.a bus, laboribus, miseriis, qui in rapinis uiuunt, q in deliciis graues daturi pœnas, non hoc, sed illud meritò F audiant: Dominus propè est, nihil soliciti sitis. Non enim lõgè à fine absumus, sed iam mũdus properat: hoc bella, hoc afflictiones, hoc terræmotus, hoc extincta charitas significat. Quemadmodũ.n. corpus iam aduẽtãte morte innumeris malis afficitur, & domus prope casum i rimas fathiscit: ita orbis terrarũ ad finẽ properans, tãtis undiq; malis cõteritur. Nã si Pauli tẽporibus dominus propè erat, nũc profectò propius: si ante trecẽtos annos finẽ tẽporũ Paulus esse dixit, quid nunc dicendum? Sed idcirco quidam non credunt, cũ maximè sit credendum. Quo argumento homo finẽ appropinquare, & breui quę pdicta sunt euentura diffidis? Siquidẽ ut anni finẽ non ultimũ duntaxat diẽ, sed mensem triginta dierũ spatiũ dicimus: sic tot annorũ etiã, si quadringẽtos annos finẽ dixerimus, non errabimus, quocirca tot iã temporibus finẽ prenũciauit. Cohibeamus igitur dilectissimi affectus nostros, exerceamur i dei timore: etenim nobis licentia perditis, nihil tale expectãtib⁹ ex improuiso dei aduẽtus aderit, qđ his uerbis Christus significat: Sicut factum est in diebus Noë, & in Mat.24.c diebus Loth, sic erit. Et Paulus: Cũ dixerint pax & 1.Tes.5.a

securitas, tũc repẽtinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habẽtis. Sed quid per hãc ultimã particulã intelligitur? Sæpe grauidę mulieres inter ludẽdũ & edendũ, dum balneis, dũ spectaculis oblectantur repentinis torquẽtur doloribus: hac & nos in hac uita conditione uersamur. Simus ergo semp parati, nõ semp hęc audiemus, nõ semper habebim⁹ benefaciendi potestatẽ. In inferno, inquit, quis cõfitebitur tibi? dum hãc uitã agimus nos pœniteat, ut deũ nobis propiciũ reddamus, & ueniã cõsequamur peccatorũ, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Psal.6.b

Homilia.xxxiiij. ex cap. quarto.

Vm uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut ibi maneret: & mansit ibi duos dies.

Et multò plures crediderũt propter sermonẽ eius, & mulieri dicebant: quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus & scimus, quia hic est uerè saluator mundi, &c. Nihil inuidia nocentius, nihil ina
H ni gloria grauius, ipsa innumera bona corrũpere cõ sueuit. Nam cùm Iudæi maiorẽ quã Samaritani dei cognitionem haberent, & in prophetarum essent lectionibus educati, hinc longè inferiores apparuerũt. Samaritani mulieris testimonio fide adhibita, nullo signo cõfirmat, Christo obuiam fiunt, rogãt apud ipsos moretur. Iudæi tot miraculis admoniti, non modò nõ retinent, sed expellere contendunt. Atqui eorum gratia in mundũ uenit, ipsi expulerunt: hi ut maneat, rogant. Num ergo nõ accedẽdũ fuit? Num tantopere rogantes & indigentes erant contemnendi, & apud insidiantes & expellentes morã trahere, amicis & uolentibus se nõ exhibere decuit? Indignũ sanè, & à Christi benignitate alienũ. Eorũ itaq; obtẽ perauit uoluntati, & mãsit apud eos duos dies: ipsi aũt semp eũ apud se habere uoluissent, ut significat euangelista, quòd rogauerũt eũ, ut ibi maneret: qd ipse noluit, sed mansit duos dies, quibus multò plures crediderunt in eũ, non tamẽ credibile erat, cùm nullum signũ uiderint credituros, maximè cum Iudæos odio haberent: ueruntamẽ cũ uerba eius & ueritatẽ reputarent, nil curarunt amplius, sed altius q̃ q̃
I impediebant contemplati sunt, & Christũ admirari & uenerari maiorem in modũ contendebant. Dicebant enim mulieri, Quia iam non propter tuam loquelã credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, qa hic est uerè saluator mundi Christus. Discipuli magistrum superarunt, hi Iudęos haud iniuria & credendo & accipiendo accusare possent: siquidem illi frequenter Christũ lapidibus persecuti sunt, quorũ ipse gratia omnia fecerat: hi nec̃ ad se uenientem secum manere hortabãtur: illi uisis signis & miraculis pertinaciter obdurũerunt, hi sine signo aliquo plurimã in eum fidẽ præ se tulerunt. Hi de fide cõtendunt, illi signa efflagitare nõ desinunt: ita semper fideli animo opus est, quam ueritas, modò accipiatur, facilè illustrat: sin minus, nõ ueri ibecillitas, sed uolentis pfidia culpanda est. Nã & sol puros oculos nactus facilè illuminat: sin minus, oculorũ culpa, nõ Solis est. Audi igitur qd hi loquantur: Scimus, inquiũt, qa hic est uerè saluator mũdi. Quã breui Iesum orbẽ terrarũ conuersurũ nouerunt, quòd ad cõem omnium salutẽ uenerit, quòd nõ solis Iudæis eius prouidẽtia præscriberetut: sed ubiq; terrarũ uerbũ suum esset disseminaturus: non ita Iudæi, sed quęrentes propriam

Inf.9.g. & 10.f

iustitiã confirmare, iustitiæ dei non paruerunt. Hi aũ K
tem omnes in culpa esse confitentur, illud apostolicũ sentientes, quòd omnes peccauerũt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Cũ enim *Rom.3.c*
dicerent saluatorẽ esse mũdi, intellexerũt perditi, nec simpliciter, sed in rebus maximis saluatorẽ. Venerũt enim multi, ut saluos facerent & prophetę & angeli: sed hic uerè saluatorẽ inquiunt, qui ueram salutem elargitur, nõ breui, sed perpetuò duraturã: hoc synceræ fidei argumentũ. Vtrinq; enim admirabiles extiterunt, & quòd crediderunt, & quòd sine signis & miraculis, quos & Christus beatos dicit: Beati qui *Inf.20.g*
nõ uiderunt & crediderunt. & quòd syncerè crediderint, inde cõstat, quòd cũ mulier dubie loqueretur: Nunquid hic est Christus? nullã præ se tulerunt dubitationẽ, sed scire eum esse proculdubio asseueranterũt, nec̃ unum quendã ex medio uulgo Christum, sed uerè saluatorẽ confessi sunt. Atqui quem saluum fecisse uiderant? uerba audierant tantũ, & tam certè locuti sunt. Quid si miracula uidissent? Nonne plura & maiora dixissent? Quãnam autem gratia, quæ & quanta locutus sit nõ narrant euangelistæ? Vt mul- L
ta & magna eos omittere intelligas, ab euentu autẽ omnia demonstrant: persuasit nanq; populo & uniuersæ ciuitati: ubi autem non persuasum est, quæ dixerit exponere coguntur, ne auditorum ignauiam in oratorem quispiam duceret referendam. *Post duos* *Luc.14.d*
autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam. Ipse enim Christus testimoniũ pethibuit, quia propheta in sua patria honorẽ non habet: quare addidit, quòd non in Capernaũ, sed in Galilæã & in Cana abiit. Ne percõteris, quare non apud suos potius, quàm apud Samaritanos manserit: causam hic affert, quoniã sui ipsum non audirent, non ergo eò se cõtulit, ne grauius iudicarentur. Puto enim hoc i loco patriã Capernaũ significare: nam quòd in Capernaũ nullũ honorem assecutus sit, audi ipsum dicẽtẽ: Et tu Capernaũ nun *Mat.11.d*
quid usq; in cœlũ exaltaberis, usq; in infernũ descendes? Patriã aũt appellat, in qua carnem acceperat, & in qua diutius uersatus est. Quid inquiet quispiã? nõ ne uidemus multos in popularibus suis magni nominis, & authoritatis? Videmus, inquit, rarò tamẽ: ne que per ea q̃ rarò contingunt, sententia ferenda est: M
& qui domi suæ honorantur, longè magis alienę, cõ suetudo enim cõtemptũ facere consueuit. *Cùm ergo* *uenisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia uidissent, quæ fecerat in Hierosolymis in die festo, & ipsi non uenerant ad diem festum.* Ecce q reprehensi sunt, hi maximè Christũ accipere inueniuntur. Nã apud hũc euangelistã dicitur. A Nazareth potest aliquid boni *Sup.1.g*
esse? Et alibi: Scrutare, & uide, quia propheta á Gali- *Inf.7.g*
læa nõ surgit: quod in contumeliã dicebãt. Cõmunis enim opinio erat, Christũ Nazarenũ esse, ei tamẽ tanq̃ Samaritano exprobrabant. Samaritanus es, in- *Infr.8.f*
quiunt, & dæmoniũ habes. Veruntamẽ & Samaritani & Galilæi credũt in ignominiã Iudæorũ, sed Samaritani uehemẽtiorẽ præ se tulerunt fidem, cũ mulieris tantũ testimonio in Iesum crederẽt, Galilæi nõ nisi miraculis cõfirmati. *Venit ergo Iesus iterũ in Cana Galilææ, ubi fecit aquã uinum.* Miraculũ in memoriam reducit, ad maiorẽ Samaritanorũ laudem. Signorũ nanque gratia quæ Hierosolymis, quæ apud ipsos fecerat, eũ acceperant, Samaritani doctrina tantùm: quòd autẽ in Cana Galilææ uenerit dicit. Quãnam gratia, subticet. In Galilæã pp Iudæorũ inuidiã conceſsit:

A cesit: in Cana uerò quãobrem? Primũ uocatus ad nuptias, nũc arbitror, ut præsentia sua superioris miraculi fidẽ cõfirmaret, & spõtaneo accessu magis alliceret, cũ relicta patria eos potiores ducere uideretur. *Et erat quidã regulus, cuius filius infirmãbatur Capernaum. Hic cũ audisset, quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæã, abiit ad eũ, & rogabat eũ, ut descenderet, & sanaret filiũ eius.* Siue qd regio esset genere, siue qd alia princi- D
patus dignitate fungeretur, regulus appellabatur: nõ nulli eundẽ hunc esse opinantur, & qui est apud Mat
Mat.8.b. thęũ, sed alter profectò uidetur nõ modò dignitatis nomine, uerũ & fide: ille quidem uolente Iesu ad ipsum ire, se indignũ censet, hic domum trahit. Ille, Nõ sum, inquit, dignus, ut intres sub tectũ meum: hic, ut descendat priusquã moriatur filius, enixè orat. Tunc cùm de mõte descendisset Iesus, intrauit Capernaũ: sed in Cana Galilææ ingresso accesit regulus. Illius pterea filius paralysi laborabat, huius febribus: & rogabat eũ ut descẽderet, & sanaret filiũ eius, icipiebat enim mori. Quid ad hũc Christus? *Nisi signa*, inquit, *& prodigia uideritis, non credetis.* Atqui & qd uenerat,
B & quòd rogabat, eius fidei est argumentũ. Præterea hoc testatur euangelista. Nã cùm diceret Iesus: *Vade filius tuus uiuit: credidit homo sermoni, & ibat.* Quid ergo ita Christus respondit? Vel quia Samaritanos, q si ne miraculis crediderunt admiratur: uel ciuitatẽ Capernaũ, unde ille gentilis erat reprehendit. Siquidem
Marc.9.d cùm alius apud Marcũ diceret: Credo domine, adiua incredulitatẽ meam: iterum his uerbis usus est. Itaque licẽt hic crediderit, nõ tamen firmiter, neque integrè: qd sciscitando seruos demonstrauit, qua hora reliquerit filiũ febris. Voluit enim cognoscere an spõte sua, an Christi præcepto discesserit. *Cùm uerò audiuit, quia heri hora septima: credidit & ipse, & domus eius tota.* Vides tũ demũ in fide cõfirmatũ, cũ seruorũ de ualetudine filii testimoniũ accepit? Quã ob rẽ hominis animum ituitus arguit, ut magis in fide cõ firmaret: neque enim ante signũ admodũ credebat: quòd si uenit & rogauit, minimè mirũ est. Ob incredibilẽ enim in filios amorem nõ modò quibus confidunt medicis, sed & quoslibet compellere parẽtes solent, nequid inladuersa filiorũ ualetudine omittãt. Nã quòd nõ multùm spei i Christo haberet, cõstat,
C quoniam ueniente Iesu in Galilæam accesit: quòd si uerè Christi potestatẽ credidisset, non utique in tanto filii periculo Iudæam petere neglexisset: quòd si timuerat, nec̃ quidẽ satis erat cautæ. Cõsidera igitur ipsius uerba, quantã uiri infirmitatẽ indicant. Debuerat enim, si nõ prius, at saltem post reprehensam ipsius animi sententiã, magnam quandam de Iesu opinionẽ cõcipere. Audi quantùm adhuc humi trahatur. Descende, inquit, priusquã moriatur filius meus, ac si mortuũ suscitare non potuisset, & nescire ut se puer haberet: idcirco eũ reprehendit, & animum arguit, ostẽdens signa maximè animæ gratia fieri: nec̃ minus hoc in loco patrẽ animi morbo laborantem quàm filiũ curat, suadẽtque nõ signa nobis, sed doctrinã ipsius attendendã. Signa enim infidelibus, & rudioribus exhibenda. Regulus autẽ filii dolore affectus, nõ multùm tunc Iesu uerbis attendit, sed in solius filii cura uersabatur, postmodũ ea reputaturus,
Mat.8.a. & inde multũ utilitatis cõsecuturus. Quòd autẽ Cẽturioni se iturũ ultrò pollicitus est, regulo autem nerogatus quidẽ. Quoniam in illo fides perficiebatur, ideo se iturũ dixit, ut uiri fidẽ cognoscceremus: at regulus adhuc imperfectus erat, propterea oĩ studio
Christũ implebat, ut descenderet, neque adhuc norat absentẽ quoque curãdi habere potestatẽ. Quid ergo posset ostẽdit, ut qd per se Centurio sentiebat, hic nõ accedẽte Iesu eruditetur. Cũ itaque dixit: Nisi signa & prodigia uideritis, nõ credetis: debitam de se eos fidẽ non habere, sed adhuc tanquam prophetam opinari significauit. Quocirca rẽ indicat, & sine miraculis credẽdum admonet, quod & Philippũ ad- *Inf. 14.b*
monuit: Non credis, qa ego in patre, & pater in me *Ibi. 10.g*
est? Et, si mihi non uultis credere, operibus credite. *Iam autem eo descẽdente, serui occurrerunt ei, & nunciaurunt dicentes, quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horã ab eis, in qua melius habuerit. & dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater, quia hora illa erat, in qua dixit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.* Vides quo pacto miraculũ manifestatur? Nõ. n. per successionẽ, & diuturnitatẽ cõualetudinis, ut assolet, liberatus est, sed repẽtè, ne naturalis ualetudo, sed Xpi opatio uideretur. Nã q i ipsum mortis articulũ uenerat, patris testimonio dicẽtis: Descende priusq̃ moriatur filius meus, euestigiò in prosperã restitutus est ualetudinẽ. E
Serui aũt fortasis nõ ut nunciaturi tantũ, sed ut supfluum Christi aduentũ, obuiam ierant. Sciebant enim iam aduentare, quare in itinere eũ conuenerũt. Regulus ergo iã timore depositio fidei incumbit, ut ostẽderet profectionis suæ gratia id contigisse, & iã se nõ frustra profectum delectatur, hac gratia summam in percontando adhibet diligẽtiã. Et credidit ipse, & domus eius tota. Iã nihil amplius erat dubitã dum: qui enim nec̃ affuerant, nec̃ audierant Christum, nec̃ tempus norãt, hi in domino suo tempus cognoscentes, Christi potestatẽ quàm certissimã habuerũt, ideo crediderũt. Quid ergo hinc hodie reportabimus? nõ expectanda miracula, nec̃ diuinę uirtutis pignora efflagitãda. Video enim & nunc multos, cùm in filii, uel uxoris morbo exaudiũtur, tũc maiorem deo exhibere reuerentiã. Decẽs autem est etiam nõ exauditos tolerare, & nihilominus gratias habere, eúmq; laudibus prosequi: hoc fidelių seruorũ est, hoc cõstantiæ, hoc pietatis, quali in dominũ affecti esse debemus: ut nõ solùm cùm clementer nobiscũ agit, uerumetiã cùm idignatur, cùm flagellat, ad eũ F
percurramus: hoc enim diuina opatur prouidẽtia. Siquidẽ quem diligit, castigat: flagellat quencunque *Heb.12.b*
filium suscipit. Qui autẽ cùm uotum assequitur, deũ colit: nõ multa præ se fert dilectionis argumẽta, neque syncerè Christũ amat. Et quid ego ualetudinẽ dicã? Quid pecuniarum copiam? quid paupertatem? quid morbũ? Et si gehennã, si quid grauius audieris, nõ tamen diuinæ nobis sunt laudes remittẽdæ: sed omnia & facienda & ferenda eius dilectionis gratia. Hoc, inquã, fidelium seruorum est, hoc cõstantis animi: & qui ita affectus est, præsentia facilè perferet, & futuris bonis fruetur, & plurimũ deo fidere poterit, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ & cũ quo patri sit gloria i secula seculorũ, Amẽ.

Homilia.xxxv. ex cap.quinto.

Oc iterum secundum signũ fecit Iesus cũ uenisset
b à Iudæa in Galilæã. Post hæc erat dies festus Iudæorũ, & ascendit Iesus Hierosolymam. Quẽad modũ in auri metallis, ne minimam quidem uenã qs piã, qui rem intelligat, omittere patitur, utpote quæ ad augẽdas diuitias plurimũ faciat: ita ut diuinis scri

Gpturis ne unũ iota, aut unus apex, sed ne dimidium quidẽ prætermittendum est, sed omnia diligentius inuestigãda: nã à spiritu sancto omnia proueniunt, neq; in his quicquam superfluum, nihil non necessarium. Cõsidera, quæso, qd in hoc loco dicat euãgelista: Hoc iterũ secundum signum fecit Iesus, cùm uenisset à Iudæa in Galilæã. Secundum, non temerè addidit. sed adhuc Samaritanos admiratur, cũ post alterum signũ Galilæi nondum ad eorum qui nihil uiderãt perfectionẽ peruenissent. Post hæc erat dies festus Iudæorũ. Quinam? Vt mihi uidetur Pẽtecostes. Et ascendit Iesus Hierosolymam. Frequẽter in solẽnitatibus ciuitatẽ petit, tum ut uideatur ipse quoq; cũ reliquis festos dies celebrare, tum ut simplicem ad se multitudinẽ alliciat. Maximè. n. hmõi diebus melius dispositа esse consueuerat. *Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens: in his iacebat multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum.* Quis hic curationis modus? qd p hoc nobis
H mysteriũ significatur? Nõ temerè, nec ab re hæc, sed futura nobis tanquã imagine & figura quadã describũtur, ne res nimium incredibilis, & inexpectata, accedente fidei uirtute multitudinis aios offenderet. Quænã igitur hæc descriptio? Futurũ erat baptisma plenũ maximè potestatis & gratiæ, purgaturũ peccata, pro mortuo uiuum effecturum. Quẽadmodum hæc in figura & piscinæ huic, & aliis plurib. adscribũtur, & primũ quidẽ datur aqua q̃ corporũ maculas, & nõ ueras, sed apparẽtes pollutiones, hoc est à morbo alios, alios à lepra, & aliis hmõi morbis liberaret. Et hac gratia multa in ueteri testamento p aquã mũdata sunt. Verũtamen ad propositũ nobis sermonẽ in præsentia redeamus. Primũ igitur pollutiones corporũ, inde uaria morborũ genera per aquam sanantur: siqdẽ cũ uellet deus appropinquantis baptismatis fidẽ nos erudire: nõ solũ peccata, sed morbos per aquam expulit. Propiores. n. ueritati imagines, & in baptismate & in passione, & in aliis certiores fuerũt, q̃ uetustiores. Nam sicut regii familiares, hastatis honoratiores sunt: ita & propiores figurę. Et descendẽs angelus, motæ aquæ sanãdi uirtutem largiebatur, ut intelligerẽt Iudæi longè magis angelorũ dominum
I omnia animæ impedimenta sanare posse. Et quẽadmodum huius aquæ natura per se nõ sanabat, siquidem semp sanasset, sed dũtaxat cùm ab angelo mouebatur: ita & in nobis non simplex aqua operatur, sed cùm spiritus gratiam accipit, omnia abluit peccata. Iuxta hãc piscinam iacebat multitudo languentium, cæcorũ, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Verùm tũc infirmitas corporis sanari uolentẽ impediebat, nũc unusquisq; potestatẽ habet accedẽdi. Nõ. n. angelus aquam mouet, sed angelorũ dominus totum perficit: nõ habet excusationis locũ infirmus, nõ habere se hominẽ q̃ sibi opituletur, neq; dum uenit, aliũ descẽdere: sed licèt uniuersus mũdus accedat, nõ cõsumitur gratia, neq; uirtus deficit, sed eadem semp permanet. Vt. n. solares radij singulis dieb. illuminant, neq; ex nimia copia uis eorũ minuitur: ita, imo longè minus spiritus operatio ob accipientium multitudinem remittitur. Hoc aũt factũ est, ut qui in aqua corporis morbos sanari posse didicissent, in eo aliquandiu exerciti, animæ morbos per aquã curari posse facilius crederent. Et quãnam gratia Iesus cõtemptis aliis ad eum, qui octo & triginta annos ægrotauerat, uenit? qd præterea iterogat, *Vis sanus fieri?* Nõ quòd dubitaret, esset. n. absurdum: sed ut illius ostẽderet tolerantiam, ut intelligam? quare posthabitis cæteris ad hũc uenerit. Quid ille? *Volo domine, sed hominem non habeo, ut cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum enim uenio ego, alius ante me descendit.* Hac gratia, inquit, uis sanari? ut scilicet hæc intelligeremus. Neq; dixit, Vis ut te sanẽ? nõdum. n. tanta de ipso habebatur opinio. Admirabilis profectò paralytici tolerantia, octo & triginta annos, ut sanaretur nũq̃ discedens expectauit: quòd nisi patientissimus fuisset, si nõ pterita, at futura saltem inde eũ abducere potuissent: quoniam incredibile erat reliquos ęgrotos priorẽ illum ingredi dimissuros. Neq;. n. certo tpe aqua mouebatur, sed claudi quidem & contorti tempus obseruare poterant: cęci uerò minimè, nisi fortasse motũ aurib? accepissent. Pudeat ergo nos, pudeat dilectissimi, & incredibilem secordiam nostram deploremus: octo & triginta annos hic expectauerat, expectabatq;, neq; eius impletum est desiderium, neq; negligentia sua nõ sanabatur, sed ꝓuentus ab aliis, neq; propterea desperauit: nos aũt si uel decẽ dies orationibus inuigilãtes non exaudimur, iam tepescimus: hoibus uerò quã diligẽtissimum exhibemus ministeriũ in malitia, i difficultatibus seruientes, tandẽ frequẽter oẽm spem amittimus: dominum autem nostrum ubi sine dubio mercęs sequitur, longè laboribus amplior. Spes. n. nõ cõfundit, inquit: debito studio & diligentia proseq non patimur: & quónam hoc supplicio dignũ? nã si nihil accepturi essemus, ipsius tamẽ frequẽs consuetudo nónne innumera nobis bona attulisset? sed laboriosa est assidua oratio: & qd nõ laboriosum, qd à uirtute proficiscatur? Hoc ipsum, inquiet quispiã, me maximè ambiguũ reddit, quòd malitiã uoluptas, uirtutẽ labor consequitur. Et multos q̃rere arbitror, q̃ nam sit causa. Dederat nobis à principio deus liberã omni cura, & laborib. uitã, eo turpiter munere abusi sumus, & inertiæ dediti, paradisum amisimus: idcirco laboriosam nobis uitam instituit, quasi se humano generi excusans diceret, Dedi uobis à principio delitias, facti estis indulgentia deteriores, ideo eas uobis laborib. cõmutaui. Qui cũ neq; uos continerent, lex & ꝑcepta succesſẽre, tanq̃ repagula & frenum equo
M indomito, quib. eius aduersus rationẽ insultus cõpescerentur: ita equorũ domitores assolent. Vita igitur laboriosa instituta est, quoniã quies & ocium uitam & mores corrũpere cõsueuit: natura. n. humana desidiam non patitur, sed ab ea facillimè ad malitiã declinat. Esto non opus esse labore continẽti, neq; fieri laboribus meliorẽ, sed in ocio perfectũ esse: quonã pacto hac utemur indulgẽtia? nónne in stultitiam & superbiam cõuertemus? sed quã ob rem, inquit, tanta malitiam uoluptas, tantus uirtutem labor comitatur? & quæ nã tibi gratia habenda, qd præmiũ acciperes, nisi laboriosum tibi opus iniũgeretur? Multos etenim possum in' ꝑsentia ostẽdere, q̃ suapte natura mulierũ abhorrẽt cõsuetudinem, easq; ut abominabiles fugiunt: hósne, dic qso, continẽtes appellabim? hos laudib. prosequemur? Minimè. Cõtinẽtia est uoluptatũ stimulos superare, & in bellis maxima certamina clarissimos triumphos pariunt, nõ quando nemo resistit. Sunt multi natura remissiores, hósne mã suetos dicemus? Minimè. Idcirco dominus tribus castrationis modis propositis, duos tãq̃ nulla laude di

A gnos omisit: unũ in cœlum extulit. Sed qd opus est malitia? ita & ego sentio. Et quísnã malitię opifex? qs alter nisi uoluntaria desidia? sed bonos tãtũ esse oportet: & quid nã boni proprium? Continentẽ esse & uigilare, an dormire & stertere? & quã ob rem hoc bonũ non uideatur, ut quis sine labore rectè faciat? Imperitè loqueris, & eorũ more qui uẽtri dediti, ipsum deũ arbitrantur. Nam quòd non rectè sentis, respondę quæso: Sit rex & dux, rex in lecto, & uoluptatibus uitã agat: dux uerò assiduis belli laboribꝰ fortiter hostes fuderit, cui uictoriã adscribemus? uter rerum gestarũ uoluptate fruetur? Vides quantò illa magis nobis placeant, q̃ sudoribus cõparãtur? propterea deus labores uirtuti immiscuit, ut nos illi familiares redderet: ppea, etsi non secũdum uirtutem uiuimus, eam tamẽ admiramur: uitiũ autem, licèt suauissimum, accusamus. Quòd si dixeris, quid natura bonos nõ potius admiramur, q̃ uoluntate? Quoniã æquum est laborantem non laboranti præponere. Qua. n. gratia laboramus? Quoniã indulgentiã & ocium non moderatè ferimus, imo siquis diligẽter inquirat, maiorẽ
B in modum pigritia corrũpimur, & nimios de inceps labores subimus. Quòd si placet aliquẽ epulis q̃ lautissimis sub custodia in ocio desidẽtẽ nutriamus, ne exercere, néue operari quicquã possit, sed in mẽsę & lecti deliciis contabescat: quid hac uita miserius? Sed aliud opari est, inquies, aliud laborare. Est igitur nõ laboriosum opus suscipiendũ? qd ni? hoc & deus uoluit, tu uerò non passus es. Statuit ut paradisum coleres, opus tibi sine labore iniũxit: neq; tamẽ si à principio laborasset homo, uitio ei datum fuisset: stat. n. si
Psl.102.d mul & operati, & nõ laborare, quemadmodũ angeli. Nã quòd operentur, audi quid dicat: Potentes qui facitis uerbũ eius. Quòd si nũc remissiores uires maiorem afferunt labore, tũc nõ idem continget, qppe
Apo.4.c. qui in dei requiẽ concedit, Requiescit, inquit, à laboribus suis: neq; desidiã, sed quietem significat: nã &
Hic infrà.c. deus adhuc operatur Xpi testimonio, dicentis: Pater meus usq; nunc operatus est, & ego operor: propterea oẽs uos admonitos uolo, ignauia abiecta uirtutem cõplectamini. Malitiam nãque uoluptas breuis dolor perpetuus sequitur: cõtrà uirtutẽ labor breuis, gaudiũ sempiternum. Hæc ante ꝑmium sectatorem
C suum oĩ labore liberat, futurorum spe alẽs: illa ante suppliciũ, conscientiæ stimulis præteritorũ torquet, oĩa in suspicionem adducit: quod ipsis etiam laboribus & angustijs grauius reperitur. Quòd si tantũ uoluptas esset, qd ea uilius? quid abiectius quę simul & uenit, & abuolat, languescit, fugitq; antequã cõprehendatur, & siue corporũ dixeris uoluptatẽ, siue deliciarum, siue pecuniarũ, ne diem quidem firma perstat: cũ autem & pœna, & suppliciũ eam comitetur, quid eius sectatoribus miserius? Cũ igitur hæc intelligamus, oĩa uirtutis gratia toleremus: ita uera perfruemur uoluptate, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxvi. ex cap. quinto.

Is sanus fieri? Respõdit ei languidus: Domine, ho
u *minẽ nõ habeo, ut cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam.* Maximũ diuinarum scriptura
Rom.15.a rum præmiũ, maxima utilitas: quòd Paulus testatur inquiens, Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorũ deuenerũt, ut per patientiã & consolationem scripturarum spẽ habeamus. Omnium. n. medicinarum thesaurus di- D
uinæ scripturæ sunt, & siue stultitiã exuere, siue affectus sedare, siue pecuniarũ cupiditatẽ expellere, siue dolores contemnere, siue fortem aĩum induere, siue aduersa æquo aĩo tolerare uelimus, quam plurima hinc remedia inuenire possumus. Quis. n. siue extrema pauptate, siue diuturno morbo uexatus, si propositũ hodie nobis locũ legerit, non maiorẽ in modũ consoletur, cũ intellexerit hunc octo & triginta annos languentẽ, & singulis annis alios sanitati redditos uidentem, non tamen aĩo lapsum desperasse, licèt sola prętereuntium desperatio oĩ eum spe deiicere poterat? Audi ergo & uerba eius, & miseriam, cũ enim dixisset Xps, Vis sanus fieri? Domine, inquit, hominem non habeo, ut cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Quid hoc miserius? qd calamitosius? Vides hoiem longo languore confectum? uides humilitatem? Nõ maledixit, ut nõnullos audimus, nõ execratus est diem suũ, non se irrideri arbitratus est, rogatus an uellet sanus fieri: sed ꝑquã mansuetẽ, & humiliter, Domine inquit. Atq ignorabat pertinãtem, & se sanatũ iri nesciebat, nec quicquã ꝑ postulat, ut qui medicũ rogant, sed tantũ morbum suum nar E
rare contẽtus est. Videbatur ei fortasse idcirco Xpm interrogare, ut ipsum in piscinã mitteret, hac gratia eum sibi misericordia conciliare uult. Quid rũ Christus? *Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula.* Quidam eundem hunc, & quẽ Matthęus meminit esse arbitrã Matt.9.a
tur. Non est tamen, qd pluribus rationibus constat: primũ ille multos habeat, qui summa cura ipsum ferebant, hic neminẽ: quare inquit, Hominem non habeo. Deinde ille nihil locutus est, hic suã narrat miseriam: illius curationis diẽ non meminit euangelista, hic í die festo sanatus est: ille domi, hic iuxta piscinã: illi, remittũtur tibi peccata tua, inqt, huius prius corpus deinde aĩam curauit, illi liberè dimittit peccata, Remittũtur tibi, inquit, peccata tua: hunc admonet & minatur, ut sibi in posterũ caueat. Iam noli peccare, inquiẽs, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Accedit ad hæc differens Iudæorũ calumnia: hic sabbati præuaricationẽ, illic blasphemiam accusant. Tu autem immensam dei sapientiã contemplare, non enim statim sanauit, sed primũ rogando sibi familiarem red- F
didit, ad futurã fidem insinuans: neque tantũ sanauit, sed ut lectum auferat iubet, ut miraculũ crederetur, & nemo falsum & simulatũ opinaretur. Nisi. n. firmis & robustis mẽbris, id ferre non potuisset. Seruat hunc morẽ sæpenumero Christus, ut maiorẽ in modũ impudentibus silentium imponat. Siquidẽ in
quinque panũ miraculo, neqd suspicionis oriretur, Mat.14.c
non tantũ miraculum fecit, sed uoluit ut multę frag et Ma.6.f
mentorũ reliquię superessent. & mũdato leproso, Va &.8.a
de, ait, ostende te sacerdoti. Simul ut miraculo certã
fidem faceret, & calumniantiũ ipsum legem dei præ Lucæ.5.c
uaricare impudẽtia ora cõprimeret: idem in nuptijs
fecit: non. n. uinum simpliciter ostendit, sed ferri ar- Supr.9.b
chitriclino imperauit, ut qui id nesciret, cõfitendo in
dubitatum perhiberet testimoniũ, hac gratia euãgelista insciũm architriclinum, unde id uinum esset demonstrauit, ut incorruptũ iudicium ostẽderet. & cũ
mortuũ suscitauit: Date, inquit, ei manducare, ut cer
tius resurrectionis signũ præberet: quibus omnibus Matt.5.d
manifestè indicat uulgo, non fallacẽ se, neque deceptorem, sed ad communem oĩum salutem uenisse.
Sed cur ad hoc? Vt ab alijs fidem non requirat. Quo

Gniam ab his qui suã uiderant potestatem, meritò requirit ut credant: ab ignaris autẽ minimè, nisi prius admoneatur. Propterea circa principium Matthæus multos curasse, & nemini potestatẽ suã prænunciasse narrat. Tu autẽ paralytici fidem considera, q audiẽs dicentem Iesum, Tolle grabbatũ tuũ, & ambula: nõ risit, non admiratus est inquiẽs, Angelus adscẽdit, & turbata aqua unũ duntaxat in bonã restituit ualetudinẽ: tu homo solo uerbo angelũ susperare cõfidis? nimiũ tibi arrogas, ridiculꝰ es. Nihil tale locutus est, sed nẽ cogitauit qdẽ: sed audiuit simul & surrexit, & sanatus, medici præceptũ non recusauit. Tulit enim grabbatum, & ambulauit. Id aũt mirabile fuit, non quòd à principio nõ crederent Iudęi, sed quòd post miraculũ Christum persequerentur, calumniarẽtur, detestarentur, diceret: *Non licet tibi tollere grabbatum tuum.* Hic autem nihil eorum curaret insaniam, sed fidenter in mediũ, acceptũ prædicaret beneficium, & impudentes cõpesceret. Hoc profectò magnę fortitudinis indicium est. *Erat enim*, inquit, *sabbatum Iudæorũ in illa die, et dicẽtibus illis: Sabbatũ est, nõ licet tibi tollere grabbatum tuum.* Audi quid respondit: *Qui me*
H *sanum fecit, is mihi dixit: Tolle grabbatũ tuũ, et ambula.* Tantũ non dicens eos deliros & insanos, cùm pręci perẽt ne eius qui tã graui & diuturno morbo ipsum liberauerit, mãdatis parẽret, & magistrũ sectaretur. At si malignius respondere uoluisset, poterat: nõ spõte sua, sed alterius iussu id facere: neq; id suũ, sed imperãtis peccatũ, & deposito lecto acceptũ occultare beneficiũ. Norat.n. non tam propter sabbati præuaricationem, q̃ propter morbi curam Iudæos id reprehendere. Verũ neque beneficium siluit, neque deprecatus est, sed clara uoce qd acceperit, profitetur & p̃dicat, ita paralyticus. Illi aũt (cõsidera quæso hominum malignitatẽ) non dixerunt, Quis te sanũ fecit? sed hoc omisso in calumnia assiduè uersantur: *Quis est homo ille, qui dixit tibi: Tolle grabbatũ tuũ, & ambula?* Is autẽ qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. *Iesus aũt declinauit à turba cõstituta in loco.* Quare declinauit? Primũ, ne se absente suspicioſum uideretur testimoniũ: qui.n. se sanũ intelligebat, certior accepti beneficii testis erat futurus. Inde ne illorũ insania uehementius accenderetur. Neq; ignarus erat inuidiosi solũ præsentiam non paruam inuidorũ animis furoris scintillam excitare. Discessit igitur, ut ipsi
I inter se de miraculo q̃rerent, disceptarẽntque: ipse nihil de se, sed q sanatus fuerat, & ipsi calũniatores loquerẽtur. Ipsi.n. iam miraculum testãtur, cùm non dicerent, cur fieri ea in sabbato p̃ciperet, sed cur faceret: neq; præuaricationẽ ægreferrent, sed paralytici inuiderent sanitati. Atqui quantũ ad humanũ opus, paralyticus magis legem soluerat, q̃ Christus, qui tãtùm præceperat: ille re ipsa legẽ præuaricatus est. Ali
Infr.9.b bi ipse Iesus operatus est, cũ cæci nati oculis lutum illiniuit: fecit autẽ non in legis contemptum, sed augmentũ. Sed de his aliãs: neque.n. semper eodem modo de sabbati transgressione ab illis accusatur, qd diligenter est obseruandum. Verũ iam uideamus, quã tũ mali afferat inuidia, quo pacto mẽtis oculos contra propriam salutẽ perstringat. Nam quemadmodũ insani aduersus seipsos nonunquã sententiam ferũt: ita & inuidi solã inuidiosi miseriam disquirẽtes, eius salute & fœlicitate anguntur. Hi feris sæuiores: illę.n. fame impulsę nos appetunt, hi beneficos nonnũquã inimicorũ loco habent. Feris, inquam, sæuiores, dæmonibꝰ pares, & fortasse iniquiores. Ipsi nãq; aduersus nos nullo amicitiæ fœdere hostiliter psequũtur, suo generi minimè insidiantur. Quorũ exemplo in Iudęos Christus inuectus est, cũ in Beelzebub eũ eii
K cere dæmonia dixissent: hoies autem neque naturæ suæ participes reueriti, eos infesto aĩo impetunt, atque seipsos prius, q̃ qbus inuident supplicio afficiũt, animumq; perturbationibus & anxietatibus temerè cruciant. Quam ob rẽ miser proximi tui commodis perturbaris? dolendũ est cùm malis afficimur, non cũ proximi fœlicitatem intuemur. Idcirco oĩs uenia inuido desperãda est. Nã scortator uoluptatis stimulos in excusationẽ affert, fur paupertatẽ, homicida furorẽ, friuolas quidem neque admittẽdas, qua lescunque tamen excusationes: tu uerò quã affers q̃so? nullam profectò, nisi animi prauitatẽ, atq; malitiam. Nã si inimicos amare iubemur, quánam pœnã ex amici odio daturos nos arbitramur? Et si amicos diligendo nihil gentilẽ superamus: si nhil de nobis mali meritos persequmur: quã merebimur ueniã?
L Audi Paulũ, Etsi tradidero corpus meum, ita ut ar- *1.Co.13.b* deam, charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodest. Quòd autẽ inuidia charitatẽ prorsus tollat, per spicuũ est. Hic affectus & fornicatione, & adulterio grauior: alterum.n. in ipso authore consumitur, inuidię aũt uis uniuersos populos perdidit, uniuersum orbẽ terrarum coinquinauit, ipsa cędis mater, ipsius suasu Cain fratrẽ interemit, ipsi Esau in Iacob, fratrũ *Ge.4.a.b* in Ioseph, diaboli in humanũ genus, odium & isidię *Ibidẽ.27.* tribuendæ sunt. At tu neminẽ interficis, sed lõgè gra *& 37.* uiora patraris, cũ fratris ignominiam concupiscis, cũ undique laqueos tendis, cũ persequeris ne uirtubus inuigilet, cũ ægrefers orbem terrarum debitum deo exhibere seruitiũ. Non igitur cum illo, sed per illum cum deo bellũ geris, deo iniuriã facis, cùm tuũ honorẽ ipsius honori præferas: & qd grauissimum est, aliis peccatis simile hoc uidetur. Verũ licẽt miseri cors sis, licẽt in uigilijs assiduus: si fratri inuides, omnium malitiã excesseris, quod uel inde cõstat. Scortatus quidam apud Corinthios breui uitã emẽdauit. *2.Cor.2.b* Cain fratri inuidendo, nunquã odiũ posuit: sed quã tò frequẽtius à deo admonitus est, tãtò magis dolebat, magis cruciabatur, & propabat ad cædẽ. Hic ergo q̃ ille grauior morbus, qui nisi magna adhibita
M diligẽtia, nõ facilè remedia admittit. Eia igitur radicitus euellamus illũ, scientes quòd quemadmodum alienis bonis inuidendo deũ offendimus, ita congratulãdo ei gratificamur, & participes nos facimus bonorum, q̃ rectè operãtibus reponuntur. Idcirco Pau *Rom.12.a* lus gaudere, inquit, cũ gaudentibus, flere cum flentibus: ex utroque.n. magnum lucrum consequimur. Intelligentes igitur, quòd etsi nihil laboremus, itidẽ tamen cũ proximis affecti præmiorum participes efficimur: omni liuore abiecto, fraterna oẽs dilectione cõplectamur, & eorum commodis congratulati, p̃sentia & futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxvij. ex cap. quinto.

Ostea̅ inuenit eum Iesus in templo, & dixit ei:
p *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Res profecto grauis est peccatum, grauis animi sordes, ut nonnunquam ui & exuperãtia sua corpora quoq; inficiat. Sed cũ grauiter ægrotãte

A uiter ægrotante aĩa nullo dolore afficiamur, paruo corporis morbo summa diligẽtia medicinam perq̃ramus: ideo deus ob animi peccatũ corpus flagellat ut deterioris partis supplicio, melior ad quærendũ re
1.Cor.5.c mediũ conuertatur. Ita Corinthiũ fornicatorẽ Paulus corrigit, interitu carnis, & sectione corporis animi morbũ coercens, tanquã optimus medicus, q cũ hydropisim uel splenẽ potionibus, & leuioribus medicinis sanare nõ possit, extrinsecus ferro & igni utitur: hanc artẽ Christus in paralytico exercuit: qd significans dixit, Ecce sanus factus es, iã noli peccare, ne deterius tibi aliqd contingat. Quid hìc admonemur? Primũ, quòd ex peccatis morbi generãtur, inde quod uerũ est, apud gehẽnã maximum & perpetuũ esse supplicium. Vbi nunc sunt qui dicunt, breui spatio hominem interfeci, breui adulterium commisi, ob admissum breui tempore peccatũ perpetuas pœnas daturus sum? Ecce hic non tot annis peccauit, quot pœnas dedit. Breui peccatum patratur, morbi tormẽta diuturna sunt. Non.n. tempore peccata, sed
B peccantiũ animus iudicatur. Illud præterea cõsiderandũ, quòd si grauẽ priorũ scelerum pœnam dedimus, deinde hisdẽ inciderimus, dabimus longè maiorẽ: & meritò sanè. Qui.n. supplicio non fit melior, tanquã stupidus quidẽ & contemptor, grauiorem sibi pœnã præparat. Ipsum nanq; peccatũ semel lapsum, satis supérq; cohibere, & sapientiorem reddere debebat, ne iterũ in idem prolaberetur. Verùm cùm neq; suppliciũ sontem corrigit, non iniuria flagello utitur uehemẽtiore. Quòd si post datas pœnas in ea dẽ iterũ crimina prolapsi, graꝗuiori pœna afficimur: qd his sperandũ est, q in ipso supplicio in iisdẽ scelleribus pertinaciter perseuerant? Et qua gratia, inqes, nõ omnes puniuntur? Et.n. multos uidemus, & qdẽ scelestissimos, bona corporis ualetudine, & prospa
1.Co.11.g fortuna lasciuientes: nolimus propterea eos admirari, sed deplorare potius: quòd.n. in hac uita nihil aduersi patiuntur, maioris in futura supplicij est argumentũ. Hoc & Paulus his uerbis significauit: Dũ iudicamur à domino, corripimur, ut nõ cũ hoc mundo damnemur. hic.n. correctio est, illic supplicium. Quid ergo? omnes morbi pp peccata? Non omnes: sed pleriq;. Siquidẽ & ex desidia, & nimio cibo, ebrietate, o-
C cio, nonulli generãtur. Vnũ autem ubiq; conseruandum est, ut æquo animo, & cũ gratiarũ actione oĩa perferamus. Veniunt & morbi propter peccata: ut magnos uiros podagra laborãtes uidemus. Veniũt
Iob.33.d & probandæ patiẽtiæ causa: ut Iob dicitur, Noli putare me aliter te tractasse, q̃ ut iustus appareas. Sed q̃ huic paralytico morbi causa? Peccata, Xpi testimo-
Mat.9.a. nio. Nã & illi cuius Matthęus meminit, Cõfide, inqt, fili, remittuntur tibi peccata. Et huic, Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Haud ignarus sum quosdã opinari hunc paralyticũ accusasse Christum, & idcir co ab eo admonitũ, ne peccaret. sed q d de illo apud Matthęum, qui eadem ferè admonitus est dicemus? Cõstat igitur nõ ea causa, ne peccaret admonitum: quod & aliunde cognosci licet, cũ inuenit eũ Iesus in templo, magnæ profectò & reuerentiæ & pietatis signũ: non enim in forum, nõ in porticus concessit: nõ uoluptati, non ocio indulsit, sed in templo uersatur: & quanuis omniũ in se imperiũ & maledicta expectaret, nihilominus à tẽplo auerti nõ potuit. Itaq; cùm inuenisset eũ Iesus, & postquàm Iudęis locutus est, nihil tale in eo reprehendit: dixisset enim, Adhuc cum iisdẽ uersaris, neq; in bonã restitutus ualetudi- D
nem factus es melior. sed tantũ in posterũ cautiorẽ reddit. Quid igitur, cùm claudos & cæcos curauit, id non admonuit? Ita mihi persuadeo, suũ hũc morbum pp peccata, illos corporis imbecillitate prouenisse, siue per hos, & horum admonitionem, & illos corripit. Cùm.n. hic morbus grauior sit, per eum & minoribus remediũ præbet: sicut enim cùm sanato alij iuberet dare gloriam deo, non illum tantùm, sed omnes idẽ admonuit: ita p hos cæteros hortatur & cõsulit, ut peccatis abstineant. Ad hęc norat eius animi fortitudinẽ, & tanquam mandati seruatorem: qd facturus sit, admonet, & beneficij memoria, & futurorũ malorum metu in sanitate cõfirmat. Et intuere Xpi humilitatem. non dixit, sanum te feci: sed, sanus factus es, iam noli peccare. Neq;, ne tibi qd deterius faciam: sed, ne deterius tibi aliqd cõtingat. In neutro personã adducit, ostenditq; gratia & benignitate potius, quàm meritis in sanitate restitutũ: quod nisi ita esset, dixisset, Ecce desisti debitã peccatorũ pœnã, iam caueas: uerũ inquit, Ecce sanus factus es, iã noli peccare. Hęc & nobis frequẽter in ore sint uerba, his & alter alterũ admoneamus: Ecce sanus factus es, E
iam noli peccare. Quòd si in peccatis persistẽdo nullam pœnã dederis, illud apostolicũ meminerimus, Quòd benignitas dei ad pœnitentiã te adducit: secũ *Rom.2.a.* dum duritiam autẽ tuam, & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ. Neq; sanando duntaxat corpus, aliunde etiam magnum præ se tulit Xps diuinitatis argumentũ. Illa enim particula, iam noli peccare: omnia ipsum uidisse indicat, q̃ ille superiori tempore commisit, unde in posterũ sibi fidem comparauit. *Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.* Intuere hominẽ in pietate p seuerantẽ: non dixit Iesum præcepisse, ut grabbatum tolleret, & cùm illi creditum semper crimen adducerent, hic semper excusationẽ, & medicum profitetur & prædicat, ut populũ ad eius cognitionem & familiaritatẽ alliciat: non enim tam stupidus erat, neque tã inhumanus, ut tanti beneficii oblitus, maleuolo id animo loqueretur. Beneficiũ nãque & metus facilè uel inhumanissimũ poterat cohibere: nam cùm manifestè minas accepisset, timuit sanè peiora, & maxi- F
mè cũ minantis potestatẽ esset exptus. Ad hęc, si accusandi gratia id dixisset, nõ sanitatem, sed mandati transgressionẽ meminisset: sed profectò magno & fideli animo medicũ, & acceptũ beneficiũ profesus est, quemadmodũ & cęcus cùm inquit, Fecit lutum, *Inf.9.a.* & unxit oculos meos: ita & hic, Iesus est qui fecit me sanũ. *Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato.* Quid Christus? *Pater meus usque modò operatur, & ego operor.* Quãdo pro discipulis respõdebat, eorũ conseruilis Dauid testimonio utebatur: Nunquid legisti, inqt, qd fecerit Dauid, quando esu *Luc.6.a* riuit? Pro se uerò ad patrẽ cõfugit, cui se in omnibus similem indicat: & cùm priuatim patrem appellat, & cùm eadem operari ostendit. Et quare nõ meminit, quę apud Hiericho facta sunt? Erigere eos à terra uoluit, ne amplius de ipso tanquam homine, sed deo & legislatore sentirent. Quòd nisi uerus filius, & eiusdẽ esset substantiæ, excusatio excusatione maior esset. Neq;.n. princeps regiũ institutũ abrogans, & in iudicium uocatus, si à rege idem abrogatũ in defensionẽ suam adduceret, absolueretur, sed maiori crimini esset obnoxius: uerũ cùm dignitates, ut in hoc lo-

G eo æquales sunt, proculdubio comparatio cõuenit. Quibus,inqt,criminib.deum,hisdem me absoluitis. ideo primũ patrẽ appellauit,ut ẽt inuitis eadẽ sibi cõcedi persuaderet,paternã charitatem reueritis. Quòd si percõtaueris, & qũo pater operatur,cùm septimo die ab omni opere cessauerit: accipe qũo præuidet, continet,temperat omnia quæ fecit. Cùm igitur Solem orientem, lunæ cursum,stagna, fontes,fluuios, naturæ uim seminib.in nostris,& brutorum corpori bus progressum, cætera oía quibus hoc totum con stat,uides: itellige perpetuam patris operationẽ,qui Mat.5.g. Solem suum orti facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et iterum: Si aũt fœnũ agri 1bid.6.d. qd hodie est,& cras in clibanũ mittitur, deus sic ue- Luc.12.d stit:quãtò magis uos minimẽ fidei? Et de uolatilib. Pater meus,inqt,cœlestis pascit illa. Vbi igitur uerbo duntaxat operatur in sabbato,à sacrificiis & his quę illi faciebant crimina obiecta purgat:ubi uerò operari ꝑcipit,ut ex gratia hoc in loco, Tolle grabbatũ tuum:ut nõ graue quiddã esse sabbati ꝓuaricationẽ ostendat,altiora loqtur, ut paterna authoritate illos
H perterreat,& ad supernã trahat cõtemplationẽ. Qua de causa cũ de sabbati transgressione disceptaretur, nõ ut tantũ homo,neq; ut tantũ deus, sed alterutrũ commiscendo obiecta confutat. uoluit.n.ut utrũq; crederetur,& incarnationis humilitas, & excellentia diuinitatis. Nam si semp ut homo locutus esset, oẽs in eadẽ perstitissent humilitate:hac gratia patris meminit,cùm & creaturæ in sabbato operantis meminisse potuissẽt. Nam & Sol ab Oriente in occidentẽ fertur,flumina labũtur,fontes scaturiũt, pariunt mulieres:sed ut ipsum non creaturam intelligeres,nõ at tulit creaturæ operantis exemplum: sed, *Pater meus*, inquit,*modò operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solũ soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo.* Neq; dixit,dicẽs:sed, faciens:non.n. uerbotenus,sed frequentius operib.se deo æqualem ostẽderat. Quid tandẽ?qa in solis uerbis insolentiam accusare potuissent,operũ aũt ueritate, & potẽtia pspecta uel cõtradicere cogebãtur. Sunt tamẽ, qui peràm & impiè Christum non se æqualem deo fecisse,sed suspicatos Iudæos intelligãt. Quam ob rem superiora transigamus: persequebãtur ipsum Iudæi, an nõ?Perspicuũ est,persequebãtur. nunqd hac gratia persequebãtur,an alia?In hoc quoq; cõuenimus. Soluit sabbatum,an nõ?neq; in hoc dissidemus. Patrẽ suum deũ appellauit,an nõ?neq; hoc dubiũ. Cætera igitur in hũc modum cõsequuntur. Quẽadmodum igitur quòd patrẽ suũ deum dixerit, quòd sabbatum ꝓuaricatus sit,quòd Iudæi ipsum & hac,& illa magis ratione persequerentur, nõ erat opinio,sed ueritas:ita cũ se æqualẽ deo facit, qd ex superiorib. cõstat manifestius. Pater meus, inqt, opatur, & ego operor. Hæc uerba sunt æqualẽ se patri faciẽtis. Nulla.n.in his uerbis differẽtia est. Non dixit,Pater opatur,ego subministro:sed idẽ uerbũ,Operor. Quòd si aliter sensisset,sed Iudæi sic perperã intellexissent,falsam correxisset opinionẽ:neq; id euangelista silentio ꝓtermisisset: quẽadmodum alio in loco, cũ uideret
Sup.2.d. particulam illã:Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud:aliter à Christo dictã, hoc est de carne sua: aliter à Iudæis intellectã, de suo uidelicet tẽplo,ideoq; dixerint: Quadraginta & sex annis ædificatũ est hoc tẽplum,& tu tribus diebus excitabis il lud? Ille aũt (inquit euãgelista) dicebat de tẽplo corporis sui:ita si hoc in loco aliter Xps sensisset,q̃ illi essent suspicati, profectò dixisset Iudæos quidẽ credidisse Christum æqualem se deo facere. Ipsum autem nõ de eiusmodi æqualitate locutum. Neq; hoc in loco,neq; hìc duntaxat, sed alibi alius euãgelista hunc suspicionis corrigendæ morem seruat. Cùm.n.dixisset discipulis Iesus,Cauete uobis à fermẽto pharisæo Mat.16.d rum,& Sadducæorũ: & illi cogitassent inter se dicentes, qa panes nõ accepimus: Iesus aũt pro fermento doctrinam caperet,ipse Iesus eos arguẽdo suam sententiam exponit: Quid cogitatis inter uos modicę fi Ibidem dei? Nõdum intelligitis, quia nõ de pane dixi uobis? hìc uerò nihil corrigit. Atqui cõtra Arianos inquiens corrigit,cũ inquit: *Non potest filius à seipso quicquã facere.* Omnino contrà:non.n.ut tolleret, sed ut magis confirmaret æqualitatem,id dixit. Verùm perq̃ diligenter attendite, nõ.n.parua est quæstio:hanc paruculam,A se:frequẽter in scripturis & pro Christo,& pro spiritu sancto positam inuenimus:& uis eius intelligẽda est,ne in grauissimum errorem incidamus: nam si eam simpliciter,& ut primùm se nobis offert
L quispiam accipiat, quãtus error sequeretur,animaduertite. Non dixit alia à se posse facere,alia nõ posse: sed generaliter non potest filius facere. At maximũ bonorũ fecit.& Paulus clamat: Qui cũ in forma dei Philip.2. esset,non rapinam arbitratus est, esse se æqualẽ deo, a. sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens. Et ipse Christus: Potestatem habeo ponẽdi aiam meã, Inf.10.d sed ego pono eã à meipso. Vides.n.eum & mortis,& uitæ potestatem habere, & tantam rem à seipso operantẽ? Et quid de Christo dico? Nos quibus nihil uilius uel abiectius, sæpenumero à nobisipsis operamur,malitiã reiecta uirtute deligimus. Quòd si nullam haberemus potestatẽ, neq; peccando gehennæ supplicio torq̃remur, neq; regnũ cœlorũ bene operãdo cõsequeremur. Qũo ergo intelligitur, nõ potest filius à seipso quicquam facere? Quoniam quod nulla in re est patri contrarium, nihil ab eo alienũ potest facere:quod maximã æqualitatẽ, & conuenientiam ostendit. Et quánam gratia nõ dixit,nihil se contrarium facere? Vt hinc indiscretionẽ, & ueram æqualiM tatem demonstret. Neq;.n. hæc particula imbecillitatis eum arguit,sed potestatis immensæ. Nã & alibi Heb.6.d de patre inquit Paulus,ut per duas res immobiles, q bus impossibile est mẽtiri. Et iterũ: Si negauerimus, 2.Tim.2. & ille negabit nos. Si nõ credidimus, ille fidelis ma- b. net:negare seipsum nõ potest. Et enim illud quod impossibile dicit,nõ imbecillitatis est,sed potestatis, & quidẽ immensæ.quod ita intelligendũ est: adeò illã substantiam incomprehensibilẽ esse, & talem, ut cũ deum peccare impossibile dicimus,nõ imbecillitatẽ arguimus, sed ineffabilẽ eius quandam potestatem confitemur. ita hoc in loco, Non possum à meipso facere quicq̃:hoc est,impossibile est, ut patri contrarium faciam. Et ut hanc sententiam intelligas,ex his q̃ sequũtur cõsideremus, utrum Christus comprobarit. Tu dicis illam particulam Christi auferre potestatem, & uirium defectum arguere:ego idiscretam æqualitatem, & sententiæ & potestatis significare: ipsum pcontemur, & utrã cõfirmet sententiã uideamus. Quid dicit? *Quæcũq; ille fecerit,hæc & filius similiter facit.* Vides quomodo uestram prorsus tollit sententiã,& nostram confirmat? Nam si à seipso nihil facit,neque pater à seipso facit quicquam, si q̃ pater &

A ipse facit. Quòd si à seipso oía faciet pater,& filius faciet,ut stet similitudo:quod nisi ita esset,aliud sequeretur, quod absurdissimũ. Non enim dicit,quæ uidit patrem facere,ea facit:sed, nisi qd uiderit facientem, temporis continuationẽ significans. uestra autẽ sententia semper eadẽ discet. Vides sensus profunditatem,uerbi autẽ humilitatem? quæ tamen & impudẽtissimos,& detrectantes cogit,ut nihil uile,nihil abiectius dignitate abhorrens,alienũ ue suspicetur. Quis adeo stultus,adeò infelix est, qui dicat filiũ singulis Pſ.101.d. diebus discere, q̃ facere oporteat? Quomodo illud Supr.1.a. cõstaret: Tu aũt idẽ ipse es, & anni tui non deficiẽt? quomodo oía per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? siquidem q̃ pater facit, eadem ipse uidẽs imitatur. Vides qũo his quæ dicta sunt,& adhuc dicuntur,eius authoritas demõstratur? Quòd si humilius quędam loquitur,noli admirari:nam cùm ex pulissent eum Iudęi, quòd altiora loqueretur,& deo cõtrariũ arbitrarẽtur, uerbis tantũ paulùm ad humiliora descendit:rursus tamen & exurgit,& rursus deprimitur,suam uariãs orationẽ,ut facilius intelligere
B tur. Et animaduerte, quæso,cũ dixisset: Pater meus operatur, & ego operor. & se deo æqualẽ ostendisset,rursus dicit:Nõ potest filius à se qcquã facere,nisi qd uiderit patrẽ faciẽtẽ. Et inde rursus altius erigitur, *Quæcunque fecerit ille,hæc & similiter filius facit.* Et rursus in humilitatẽ declinat, *Pater enim diligit filiũ, & omnia demõstrat ei q̃ & ipse facit: et maiora his demõstrabit ei opera.* Ecce & aliam incredibilem humilitatem: & meritò sanè. Quod.n.& dixi, & dicere nunquam cessso, id repetam:cũ aliquid de se humile & abiectũ Christus loquitur,per exuperantiã loqtur,ut & stultis & temerariis persuadeat,nõ uerba,sed piè sensum intelligendũ. Aliter considera,quæso,ex ipsis uerbis, q̃ id absurdum sit & ridiculum. Nam cũ diceret, Et maiora his demonstrabit ei opera, inuenietur nõdũ multa didicisse. Quod ne de apostolis quidem dicẽdum est,qui accepta semel spiritus gratia, repẽtè oía & nouerunt, & potuerunt, quæ & scire & posse eos oportebat: hìc autem multa scitu necessaria nondũ didicisse deprehẽdetur,quo nihil absurdius. Quid illud igitur, maiora his demõstrabit? Cũ sanasset paralyticũ,& mortuũ esset suscitaturus,inquit: Mirami ni me paralyticũ liberasse, maiora his uidebitis: sed
C humilius quodãmodo locutus est, ut eorũ placaret temeritatem. Et ut intelligas illud uerbũ, Demõstrabit:non propriè dictũ,audi quæ sequuntur: *Sicut pater suscitat mortuos et uiuificat, sic et filius quos uult uiuificat.* At q nihil potest à se facere, si facit qd uult,contradicit: nã si quos uult uiuificat, potest à se facere, uelle.n.potestatis est: quòd si non potest à seipso,iã quos uult nõ uiuificat. Illa.n.particula, Sicut pater suscitat mortuos,indiscretã potestatẽ:illa aũt, Quos uult,æqualẽ demonstrat. Intelligis quomodo nõ potest à se facere? non tollit, sed potentiã & uolũtatem æquiparat. Ita & illud uerbũ,Demonstrabit,est intel
Infr.6.d ligendũ. Etenim alio in loco ait: Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et iterũ, ut non aliunde uim
Ibidẽ.11.c operãdi se accipere ostẽdat: Ego, inquit, sum resurrectio & uita. Et neqs diceret mortuos tãtũ quos uult suscitare,& uiuificare, alia autẽ in sua non esse potestate, hanc præripit suspicionẽ, inquiens: Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit: ut & oía quę ille,& ut ille facere intelligatur, siue mortuorum resurrectionẽ, siue corporũ opificium, siue peccatorũ remissionẽ, siue quiduis aliud, similiter patri operatur. Sed oía hæc negligunt, qui suam negligunt salutem:tantũ officit potioris loci cupiditas, & prælatio:hæc hæreses peperit, hæc gentilũ cõfirmauit impietatẽ. Deus.n.inuisibilia sua per huius mundi creaturam intelligi uoluit:illi hanc doctrinã sectari dedignati, aliã excogitarunt, ueram neglexerunt. Iudęi autem gloriæ humanæ studio diuina contemnẽtes credere noluerunt. At nos dilectissimi, quãta possumus diligentia morbũ hũc fugiamus:nam licèt innumera bona opa egerim⁹, sufficiẽs est inanis gloriæ lues, quo oia deleat. Si laudum desiderio tenemur, à deo eas perquiramus. Humanæ laudes qualescunq; sint, simul & apparẽt,& euanescũt, nihil afferũt utilitatis, & prẽter ueritatẽ sæpenumero iudicãtur. Quid enim in hac nostra gloria admirabile est, q̃ saltantes iuuenes,ipudicæ mulieres, auari raptores cõsequẽtur? Qui uerò apud deũ gloriosus est,non tales laudis socios,sed sanctos prophetas,apostolos,& angelicę uitę ꝑceptores habet. Quòd si coronis hominũ cingi, & cõspici desideramus, qd id simpliciter sit contemplemur. Nihil profectò in eo dignũ iuuenemus. At si
D multitudinẽ desideras, angelos quæras: quorũ opE formidolosus dæmonibus efficieris:ita hoies paruifacies, & humana oía tanquam lutum pessundabis. Tunc manifestè cognosces, nihil ita labefactare animã, q̃ glorię cupiditatẽ: quã q affectat, nullo pacto in hac uita & doloribus, & cruciatu carere poterit: quẽadmodũ q pessundat, ẽt plurimos pessundat affectus. Qui humanã laudem uincit,inuidiam uincit, auaritiam uincit,graues oẽs affectus uincit. Et quónam pacto? Si aliã spectabimus gloriã, hoc est cœlestem,quã hæc auferre nobis conatur:illa in hac uita claros facit,ad futuram perducit, oí nos carnis seruitio liberat. Carni enim quã miserrimè seruimus, cũ & terræ, & terrenis rebus tanto studio inuigilamus. Si in forum te conferes,si domũ ingredieris, si egredieris,si nauigabis,si uillam, si hospitiũ,si regiam, si senatum,si iudicia petes, oia secularium curarũ plena:uenientes,abeuntes,manẽtes,nauigãtes, q rura, qui ciuitates habitãt, oẽs his implicitos & attonitos intueberis. Quænã igitur nobis salutis spes, quãdo à deo datam terrã habitantes, nihil diuinũ sapimus: sed cũ iubeamur esse huius mundi hospites, hospites cœli sumus,& mundi ciues? Quid huic stultitię eqpa F randũ? Quotidie de iudicio, de cœlorũ regno audimus: Noe aũt ac Sodomorum ætates imitamur, & uolumus experiri. Atqui ppea illa scripta sunt,ut siqs futuris diffidit,ex præteritis futurorum accipiat certitudinẽ. His igitur cognitis, dilectissimi, paulum saltem hoc graui seruitio leuati, aliquando de aia cogitem⁹, ut & ꝑsentia, & futura bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia. xxxviij. cx cap. quinto.

Eque pater iudicat quẽquã, sed omne iudiciũ dedit filio: ut oẽs honorificent filium, sicut honorificant patrem. Summa nobis in oibus utendũ
D est diligentia dilectissimi, quia reddenda ratio est & uerborum,& operũ, & proculdubio pœna subeunda. Non.n.in præsenti uita finis nobis est,sed alia nobis conditio expectanda, formidoloso iudicio aderimus. Oẽs.n.nos manifestari oportet ante tribunal Christi,ut referat unusquisque propria corporis,pro 2.Cor.5. ut gessit siue bonũ siue malum. Hoc iudiciũ semper

G præ oculis habeamus, ita semp uirtuti uacare poterimus. Nam sicut qui diei illius obliuiscitur, tāquā frēno abiecto in ꝓcipitiū defertur. Inquinatæ sunt uiæ illius in oī tempore, & causam affert: Auferuntur iudicia tua à facie eius. Ita quē continuus hic percellit timor, modestè uiuēdi uiā ingreditur. Recordare, inquit, nouissima tua, & in æternū non peccabis. Qui enim dimittit nobis peccata nūc miserando, is tū iu dicando pandet, Qui pp nos mortuus est, is uniuersæ naturę iudex apparebit. Iterū, inquit, sine peccato uidebitur susciꝑientibus eū ad salutem. Quam ob rē hoc in loco inquit? Neq; n. pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut oēs honorificent filium, sicut honorificant patrē. Igitur patrem ꝓponemus, inquiens? Absit: propterea n. dixit filium, ut manentē filium tanquam patrem honoremus. Qui enim patrem ipsum dicit, non iam filiū tanquam patrem honorat, sed totū confundit: & quoniā beneficia accepta hoies non ita sentiunt, omne iudicium dedit filio, ut saltem metus in eius honorē trahat. Illud autē uerbum, Omne: & puniendi, & honorandi quoslibet potestatē habere signat. Dedit autē, ideo dixit, ut neque ingenitū filium, neq; duos patres suspicareris. Quicquid n. pater est, idem est & filius genitus, & manens in esse filius. Et ut intelligas hāc particulam, Dedit: idē quod, genuit, significare: audi qd alio in loco dicit: Sicut pater habet uitā i semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Quid igitur? prius ipsum fecit, inde uitam dedit? qui. n. dat uitam, alicui dat: erat igitur sine uita genitus? Hoc neq; dæmones ipsi suspicarentur. Simul. n. cum impietate maxima stultitia deprehenditur. Quemadmodū enim illud uerbum, Dedit uitā: quòd eum uitam fecit, signat: sic, Et dedit iudiciū: quòd eum iudicē fecit, intelligendum est. Vt. n. audiēdo eum authorem patrem habere, non ꝓpea mutatam substantiam, & diminutum honorē crederes, ipse te iudicatū uenit, & hinc suam præ se ferens excellentiam. Qui. n. & honorandi & puniendi quos uult habet potestatem, is eadē potest q̄ pater. Quod si hoc nō esset, sed posterius factus honorem accepisset: q̄ causa fuit quin posterior honoraretur? Vnde in hanc uenit dignitatis ꝓrogatiuā? Nónne uereris humanos hos, & indignos deo intellectus, immortali, & nihil nobiscū communicanti naturę tā impudenter tribuere? Sed cur ita loquitur? ut magis crederetur, & ad maiora auditorū animos præpararet, & ideo hæc miscet. Cōsidera à principio: Pater meus opatur, & ego operor, Aequalitatē ostendit, sed uoluerunt eū Iudęi interficere. Quid ergo? Verbis altioribꝰ abstinet, sensus seruat: Nō potest filius à se facere quicquā. inde altius ascendit: Quęcūque ille fecerit, hæc & filiꝰ similiter facit. Rursum ad humiliora descendit: Et pater diligit filium, & oīa demonstrat ei q̄ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera. deinde: Sicut & pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic filiꝰ, quos uult uiuificat. Et rursum utrunq; complectitur: Neque. n. pater iudicat quenquā, sed omne iudiciū dedit filio. inde erigitur, Vt oēs honorificent filiū, sicut honorificant patrē. Vides quomodo uicissim & humi repit, & altè tollitur, ut & præsentes melius intelligerent, & futuri tēporis hoies nō offenderentur, & debitè de ipso sentirent? Quòd si nulla esset causa, neq; ut facilius persuaderet ita locutus esset: quānā gratia hæc cōmiscuit? Qui enim magna de se polliceri potest, si quidē humilius & ꝓter dignitatē suā dixerit, aliqua causa meritò potest excusari: qui aūt nihil habet quod iactet, quānā gratia quā præstare possit magnificentius de se loquitur? sanè stultissimū & impiissimū est. Quam ob rem meritò nos humilia de nobis pollicen, & modestè loq decet. Et hinc promissam nobis salutē cōparamus, qd ipse Christus alio in loco his uerbis significauit: Hoc aūt dico uobis, ut uos salui sitis. Nam cum suo omisso, ad Ioannis testimoniū cōfugeret, idq; sua excellentia esset indignū, tantæ humilitatis causam affert, se id dicere, ut ipsi salutē consequerētur. Vos aūt cū filium non eandem quam patrem habere potestatem dicitis: quid eius uerbis respōdebitis, quibus se æqualē patri potestatē, uirtutem, gloriam habere profitetur? *Qui non honorificat filiū, non honorificat patrem qui misit illum.* Ecce quō filij honor paterno honori confunditur. Et quid? nónne in apostolis iisdē ferè uerbis usus est? Qui suscipit, inquit, uos, me suscipit. Sed illic discipulos rebus suis adnumerat, hic aūt unā dicit substantiā, & unā gloriā: ideo de discipulis non inquit, ut honorificēt. Nā ex duobus regibus altero contumelia affecto, & alter læderetur: maximè uerò si filiꝰ ꝉditur, & sui militis ignominia, non tamē itidē, sed ut mediator, illic ipsa dignitas ꝉditur. Præterea id ꝓoccupauit, ut honorificent filiū, sicut honorificant patrē, ut honoris æqualitatem intelligas. Non. n. simpliciter dixit, Qui non honorificat: sed, q non ita honorificat, non honorificat patrē. Et quō eiusdē substantię est, qui mittit, & qui mittitur? Iterū in humana prolaberis, neq; ulla alia causa hæc oia dici intelligis, quā ut authorem cognoscamus, neq; in Sabellij errorem incidamus: hoc etiam pacto Iudæorum imbecillitati occurrit, ne alium deum opinentur. (dicebant. n. Hic non est à deo, hic à deo nō uenit.) quā ut tolleret opinionem, nō ita in magnis, ut in humilibus uersatur: ideo frequenter se missū dicit: nō ut ulla ex parte eum minorē suspiceris, sed ut illis filētiū imponeret: hac gratia sæpenumero ad patrem confugit, & interim propriā interferit dignitatem: siue enim in oī sermone Iesus magnificē locutus esset, non sanè intellexissent Iudęi: quandoquidē paucis ēt uerbis eum persequebantur, & lapidabant: siue eorū gratia semper humi procubuisset, multum futuri hoies detrimentum accepissent. Confundit igitur doctrinam suam, & uerborum utilitatem sensus splendore apud prudentiores minimè sibi cōuenire ostēdit. Missum aūt, translationis uerbum est: ubiq; enim præsens est deus, quare ergo missum se dcit? Crassiori hoc uerbo eiusdem cū patre uolūtatis se esse demōstrat, quod & sequentia confirmant, inquit enim: *Amen amen dico uobis, quia qui uerbū meū audit, et credit ei qui misit me, habet uitam æternam.* Ecce quā frequēter idem repetit, ut suspicionē tollat, & in hoc loco, & sæpe in sequētibus, & metu, & ꝓmij promissione, ut sibi credatur admonet, & hic rursus ad humilia descendit. Non. n. inquit, Qui audit uerba mea, & credit mihi, arroganter nanque dictū existimassent: nam cū longo post tēpore, post tot signa & miracula cū eiusmodi diceret, id opinati sunt, & prophetæ mortui sunt, longè magis in præsentia. tunc. n. dixerunt: Abrahā mortuus est, prophetæ mortui sunt: & tu dicis, si quis sermonē meum seruabit, mortem nō gustabit in æternū. Vt ergo tunc non exasperarētur, inquit, Qui uerbū meum audit, & credit ei q me misit habet uitam æternā. Hoc non difficile erat persua

Psal. 9. c. *Eccl. 7. d.* *Hic infrà. d* *Hic infrà. f* *Luca. 9. f* *Infr. 8. g.*

A su: quę tamen si promptè accepissent, in reliquis facilius erudiri potuissent. Hæc itaq; magnorū, & humilium cōfusio per q̄ utilis est. hic ergo, inquit, Videbit uitā æternā, & in iudicium nō ueniet, sed transibit à morte in uitā. His duobus fidē sibi conciliat, cùm & patri credendū, & credenti tantū præmij propositū dicit. In iudicium aūt non ueniet, hoc est, nō punietur. Mortē aūt non huius seculi, sed æternā intelligit, quemadmodū & uitam. *Amē amen dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando mortui audiēt uocē filij dei: & qui audierint, uiuent.* Verba re cōprobat. Nam cū dixisset: Sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult, uiuificat. Ne uideretur superbè & arroganter loqui, ēt operū ueritatem enarrat, cùm, inquit, Venit hora: quā ne longo pòst tpe futurā arbitreris, subdit, Et nunc est, quando mortui audient uocē filij dei, & uiuent. Intueris incredibilē eius potestatē? Sicut in resurrectione, ita & nūc erit, inquit: tūc enim audita imperantis uoce, resurgemus. In ꝓcepto dei, inquit, mortui resurgēt. Et unde cōstat nō perperā dictum? quoniā nunc adesse dicit. Nā si futura tan

B tū annunciaret, nō immeritò esset dubitandū: sed se in terris cū ipsis cōuersante hæc uētura dicit. Neq; n. nisi potestatē habuisset, id polliceretur, ne ridiculus oībus esset. Inde firmissima ratione cōprobat: *Sicut pater habet uitam in semetipso sic dedit & filio uitam habere in semetipso.* Ecce quō in nullo prorsus differūt, præterquam quòd alter pater est, alter filius. Verba hanc tantū uidentur facere differentiā, cætera æqualia & indiscreta. unde perspicuum est, tam potenter oia filiū, q̄ patrem facere. Sic. n. habet uitā ut pater, propterea statim additur, ut ex hoc illud intelligamus. Quid nam? *Et potestatem dedit ei iudicium facere.* Et qua gratia resurrectionē & iudiciū frequēter meminit? Sicut pater, inquit, suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult, uiuificat. Et iterū: Neq; pater iudicat quenquā, sed omne iudiciū dedit filio: &, sicut pater habet uitā in semetipso, sic dedit & filio habere uitā in semetipso. Et iterū: Qui audiunt uocē filij dei, uiuūt. Et hoc in loco potestatē dedit ei iudicium facere. Quæ nā, inquam, tam frequens iudicij, uitæ, resurrectionis cōmemoratio? quoniā hæc om

C niū maxima sunt, & q̄ possunt difficilē ēt auditorem ad credendū adducere. Qui. n. credit resurrectionē, & scelerum pœnas, ēt sine alijs signis hoc solo assentietur, & beneuolū sibi iudicē reddere curabit. *Quia filius hominis est, nolite hoc admirari.* Paulus Samosatēsis non sic legit: sed, potestatē dedit ei iudicium facere, quia filius hois est: quod minimè sequitur, Nō. n. propterea accepit iudiciū quia homo est, nam nihil prohibuisset oēs homines iudices esse: sed quoniam ineffabilis illius substantiæ filius est, ideo iudex. Quā ob rem ita legendum. Quia filius hominis est, nolite hoc admirari. Nam cū uideretur id repugnare, & nihil aliud q̄ purum hoiem esse arbitrarētur, uerba autem supra hoiem, ac ēt angelos, & solius dei: hāc tōl lens obiectionē, addit: *Nolite mirari hoc, quia filius hominis est: Quia uenit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Etquánam gratia non dixit, Nolite mirari, quia filius hois est: etenim dei quoq; est, ut superius, Audient uocē filij dei: sed resurrectionis tantū meminit? Ne admireris nullā hic dei mentionem habitā. Qui. n. quod propriū dei est narrat,

D satis admonet auditores, ut reliquū intelligāt: quòd scilicet & deus, & dei filius est. Nā si uerbis frequēter repetisset, quod miraculis ostendebatur: uisus esset causæ tanq̄ imbecilliori diffidere. Etenim qui syllogismos faciunt, positis partibus sine cōclusione, sæpenumero apertè demonstrant, qd quæritur: & cū attentiores auditores reddant, & magis laudentur, ipsum repugnantem in suam adducunt sniam. Itaq; præsentes melius iudicium ferre possunt, cū aduersarij se uictos profitentur. Et Lazari resurrectionē memorans, iudicium tacuit: non enim propterea suscitatus est. Huic autē uniuersali resurrectioni addidit, Qui bona fecerunt, procedent in resurrectionē uitę: qui uerò mala egerūt, in resurrectionem iudicij. Hac iudicij appellatione Ioannes auditorem cōpellit, ut sibi persuadeat: quòd qui credit filiū, nō iudicatur: q aūt non credit, iam iudicatus est: ita & in hoc loco & iudicij, & malorum supplicij meminit. Nam cū dixisset, Qui uerbū meum audit, & credit ei qui misit me, non iudicatur: nequis hoc solū satis esse ad salutē arbitraretur, & opera addidit: Qui bona fecerunt, procedent in resurrectionē uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionē iudicij. Et cū orbem terrarum ipsius uoce resurrecturum, & redditurum rationē, nouum quidem, nec facilè credibile, ēt fidelioribus, nedum Iudæis uideretur: audi quónam id pacto cō firmat, rursum in auditorum descendēs imbecillitatem: *Non possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: quia nō quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, patris.* Atqui nō paruū iam resurrectionis dederat argumentū, cū paralyticū sanaret, quā ob rē noluit prius de ea uerbū facere, q̄ quod non multò erat resurrectione inferius, operatus esset: & cū paralyticū cōfirmauit, tunc iudicij fecit mentionē. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliqd cōtingat. Veruntamē & Lazari, & orbis terrarū resurrectione prædicit: sed Lazari mox, orbis diu post futuram: & hanc per paralyticū, & Lazari resurrectionē ostēdit. Venit hora, & nunc est. Ex his q̄ facta sunt, nondum facta demonstrat, quem ubiq; morē seruare deprehenditur, quod duabus uel tribus rebus prædictis à factis semper futura cōfirmat. Sed tot & tātis uerbis E & operibus suis Iesus cū adhuc imbecilliores essent nō contentus, alijs ēt eorū pertinaciam mollire adnititur, dicens: Non possum ego à meipso facere quicquā, sed sicut audio, iudico, & iudicium meū iustū est: quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Nā cū aliena & à propheta rum snia differentia, dicere uideretur. Illi. n dicebāt, quòd deus iudicat terrā oēm, hoc est humanum genus. Et Dauid: Iudicabit populos in æquitate. Et: Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Et idem prophętę oēs, & Moses. Christus aūt, Pater nō iudicat quenquam, sed ego sum q̄ iudico. Hoc facilè Iudęū pertubare, & in suspicionē adducere poterat, ut à deo alienū Christū arbitraretur: quā ob rem ad humilia descendit, quantū eorū imbecillitas postulabat, ut penitus q̄ inde suboriebatur opinio tolleretur. Ego, inquit, nō possum à meipso facere quicq̄: hoc est, nihil à deo alienū uel differēs, nihil qd nolit pater factū à me uidebitis, nihil dictū audietis. Et ut superius cū dixit, quia filius hois est, ostēdit se hoiem existimatum: ita & in hoc loco. & quemadmodū cū, inquit: Qd audiuimus, loquimur: & qd uidimus, testamur.

Psal. 95. c *Ibid. 7. c* *Supr. 3. b*

G & Ioannes: Quod uidit testatur, & testimoniū eius
Sup.3.b nemo accipit: de certa utrunq; cognitione, nō de au
ditu & uisu locutus est. Ita & hìc per auditum nihil
aliud intelligitur, q̄ nihil aliud posse, q̄ quod pater: ue
rū non tam manifestè, quoniā primū fidē non adhi
buissent, nisi humiliter, & ut homo locutus esset. Si-
cut audio, iudico. Neq; dicit, sicut disco: sed, audio:
nō tamē quòd audire indigeat. Neq; n. ulla tantū do
ctrina indiget, sed ne auditione quidē: ex quo unā &
eandem sniam demōstrat. q. d. ita iudico, ac si pater
ipse iudex sit. Inde prosequitur: Et noui quòd iudiciū
meū iustū est, quia nō quæro uoluntatē meam, sed
uoluntatē eius q misit me, patris. Quid dicis? Habes
Inf.18.b aliam à patre uolūtatē? Etenim alibi: Sicut ego & tu
unum sumus: de uoluntate & cōcordia loquens: da
eis ut & ipsi in nobis unū sint, hoc est, in fide nostra.
Ecce quod q̄ maximè humilia uidētur, in his sensus
latet profundissimus. his. n. nō aliā patris, aliā suam
esse uoluntatē significat: sed sicut unius mentis una
uoluntas est, ita patris & filij. Neq; admireris tantam
1. Cor. 2. c patris & filij cōuenientiam, quando quidē de spiritu
H idē dicit Paulus, Quis scit hoium, q̄ sint hois, nisi spi-
ritus hominis, q̄ in ipso est? Ita & q̄ dei sunt nemo co
gnouit, nisi dei spiritus: qd nihil aliud significat, nisi
non aliā esse filij à patre uoluntatē, sed eandē. Sed si
quid, inquit, pater uult, & ego uolo: si quid ego, & pa
ter: & quemadmodū nemo patrē reprehendet iudi-
cātem, ita neq; me: eadē enim utriusq; snia est. quòd
si humilius. hæc, & hois more dicta sunt, noli admi-
rari: hominem. n. adhuc, ac ēt uilem arbitrabantur.
Quā ob rem nō modò in his quid dicatur, sed quid
auditores senserint, inquirendū est: & scdm eorū opi
nionem uerba metienda sunt, ac si de ea respōderit,
aliter multa sequerentur absurda. Cōsidera quæso,
nō quæro uoluntatem meam: ergo diuersę est uolū
tatis, & longè inferioris, nec inferioris tantū, sed inu-
tilis? Nam si salutaris est, cur nō quæris? homines me
ritò hoc dicerent, qui multa præter dei uoluntatem
sentiunt: tu aūt qua gratia hoc inquis, cū in oibus pa
tri similis sis? Hęc neq; diligētis hominis, neq; grauis
uerba esse quis diceret. Nā si Paulus ita se diuinæ cō-
format uoluntati, ut dicat: Viuo aūt iam nō ego, ui-
I uit uerò in me Christus. Quo omniū dominus non
Gala. 2. d suam, sed eius qui se misit uoluntatē quærit, ac si di
uersa esset? quid sibi uult hic sermo? Tanq; homo &
scdm auditorum opinionē loquitur. Cū. n. superius
partim ut deus, partim ut homo uerba fecerit, hoc
iterum in loco ad humanitatē descendit. *Iudicium*,
inquit, *meum iustum est*. Vnde id constat? qa nō quæ-
ro uoluntatem meā, sed eius qui misit me, patris. Si-
cut enim hoies, qui omni in se affectu liberi sunt, de
iniusto iudicio accusari nequeūt: ita neq; ego. Qui. n.
sui amore ducitur, non immeritò susp̄ectus est, ne ea
gratia iustū transgrediatur: qui uerò nullā suipsius
curā habet, quid eū impędire potest, ne iustam ferat
snīam? hac ratione in me utimini. Nam si nō missum
me à patre dicerem, neq; opęrum meorū gloriā ad
illum referrem: potuisset fortasse aliquis susp̄icari ad
aucupandū gloriam, talem me falsò prædicare: sin
in alium gloriā refero, unde potest aliqua oriri susp̄i-
cio? Animaduertis rationem, & unde iudicium suū
iustum confirmat? Vides (ut sępius dixi) q̄ apertè in-
telligatur: sed quid dixi? Nimiam uerborū humilita-
tem maximè intelligentibus persuadere, non quę in
promptu & prima frōte snia occurrit, eam accipien-
dam, sed altiorem sensum inuestigandū, neq; humi K
immorandū. His igitur rationibus, dilectissimi, nolī-
mus uerba Christi temerè trāsigere: sed in oibus scri
pturis sedulam inquirēdi diligentiā quare dicta sint
adhibeamus. Neq; existimemus satis nobis ad excu-
sationē esse ignorantiam, & simplicitatē. Non. n. bo-
nos tantū nos esse iusit Christus, sed & prudentes.
Vtamur ergo cū simplicitate prudentia in doctrina,
& uitæ integritate: & nosipsos i hac uita iudicemus,
ne postmodum cū mundo iudicemur: & tales erga
conseruos nos exhibeamus, qualē erga nos deū cu-
pimus. Dimitte, inquit, nobis debita nostra, sicut & Mat. 6. b
nos dimittimus debitoribus nostris. Et profectò sci
mus nō æquo animo castigationes tolerare, uerūta
men, si non reprehensoris, sed nostrę cōsuli utilitati
intelligemus, oēm indignationē deponemus. Etenim Ibid. 18. d
qui centū denarios nō dimisit, nō cōseruum, sed sip
sum læsit, & tot milibus talentorū, quæ sibi dimissa
erant, obnoxium reddidit. Igitur cū aliis non dimitti
mus, nō dimittimus nobis. Quam ob rem nolimus
deo dicere, ne memineris peccata nostra: sed alter al
teri, ne memineris conseruorū inuicem peccata. Nā L
tu prior in te cōmissa iudicas, inde in se deus. Tu legē
scribis de uenia & pœna: tu fers sentētiā, & an deus
tuorum peccatorū recordetur, tui iuris est, tu domi-
nus. Propterea Paulus dimittere iubet, si quid aduer- 2. Co. 2. b
sus aliquem habet, quòd quæratur: atq; ita, ut ne reli & Colo.
quiarū quidē minimum relinquatur. Siquidem Chri 3. c
stus nō solū nostra peccata in medium nō protulit,
neq; obiecit, sed dimisit, & deleuit chirographū: neq;
delicta nostra reputauit, ut meminit Paulus. hoc & Col. 2. c
nos sequamur exemplū, offensas oēs animo delea-
mus, officia dūtaxat reputemus, nullū odij uestigiū
relinquatur: quòd si nihil in nos officij proximus cō
tulerit, tantò magis dimittēdo merebimur, & magis
laudabimur. Alij uigilādo, in nuda humo dormien-
do, carnē assiduis laboribus macerando delent pec-
cata: tibi faciliori uia, nemini succensendo, idē cōse-
datur. Quid cōtra te ensem, ut insanus & furēs strin-
gis? Quid culpa tua futura gloria fraudaris, cū ad eā
consequendā totis uiribus cōtendendū sit? Nam si
præsentis uitæ gloria tantopere optāda est, qd de fu
tura dicēdum, ubi nullus dolor, nulla tristitia, nullus M
luctus, nullus mortis metus, nullus bonorum finis?
Beati, & ter & sæpius, inquā, beati, q̄ superna illa sede
fruuntur: quemadmodū miseri, & sæpius miseri, qui
ea se priuant. Sed quid illā nobis uitā largiatur, audi
Iesum ipsum adolescenti dicentē, quid facturus sis.
Nam cū ille rogaret, qui boni faciam, ut habeam ui- Mat. 19. b
tam æternā? Cū alia mandāsset, in proximi tandē di- & Mar.
lectionem euasit. At fortasse auditorū quispiam se- 10. b. &
cundū diuitem illum dixerit, seruamus nostra, nō fu Luc. 18. b
ramur, nō occīdimus, nō fornicamur: sed quòd pro
ximū diligas, ut diuitem decet, minimè dicere pote-
ris. Nā nisi & inuidia, & maledictis affecto proximo
opem tuleris, nisi indigēti opes tuas impartiaris, nō
diligis. Verū Christus non sola hac dilectione contē
tus: Vende, inquit, oīa quæ habes, & da pauperibus,
& ueni sequere me. Quo uerbo operū imitationem
significauit. Quid hinc discimus? quòd qui hæc oīa
nō operatur, suprēmā illam sedē consequi non pōt.
Nam cùm ille dixisset, omnia feci, tanq; maxima qua
dam parte deficiente ad perfectionem, inquit: Si uis
perfectus esse, uende omnia quæ habes, & da paupe
ribus, & ueni, & sequere me. Hoc primū discendum,

A secundo in loco quòd illū reprehendit frustra se glo
riantē. Qui enim in tanta copia rerū uiuebat, & pau
peres intuebatur: quōnā pacto proximū diligebat?
decipiebatur ergo. At nos & illud, & hoc faciamus,
& summa diligentia nostras in pauperes erogemus
facultates, cœlū nobis emamus. Nam si pro huius
seculi dignitate omnia nostra nōnunq; exponimus,
pro dignitate inquā, in hac duntaxat uita duratuta:
immo q̄ interdū paulò pòst ēt uiuētes deserit, si mul
ti pro ea uitā quoq; ponere nō dubitarūt: qd nobis
miserius est, qui pro illa q̄ in æternū permansura est
gloria, q̄ nunquā auferri potest, ne parua quidē, & q̄
paulò pòst, uel in hac uita uelimus nolimus, relictu-
ri sumus, dare patimur? Quanta hæc quæso, insania
quæ nobis inuitis eripiuntur, ea i psentia spōtè dare,
postmodū largiter recipere nolumus? an siquis mor
ti dānatus, omnibus suis facultatibus uitā redimēdi
optionē acciperet, nónne ad gratiā adscriberet? nūc
autē cū uel dimidio rerū nostrarū à gehenna libera-
ri posīmus, eius ignibus torqueri, quā quicquā ero-
gare malumus, ac si omnia amittamus. Quam ergo
B excusationē quā ueniam merebimur, cū tam facili
ad uitā uia præcisa, nullo nobis fructu proposito de
feramur in præceps, præsentibus & futuris bonis spō
tè iam priuemur, cū utriusq; facilè perfrui possemus?
Quod si in hunc usq; diē nostram spreuimus utilita-
tem: nunc tādē ad nos reuersi, res nostras ad neces-
saria dirigam°, ut futura bona cōsequamur, gratia &
benignitate domini nostri Iesu Christi cū quo patri
gloria, simul & spiritui sancto i secula seculorū, Amē.

Homilia. xxxix. ex cap. quinto.

I *ego testimoniū perhibeo de meipso, testimoniū*
ſ *meum nō est uerū. Alius est qui testimonium per-*
hibet de me, et scio quia uerū est testimoniū eius,
&c. Qui metalla fodere aggreditur, artis ignarus au-
ri uenas non inuenit, sed confunditur, & laborem su
bit incassum: ita qui diuinarū scripturarum ordinem
nō intelligunt, qui earum proprietates, qui leges nō
disquirunt, sed omnia ad uerborū sonum accipiūt,
aurū terræ confundentes, nunquam reconditum in
his thesaurum assequuntur. Hoc mihi in mentem ue
nit quomā propositus nobis locus est multi auri ple
C nus: quod tamen non omnibus in promptu est, sed
arcana quadā obscuritate obrutū: quā ob rem effo-
diendo, & diligēter purgādo, ad uerū sensum perue-
niēdum est. Quis enim nō statim perturbaretur, au-
diens Christū dicentē: Si ego testimoniū perhibeo
de meipso, testimonium meum nō est uerum? Nam
multis in locis de seipso testimoniū perhibentē uide
Supr. 4. c mus, siquidē Samaritanę dixit, Ego sum Christus. Et
Infr. 9. b cęco: Qui loquitur tecū, ipse est. Et Iudæis: Quo uos
Ibi. 10. f dicitis, quia blasphemas, quia dixi filius dei sum? Et
alibi sæpenumero. Si ergo hæc omnia mēdacia sunt,
quæ nobis salutis spes futura est? unde uerū inueniē-
mus quando ipsa ueritas dicit: Testimoniū meū nō
Infr. 8. b est uerū? Hoc aūt non modò cōtrarium uidetur, sed
& aliud non minus. Nā & alibi, Si ego testimonium
inquit, perhibeo de me, testimoniū meū uerum est.
Vtrum horum ut uerum recipiam, utrum ut falsum
reiiciam? Si uerba ipsa simpliciter accipiantur, neque
personā, neq; causam perscrutabimur. Si enim testi-
moniū eius non est uerū, neq; hoc uerū: utrunque
ergo falsum. Quid sibi uult hic sermo? Diligenter in-
tuigilandū, uel potius diuina gratia opus est ne nu-
dis uerbis insistamus. Ita hæretici in errorē incidunt,

neq; sententiam, neq; audientis habitū inquirentes. D
Nisi enim tēpora, locos, auditorē, & alia hmōi consi
deremus, multa sequerentur absurda. Quæ nā ergo
sententia? Dicturi erant Iudæi: Si tu testimoniū per-
hibes de teipso, testimoniū tuū non est uerum: idcir
co præoccupauit Iesus, quasi dicat: fortasse dicetis
uos mihi non credituros, nemo q repentè de seipso
testimoniū perhibet, habet apud homines authori-
tatē. Illa aūt particula, Non est uerū: non est temerè
legenda, sed ad illorū opinionē referenda: hoc est,
uobis non est uerū. Nō enim ex authoritate sua, sed
pro auditorū suspicione loquitur, quā arguit, eorū
adducens obiectionē. Verū cū dicit, Si ego de meip-
so testimoniū perhibeo, uerū est testimoniū meum.
qui sit, & qualis existimari debeat, ostēdit, & de se lo
quens. Cū enim mortuorū resurrectionē, & iudiciū
annunciasset: & quòd qui credit in ipsum, non iudi-
catur, sed uenit ad uitam: quòd sedebit ab oibus ra-
tionē exacturus: quòd æqualē habeat patri potesta
tem, atq; uirtutē: hæc omnia confirmaturus, neces-
sariò eorū primū obiectionē posuit. Dixi inquit, Si-
cut pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius E
quos uult, uiuificat. Dixi, Neq; pater iudicat quēquā, Hic su-
sed omne iudiciū dedit filio. Dixi honorādū filiū si- prà. d
cut patrē: & qui non honorificat filiū, non honorifi Ibidem.
cat patrē. dixi, Qui uerbū meum audit, & credit ei
qui misit me, nō ueniet in iudiciū, sed trāsiet de mor
te in uitā. quod uox mea mortuos suscitabit, & qui
sunt futuri, & quòd peccatorū ratione exigā ab om-
nib°, & iustè, & pro uniuscuiusq; meritis iudico. Cū
igitur hæc omnia quidē magna asseruisset, neq; Iu-
dæi credidissent, obscuriora prius adducit, mox rē
confirmaturus, quasi ita dicit: Dicetis fortasse me de
meipso testimoniū perhibere, neq; fidem mihi adhi
bendā. quibus uerbis eorū ponens obiectionē, sol-
uit, ostenditq; eorū mentis abscondita non ignora
re. Ita primū uirtutē suam indicat, inde probationes
affert perquā manifestas: triplex testimoniū ad uer-
borū suorū probationē adducēs, opera sua, patrē te
stem, Ioannis præconiū, & primū imbecillius. Cùm
enim dixisset, Alius est qui testimonium perhibet de
me: subdidit, *Vos misistis ad Ioānem, & testimoniū per-*
hibuit ueritati. Quòd si non est uerum testimonium F
eius quo dicit: Scio quòd uerum est testimonium
Ioannis, & testimoniū perhibuit ueritati? Ecce mani-
festè cōstat cū dixit testimonium meū nō est uerū,
scdm illorum opinionē locutum. Quid si ille ad gra-
tiam testatus est? Ne hoc diceret, non inquit, Ioan-
nes testimoniū perhibuit de me: sed prius uos misi-
stis ad Ioannē. Nō misisse tis, nisi dignū arbitraremi-
ni, cui fides esset adhibenda. Et quod maius est non
miserunt interrogatū de Christo Ioannē, sed de seip
so. Cuius igitur in propriis rebus testimonium fide
dignum putabant, longè magis in alienis. Siquidem
non ita de seipso locutus, ut de altero quispiam cre-
ditur. Ioannes aūt tantæ apud Iudæos erat opinio-
nis, ut de se alterius non indigeret testimonio. Nō. n.
qui missi sunt dixerūt, quid dicis de Christo? sed tu
quis es? Quid dicis de teipso? adeò ipsum admirabā
tur. Hoc totū significauit Iesus his uerbis. Vos misi-
stis ad Ioannem: propterea euangelista non missos
tantū dixit, sed missorū personas diligentius expo-
nit: non ex infima plebe uiros, non abiectos & ui-
les, non qui corrumpi & decipi possent: sed sacerdo-
tes & pharisæos, qui sanè eius uerba intelligerent.

G *Ego autẽ non ab homine testimonium accipio.* Qua ergo gratia Ioannis adducis testimoniũ? Non erat hominis Ioannis testimoniũ. Qui misit me, inquit, baptizare in aqua, ille mihi dixit. Erat itaque dei, non Ioānis testimoniũ. Nam ab eo id didicerat. Sed ne dicerent, unde à deo didicit? & reprehẽderent, maiorẽ in modũ ad eorũ suspicionẽ respiciens, imponit silẽtiũ. Neq; enim credibile erat, multos scire id Ioanẽ à deo accepisse, sed tanquã ipse ex se diceret, fidẽ ei adhibebant: ideo inquit, Ego non ab homine testimoniũ accipio. Sed ne diceret, Si nõ accipis ab homine testimoniũ, cur adducis? Vide quo pacto obiectioni occurrit. *Sed hoc dico, ut uos salui sitis.* Hoc est, ego hominis nõ indigeo testimonio cũ deus sim: uerũ cũ Ioānes tantę apud uos authoritatis sit, cũ tanq̃ prophetam admiremini, (etenim ciuitas omnis ad Iordanẽ ipsum auditũ effundebatur:) mihi autẽ & miracula facienti non creditis, idcirco eius uobis testimoniũ in memoriã reduco. *Ille erat lucerna ardens & lucens, uos autẽ uoluistis exultare ad horam in luce eius.* Ne dicerent, Quid ad nos, si ille testimoniũ perhibuit? id nos
H non recipimus, recepisse ostẽdit. Neq; enim contemnendos miserunt nũcios, & uoluerũt exultare: adeò illum admirabantur, neq; poterãt cõtradicere. Illud aũt uerbũ, Ad horam, facilẽ eorũ mutationẽ, & fluxum, & infirmũ studiũ indicat. *Ego aũt habeo testimoniũ maius Ioanne.* Nam si uelletis rem ipsam, & opera considerare, ipsa longè magis uos adducerẽt ad credendũ, cũ uoletis, ad Ioannẽ uos relego: non quòd ego indigeam, sed quoniam omnia facio, ut uos alliciam, uos saluos faciã. Habemus.n. operũ testimoniũ Ioanne maius, tamẽ quod uobis proprius est & familiarius, quod uos magis admiramini, utor. Lucernã aũt Ioannem appellauit, ut ex se lucẽ non habere, sed à spiritus gratia demonstraret, quod ad sui differentiam posuit: sed nõ ita manifestè dixit, quòd esset sol iustitiæ: sed tãtũ eos acrius tetigit, quòd quẽ admodũ illum contempserunt, sẽ quoq; contemnerẽt. Et enim quẽ tanti faciebant, ad horam admirati sunt: quod nisi fecissent, quãprimũ Christo illius psuasione credidissent. Vt igitur eos omni uenia indignos ostẽdat, addidit: Ego habeo testimoniũ maiº
I Ioanne. Quale? *Opera enim,* inquit, *quæ dedit mihi pater ut perficiã ea, ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia pater me misit.* Hic paralytici, & filij reguli sanati, & aliorũ plurium meminit. Nã diceret fortasse quispiã, magnifica Ioannis uerba de Iesu ad gratiã dicta: quãuis neq; huiusmodi de Ioanne uiro optimo, & tantæ apud Iudæos admirationis, suspicio oriri posset. Verũ opera etiã insanis persuaderẽt, ideo eorũ adduxit testimoniũ, & respõdet obiectioni, quòd non esset à deo qui sabbatũ non custodit. Hac gratia, inquit: Opera quæ dedit mihi pater. atqui suapte authoritate ea operabatur, sed ad maius indicium, quòd nihil contra patris uoluntatẽ faceret, humilº locutus est. Sed quã ob rẽ non dixit, Opa q̃ dedit mihi pater, testantur me æqualẽ patri? Vtunq; enim ex
Ioã.10.g operibus ostẽdisset, & se æqualẽ patri, quod alio in loco his uerbis confirmauit: Si mihi nõ creditis, operibus credite, ut cognoscatis, quòd ego ī patre & pater ī me est. Vtunq;, inquã, ostẽdisset, & se æqualẽ patri, & minimè illi cõtrariũ. Quã ob rẽ ergo nõ ita dixit, sed potiori parte relicta, minorẽ posuit? quoniã id nimiũ à principio uisum esset. Nã si longè minus æst credi à deo uenisse, quã deo æqualẽ esse: alterum enim etiã prophetarũ erat, alterũ minimè: pro mino K
ri tamen magnam adhibet diligẽtiã, intelligẽs quód si hoc auditores reciperent, reciperent etiam alterũ: & maius memorans testimoniũ, qd minus est posuit, ut & id reciperetur. *Et qui misit me pater, ipse testimoniũ perhibuit de me.* Et quónã pacto? Hic est filius meus dilectº (in Iordane) ipsum audite. Sed hoc probatione indigebat: Ioānis uerò testimoniũ manifestũ erat. Ipsi.n. ad eũ miserãt, nec ificiari poterãt, & signa similiter uiderãt, & ipsum sanatũ audierãt, & crediderant, & propterea eũ accusabant. Relinquebatur ergo, ut patris testimoniũ demõstraret, qd cõfirmaturus, inquit: *Nec uocẽ eius unquã audistis.* Et quomodo Moses dicit, Deus locutus est, Moses autẽ re *Exod.19. & 20*
spõdit? Quo Dauid, linguam (inquit) quã non noue *Psal.80. a*
rat audiuit? Iterũ Moses: Si est gens talis, q̃ audiuit uocẽ dei. *Neq; speciem eius uidistis.* Atqui & uidisse eam Esaias, Hieremias, Ezechiel, & alij cõplures testantur. Quid ergo inquit Christus? In philosophicã paulatim introducit disciplinam, ostendẽs deũ neq; uocẽ habere, neq; speciem, sed esse omni figura, omni uoce superiorẽ. Nã sicut dicendo, Neq; uocem eius L
audistis: Non uocem quidẽ proferre, inquit, sed non *Infr.9.f*
audiri: ita neq; speciẽ eius uidistis, Non formam habere & non uideri, uerũ neutrum id habere intelligit. Et enim ne se iactatorẽ appellaret, & tãtũ ad Mosen deũ locutũ dicerent, ut dixerũt: Nos scimus, quia Mosi locutus est deus: hunc aũt nescimus unde est, inquit, neq; uocẽ deum habere, neq; speciẽ. Et quid hoc dico? Nõ modò neq; audistis deũ, neq; uidistis, sed quòd maximè gloriamini, q̃ acepistis à deo præcepta, ea habere non potestis gloriari, ait ergo: *Et uerbum eius nõ habetis in uobis manens.* Hoc est, institutiones, p̃cepta, legẽ, prophetas: nam licèt ea deus insti-
tuerit, nõ tamẽ apud uos sunt, quoniã mihi nõ creditis. Nã si ubiq; scripturæ mihi necessariò credẽdũ testantur, uos autẽ mihi non creditis, eius uocẽ à uobis longè abesse perspicuũ est. Ideo subdidit, *Quia quẽ misit ille, huic uos non creditis.* Deinde ne dicerent, & quo pacto si uocẽ eius non audiuimus, tibi testimoniũ phibuit? his uerbis occurrit: *Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitã æternã habere. Illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me.* Scripturarũ testimoniũ adducit, atqui & apud Iordanẽ, & in mõte perhibuit deus testimoniũ: non tamẽ hoc adducit, nõ enim fortasse credidissent. Vocẽ nanq; ex monte nõ audierant, apud Iordanẽ audierant, quod non tamẽ attenderãt: idcirco relegat eos ad scripturas, ubi sit patris testimoniũ, prius tamẽ antiqua tollit, in q̃bus gloriabantur, tanq̃ deum uiderint, & audierint.
Cũ enim consentaneũ esset Iudæos, quæ in monte 2.Tim.3.d
facta sunt non credituros, eorũ primò suspicionem reprehendit, & consentire scripturis demonstrat, ad quarũ eos testimoniũ relegat: hoc nos exemplo aduersus hæreticos hinc arma sumamus. Omnis.n. scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendũ, ad arguẽdum, ad corrigendũ, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei ad oẽ opus bonum instructus: non alijs abundet, aliis careat, hic enim non est perfectus. Quæ utilitas, dic quæso, cũ quispiã intẽtè orationibº uacat, nõ aũt affatim calamitosis miseretur: uel si miseretur, cupidus tamẽ est, & uiolẽtus uel si his abstineat, ad ostentationẽ abstinet: uel si optimo aío miseretur, inde postmodũ ī supbiã effertur: uel si humilis sit, & ieiuniis se macerat, auaritiæ studijs &

A dijs & terræ incumbit? Radix.n. & mater omniũ malorum auaritia est. hãc formidemus, hãc fugiamus: hoc peccatũ orbẽ terrarum perdidit, hoc oia confu
Matt.16. d dit, hoc à fœlicissimo Christi seruitio nos abduxit. Nõ.n. potestis, inquit, seruire deo & mãmonę, q contraria Christo præcipit. Siquidẽ Christus dixit, Da indigentibus: mãmona, rape ab indigẽtibus. Christus, Insidiantibus & calũniantibus ignoscas: mãmona, q tibi nullã iniuriã intulerunt persequaris. Ille, pius esto & mansuetus: hic, crudelis & immanis: nihil te moueant lachrymæ pauperũ, ut in illa die seuerũ nobis iudicẽ non conciliemus: tunc.n: oia opera nostra in omnium cõspectum proferẽtur: & quos iniuria affecimus, quos spoliauimus, oẽm nobis auferent excu
Luc.16.e' sationẽ. Nã si Lazarus diuitem, non quòd ullã ab eo iniuriam acceperit, sed quòd nõ inuenerit misericordiam, tam acerrimè accusauit, ut nullã cõsecutus sit ueniam: quã nam hi cõsequẽtur, qui nõ modò nulla in calamitosos misericordia usi sint, sed uim inferũt, & pupillorum diripiunt facultates? Siqui Christum esurientẽ nõ pascunt, tantũ eos manet suppliciũ: qd
B de his æstimandũ est, qui rapiunt aliena, qui multis uim inferunt, qui oia operantur iniustè? Hãc nos cupiditatẽ caueamus dilectissimi. cauebimus aũt si iniustos hoíes, & iniustè locupletatos, qui iam obierunt cõsiderabimus: quorũ pecunijs & laboribº alij fruuntur, ipsi uerò igni & supplicijs cruciantur intolerabilibº. Et q̃ nam demẽtia in hac uita anxiè semp, & in summis laboribus uiuere, ut mortui pœnis immortalibus torqueamur? Licet nobis & in hac uita ī delicijs, & in uoluptatibº uiuere, quas nihil adeò parit, q̃ eleemosynę cõscientia: & cũ hinc migrabimus, uitiorũ sordibus uacuos, bona assequi sempiterna. Nã sicut malicia & uiuẽtes & mortuos affligit, & torquet: ita uirtus ante cœlestis regni participationem sectatores suos & spe bona, & incredibili fouet uoluptate: quã ut & in hoc, & futuro seculo consequamur, bonis operibus muniamur: sic futuram nobis coronam cõparabimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri, & spiritui sancto, gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia.xl. ex cap. quinto.

C ſ *Crutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimoniũ perhibent de me: & non uultis uenire ad me, ut uitam æternã habeatis.* Longã ad uos de spiritalibº rebus orationẽ habemus, dilectissimi, neq; tamẽ eã nobis satis esse ad salutẽ arbitramur, ẽt si pro uiribº insistamus. Nã si in rebus secularibº, & in cõparãdis diuitijs nemo sibi satisfacere uideatur, cũ his præterationẽ & modũ utatur, longè magis in spiritalibº id usuuenerit. Siquidẽ lõgè hæc maiori indigẽt studio. Propterea Christus Iudæos ad scripturarũ nõ simplicem, & nudã lectionẽ, sed ad inuestigationẽ perquã diligentẽ relegauit. Non dixit, legite scripturas: sed, scutamini. Diuina.n. summa indigẽt diligẽtia: in umbra enim maioribus illis nõ ab re locutus est. Idcirco effodere profundius iubet, ut q̃ altè delitescunt, inuenire possimus. Nõ.n. rem ī superficie, & in promptu positã effodimus, sed q̃ tanq̃ thesaurus profundè recõditur. Qui.n. hmõi quærit, nisi summã adhibeat diligentiam & laborẽ, nunq̃ quæsita inueniet: quã ob rem inquit, Scrutamini scripturas, quia uos putatis in eis uitã æternã habere. Nõ, inquit, habetis: sed putatis habere: Vt demonstraret nihil eos sola le

ctione proficere, nisi fides accedat. Dicit igitur: Nun D
quid scripturas admiramini? Nunquid inde uitã con *Lectio sa*
sequi arbitramini? Illę de me perhibẽt testimonium, *crarum li*
& non uultis uenire ad me, ut uitã æternã habeatis. *terarum*
Nõ immeritò inquit, putatis: quoniã ipsi crẽdere no *absque fi*
lebant, sed in sola lectione gloriabantur. Deinde ne *de nõ ua-*
nimio studio gloriæ suspicionẽ incuteret, & id dice- *let.*
re putaretur ut sibi authoritatẽ conciliaret: etenim Ioānis & patris testimoniũ, & opera sua meminerat, & oía conatus est ut eos alliceret ad credendum. ne inquã credibilem multis suspicionem incuteret, subdit: *Claritatem ab hominibus non accipio.* Hoc est, non egeo humana gloria, sol enim à lucerna lucẽ nõ accipit. Qua igitur gratia hoc dicitur? Vt salui sitis, ut superius inquit. significauit tamẽ & hìc ẽt, cũ dixit, Vt uitam habeatis. Affert aũt & aliam causam. Sed cognoui uos, quia dilectionẽ dei nõ habetis in uobis: cũ tanq̃ dei amatores Iudæi Christum persequerentur, quòd se æqualẽ deo faceret, sciretq; nõ esse credituros, nequis percõtaretur cur id diceret, ut uos reprehendã, inquit, quòd non pietate in deũ me persequimini. Nã si ipse & operibus, & scripturis mihi per- E
hibet testimoniũ, quemadmodũ antehac me deo contrariũ arbitrati, expulistis: ita ex quo uobis ueritatẽ ostẽdit, recipere deberetis, si deũ diligeretis, sed non diligitis: propterea hoc locutus sum, ut temerè uos elatos ostẽdam, & inuidiã obtegere: quod ẽt exsequentibº confirmat. *Ego enim ueni,* inquit, *in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis.* Animaduerte, ut oíbus in locis pp hoc se missum, & à patre accepisse iudicium, & nihil posse à seipso facere profitetur, ut oẽm tollat incredulitatis excusationẽ. Sed quem nã nõ in noíe patris uenturum dixit? Antichristũ, & perfidiam eorũ sine cõtradictione demonstrat. Nã si tanq̃ dei amatores me persequimini, longè magis Antichristũ persequi oportuerit. Ille.n. neq; se missum à patre, neq; eiº uoluntate uenire dicet: sed oẽm sibi potestatem uendicabit, se omnium deũ profitebitur: ut Paulus inquit, 2.Thess.
In oíbus dicentẽ se deum, aut qd colitur: ostenden- 2.b
tẽ seipsum deum esse, hoc est quòd proprio nomine uenerit: ego aũt me in noíe patris mei uenire profiteor. Satis id indicare poterat, quòd deũ nõ amarẽt, F
cũ ab ipso missum non reciperent. Verũ ex Antichristo ẽt eorũ impudentiam coarguit, cũ eum qui se à deo missum prędicat, non recipitis: coletis aũt, qui se deum nescire, & se maximũ deorũ esse gloriabitur. Perspicuũ erat quòd inuidia ipsum persequebantur, ideo duas affert sermonis sui causas, & prius utiliorem. Vt salui sitis, & uitã habeatis. Et licèt non essent audituri, grauiorẽ tamen ponit, ut assolet. Et quidẽ Paulus de Antichristo disputans, prophetauit, quòd *Ibidem.c*
mittet illos deus in operationẽ erroris, ut credãt mẽdacio, ut iudicentur oẽs qui nõ crediderunt ueritati, sed cõsenserunt iniquitati. Christus aũt nõ dixit uenturũ: sed, si uenerit: ut remissi° auditores offenderet. nam pp summã eorũ perfidiã, Antichristi aduẽtum tacuit. Paulus aũt intelligentibº apertè eũ manifestauit, quòd illos inexcusabiles facit. Deinde incredulitatis causam his uerbis exequitur: *Quo potestis uos credere, qui gloriam inuicẽ accipitis: & gloriã quæ à solo deo est, non quæritis?* Hic iterũ ostẽdit, nullã eos diuinorũ considerationẽ habere, sed eorũ prętextu proprium affectũ obtegere: tantũ aũt à quętẽda dei gloria abesse, nt humanã potius q̃ diuinã optarent. Qua ergo

G ratione tantũ odij pro dei gloria ſuſciperent: quam adeò contẽnebant, ut ẽt humanã præponerent? Cũ itaq; ſimulatã eorum in deũ dilectionẽ arguiſſet, & ex his q̃ in ſe facerent, & quę in Antichriſtũ eſſent facturi, oſtendiſſetq; nulla uenia dignos: iterũ Moſen, qui eos accuſat in mediũ adducit. *Nolite putare, quia ego accuſaturus ſum uos apud patrem: eſt qui accuſat uos Moſes, in quo uos ſperatis. Si enim crederetis Moſi, crederetis forſitan et mihi: de me enim ille ſcripſit. Si aũt illius literis non creditis, quõ meis credetis uerbis?* Hoc eſt, ante me ille uos ueſtri in me animi reprehẽdit. Moſi. n. magis creditis q̃ mihi. Ecce quõ oẽm eis aufert excuſationem. deum uos diligere profitebamini me perſequẽdo, oſtẽdi quòd eius odio hoc facitis. Dicebatis me ſabbatũ ſoluere, legẽ tranſgredi: purgaui calumniã. contra me hæc audere aſſerebatis, ut Moſi crederetis: demõſtraui hoc uos pacto maximè legi Moſi cõtradicere. Tantũ. n. abſum, ut Moſi legi repugnem, ut nemo alius æque uos accuſaturus ſit, q̃ ipſe qui legem condidit. Vt igitur de ſcripturis, inquit, in q̃bus putatis uitã æternam habere: ita & de Moſe in quo
H uos ſperatis, ubiq; ipſorum armis eos cõfodiens. Et unde cõſtat Moſen accuſaturũ, ut te iactare non credamus? Quid tibi cũ Moſe? ſabbatum ſoluiſti, qđ ille obſeruandum mandauit. Quõ nos accuſaturus eſt? Quo uteris argumento, quòd in aliũ ſuipſius noĩe uenientẽ ſimus credituri? ad hæc nullũ adducis teſtimoniũ. Atqui oĩa hęc ex ſuperioribus cõfirmantur: cũ enim ſe à deo ueniſſe ab operibus, à Ioãnis & patris teſtimonio aſſeueret, cõſtat Moſen eos accuſaturũ. Quid ille inquit? Siquis uenerit ſigna faciẽs, & ad deum adducens, & futura uerè prædicens, ei promptiſſimo animo parẽre oportet. Chriſtus oĩa hæc fecit, ſigna ueriſſima operatus eſt, ad deũ oẽs traxit. & quæ prædixit, reiũ euẽtu cõfirmata ſunt. Quòd aũt ob Chriſti odiũ alium ſuſcepturi ſint, inde perſpicuũ eſt: quoniam qui diuina uoluntate uenientẽ fugant, cõtrariũ recipiunt. Neq; id tibi admirationi ſit, quòd Moſi adducat teſtimoniũ, cũ ab homine ſe teſtimonium nõ accipere dixerit: non. n. ad Moſen, ſed ad diuinam eos ſcripturã relegat. Verùm cũ ſcripturis minus mouerentur, ſe ad ipſum refert legislatorẽ q eos
I accuſat, & expreſsius metum incutiens, ſingula eorũ uerba coarguit. Cõſidera quæſo. Dicebant quòd dilectionis in deũ gratia Chriſtũ perſequebantur: oſtẽdit cõtrarium, quòd odij. Dicebant quòd Moſen defenderent: oſtẽdit quòd oppugnãt, & quia ei nõ credunt, id faciunt. Nã ſi legis aſſertores eſſent, oportebat ut qui legẽ impleret, probarent: ſi deũ diligebãt, ei credere q ad deum eos traheret: ſi Moſi credebãt, quem Moſes prædixerat, adorare: quòd ſi illi q ante me fuit, fides non adhibetur: minimè mirũ ſi me ab eo iam pridẽ prẽnunciatum expellitis. Quemadmodum ergo qui ſe Ioannẽ admirari arbitrabãtur, eos potius contẽnere ex his q̃ in ipſo facerent, demõſtrauit. Itidem & in Moſe uſu eis uenire oſtendit, & ſemper in eorũ caput oĩa quæ pro ſe adducere opinabãtur, retorquet. Tantùm. n. abſum, inquit, ut à lege Iudaica uos abducã, ut ipſum legislatorẽ cõtra uos teſtem adducam. Dicit ergo ſcripturas de ipſo teſtari, ubi aũt nondum aperuit, ut maiorẽ eis formidinem incuteret, & ad inueſtigandũ, interrogandumq; excitaret. Nã ſi nõ rogatus dixiſſet, facilè cõtempſiſſent: hoc autẽ pacto eos rogare, & diſcere oportebat, ſi attentionẽ præſtabant. Ideo nõ in demonſtrationibus tantũ, ſed in ſententijs, & minis uehemẽs eſt, ut K
uel hoc ſaltẽ pacto metu trahat ad credendũ. Illi aũt tacent. Talis. n. malicia eſt, quicquid dicatur, fiãtue, non exurgit, ſed proprium ſeruat uenenũ: ſed omnis ab animo eiicienda eſt, nec ulli innectendus dolus. Ad prauos enim prauas uias deus mittit: & ſpiritus ſanctus ſapientiæ fugiet dolũ, & diſcedet à rationibꝰ imprudẽtiũ. Nihil enim tam ſtultos hoies facit, q̃ malicia. Fraudulentus. n. perfidus, ingratus (hæ nanque maliciæ ſpecies ſunt) cũ non lædentem lædit, cũ nectit dolos, cũ beneficiorũ obliuiſcitur, nõne ſummæ præ ſe fert ſtultitiæ indicium? Nihil ſapientiores reddit, q̃ uirtus: etenim gratos, benignos, mites, humanos, manſuetos, lenes, cæteris uirtutibus præditos efficit. Quid ita affectis prudẽtius? fons, mater, radix ſapientiæ, uirtus, nõ ſecus ac malicia omnis ex ſtultitia oritur. Siquidẽ ſuperbus & iracundus, quoniã ſapientia carẽt, his affectibus abſumuntur, ideo inquit propheta, Nõ eſt ſanitas ĩ carne mea à facie inſipien P*ſal.37.b*
tiæ meæ: ut omne peccatũ è ſtultitia ortum habere demonſtret. nã qui uirtuti ſtudet, qui deum timet, is ſapiẽtiſſimus eſt. Initium, inquit, ſapientiæ, timor do L
mini. Quòd ſi ita eſt malus, qui dei timorẽ non ha- *Eccl.1.b*
bet, ſine dubio nõ eſt ſapiẽs: q̃ hac uera caret ſapientia, ſtultiſſimus eſt. Atqui multi malos admirantur, quòd & iniuriã facere, & offendere poſſint: nõ intelligentes eos maximè miſeros exiſtimãdos, q cũ alios ſe lædere arbitrentur, in ſe enſem ſtringũt: qđ ultimę eſt dementiæ, ut ſeipſum lędẽdo quis nõ cognoſcat, ſed ſibi aliũ lædere uideatur. Qđ Paulus ſentiens, in- *1.Cor.6.b*
quit: Quare nõ potius iniuriam accipitis? quare non magis fraudẽ patimini? Nõ accipere iniuriã in nõ inferendo eſt, ſicut nõ pati malũ in non faciendo malè, quãuis multi ambigãt, nec ſapientiã amplecti uelint. Hæc cõſiderantes dilectiſſimi, non q accipiunt, ſed qui inferunt iniuriã, eos miſeros dicamus, deploremusq; cũ ipſi maximè accipiant, & cũ deo bellum gerant, cũ omnium cõtra ſe ora aperiant, cũ in hoc ſeculo mala laborent fama, & in futuro perpetuum ſibi pariant ſupplicium: qui aũt accipiunt, & magno animo oĩa perferunt, deũ propitium habeãt, oẽs eis cõmiſereantur, oẽs laudent, oẽs benignè ſuſcipiant. Ipſiq; in hac uita maximum ſapientię exẽplum præbeant, & in futuro gloriã expectent ſempiternã: quã M
utinam oẽs conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia. xli. ex cap. ſexto.

Oſt hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt
p *Tiberiadis, & ſequebatur eũ multitudo magna, qui uidebant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabãtur, &c.* Nolimus dilectiſſimi prauos & maledicos hoies proſequi, & inſectari: ſed eos & eorũ maliciam toleremus, cũ nihil ab his uirtus noſtra offendatur, nihil detrimẽti accipiat: ita. n. omnis eorũ impetus frangitur. Et quemadmodũ ſagittæ in durum aliquod ſignũ immiſſæ, magno impetu huc illuc diſpergũtur, mollius uerò aſſecutæ, figũtur, & deſinũt: ita & maledicos & feros repugnãdo magis exaſperamus, cedẽdo mitigamus facilè, & eorũ mollimus inſaniã. Idcirco Chriſtus, cũ audiſſent Phariſæi ipſum plures q̃ Ioãnes diſcipulos habere, & baptizare, abiit in Galilæam, ut eorũ inuidiam & furorẽ quem ex ſe audito ortũ credibile erat, extingueret: nõ tamẽ eundem locũ, quem ante petijt: non enim in Cana Gali

A lææ, ſed trans mare conceſsit. Sequebatur aũt eum multitudo magna, quia uidebãt ſigna quę faciebat. Quę nã? cur non enumerat? Quoniã hic euangeliſta plurimũ ĩ Chriſti ſermonibus, & doctrina uerſãtur, cõſidera in toto anno: etenim nũc in feſto Paſchæ non aliud q̃ paralytici, & filij reguli nobis ſignũ expoſuit. Neq; enim omnia narrauit, neq; potuiſſet, ſed ex multis & magnis pauca. Sequebatur eũ multitudo magna, quia uidebant ſigna q̃ faciebat. Nã philoſophicis admodũ ſubtilitatibus utitur: ad tantã. n. doctrinã magis ſignis adducebãtur, & rudiores maximè. Signa, inquit, non fidelibus, ſed incredulis: ſed non hmõi apud Matthæum populus, uerũ ſtupebãt omnes doctrinã eius, qa docebat eos tanq̃ poteſtatem habens. *Quid aũt montem ſubiit, & ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis?* Propter futurũ ſignum. Quòd autẽ ſoli cũ ipſo diſcipuli aſcẽderunt, multitudinis nõ ſequẽtis deſidiã coarguit. Ad hoc ẽt nos admonet à perturbationibus & tumultu diſcedendũ. Idoneus ſiquidẽ ad philoſophiam locus ſolitudo: aliquando Chriſtus ſolus montẽ aſcendit, & orat: ut oſtendat
B qui deo uult frui, eũ ab omni cura & ſolicitudine ua care & quietum locum quęrere oportere. *Erat autem proximum Paſcha dies feſtus Iudæorũ.* Qua nam gratia omnibus ad ſolẽnitatẽ Hieroſolymã properantibus ipſe in Galilæam, & inde in Capernaum, non modò abiit, ſed & ducit diſcipulos? Vt paulatim legem ſoluat, cũ Iudęorũ malitia occaſionẽ acceperit. *Cũ ſubleuaſſet Ieſus oculos, & uidit quòd multitudo magna uenit ad eũ.* Non ab re cũ diſcipulis ſedere oſtendit, ſed aliquid diligentius & magna oĩum attentione diſſerere. Ex quo Ieſu ſtudiũ & humilitatẽ in diſcipulos
Mat.14. uidere licet. Sedebant intentis in magiſtrum oculis.
& Lucæ Inde cũ ſubleuaſſet Ieſus oculos, & uidit multitudi-
9.b nẽ uenientẽ, alij euangeliſtæ dicunt diſcipulos obſecraſſe Ieſum, ne ieiunos dimitteret: Ioãnes aũt, Ieſum Philippũ rogaſſe. Vtrunq; mihi uerũ uidetur, alio & alio tpe: illud, q̃ hoc antiquius. Sed quã ob rem Philippũ iterrogat? Norat qua diſcipuli magis doctrina
Inſ.14.a indigerent. Hic eſt, qui poſtmodũ ait. Oſtẽde nobis patrẽ, & ſufficit nobis. Propterea eũ rogauit, ut magis appareret miraculũ, & coactus cõfiteri penuriã,
C melius intelligeretur miraculi magnitudo, quàm ſi ſimpliciter id feciſſet, Ait ergo: *Vnde ememus panes, ut manducẽt hi?* Sic & in ueteri teſtamento, non prius
Exo.4.a ſignũ fecit deus q̃ Moſen interrogaret: Quid eſt hoc quod tenes in manu tua? Nã cũ admirabile aliquid & repentinũ priorũ nonnunquã obliuionem facere ſoleat, primũ eum propria confeſsione alligari uoluit, ut nullo ſtupore obliuiſci iam poſsit. Vult præterea comparatione ſigni magnitudinẽ intelligi. *Ducentorũ denariorũ panes*, inquit, *non ſufficiunt his, ut unuſquiſque modicũ quid accipiat. Hoc aũt dicebat tentans eũ, ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.* Quid ſignificat, Tẽtans eum? Num quid eſſet reſponſurus, ignorabat?
Gen.22.a Minimè. Quid igitur? Ex ueteri teſtamẽto licet intelligi, ubi inquit: Quę poſtquã geſta ſunt, tẽtauit deus Abrahã. Ille reſpondit, Adſum. Ait illi: Tolle filiũ tuũ unigenitũ, quẽ diligis Iſaac. Nõ dixit hoc, ut an parẽret experiretur, cũ omnia deus uideat priuſquã fiãt:
Rom.8.e ſed hominis more utrunq; dictũ eſt. Sicut enim cum dicit, Scrutatur corda hominũ: nõ ignorationis eſt, ſed certiſsimę cognitionis: ita tẽtauit, nihil aliud quã certã ſcientiã ſignificat, uel quòd probatiorẽ ipſum fecit. Vt ergo Abrahã ita & Philippũ interrogando admonet, ut miraculũ diligentius conſideret. Ideo D
euangeliſta nequid his uerbis abſurdum de Chriſto ſuſpicareris, & ĩ magnũ prolabereris errorẽ, Ipſe (inquit) ſciebat quid eſſet facturus. Vt igitur hoc loco euangeliſta diligenter hoc notat, ne decipiamur: ita
Inſ.7.a cũ inquit, Propterea magis quęrebant eũ Iudęi interficere, qa nõ ſolũ ſoluebat ſabbatũ, ſed & patrẽ ſuũ dicebat deũ, æqualẽ ſe faciẽs deo: Niſi ea eſſet Chriſti operibus cõfirmata ſententia, eã quoq; correxiſſet ſuſpicionẽ. Nã ſi in Ieſu uerbis timet euangeliſta, nequid perperã ſuſpicemur: multo magis in aliorũ ſermonibus, ſi non uerũ id eos opinari intelligeret. Sed nihil dixit. norat. n. eam fuiſſe Chriſti ſententiã, quòd eſſet æqualis deo, nec eos perperã opinatos. *Cum igitur interrogaſſet Philippũ, dixit Andreas frater Simonis: Eſt puer unus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos?* Prudentior quã Philippus Andreas, non tamen penitus rem
4.Re.4.g intellexit. Puto aũt eum adductũ prophetarũ miraculis: ut Heliſæi ex panibus. præceſsit ergo Andreas Philippũ, non tamẽ in ipſum cacumẽ euaſit. Hinc de E
licijs dediti intelligant, quid magni illi uiri & admira
biles comederint, quã uilis & modica eorũ mẽſa fuerit. Intueamur eorũ in oĩbus abſtinentiã. Cũ dixiſſet. Habet quinq; panes hordeaceos: ſubdidit, Sed quid hæc inter tãtos? Putabat enim ex paucioribus pauciora, ex pluribus plura facturũ miraculorũ authorẽ, in quo decipiebatur. Similiter. n. & ex pluribus, & paucioribus panes multiplicare poterat: neq; enim ſubiecta materia indiget deus. Sed ne creatura ab ipſius ſapiẽtia aliena uideretur, ut ſecuti homines Marcionis opinione infecti calumniati ſunt, ipſa uſus eſt creatura in miraculorũ ſubiectũ. Et cũ ambo diſcipuli nihil ſperarent, ſignũ oſtẽdit: ita prius rei difficultate cõfeſſa, maius lucrũ conſequitur. Diuina. n. demonſtrabatur potentia, & cũ ſignum ſuperiori tẽpore à prophetis factũ, licèt non eodem modo facturus: & gratias priꝰ acturus, ne ſtultè eius imbecillitatẽ opinarentur. Cõſidera quo nã pacto ex omnibus mentes erigit, & differẽtiam demonſtrat. Siquidem nondũ uiſis panibus, ut intelligas q̃ non ſunt, ſicut ea q̃ ſunt, ei ſubdita eſſe: ut Paulus teſtatur, Vo- *Rom.4.c*
cãs q̃ non ſunt, tanq̃ ea q̃ ſunt, tanq̃ paratis epulis p- F
cepit illos ſtatim diſcumbere, ut hinc diſcipulorũ animos excitaret. Cum enim ex ſermone illo lucrati eſſent, continuo paruerunt, neq; perturbati ſunt, dicẽtes: Quid hoc eſt? quid iubes diſcũbere? nihil eſt paratũ. Sed antè miraculũ credere cœperũt. Et qui paulò ante adeò diffidebãt, ut unde emerẽt panes neſcirent, iam fidẽter diſcũbere turbã faciũt. Sed qd tandẽ cũ ſanaturus eſſet paralyticũ, cũ ſuſcitaturus mortuũ, cũ maris ſedaturus tẽpeſtatẽ, nõ agit gratias, hic agit? ut oſtẽdat ante cibũ gratias deo agẽdas. Accedit ad hoc, quòd ĩ minoribꝰ maximè gratias agit, ut nõ idigẽtiã intelligas. Nã ſi idiguiſſet, lõgè magis id ĩ maioribꝰ feciſſet: quæ ſi authoritate uirtute propria operabatur, & illa operatũ cõſtat. Prẽterea & multitudo magna aderat, quã pſuaderi oportebat diuina id fieri uolũtate. Quã ob rẽ cũ ſolus facit ſigna, nihil eiuſmodi dicit: pſente aũt multitudine ne deo & patri aduerſari putaretur, gratias agendo oẽm penitus aufert ſuſpicionẽ, & dedit diſcũbẽtibꝰ, & ipleti ſunt. Ecce inter dominũ & ſeruũ differentia. Illi enim ad menſurã habentes gratiã, dimẽſa faciebãt miracula: deꝰ aũt abſoluta poteſtate perquã abũdè operatur.

G Et supérfuerunt, inquit, fragmenta, q̃ nõ fuerunt superflua, sed ideo factũ ne imaginatio quædã existimaretur. Et idcirco ex subiecta quoq; materia operatus est. Sed qua nã gratia non dedit turbę, ut ferrent, sed discipulis? Quoniã hos magis eruditi uolebat, qui totius orbis magistri erãt futuri. Multitudo enim parũ emolumẽti è miraculis erat cõsecutura: mox nãq; obliti sunt, & petũt aliud signũ. Discipuli plurimã cõsecuti sunt utilitatẽ. Erat aũt & hoc non parũ ad Iudæ damnationẽ, qui cophinũ portabat. Sed quòd eorũ eruditionis gratia id fecerit, in sequẽtibus in memoriã his uerbis reducẽs, significat. Nõdũ scitis quot cophinos accepistis? & quòd æquali numero discipulis fuerint cophini fragmẽtorũ: aliãs uerò cũ nõ amplius admonẽdi essent, nõ duodecim cophini, sed septẽ sportę superfuerũt. Ego aũt nõ panis modò copiam & multiplicationem admiror, sed quòd tantũ q̃ duodecim sportulę caperent fragmẽta superfuerũt, quòd pręuiderit quãtũ esset cõsumpturi: tantũ enim superesse uoluit, qd profectò ineffabilis potẽtiæ est. Confirmarũt igitur fragmẽta miH raculũ utrunq; indicãtia, neq; imaginationẽ esse, & ex illis quæ comederant superasse. Piscium reliquiæ nullæ superfuerunt, sed post resurrectionẽ non amplius est subiecta materia: quã ob rẽ? ut itelligas nũc materia usum, non pp necessitatẽ: non quòd ea profundamẽto indigeret, sed ut hæreticis silentiũ impo neret. *Turbæ autem dicebãt: Quia hic est uerè propheta.* O gulę incredibilẽ auiditatẽ. Maiora his miracula, & quidem innumera operatus est Iesus, neq; hoc unquã confessi sunt, nisi nunc exaturati. Vnde cõstat quòd prophetã aliquẽ eximium expectabãt. Et enim
Sup.4.c illi dicebant, Tu es propheta. Et hi, *Hic est uerè propheta, qui uenturus est in mũdũ. Iesus aũt cũ cognouisset, quia uenturi erant, ut raperent eũ, & facerent regem: secessit iterum in montẽ ipse solus.* Proh quãta gulę uis, q̃ mutabilis sententia, iam nõ amplius calumniantur, nec sabbati transgressionẽ curant, neq; dei zelo mouentur omnes has curas pleno uentre abiecerunt, propheta erat, regẽ uolebant: Christus aũt fugit. Quid tandẽ? ut humanarũ dignitatum cõtẽptus nos admoneret, ut ostẽderet nullis secularibus rebus indiI gere. Qui.n. uilia elegerat, matrẽ, domũ, patriam, uictũ, uestimenta, quid terrena appeteret? cœlestia illustria erãt & magna, angeli, stellæ, pater & spiritus, testimoniũ perhibentes, prophetæ ipsum iam pridẽ annunciãtes: terrena omnia ei uilia erant, ut hoc pacto clarius eius potestas appareret. Secesit igitur in montẽ eruditurus nos, ut secularia contemnentes, neq; huius uitę claritudinẽ admiraremur: sed cõtemptis his omnibus futura optaremus, cõplecteremur, amaremus. Qui.n. humana admiratur, nulli erit i cœ
Infr.18.g lis admirationi. Quocirca, inquit Pilato, Regnũ meũ nõ est de hoc mundo: ne uideretur humano metu,
Zach.9.b & uiribus ad persuasionẽ uti. Quare inquit prophe-ta: Ecce rex tuus uenit mansuetus, & sedẽs sup asinã. Regnũ suũ nõ huius seculi, sed cœli dicit: propterea
Supr.5.g inquit, Gloriã ab hominibus nõ accipio. Assuescam⁹ igitur dilectissimi, huius seculi honorẽ cõtemnere, neque eũ desideremus, honorati sumus honore maximo. Cui hic cõparatus, infamia, nugæ, ignominia est: sicut mundi diuitiæ supernis illis collatę, paupertas, & uita hęc sine illa mors est. Dimitte, inquit, mor
Matt.8.c tuos. Hãc igitur gloriã aucupari nolimus, quẽ q exhibent, umbræ sunt, & somniũ, & longè ipsa gloria uiliores. Gloria, inquit, hoìs tanq̃ flos fœni. Quid flore K fœni corruptibilius? Sed esto sit diuturna, quid ani-*1.Petri.1.d* mæ cõferret? Nihil sanè, uerũ maiorẽ in modũ officit, quippe q̃ seruos efficiat, & quidẽ emptis uiliores seruos nõ uni addictos domino, sed duobus, trib⁹, innumeris, quibus diuersa imperãtibus parẽt: quantò melior libertatis cõditio est q̃ seruitutis, dei seruũ ab hominũ seruitio liberemus: at si omnino gloriã quęris, immortalẽ aucupare, q̃ lõgè utilior est, & magis expetẽda. Seculi hoìes damno tuo suam quærũt utilitatẽ: Christus cõtrà cẽtuplũ reddit quàm dederis, & tandẽ uitam ęternã elargitur. Quid ergo satius, quid expetibilius, in terra an cœlo, hominibus an deo admirabilẽ apparere? damnũ an lucrũ cõsequi ad unã diẽ, an ad sempiterna secula coronari? Da indigenti, non histrioni, ne cũ tuis pecuniis & animam illius perdas. Tu enim stulta ambitione perditionis eius causa es. Siquidẽ qui se in orchestra exercent, si artẽ suã sine lucro futurã scirent, iam pridem destitissent: uerũ cũ te plaudentẽ, accurrentem, multa largientem uideant, etiamsi artis pigeret, lucri cupidita te adducuntur. Si scirent neminem laudaturum, nõ L amplius irritos labores subirent: uerũ cũ omnibus se admirationi esse intelligant, multitudinis laude alliciuntur. Abstineamus dilectissimi his impensis, q̃ nullã afferunt utilitatẽ: discamus in quibus & quãdo consumere oporteat, ne utrinq; deum ad iram prouocemus, & congregando unde non licet, & dispergendo in quæ nõ licet. Qua.n. in te ira, qua uindicta dignus sis, cum in meretricẽ eroges, mendicũ expellas: nã etiã si iusti laboris mercedem solueres, nonne crimini tibi ascribendum esset, mercedem sceleri, & pro merita pœna honorẽ impendere? Cũ spoliatis orphanis & uiduis impiorũ luxuriã foues, consi-
Roma.1 dera qui ignis, quod te supplicium maneat. Audisti Paulum, Non tantũ qui hæc faciunt, sed laudant facientes. Fortasse acrius uos arguimus, quòd si nõ argueremus: operũ tamẽ supplicia manẽt eos, qui nũquã emendantur. Quid utilitatis, si ad uestrã loquerer uoluntatẽ, cũ punienda sint scelera? probas saltãtem, laudas, admiraris: nónne illo peior efficeris? Siquidem eum inopia excusat, cui omnia uidentur licere: tu hac cares excusatione: ille rogatus cur aliis M omisisti artib⁹ huic se dediderit, nõ negabit turpẽ, & iniustã esse, sed multa paruo labore lucrari dicet: tu rogatus, q̃re luxuriosum, sordidũ, ifamẽ admireris, nõ itidẽ poteris excusari, sed op⁹ erit, ut deiecto uultu erubescas. Quòd si nobis quã reddas rõnẽ nõ habes, qũo apud horrẽdũ illud tribunal, & iudiciũ inexcusabile, ubi cogitationũ, uerborũ, operũ oĩum reddituri sum⁹ rationẽ, cõstabimus? qbus oculis iudiciũ intuebimur? qd dicem⁹? quã causam, quã excusatio nẽ aptã aut ineptã saltem excogitabim⁹? quã inutilis i pẽsæ, quã uoluptatis, quã proximorũ quos illa arte perdidim⁹? Nihil te defendet, punieris sine dubio, & qdẽ qd omni caret fine supplicio. Qd ne accidat summo studio caeam⁹, ut spe firma hinc migrãtes, sempiterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, per quẽ, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia.xlij.ex cap.sexto.

*T*aũt sero factũ est, descenderunt discipuli eius
u *ad mare. Et cũ ascẽdissent nauim, uenerũt trãs mare in Capernaũ. Et tenebræ iã factæ erãt, & nõ uenerat ad illos Iesus, &c.* Nõ præsens tantũ discipulis

A suis Iesus, sed à longẽ absens, eorũ studet utilitati: etenim cũ ubiq; affluere & operari posset, & contrarijs idem effecit. Contẽplare igitur, dimissis discipulis Iesus ascendit in montẽ. Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare, & ad uesperũ usq; Iesu reditũ expectarunt, inde ob immensum in eũ amorẽ adhuc ipsum quærere nõ cessant. Non dicũt, Vesper est, tenebræ nos cõprehendẽt. Quò ibimus? loca periculosa sunt, periculosum tẽpus: sed magistri desiderio nauẽ ascendunt. Neq; ab re euangelista tẽpus significauit, ut ex eo uehementissimã eorũ dilectionẽ ostenderet. Quam ob rem autẽ dimisit discipulos Iesus, & rursus apparet solus super mare ambulãs? Vt eos erudiret, quã graue ipsis esset solos relinq, & maius sui faceret desiderium, necnõ & suam demõstraret potestatẽ. Sicut enim nõ omnem doctrinam eis cũ multitudine communicauit, ita neq; signa. Oportuit enim eos aliter initiari, qbus cõmittenda erat cura orbis terrarũ, ut aliqd amplius haberent. Priuatim ergo ipsi transfigurationẽ in monte, nunc super mare ambulantẽ, multa & miranda post resurrectio
B nem uiderunt, & alia præterea arbitror. Iuerunt autẽ in Capernaũ, non quòd ibi eum esse scirent, sed inuenire uel inter nauigandũ opinati. Timuisse autẽ eos significat euangelista, & à tempore, tenebræ enim iã factæ erant: & à tẽpestate, qa mare magno flatu exurgebat: & à loco, qa longè à terra recesserant. *Cùm remigassent quasi stadia uiginti quinq;, aut triginta:* & à re incredibili. *Vident.n. Iesum ambulantem super mare, & perturbatis eis dixit: Ego sum, nolite timere.* Sed qua gratia ita apparuit? ut coponẽdæ tẽpestatis authorẽ se esse ostenderet. Hoc significat euangelista, cũ inqt: *Voluerunt ergo accipere eum in nauẽ, & statim fuit nauis ad terram quam ibant.* Nõ enim tutum duntaxat, sed & secundũ uentum præstitit. Multitudini autẽ super mare nõ apparuit: nam maius signum erat, quã eorũ imbecillitas pateretur: sed neq; discipulis diutius se ita uidendũ præbuit, sed simul & uisus est, & euaMat.14.c nuit. Quod autẽ apud Matthęum signum est, alterũ & Mar. fuisse arbitror, quod multipliciter cõstat. Sæpe et.n. 6.g. similia fecit signa, nõ tantũ ut admirarẽtur, sed tam quã noui spectatores firmiter crederent. Ego sum, nolite timere. Verbo timorẽ pellit. nõ ita aliãs cũ di-
C xit Petrus: Si tu es, iube me uenire ad te. Sed unde tunc nõ statim crediderũt, nũc crediderũt? Quoniã
Mat.14.d tunc tẽpestas manebat, & agitabat nauẽ, nunc unà cũ uoce sedata est. Vel illud prius signũ ostendit, cuius exemplo hoc facilius crediderunt. Quid autẽ nauem nõ ascendit? Vt maius appareret miraculum, & suã apertius reuelaret diuinitatem: néue uideretur necessitate, sed benignitate, & gratia ad eos uenisse. Et permisit tẽpestatẽ oriri, ut ab eis iquireretur: sedauit, ut uirtus & potestas cognosceretur: nõ ascẽdit nauẽ ut clarius esset miraculum. *Altera autem die turba quæ stabat trans mare, ut uidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una, et quia nõ introiisset ibi cũ discipulis suis Iesus in nauem, sed soli discipuli eius abissent.* Qua de causa tanta in hoc narrãdo diligẽtia utitur Ioãnes? Vt licèt nõ tã manifestè, admoneat tamẽ turbã miraculũ intelligere potuisse. Vidit, inqt, unã dũtaxat nauiculã, qua discipuli traiecerant, & Iesum cũ discipulis nõ fuisse, & abeuntes inuenerunt eũ in Capernaum. Quid aliud hinc erat existimandum, quàm quòd mare pedibus uadauerat? nõ enim alia naui traiecisse poterat, tũ unà cũ discipulorũ appulisset. Verùm nihil de tanto miraculo percõtati sunt, Quomodo huc uenisti? D sed tantũ quando uenerit, rogarunt: nisi quãdo, pro quomodo, qs uelit intelligi. Operępreciũ aũt hoc in loco cõsiderare instabilẽ multitudinis uoluntatem: qui enim paulò antè dixerãt, Hic est uerè propheta: *Hic sup.* eum rapere, & facere regẽ uolebant, iã refrigerãt, *b.* & obliti miraculi non amplius admirabantur, sed q̃ rebant arbitror, aliãs cibũ accipere. Trãsierunt duce *Exod.13.* Mose mare rubrũ Iudæi, sed magna differẽtia: ille tã *et 14. d.e* quã seruus supplicãdo, Iesus propria & absoluta potestate trãsiuit: illi Austro tunc spirante paruit aqua, & aridã præbuit transeuntibus, Iesum nihil à sua natura motũ mare, ut dominũ admirabilius prætulit, illud testatũ, Ambulãs sup mare tanq̃ super pauimẽtũ. Iure aũt uenturus in Capernaũ gentem duram & minimè persuasibilẽ, signũ panis operatus est, nõ solùm incolis, sed pegrinis admirantibus, ut eorũ molliret incredulitatẽ, Siquidem cùm tanta turba tanto feruore & studio cõueniisset, nónne uel lapis moueri debuisset? nõ tamẽ moti sunt, iterũ cibum quęrebãt, ideo à Iesu reprehendũtur. Nos autẽ his cognitis, tũ sensibiliũ, tum spiritaliũ gratia munerũ gratias deo agamus. Sic enim ipse uult, & propter hæc illa dat. E Imperfectiores sensibilib⁹ allicit, & præmonet cũ his admodũ adhuc inhient, quibus acceptis, cũ altius eri gi negligunt, grauiter accusantur. Nã & paralytico il-*Mat.9.a.* lud primũ dare uoluit, sed non passi sunt. Siquidem cũ diceret, Remittũtur tibi peccata tua, blasphemiã calumniabãtur. Idẽ nos sentire nolimus, spiritalium nobis potior ratio sit. Nã si spiritalia assequmur, amissis corporeis nullũ patimur detrimentum: sine illis autẽ quæ nobis reliqua spes est? quod solatiũ? Quocirca spiritalia nobis à deo petenda & optanda sunt. Hæc nos postulãda docuit, & si recusemus, in ea oratione quã nobis instituit, nihil ad carnem, omnia ad spiritũ pertinẽtia inuenimus, & si quidem in ea sensibile est, id quodãmodo fit spiritale. Nam si nihil amplius quęrimus quàm panẽ consubstantialẽ, hoc est quotidianũ, spiritalis animi, & sapientis est. Priora autem, Sanctificetur nomen tuũ, aduenìat regnũ tuũ, *Mat.6.b.* Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: oĩa ad spiritũ referuntur. Et post illam particulam, Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie: ad spiritum redit, F Dimitte, inqt, nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nõ principatum, nõ diuitias, non gloriã, non potentiam, sed animæ tantum utilitatẽ postulandam: non terrena, sed cœlestia petenda mandauit. Nã si secularib. abstinere iubemur, quæ miseria, q̃ amẽtia est ea à domino postulare, q̃ habita abiicienda: desiderare, in qbus nullam omni no curã ſadhibendã præcipit? Iniusta petimus, ideo nihil proficimus. Et quomodo, inqs, mali, iniusti, raptatores, auari diteſcũt? Non deus id exhibet? Absit: sed rapina & cupiditate diuites efficiuntur. Cur deus pmittit? Quoniã pmisit & diuiti, ut ad maius eũ reseruaret suppliciũ. Audi quid ei dicatur. Fili accepisti bo-*Luc.16.f.* na in uita tua, & Lazarus similiter mala: nũc autẽ hic consolatur, tu autẽ cruciaris. Quod nos in deliciis & peccatis seculi lasciuiẽtes, ne subeamus supplicium, ueras nobis cõparemus diuitias, & ueram sapientiam complectamur, ut promissa bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

G *Homilia xliij. ex cap. sexto.*

Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me, nõ quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Nõ semp clementia utendum est, & lenitate: sed ignauus discipulus, & ingenio pinguior, acriorib. magistri stimulis ab ignauia excitãdus est: quẽ morẽ & hic, & alibi sæpenumero dei filius seruauit. Accedentibus. n. turbis, & applaudentibus. *Rabbi quando huc uenisti?* Vt humanã se gloriã contemnere, & eorũ tantum salutis curã ostẽdat, asperius respõdet, neq; tam hac q̃ eorũ animi detegendi gratia, ut pateret oĩbus. Amen, inquit, amen dico uobis, quæritis me, nõ qa uidistis signa, sed quia manducastis ex panib. & saturati estis. Modestius coarguit, nõ gulæ & uentris seruos appellauit: non tot miracula, q̃ neq; secuti erant neq; admirati, exprobrauit: nõ tam alia q̃ paulo antè factũ miraculum meminit, quod nõ admirabantur: sed qa saturati erant, sequebãtur, ut iterum saturarentur, & ea gratia reuertebantur. Propterea dixerũt: Patres nostri comederunt mãna in deserto. Quòd eos
H corporeo cibo inhiare indicabat, rem sanè maximè reprehẽdendam. Iesus aũt nõ reprehẽsioni tantũ immoratur, sed doctrinæ incũbit. Operemini, inqt, non cibum q perit, sed qui pmanet in uitam æternã, quẽ filius hominis dat uobis. Hũc. n. pater signauit deus. Hoc est, nolite corporis cibũ curare, sed spiritus. Nõnulli aũt ignauiæ & desidiæ dediti, his uerbis abutũtur, ac si Christus laborũ opera tolleret. Quibus necessariò respondendum est. Totam. n. ut sic dicam, Christianam calumniantur religionem, ut suam so-
Act. 20.g cordiam tueantur. Sed audiant Paulum, Recordami ni domini dicẽtis, Beatius est dare q̃ accipere. Atqui
Luc. 10.g unde potest dare, qui nõ habet? Quid Marthæ inqt Iesus? Solicita es, & turbaris erga plurima, porrò unũ est necessarium, Maria optimam partem elegit: & ite-
Mat. 6.d. rũ, Nolite curare de crastino. Hæc oĩa soluenda sunt, non solũ ut pigros excitemus, sed ne pugnare uideatur diuina scriptura. Etenim alibi, inqt Paulus. Rogamus aũt uos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut uestrũ negocium agatis, &
1. Thes. 4 c. I operemini manibus uestris, sicut pcepimus uobis,
Ephe. 4.f ut honestè ambuletis, ad eos q foris sunt. Et iterum: Qui furabatur, iam nõ furetur: magis aũt laboret operãdo manib. suis qd bonũ est, ut habeat unde tri-
Act. 20.f buat necessitatẽ patienti. Hic Paulus nõ simpliciter pcipit operari, sed ita, ut indigẽti subueniat. Et alibi: Et necessitatibus meis, & eorũ qui mecum sunt, mi-
1. Cor. 9.a nistrãt manus ipsæ. Et ad Corinthios: Quæ est ergo merces mea? ut euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangeliũ: & in ciuitatẽ illam ueniens mãsit
Act. 18.a apud Aquilam & Priscillã, & opabatur, erãt. n. scenofactoriæ artis. Hæc oĩa, quantùm ad uerba, pugnare maximè uidentur. Sunt ergo exponẽda. Sed qd dicemus? Nõ curare & non operari intelligendum est, ne toto aĩo secularibus rebus inhiemus, neq; de quiete crastina, tanquã superuacua cogitemus. Nõ licet ali qua hmõi cura operantem perturbari. Neq; n. idem est cura & operatio. Neq; ut operi cõfidat quispiam operetur, sed ut cõmunicet indigenti. Quòd aũt ad Martham locutus est Iesus, non in operãdo reprehẽsionem dixit, sed quòd tempus considerandum sit, & distribuendum, ne audiendi uerbi dei occasio in carnalium rerũ cura consumatur. Non ergo desidiã laudat Iesus, sed ad audiẽdum allicit. Veni, inquit, ut K
uos necessaria docerem, tu aũt circa prandiũ occuparis. Varijs ciborũ generibus me uis accipere, alium cibũ para. Sermonibus meis attende, fororis desideriũ imitare. Neq; coarguebat Iesus hospitalitatẽ. Absit, sed doctrinæ tẽpore aliis nõ esse uacandũ negociis admonebat. Illa autẽ particula, Operamini nõ cibum qui perit, non in desidia uiuendũ significat: hic enim cibus est q maximè perit, siquidẽ omnis malitiæ fomes est desidia: sed operãdum & erogandum indigẽtibus, q cibus minimè perit. Qui pigritiæ dedi tus, uentri uiuit, deliciis uacat, is cibũ operatur q perit: q uerò ex labore suo Christũ nutrit, potum dat, uestit: quis adeò sensu caret, ut eũ cibum pereuntẽ dicat operari, per quẽ & cœle: ste regnũ, & illius bona nobis promittuntur? Hic cibus ppetuus est. At Iudæi cũ nullam fidei rationem haberent, cũ nihil cogitarent, unde, & qua uirtute ille cibus ueniret: sed tantũ nihil operando satietatem quærerent, meritò hmõi qui perit cibum, appellauit. Pauí uos, inquit, ut inde permanentẽ cibum quæreretis, quo nutriretur aius, L
uos terreno attẽditis. Ideo hũc uobis uilem dare nolo, qui caducã & fluxam uitam, sed qui sempiternam præbeat: qui non corpus, sed animam pascat. Sed cũ magnificè de se locutus esset daturũ se cibũ pollicendo, ne iterum calumniandi illis materiã pberet, ut sibi fidem faceret, in patrẽ id refert. Nam cùm dixisset, Quem filius hominis uobis dabit: subdit, Hũc. n. pater signauit deus. Propterea misit q hũc uobis cibũ ferret. Quòd & aliter potest interpretari. Alibi inquit Xps, q audit hoc, Me signauit quòd deus uerax est: *Supr. 3.d* hoc & manifestè ostẽdit. Quã mihi significationem & in hoc loco habere uidetur hæc particula, Signauit pater: hoc ẽ, ostẽdit & suo reuelauit testimonio. Etenim ipse se ostẽdit & Iudæos affatus patris in mediũ protulit testimoniũ. Ea igitur dilectissimi dominũ postulemus, ea oremus, q iure nobis ab eo negari nequeant. Secularia. n. etsi cõtigerint, minimè noxia sunt: si uerò ditabimur, hìc tãtũ deliciis fruemur: si pauperes erimus, nihil officiet. Siquidẽ neq; q̃ aut optanda in hac uita, aut molesta uidentur, ad uoluptatẽ aut tristitiã uim ullam habere debẽt, sed utraq; M
contemnenda. Defluunt. n. quã celerrimè: quare uiq; *Mat. 7.b.* appellãtur à deo, altera lata & facilis, altera angusta & aspera. Vtraq; uita immortalis futura, & supplicii, & glorię. Ad alterã fugiendã, alterã assequẽdam, sum mam adhibeamus diligentiã. Quę nã seculariũ, qso, uoluptatũ utilitas? Hodie sunt, cras elabuntur: hodie flos pulcherrimus, cras aridus puluis: hodie ignis ardens, cras cinis extinctus: spiritalia autem perpetuò clara, floridaq;, & indies splendidiora pmanent. Nũquã illæ cessant diuitiæ, nunquã transferuntur, nunq̃ desinunt, nunquam solicitudinem, inuidiam, calumnias afferunt. Non perdunt corpus, nõ corrumpunt animum: q̃ omnia in his rapiuntur diuitiis. Gloria illa non in superbiæ stultitiam tollitur, non tumet, nũquã cessat, nũquã fit obscurior. In cœlo uoluptas & deliciæ sempiternæ, immortales, nullo fine, nullo termino cõprehendẽdæ. Has desiderio prosequamur, pśentia oĩa præ futuræ beatitudinis spe, ut ridicula, etiã in regum aulas & familiaritatẽ acciti, contemnamus. Quibus licèt nihil beatę uideatur, parua tamẽ & uilia, & nullius momenti ducunt, qui cœlestia aĩo cõplectuntur. Quicquid finem habet, non admodũ ptiosum est: quicqd cessat, & hodie est, cras desinit,

A etiam maximum, quã uilissimum est existimandum. Non igitur q̃ fugiunt & elabuntur, sed q̃ permanent & nunquã mutantur, bona prosequamur. Vt oẽs ea conseq mereamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia xliij. ex cap. sexto.

Ixerunt ergo ad eũ, Quid faciemus, ut operemur
d *opera dei? Respõdit Iesus et dixit eis, Hoc est opus dei, ut credatis in eũ quẽ misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signũ, ut uideamus et credamus tibi?*
Gulæ uitiũ os cæcat u. lde *Quid operaris?* Nihil gula perniciosius, nihil ignominiosius est: hęc obtusum & crassum ingeniũ, hęc carnalem aiam reddit, hæc cęcat intellectum, nec sinit, ut quicquam perspiciat: quod ut in Iudæis usu uenerit, intuere quæso. Cùm. n. gulæ inhiarent, cùm secularibus affixi, nihil spiritale contẽplarẽtur, multis eos uerbis & aculeis impellit, multũ suadet, neq; tamẽ excitantur, sed adhuc humi iacent. Dixerat. n. Quæritis me, non quia uidistis signa: sed quia mãducastis ex panibus, & saturati estis: reprehensione eos pterruit,
B qui nã quęrendus esset cibus ostendit. Nam dicẽdo, opreamini non cibũ qui perit: addidit prẽmium, Sed qui permanet in uitam æternã: & ad id quod eis obstabat occurrit, quòd à patre missus sit. Quid illi? Tã quam nihil audissent: qd faciemus, inquiunt, ut operemur opera dei? Quod dicebãt, nõ ut discerẽt & facerent, sed ut iterũ saturarentur, ut ex sequẽtibus apparet. Quid ad hæc Xps? Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quẽ misit ille. Ad hæc illi: Quod signũ facis, ut uideam⁹ & credamus? *Patres nostri manducauerunt manna in deserto.* Nihil his stultius, nihil insipientius, cũ signum in manibus haberent, tanquã nullũ fecerit rogant, qd signũ facis? neq; in eius potestate signum relinquunt, sed necessariò ei pscribũt, ut nullum aliud faciat, q̃ quod maiorum suorum temporibus factũ est. Patres nostri manducauerũt manna in deserto. Hoc exẽplo moueri Christum arbitrati, ut idẽ faceret, quo carnaliter pascerentur. Sed qd nã nullum aliud ex prioribus signis meminerũt, cũ plurima tunc tẽporis in Aegypto, in mari, in deserto facta essent, sed hoc duntaxat? Quia hoc maximè ipsũ uentris desiderabant. Quid autẽ qui prophetã eũ
C appellastis, & regẽ facere uoluistis, post uisum signũ, ac si nil fecerit, ingrati & perfidi facti estis, & signum quæritis, parasitorũ & famelicorũ more loquentes? Nunc uobis manna admirationi est: non adhuc aĩa uestra debilitata est? Et aduerte irrisionẽ. Non dixerunt, Moses signũ fecit, tu quid facis? perturbari eum arbitrabãtur: sed adhuc honorificè loquuntur, cibi expectatione: neq; dixerunt, deus hoc fecit, ne huic equalẽ, illo humiliorẽ facere uiderẽtur, sed mediũ qd dã tenuerunt, Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Et profectò ad hæc Xps dicere potuisset, se maius feciſſe miraculum, non uirga, non precibus eguisse, sed propria oĩa feciſſe uirtute: quòd si manna meministis, ecce panẽ uobis præbui. Verùm non erat nunc his uerbis locus, sed unũ curabat, ut ad spiritalẽ cibum eos adduceret: & considera immensam Christi prudentiam, quo pacto respondeat: *Non Moses dedit uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat uobis panẽ de cœlo uerum.* Sed quid non dixit, non Moses dedit, sed ego: sed pro Mose deũ, pro Mãna seipsum posuit? quia magna erat auditorũ imbecillitas, ut ex sequẽtibus cõstat. Etenim ita dicẽdo, non tamen cohibuit atqui primũ dixit: Quæritis me, non quia uidistis signa, sed qa mãducastis ex panibus, & saturati estis: D
non tamen illi reprehensi destiterunt. Verũ cùm Samaritanæ se aquę daturum pollicitus est, patris non meminit: sed, Si scires, inquit, donũ dei, & quis est q dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitã petisses ab eo, & *Supr. 4.b* dedisset tibi aquã uiuã: & iterum, Aquã quã ego dabo: & non refert ad patrem. Hoc autẽ in loco patris *Ibidem.* meminit, ut quãta fuerit Samaritanæ fides, quãta lu dæorũ imbecillitas, intelligeres. Nõ de cœlo erat mãna, qũo ergo de cœlo dicitur? quemadmodum, Volucres cœli: &, Tonuit de cœlo deus. Panẽ autẽ sim- *Psal. 8.b.* pliciter, & non uerũ illum appellat, nõ quòd falsum *Ibid. 17.b* esset in manna miraculũ, sed quòd figura esset, nõ ueritas. Et cũ Mosi meminisset, se illi non contulit, neq; se adhuc illi præponit, cũ maiorẽ adhuc de illo haberent opinionem. Ideo inquiens, Non Moses dedit: nõ se, sed patrem dedisse testatus est. *Tum illi, Da nobis panem hunc.* Adhuc enim sensibile quiddam suspicabãtur, adhuc uentrẽ implere expectabant: ideo quãprimũ obuiam facti sunt. Quid Christus? Alliciens eos paulatim, inquit, Panis dei est, q descẽdit de cœlo, & E
dat uitã mundo: non Iudæis tantũ, sed uniuerso orbi: neq; simpliciter cibum, sed alterã quandã uitam, & legẽ diuersam. Vitam autem dicit, quoniam omnes mortui erãt: illi humi incumbentes, Da nobis in quiunt hũc panem. Cũ autem intelligeret Christus, quòd donec sensu perceptibilẽ mensam arbitrarentur, concurrerent: cùm spiritalem, discederent: *Ego, inquit, sum panis uitæ, qui uenit ad me, nõ esuriet: & qui credit in me, nõ sitiet unquã. Sed dixi uobis, quia et uidistis me, et nõ credidistis.* Hoc & Ioãnes superius pdixit: Quod nouit loqtur, & qd uidit testatur, & testimo- *Supr. 3.b.* niũ ei⁹ nemo accipit. Et ipse iterũ: Quod scimus loquimur, & qd uidimus testamur, & nõ creditis mihi. Qd *Ibidem.* facit, poccupans eos, & ostendens non ppea perturbari, neq; gloriã desiderare, neq; cordis arcana ignorare, neq; pśentia, neq; futura. Ego sum panis uitæ. lã in mysteriorũ traditionẽ deuenturus est, & primum de diuinitate sua sic disputat: Ego sum panis uitæ. Neq;. n. de corpore hoc dictũ est, de quo circa finẽ, inqt, Panis quẽ ego dabo, caro mea est: sed adhuc de *Hìc inf. f* diuinitate. Etenim illa pp deum uerbum panis est, quemadmodũ hic panis propter aduenientem ei spiritum, panis cœlestis efficitur: hic aũt non utitur te- F
stibus, quẽadmodũ in priori disputatione: habebat enim ipsum panũ opus in testimonium, quanuis credere dissimularent: illic cõtradicebãt & arguebant, ideo hoc in loco suam decernit sententiã: illi uerò cũ corporis cibum sperarent, nõ sunt pturbati quoad spe deciderunt: neq; tamen tacuit, sed arguit uehementer. Qui. n. cùm panem comederent, prophetã *Hìc sup. b* appellabant, & regẽ facere uolebãt, hoc in loco indignati, fabri filiũ dicunt: & quidem uidebantur indignari, qd de cœlis descendisse diceret. nõ tamẽ hæc erat causa, sed quòd corpus nõ pasceret: qd si ueré indignabantur, rogare eos oportebat, qũo panis uitæ esset, qũo de cœlo descendisset. Nunc autem minimè hoc rogant, sed murmurãt, & quòd hoc eos nõ perturbasset, inde perspicuũ est. Dicente. n. Iesu, Pater meus dat uobis panẽ: non dixerunt, roga ut det: sed da nobis panẽ. Atqui non dixerat, ego do: sed, pater meus dat. Ea. n. erat cupiditas cibi, ut inde se saturari posse arbitrarentur. Quo dato, qũo postmodũ scandalizari debebant, & maximè cũ patrem dare

G intelligerēt? q̄ nā ergo causa? Cū audirēt nō amplius edendū, incredulitatis prętextum inuenerunt, quòd altius loqueretur. Propterea dixit: Et uidistis me, & non creditis: Cùm signa, tum scripturarum testimonia significāt: Illæ. n. sunt, inquit, q̄ testimoniū perhibent de me: &, quòd ueni ī nomine patris mei, & nō accipitis me: &, quomodo potestis credere, qui ab hominibus gloriam accipitis? *Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: et eum qui uenit ad me, non eiiciā foras.* Vide quomodo oia ad hominum salutē conatur. Propterea. n. hoc addidit, ne curiosus esse, & frustra hæc dicere uideretur. Sed quid hoc significat, Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, ut resuscitē illud in nouissimo die? Qua gratia communis resurrectionis, cuius & impii participes sunt, ut p̄cipui credētiū in se muneris meminit? quoniā non simpliciter resurrectionis, sed talis meminit. Nā cū prius dixisset: non eiiciam, & nō perdā ex eo, mox subdidit resurrectionem. In resurrectione. n. alij eiiciūtur: ut inquit, Tollite eū, & mittite in tenebras exteriores. Alij perdūtur,

H Timete, inquit, magis eū, qui potest animam & corpus in gehennā perdere: & illud, Vitam ęternam do, hoc significat: Ibunt. n. qui mala egerunt, in resurrectionem iudicij: qui uerò bona, in resurrectionē uitę. Hanc hoc in loco resurrectionē ostendit, quę est bonorū. Sed qd sibi uult ea particula, Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet? Eorū tangit incredulitatē, ostendens quòd qui non credunt, nō se tantū, sed & patrē offendunt, & eius trāsgrediūtur uoluntatē: nō tamen tam apertè id dicit, ut semp facit: quòd si hęc eius uoluntas est, & ppea uenit, ut saluum hominē faceret: qui non credunt, eū oppugnant. Cū enim pater, inquit, aliquē dirigit, nihil prohibet eū ad me uenire: & alibi, Nemo potest uenire ad me, nisi pater traxerit eū. Et Paulus, Ipse tradidit eos patri. Cùm. n. tradet regnū deo, & patri: & quemadmodum pater dando nō se priuat, ita & filius tradendo. Dicitur aūt tradidisse, quòd p ipsum accessū habuimus. Illa aūt particula, Per quem, etiā de patre dicitur: ut illic, Per quem uocati estis in cōmunicationē filij eius, & per uolūtatem patris: & iterū: Beatus es Simō Bar Iona, qa caro & sanguis nō reuelauit tibi. Quod significat non paruā rem esse fidem, sed supernō indigere auxilio: quod per totum euangeliū generosæ cuiusdam aiæ, & inspirationis diuinæ esse contendit. Sed dicit fortasse qspiā, Si omne quod dat pater uenit ad me, & quoscūq; traxerit: & nemo potest uenire ad te, nisi datū sit ei desuper: qbus pater non dat, hi nullo crimine tenētur. Verba hęc inania & friuola: opus est. n. uoluntate nostra. Doceri. n. credere uoluntatis est: hic autem nihil aliud ostendit his uerbis, Quod dat mihi pater, q̄ non paruum quiddā esse credere, atq; humanā cogitationē superna indigere reuelatione, & aia quæ eam fideliter accipiat. Et illud, Qui uenit ad me saluus fiet: hoc est, multā adhibebit diligētiā. Pro his ueni, & carnē & serui formam accepi. Deinde subdit: *Descendi de cœlo, non ut faciā uoluntatē meā, sed uolūtatem eius qui misit me.* Quid dicis? Aliāne tua, alia il ius uolūtas est? Ne igitur hoc quispiā suspicaretur, addidit: Hæc est aūt uoluntas eius qui misit me, ut oīs qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitā æternā. Hæc nunquid uolūtas tua est? Et cur alibi dicis, ignē ueni mitterre in terram, & quid uolui nisi ut iā ardeat? Quòd si tu hoc uis, constat unā esse uolūtatē. Etenim alio in loco, Sicut pater, inquit, suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat. K Quę est uolūtas patris? ne pdā ex eo quēquā: hoc & tu uis. Nō est igitur alia uolūtas & alia. Etenim alibi: Sæpe uolui cōgregare filios tuos, & noluisti. Quę ergo hęc est sententia? Hoc est, non ueni ut aliud facerē, q̄ patris uoluntatem, neq; ego aliud sentio. Omnia enim q̄ patris sunt, mea sunt: & q̄ mea, patris. Si igitur patris & filij oia communia sunt, non immerito inquit, No ut faciā uoluntatē meam. Sed hoc in loco non ita inquit, sed in finē remittit. Alta enim & sublimia, ut dixi, adhuc tegit, & obumbrat. Nam si dixisset, uolūtas mea hæc est, cōtemp sissent illi. dicit itaq; se operā eius uoluntati p̄stare, ut eos magis perterret: quasi dicat, Quid putatis? an quòd me irritatis? Nisi credetis, patrē meū in indignationem mouetis. Hoc enim significat uoluntatem eius qui misit me. *Vt omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo.* Vbi se eorū non indigere obsequio, neq; ut sibi ministrare tur aduenisse signat, sed pp eorum salutem, quod in Supr. 5. & Supr. 5. f. superiore dixit disputatione, Gloriā ab hominibus nō accipio. Et iterū: hæc dico, ut uos salui sitis. Hoc. n. L oibus modis contendit persuadere, quòd eorum salutis gratia aduenerit, quòd patris gloriā q̄rat, ut nulla de se oboriatur suspicio: & quòd hoc dicat, i sequētibus manifestius indicauit. Qui uolūtatē suā querit, gloriam propriam quærit: qui aūt querit gloriā eius qui misit illū, hic uerax est, & iniustitia in illo nō est. *Hæc est. n. uoluntas patris mei, ut omnis qui uidet filium, & credit in eū, habeat uitam æternā, et ego resuscitabo eū in nouissimo die.* Frequenter resurrectionis meminit, ne præsentibus tantū rebus diuinam præscribāt prouidentiā: ut si his nō fruantur nō ppea pigriores fiāt: néue quòd in hac uita non puniuntur, ideo contemnant, sed futurā expectent. Verū illi nihil lucrati sunt, nos uerò lucramur, cùm frequenter nostris auribus resurrectio insonat: & si dites cere, si rapere, si absurdū aliq d facere uoluerimus, è uestigio dies illa & iudicium aio inscribatur, & omni frēno uehementius absurdos affect⁹ cogitatio hęc cohibebit. Atq; iuicē, & nobisc ū semper dicamus: Resurrectio est, & horrē dum illud nos iudicū manet. Et si quem gestientem uiderimus, & præsentibus bonis inflatum, idē dicamus, & reducamus im memoriam oīa hic remansura: & si ali⁹ dolore & calamitatibus affectus occurrit, ad eū quoq; iisdem uerbis utamur, doceamusq; M has miserias finē aliquādo habituras. Inertis autē & pigri auris. insonem⁹ desidiæ suę pœnas daturū. Sufficiens hoc uerbum, quod oī medicina nostram animam uehementius curet. est. n. resurrectio non longē, sed in portis. Adhuc modicū, iamiā ueniet, & nō He. 10. g. tardabit. Et oēs oportet nos manifestari ante tribu- 2. Co. 5. b nal Xp̄i, & malos & bonos: illos, ut meritò ignominia afficiantur: hos, ut in gloria effulgeāt. Quēadmodum. n. in hac uita iudices, malos supplicio, bonos honore publicè afficiunt: ita & illic, ut malos maior igno minia, bonos clarior gloria consequatur. Hæc nos singulis dieb⁹ nostris mētibus subscribam⁹, hæc semp aio uersemus. Hoc pacto nulla nos p̄sentiū cura poterit pturbare: nam quę uidentur, caduca sunt: quæ nō uidentur, æterna. Hęc inquā frequenter nobiscum loquamur, & cū aliis: Resurectio est, & iudi- Fatū negat Chrysostomus. cium & operū examina. Et quicūq; fatum esse arbitrātur, hoc dicāt, & mox huius morbi tabe curabūtur. Nā si resurrectio est & iudicium, nō est fatum, quāuis plurimi id contendāt. Atqui Christianos resurrectionis

A surrectionis admonere erubesco. Qui. n. docendus est esse resurrectionē, & sibi non omnino persuadet, quòd nō necessariò, & simpliciter & utcunq; cōtigerit, res ferantur: is profectò nó est Christianus. Quā obrē hortor uos, & oro, omni nos malitia mundos reddamus, & omnia faciamus, ut ueniā cōsequamur & excusatio nostra admittatur in illa die. Sed dicet fortasse qspiam, Et quando finis? Quādo erit resurrectio? Ecce quantū tēporis prēteriit, & nihil tale cōtigit. Sed erit, credite. Et. n. ante diluuiū & hos incredulos reprehendit: q credidit, is solus liberatus est. Et tē Gene. 19. poribus Loth dirā illam plagā non expectabant, do nec fulgura illa & fulmina delata omnes pdiderunt. Ibid. 7. Neq; his, neq; tēporibus Noe ne minima quidem futurorū malorum particula contigit: sed quemadmodum cùm deliciis & ebrietati indulgentes, meritū repentè suppliciū oppresit: ita & resurrectio nó in prin 1. Thes. 5. 4. cipio, sed i medio fœlicitatis supueniet. Ideo Paulus, inqt, Cùm enim dicēt pacem & securitatem, tunc repentinus eis supuenit iteritus: sicut & dolor in utero habentis, & non effugient. Hoc autē fit, ut semper simus in timore, & nunquā cōfidamus. Quid dicis nō

B expectandā futurā resurrectionem & iudicium? Dē- Mat. 8. d. mones hæc cōfitentur, & tu cōfiteri erubescis? Venisti, inquunt, huc ut nos cruciares ante tēpus? Qui futurū cruciatū dicunt, & iudiciū, & examen, & supplicium futurū itelligūt. Nolimus ergo prouocare deū stulta audendo, resurrectioni diffidētes: quēadmodū in aliis nobis principiū fuit Christus, ita & in hoc. Siquidem primogenitus idcirco dicitur ex mortuis. Quòd si resurrectio non est, quomodo primogenitus esset mortuorū, cū nemo post ipsum resurgeret? Quomodo dei iustitia seruaretur, tot malis in fœlicitate, tot bonis in miseria uitā degētibus, ubi qsq; secundū merita remunerabitur? Nemo rectè uiuētiū resurrectioni diffidit, sed quotidie precātur, sanctā il Mat. 6. b. & Luc. 11. e. lā uocē proferentes: Adueniat regnū tuum. Qui sunt igitur q resurrectioni nō credunt? qui scelesti, inquinatā uitā & impuram uiuunt, ut Propheta, inquit, In Psal. 9. e. quinatæ sunt uiæ eius in omni tēpore, auferūtur iudicia tua à facie eius. Nō potest, non potest inquam homo purè uiuere, q nō credit resurrectionē, ut qui nulli⁹ sibi cōscii sunt criminis, eā nō modò profitentur, sed & uolunt & credunt, ut remunerationē accipiāt. Nolimus ergo deū prouocare, sed & audiamus

C dicentē: Timete eum qui potest animam & corpus Mat. 10. c perdere in gehennā: ut metu meliores & hoc malo liberati, regno cœlorū digni efficiamur: quod utinā omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē, & cū quo patri gloria, simul & sempiterno uiuificantiq; spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. xlv. ex cap. sexto.

Vrmurabāt ergo Iudæi de illo quia dixisset: Ego

m *sum panis uiuus qui de cœlo descendi, & dicebant: Nónne hic est Iesus filius Ioseph? &c.* Quo

Philip. 3. d. rū deus uenter & gloria in ignominia eorū, inqt, Pau les de ludæis: qđ ex prędictis constat, & ex sermone quē ad Xp̄m accedētes habuerunt. Nā cùm panē saturati sunt, prophetā appellabāt, & regē facere cogitabant: cū uerò spiritalē cibum, & uitam æternā edocti, & à sensu abducti, resurrectionē & altiora accepe rūt: cūq; maximè admirari eos oportuerat, tūc murmurabāt & resiliebant. Atqui si hic est propheta, ut Deu. 18. d dicebatis: Hic ē, de quo, inqt, Moses: Prophetā uobis suscitabit dominus deus de fratribus uestris, tanquā D meipsum audite: oportuit ipsum audire dicentē, De cœlo descendi: nō tamē audiebāt, sed murmurabāt: adhuc enim eū uerebātur propter nouum panis signum, ideo nō manifestè cōtradixerūt, sed murmurando indignationē præ se tulerunt, quòd cibū non accepissent, quē cupiebant. Murmurabāt ergo & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? Ex quo pspicuū est, quòd nōdū admirabilem eius norant generationem, idcirco adhuc Ioseph eum filiū dicunt. Neq; negat Christus quòd esset, sed nondū illi tantā rem audire poterant, neq; secundū carnem quidē. Quòd si nō hanc, longè minus supernā illam & ineffabilem generationē. Si rem humiliorem nō aperuit, multo minus illā. Atq hoc eos maximè perturbabat, quod uili patre, & fabro natus esset. Nō tamen Christus rē ipsam subticuit, ne alio sublato, aliud scādalū excitaret: sed quid murmurantibus illis Christus? *Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū.* Hic insurgūt Manichæi nihil nos ex nobilipsis posse, huius particulæ testimonio cōtendētes. Sed planè nos posse quæ uolumus p hoc ostenditur: inquiunt. n. Si quis uenit ad eū, qd opus est ut trahatur? Verū hoc E nostrū non tollit arbitrium, sed diuino egere auxilio *Liberum arbitriū non tollitur.* ostendit: & nō inuitum, sed omni conatu cōtendentē uenire. Inde quo pacto trahat, neqd sensibile de eo suspicarentur, his uerbis prosequitur. *Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic uidit patrem.* Quo trahat, inquit, hoc propheta prædixerat, quòd Esa. 54. d erūt oēs docibiles dei. Vides fidei dignitatem, quòd nō ab hominibus, neq; per hominē, sed p ipsum deū ea imbuendi sunt? Idcirco ut fidē uerbis suis compararet, eos ad prophetas relegat. Nā si erunt omnes docibiles dei, quare aliq nō credūt? Quoniā hoc de plurib⁹ dictū est. Et prēterea illud propheticū omnes uolētes significat. Magister enim omnibus proponi tur paratus ad docendū & communicandū doctrinam suam. *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Non parua hoc in loco filii dignitas. Siquidē pater trahit, & hic resuscitat. Neq; diuidit patris & filii opa. Quōnam enim pacto? sed potestatis æqualitatē ostēdit: ut in illo loco: Et qui misit me pater, testimoniū phi Supr. 5. f. bet de me. Quod ne rogādo insisterēt, ad scripturas relegauit: ita hoc in loco, neqd suspicarentur, ad prophetas, frequenter ostēdens se patri nō esse cōtrariū. F Quid aut̄ q antehac fuerunt? nunqd docibiles erāt dei? Quid hoc in loco eximiū est? Quòd tunc homines per res diuinas docebantur, nunc per unigenitū & spiritum sanctum: deinde inquit, *Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui à deo est.* Non secundū causę rationē hic loquitur, sed secundum modum substantiæ. Nā si diceret, Omnes à deo sumus: Vbi præstātia & differētia filii? Sed quare nō apertius dixit? Propter illorū imbecillitatē. Etenim si dicēdo, de cœlo descēdi, tantùm scandalizati sunt: quidnam fecissent si id addidisset? panem autem uitę seipsum appellat, quoniam uitā nostram & hanc & futurā corroborat. Et inquit: *Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternū.* Panem uerò siue doctrinā hoc in loco & salutem & fidem in se, siue corpus suum dicit. Vtrunq; enim animam fortiorē reddit. Atq alibi dixit: Siquis sermonē Inf. 8. z meum audierit, mortem non gustabit, & perturbati sunt: hìc non itidem, quia iam ob panis miraculum eū reuerebātur. Animaduerte autē quā faciat huius panis & mannæ differentiā, ab utriusq; scilicet sine-

G Quòd enim manna nihil magnũ præberet,addidit: *Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.* inde subdit maximã persuasionẽ, quòd longè pluris, maiorib. illis patribus Mose & claris illorũ temporum uiris ipsi habiti sint. Cùm.n. dixisset mortuos q manna comedissent,prosecutus est:*Hic est panis de cœlo descendens,ut siquis ex ipso manducauerit,non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, qui manducat ex hoc pane,uiuet in æternum.* Illa ꝓterea particula,In deserto:mãna nõ diu durasse, neq; i terram promissionis uenisse significat. Hic aũt panis nõ est eiusmodi.*Et panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi uita.* Meritò hoc in loco dubitare quispiã posset, cur hæc nũc Xps loqueretur,cũ nihil proficeret,nihil ẽdificaret,immo esset ædificatis nocumẽto?*Ex hoc.n.* inquit,*multi ex discipulis suis retrò abierunt*: &, *Durus est hic sermo,quis potest eum audire?* Erant igitur hæc solis discipulis cõmunicanda,ut Matthæus priuatim cum ipsis loq testatur. Quid ad hoc dicemus ? Quæ nam horũ uerborũ utilitas? Magna quidem & necessaria. Cũ.n.in petendo cibo instarent : & patrib. suis datũ memorarent, & manna tanq̃ magnum quiddã laudarent, oia illa figuram & umbram fuisse,rerum autem ueritatem præsentem ostẽdit. Ideo spiritalis cibi meminit.Sed erat,inquit, dicẽdum:Patres uestri mãducauerunt mãna in deserto , ego aũt uobis panem præbui.Sed magna sanè differentia : minus.n.hoc q̃ illud uisum esset. Mannę miraculum extulisset,suum de panibus depressisset . Cùm ergo de cœlo cibum quærerent, ideo frequẽter de cœlo se descẽdisse testatur. Quòd siquis percontaretur, cur mysteriorũ sermonem adduxerit? Respondebimus quòd horum nunc maximè tps erat. Obscurius.n.dictum semper auditorem erigit, & attentiorẽ reddit . Nõ ergo perturbari debebant,sed interrogare & q̃rere, Sed abierunt.Quòd si prophetã eum arbitrabantur, credere eiꝰ uerbis oportebat.Itaq; stultitia sua , nõ sermonis Christi obscuritate perturbabantur:tu aũt considera, quõ eos ad se paulatim trahit . Nam se, non patrem dedisse dicit: &, panis quẽ ego dabo, caro mea ẽ pro mundi uita.Sed aliena q̃dam doctrina erat,inquies, & diuersa:Atq; Ioannes superius hoc significat,agnũ ipsum appellãs,sed nõ intellexerũt.Nõ me latet,non tamẽ discipuli diffidebãt.Nã si de resurrectione nõdum quicq̃ norãt, & propterea ignorabãt quid sibi uellet, Soluite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud:multò magis q̃ hic dicuntur, quæ obscuriora sunt . Quòd.n.prophetæ suscitassent, norant, quãuis non tam manifestè locutæ sint scripturæ:qđ aũt carnem quis comederit, nũquam quisquã illorũ dixerat.Verũtamen psuasi sunt, & sequebãtur, & habere eũ uerba uitæ confitebãtur. Hoc discipuli est,q̃ magister asserit, nõ curiosius inuestigare, sed audire & credere,& idoneũ solutionis tps expectare. Quid igitur aiunt cõtrarium accidisse? Abierunt retrò,hoc pp eorum stultitiam. Quando.n.subit qũæstio quõ aliquid fiat,simul subit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus est inquiens: Quõ potest homo in uentrem matris suę iteratò introire?Itidem & hi nũc: Quõ potest hic nobis carnem suam dare ad mãducandum?Nam si hoc inquiris, cur nõ idem in quinq; panum miraculo dixisti, quõ eos in tantum auxit? Quia tunc tantùm saturari curabant , non considerare miraculũ:sed res ipsa tunc docuit,inquies. Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factu eẽ. Proꝑterea id prius fecit miraculum,ut per illud nõ essent amplius increduli,his q̃ postmodum diceret.Illi quidem tunc tpis nihil ex his dictis , nos ipsius beneficij utilitatẽ cepimus.Quare necessario dicendum q̃ admiranda mysteria , & cur data sint, & quæ nam eorum utilitas. Vnum corpus sumus,& membra ex carne,& ossibus eius . Quare initiati eius p̃ceptis parẽre debent. Vt aũt non solùm per dilectionẽ , sed re ipsa in illam carnem cõuertamur : per cibum id efficitur, quem nobis largitus est . Cũ.n.suum in nos amorẽ indicare uellet, per corpus suum se nobis cõmiscuit, & in unum nobiscum redegit, ut corpus cum capite uniretur.Hoc.n.amantium maximè est. Hoc Iob significabat de seruis, à quibus maximè amabatur, q suum amorẽ præ se ferentes dicebãt:Quis daret nobis ut eiꝰ carnib.impleremur? Quod Christus fecit, ut maiori nos charitate adstringeret,& ut suũ in nos ostenderet desiderium,non se tantùm uideri permittens desiderantibus,sed & tangi,& mãducari,& dentes carni suæ infigi,& desiderio sui oẽs impleri. Ab illa igitur mẽsa tanquam leones ignem spirantes, surgamus diabolo formidolosi,& caput nostrum intelligamus,& quã in nos præ se tulit charitatem. Parentes sæpenumero liberos suos aliis alẽdos dederunt, ego aũt mea carne alo, me his exhibeo, oibꝰ faueo, oibus optimã de futuris spem p̃beo. Qui in hac uita ita se nobis exhibet, multò magis in futura . Vester ego frater esse uolui, & cõmunicaui carnẽ pp uos & sanguinem:& per quę uobis coniunctus sum,ea rursus uobis exhibui. Hic sanguis facit,ut imago in nobis regia floreat:hic sanguis pulchritudinẽ atq; nobilitatẽ aię, quã semper irrigat & nutrit,languescere nõ sinit.Sanguis.n.à cibo non fit repẽtẽ, sed prius aliud quiddam:hic quãprimùm irrigat animam, eamq; ui quadã magna ibuit.Hic mysticus sanguis dęmones procul pellit, angelos & angelorũ dominũ ad nos allicit.Dęmones.n.cùm dominicum sanguinem in nobis uident,in fugam uertuntur,angeli autem procurrunt.Hic sanguis effusus, uniuersum abluit orbẽ terrarũ , de quo multa Paulus ad Hebræos prosecutus est.Hic sanguis abdita & sancta sanctorũ purgabat. Quòd si eiꝰ figura tantã habuit uim in tẽplo Hebręorũ,in medio Aegypto liminib.aspersus,longè magis ueritas.Hic sãguis aureũ altare significauit.Sine hoc princeps sacerdotũ in penetralia ingredi non audebat. Hic sanguis sacerdotes faciebat, hic sanguis in figura peccata purgabat,in qua si tantã habuit uim,si umbr ãita mors horruit,quãtopere q̃so ipsam formidabit ueritatẽ?Hic nostrarũ aiarum salus est,hoc laudatur aĩa,hoc ornatur,hoc incẽditur,hic igne clariorem nostram mentem reddit , & auro splendidiorẽ. Huius sanguinis effusio cœlum peruium fecit.Admirãda sanè ecclesiæ mysteria, admirabile sacrariũ. Ex paradiso fons scaturiit,à quo sensibiles fluuii emanarẽt.A mẽsa hac prodiit fons,qui fluuios spiritales diffundit:iuxta hunc fontẽ nõ steriles salices germinãt, sed quercus cœlum ipsum attingentes, q̃ fructus tẽpestiuos & solidos semp producunt : si quis æstuat, ad hũc fontẽ se cõferat,& recreabitur.Mũdat squalorẽ & sordes,æstus mitigat,nõ solares, sed quos ignitæ sagittæ imprimunt . Etenim ortũ suum supnè habet,inde radicẽ unde irrigatur.Multi huius fontis riui,quos paracletus diffundit, & filiꝰ arbiter est , neq; bidente,aut ligone uiam facit:sed aios nostros apit. Hic fons lucis diffundẽs radios ueritatis, huic supnè

A adstiterunt uirtutes fluctuum eius pulchritudinem inspicientes.Nam manifestius quàm nos illæ propositorum uirtutem & fulgorem inaccessibilem intuẽtur . Quemdmodum enim siquis liquefacto auro manum,uel linguam iniiciat, quamprimùm deauratur : ita hæc nobis proposita animam auream reddunt.Resurgit enim uehemẽtius igne fluuius,neq; incendit, sed abluit tatùm quicquid comprehenderit. Hic sanguis præfiguratus est semper in altaribus , in iustorum cædibus:hic orbis terrarũ decus est,hic est quo Christus emit,quo uniuersam ornauit ecclesiã. Vt enim homo seruos auro emit , & ornat : ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt participes,cum angelis & archangelis, & supernis uirtutibus commorantur: ipsam regiam Christi stolam induti,spiritalibus armis muniti. Sed nihil dixi , imò ipsum induti sunt regem . Sed sicut magnum est, & admirabile:ita si purè accesseris , ad salutẽ accesisti: sin praua conscientia,ad pœnã & supplicium.Qui.n. manducat & bibit indignè sanguinẽ domini,iudiciũ sibi mãducat,& bibit.Nam siqui regiã purpurã coinB quinant,haud secus,q̃ qui scindunt,puniuntur:quid mirum siqui immunda conscientia Christi corpus accipiunt,idem suppliciũ subeãt , quod qui eum clauis cruci affixerunt ? Vide q̃ formidandam pœnam his minetur Paulus:Irritam quis faciens legẽ Mosi , sine ulla miseratione duobus uel tribus testibꝰ moritur: quãtò magis putatis deteriora mereri supplicia , qui filiũ dei conculcauerit,& sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit,in quo sanctificatus est? Cõsideremus igitur rẽ nostrã dilectissimi, cũ tantis fruamur bonis,& cũ turpe aliquod animum subit,cũ ira,uel re,uel uerbis rapimur: quid mereamur , quem spiritum acceperimus nobiscum reputemus,& irrationabiles nostros cohibeamus affectus.Hęc cogitatio nostra sit, Quousq; rebus p̃sentibus incũbemus? Quousq; non excitabimur? Quousq; nullã saluti nostræ curã adhibebimus?Intelligamus quot in nos beneficia contulit Xps.Gratias habeamus,glorificemus,non fide tãtùm,sed & operibus,ut futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi , per quem & cum quo patri gloria , simul & spiritui sancto,in secula seculorum,Amen.

C *Homilia. xlvi. ex cap. sexto.*

d *Ixit ergo eis Iesus: Amẽ amẽ dico uobis,nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis,& biberitis eius sanguinẽ,non habebitis uitam in uobis,&c.* Cũ de rebus spiritalib. disputamus,nihil seculare sit in animis nostris,nihil terrenũ:sed oĩa huiusmodi abeant, oĩa relegentur. Diuinos duntaxat sermones audiamus. Nam si aduenientẽ rege oĩs sedatur tumultus, multò magis spiritu nos alloquẽte, multo nobis silẽtio,multa admiratione opus est . Admiratione nãq; digna sunt,q̃ hodie exponuntur. Amẽ,inqt, amen dico uobis,nisi mãducaueritis carnẽ meam, & biberitis sanguinẽ meum,non habebitis uitã in uobis. Etenim cũ id fieri posse negarent , non solùm non impossibile,sed & necessariũ asserit. Qui manducat carnem meam,& bibit sanguinem meũ,habet uitã æternam, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die . Nã cũ dixisset:Siquis manducauerit ex hoc pane,nõ morietur in æternũ : & credibile esset eos dicturos quẽadmodũ superiꝰ:Abrahã mortuꝰ est,& prophetę mortui sunt:& quõ tu dicis , nõ gustabit mortem? Resurrectionem ponit,per quam soluit quæstionẽ , quòd non morietur in fine . Frequẽter aũt in mysterijs uer D satur, & oĩno id fieri oportere demõstrat . Quid aũt signat,Caro mea uerè est cibus,& sanguis meus uerè est potus? Aut quòd is est uerus cibꝰ, q saluat animã,aut ut eos i ꝑdictis cõfirmet , ne obscurè locutũ in parabolis arbitrarẽtur, ide inqt: Qui mãducat carnẽ meã, & bibit sanguinẽ meũ , in me manet: qđ dicit,ut cũ ipso se admisceri ostẽdat.Quod autẽ sequitur,nõ bene superioribus iungi uidetur . Queramus igitur quæ nã hæc sit consequentia. Cũ dixisset, Qui manducat carnẽ meam & bibit sanguinem meũ, in me manet:nõ absurdè prosequtur, Sicut misit me uiuens pater , & ego uiuo pp patrem . Nam cùm sæpe repetisset uitã æternam , ad id cõfirmandum addit, In me manet.Si in me manet,& ego uiuo: qui me sumit, & uicturũ perspicuum est.Inde inquit,Sicut misit me uiuens pater,& ego uiuo pp patrem. Hæc cõparatio est & similitudo , hoc est,uiuo ego & pater. Et ne ingenitũ arbitrareris,addidit,Propter patrem: *Supr.5.d* nõ quòd operationis alicuius necessitatẽ ad uitã habeat,superius.n.eã amouit suspicionẽ.Sicut pater habet uitã in semetipso , sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Quòd si opatione indigeret , iuenietur E aut pater nõ ita dedisse, & falsa esset oratio:aut si ita dedit,nullo alio idigebat auxilio. Quid ergo signat, pp patrẽ? causam tãtùm.Sicut uiuit pater, ita & ego. Et qui manducat me, & ille uiuit pp me . Vitam autem in hoc loco non qualemcũq;,sed probatã dicit: quod inde constat, quòd & infideles oẽs,& non initiati,& qui eius carnẽ non manducant , uiuũt tamẽ. Quare minimè dubium est, quin illã intelligit . Dicit ergo, qui manducat carnẽ meam,in morte non peribit,neq; dãnabitur. Sed nõ de cõmuni dicit resurrectione(siquidem oẽs resurgent) sed de clara illa & gloriosa, q̃ prẽmium meretur . Patres uestri manducauerunt manna in deserto , & mortui sunt:q mãducat hunc panẽ uiuet in æternum.Frequenter idem repetit,ut auditorũ animis imprimatur. Vltima.n.hæc erat doctrina,ut resurrectionis & æternę uitę fidẽ cõfirmaret. Quocirca post uitæ ęternę promissionẽ,resurrectionẽ proponit,postquã illam futuram ostendit.Et unde hoc cõstat? A scripturis ad quas eos semper relegat, ut inde erudiantur . Cũ autem dare uitã mundo dicit,in ęmulationẽ eos adducit, ut si aliorũ F bono mouentur, nolint ipsi excludi.Frequenter aũt mannæ meminit , & differentiã conferendo,ad fidẽ allicit.Nã si possibile fuit,ut quadraginta annos sine messibus & frumento , & aliis ad uictũ necessarijs uiuerẽt:lõgè magis nunc cũ ad maiora uenerint.Nã si in illis figuris,sine labore expositũ colligebant:nunc profectò magis, ubi nulla mors ,& uerę uitę fruitio. Vitę aũt ubiq; meminit,nã eiꝰ trahimur cupiditate,& nihil suauiꝰ q̃ nõ mori.Etenim ĩ ueteri testamẽto lõga uita & multi dies promittebãtur:nunc uerò non simpliciter uitę lõgitudo,sed uita sine fine promittitur.Simul & ostẽdere uult , qđ ex peccato suppliciũ: nũc reuocat & sententiã illã mortis soluẽdo,& uitę sẽpiternę inducẽdo , cõtra supiorũ tẽporũ istitutionẽ. Hoc dicit i synagoga dicẽs i Capnaũ, ubi multa miracula fecerat,q̃re maximè audiẽdꝰ erat . Quãnã aũt gratiã synagoga docuit i tẽplo? Cũ ut multitudinẽ traheret, tũ ne patri cõtrariũ se esse ostẽderet . Multi ergo ex discipulis eiꝰ audiẽtes, dixerũt: *Durus est sermo hic*:hoc est,asper, difficilis intellectu . Atqui nihil tale dicebat.Neque enim de uita, sed de doctrina differe

G bat,ut i ſui fidē traheret.Quid ergo, durus eſt hic ſermo?Nū quòd uitā annūciat & reſurrectionē? Quòd ex cœlo ſe dixerit deſcēdiſſe, an quòd ſaluus fieri nemo poſſet,qui eius carnem non māducaret?Nū hęc dura ſunt?Et qs dixerit?Quid ergo eſt, durus?Difficilis intellectu,& quē capere eorum nō poſſet imbecillitas,plenus formidinis.Putabant.n.eum ſupra uires ſuas loqui:& dicebāt: *Quis poteſt eum audire?* pro ſe re ſpondentes , cùm eſſent diſceſſuri . *Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum quia murmurabāt de hoc diſcipuli eius:* Hoc.n.ei⁹ erat diuinitatis argumētū,quòd cordis ſecreta reuelaret, *dixit eis:Hoc uos ſcandalizat? Si ergo uideritis filiū hominis aſcendentē,ubi erat prius.* Idē & Na-
Supr.1.g. thanael, Quia dixi tibi, inquit, uidi te ſub ficu, credis? maius his uidebis.Et ad Nicodemū: Nemo aſcendit
Ibidē.3.b in cœlū, niſi filius hominis, qui in cœlis eſt. Quid igitur dubitationes dubitationib⁹ annectis?Minimè, abſit hoc,ſed doctrinę magnitudine & copia eos allicere conatur.Si.n.ſimpliciter dixiſſet,de cœlo deſcēdi, neq; aliud addidiſſet, magis pturbaſſet auditores:cū autē addidit ſuū corpus mundi uitā eſſe: &,Sicut miH ſit me uiuens pater,& ego uiuo pp patrem: omnem ſoluit dubitationem.Nā qui magnum aliquod de ſe prædicat,& fingendi ſuſpicio ſubeat : tollitur tamen ſi plura ad eius confirmationē colligantur.Oia autē & facit & dicit,ne Ioſeph filius exiſtimetur, nō ut ſcādalum augeat, ſed ut tollat . Nā ſi Ioſeph filium putaſſent, nullā eius uerbis fidē adhibuiſſent:ſi de cœlo deſcendiſſe,& illuc aſcenſurū, audiſſent attentius. Inde aliam adducit ſolutionē : *Spiritus,* inquit, *eſt qui uiuificat,caro nō prodeſt quicquam.* hoc eſt, ſecundū ſpiritum uerba mea audienda ſunt. Qui ſecundū carnē audit,nihil lucratur , nihil utilitatis accipit . Carnale eſt dubitare qūo de cœlo deſcendit,& Ioſeph filium arbitrari , & qūo poſsit nobis carnem ſuam dare ad manducandum. Hæc inquam oīa carnalia,quæ myſticè & ſpiritaliter intelligēda ſunt. Et quomodo potuerunt intelligere quid eſſet carnem māducare? Expectare igitur eos oportuit,non diſcedere:interroga re,nō deſpare. *Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt.* Spiritus,hoc eſt ſpiritalia , nihil carnale, nullam naturalem cōſequentiā habentia, ſed oī hac
I terrena neceſsitate, & huius uitæ legibus libera . Eſt & alius ſenſus:Sicut i hoc loco ſpiritus pro ſpiritalib⁹ poſuit,ita cū carnē dixit,non pro carnalibus,ſed pro carnaliter audire:eos ſignificās, q ſemper carnalia deſiderabant,cū ſpiritalia deſiderari oporteat.Nā ſi carnaliter ea qs acciperet,nihil ſanè lucraretur. Quid igitur,caro non prodeſt quicquā? Non de ipſa carne dicit,Abſit:ſed de his qui carnaliter accipiunt q̄ dicuntur . Quid autē eſt carnaliter intelligere? Simpliciter
Carnaliter intelligere quid ut res dicuntur , neq; aliud quippiā excogitare . Non enim ita iudicanda ſunt q̄ uidentur,ſed myſteria oīa interioribus oculis conſideranda,hoc eſt ſpiritaliter. Qui nō manducat carnē meam,& bibit meum ſanguinem,non habet uitam in ſemetipſo . Quomodo nihil prodeſt caro,ſine qua nemo poteſt uiuere ? Vide quòd ea particula, Caro nō prodeſt qcquā:nō de ipſa carne,ſed de carnali auditione dictū eſt. *Sed ſunt quidam ex uobis qui nō credunt.* Iterū pro ſua(ut ſolet) dignitate loquitur,& futura p̄dicit, oſtenditq; non illorum glorię deſiderio hæc dicere,ſed quòd eorū curam haberet.Dicendo autē, Quidam, diſcipulos ſubtraxit.Superius.n.dixerat,Et uidiſtis me & nō credidiſtis mihi. *Sed ſunt quidam ex nobis qui non credunt. Sciebat.n.ab initio Ieſus qui eſſēt nō credentes,et quis traditurus eēt eū. Et dicebat:Propterea dixi uobis, nemo poteſt uenire ad me,niſi fuerit ei datū à patre meo .* Spontaneam diſpenſationē hoc in loco euangeliſta,& eius patientiā ſignificat.Et illa particula,Ab initio , nō ſimpliciter hic ponitur,ſed ut ei⁹ p̄ſcientiā intelligas,& quòd ante hæc uerba,nō poſt eorū murmurationē & ſcādalū,proditorē norat:quod diuinitatis erat.Inde inquit,Niſi fuerit ei datum à patre meo:ſuadens eis ut ſuum patrē deum,non Ioſeph arbitrarentur : & in ſe oſtendens nihil ſua intereſſe,ſi non crederēt:quaſi dicat,non mouent me,neq; perturbāt,qui mihi nō credunt,nouī ea oīa antequam fierent, nouī quibus dedit pater.Cū autē audieris dediſſe patrē,noli ſimpliciter priuilegium arbitrari, ſed illi crede , quod qui ſe accipiendi dignum exhibet, ipſe accipit . *Ex hoc multi diſcipulorū abierunt retrò , & iam non cū illo ambulabāt.* Rectè euāgeliſta nō dixit,diſceſſerunt: ſed , abierunt retrò:hoc eſt,nō proficiebant in uirtute , & quā iam habebant fidem perdiderunt,cū ſe ſcinderēt, ſed nō duodecim . Quid ergo dicit ad eos ? *Nunquid & uos uultis abire?* ut iterū ſe eorū miniſterio non egere oſtēdat.Neq; eos laudauit.Quam ob rē? Cū ut magiſtri dignitatē ſeruaret,tū quòd ita contineri magis oportebat:nā ſi laudaſſet , arbitrati ſe ei rē gratam facere aliquo ſaltē humano affectu moti eſſent : cū uerò ſe eorū miniſterio egere minimè oſtēderet , magis eos continuit . Et animaduerte q̄ prudenter locutus eſt. Nō dixit,abite,ne expellere uideretur:ſed rogauit,nū uellent abire: ut & uim omnē & neceſsitatem auferet,& ne pudore quodā nutarent,ſed etiam gratiam haberent.Neq; apertè eos accuſauit , ſed modeſtè tetigit,ut qd faciendū eſſet, intelligerent.Nobis aūt cōtrariū accidit,nec immeritò:quoniam propriæ gloriæ cauſa oīa facimus,ideo familiariū ambitu nos & noſtra minui arbitramur.Ieſus uerò neq; adulat⁹ eſt, neq; expulit,ſed interrogauit,nō ut eos cōtemneret, ſed ne ui teneri uideretur:nā ſi inuiti māſiſſent, haud ſecus ac ſi abiſſent fuiſſet.Quid ad hoc Petrus? *Domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Et nos credimus et cognouimus,quia tu es Xp̄s filius dei uiui.* Vides nō uerba,ſed temeritatē & perfidiam auditorum,ſcandalum peperiſſe? Niſi.n.ita dixiſſet , non deſtitiſſent cibum corporeū efflagitare: & cū duodecim unà cū illis eadē uerba audiſſent, cōtrariè tamē affecti ſunt, dicentes: Ad quē ibimus? Quāti amoris uerbū ! quo & patribus & matribus,& oībus rebus Chriſtus precioſior oſtenditur:quodq; qui ab eo diſcedūt,nō habent amplius quò confugiant. Sed ne ppea , ad quē ibimus:dixiſſe uideretur,quòd nō haberēt, qui ſe acciperent:ſubdidit,Verba uitæ æternę habes:q̄ illi carnaliter,& ſecundum humanā rationem , hi ſecundū ſpiritū & fidem intellexerunt, idcirco dicebat:Verba quæ locutus ſum uobis,ſpiritus ſunt . Doctrinā meā rerū conſequētiæ,& neceſsitati, ſubiacere ne arbitremini. Spiritalia terrenis legibus ſeruire non patiūtur, quod & Paulus inqt.Ne dicas in corde tuo, qs aſcendit in cœlum?hoc eſt Xp̄m deducere. Vel quis deſcēdet in abyſſum?hoc eſt Xp̄m ex mortuis reuocare. *Ro.10.b.* Verba uitæ æternæ habes . Iam reſurrectionē acceperant,in qua quieſcebant. Et uide, q̄ſo,fratrū amatorem & ſtudioſum, pro oībus reſpondet . Non dixit,cognoui,ſed cognouimus.Et cōfidera eū de magiſtro,non ut Iudęos locutū: ſiquidem illi dicebant, Hic eſt filius Ioſeph:hic aūt, Tu es Chriſtus filius dei uiui:&

A uiui:&,Verba uitæ æternæ habes, qa audierat magiſtrum dicētę, reſuſcitabo eū,& habebit uitā æterna: Ex quo præfert attētionē, qua eius uerba acceperit, cùm ea meminerit.Quid Chriſtus?Neq; laudauit Petrum,neq; admiratus eſt, quāuis id alio in loco feciſſet:ſed, *Nōne ego,* inquit, *uos duodecim elegi, & unus ex*
Mat.16.b *uobis diabolus eſt?* Cū.n. dixiſſet Petrus,& nos credidi-
& Mar. mus, eximit è numero Iudā. Alibi.n.nihil de diſcipu-
8.c lis dixit,ſed cū Chriſtus diceret:uos aūt quē me dicitis?reſpondit,Tu es Chriſtus filius dei uiui : hic autē dicente eo, Et nos credidimus:meritò ex ipſorū numero Iudā exemit:hoc aūt dixit, ut longē proditoris malitiā propulſaret , & cū nihil ei proficere uideret,ei tamen cōſulebat. Et intuere Chriſti ſapientiā. Neq; eum manifeſtauit , neq; latere uoluit.Illud, ne impudentius cōtenderet:hoc,ne latere arbitratus, licentius auderet:quare in ſequentibus apertius reſpōdebit.Prius ergo eum alijs annumerauit , cū diceret: Sunt quidā ex uobis qui non credunt: qđ his uerbis confirmat euangeliſta , Sciebat.n.ab initio Ieſus qui eſſent credētes,& qs traditurus eſſet eum. Cū aūt in
B malitia perſeueraret,uehementius eū arguit , Vnus, inquit,ex uobis diabolus eſt,quem tamē ut tegeret, oībus metū incuſsit.Hoc aūt in loco non immeritò dubitandū,cur nihil dicant diſcipuli, aliàs aūt timēt & dubitant,& inuicē ſe aſpiciunt rogātes , Nunquid
Mat.26.b ego ſum domine? Et Ioanni Petrus innuit , ut magiſtrū percontaretur quis eſſet proditor.Quę nā cauſa
Mat.16. eſt?Nondū audierat Petrus, Vade retro ſatana,ideo
& Mar. nō timuit:poſtq; aūt increpatus eſt, & inde audiſſet,
8.d Vnus ex uobis me tradet: meritò formidauit . Neq;
Mat.26.b hoc i loco dicit,unus tradet me:ſed,unus eſt diabolus:quare nō intelligebāt quid diceret,ſed tamē malitiam ſuā reprehendi arbitrabantur. Quid aūt ſignificat.*Nōne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus eſt?* Vt omni aſſentatiōis ſuſpicione careret. Nā cū oēs eum præter duodecim reliquiſſent , & Petrus eū cōfeſſus eſſet:nequis aſſentationem ſuſpicaretur, ita locutus eſt.q.d.nihil mihi perſuadet ne malos arguā.Nolite putare me laudum ueſtrarū gratia uobis adulaturū,uel ut me ſequamini malos nō cōprehenſurū.Quod.n.multò magis eſt ad perſuadendū , id
C mihi non perſuadet. Qui.n.in amore perſtiterit,ipſe ſibi præbebit argumētū. Electus à magiſtro gloriā, reprobus ſtultitiæ apud ſtultos opinionē accipiet. Veruntamen neq; hoc me à reprehēſionibus abducit.Hoc nūc reprehendūt i Chriſto Gētiles frigidè & ſtultè.Non.n.ui & neceſsitate quadā deus bonos facere cōſueuit,neq; electio eius uiolenta eſt,ſed ſuaſoria.Vt.n.itelligas,inquit,nō cogi uocationē, multos uocatos perire cōtinget.Quamobrē conſtat, in noſtro eſſe arbitrio,an ſaluemur,an perdamur. His igitur admonitionibus & ſobrij eſſe,& uigilare cōtēda mus.Nā ſi is q in ſanctum illū chorū connumeratus erat,qui tantū donum conſecutus,qui ſigna fecerat (etenim ipſe Iudas cū alijs ad ſuſcitandos mortuos, & mundandā leprā mittebatur, ex quo grauiſsimo auaritiæ morbo captus eſt) nihil ei neq; beneficia, neq; dona,neq; Chriſti cōſuetudo,nō obſequiū , nō lotio pedū,non menſæ participatio,nō loculorū cuſtodia profuit,ſed oīa hęc aditus ei ad ſuppliciū fuerunt. Timeamus & nos , nequādo p auaritiā Iudam imitemur.Nō qui tradit Chriſtū,ſed q pauperē fame confectū uel frigore contēnit, eiuſdē reus erit ſuppli
cij:& cū īdignè myſteria participamus, eodē modo quo Chriſti interfectores puniemur. Quando rapimus,quādo opprimimus inferiores, maximū nobis ſuppliciū adſciſcimus:& meritò ſanè. Quouſq; n. terrenorū amor nos detinet, q̄ ſuperflua ſunt & uana? Diuitiæ.n.ſuperfluę ſunt & inutiles . Quouſq; huius mundi ineptijs inhiabimus? Quouſq; ita grauati erimus,ne cœlum ſuſpiciamus? Quouſq; nō ſapiemus, neq; terrenarū rerū, atq; fluxarū ſatietatē capiemus. neq; experientia earū uilitatē intelligemus? Conſideremus q ante nos diuites fuerunt:nōne oīa ſomniū? nōne umbra & flos?nōne uerba & fabulæ? Ille locuples,ubi nunc diuitiæ?perierūt , peccata aūt q̄ in his cōparandis patratus eſt,remanēt,& pp peccata ſupplicium.Immo ſi nō eſſet ſupplicium,nō proponeretur & regnū.Quòd idē genus & naturā coīcat,reuereri oportuit. Nunc aūt canes qdē educamus, multi & onagros,& urſos,& alia ferarū genera,hoiem aūt fame cōfectū negligimus:& pluris alienū facimus,q̄ cognatū:& indigniorē domeſticum , q̄ incognitum ducimus.Sed ſplendidas domos ædificare, & familiariū caterua ſtipari,& aurea laquearia iacentes ſpectare,q̄ pulcherrimum eſt, imo ſuperfluū & inutile. E Sunt ſplendidiores ædes,& longè his clariores : i his oblectare,& oculos paſce,nemo prohibebit. Vis tectum q̄ pulcherrimū intueri? Veſpere aduenięte cœlū ſuſpicias. Sed non eſt meum,inquies. Verū magis tuum q̄ illud. Siquidem pp te factum eſt,& cōe cum fratribus eſt : hoc aūt tectum nō eſt tuum, ſed poſt mortē tuam hæredes occupabunt.Et cœlū quidem multū tibi utilitatis afferre poterit, cùm per eius pulchritudinē ad opificis contemplationem aſcēderis : illud aūt tectum plurimū oberit,& te maximè in die iudicij accuſabit,cū ipſum auro undiq; fulgeat, Chriſtus ne minimum quidē habeat ueſtimentū.Ne igitur tantæ ſtultitiæ arguamur , neq; fugientia proſequamur,neq; noſtrā prodamus ſalutē:ſed futura ſperemus,ſiue ſenes,utpote q planè nos breui uicturos ītelligamus:ſiue iuuenes,tanq̄ planè perſuaſi, quòd nō multū nobis tpis relinquatur. Vt.n.fur in nocte, ita dies ille aduenięt. Et mulieres uiros, uiri mulieres
2.Pet.3.e hortentur:caſtigemus & iuuenes,& uirgines admoneamus.Ita alter alterū erudiamus,ut contēptis præſentib⁹ futura deſideremus , eaq; cōſequi poſsimus, F gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem,& cum quo patri gloria ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia.xlvij.ex cap.ſeptimo.

Oſt hæc aūt ambulabat Ieſus in Galilæam: nō.n. uolebat in Iudæam ambulare, quia quærebāt eū Iudei interficere. Erat aūt in proximo dies feſtus *Iudæorum.* Nihil liuore, nihil inuidia grauius , per ea mors in mundū uenit. Nam cū hoiem honorari diabolus conſpexiſſet,eius boni impatiens,oīa molitus eſt,ut eū perderet:ſemperq; ex hac radice hūc fructū erupiſſe uideri licet. Propter hanc Abel interemptus eſt,pp hanc Dauid cędis periculū ſubijt, pp hanc & alij multi perempti ſunt.Hinc Iudæi Chriſtū interfecerunt.Qđ his uerbis euāgeliſta ſignificat, Poſt hæc ambulabat Ieſus in Galilęā:non.n.habebat poteſtatem in Iudæā ambulare,quia quęrebant eum Iudæi interficere.Quid dicis beate Ioannes? Non.n.habe-
Inſr.18.b bat poteſtate in Iudæam ambulare, qui pōt omnia quæ uult:qui cū diceret, quem quæritis , repulit eos retrò:qui præſtō eſt & non uidetur,is non habet poteſtatem ? Quo aūt poſtmodum per medium eorū
Luc.4.e

G in medio tẽplo,& die festo transibat,cũ plurimi cõuenissent,& prẽsentibus illis disputabat, quæ magis eos irritarent, quẽ illi admirabantur, dicẽtes: Nónne hic est quẽ quærunt interficere? Et ecce palàm loquitur,& nil ei faciunt. Quæ nã hæc sunt ænigmata? Absit,sed illud dicẽdũ est,partim diuinitatis,partim humanitatis opera demõstrari. Cũ.n.non habere eum potestatem dicit,tanq̃ de homine qui humanè operaretur dicit: cùm aũt in medio eorum stetisse, neq; comprehensum narrat, diuinitatis nobis potẽtia indicatur. Fugit tanq̃ homo, apparuit tanquam deus. Vtrunq; uerè narratũ est. Quòd.n.in medio insidiãtium non esset cõprehensus,inuincibilem se, atq; inexpugnabilem significauit:& quòd delituerit,incarnationẽ certò cõfirmauit. Vt neq; Paulus Samosatẽsis,neq; Marcion haberẽt,quid dicerent,quorũ utriusq; os obstruit. *Erat aũt in proximo dies festus Iudæorũ scenopegia.* Postquã aũt nihil aliud significat,q̃ multũ
Sup.6.a interea tẽporis processisse:quod inde constat. Cùm subijt Iesus in montẽ inquit, Erat proximum pascha dies festus Iudęorũ. Hic aũt scenopegiæ meminit,&
H in quinq; mensibus nihil aliud nobis narratur, neq; nos aliud docuit,q̃ quinq; panum miraculũ, & habitum cũ illis sermonem. Quòd aũt neq; signa facere, neq; unquã disputare die,uesperi sæpe ẽt noctu omisserit,ita discipulis saltẽ constat,ut oẽs euangelistæ testentur. Quid tandẽ id omiserunt? Quoniã non oĩa dici poterant. Præterea ea dicere properabãt,in quibus uel accusabatur,uel respondebat Iudæis. Multa enim prioribus similia fecit. Quòd.n.ægrotos curauerit,& mortuos suscitauerit,& miracula fecerit,sæpe audiuimus. Cũ autem aliquod nouũ dicit,uel aliquid qd cõtra ipsum fore uideatur occurrit,ea proſe quuntur:quale nunc est,quòd fratres eius in eũ non credebant. Neq;.n.parum hoc reprehendi posse uidetur,& dignum sanè est admiratione, qd tam apertè,tam uerè loquantur,ut neq; pudeat dicere, q̃ magistro contumeliosa essent. Verũ omnium maximè ea narrare festinarunt. Et nunc multis signis & miraculis omissis,ad hoc quamprimũ uenit euangelista. *Dixerunt*,inquit,*ad eum fratres eius,Transi hinc,& uade in Iudæam,ut & discipuli tui uideãt opera tua,quæ facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit,& quærit ipse palàm esse. Si hæc facis,manifesta teipsum mũdo.* Neq; *enim fratres eius credebãt in eum.* Et quod nã uerbum incredulitatis protulerunt, si rogabant ut signa faceret? Maxima quidẽ & aspera & intempestiua quadã confidentia locuti sunt: putabant.n.cognationis gratia oportere se fidenter loqui. Et uidetur quidem principium amicorũ esse:uerũ asperrimè dicunt. Nã & formidinis & inanis gloriæ eum insimulant. Siquidẽ cũ dicunt,Nemo in occulto aliquid facit: & formidinis arguere,& suspicari uidentur,an q̃ faceret Iesus, uerè faceret. Illa aũt particula, Et quærit ipse palàm:habet inanis gloriæ suspicionẽ. Tu aũt Christi uirtutẽ considera. Ex his q hæc dixerant,Iacobus primus Hierosolymorum episcopus ordinatus est de quo Paulus
Gala.1.d ait:Alium aũt apostolorum uidi neminem,nisi Iacobum fratrẽ domini. Dicitur & Iudas mirabilis fuisse. Atqui in Cana affuerant,cũ aquã in uinum conuertit:sed nihil adhuc profecerunt. Vnde igitur eis tanta incredulitas? A uoluntate & inuidia. Cõsanguinitas enim solet quodãmodo inuidię haberi. Sed quos nã hoc in loco discipulos appellat? Turbã sequentẽ,nõ duodecim. Quid Christus? uide q̃ accõmodatè,non
Infrà.d

dixit,qui estis uos q mihi cõsulitis & me docetis? sed, K
Tempus meum nondum aduenit. Hìc & aliud quiddam uidetur posse significari. Fortasse.n.eũ tradere Iudęis consultabãt,& ob hoc respondit: Tẽpus meũ nondum aduenit,hoc est,crucis & mortis. Quid ante tẽpus,ut moriar,properatis? *Tempus aũt uestrum semper paratum est.* Vos etsi semper cũ Iudæis uersemini,nõ interficient uos,q eiusdẽ estis sniæ: mihi aũt quamprimũ mortẽ machinabũtur. Itaq; uobis quidẽ semper tẽpus est,cũ nõ impendeat periculum: mihi aũt tunc tps erit,cũ ero crucifigendus,& moriturus. Et quòd hoc intelligat,ex sequentibus perspicuum est. *Non potest mundus odisse uos.* Qũo enim qui eadẽ uultis & ad idẽ tenditis? Me aũt odit, quia reprehendo eum,quia mala sunt opera eius. Hoc est tangere,& benignè reprehendere. Hinc irã uincere,& non indignari,ẽt si abiecti sint, qui nobis cõsulãt, erudimur. Nã si non credẽtium,& iniquũ,& à charitate abhorrens consiliũ æquo animo tulit: quã nos consequemur ueniã, qui terra sumus & puluis, cũ consulentes iniquo animo ferimus,maximè si paulò abiectiores L
sint,tanq̃ indignũ arbitrantes? Considera hic queso, q̃ benignè illatã confutat contumeliam. Dicentibus illis, *Manifesta teipsum mundo respõdit*, *Me mundus odit.* Tantũ enim abest inquit, ut quæram ab hominib⁹ gloriã,ut non desistam eos reprehẽdere:& cũ sciam & odium ex hoc mihi & mortẽ comparari. Et ubi reprehẽdit,inquit? imo quãdo cessauit? Nõne dixit,no lite putare, quia ego accusaturus sum uos apud patrẽ,est qui accusat uos Moses? & Ego cognoui uos, *Sup.5.g*
quia dilectionẽ dei nõ habetis:&,Qũo potestis uos *Ibidem.*
credere, qui gloriam ab inuicẽ accipitis, & gloriã q̃ à *Ibidem.*
solo deo est, non quæritis? Ex his & aliud innuitur, quòd ex libera Christi reprehensione,nõ ex solutione sabbati Iudæorũ odiũ in eum oriebatur. Sed quid eos ad diem festũ mittit,cũ dixit: *Vos ascendite ad diẽ festum hunc:ego non ascendam adhuc?* Vt ea se dixisse ostenderet nõ rogandi,aut adulandi gratia,sed ut eis Iudæorũ ceremonias permitteret. Sed cur ascendit, cũ se ascensurum negasset? Non dixit simpliciter, Nõ ascẽdã:sed adhuc,id est uobiscum, quia tẽpus meũ nondum impletũ est. Atqui in futuro paschate cruci figendus erat. Cur ergo nõ ascendit? Etsi quia tẽpus M
non erat nõ ascendit, nullo pacto erat ascendendũ. Sed non propterea ascẽdit ut pateretur,sed ut doceret. Cur clàm,cùm apertè posset in medio eorũ esse, & iram & furorẽ sedare,quod sæpe fecit? Noluit frequenter hoc facere,fuisset sanè maius diuinitatis argumentũ,sed cum metu remansisse putaretur,& incarnationẽ & fiduciam cõfirmauit:quòd cũ passionis tempus præuideret,id maximè eligeret,ut ascenderet Hierosolymã. Ascẽdite ad diem festum: quasi diceret,nolim arbitremini,quòd nolentes cogere uelim mecum maneatis. Ea aũt particula, *Quia nõdum impletum est tempus meum*, Significantis est oportere adhuc & signa fieri,& cõciones haberi,ut p audientiam & passionẽ eius plures credẽt, & discipuli magis confirmarentur. Hinc nos benignitatẽ,hinc mansuetudinem erudiamur dilectissimi. Discite, inquit,à *Mat.11.d*
me,quia mitis sum & humilis corde:& omnem molestiam abscindamus: & siquis nobis insultauerit, humiliemur:siquis exasperatur,mitigemus:siqs mordet & lacerat, & contumelijs prosequitur, nolimus cõmoueri, ne uicti nosipsos perdamus. Etenim ira fera est uehemens, & furibunda. Incantemus eã di-

A uinæ scripturæ carminibus:terra & puluis es, & qd
supbit terra & puluis? Et impetus irę eius casus ei. Et uir iratus immodestus est. Nihil turpi⁹ aspectu irati, nihil uisu grauius. Quòd si aspectus, multò magis aĩa. quemadmodũ.n. cœnum,si contrectetur grauis olet:ita& aĩa cùm perturbata est,& multis intrinsecus fluctibus agitata. Sed nõ possum,inqs,inimicorum cõtumelias tolerare. Qua gratia? Nã si uerè accusaris, etiam coràm compungi deberes, & gratiã ei habere. Si falsò,deride:dixit pauperẽ,ride:dixit mendicũ,ride: dixit degenerem uel stultum, iam illũ de-
Mat.5.d. flẽ. Nã q dicit fratri suo, fatue:reus est gehẽnæ ignis. Iniuria ergo affectus, in mentẽ ueniat,quod illi supplicium maneat: & nõ modo nulla in proximum ira fereris,sed deplorabis uicẽ eius. Neq; enim febribus laboranti,neq; tumido quisquã irascitur,sed his morbis affecti sui misericordiã & lachrymas mouent:huiusmodi est irati animus,qui si in te prosiliet, tace & opportunã ei plagã infliges. Si cõtumeliã cõtumelia prosequeris, ignẽ excitabis. Sed pusilli animi arguemur inquies,si tacebimus, imo tuã admirabũtur sa-
B pientiã. Quòd si cõtrà cõtumeliosè responderis,materiã dabis ut uera putentur, quorũ argueris. Quare diues,si paup appellatur, ridet? quoniã falsum id nouit. Itidẽ si nos iniurias ridebimus, magnũ erit argumentũ,quòd falsò reprehendamur. Adhæc quouisq; hominũ iudicia formidabimus? Quouisq; cõmunẽ
1.Cor.3.a dominũ despiciem⁹,& carni uacabimus? Donec.n.in ter uos cõtentio est,& æmulatio,& seditiones,nõne carnales estis? Fiamus igitur spirituales, & sæuissimã hãc beluã frẽno cohibeamus. Inter irã & ĩsaniã nihil differt,sed breuis qdẽ dæmon est, imò quã q dęmonio uexatur grauior. Ille.n.uenia dignus est, iratus nulla,sed suppliciis inumeris,sponte sua in profundũ pditionis defertur,& etiã ante futurã gehẽnã pœnas dat. Tumultu.n.quodã & æstu intolerabili, die noctuq; uariis cogitationibus anxius iactatur. Vt igitur & præsenti supplicio & futuro liberemur, abiecto penit⁹ hoc affectu oẽs mãsuetudinẽ iduam⁹, & modestiã,ut & in hac uita,& in regno cœlorũ tãdẽ animis nostris requiẽ inueniamus. Quã uitinã omnes consequi posimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quẽ,& cũ quo patri gloria,simul & spiri-
C tui sancto,in secula seculorum,Amen.

Homilia xlviij. ex cap. septimo.

Hæc cũ dixisset illis,ipse mãsit in Galilæa. Vt aũt
b *ascẽderunt fratres eius, tũc & ipse ascẽdit ad diẽ festum: non manifestè, sed quasi in occulto.* Quę secundũ humanã imbecillitatẽ à Christo facta sunt, non tantũ incarnationẽ cõfirmant, sed ad uirtutem instituunt. Nã si omnia tanquã deus fecisset, qd scire potuissemus in humanis rebus incidentes,qd facere nos oporteret? Vt exẽpli gratia,Si hoc in loco homicidis Iudęis obuius irã sedasset, & hoc frequẽter fecisset,nos aũt idẽ nõ potẽtes,offenderemus: Vnde nobis constaret qd esset faciendũ, utrũ iterimere eos, an docere oporteret? Hoc nos Christus docet,cũ inquit:Hæc cũ dixisset Iesus, mansit in Galilæa. Vt autẽ ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diẽ festũ,nõ manifestè,sed quasi in abscõdito. Hæc particula, Vt ascenderunt fratres eius: ostẽdit noluisse se cũ illis ascendere,& ideo mansisse. Neque palàm cũ eis uersatus est, ut uolebant: sed cùm liberè semper aliàs uersatus,hic quasi in occulto ascẽdit. Nõ dixit, occultè:sed, quasi in occulto. Ita.n.uidebatur,quem admodũ dixi,ut nos doceret. Præterea non erat par, D
iratis illis & excandescentibus se ita exponere. *Finito aũt festo,Iudæi quærebant ipsum,& dicebãt: Vbi est ille?* Bona quidẽ eorum opera. In die festo in cędem semper ferebantur, & festis eũ diebus capere tentabant. Nam & alibi uideris, inqt, Nunquid uenit ad diem festũ? Et dicebant, Vbi est ille? Ex nimio odio eũ nominatim appellare nõ patiebantur. Diem festũ maximè reuerebãtur,& tamẽ capere cõabãtur. Et murmur multũ erat de eo in turba. Ego aũt loci gratia, ubi miraculum fecerat, Iudæos maximè iritatos timuisse arbitror,non tã iratos transeunti,quã ueritos ne aliud signũ faceret. De eo autẽ uel inuiti prędicabant,& clarũ reddebant. *Quidam dicebant, quia bonus est:alii autem dicebant, Non,sed seducit turbas.* Illam puto multitudinis opinionẽ, hanc principũ & sacerdotũ fuisse. Illud enim uerbum,Non,sed seducit turbas:hoc indicat. Sed quomodo seducit,quęso? Nunqd præstringit aciẽ, ut signa facere uideatur,re autẽ nulla sint? Verũ contrariũ experientia deprehẽditur. *Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metũ Iudæorum.* Vides ubique optimates quidẽ corrupto,turbã (E
uerò sano fuisse iudicio? non tamen fortes, ut decebat, quòd maximè multitudinis est. *Iam autem die festo mediante,ascendit Iesus in templum, & docebat.* Ob dilationẽ attentiores reddidit. Nã qui primis eũ diebus quærebant,repentè præsentẽ alii bonũ,alii malum iudicabant,illi ut aliqd lucrarentur,hi ut cõprehenderent. Illud autẽ uerbũ, Seducit turbas:propter eius doctrinã dicebant, cùm eam nõ intelligerent. Illud autẽ, Quia bonus:propter signa. Eorum igitur irã molliens,ita instituit, ut uerba sua diligenter audirẽt,neq; amplius indignati,aures obstruerent. Quid doceret,silentio prẽteriit euãgelista. Quòd aũt tam mirabiliter, ut eos mouerit, & ui orationis eorũ mutarit sententiam,id tantũ dicit. Nam quem turba seducere dixerant,iam mirabantur quõ literas sciret,q non didicerit. Vides eorum plenam malitiæ admirationem? Non.n. doctrinam admirabantur,neq; capiebãt. Sed alia eos mouebat admiratio,unde id sciret:cùm potius hinc cognoscere debuissent,nihil humani in eo esse:sed cũ nollent hoc cõfiteri,sed tantũ admirarentur,audi qd Christus,dixerit: *Mea doctrina* F
non est mea. Ad eorum respondet suspicionem,ad patrem id referens,ut eis silentium imponeret. *Qui facit uoluntatẽ eius,is cognoscet de doctrina, utrũ ex deo sit, an ego à meipso loquar.* Ac si dicat,hanc amouete dubitationẽ,& iram,& inuidiam,& inane contra me odium,& nihil uos impediet, quin cognoscatis dei uerè uerba mea esse. Nunc hæc uobis tenebras infundunt,& rectũ uerumq; iudiciũ corrumpunt:q̃ si reiiceretis,nõ in hac essetis sententia. Verũ nõ his uerbis usus est,ne uehementius eos iritaret,sed hoc totũ significauit,cũ inquit:Qui facit uoluntatẽ eius,cognoscet de doctrina, utrum ex deo sit, an ego à meipso loquar:hoc est,an alienũ aliquid, & ei cõtrarium, dicam. A meipso autẽ,semper ad hoc refertur,quòd nihil præter dei uoluntatẽ loqtur, sed quæ pater uult. Qui autẽ facit uoluntatẽ eius, cognoscet de doctrina:hoc est, siqs sit amator uirtutis,uerborũ meorũ uim intelliget: siqs uoluerit prophetias perscrutari, an secũdũ eas loquar, cognoscere poterit. Et quónã pacto sua est, & nõ sua? Nõ.n.dixit,doctrina ipsa nõ est mea: sed cùm sibi eam tribuisset dicendo,Doctrina mea:addidit, nõ est mea. Quomodo idẽ eius-

Gdem potest esse & nō esse? Esse, qa à nullo doctus loquebatur: nō esse, quia patris doctrina erat. Quō igitur dicis? Omnia q̄ sunt patris, mea sunt: & q̄ mea, patris? Si quia patris doctrina est, ppea non est tua, falsum illud est. Ideo. n. tua esse debuit. Ad hoc uerbū, Non est mea: maiorem in modum patris, & suā unam esse doctrinam īdicat: quasi dicat, nihil habet diuersum tanq̄ alterius. Quòd si psona alia sum, īdē tamen & dico, & facio: ut nō exiltimetis aliud à patre, sed īdē me & dicere & facere. Inde aliam adducit rationē, cui contradici non potest, humana quadā utens consuetudine. Qui propriam quādam doctrinā instituere uult, nulla alia ratione se uelle dicit, quā ut gloriā sibi cōparet. Nam si ego gloriam meā quæro, quare propriam quādam doctrinā nō cōstituo? *Qui à seipso loquitur:* Hoc est, proprium quiddam, & separatum loquitur, idcirco loquitur, ut gloriā ipse aucupetur: sed quia mittentis gloriam q̄o, ideo eius doctrinā doceo. Vides causam cur nihil à semetipso facere dicat? Vt neq̄ gloriam, neq̄ principatum desiderare credatur: propterea cùm humiliter loquitur.

H *Ego patris gloriam quæro,* inquit, Vt persuadeat se gloriam nullam quærere. Sunt & aliæ causæ, ne ingenitus, ne deo contrarius, ne carnē nostram non accepisse putaretur: ut auditorū imbecillitati consuleret, ut denicq̄ eos modestiam seruare, & minimè se iactādo extollere doceret. Se uerò efferendi una dūtaxat causa inueniri potest, naturæ præstātia. Nā si dicēdo se ante Abraham fuisse, scandalizati sunt: quidnā fecissent, si semp magna audissent? *Nōne Moses dedit uobis legem, & tamē nemo ex uobis facit legē? Quid me quæritis interficere?* Quam habet hoc à superiorib. consequentiam? Quid cū his communicat? Duo Iudæi in Iesū reprehendebant: unum, quòd sabbatum solueret: alterum, quòd patrē deum diceret, & ei se æqualem faceret, nō ipsorum suspicione, sed propria Christi sententia. Quòd autem non ut multi solent, sed eximiè & propriè patrem appellaret, inde constat.

Multi sæpe deū patrē suum dixerūt, quòd ipse unus crearit nos, quòd pater sit oīum nostrum, nō tamē ppea æqualis est populus deo. Quare non fuissent scandalizati? Et quēadmodum eum dicebāt ex deo

I non esse, & sabbatū transgredi, sæpenumero eorū respondit suspicioni: ita si hoc illi essent suspicati, ipse aūt id nō sentiret, eos falsò id opinari profectò docuisset, dixissetq̄: Quid me deo æqualē arbitramini? nō sum. Sed se oīno æqualē professus est ex sequentibus. Illa. n. particula, Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius uiuificat: & illa, Vt oēs honorificent filium, sicut honorificant patrē: &, Opera q̄ ille facit, hæc & filius similiter facit. Hæc oīa æqualitatē constituunt. Et de lege ait: Nolite putare quia ueni soluere legē, aut prophetas. Hoc pacto malas è mentibus suspiciones notat euellere. Hic cū patre æqualitatem confirmat. Quare alibi cū illi dicerent, quia te deū facis: minimè se purgauit, sed id esse asseuerauit inquiens: Vt aūt sciatis, quòd potestatē habet filius hominis dimittēdi peccata in terra, dicit paralytico: Tolle grabbatum tuū, & ambula. Illud igitur primū intendit, ut æqualē se deo faciat: & quòd non sit contrarius, sed idē quod ille & dicat & doceat. Inde circa sabbati transgressionē instat, dicēs: Nonne Moses dedit uobis legē, & nemo ex uobis seruat legē? quasi dicat, sancit lex, nō occīdes: uos occiditis, & me tāquam legis transgressorem accusatis. Quare autē dixit, nemo? Quoniā oēs quærebāt eū interimere. Ego

K si solui legē, inquit: hoiem tamē liberaui, uos ad malū soluitis. Ego si trāsgredior, saluti cōsulo. Neq̄ à uobis q̄ in grauib⁹ rebus legē soluitis, me accusari oportuit, uos oīno legē euertitis. Deinde ēt certat: atq̄ cū multa & diu disputauerit, tunc qdē altius & scdm dignitatē suam, nūc aūt humilius. Quid tandē? Noluit frequentius eos irritare. Nunc ira augebatur, & in eq̄dem procedebat, quare remissius loquitur, & duobus his eos sedat: arguēdo audaciā, cur ipsum uellēt interficere: & mansuetè loquendo, ostendendo homicidas indignos esse, q̄ alios iudicent. Tu aūt humilem Christi interrogationē, & asperū eorū respōsum animaduerte. *Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* Verbū iræ, & furoris, & impudentiæ plenū, cū præter opinionem reprehenderentur, & ipsum se perterrere existimarent. Vt. n. latrones in insidijs, ne insidiari uideantur, concinunt ut incustoditū aggrediātur: ita & hoc in loco Iudæi. Ipse aūt omissa reprehēsione, ne impudētiores eos faceret, iterū de sabbato se excusat, à lege eos arguens. Et intuere prudentiā. Nō mirum, inquit, si mihi nō auditis: cū ne legi quidem, L quā à Mose latam arbitramini, audiatis. Quid ergo nouum, uerbis meis nō acquiescitis? Cū. n. dixissent, Mosi locutus est deus, hunc aūt nescimus unde sit: *Infr.9.b* ostendit, quòd illi ēt contumeliā inferunt, et enim legem ille dedit, & nō audistis. *Vnum opus feci, & omnes miramini.* Propterea ubi me excusari oporteret, ēt uitio datis. Quod. n. pater fecerit, nō meminit, sed suā inducit personā. Vnum opus feci, quo innuit, si non fecissem, se legem soluisse, & multa esse magis propria q̄ lex, & contra legem Mosen mandatum magis proprium accepisse. Siquidē circūcisio, q̄ sabbatum, magis propria est, quāuis non legis sit, sed patrum. Ego aūt magis proprium feci, & melius q̄ sit circuncisio. Inde legalis mandati nō meminit, uidelicet quòd sacerdotes sabbatum coinquinarent, ut iam dixit, sed ex maiori abundātia locutus est. Miramini aūt, hoc est, perturbamini. Nam si legem firmam esse oportebat, non sanè circuncisio magis propria fuisset, neq̄ se circuncisione maius quiddā fecisse dixit, sed significauit his uerbis: *Si circuncisionem accipit homo in sabbato.* Vides quo pacto tunc maximè stat lex, cū soluitur? & sabbati solutio, legis seruatio est, ut nisi sabbatum soluatur, necessariū sit legem solui, quā ego constitui. Et nō dixit, mihi irascimini, quòd circūcisione maius quiddā feci: sed rem tantū ostendit, illisq̄ iudiciū reliquit, an magis necessaria sit totius hominis sanitas, q̄ circuncisio: ut intelligat homo nihil ad sanitatem cōferre, soluitur lex: an quòd tanto morbo liberatus sit, indignamini? *Nolite iudicare secundum faciem.* Hoc est, non propterea quòd Moses apud uos maioris est authoritatis, feratis sniam, sed à rerū natura: hoc est enim iudicium. Quare nemo accusauit Mosen, quare nemo credidit iubenti, sabbatū additō extrinsecus legi mādato solueretur? Verū ille mādatum nō sub lege, sed extrinsecus inductū propria lege firmius ducit, qd permirum est: uos aūt qui nō legislatores estis, præter modum legē defenditis: sed maioris quàm uos authoritatis est Moses, q̄ soluit legem per mandatum non legitimum iubet. Illa autē particula, Totum hominem: particularem sanitatē circuncisionem afferre ostendit. Et quę nam circuncisionis sanitas? Anima, inquit, hominis sine circuncisione peribit. Ego autem non ex parte, sed totum

corruptum

A corruptū sanitati restitui. Nolite igitur scdm faciem iudicare. Hoc aūt non illius seculi hominibus tantū dictum est, sed & nobis, ut nullo pacto iustitiā oppugnemus, sed totis uiribus eam defendere contendamus. Nullus sit nobis respectus, an pauper quis sit,
Exo.23.a an diues. Rem ipsam inuestigemus. Nō misereberis, inquit, pauperis i iudicio: hoc est, noli flecti, noli moueri, inquit, si pauperē iniustum iudicaturus es, cui si nō est ignoscendū, longè minus diuiti. Hanc ego nō ad iudices tantùm, sed ad oēs hoies orationem habeo, nequis iustitiā trāsgrediatur, sed integrā seruet.
Psa.10.b Diligit. n. iustitiā dominus. Qui aūt diligit iniustitiā, odit animā suam. Nolimus, quæso, odio habere animas nostras, nolimus diligere iniustitiam: cui quantulum lucri est? parū, imo nihil: nam paulopòst malè peribimus, uel potius i hac uita minimè iniustitia nostra fruimur. Nonne si malè nobis conscij sumus, oēs deliciæ pœna sunt, & supplicium? Amplectamur ergo iustitiam, cuius legem nullo pacto transgrediamur. Quē. n. ex psenti uita fructū reportabimus, nisi hinc uirtute prædīti migrauerimus? Quid illic amici

B tiæ, quid necessitudines, quid clarorū uirorū gratia nobis proderit? Et qd ego cuiuspiā gratiā memoro? si Noë, si Iob, si Daniel nobis pater esset, nihil conferrent, si proprijs meritis uacui reperiemur: sed sola animæ uirtute opus est, ipsa nos saluos facere, & sempiterno igni liberare sola poterit, ipsa nos ad cęlorū regnū transmittet. Qd ut oēs cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorū, Amen.

Homilia. xlix. ex cap. septimo.

Icebant ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nōne
d *hic est quem quærunt interficere? Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt principes, quia hic est uerè Christus? sed hūc scimus unde sit.* Nihil in diuinis scripturis temerè positū est, quippe quæ spiritu sancto prolatę sunt. Quā ob rem oīa diligenter inuestigemus: etenim ex una particula, totam possumus inuenire sniam, q̄ nobis in præsentia proponitur. Multi. n. ex Hierosolymitanis dicebant. Nonne hic est quem quærunt interficere? & ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Cur ex Hiero-

C solymitanis dixit? Vt ostenderet euangelista, quòd q multa & magna uidebāt miracula, hi miserabiliores erant. Qui maximū diuinitatis signū acceperāt, perditorū principum iudiciū sequebantur: nonne maximum fuit insanientium homicidarū, & insidiantiū, & quærentium se interimere, & iam cōprehendentium furorē sedare? Quis hoc fecisset? Quis tantam facilè extinxisset insaniā? Tamen posīt tot signa stultitiam eorū, atq̄ insaniam intuere. Nonne hic est quem quærunt interficere? Vide quo pacto seipsos accusant. Quærunt interficere, & nihil ei dicūt. Ecce palàm loquitur. Quæ loquēdi libertas magis eos irritabat, sed nihil faciebāt. Nūquid uerè cognouerūt principes, quia hic est uerè Christus? Vobis aūt quid uidetur? quam de eo fertis sniam? Contrariā inquit, propterea dicebāt: Sed hunc scimus unde sit. O malitiam, ô pertinaciam, nō sequuntur principū sniam, sed aliam corruptā afferunt propriæ stultitiæ cōsentaneā. Scimus hunc, inquit, unde sit. Atqui principes
Hic infr. f uestri interrogati, dicebant in Bethlehem nasciturū.
Inf.9.f Et iterum quidā alij: Nos scimus quòd Mosi locutus est deus, hunc aūt, nescimus unde sit. Scimus unde est, & nescimus inquiunt: uerba profectò ebriosorū:

& iterum. Nunquid ex Bethlehem castello? Ecce insa D norum snia. Scimus & nescimus. A Bethlehem uenit *Micheæ.5* Christus. Et cū ueniet Christus, nemo nouit. Quid *& infr.f* hoc magis contrarium? Id. n. tantū sibi persuaserant, ne crederēt. Quid ergo ad hoc Christus? *Et me scitis, & unde sum scitis: & a meipso non ueni, sed est uerus qui* *Infr.14.a* *misit me, quem uos nescitis.* Et alio i loco: Si me sciretis, & patrem meū sciretis. Qūo ergo dicit, à Iudæis sciri unde sit: & iterū: neq̄ se, neq̄ patrem ab iisdem sciri? num cōtraria loquitur? Absit, sed ualde sibi constat, alteram aūt dicit sniam, dicendo: Nescitis, quemadmodum cū dicit: Filij Heli, filij Belial nescītes domi *2.Re.2.c* num: & iterū, Israel aūt me non cognouit. Et Paulus: *Esa.1.a* Cōfitentur se nosse deum, factis aūt negant. Stat igi *ad Tit.1.* tur, ut qui sciat, nesciat. Inquit ergo, Si me scitis, scitis d quia dei filius sum. Illa aūt particula, Vnde sum: locū non denotat, ut ex sequētibus constat. Et à meipso non ueni, sed uerus est qui misit me, quem uos nescitis. Ex quo notat operū inscitiam, sicut & Paulus inquit: Confitentur se nosse deū, factis aūt negant. Neq̄ enim inscitiæ peccatū erat, sed praui animi, qui cùm scirent, scire nollent. Sed q̄ nam hæc consequentia? E Qūo enim reprehendendo eorum dicta confirmat? Nam cū illi dicerent, Hunc aūt scimus unde est: addidit, Et me scitis. Quid enim dixerunt illi? quòd nesci*Mat.13.g* rent? Minimè, sed se quoq̄ scire profitebātur, uerū ea snia, quòd solū è terra esset, & fabri filius: ipse aūt in cœlum eos erexit, inquiēs: Scitis unde sum, hoc est, non ex hoc mundo, ut suspicamini, sed unde ille qui misit me. Dicendo aūt, A meipso nō ueni: significat eos scisse à patre missum, licèt non cōfiterentur. Dupliciter ergo eos reprehendit. Et primū quidem quæ secretè loquebantur in medium adducit, apertè eos confundens. Deinde ēt mentem eorū aperit. q. d. Nō sum uilis, non sum abiectus, sed uerus est qui misit me, quē uos nescitis: hoc est, si uerus est, in ueritate misit. Si uerus est qui misit, uerū esse & qui mittitur, non est ambigendum. Præterea & proprijs eos conuincit rationibus. Cū. n. dicerent, Christus cū uenerit, nemo scit unde sit: hinc ostendit se esse Christū. Etenim illi hanc particulam, Nemo scit: ad distantiā localis cuiusdā definitionis dicebāt. Vnde se Christū esse, & à patre uenisse profitetur, & semper sibi dun- F taxat patris cognitionē esse testatur, dicēs: Nō quòd patrem quis uidit, nisi qui est à patre, quibus uerbis iritati sunt. Dicēdo enim, Nescitis eū & scitis, scire dissimulatis: non immeritò eos tangebat & iritabat. *Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illū manum, quia nondū uenerat hora eius.* Vidésne eos inuisibiliter detentos, & furorem eorū cohibitū? Cur autem nō apertè dixit, sed tantū, Nondū uenerat hora eius? Humilius loqui uoluit, ut homo crederetur. Cū enim frequenter sublimia de se loquatur, hac gratia hæc nonnunq̄ interserit. Cū autē dicit, Ab ipso sum: nō ut propheta, sed ut qui eum uiderit, & cū eo fuerit, loquitur. Noui eum, inquit, quia ab ipso sum. Vides quo pacto undiq̄ id dictū confirmat? A meipso non ueni: & illud, Qui misit me, uerus est. Id contendēs, ne deo alienus putaretur. Et considera quantū in hac uerborū humilitate existat utilitatis. Post hæc multi, inquit, dicebant: *Christus cū uenerit, nūquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?* Quę nā signa? Atqui tria tantū ab euāgelista memorantur, uini, paralytici, & filij reguli. Ex quo constat, quod sępe aliās dixi, multa prætermissa ab euangelistis, & principum ma

Gledicta pluribus uerbis enarrata. Quærebāt ergo eū apprehēdere & interimere: Quidā uidelicet, nō multitudo, q̄ non affectabat principatū, neq; capiebatur inuidia, sed sacerdotes. Multitudinis ea erant uerba, Christus cū uenerit, nunquid plura signa faciet? Verūtamen nō firma eorū fides, sed qualis abiectæ solet esse multitudinis. Illa.n.particula, Cū uenerit: non multū credētium erat quòd esset Christus: aut ergo hac sṅia, aut per concessionē dictū est à turba, ac si conantibus principib⁹ semper persuadere eū nō esse Christū, ipsa diceret: Esto nō sit Christus, at cū uenerit, num melior erit? Nā ut frequenter dico, qui crassiori sunt ingenio, nō doctrina & oratiōe, sed signis alliciuntur. *Audierunt ergo Pharisei turbam murmurantem, & miserunt ministros, ut apprehenderēt eum.* Vides quòd sabbati solutionē causabātur? sed quòd maximè eos angeret, hoc erat. Nunc.n.nihil habebāt qd accusarent neq; re, neq; uerbis, pp turbā, tamen eum apprehēdere uoluerunt. Ipsi aūt propter periculum non sunt ausi, sed miserunt ministros. O uiolentiā, ô stultitiam, uel insaniam potius. Cū sæpe conati eum
Sup.5.a H apprehendere non potuerint, ministris mandarunt. Atqui multa apud piscinam locutus est, & nihil tale moliti sunt. Quæsiuerunt quidē, nō tamen tentarūt: nunc non amplius perpetiuntur, cū turba eum esset consecutura. Quid ergo Christus? *Adhuc modicū tempus uobiscum sum.* Cū posset & flectere, & perterrere audientes, quantauis loquitur humilitate. q.d. Quid me interficere queritis? qd me persequimini? Modicū expectate, & nō quærētibus uobis me uobis capiendum exponā. Inde nequis cōem mortē arbitraretur, cū dixisset, Adhuc modicum tēpus uobiscū sum, ita enim arbitrabantur: ut hāc tolleret opinionē, qa nemo post finē prohibet: subdit, *Et ubi sum ego, uos non potestis uenire.* Nā si permansurus fuisset in morte, ire sanè potuissent, cò nanq; oēs proficiscimur. Simplicior aūt multitudo his uerbis mouebatur, audacior timebat, studiosior festinabat ad audiēdū, ac si breue sibi tēpus relinqueretur ad eius doctrinā percipiēdā. Et nō dixit, hìc sum: sed, uobisc ū: hoc est, quāuis me psequamini, quāuis exagitetis, nō cessabo tamen quin uos ædificē, & q̄ saluti uobis sunt prædicem, &
I admoneam. *Et uado ad eum qui misit me.* Hæc particula sufficiens erat, q̄ terrorē incuteret, & solicitudinē. Quòd.n.se indigerent, ostēdit. *Quæretis enim me*, inquit. Non solū obliuioni nō mandabitis, sed quæretis me, *Et non inuenietis.* Et ubi nā queſierunt eum Iu
Luc.23.d dæi? Dicit Lucas, quòd plangebāt mulieres super eo, ita & alios multos credibile est, & statim captis Hierosolymis, Christi & miraculorū eius meminisse, & eum desiderasse debuerunt. Hęc aūt ait Iesus, ut eos alliceret. Quòd.n.modicum tēpus relinqueretur, & post abitum suū desideraretur: neq;.n. potuerit amplius inueniri, satis eos allicere debuisset. Nam si nō erat futurū ut desideraretur, nihil psuasione dignū dixisset: si uerò desiderandus erat, & tamē potuisset inueniri, non multū eos mouisset. At si diutius cum his permansurus fuisset, hoc ēt eos negligētiores reddidisset: his aūt uerbis plurimū eos excitat, & perterret. Hæc aūt particula, Vado ad eum qui misit me: nihil sibi detrimēti eorū insidias allaturas, & spōte sua se passionē subiturum significat. Duo ergo prędixit, & se paulopòst abiturum, & illos ad ipsum non uenturos, qd non fuit humanitatis ut finē suū prædiceret. Quare Dauid. Notū mihi fac, inquit, finē meum, & numerum dierū meorū quis est, ut sciam qd desit K
mihi: & profectò nemo hoc nouit. Ex uno aūt & alterum cōfirmatur. Ego aūt hęc uerba ad ministros *Psal.38.a*
dicta arbitror, ut eos maximè alliceret, ostendendo se aduētus eorū causam intelligere: quasi diceret, Expectate paululum, & abibo. *Dicebant ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est?* At qui illi desiderabāt, & totis uiribus nitebātur, ut abiret, ne eum uiderēt. Quāobrem nō erat eis quę rēdum, quò esset iturus, sed pferenda lætitia, & rogandū quādo abiret. Verū moueuntur his uerbis, & secum stultè suspicātur, quò abiturus sit. *Nunquid in dispersionē gentium?* Hoc est, qd Iudęi dispersionē gentes appellabāt, qa ubiq; dispersæ essent, & promiscuo inuicē miscerentur: quā ignominiam ipsi postmodum subierunt, ipsi nanq; facti sunt dispersio. Antiquitus.n. Iudęorū natio ī sola Palæstina, & nusquam alibi inueniebatur. Propterea dispersionē Gentiles uocabant eis exprobrando, se iactando. Quòd aūt dicit, Quò ego uado, uos nō potestis uenire: illis oēs tunc cōmisti erant, & ubiq; terrarum erāt Iudæi. Nō ergo si Gentes significaret, di-
L ceret: Quò uado, uos non potestis uenire. Nā illis di centibus, Nunquid in dispersionē Gētium iturus est? nō ut offenderet, sed doceret, his usus est uerbis, quibus sedata ira crediderūt, neq;.n. aliter quęsissent inuicem, qd diceret. Verū hæc illis dicta sunt, sed timēdum ne in nobis quoq; ea uerba locū habeāt, quòd ubi est, uenire nō possumus. Siquidē uita nostra scelerum plena est. De discipulis.n.ait: Volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum. De nobis cōtrà timeo, ne dicatur, Vbi ego sum, uos non potestis uenire. Quo.n. *Infr.17.d*
poterimus, cū contraria q̄ præcipiantur, operemur? Etenim inter seculi hoies, siquis militum præter regis uoluntatē facit, ad regē non admittitur, sed munere & dignitate exautoratus, ultimo afficitur supplicio. Itide & nos cū cupiditati seruimus, cùm rapimus, cū *Mat.25.d*
uim iferimus, cū uerberamus, cùm nō facimus eleemosynam, illuc nullo pacto admittemur: sed id nobis, qd & uirginibus accidit, quibus ad spōsum ingredi nō licuit: sed extinctis lampadibus, hoc est, gratia deficiēte abierūt. Et enim ignē illum quē spiritus gratia statim accipimus, modò uelimus, augebimus: sin minus, extinguetur, quo extincto solæ tenebræ M
animas nostras occupabunt. Vt.n.ardente lāpade, lux undiq; diffunditur: ita extincta occupāt tenebrę. Ideo inquit: Nolite spiritū extinguere. Extinguitur.n. *1.Thess.*
cum oleum deficit, cum uehemētior quæda uis uēti *5.d*
perflat, cum cōprehenditur, & arctius cogitur. Sic.n. ignis extinguitur. Cōprehenditur nanq; à curis sęcularibus, extinguitur malis cupiditatibus. Nihil ptērea ita eū extinguit, ut inhumanitas, rapina, crudelitas. Quando enim olei defectui, aquam ēt frigidam superaddimus, hoc est, cupiditatē, iniustorum animas perdentem: quo iterū poterit accendi? Cū ergo hinc migrabimus, & cinerem & puluerē referemus, atq; etiam fumum densiorem, qui nos accusabit, quòd lampades extinxerimus. Vbi enim fumus est, necessariò illic ignis est extinctus: sed absit, ut hāc quispiā uocem audiat, Nescio uos. Audiemus enim, si uiso paupere, itidē ac si non uideremus afficimur: si esurientē Christū ignorabimus, ignorabit & ipse nos, cum misericordia indigebimus: & meritò quidem. Qui.n. miserum negligit, qui nō opitulatur indigenti: quo uultu aliena postulabit? Quam ob rem curemus quæso, admitamur ne decidamus à misericor-

A dia, sed impleamus lampadas, ad sponsum in thalamū ingrediamur: ad quem utinā oēs admittamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, perquē & cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia L. ex cap. septimo.

N *nouissimo autē die magno festiuitatis, stabat* Iesus *& clamabat, dicēs: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, &c.* Qui ad diuinā accedūt præ dicationē & fidei uacāt, sitientiū eos desideriū præ se ferre oportet: ita.n. quam audient doctrinā, poterūt fideliter cōtinere. Etenim qui sitiunt, poculū quàm cupidissimè hauriunt, & ita recreātur: itidē & qui diuinos sermones audiunt, si sitiētes acceperint, nunquā, fatigabuntur, quoad totū biberint. Qđ.n. semp
Mat.5.a esurire & sitire oporteat: Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiā. Et hoc in loco: Siquis sitit, ueniat ad me & bibat: Hoc est, nemini uim facio, neminē traho: sed siquis libens, &, promptus accedit, siquis ardet desiderio, hūc ego aduoco. Sed quānā gratia euā
B gelista nouissimū diem magnū festiuitatis fuisse admonuit? Et.n. primus & ultimus magnus erat, medij aūt potius in delicijs cōsumebantur. Cur igitur ī nouissimo? quia oēs cōueniebāt, nō ita in primo, & causam dixit fratribus: sed neq; secūdo, neq; tertio quicquā tale locut⁹ est, ne irrita uerba caderēt cū delicijs uacaturi essent. Nouissimo aūt quoniā domū erant redituri, præbet eis ad salutem uiatica: Et clamabat, hoc est, fidenter, loquebatur, & hoc pp magnā turbā. Et ut de spiritali potu loqui se ostenderet, addidit: *Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluēt aquæ uiuæ.* Vētrē cor dicit: ut alio ī loco,
Psal.39.b Et legē tuā in medio uentris mei. Et ubi nā dicit scriptura flumina de uentre ei⁹ fluēt aquę uiuę? Nusquā. Quo igitur hic textus intelligitur? Hoc in loco ita distinguendū est, ut hæc particula, Flumina de uentre eius fluēt aquę uiuę, Christi snię sit. Cū.n. multi dicerēt, Hic est Christus: Christus quando uenerit, nunquid plura signa faciet? rectā habendā cognitionē, neq; ita signis, ut scripturis, credēdū asserit. Nā multi cū miracula facientem uiderent, Christū tamen nō arbitrabantur. Debebant nanq; dicere Christū à se-
C mine Dauid uenire, ut frequenter dicebant: quare uult innuere eorū se non fugere assertionē. Ideoq; ad
Supr.5.f scripturas iterum relegat. Superius enim dixerat, Scru-
Sup.6.e tamini scripturas: & iterū: Scriptū est in prophetis, Et
& Esa. erunt omnes docibiles dei: &, Moses uos accusat.
54.d. & Et hoc in loco sicut dicit scriptura, Flumina de uen-
Hier.31.f tre eius fluent aquæ uiuæ. Vt abūdantiā & copiam
Supr.5.g gratiæ significet: ut & alibi, Fons aquæ saliētis in uitā
Sup.4.b æternā: Hoc est multā gratiam consequentur. Alibi uitā æternā, hic aquam uiuam dicit, hoc est, semper operantē. Spiritus enim gratia, cū menti illapsa est, eamq; irrigarit, omni fonte uberius scaturit, nunquā deficit, nunquā uacuatur, nunquā stat. Simul autem & indeficientem copiam & incredibilē operationē, & fontē & fluuios appellauit, & non unū, sed innumeros. Et illic, salientis, pro inundantis, positum est. quod facilè quiuis deprehēdere poterit, si Stephani sapientiā, Petri linguā, Pauli uim cōsideraverit. Quo pacto nihil eos extulit, nihil deiecit, nō populorum furor, non tyranorum persecutiones, non dæmonū insidiæ, non quotidianæ mortes: sed more fluminis uehementi lapsu delati, oia trahentes euaserunt. *Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in* D *eum. Nondū enim erat spiritus datus.* Quomodo ergo prophetæ prophetarūt, & innumera operati sunt miracula? Apostoli.n. non spiritu, sed eius uirtute eiciebant, ut ipse. Si ego ī Beelzebub eicio dęmonia, filij
Mat.12.b uestri in quo eiiciunt? Hoc aūt dicebat, ut nō oēs spiritu ante crucē, sed ipsius uirtute eiecisse ostenderet. Sed cum dimissurus eos esset, tūc dixit: Accipite spiri
Inf.20.f tum sanctū. & iterū: Venit super eos spiritussanctus, & tunc signa fecerunt. Cū aūt misit, non dixit, Dedit ei spiritum sanctū: sed, dedit eis potestatē, dicens: Le
Mat.10.a prosos mūdate, dæmonia eiicite, mortuos suscitate: gratis accepistis, gratis date. Prophetis aūt ab oībus confessum est, spiritum sanctū datum. Verū ipsa gra
Mat.23. tia cōtracta & separata erat, & à terra discesserat, ex
d. & Luc.13.g quo dictū est: Relinquetur domus uestra deserta, & ante illā diem iam deficere cœperāt. Siquidē nō amplius apud eos propheta erat, neq; gratia eorū sacra tuebatur. Cū igitur spiritussanctus cohibitus esset, tum iam diffundi largiter debuit, qđ post crucē cœpit exordium, nō tantū ut largius, sed ut maioribus gratijs abūdaret: etenim mirabilius donū erat, ut cū dicit: Nescitis cuius spiritus estis, & iterū: Non.n.acce E
pistis spiritū seruitutis, sed adoptionis. Nā & antiqui-
Luc.9.g tus spiritum habebāt, sed alijs non largiebātur, apo-
Rom.8.c stoli aūt innumeros implebant. Cū autē hanc essent accepturi gratiā nondū datā: ideo de hac inquit euāgelista: *Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus*, Hoc est crucifixus, Cū.n. inimici & peccatores & diuino munere priuati, & odio digni essemus, gratia aūt reconciliationis esset indicium: cumq; munus nō inimicis, nō hostibus, nō odio habitis, sed amicis & familiarib⁹ detur: oportuit primū pro nobis sacrificium offerri, & carnis inimicitias dissolui, & deo amicos fieri, & inde munus accipere. Nā si hoc in promissione Abrahæ factū est, multò magis in gratia: qđ significans Paulus inquit: Si.n. qui ex
Rom.4.c lege sunt, hæredes sunt, exinanita est fides. Lex.n. irā opatur: hoc est, promisit deus Abrahę & semini eius daturū terram, & nepotes eius promissione indigni reperti sunt, & propriis laboribus placere non potuerunt. Propterea accessit fides, res facilis, q̄ gratiā adduceret, neq; incassum caderent promissiones. Ideo ex fide dicit, ut secundū gratiam firma esset promis- F
sio: secundū gratiam autē, quoniam labore suo non poterant. Sed quanam gratia, cum inquit secundum scripturas, non adducit earum testimoniū? Quoniā corruptæ erant sententiæ. *Alij enim dicebant, Hic est uerè propheta: alij dicebant, Seducit turbā: quidam, Nūquid ex Galilæa uenit Christus? Nōne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello?* Et uaria erat sententia, utpote in turba. Neque enim diligēter uerbis eius attendebant, neq; ut discerent, propterea nihil eis Christus respondit, quanuis dicerent, Nūquid ex Galilęa Christus uenit? At Nathanaël cōtumeliosius
Sup.1.g dicentē. A Nazareth pōt aliquid boni esse? laudauit tanquam uerū Israelitam. Siquidem hi, qui ad Nicodemū dixerant: Scrutare, & uide quòd ex Galilęa nō surrexit propheta: nō discēdi gratia quærebāt, sed ut Christi gloriā penitus euerterent: ille autem desiderio tantū ueritatis, & diligenti ueterum scripturarum scientia. Quare hoc in loco nihil eis aperit, nihil exponit. Qui enim sibiipsis contraria loquebātur, & nūc neminem unde ueniret scire, nunc ex Bethlehem esse asserebant, constat etiam si didicissent contradicturos. Esto enim locum ignorarēt, quòd ex Bethlehē,

G quoniã esset educatus in Nazareth, non tamen propterea excusabantur. Nónne enim illic natus est? Nũqd & genus ignorabãt, quòd ex domo & patria Dauid? Quo ergo dicebãt, Nunquid ex semine Dauid uenit Christus? Sed hoc illo modo abscondere uolebant, & uersutè oĩa loquebãtur. Sed qua gratia Christum non interrogarũt, dicentes: Cũ alia quidẽ omnia in te admiremur, iubes autem tibi secundũ scripturas credi, Dic nobis quo? Scripturæ enim dicunt ex Bethlehem Christum uenturum, tu autem ex Galilæa uenisti. Verum nullis huiusmodi uerbis usi sunt, sed omnia peruersè loquuntur. Quòd enim nollent quicquã discere, statim significat euangelista: quòd quidã ex ipsis uolebant eum apprehendere, sed nemo misit super illum manus. Nã etsi nihil aliud, hoc saltẽ eos compungere debuisset: uerũ non sunt compuncti, ut inquit propheta: dissipati sunt, & nõ sunt
Psal.34.c compuncti. Eiusmodi enim malitia est, nulli uult credere: ad unũ tantũ respicit, ut eũ cui insidiatur, per-
Psa.26.d dat. Sed quid dicit scriptura? Qui fodit foueam proximo, in eã incidit. quod usu tũc uenit. Ipsi enim uo-
H lebant Christũ interimere, ut prædicationẽ tollerẽt, sed contrà euenit. Siquidẽ prædicatio Christi gratia floruit, illorũ uerò doctrina extincta perijt: patriam, libertatem, & licentiam, & cultum ueterem perdiderunt, & omni priuati sunt fœlicitate, in seruitutem & captiuitatẽ adducti. Quibus admoniti, nulli insidias tendamus, scientes quòd in nosipsos ensem acuim⁹, & maiorẽ nobis plagam infligimus. Sed ægrè tulit quispiam se offendi, & uult ulcisci: noli quæso, non ulciscendo enim, ulcisci poteris: ulciscendo uerò, nõ ulcisceris. Nec q̃ dico nugas arbitrare, sed ueritatem. Quo? quoniam qui non ulciscitur, deo relinquit ul-
Deu.32.f tionẽ: qui ulciscitur, minimè. Mihi enim, inquit, uindictã, & ego retribuã, dicit dominus. Nam si seruo stri rixantes inuicẽ, nulla nostri rõne habita, ipsi ad uindictã uertuntur: etsi sępius postmodũ nos rogẽt, non solũ non eos ulciscimur, sed indignamur, scelestos & flagitiosos appellamus, & nobis id cognoscẽdum relinqui oportuisse dicimus. Cũ enim tibi ultionem præsumpsisti, nihil amplius in illum indignatur dominus: hoc longè magis deus dicet, q nos ad-
I monet, ut sibi omnia permittamus. Quid enim nõ absurdũ sit, ut q à seruis & pueris nostris tantã modestiã, tantã obedientiam exigimus, eandẽ domino nostro non exhibeamus? Hoc autem dico, quoniã tam promptè inuicem ulcisci contendimus: sed uerè philosophantem hoc facere nõ oportet, sed ignoscere & dimittere qđ in nos peccatur, ẽt si illud non esset magnũ præmium, ueniam pro eo accipere. Sed dic quæso, si peccantẽ reprehendis, cur ipse peccas? cur eadẽ admittis? Iniuriam tibi intulit, noli contrà iferre: perterruit, noli perterrere, cùm nullam inde assequaris utilitatẽ: mœrore te affecit, noli uicẽ reddere: nam illi similis efficieris, & tu nihil lucraris: sed si mãsuetè pers̃, fortè ipsum corriges: ita enim pudorem incuties, ita iram sedabis. Nemo malo malũ sanat, sed bono malũ. Hęc apud Gẽtes nonnulli philosophantur: qui cũ erroris stultitia tantam prę se ferant sapientiã, pudet nos, ut inferiores deprehendamur. Multi iniuria affecti, æquo animo tulerunt. Multi falsò accusati, in ultionẽ non proruperunt. Insidiatores beneficiis prosecuti sunt. Nõ parũ uerendũ est, ne apud illos, qui uita nobis prestantiores sunt, inueniãtur, néue nos maiori cruciatui obnoxios faciãt.

Nã si qui participes sum⁹ spiritus, qui dei regnũ expe K
ctamus, qui cœlestiũ cognitione habemus, qui non formidamus gehennã, qui angeli fieri iubemur, qui diuinis fruimur mysterijs, ne ea quidẽ qua illi uirtute pollemus: quid nobis sperandũ est? Quòd si Iudęi nobis superãdi sunt: Nisi, inquit, abũdauerit iustitia *Mat.5.c* uestra plus quàm scribarũ & Phariseorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ, longè magis Gentiles: si Pharisæi, magis infideles. Si nõ superantib⁹ nobis illorũ uitã, cœlorũ regna clauduntur: quo ea consequemur, si Gentilibus peiores inueniemur? Abiiciamus ergo dilectissimi, omne odium, iram, indignationẽ. Eadẽ dicere mihi quidẽ non molestum, uobis autem tutum. Etenim medici eadẽ sæpe medicina utũtur: & nos eadem uestris auribus instillare, in memoriam reducere, docere, hortari non cessamus. Etenim in magna secularium rerum turba, horum obliuiscimur. Quare ne in cassum hic colligamus opere confirmẽtur, ut futura bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, p quẽ, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorũ, Amen.

Homilia.li.ex cap.septimo. L

*E*nerunt ergo ministri ad pũtifices & Pharisæos.
u & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eum?
*R*esponderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Nihil ueritate clarius, nihil simplicius, nisi maligni esse uelimus: Quemadmodũ nihil malignis obscurius, nihil uersutius. Ecce ut Pharisæi & scribæ, qui sapientia prestare uidebãtur, q cum Christo semper uersabantur, ut ei insidiarentur, licèt miracula uiderint, & scripturas legerint: non modò nihil utilitatis, sed damni plurimùm acceperunt: ministri autem, etsi nullam eiusmodi materiã haberẽt, uno tãtùm sermone persuasi sunt: & qui ad Christũ capiendum ierant, eius admiratione capti redierũt. Neque eorum tantùm sapientia admirãda est, quòd signis non eguerunt, sed quòd sola doctrina crediderunt. Non enim dixerunt, neminem unquam ita miracula fecisse: sed, neminẽ unquam sic locutum. Nec sapientia tantùm, sed & audientia admiranda! Siquidem his qui se miserant, ita loquuntur, Pharisæis uidelicet, qui omnia faciebant & conabantur, ut caperetur. Venerunt, inquit, ministri ad pontifices M
& Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis eum? Quòd autem uenerint, longè magis fuit q̃ si apud Christũ remansissent. Sic enim liberati fuissent eorũ molestia, nunc præcones fiunt sapientiæ Christi, & maiorẽ præ se ferunt animum: neque excusant se propter turbã non potuisse, quæ eũ tãquã prophetã sequuntur: sed, Nunquã sic locutus est homo: potuissent sanè ita se excusare, sed animi ostendunt rectitudinẽ. Neq; tantũ se illum admirari, quã qui se miserant ad eum ligandum, quem audire debuissent, accusare usi sunt. Atqui breuem Christi audierunt orationẽ. Tanti enim ueritas est, ut incorrupto animo longis sermonib⁹ minimè opus sit. Quid ad hoc Pharisæi? Cũ compungi & mutare sententiã oportuisset, cõtrà faciunt, inuicem eos accusant, dicentes: *Nunquid & uos seducti estis?* Adhuc eis blandiuntur, neque in eos grauius inuehuntur, ueriti ne tandẽ discederent: tantũ indignationem præ se, & leuitatem ferunt. Sed interrogandum erat, quid admiratione dignũ loqueretur: quod cauerunt, quippe q sine dubio se captum iri intelligebant. Perquã stulta autẽ coniectura dicunt: *Nũquid aliquis ex principibus*

A *credidit in eum?* Ita Christũ accusatis, & non incredulos. *Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Hoc.n. magis uos accusat, quod turba credidit, uos uerò minimè. Etenim illi cognoscentiũ legem opera faciebant. Quo ergo? nõne maledicti, qui nõ seruabant legem, & no illi qui legem seruabant? Oportebat aũt non ab incredulis q non credebantur, accusare. Neq; enim rectus hic modus. Nam & uos non
Rom.3.a. credidistis deo, ut Paulus iquit: Quid enim si nõ crediderunt quidã? Nunquid incredulitas eorum fidem
Esa.1.c. dei euacuabit? Absit, etenim prophetę semp eos ac-
Thre.4.b cusant, dicẽtes: Audite principes Sodomorũ: &, Prin-
Mic.3.a cipes tui nõ credũt. & iterũ: Non uestrũ est nosse iudiciũ? Et ubiq; uehemẽtius accusantur. Et qđ, Christum propterea quispiã accusaret? Absit: illorũ enim hoc crimen. Quod aũt aliud esse posset argumentũ, quòd legẽ non cognoscitis, quam quòd nõ creditis? Cùm enim dixissent, quod nemo principũ credebat in eum, sed qui legẽ ignorabant: meritò eos arguit. *Nicodemus inquiens: Nunquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi audierit ab ipso prius?* Ostẽdit aũt eos neq; scire legem, neq; seruare. Nam si lex iubet neminẽ interfici,
B nisi prius audiatur: ipsi autem ante auditam causam iudicabant, certè legis transgressores erant. Et cũ dixissent neminẽ principum credidisse in eum, ideo innuit euangelista eũ è principum numero fuisse, ostẽdens etiam ex principibus credidisse. Nondum autẽ palã facere audebant, erãt tamẽ Xpo familiares. Vide autem q̃ parcè arguit. Nõ dixit, Vos aũt uultis eũ interficere, & temerè hominẽ ut errantem accusatis: sed benignius, ut nimium eorum temerarium impetum, crudelemq; sedaret. Quam ob rem ad legẽ suã uertit orationem, dicẽs: *Nisi audierit diligenter, & cognouerit quid faciat?* Quare nõ solus & nudus requiritur auditus, sed diligẽs: qđ hac particula significatur, Et cognouerit qđ faciat, quid uelit, & quare, & cui, an tanquã hostis mores peruertat. Dubitantes ergo cùm dixissent, neminem principum in eum credere, neq; uehementer, neq; remissè ad eũ se contulerunt. Et q̃nam hæc consequentia, dic quæso, dicente illo: Lex nostra non iudicat quenquam, ut respondeat: *Nunquid tu Galilæus es?* Ostendendũ nanq; erat non ab re pro eo misisse, uel si asperius, minimè ei esset respondendũ. *Scrutare & uide, quia à Galilæa propheta non surgit.* Quid.n. dixit homo? qđ propheta est, imo
C quòd non iudicatus non esset morti tradendus: illi uerò contumeliosè, tanquam inscio scripturarum respondent, ac si dicerent, acquiescẽ nobis & discẽ: hoc enim innuunt dicẽtes: Scrutare & uide. Quid Christus, cũ multifariã de Galilæa & propheta locuti essent, ut hanc alienam tolleret suspicionẽ, quòd unus prophetarum, & nõ mũdi dominus putaretur? *Ego,*
Cap.8. inquit, *sum lux mundi.* Non Galilææ, non Palæstinæ, non Iudææ. Quid Iudęi? *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum.* O insaniam, scripturas ubiq; adducit, & dicũt: Tu de teipso testimoniũ perhibes. Quod aũt perhibuit testimoniũ? Ego sum lux mundi. Magnum dictu, & uerè magnũ, sed nõ nimiũ ipsi admirati sunt. Quoniã nõ se patri æquparauit, neq; se eius filium dixit, neq; deũ, sed lucem, reprehendere tamen uoluerũt: nam maius hoc erat q̃ dicere. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Lucẽ & tenebras intellectu perceptibiles dicit: hoc est, nõ manet i errore. Vbi & Nicodemũ allicit, ut ualde prõptum & fidentẽ, & ministros laudat, qui id fecerint: D
hoc.n. clamare significat, & eos ad audiendum confirmare uult, simul & eos dolos struere, & ĩ tenebris & errore uersari, neq; lucẽ attingere ostendit. Nicodemo præterea in memoriã reducit, quæ antè dixerat: Omnis qui malè operatur, odit lucẽ: & nõ uadit ad lucẽ, ne opera eius appareant. Cùm enim neminem *Sup.3.c* ex principibus in eũ credere dicerent, ideo inquit: q malè operatur, in lucẽ non prodire: nõ ex lucis defectu, sed mẽtis uitio. Responderunt ei: Tu de teipso testimoniũ perhibes. ad quod ille: *Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum uerum est: quia scio unde ueni, & quo uado: uos autem nescitis unde uenio, aut quò uado.* Quod iam dixi, hoc ludæi tanq̃ iã dictũ proponũt, qđ Xps arguit, sed id dixisse asseuerat pp eorũ suspicionẽ, qui purũ eũ hominẽ suspicabantur. Ex deo sum, inqt, & deus, & dei filius: deus aũt sibiip si idoneus testis, uos aũt nescitis, & spõte uestra malì estis, & uidẽtes dissimulatis, & oĩa secundũ humanã sententiã loquimini, neq; quicq̃ amplius q̃ quod apparet, intelligere uultis. *Vos secundum carnem iudicatis.* Et quemadmodum secũdum carnem uiuere, malè uiuere est: ita & secũdum carnem iudicare, iniustè iudicare. *Ego non iudico quenquam: & si iudico, iudicium* E
meum uerum est. Hoc est, iniustè iudicatis: etsi iniustè iudicamus, inquiunt, qd nos nõ arguis? quid nõ condemnas? Quia nõ ueni ad hoc, ideo dicit se neminẽ iudicare: etsi iudicet, uerũ esse iudicium suum. Nã si uellẽ, ex damnatorũ numero essetis: hoc aũt non quòd iudicẽ dico, neq; ideo nõ iudico, quòd non fidã. Nam si iudicarẽ, uos sanè conuincerẽ quòd iustè iudicarẽ: sed nũc iudicii tempus nõ est. Significat futurum iudiciũ. *Quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater.* Vbi innuit, nõ solũ se iudicare, sed etiam patrem: quod subtexit in testimonium eius inducens:
In lege autem uestra scriptum est, quia duorum hominum *Deut.17.*
testimonium uerum est. Quid hoc in loco hæretici dice- *& 19.b*
rent? Quid Xps hominibus præstaret, si hoc simpliciter acciperemus? In hominib.n. ita institutũ est, quoniã nemo per se fide dignus est: in deo aũt quõ hoc esset consentaneum? Quo ergo hæc particula intelligenda est? Nunquid quoniam duo, an quoniam homines, propterea duo? Nam si quoniam duo sunt, qua gratia non confugit ad Ioannem? Non.n. dixit, testimonium perhibeo ego de meipso, & de me Ioãnes, cur non ad angelum, cur nõ ad prophetas? Inueniſſet.n. & alia inumera testimonia, sed uoluit hoc F
tantùm significare, nõ quòd duo, sed quòd eiusdem substantiæ. *Dicunt ei: Quis est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neq; patrẽ meũ.* Cùm.n. scietes tanq̃ inscii, & ut eum tentarent, percontarentur: indignos quibus responderetur, arbitratus est. Propterea iam oĩa apertius & audentius loquitur, quippe qui à signis, & sequentium se doctrina accipiebat testimoniũ, & qa iam crux appropinquabat. Noui, inqt, unde uenio, qđ non nimiũ eos offendit: quod aũt addidit, Et quò ego uado, magis eos perterruit, ac si non esset in morte pmãsurus. Sed cur nõ dixit, se scire deũ esse: sed, unde ueniret? Quia semper humilia magnis admiscet, eaq; uicißim cohibet. Nã cũ dixisset, Ego testimoniũ phibeo de meipso, idq; ostẽdisset: ad humiliora descẽdit, quasi diceret, Scio à quo missus sũ, & ad quẽ uado. Quib. uerbis nihil habebant, qđ cõtradicerẽt. Nihil.n. falsi locutus sum, inqt, cũ inde uenerim, & illuc ad uerum deum uadam quem uos nescitis, ideo secundum carnem iudicatis. Nam si post

G tot argumẽta & ſigna adhuc uerũ non eſſe dicitis, & Moſen de alijs, & de ſe teſtante fide dignum iudicatis, Chriſtum uerò minimè, hoc eſt ſecundum carnẽ iudicare. Ego non iudico quenquam. Atqui ẽt patrẽ neminem iudicare teſtatur: quõ hìc dicit, Et ſi iudico ego, iudicium meum uerum eſt, quia nõ ſum ſolus? Iterum ad illorum loquitur ſuſpicionẽ, hoc eſt, iudicium meum patris eſt, neq; aliter q̃ ego pater iudicat: neq; aliter ego q̃ pater. Sed quánam gratia patris meminit? Quia nõ dignum filium cui crederetur arbitrabantur, niſi patris occupaſſet teſtimonium. Aliter nõ ſtaret ſententia. In hominib. n. cùm ſup alieno negocio duo teſtificantur, tunc teſtimonium eſt uerum: hoc. n. eſt duos teſtimonium perhibere, ſed hìc nõ ſunt duo. Vides nulla alia ratione hoc dictũ, q̃ ut patri conſubſtantialis, & alterius nõ egere teſtimonio, & nulla alia ex parte patri iferior oſtẽdatur? Animaduerte p̃terea quanta cum authoritate loquitur: *Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me pater.* Quòd ſi ſubſtãtia minor eſſet, nõ ſanè dixiſſet. Nũc aũt ne numeri gratia id poſitum arbitreris, nihilo inferiorẽ poteſtatem intuere. Teſtimonium perhibet homo cũ fide dignus eſt, nõ cũ teſtimonio indiget, & hoc in re aliena: in propria aũt ab alio accipit, ipſi in re ſua nõ creditur: hìc aũt cõtrà, in ſuo. n. negocio teſtimoniũ perhibens, & ab alio ſe habere aſſerens, dignũ ſe fide dicit, undiq; ſuã proponens authoritatem. Sed qua gratia, cùm dixit: Non ſum ſolus, ſed ego & qui miſit me pater, Et duorũ hominum teſtimoniũ eſt uerũ: addidit, Ego ſum qui teſtimoniũ perhibeo de me ipſo? ut. ſ. quantæ eſſet authoritatis oſtenderet, & primùm quidẽ ſeipſum poſuit, ut æqualitatẽ indicaret, & nihil eos adepturos, qui ſe patrẽ ſcire, ipſum aũtẽ neſcire dicerẽt: & hanc cauſam dicit, quòd ipſum cognoſcere nõ uelint. Ait. n. impoſsibile ſine ſui cognitione quempiam noſſe patrem, ut hoc ſaltem pacto ad ſe cognoſcẽdum eos alliciat: ipſo. n. cõtempto patrem ſemper quærebant, quare inquit: Non poteſtis noſſe patrem ſine me. Itaq; qui filio maledicũt, nõ ipſi tãtùm, ſed & patri maledicũt. Hæc nos caueamus & glorificemus filiũ, quippe q niſi eiuſdẽ eſſet naturæ, non ita dixiſſet. Quòd ſi tantùm admonuit, alterius aũt nõ erat ſubſtantiæ, poterat ẽt ignorans patrem cognoſcere: neq; fuiſſet oĩno cognoſcere, ſi patrem noſſet. Neq; n. qui hoiem nouit, nouit & angelum: ĩmo inquit, Etenim qui creaturam nouit, nouit & deũ? minimè. multi. n. uel potius oẽs hoies creaturam norunt, norunt ſanè, & deum ignorant. Glorificemus ergo dei filiũ, nõ oris tantùm gloria, ſed operibus, ſine quibus ea nihil proficit. Vide tu, inquit, Iudæus cognominaris & reqeſcis in lege, & gloriaris in deo: qui ergo aliũ doces, teipſum nõ doces: qui in lege gloriaris, per ꝓuaricationem legis deum inhonoras? Vide nequãdo & nos in rectitudine fidei gloriãtes, nõ exhibẽdo uitam fidei cõuenientem, deũ inhonoremus, mendacẽ eum facientes. Etenim orbis terrarum magiſter, fermentũ, lucẽ, ſalem uult eſſe Chriſtianum. Quid ſignificat lux? uitæ claritatẽ, nihil obſcuritatis in ſe continentẽ: non lux ſibiipſi utilis eſt, neq; ſal, nec fermentũ, ſed in alios cõfert utilitatẽ: ita nobis non noſtra tãtùm utilitas, ſed aliorũ exigitur. Sal niſi ſalſum reddat, non ſal, ſed aliud eſſe deprehẽditur. Nam ſi ipſi benefecerimus, alijs erimus benefaciẽdi exẽplũ. Quouſq; à bonis operib. deſiſtemus nihil aliis cõferre poterimus: nihil fatuum apud nos, K
nihil molle ſit & ſolutum, qualia mundi opera ſunt, & curę ſeculares. Propterea uirgines fatuę ſunt appel Mat.25.d
latæ, quoniam circa fatuas mundi curas uacabant, hìc cõgregantes, ubi minimè eſt reponẽdum. Verendum ſanè ne id nobis accidat, ne ſordidis ueſtib. eò accedamus, ubi mundas & nitidas oẽs induti ſunt. Nihil enim peccato ſordidius, nihil immundius, cuius naturam propheta interpretatus clamabat: Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Quòd ſi Pſal.37.d
peccati placet cognoſcere turpitudinem, cõmiſſum conſidera, cùm liber non amplius eius perturbaris affectu, tunc id cognoſces. Conſidera iram cùm ſedata eſt: auaritiam, cũ ea non afficeris: intelliges profectò nihil turpius, nihil ſceleſtius rapina & auaritia. Ideo frequenter repetimus, nõ ut uos perturbemus, ſed ut maiorem in modum proſimus. Nã q una nõ corrigitur admonitione, corrigetur fortaſſe altera: & quę altera ꝑterit, non ꝑteribit tertia. Vtinam aũt oẽs omnib⁹ malis liberi, Chriſti ſuauitatẽ deguſtemus, cui gloria cum patre, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Homilia liij. ex cap. octauo.

Hæc uerba locutus eſt Ieſus in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia L
h *nõ uenerat hora eius.* O Iudaicã dementiã, ante Paſcha Ieſum q̃rebant, & in medio inuentũ, conati eũ & per ſe, & ꝑ miniſtros fruſtra comprehendere, nõ tamẽ eius uirtutẽ iterum formidarũt, ſed in malitia perſiſtebant. Quòd aũt id ſemp tentarẽt, inquit. Hæc locutus eſt Ieſus in gazophylacio, docẽs in templo, & nemo apprehendit eum. In tẽplo loquebatur more magiſtri, quod magis eos mouere debuiſſet, & ad eos q ipſum reprehẽdebant & calumniabãtur, quòd ſe pati i æqualem faceret. Illud. n. duorum hominũ teſtimoniũ uerũ eſt, hoc ſignificat. Verũtamẽ hæc, inquit, locutus eſt in tẽplo tanq̃ magiſter, & nemo apprehendit eũ, qa nondum uenerat hora eius: hoc eſt, paſsionis tẽpus. Quãobrem cùm paſſus eſt, nõ eorũ poteſtati, ſed diuinæ diſpenſationi adſcribẽdũ eſt: ipſi. n. iampridem uoluiſſent, nõ tamẽ potuerunt: neq; tũc potuiſſent, niſi ipſe permiſiſſet. *Iterum igitur inquit ad eos Ieſus: Ego uado, & quæretis me.* Cur hoc frequẽter repetit? Vt eorum animos cõmoueat, atq; perterreat. Conſidera quãtùm hoc terroris incu M
tiat: cùm enim uellent eũ interficere, quærunt tamẽ quò uadat, tantã de eo opinionẽ conceperãt. Aliud item docere eos intendit, non in eorũ eſſe poteſtate, ſed iampridẽ præfiguratum dicit, & reſurrectionem iam his ſermonibus deſcripſit. *Dixerunt ergo Iudæi, Nunquid interficiet ſemetipſum?* Quã mox tollit ſuſpicionẽ. Vos, inqt deorſum eſtis, ego deſuperius ſum. Hoc ẽ, haud mirũ, ſi uos carnales hoies hæc, & nihil ſpiritale ſuſpicemini, ego tamen talia nõ faciam. *Vos deorſum eſtis, ego deſuperius ſum. Vos de mundo hoc eſtis.* Iterũ mũdanas & carnales eorum aperit ſententias. Vnde cõſtat illã particulã, *Ego non ſum de mundo hoc,* Non ideo dictam, quòd carnem non acceperit, ſed quòd longè ab eorum abeſſet malitia. Etenim diſcipulos de mundo nõ eſſe dixit, habebant tamen carnem. Quemadmodũ igitur Paulus, dicendo: Non eſtis in carne: nõ ſine corpore eſſe intelligit: ſic diſcipulos nõ eſſe de mundo, nihil aliud quàm eorũ ſapientiam teſtatur. *Dixi ergo uobis, quia ſi non creditis, quia ego ſum, moriemini in peccatis ueſtris.* Si. n. propterea ue Rom.8.b

A nit, ut tolleret peccata mũdi, neq; aliter tolli poterãt, niſi per lauacrũ: neceſſarium erat eum qui nõ crederet, cũ uetere homine eſſe moriturum. Qui enim nõ uult ſeipſum mortificare per fidẽ, & ſepelire, mortificabitur in eo, & migrabit, priorũ peccatorũ pœnas
Supr.3.c. daturus. Propterea dicebat: Qui non credit, iã iudicatus eſt: non ſolũ quia non credit, ſed quia in peccatis moritur. *Dicebant ergo ei: Tu quis es?* O dementiam, poſt tãtum tẽporis, tot miracula, & tantã doctrinã, quis ſit interrogant. Quibus Chriſtus: *Principium qui & uobis loquor.* Hoc eſt, ſanè indigni eſtis qui ſermones meos audiatis, & q ſim intelligatis. Vos ut me tẽtetis ſemper loquimini, mihi autẽ non attenditis, & in oĩbus uos reprehendere nunc non poſſum: hoc enim ſignificat, *Multa habeo de uobis loqui, & iudicare:* Non tãtùm reprehẽdere, ſed punire. *Sed qui miſit me:*
Infr.12.g. Hoc eſt: pater, non uult hoc. Non enim ueni iudicare mundũ, ſed ſaluũ facere. Nõ enim miſit deus filiũ
Supr.3.b ſuum, ut iudicet mundũ, inquit, ſed ut ſaluũ faciat. Si ergo ad hoc me miſit, & ille uerax eſt, meritò neminẽ ego impſentiarũ iudico: ſed ad ſalutẽ loquor,
B non ad reprehẽſionẽ: Hæc aũt dicit, ne metu deſiſtere, néue eorũ mẽtes introſpicere nõ putaretur. Illi autẽ de patre ſermonẽ haberi nõ intellexerũt. O demẽtiam, nõ deſiſtit de eo uerba facere, neq; aduerterũt. Præterea cũ poſt multa ſigna & doctrinas nihil eis perſuaſiſſet, iã de cruce ſermonem aggreditur. *Cùm exaltaueritis filiũ hominis, tũc maximè quia ego ſum, ſcietis.* Et ꝑ ſigna & reſurrectionẽ & captuitatem, q oĩa ſufficientia erant eius uirtutem demonſtrare. Cùm uidebitis, ĩquit, me nihil per mortẽ paſſurũ, tũc ſcietis quia ego ſum, uidelicet Xp̃s & filius dei, & qui cũcta & fero & duco, & non ſum contrarius illi: idcirco addit, *Et à meipſo non loquor.* Siquidem utrunque cognoſcetis, & uirtutẽ meã, & cũ patre conſenſum. Hæc. n. particula, A meipſo non loquor: indiſcretam cum patre ſubſtantiã, & nihil contra paternam uolũtatem ſe loqui oſtẽdit. Cum. n. à cultu excidetis, neq; uobis ſolita ſacrificia permittentur: tũc diuinã in uos indignationẽ, ultionemq;, quia me nõ audiſtis, intelligetis: quaſi dicat, Si mihi alienus eſſet & cõtrari⁹, ad huc cõtra uos indignaretur. Hoc & Eſaias inquit: Dabit ipios pro ſepultura ejus. & Dauid: Tũc loquetur
C ad eos ira ſua. & ipſe: Ecce relinquetur dom⁹ ueſtra
Eſa.53.c. deſerta. & parabola: Quid faciet agricolis domin⁹ uiPſal.2.b. neæ illius? Malos malè perdet. Vides ubiq; propter
Mat.23.d eorum incredulitatẽ ſic loq. Quòd ſi ipſe eos perdet,
Ibid.21.d quemadmodũ perdet? Auferte, inquit, qui me ſic regnare nolũt, & interficite. Cur nõ ſuũ id opus, ſed pa
Luc.19.d tris dicit? Quia tũ ad eorũ reſpicit imbecillitatem, tũ patrem ſuũ reueretur: propterea non dixit, Relinquã domũ ueſtrã deſertã: ſed relinquetur, non addita perſona. Dicendo. n. Quoties uolui congregare filios ue
Luc.13.g. ſtros, & noluiſtis: inde addendo, relinquetur, ſed deſolaturũ eum oſtendit: hoc eſt cũ obſequijs & beneficijs cognoſcere me noluiſtis, ſupplicijs cognoſcetis qui ſum. *Et pater mecum eſt.* Et ne hoc uerbo, qui miſit me, minor patre exiſtimaretur, ſecũ eẽ dicit. Aliud enim diſpenſationis eſt, aliud diuinitatis. *Et non reliquit me ſoliũ, quia ego quæ placita ei ſunt, facio ſemp.* Rurſus ad humiliora deſcendit, ad illud frequẽter inſtãs, quod dicebãt ex deo non eſſe, neq; ſabbatũ ſeruare:
Mat.26.c ideo inqt, Quæ placita ei ſunt, facio. Indicãs ſabbati
Infr.18.b ſolutionẽ ꝑter eius nõ eſſe uoluntatẽ. Ita & in paſſione: An putas qa nõ poſſum rogare patrem meũ? Atqui dicendo ſolum, quẽ q̃ritis, reiecit eos retrorſum. D
Qua ergo gratia nõ dicit, non putatis qd poſsũ eos perdere, cũ id re ipſa oſtẽderit? Ad eorum deſcendit imbecillitatẽ, id. n. maiorem in modum adniſus eſt, ut minimè patri contrariũ ſe oſtẽderet, ita hoc in loco humani⁹ loqtur. Et ut dixit, Nõ reliquit me ſolũ: ita &, Quæ placita ei ſunt, facio ſemper. *Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.* Cũ enim ad humiliora deſcendit, multi ad credendũ adducũtur: & tu ad huc ĩterrogas, qua gratia humiliter loquatur, cũ euã geliſta apertè his uerbis demonſtret? tantũ non clamans, Noli perturbari, cũ ad hãc uerborũ humilitatẽ eũ deſcendere audis. Siquidem qui ſuperna illa doctrina nõ ſunt ꝓfuaſi, quòd à patre ſit: meritò humilia audierũt qbus crederent, & hac ratione poſtmodũ ẽt huiuſmodi uſus eſt uerbis. Crediderunt ergo, nõ tamẽ ut oportuit: ſed quãmodo cũ intelligerẽt, & acquieſcerẽt ſermonis ei⁹ humilitati: quòd. n. ꝑfectam fidẽ non haberent, ex ſequentibus euãgeliſta ſignificat, cũ rurſus ei maledicunt: & qđ hi iide ſint, ex ſequẽtibus conſtat. *Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei ex Iudæis: Si uos manſeritis in ſermone meo.* Hinc. n. perſpicuũ eſt, nondũ doctrinæ inhærere, ſed E
tantũ uerbis uacare: quare uehemẽtius locutus eſt, ilIic ſimpliciter. Quæretis me: nunc maius quiddã addit, ſ. In peccatis ueſtris moriemini. Ideo. ſ. quod illuc Supr.7.c.
migrantes, me amplius rogare nõ poteſtis hæc quæ loquor in mundo, hinc ſe ad Gentes exiturũ oſtẽdit. Cũ nõ cognouerint, qđ de patre ad eos locutus eſſet, rurſum ad ſe redit, & humilitatis uerborum cauſam affert euangeliſta. Hoc igitur pacto, ſi ſcripturas diligẽter ſcrutari uoluerim⁹ ſalutẽ aſſeq poterimus: ſi penitus in eis uerſabimur, & doctrinã rectã & uitam erudiemur. Et licèt durus ſit quiſpiã & aſper & imitis, licèt ſuperiori tẽpore nihil profecerit: nũc ſaltem proficiet, & aliquã, etſi non ſtatim ſentiat, utilitatem accipiet. Nã ſi unguentario quiſpiã, aut unguẽtariæ tabernæ aſſideat, ẽt inuitus illum accipit odorẽ, longè magis qui eccleſiã frequẽtat. Vt enim ex deſidia, negligẽtia: ita ex operatione alacritas oritur. Quãuis innumeris uitijs ſis obnoxius, quãuis ĩmundus, noli eccleſiæ uitare cõſuetudinẽ. Quid ergo, ſi audita nõ facio? Non parũ conſequeris, ſi te miſerum intelligis. F
Nõ inutilis hic metus, neq; itẽpeſtiua formido, modò ingemiſcas, quòd audita nõ facias, ſine dubio aliquãdo bene facere incipies. Non. n. fieri poteſt, ut q deũ & audiat, & alloquatur, non aſſequatur utilitatẽ. Statim enim cohibemur, manus lauamus, cùm librum accipimus. Vides quanta ante lectionẽ reuerẽtia moueamur? Quòd ſi diligẽter accedem⁹, magna inde proueniet utilitas. Non. n. niſi reuerens anima man⁹ lauerit. Et uxor ſi detectũ caput habuerit, quã primũ tegit interioris reuerentiæ præferẽs indicium, uir aũt tectum caput deteget. Vides quo pacto interiores affectus exterior habitus indicat? Præterea q diuinæ cõcionis auditor ſedet, ſæpe ingemit, ſæpe uitã ſuã & mores reprehẽdit. Vacemus ergo ſcripturis dilectiſsimi, & ſaltẽ euangelijs, ea frequenter pertractemus. Aperto nanque libro, eueſtigiò Xp̃i nomen occurret, & eius audiẽs generationẽ, recordaberis matris Mariæ, q̃ à Ioſeph inuenta eſt in utero habens ex
ſpiritu ſancto. Qui autẽ hæc audierit, quamprimùm Matt 1.c.
miro uirginitatis amore flagrabit, partũ admirabitur, terrena contemnet. Neque paruum putandum eſt, dignatam ſpiritu ſancto uirginẽ, & ab angelo an

G nunciatam,& hęc quidē in ſuperficie.Quòd ſi diligē
ter oīa perſcrutaberis, ueſtigiò cuncta contemnes
ſecularia,ridebiſq;.Si diues fueris,nihil diuitias duxe
ris,cū intelligas fabro nuptā, in humili domo & fortu
na matrē domini factā eſſe.Si pauper, nō erubeſces,
cū uiliſſimā domum mundi author non aſpernatus
eſt:hoc perſuaſus, non rapina,nō cupiditate fereris,
non proximi rē capies, ſed potius paupertatē ample
xaberis,diuitias negliges,hac ratione omnē propul-
ſabis malitiā: ad hæc cùm uideris Ieſum in præſepio
iacentem, abiicies omnē curam ornandi filiū tuum
auro,aut argento lectū excolēdi,abiicies ſanè omnē
cupiditatē:multa conſequeris, q̄ particulatim in præ
ſentia dici non uacat:ſcient autē q̄ experiētur.Quam
ob rē hortor,ut lectiōi uacetis, ſenſus ibibatis eosq;
ueſtris inſcribatis mentibus: quod cū Iudæi neglexe
rūt,libros manibus ferre iubebāt.Nos uerò nō ma-
nibus,ſed domi habeamus,immo cordib⁹, ut opor
tet,inſcribamus.Hoc.n.pacto abſterſis pręſentis uitę
ſordib⁹,futura bona cōſequemur,gratia & benigni-
tate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem & cū quo
H patri gloria,ſimul & ſpiritui ſancto,in ſecula ſeculo-
rum,Amen.

Homilia. liij.ex cap.octauo.

Ieebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei ex Iu-
d dæis:*Si uos mānſeritis in ſermone meo,uerè diſcipu
li mei eritis:et cognoſcetis ueritatē,et ueritas libe
rabit uos.* Multa nobis patiētia opus eſt, dilectiſſimi,
quā tūc profectò conſeq̄mur, cū ſacrarū literarū do
ctrina alti⁹ in cor radices egerit. Nā quēadmodū q̄r-
cus altius demiſſis radicib⁹, nulli⁹ uēti uiribus ſterni-
tur:ita aīam diuino cōfixā timore,null⁹ tētationū uē
Pſ.118.p. tus euellet.Idcirco inqt propheta:Cōfige timore tuo
carnes meas.ita & tu cōfigere quaſi clauo quodā,&
adhęreas:ut.n.hi difficulter,ita aliter affecti facilē de
cipiūtur,& in labē procidūt:ſicut cōtigit Iudęis,licēt
enim audierint, credidērintque,rurſus ad deteriora
prolapſi ſunt.Quā ob rē Xp̄s ut eos in fide, quāquā
paruā haberēt,cōfirmaret,aſpius eos tāgit.Eſt credē
tiū facilē reprehenſiones tolerare, ipſi aūt quāprimū
excanduerūt.Primū ergo Ieſus eos admonet: Si uos
permanſeritis in ſermone meo, uerè diſcipuli mei eri
I tis: & cognoſcetis ueritatē, & ueritas liberabit uos.
Tātū nō dicēs,Sū altius inciſurus, ſed nolite agitari.
Vel potius his uerbis eorū ſedat ſuperbiā.A quo au-
tē liberabit, dic q̄ſo? A peccatis. Quid temerarij illi.
Semen Abrahæ ſumus, et nemini ſeruiuimus unquam. Sta
tim defecerūt,quoniā terrenis inhiabāt. Si nō man-
ſeritis in ſermone meo : idicat cordis eorū cogitatio
nes,quòd crediderunt quidē,non autem permanſe-
runt,& magnū quiddā,eos uidelicet futuros ſibi diſ-
cipulos,annunciat. Cùm.n.nonnulli antè diſceſiſſent,eos notat inquiēs,Sed ſi manſeritis:nā & illi au-
dierant,crediderāt,diſceſſerant, quoniam nō permā
ſerunt.Multi.n.diſcipulorum eius abierunt retrò, &
Supr. 6.g iam non cū illo ambulabant.Cognoſcetis.n.ueritā-
tatem,hoc eſt me.Ego.n.ſum ueritas. Iudaica enim
Infr.14.a dogmata oia figura erant. Veritatē à me intelligetis,
quæ uos à peccatis liberabit. Quemadmodū enim
illis dixit,In peccatis ueſtris moriemini:ita his, libera
bit uos:& nō dixit,uēdicabo uos à ſeruitute,ſed hoc
eis cogitandū reliquit.Illi aūt,ſemen Abrahę ſumus,
& nemini ſeruiuimus unquā. Atqui ſi indignandum
fuiſſet,tolerabilius potuiſſent,cū dixit, Cognoſcetis
ueritatē:dicendoq;,Nunquid eā neſcimus ? lex igitur
& cognitio noſtra falſa eſt: ſed de ſeculatibus indi- K
gnātur,& mūdi uerētur ſeruitutē. Sunt & hac ætate,
ſunt inquā qui in rebus non proprijs, & mundi ſerui
tute erubeſcūt,peccati ſeruitium nil uerētur, & opta
rent huic potius obnoxij frequenter appellari, q̄ illi
ſemel:tales illi erant,& aliud ſeruitiū ignorabant,di-
cētes:Seruos appellas,q ex ſemine Abrahæ ſunt? qui
generoſi, qui ſerui minimè ſunt appellandi.Nunquā
ſeruiuimus.Huiuſmodi ludæorū iactationes,Semen
Abrahæ ſumus,Iſraelitę ſumus.Nunquā propria me
rita memorant, ideo in eos clamat Ioannes : Nolite
putare & dicere,patrē habemus Abrahā. Sed quare
non reprehendit eos Chriſtus, ſiquidem ſæpe ſerue
rant & Aegyptijs,& Babylonijs, & alijs multis? quo-
niam nolebat cum his contendere, niſi ad ſalutem
tantùm & beneficium, ad quod tantùm properā-
bat. Potuiſſet nāque in mediū eorum quadraginta,
inde ſeptuaginta,inde ſub iudicibus nūc uiginti,nūc
duorum,nunc ſeptē annorum afferre ſeruitutē,præ-
terea quòd nunquā ſerui eſſe deſierint : ſed eos non
hominū ſeruos oſtendere uoluit,ſed peccati, quę ſer
uitus eſt grauiſſima, à qua ſolus de⁹ liberare poteſt, L
Dimittendi.n. peccatum poteſtatem nemo habet
præter deū:quod & ipſi cōfeſi ſunt,ideo ad hoc eos
adducit,dicitq; : *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.*
Vt quam ſeruitutem dicat, intelligant. *Seruus autem
non manet in domo in æternū,filius autē manet in æternū.*
Placidè per legem ſuperiora tollit, ne his ſe uerbis
tueātur:Sacrificia habemus,Moſes mādauit,ille nos
liberare poterit.Hac gratia addidit. Quam nam hæc *Rom.3.c*
conſequentiam habent. Oēs enim peccauerunt, &
egēt gloria dei, iuſtificati gratis gratia ei⁹ & ſacerdo
tes eius? Propterea inqt Paul⁹ de pontifice: Quòd de *Heb.5.a*
bet quēadmodū pro populo,ita pro ſemetipſo offer
re pro peccatis, quoniā & ipſe circundatus eſt infir-
mitate: qđ ſignificat dicendo, Seruus non manet in
domo.Vnde & æqualitatē ad patrem, & liberi & ſer
ui indicat differentiā:quaſi dicat,non habet poteſta
tem ſeruus:qđ p id uerbū,manet,ſignificatur. Quid
autem cū de peccatis ſermonem habet, domus me-
minit? Vt ſe tanquā dominum domus, ita omnium
dominum oſtendat. Ea autē patticula,Non manet: M
hoc eſt, non habet largiēdi quicquā poteſtatem, ut
pote,qui nō eſt dominus: filius dominus eſt, quare
manet in ęternū ſecundum ſolitam nobis translatio
nem.Ne dicerēt,Tu quis es?Mea ſunt oīa: ſum enim *Infr.14.b*
filius, & in domo patris mei manſiones multę ſunt:
cùm.n.de libertate & ſeruitute ſermo ſit, meritò hac
utitur trāslatione, quòd illi nullā habebāt dimittēdi
poteſtatem. *Si ergo filius uos liberauerit.* Ecce eandem
illi cū patre ſubſtantiam. Si filius,inquam, uos libe-
rauerit,nemo iam contradicet,ſed uerā habebitis li-
bertatem.Si deus iuſtificat, quis condemnat? Hic ſe
mundum à peccato oſtendit, & noie tantùm liber-
tatem ſignificat, quam & hoīes dant, illam autem
ſolus deus: & per hoc ſuadet eis,ne propter hanc eru
beſcant ſeruitutem,ſed propter peccatum, quo ab-
iecto non ſunt amplius ſerui:uel potius ſeruos oſten
dit,cū futuros liberos dicit, ſignificat enim eam ue-
ram non eſſe libertatem.Inde ne dicerent,peccatum
non habemus:nam credibile erat hoc dicturos,con
ſidera quo pacto eos accuſat. Omiſsis nāq; reliq̄ eo
rum uitæ criminib. quod in manibus erat, & quod
tunc facere cogitabant, profert in medium & ait:
Scio quia ſemen Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere.

Placidè

A Placidè & pedetētim ab Abrahę cognitione eos ab-
ſcindit,admonens nō eſſe propterea ſuperbiendū:ut
enim libertas & ſeruitus ex opibus, ita & cognatio
iudicatur.Neq; continuò reſpondit nō eſſe ex ſemine
Abrahæ homicidas iuſti, ſed primū aſſentitur: Scio
quia ſemen Abrahę eſtis. Sed hoc nō eſt quod quęri
mus,& iam aſperius inuehitur. Etenim eſt,ut in plu-
ribus,obſeruandū,ut qui magnū aliqd facturus eſt,
poſtquā fecerit magis ſibi fidat, ac ſi operū ſuorum
teſtimoniū omnibus ſilentium imponat. Sed q̄ritis
me iterficere.Quid ſi iuſte? minimè. ideo affert cau-
ſam, *Quia ſermo meus non capit in uobis.* Quomodo er
go inquit in ipſum credidiſſe? qa mutati erāt,ut dixi,
quā obrem uehemētius eos tetigit.Nā ſi illius cogna
tione gloriamini, etiā & uitam præ uobis feratis o-
portet. Et non dixit, Non capitis ſermonē:ſed,ſermo
meus non capit in uobis,ad doctrinæ magnitudinē
ſignificandā:ſed nō propterea interimēdus fuit, ſed
potius honorādus, & colendus,ut diſcerent.Sed ne
dicerent,à teipſo hęc loqueris,ideo addidit: *Quæ ego*
B *uidi apud patrem meum, hæc loquor: & uos quæ audiſtis
apud patrem ueſtrum,facitis.* Quemadmodū, inqt, ego
& uerbis & re oſtendo patrē,ita & uos:nō enim eiuſ
dem tantū ſum cum patre ſubſtātię, ſed & ueritatis.
*Dicunt ei:Nos patrem habemus Abraham: Dicit eis Ieſus:
Si patrem habetis Abraham, opera eius facite. Nunc autē
quæritis me interficere.* Frequēter hoc in loco eorū ani
mos cædis arguit,& Abrahę meminit:qđ facit,ut ab
eius cognatione ipſos abducat, & gloriā tollat,pſua
deatq; non amplius in illo ſalutis ſpē eſſe reponendā.
Nō.n.à natura cognatio,ſed à uoluntate: hoc ut ad
Xp̄m accederent,prohibebat,quòd ſufficere ſibi ad
ſalutē cognationē illam arbitrabantur. Quā aūt ue-
ritatem dicit? quòd æqualis eſt patri,propterea q̄rē-
bāt eū Iudęi interficere. *Quæritis me interficere,quia ue
ritatem uobis locutus ſum,quā audiui à patre meo.* Vt nō
cōtraria patri dicere uideatur,iterū ad patrē cōfugit.
*Dicunt ei:Nos ex fornicatione non ſumus nati,unū patrem
habemus deum.* Quid dicitis? uos patrē deum habetis,
& Chriſtū hoc dicentem perſequimini? Vides pręci-
puè eū dixiſſe patrem ſuum eſſe deū? Cùm ergo eos
ab Abrahæ cognatione excluſiſſet, nō habentes qđ
dicerent, aliud quiddā maius auſi,ſe ad deū referūt,
C à quo etiam honore excludit eos Ieſus, inquiens.
*Si deus pater ueſter eſſet, diligeretis utique me. Ego enim
ex deo proceſsi & ueni. Neque à meipſo ueni, ſed ille me
miſit. Quare loquelā meā non cognoſcitis? quia nō poteſtis
audire ſermonē meū. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſide-
ria patris ueſtri uultis facere. Ille homicida erat ab initio,
& in ueritate non ſtetit:quia non eſt ueritas in eo. Cùm lo
quitur mēdaciū,ex proprijs loquitur:quia mēdax eſt, et pa
ter eius.* Excluſit eos à cognatione Abrahę: & cùm in
de maiora auderent, maiorē ēt plagā infligit, quòd
nō ſolū Abrahæ filii nō ſint, ſed diaboli:ſecundū im
pudētiā uulnus incutiens, & teſtimonia reprehēſioni
bus miſcet. Interficere.n.inqt, diabolicę malitię op⁹
eſt.Neq;.n.ſimpliciter opa dixit:ſed, deſideria : ut &
illū, & eos maximè cędibus delectari, authore inui-
dia,ſignificet. Nā cù nullam haberet præter inuidiā
cauſam,Adam perdidit:quod id uerbum ſignificat,
Et in ueritate non ſtetit:hoc eſt, in uitæ rectitudine.
Cùm enim frequēter ipſum accuſarent,quòd ex deo
nō eſſet, hoc inde prouenire dicit. Ille nanq; primus
Gene.3.a mendaciū peperit,inquiens,In quacunque die come
deritis,apientur uobis oculi. Mendacio ergo primus
uſus eſt diabolus,homines non tanquā proprio,ſed D
ut alieno utuntur,ille ut proprio. *Ego autem ſi ueritā-
tem dico,non creditis mihi.* Vnde procedit, quòd ſine
ulla cauſa uultis me perdere,niſi qa inimici eſtis ueri
tatis? ſin minus, dicite peccatū meum:ideo addidit,
Quis ex uobis arguet me de peccato? Quod aūt dixerūt,
Nos ex fornicatione nō ſumus nati. Nonne multi illi
cito coitu miſcebātur? Tamen hoc omiſſo,illic inſi-
ſtit.Poſtquā aūt non ex deo, ſed ex diabolo eos eſſe
oſtendit:quòd interficere diabolicū eſt, & mēdaciū
dicere, quæ utraq; illi faciebant:iam contrà oſtēdit
amorem,quòd qs dei ſit eſſe argumentum. *Quare lo
quelam meam non cognoſcitis?* Cùm enim ſemper dubi
tarent, dicētes:Quid eſt quod dicit,Quò ego uado,
uos nō poteſtis uenire? ideo inqt, Loquelam meam
nō cognoſcitis. Nā mens ueſtra humi repit, mei ſer-
mones altè erigūtur. Quid ſi nō poſſunt? Non poſſe
hoc in loco,non uelle eſt. In paruis eruditi eſtis, nihil
magnū aggredimini. Cum enim tanquam dei ama-
tores ſe Chriſtum proſequi dicerent, ideo ubiq; pro
bare conatur ſui perſecutionē dei odio, contrarium
amore prouenire. Vnū patrem habemus deū. Ex ho
noribus, nō ex operibus gloriamini. Incredulitas ue- E
ſtra,non me alienū à deo eſſe,ſed quòd deum nō co
gnoſcitis, eſt argumentū. Cauſa autē quòd mentiri
uultis,& diabolum imitari, quod puſilli animi indi-
cium eſt,ut Apoſtolus teſtatur: Cùm.n.ſit inter uos *1.Cor.3.a*
zelus & contentio,nonne carnales eſtis? Quare autē
nō poteſtis? Quia deſideria patris ueſtri uultis face-
re. Curate,cōtendite,adnitimini. Ecce quod nō poſ
ſe,nolle eſt, quod Abrahā non fecit. Sed quę nā ſunt
eius opera? manſuetudo,modeſtia,obſequium. Vos
cōtrà immanes & crudeles eſtis. Et quæ nā fuit au-
dacia ad deum confugere, qui Abraham indigni eſ-
ſent? Cùm minus crimen euitare uellent,in maius in-
ciderunt. Exprobrante nanque Ieſu illis cædē, ad ſui
excuſationē,ut deum defendāt, id facere cauſantur.
Quod cōtra deum eſſe demonſtrat. Illud enim uer-
bum, proceſsi, ipſum inde eſſe, & ad nos ueniſſe ſi-
gnificat:nā cùm illi dicere poſſent, eum aliena quæ-
dā & noua afferre, ideo ſe à deo uenire dicit. Meritò
ergo nō auditis eū,inquit, cùm ex diabolo ſitis,qua
gratia uultis me interficere. Quid in me reprehende-
re poteſtis? ſi hoc nō eſt, cur mihi non creditis? Ita ex F
mendacio & cæde, à diabolo eos eſſe oſtēdens, in-
fert, & ab Abrahā, & à deo omnino eſſe alienos:&
qa odio habent nihil iniuriantē, & quòd eius ſermo
nem nolunt audire:& modis omnibus deo ſe nō eſ-
ſe contrariū arguit, neque propterea eos non crede-
re,ſed quia ipſi contrarii ſunt deo. Etenim qui pecca
tum nō fecit,qui ſe à deo uenire, & à deo miſſum di
cit,qui ueritatē loquitur, & ita ut omnes in teſtimo-
nium aduocet:ſi nō creditur ei, conſtat auditorum
uitio prouenire, quòd carni dediti ſint. Nouit enim
terrenis deditā animā procliuem ad peccandum:id-
circo inqt,Nam pigri facti eſtis auditionibus ueſtris.
Quoties enim terrena neqt homo cōtemnere, quo-
modo poterit cœleſtia contemplari? Quam ob rem
admitamur pro uiribus dilectiſſimi, ut uitam noſtrā
dirigamus,ut mentē expurgemus, ut nullæ nos ſor-
des impediant,augete cognitionis lucē,neque iacite
ſemen inter ſpinas. Qui nō intelligit malam eſſe auā-
ritiam,quomodo maiora cognoſcet? qui his non ab-
ſtinet,quomodo reſiſtet illis? Bonum eſt rapere,non
ea quæ pereūt,ſed regnum cœlorum. Quippe quod *Mat.11.b*

Quim patitur, neq; desidia acqri potest, sed cura & diligentia. Sed qd signat, uim patitur? ui opus est multa: angusta est uia, robusta aia opus est, & generosa, raptores poccupare adnituntur, nihil respiciũt, nõ accusationẽ, nõ damnationẽ, nõ supplicium, illud solũ curãt, ut p̃currant cæteros. Rapiamus ergo regnum cœlorum: quæ rapina nõ crimini, sed laudi datur: crimen est, si non rapitur. Non enim alterius damno diteſcim⁹, sed nitamur ergo: & licèt ira, & cupiditas nos perturbet, naturæ uim inferamus, mansuetudini assuescamus, parũ laboremus, ut ppetuò quiescamus. Noli aurũ rapere, sed diuitias, quarum cõparatione aurum lutũ esse apparet. Dic qso, plumbo tibi & auro proposito, quid potius raperes? nónne aurũ? ubi qui rapit punitur, maius honoras: ubi q rapit honoratur, maius prodis: quòd si utrinq; puniretur, num sanè ad hoc magis uenisses? Hic nihil tale in manib. est, sed beatitudo. Et qũo põt quis rapere, inquit? Disperge q̃ habes. Qùousq; n. seruas illa rape, nõ poteris. Propone tibi hominem plenis argento manibus, quoad id tenuerit, nunqd aurũ rapere poterit, nisi id
H prius proiiciat, & expeditus relinquat? Rapiẽtẽ bene expeditũ esse oportet, nequid eum impediat, siquidẽ etiã nũc cõtrariæ potestates sunt obuiæ, ut id nobis auferãt. Quas fugiamus qso, fugiamus, & nullam extrinsecus ansam relinquamus, icidamus funes, nudi à secularib. emergamus. Quis usus p̃tiosarũ uestiũ? Quousq; tandẽ his ridiculis implicamur? quousq; aurum defodiemus? Volebam ab his cessare admonitionibus, sed uos nõ permittitis, qui mihi semper ad monẽdi occasiones & materias prębetis: sed nũc saltem à uitiis desistamus, ut uitæ exẽplo alios erudientes, promissa bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xp̃i, per quẽ & cũ patri gloria, simul & spiritu sancto, in secula seculorũ, Amen.

Homilia liiij. ex cap. octauo.

Esponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne
r *bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus & dixit: Ego dæmonium non habeo.* Impudens quoddã & temerarium malitia est, q̃ cũ magis cõfundi deberet, magis irritatur, ut in Iudæis usuuenit. Oportuit. n. ut Iesu uerbis
I placarẽtur, eius admirati fiduciã, & uerborũ cõstantiã: sed maledicunt ei, & Samaritanũ & dæmoniacũ appellant. Nõne bene dicimus, qa Samaritanus es, & dæmoniũ habes? Altior. n. sermo stultitia apud stultos uidetur. Atqui nõ meminit adhuc euãgelista Samaritanũ Iesum anteà à Iudæis appellatum: ex hoc tamen pẽt intelligi ẽt sæpius eo in Iesum usos uocabulo, dæmoniũ habes. Quis dæmoniũ habet? num qui deum honorat, an q honoribus deũ prosequentẽ contumelia afficit? Quid Christus? Mansuetudine & clemẽtia summa, *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, qui misit me.* Nam ubi docere eos & humilitatis admonere oportuit, ne quòd Abrahæ semen essent se iactarent, uehemens fuit: ubi aũt contumeliæ ferẽdæ erant, mansuetudine utitur. Dicentibus. n. illis, Patrẽ deum & Abraham habemus: in eos inuectus est uehemẽtius: cũ habere dęmoniũ insimulatur, lenissimum se exhibet: ad nos erudiendum, ut q̃ ad deũ pertinent, maiorẽ in modũ defendamus: q̃ ad nos, contemnamus. *Ego non quæro gloriam meam.* Hæc dixi, inquit, quoniam non decet ut deum patrem appelletis, cum sitis homicidæ. Ob eius ergo honorẽ hæc locutus sum, & pp illum hæc audio, & me ihonoratis. Sed nihil mihi curæ est hęc K
contumelia, illi pœnas debetis, cuius gratia hæc audio: ego nõ quæro gloriam meam, i deo omissa uindicta ad doctrinã uertor, & cõsulo q̃ faciatis, ex quibus non modò supplicium uitabitis, sed ęternam uitam consequimini. *Amen dico uobis, siquis sermonem meum seruabit, non uidebit mortem in æternum.* Hic non modò fides intelligẽda est, sed uitę etiã puritas. Et sũ *Sup. 6. d.*
perius ait, uitam æternam habebit: hic, mortem nõ *e.*
uidebit: simul ac significat, nihil se ab eis posse accipere detrimẽti. Nã siquis eius sermonẽ seruat, nõ moritur, longè minus ipse. Tunc Iudęi: *Nunc cognoscimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ mortui sunt.* Hoc est, q dei sermonẽ audierũt, mortui sunt: & qui tuum audierint, nõ morientur? *Numquid tu maior es patre nostro Abraham?* O inanẽ gloriã, iterum ad eius confugiunt cognationẽ, atqui consequens erat ut dicerent, nũquid tu maior es deo? aut qui te audiunt, maiores sunt q̃ Abraham arbitrabatur? Primũ ergo eos homicidas arguit, hinc ab Abrahæ cognatione separauit. Et cũ persisterent, alia uia aggreditur, ostẽdens frustra eos laborare: & de mor L
te nullum facit uerbum, neq; exposuit quam mortẽ intelligeret. Admonet autem se q̃ Abraham superiorem, ut reuererentur, ĩmo & qualiscunq; esset, nõ tamen innocuum morte esse mulctandum. Quòd si ueritatẽ uobis dico, & peccatũ non habeo, & à deo sum missus, & melior q̃ Abraham, nónne insanitis? nónne frustra laboratis, cùm me tẽtatis interficere? Quid illi? Nunc cognoscimus, quia dæmonium habes. Verùm non ita Samaritana: sed tantùm, Nunqd *Sup. 4. b*
tu maior es patre nostro Iacob? Iudæi contumeliosi erant & superbi: illa discendi cupida, ideo dubitauit, & debita cum modestia respondit, & dominum appellat: qui enim longè maiora pollicebatur, & dignus fide erat, nõ erat iniuria lacessendus. Hi dæmonium habere dicunt: illa dubitantis, hæc incredulorum & malignorũ uerba erant. Nunqd tu maior es patre nostro Abraham? Itaq; hoc maiorem eum facit, q̃ Abraham. Cùm autem abeuntẽ uideritis maiorem esse confitebimini: propterea dicebat, Cũ exal- *Hic sup.*
taueritis me, tunc cognoscetis quia ego sum, Et in- *d.*
tuere prudentiam. Primũ à cognatione eos abscindit, & se maiorem illo ostẽdit, ut ex multa excellẽtia M
prophetis quoq; maior intelligatur: cũ. n. semper prophetam appellarint, ideo inquit: Sermo meus nõ capit i uobis. Illic nanq; dicebat, mortuos suscitare: hìc aũt nõ uisurum mortem qui credit: quòd longè maius erat, quare magis exasperati sunt, dicentes: *Quem teipsum tu facis?* Et hoc contumelioſẽ, tu tibi blandiris inquiunt. Quibus Christus. *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.* Quid hoc in loco dicunt hæretici? Interrogatus, nunquid tu maior es patre nostro Abraham: non ausus est palàm affirmare, sed latenter innuit. quid igitur? Nihil est gloria eius? Ad illos nihil. Sicut enim cùm dicit, Testimonium meum nõ *Supr. 5. e.*
est uerum: secũdum eorum opinionem locutus est: ita hoc in loco. *Est qui glorificat me.* Et cur non dixit, *Pater qui misit me, quem uos dicitis, quia deus uester est, & tamẽ non cognouistis eum?* Voluit ostẽdere, quòd nõ solùm patrem ipsum ignorarent, uerumetiã deum. *Ego autem noui eum.* Itaq; si me scire dicerem, non superbus essem: si nescire, mendax: uos autem qui eum scire profitemini, mendaces estis: *Et itidem ego mendax essem, si eum me scire dicerem.* Si ego glorifico

A me. Cũ dixissent, Quem teipsum facis? inquit: Si quẽ me ego facerem, gloria mea nihil est: quẽadmodũ ego eũ certè noui, ita uos ignoratis. Et ut non oĩno
Hic supr. d. eos ab Abrahã separauit, sed inquit, Scio quòd semẽ Abrahæ estis: ut magis in ipsos iuehereturꝫ ita hic nõ totũ abstulit, sed inquit, Quem uos dicitis: & uerbis gloriã tribuens, grauius crimen reddidit. Quomodo autem eum ignoratis? quoniã qui pro ipso oĩa & facit & dicit, ut glorioſum reddat, cõtumelia afficitis, cùm ab eo sit missus. hoc autem probatum non est, probabitur aũt in sequẽtibus: *Et sermonem eius seruo.* Hoc, siquid habebãt, poterant reprehẽdere: magnũ nanq; erat argumentũ, ab eo missum. *Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meũ: uidit, et gauisus est.*
Gen. 22. e Iterũ illos Abrahæ alienos probat, siqui ex his, qbus ille gauisus est, tristantur. Diem autẽ meũ, hoc in loco crucẽ mihi significare uidetur, quẽ in arietis oblatione Isaac præfigurauit. *Ad hæc illi: Quadraginta annos nondum habes, & Abrahã uidisti?* Ac si propè iã ad eam accederet ætatem. *Dicit eis Iesus: Priusquam Abra-*
B *ham fieret, ego sum. Et acceperunt lapides, ut iacerẽt in eũ.* Animaduerte qũo se maiorem Abraham confirmauit. Si. n. gauisus est uidere diem eius, idq; operæ pretium duxit pp beneficiũ inde prouenies, gauisum
Mat. 13. g et Ma. 6. a constat, & quòd longè maior esset. Nam cùm Iudæi fabri filiũ eũ appellarent, neque amplius quicquã de eo imaginarẽtur, paulatim eos ad maiorẽ sui cognitionẽ erigit. Cùm ergo audierunt se deũ nescire, non ægrè tulerunt: cũ aũtẽ, priusquã Abrahã fieret, ego sum, pinde ac si ipsorũ nobilitas degeneraret, exasperantur, & lapides iaciũt in Iesum. Vidit diẽ meum, & gauisus est: significans non inuitũ se ad passionẽ uenire, siquidẽ laudat q in cruce delectatus est, q̃ salus mundi erat. Illi aũt lapides iecerunt, adeò proni erãt in cędes, & ueritatẽ cognoscere negligebant. Sed cur nõ dixit, Priusquã Abrahã fieret, ego eram: sed, sum? Quemadmodum pater hoc uerbo, sum utitur, ita & Iesus: significat. n. perpetuò esse ab omni liberũ tẽpore, propterea blasphemũ eis uerbũ uidetur. Quòd si ad Abrahã comparationẽ, quanuis per uim nõ tulerunt, quomodo tulissent ad patrẽ? *Fugit ergo iterum*
C *Iesus*, Vt hominem præstaret, *Et absconditur*, cùm satis eos admonuisset: & impleto officio suo, *Eximit de templo*, Et se ad sanandum cæcum contulit, per opa se ante Abrahã esse confirmans. Sed dicet fortasse ali quis, Qua gratia eorũ conatus non cohibuit? ita. n. credidissent. Paralyticum sanauit, & non crediderũt, innumera opatus est, & i ipsa passione strauit eos supinos, & uisum abstulit, & non crediderunt: & qũo si id feciſſet, credidissent? Aĩo enim desperato nihil
Exo. 8. et seq. usque ad. 15. peius, quãuis signa, quãuis miracula uideat, in eadẽ perstat ptinacia. Etenim Pharao multis acceptis plagis, dũ afflictaretur, tantũ sapiebat, ad ultimũ tamen diem idẽ perstitit, persecutus quos dimiserat. Quare
Hebr. 3. c Paulus, ut obduretur quis, inquit, ex uobis fallacia peccati. Sicut. n. uires corporis moriũtur, & omnem sensum amittunt: ita & aĩa cum multis detinetur affectib⁹, uirtuti moritur: etsi qd attuleris, nõ sentit, sed siue suppliciũ, siue quodcũq; aliud minaberis, nullo sanè sensu mouetur. Quãobrem dum habemus salutis spem, dilectissimi, dum cõuerti possumus, oĩa faciamus. Qui. n. non dolent, tanquã desperantes gubernatores naui uẽtis cõmissa, nihil sibi opitulãtur. Cùm. n. inuidus, ut cupiditatem suam expleat, tantũ intuetur, etsi pœna impẽdat, si internecio, eo dun
D taxat affectu posidetur: itidẽ & ipudico & auaro usũ uenit. Quòd si affectuũ tanta uis est, lõgè maior uirtutis: si pp illos mortẽ contẽnimus, lõge magis propter hanc: si illi animam suam contemnunt, qd nos pro salute nostra facere oportet? q̃ nobis erit excusatio, si cum perditi hoĩes tantopere perditioni suæ incumbant, nos pro salute nostra nullã adhibebimus diligentiã, sed inuidia consumemur, qua nihil peius? Inuidus. n. ut proximum perdat, perdit seipsum. Inuidi oculus consumitur dolore, morte uiuit ppetua, oẽs inimicos existimat, etiam nihil iniuriatos, dolet quòd deus honoratur: his lætatur, qbus & diabolus honoratur apud hoĩes: sed hic non honor est. Noli inuidere, si apud deũ honoratur, ęmulare illi, & simi
E lis efficiaris, an non uis? qd ergo & teipsum perdis? quicqd habes proiicis, nõ potes similis illi fieri, neq; uirtuti uacare. Cur malitia imbueris? Cõgratulandũ
Exe. 35. d est proximo, ut etsi in bonis opibus pariter laborare non possis, ex cõgratulatione saltẽ merearis. Sufficit nonnunquã uoluntas ad magnũ bonũ: ideo Ezechiel ppea Moabitas punitos dicit, quòd lætati sunt super Israelitis: & alios quosdã salutẽ cõsecutos, qd
E alienis malis condoluerũt. Quòd si miserẽtibus aliorum malis est aliquod meritũ, multò magis aliorũ honoribus cõgratulãtibus. Reprehendit Moabitas, quòd sup Israelitis lætati sunt, quos deus ultus est: & quanuis ipse puniat, non tamen uult ut eorũ supplicio lætemur, neque. n. uult eos ulcisci: quòd si codo
Nu. 26. d. lendum est ultorũ supplicio, multò magis honoratis non inuidendum. Sic. n. Chore & Dathan perierunt? qbus inuidẽt clariores reddũt, seipsos torquẽt. Fera. n. uenenosa inuidia est, fera immunda & morbus uoluntatis, oĩ uenia & excusatione indigna, omnium malorum & mater, & author: quamobrem radicitus eam euellamus, ut & præsentibus malis liberemur, & futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cùm quo patri gloria simul & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lv. ex cap. nono.

T præteriens Iesus, uidit hominẽ cæcum à natiui-
e *tate, & interrogauerunt eũ discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic, an parẽtes eius, ut cæ* F
cus nasceretur? Humanissimus dei filius, & nostræ cupidus salutis, & ut ingratorũ ora obstrueret, neminẽ obuiũ omittit, quanuis nemo ei attenderet. Quod
Psal. 50. a propheta intelligens, dicebat: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cũ iudicaris. Propterea hoc in loco, cũ sermonum ipsius altitudinem non acciperẽt, sed dæmoniũ habere dicerent, & interficere conarẽtur, egressus è templo cæcũ sanauit, cùm ut absentia sua eorũ iram sedaret, tum ut miraculi beneficio eorum duritiẽ & immanitatem placaret, tum ut suam cõfirmaret orationẽ. Neque paruum operatur miraculum, sed quod tunc primũ contingit. A seculo. n.
Hic inf. f. non est auditum, inquit, quòd aperuit quis oculos cæci nati. Cæci. n. fortasse quispiam oculos aperuit, sed cæci nati adhuc nemo. Et quòd egressus è tẽplo ad illud dedita opera uenerit, inde perspicuũ est. Ipse uidit cæcũ, non ad ipsum cæcus accesit, & tam diligenter eum intuitus est, ut discipulos ad interrogandum conuerteret. Visu enim Iesu adeò in illum conuerso interrogarunt: *Quis peccauit, hic, an parẽtes eius?* Absurda interrogatio. Quomodo enim peccauit antequam natus esset? Quomodo parentũ peccatis pu

G nitus est? Quo ergo ad hāc uenerūt interrogationē? Anteā sanato paralytico, dixit: Ecce sanus factus es,
Sup. 5. c. & noli amplius peccare. Cognoscētes itaq; discipuli illum propter peccatū in paralysim incidisse, dicūt, cōcedatur illum propter peccatū paralyticū de hoc quid dicis? hic peccauit? quod est absurdum, cū esset a natiuitate cęcus: an parentes eius? sed neq; hoc, siquidem pro patre filius nō punitur. Quemadmodū igitur puerum aliquo morbo affectū uidētes, dicimus: Quid de hoc dicēdū est? quid commisit puer? nō rogādo, sed dubitādo: ita nūc discipuli dubitāt potius quàm percontarentur: quid Christus? *Neq; hic peccauit, neque parētes eius.* Hoc nō absoluit eos à peccato. Non.n. simpliciter dixit, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed addidit, *Vt cæcus nasceretur, ut glorificetur filius dei.* Peccauit nanq; hic, & parentes eius, sed non ppea cæcus est. Hæc autem dixit, non quòd hic propterea cęcus non esset, & alij quidem propter parentum peccata uisum amiserint. Neque.n. est peccā te alio aliū puniri: nā si hoc concesserimus, concedemus & ante natiuitatē peccasse. Vt ergo dicēdo, Neque hic peccauit: non intelligit à natiuitate peccare
H quēpiam, & puniri: Ita dicendo, Et parentes eius: nō est intelligendum, quòd pp parentes puniendi sint filij. Nā Ezechielis testimonio hanc tollit dubitatio-
Exe. 18. a nē, Viuo ego dicit dominꝰ, si erit parabola hæc qua dicitur, Patres uestri comederūt uuam acerbā, & dē-
Deu. 24. c tes filiorū obstupescūt. Et Moses inquit: Non morietur pater pro filio. Et de quodā rege inqt, quòd propterea id non fecit, seruans legē Mosi: quòd siqs di-
Exo. 20. a ceret, Et quo scribitur, qui reddit peccata parentum in filios, in tertiā & quartam generationem? Illud respondebimus, non esse communem omnibus sentētiam, sed in quosdā qui ex Aegypto egressi sunt: hoc est, ex quo ex Aegypto egressi, post signa & miracula parentum peiores facti sunt, eadē quæ patres sui patientur, cū eadem audeant. Et quòd de his sermo habeatur, si quis diligētius leget, certò intelliget. Qua ergo gratia cæcus natus est? Vt manifestetur gloria dei. Occurrit alia dubitatio, an aliter poterat gloria dei manifestari. Quid ni? Neque.n. dicit non potuisse, sed ut manifestaretur. Ergo iniuriā propter dei gloriam accepit? Quā iniuriam, dic quæso, si eum nō cōtempsit, sed ex cęcitate beneficia cōtulit? Vidit enim
I interioribus oculis. Quid oculi Iudęis cōtulerūt? Maius suppliciū, cùm uidendo cęci essent. Quid cęcitas huic obfuit pp quam uidit? Itaque ut mala huius uitæ mala non sunt, ita neq; bona, sed peccatū duntaxat malū. Cęcitas non est malum. Qui uerò qd nō erat, ut esset effecit, poterat & sic dimittere. Quidā dicunt hanc particulā, ut, non esse causalē, sed euētus: ut illud, In iudiciū ueni in hunc mundum, ut non uidentes uideant: & qui uident cæci fiant. Non.n. ue-
Hic inf. g nit, ut uidentes fierent cęci. Et Paulus: Quia qd notū
Rom. 1. c. est dei, manifestū est illis, ut sint inexcusabiles. At nō ppea manifestauit, ut priuarentur, sed ut consequerentur excusationē. Et alibi: Lex autē subintrauit, ut
Ibidē. 5. d abundaret delictum. Verū non ppea subintrauit sed ut prohiberetur peccatū. Ecce his in locis euentus aduerbium, tanquam.n. optimus quidā domus dispensator partim perfecit, partim imperfectū reliqt, ut per hæc de uniuerso incredulis rationē redderet: ita & deus tanquam domum quandam ruinam minantem, corpus nostrum coglutinat & perficit, manum aridā sanat, dissoluta mēbra corroborat, clau-

dos dirigit, leprosos mūdat, ægrotos excitat, debilia K
crura cōfirmat, mortuos ad uitā reuocat, lippos oculos purificat, non habentib. largitur: q̄ oia cū naturalis sint imbecillitatis, meliora Xps efficiens, suam indicat potestatem. Hāc autem particulam, *Vt manifestetur gloria dei*, De se, non de patre dicit. Patris.n. gloria manifesta erat. Nam cū ex limo formatum à deo hoiem audissent, ideo Christus nunc oculū finxit. Si.n. dixisset, Ego ex terra formaui hominē, arduum uisum esset auditoribus, re autē ostensum iam negari non poterat. Quamobrē ipse in sputo, & puluere commixto, absconditā gloriā manifestauit: neq; enim paruum erat, ut creaturæ opifex putaretur. Ab hoc.n. & alia aggressus est, & à parte totū est creditū. Maioris nanq; fides, minus ēt cōfirmat. Vniuersę enim creaturæ homo est pstantissimus, & inter mēbra nostra oculus: ppea non simpliciter, sed hoc modo oculos effinxit. Nā licēt portione paruus sit, maximè tamē necessariꝰ, ut inqt Paulus: Et si dixerit auris, nō sum oculus, non sum de corpore: nū ideo nō
1. Cor. 12 est de corpore? Quæcunque.n. in nobis sunt, diuinæ sunt sapiētię indiciū: multò magis oculus, q̄ totū corpus gubernat ac regit. Oculus ornat, nō os tātū, sed L
totū corpus. Oculus lucerna est oium membrorū. Quod.n. sol mundo, hoc oculus corpori. Extincto Sole oia perduntur & perturbantur: ita amissis oculis, pedes inutiles sunt, & manus & aīus. Corrumpitur.n. cognitio, his deū cognouimus. Inuisibilia.n. *Rom. 1. b.*
ipsius à creatura mundi, per ea q̄ sunt intellecta conspiciuntur. Non.n. corporis lucerna tantùm oculus est, sed animæ potius. Quare ut in regio quodam loco, in altiore corporis parte sedē sortitus est, & cæteris præfertur sensibus. Hunc igitur formauit Xps, & ne materia eū nunc, neq; in principio luto indiguisse arbitrareris: qui.n. maiora, cùm nihil essent, sine materia effecit, lōgè magis & hęc effecisset. Vt ergo itelligas nō necessitatis causā hoc fecisse, sed esse eo. cū quę in principio facta sunt opificē, illato luto inquit: *Vade, & lauare*. Vt intelligas nihil mihi luto opus esse ad fingēdos oculos, sed ut manifestetur in eo gloria mea. Quod aūt de se dixerit, Vt manifestetur gloria dei addidit, *Me oportet facere opera eius qui misit me.* Hoc est, manifestare meipsum & facere eadē quę pater: non similia, sed eadē: quod maioris est conueniētiæ, neq; de his etiam, quæ uel minimùm differūt dici potest. Quis ergo cōtradixerit, cū eadem quæ pater operatus sit? Neque.n. tātùm finxit oculum, aut M
aperuit, sed uisum largitus est: quod sanè argumētū est ēt animam inspirandi, qua non operante, oculus etiā perfectus minimè uidere potest. Quare & aię ui gorem, & membrū arteriis, neruis, uenis, sanguine, & cæteris oibus ex quibus corpus nostrum constat perfectum, largitus est. *Me oportet operari, dum dies est.* Quid hoc significat? quā habet consequentiā? Sanè magnū hoc est, Donec dies est, dū licet hominibus in me credere, dum hæc durat uita laborandum est. *Venit nox*. Hoc est, futurum tempus. *Quando nemo potest operari.* Non dixit, quando nō potero operari: sed, nemo potest operari: id est, quādo nō est amplius fides, neq; labores, neq; pœnitētia. Quòd enim opus fidem appellet, dicūt ei: Quid facimus, ut operemur opera dei? Respondet, Hoc est opus dei, ut credatis *Supr. 6.*
in eum quem ille misit. Quo ergo hoc opus nemo potest tūc operari? quoniā fides nō est, sed uelint nolint oēs acquiescent ueritati. Verùm nequis ad ambitionem

A bitionē hęc referret, eorum gratia oia facere profitetur, qui in hac tantū uita habēt credendi potestatē, & nusquā alibi quicq̄ sibi posūt proficere. Ideo neq; accedentē ad se cęcum curauit. Nā quòd curari mereretur, & si uidisset, credidisset, & procurrisset ad Iesum: neq; si p̄sentē à quoquam audisset, accedere neglexisset, ex sequētibꝰ cōstat, ex eius uidelicet fortitudine, & fide. Poterat.n. secū cogitare, & dicere, Quid hoc? lutum fecit, & liniuit oculos meos, & dixit, Vade, lauare: non potuit me prius curare, & inde ad Siloam mittere? Sæpenumero illic me laui, & multi mecum, & nihil profeci. Si quid posset, corā ostendisset, quemadmodū & Naamā aduersus Heliseū dicebat.
4. Re. 5. c & *Luc. 4. c* Iussus.n. lauare se in Iordane non credidit, cū magna esset tunc Heliseī opinio. Cęcus aūt nō diffidit uerbis Iesu, neq; cōtradixit, neq; quicq̄ cogitauit hmōi, Quid lutum illinere oportuit? hoc potius cęcū redderet: Quis unquā hoc pacto curatus est? Nihil tale reputauit. Ecce fides firma & prōpta. Venit nox. Qđ indicat post crucē, impios sibi curę futuros, & multos alliciendos. Adhuc dies est, post quē penitus eos
B absc̄indit, ut statim significauit. *Quandiu in mundo*
Infr. 12. f *sum, lux sum mundi.* Quod & alio in loco dixit, Credite donec lux uobiscū est. Cur ergo Paulus noctē pręsentē uitā appellauit, Christus diem? idē dicit, nō uer
Rom. 13. d bis, sed sniā: inquit enim, Nox præcesit, dies aūt appropinquauit. Noctē pręsentē uitā appellat, quoniā in tenebris uersamur, uel pp eius ad diem illā cōparationem. Christus aūt noctē futurum tēpus appellat, quoniā peccatores nihil operari poterūt. Nox à Paulo præsens uita appellatur, quia in tenebris sunt, q̄ in peccatis & incredulitate degunt. Quamobrē fideles alloquēs ait: Nox p̄cesit, dies autē appropinquauit, ac si luce illa essent fruituri, & noctē ueterem uitā in-
Ibidem. tellexit. Abiiciamus, inquit, opera tenebrarum. Ecce quod illis noctē esse dixit: quare prosequitur, Vt ī die honestè ambulemus, ut lucē illā consequamur. Nā si huius seculi lux tam pulchra est, cōsidera qualis illa futura sit: quantò enim solaris lux lucernæ lumē excedit, tantò, imo longè magis illa solarem, qđ inde significauit: Sol obscurabitur, ad illius uidelicet splēdoris cōparationem, ut nō appareat. Quòd si in hac
C uita ut splendidas nobis domos, & salubres cōparemus, magnā pecuniarum uim ædificādo anxij cōsumimus: cōsidera qui nobis subeundi sint labores, ut clarissimā nobis in cœlis domū ædificemus, ubi lux illa ineffabilis. Hic.n. & pugnæ & cōtentiones de terminis & parietibus, illic minimè, nulla inuidia, nullus liuor, nulla de limitibus cōtentio: & hęc sine dubio relinquenda, illa perpetuò permansura sunt: hęc tpe consumitur, & multis subiecta est periculis, illa perpetuò manet: hanc pauper sibi cōparare nō pōt, illam duobus potest obolis quiuis emere: ut uidua
Luc. 21. a illa. Quamobrē q̄iam molestissimè fero, quòd tot nobis bonis propositis desidemus, animo deficimꝰ: & ut hìc splendidè habitemus, oia facimus: ut autē in cœlo paruum uel cōparemus hospitium, nihil curamus, uel laboramus. Dic quæso, ubi hìc domū habere uelles, in deserto, an in aliquo paruo oppidulo? Nō puto, sed in regiis & magnis ciuitatibus, ubi & rerum copia, & maior nobilitas. Ego tibi talē ciuitatē propono, cuius opifex & author deus est, in qua domū minori q̄ hìc sumptu, minori labore cōdere atq; ædificare poteris. Aedificāt eā manus pauperū, hæc optima ædificatio summa sapientia, sicut q̄ hìc faci-

mus summa dementia. Etenim si quis te in Persidem D
uisurū regionē illam, & mox reuersurum duceret, iuberetq; ut illic domum strueres: nōne eius amētiam reprehēderes, ac si inutilem suaderet impensam? cur non idem in hoc mundo facis: quem paulò pòst relinques? Sed filijs relinquā, inquies: at illi paulò pòst te ēt sequentur, nonnunq̄ præcedent, itidē & eorum posteri, quod ēt te anxium reddet, cū hæredes tuos non diutius possessuros uideas: illic aūt nulla hmōi suspicio, sed immutabilis & tibi, & filijs, & nepotibus manet possessio, si eandem uirtutem imitabuntur. Illam domum Christus ædificat, quo ædificante nō opus est alium opificē accersere, neq; ulterius laborare. Cū deus opus faciēdum suscipit, quid amplius curādum? Ille necessaria colligit, ille opus erigit: neq; hoc tantū mirādum, sed qđ etiam satis, superq; optimum, & suprā q̄ optare possis ædificium construit: quippe qui optimus opifex est, & maximè tuæ studet utilitati. Ēt si pauper es, & uolueris hāc domum ędificare, nullā tibi pariet inuidiam: nemo enim inuidus illud domiciliū intuetur, sed angeli tuis bonis lętātur, nemo illud contēnere poterit, nemo hoc mor E
bo laborans illic habitat. Vicinos ibi sanctos, Paulū, Petrum, prophetas, martyres, angelorū cœtus & archangelorū habebis. Quibus rationibus omnia nostra in pauperes conferamus, ut illa habitacula consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia. lvi. ex cap. nono.

Aec cū dixisset, expuit in terram, & fecit lutum
b *ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius.*

Qui aliquam ex lectionibus utilitatem consequi uolūt, nihil his prætermittendū est, propterea *Sup. 5. f*
scrutari iubemur scripturas. Multa.n. quāuis in his facilia uideantur, magnā tamen sniæ profunditatē habent latentem. Considera propositū textum: Hæc cū dixisset, expuit in terrā. Cur hoc: Vt manifestetur gloria dei. Et quia oportet me facere opera eius qui misit me. Nō enim ab re quæ dixerat, reduxit nobis in memoriā euangelista, & subdidit, expuisse: sed ut uerba sua operibus confirmasse ostenderet. Et cur nō aqua, sed sputo usus est? Missurus eum erat in Si- F
loam, nequid ergo fonti adscriberetur, sed ex ore eiꝰ uirtutem processisse itelligeretur, qui illius oculos & finxerit, & aperuerit, inspuit in terrā, hoc euangelista significās inquit: Et fecit lutum ex sputo. Inde ne ex terra eā processisse uirtutē suspicaretur, lauare iussit, propterea ut cæci fides pateret, & perfidiam Iudęorum argueret. Nā credibile erat à pluribus abeuntē illitis luto oculis uisum, & re insolita omniū in se oculos conuertisse. Cū.n. non facile esset creditu cæcum uisum recuperasse, multos uiæ longitudine testes, & diligentiores spectatores rei insolētia cōparat, ut attentiores facti, iam non possent an is esset dubitare. Præterea ueteri legi se non repugnare ostēdit, cū ad Siloam mittit. Neq; illud erat suspicandum, an aquæ illius uirtute uisum acceperit. Multi enim sæpe illic oculos lauerant, nullam gratiam cōsecuti, sed tunc fuit uirtus Christi, quæ id operata est: ideo interpretatus est euangelista Siloam, quod est missus, ut in- *Siloa.*
telligas illic à Christo curatū, ut Paulus inquit: Bibe- *1. Co. 10.*
bant aūt de spiritali consequente eos petra, petra au *a*
tem erat Christus. Quemadmodū ergo Christus petra erat spiritalis, ita & Siloa erat spiritalis. Mihi autē

G uidetur repentinā aquæ efficaciā arcanum nobis significare mysterium. Quodnā? Admirabilē, & præter omnium spem apparitionē. Sed intuere cæci animum in oībus parentē, præbuit os, nihil solicitus an lutum esset, an sputū, & qd sibi Siloa opus esset, etsi hoc, cur illo? Non cur lutum liniret super oculos, aut cur lauari præceperit, nihil tale reputauit: illud dunta xat curauit, ut pareret, in oībus imperāti: & in nullo perturbatus est. Quòd siqs rogaret, quo abluto luto uiderit, me modū nescire profiteor: & quid mirū si nescimus? Neq; n. euāgelista, neq; ipse qui curatus est, norat: sedi factū uidit, modum reprehēdere non potuit, qd interrogatus respōdit: *Lutum imposuit oculis meis, & laui, et uidi.* Ratione ignorauit, licèt sæpius interrogatus. Itaq; *uicini, & qui uiderāt eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nōne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est.* Magnitudo rei ad in credulitatē trahebat, licèt tot modis essent ad credē dum allecti. Alij aūt dicebāt: Nōne hic est q sedebat, & mendicabat? Papæ quo dei descēdit humanitas? Benignissimè mēdicos curat, Iudæis silentiū iponit, H quòd nō claros & generosos uiros, nō principes, sed obscuros & sua dignos prouidentia ducebat. Venerat. n. ad omniū salutē: & ut in paralytico, ita in hoc factum est. Neq; n. ille qui se curasset norat, neq; hic: quod pp. Christi discessum accidit, q semper ad subueniendū indigentibus properabat, ut oīs signorū dubitatio tolleretur. Qui ergo eum nō uidebāt, quo ad gratiam loquebantur? Sic cōfirmabāt miracula: neq; enim ostiatim hic cæcus mēdicabat, sed sedebat ad tēpli ianuā. Dubitātibus ergo oībus de ipso, respondit: *Ego sum.* Nō puduit cæcitatis, neq; populi furorē ueritus est. Nihil dissimulauit beneficium prę dicare. *Dicunt ei: Quo aperti sunt tibi oculi? Respōdit eis: Ille homo, qui dicitur Iesus.* Quid dicis? hmōi homo operatur? Sed nihil adhuc de eo magnū opinabatur. *Fecit lutum, & unxit oculos meos.* Verax sanè, non dicit unde fecerit, qd nō uiderat, sensit aūt ungi. Et dixit. mihi: Vade ad natatoriā Siloæ. Et unde norat Iesum locutū? Ex sermone quem ad discipulos habuerat. Rem testificatur, modū ignorat. Nā si in his q̄ sensu & tactu percipiuntur, fide opus est, longè magis in his q̄ uideri nō possunt. *Et dixerunt ei, Vbi est ille?* Clamantes iam cōtra ipsum. Intuere hic Christi humilitatē. Curatos dimittebat, quippe qui non glorīā, nō populi plausum, nō digito monstrari uolebat. Et ui de quoniam uerè cæcus ad oia respōdet. Quærebāt illi ipsum inuenire, ut eum ad sacerdotes adducerēt: cū non inuenirēt, illum ducunt ut melius interrogaretur. Ideo euangelista sabbatum fuisse dicit, ut prauam eorū mentē ostendat, & cur Iesum quærerent, ut ansam aliquā haberēt calūniandi miraculum pp legis trāsgressionē: & hoc constat quòd statim, quo oculos ipsius aperuerit, interrogarunt. Et considera eorū uerba. Nō dicunt, qūo uidisti: sed, qūo aperuit tibi oculos? ut darent ei materiam opus illud calumniandi. Ille aūt tanq̄ non ignarus rei, breuiter respondet, Neq; n. Iesu meminit, neq; quòd dixerit, Vade, lauare: sed tantùm, *Lutum fecit, & imposuit super oculos meos, & laui, & uideo.* ac si maximo in crimine Christum deprehēdissent, ita mouentur: quasi dicerent, Ecce q̄ Iesus operatur. Tu aūt cæci constantiam intuere. Quòd. n. primū ab illis interrogatus dixerit ueritatem, minimè mirum est: nunc uero admirandū, quòd perterritus neq; negat, neq; prioribus uerbis contradicit. Quid Pharisæi, uel alij potius? Adduxe- K runt eum tanq̄ negaturum, sed cōtrà euenit, manifestius qd nolebant intellexerunt. quod semper cōtingebat, ut apertius in sequentibus ostendemus. Quid Pharisæi? *Quidā* (non oēs: sed pertinaciores) *dicebāt: Hic homo non est à deo, quia sabbatum non custodit. Alij aūt dicebant: Qūo potest homo peccator hæc signa facere?* Ecce quòd signis allicicbantur. Nam qui antea miserant, ut adduceretur: audi qd nunc, etsi non oēs, dicant. Etenim licèt principes gloriæ cupiditate in incredulitate persisterent, multi tamen crediderunt, quātuis nō cōfiterentur: populus aūt inglorius erat, utpotè qui nihil in synagoga poterat, principes clariores difficilius acquiescebant. Hos igitur principatus amor, illos metus cōtinebat: quare inquit, Qūo *Sup.5.g* potestis credere, qui gloriam ab hominib⁹ accipitis? Et ipsi quidē qui iniustè interficere conabantur, dei se esse dicebāt. Qui cæcos curabat, eū ex deo esse nō posse, eo quod sabbatū non seruasset, qd alij negāt: quoniā peccator hęc signa facere non pōt. Illi malignè omisso miraculo, q uidebatur trāsgressio, adducunt in mediū. Nō. n. dicūt, in sabbato curat: sed sab L batum nō custodit. Hi infirmè subticent, probandū nanq̄ erat non soluisse sabbatū. Ex signis tantū confirmāt: neq; immeritò, adhuc hoiem eum arbitrabātur. Quòd si deum nossent, aliter eū excusare potuissent, quòd uidelicet sabbati dominus esset, & illud secerit: sed nondū hoc sentiebāt. Nemo tamē audebat sniam suam palā facere, sed dubitabāt, partim timore, partim ambitione. Schisma ergo erat iter eos, qd prius in populo ortum est, inde in principibus: & alij quidē bonum esse dicebāt, negabant alij, quòd deciperet turbā. Vides stultiores multitudine principes ēt se scindentes? Nō tamen generosum quicquā præ se tulerunt, cū Phariseos instare intelligerent. Quòd si oīno se scidissent, cognouissent fortasse ueritatem: potest. n. qs rectè scindi, idcirco inquit: Nō ueni mit- *Mat.10.d* tere pacē in terrā, sed gladium. Est & mala cōcordia, *Gen.11.a* & discordia bona. Siquidē qui turrim ædificabāt, cōcordes erāt in malo suo, inde etsi inuiti, ad bonū tamen dissenserunt. Et socij Chore malè conueniebāt, *Num.16.* ideo bene diuisi sunt. Et Iudas cū Iudęis prauè cōsentit: est ergo bona discordia, & cōcordia mala. Quā- M obrem ait: Si oculus tuus scādalizat te, erue eū: & si pes, abscinde. Quòd si mēbrū malè cōiunctum ab- *Mat.5.e* scindēdum est, nōne lōgè magis praui amici? Quare cōcordia non semp bona, sicut neq; discordia mala. Dico hoc, ut malos fugiamus, sequamur bonos. Nā si mēbrum insanabile metu ne reliqua corrūpat, inci dimus, non quòd illud negligamus, sed ut seruemus cętera: quāto magis in his, q malè nobis iuncti sunt, ita faciendū? Quòd si eos meliores reddere possem⁹, & nobis nō officeremus, oīa essent faciēda: sin incorrigibiles sunt, & nos lædimus, abscindēdi sunt à nobis. Sępe. n. hoc pacto magna proficiūt: unde Paul⁹, Tollite malū de medio uestrum: qd ut eiiceretur, ita *1.Cor.5.d* fecisti. Grauis etenim, grauis est cōuersatio malorū, sed nō tam citò cōtagiū sequtur, aut detegitur, ut prauorū hoium malitia. Corrumpunt. n. bonos mores colloquia mala. Et propheta: Egredimini ex medio *1.Co.15.d* eorū, & segregamini. Nemo malū amicū sibi cōciliet. Nā si perditos filios emācipamus, neq; ueremur naturā, neq; eius leges, neq; ullā necessitudinem: longè *Hie.51.e* magis notos, & cōsuetudine deuinctos fugiemus, si mali erunt. Quāuis. n. nullum inde nobis proueniat

A detrimentū, malas tamen suspiciones uitare nō possumus: Alieni. n. uitam nostrā nō perscrutantur, sed à sociis & consuetudinibus iudicāt. Hęc eadē nuptas
Rom.12.d & uirgines hortor. Præuidētes, inquit, bona non modò in cōspectu domini, sed & hominū. Totis ergo uiribus adnitamur, ne p nos scandalizetur proximus. Vita etenim etsi rectissima sit, si alios erit scandalo, totū amittit. Et qūo potest recta uita scandalizare? Cū pessimorū consuetudo non bonam homini inurit opinionē: cū enim freti, uel ficti cū malis conuersamur, etsi nos non offendimus, alios tamē scandalizamus. Hæc uiris, uxoribus, & uirginibus dicta sint, quorū conscientia, quæ inde mala proueniant, diiudicet. Ego nihil mali suspicor, neq; alius fortasse perfectiorū: si simplicior frater ī tua offendatur pfectione, oportet eius consulere imbecillitati. Quòd si ipse
1.Co.10. nō offenditur, offendetur tamen Gentilis. Paulus au-
g tē iubet, ut simus sine offensione & Iudęis & Græcis & ecclesię dei. Ego nihil mali de uirgine suspicor, diligo uirginitatē. Dilectio malū non existimatur. Maximè hāc uestrā amo cōsuetudinē, neq; possum absur
B dū aliqd de ea cogitare. Sed qūo externis id psuademus? Debemus eorum rationē habere. Quamobrē ita res nostras disponamus, ut nemo infideliū nostra causa iustè possit offendi. Nā sicut q rectè uiuūt, deū glorificant: ita qui prauè, prodiues sunt ad blas-
Mat.5.b phemiā. Sed absit, ut uestrū aliquis sit eiusmodi: uerū ita luceant opera uestra, ut glorificetur pater uester qui est in cœlis: & nos eius gloria perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quē & cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lvij. ex cap. nono.

Icunt ergo cæco iterū: Tu quid dicis de illo, qui
d aperuit oculos tuos? ille aūt dixit: Quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi. Scripturę non simpliciter, neq; temerè, sed q̄ diligentissimè legendę sunt, ne quis scrupulus oboriatur: etenim nō immeritò hoc in loco quispiā dubitaret, cur cū dixerint, Hic homo à deo non est, quia sabbatū nō custodit: inde eum interrogarint. Tu quid dicis de illo, qui aperuit tibi oculos, & nō qui soluit sabbatū? At excusationē
C pro accusatione posuerunt. Quid ergo dicēdū? Non sunt hi q dicebāt, Hic nō est à deo: sed q dissentiebāt dicētes, Homo peccator nō potest hęc signa facere. Cū ergo magis uellent illis silētiū imponere, ne Christum defendere uiderētur, eū q eius uirtutē in se expertus erat, in mediū adducūt, & interrogāt. Tu au tē intuere pauperis sapientiā, q̄ cęteros superauit. Cōfessus est prophetam esse, neq; prauum Iudęorum iudiciū ipsum perterrere potuit, cū dicerent: Qūo potest esse hic à deo qui sabbatum non custodit? *Et nō crediderunt Iudei quòd cæcus fuisset, & uidisset, donec uocauerunt parentes eius qui uiderat.* Tu autē considera quot modis miraculū tegere & abolere conantur. Verùm huiusmodi est ueritatis natura, unde magis oppugnatur, inde magis confirmatur, & quò magis obtegitur, eò clarior euadit: aliter nō esset hoc credi tū miraculū, qd perinde ac si oēs id prędicare conati essent, & Christi studiosissimi fuissent, ita claruit. Etenim eum ēt postmodū calumniari tentarunt dicentes: Qūo aperuit tibi oculos? quasi dicerent, nūquid magia aliqua? qd alibi cū sanandi modū intel-
Mat.12.et ligere nequiuissent, calūniati sunt, in Beelzebub prin-
Luc.11.b cipe dæmoniorū eiicit dæmonia: hic ad sabbati solu

tionē cōfugiunt, & quòd peccator est. Atqui cū sæpe D rius eum interficere, & opera eius arguere tentarent, audēter eos interrogauit, Quis ex uobis arguet me *Sup.8.f* de peccato? & nemo respōdit, nemo eum blasphemiæ arguit, cū se sine peccato profiteretur. Quòd si in aliquo argui potuisset, minimè tacuissent. Nā q dicēte se ante Abrahā esse, lapidibus petierūt, & à deo *Ibidem.g* non esse: & se à deo esse gloriati sunt, cū essent homicidę: & tot miracula faciētē, deo cōtrariū, & sabbatū nō custodire obiecerunt: si uel umbrā aliq̄ criminādi habuissent, nō sanè tacuissent. Quòd si propterea peccatorē uocāt, quoniā sabbatū soluere uideretur, friuolū profectò hoc crimē, & multā eorū arguit temeritatē. Quamobrē his distracti rationib⁹, impudētius quiddā aggrediūtur. *Non crediderunt*, inquit, *quòd cæcus fuisset, & uidisset.* Qūo ergo accusabant, quòd sabbatū non custodiret? Certè tanq̄ credētes. Nōne multitudini, & uicinis q eū cognoscebāt, credi distis? sed, ut dixi, mēdaciū etsi oppugnare ueritatē uideatur, seipsum tamē detegit, & ueritatē reddit clariorē, ut in pśentia cōtigit. Neq; s. n. diceret, nihil certi uicinos: & q eū uiderant attulisse, sed fuisse assimilē, E aduocāt parētes, & inuiti miraculū uerū confirmarunt. Nā parētes maximè eum norant, & cū eum pterrere non possent, quin audenter acceptū publica ret beneficiū, per parentes infirmare miraculū arbitrati sunt. Et uide interrogationis prauitatē, aduocatis in mediū parentibus, ut metū incuterent, uehemētia quadā & indignatione interrogant, *Hic est filius uester:* Et non dicunt, qui cæcus fuerat: sed, quē uos dicitis, quia cęcus natus est, ac si malè faceret, & opera Christi confirmarent. O scelestos, & plus q̄ scelestos: & quis nam pater ita de filio mentiri optaret? tātū nō dicentes, quē uos cæcū fecistis, imo & ubiq̄ cæcū prædicastis, qūo nūc uidet? O demētiā: uestra hæc malignitas, uestrū cōmentū. Dupliciter ergo ad negandū eos impellere conantur, dicēdo: *Et quē dicitis, & quomodo uidet?* De tribus itaq; parentes interrogati, an filius eorū esset, si cæcus fuisset, & qūo uidet. Duo tantū confitentur, tertiū se nescire dicunt, ut magis ueritas probaretur ut nemo pręter ipsum curatū, & maximè ad id testandū idoneū, rē ipsam cōfiteretur. Et quo nā modo ad gratiā locuti essent F parentes, qui eorū quæ norant, aliqua cōticebāt pp metum Iudęorum? Quid ergo dicunt? *Quòd hic est filius noster scimus, & quòd cæcus natus sit: quomodo autem nunc uideat, aut quis aperuerit eius oculos, nos nescimus. Ipse ætatē hab et, ipsum interrogate, ipse de se respōdebit.* Dignum fide ducūt ad sui excusationē, nō est puer, neq; desipit, potest de seipso testimoniū perhibere: hoc aūt dicebant pp metum Iudæorum. Ecce quo- *Sup.5.c* modo iterū euangelista eorum mentem, sententiāq; exponit. Hęc dico, quia cum superius dixerūt, quòd ęqualem se deo faceret: quòd si ea non Christi, sed Iudæorū fuisset sententia, addidisset sanè euāgelista ita Iudæos intellexisse. Cū ergo parētes rursum ad sanatum eos remisissent, iterum inclamant, & palam atq; impudenter. Non quidē dicunt, nega Christum te sanasse, sed pietatis umbra id tentant. *Da*, inquiūt, *gloriam deo.* Nā si parentibus dixissent, Negare filium uestrum esse, & cęcum natum, perquàm ridiculum fuisset: itidē si huic negare suasissēt, manifesta fuisset impudentia: quare non sic dicūt, sed alia aggrediuntur uia, Da gloriam deo, confitere nihil Christum in te operatum. *Nos scimus, quia hic homo peccator est*

G Quare ergo ipsum nō reprehēdistis,cū diceret, Quis
Supr.8.f me arguet de peccato? Vnde eū scitis peccatorem? & cum ille non dedisset,& obuiam Christo factus, nō propterea reprehensus est, sed rogauit eū Christus, *Credis in filium dei?* ut intelligas ita dari gloriam deo. Quòd si non esset æqualis patri,non esset æqualis gloria:sed cū idem qui patrem honorat, honoret & filium,meritò nō arguitur cæcus. Cū ergo expectarent Iudæi,ut parentes miraculū negarent, nihil tale dixerunt. Cū uerò nihil se ex eo cōsecutos uident, iā peccatorē esse calumniantur. Respondet ille: *Si peccator est,nescio:unum scio,quòd cū cæcus essem, nunc uideo.* Nunquid timuit cæcus? minimè.& quo qui Prophetam asseuerat,nunc dicit:Si peccator est,nescio? Nō ita sibi persuadebat, neq; suis uerbis purgando eū à criminibus,neque pp acceptū beneficiū excusandū, sed à re ipsa testimoniū afferendū satius ducit. Nam si post multa uerba dicēte eo, quòd nisi esset dei cultor,nō potuisset hæc signa facere:ita indignati sunt, ut dicerent,*In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Si hoc à principio dixisset,in quā prorupissent insaniā? Si peccator est,nescio:quasi dicat, nihil de hoc in
H p̄sentia dico, nihil pronuncio:illud quidē manifestè noui,& affirmare posum, si peccator esset, non hæc faceret. Quibus uerbis neq; se, neq; testimoniū suū suspectū reddidit, quòd ad gratiā loqueretur, sed rē ipsam testificaretur. Neq; enim efficere poterāt, quin miraculū fecerit:illi aūt iterū ad priora reuertuntur, modumq; curationis diligentius percontātur, more canū uenatione sibi propositā, nūc huc, nūc illuc discurrētes, & ad eundē redeuntes locū,ut assidua per contatione eū ad suam trahant uoluntatē: & aiunt, *Quid fecit tibi? quō aperuit tibi oculos?* Ille confundens eos acrius iam inuehitur:donec enim miraculū disquiri & iudicari oportuit, uerecundius locutus est: cū aūt planè patuit,bona causa fretus, eos audacter aggreditur,aitq; *Dixi uobis semel, & me non audistis, quid amplius uultis audire?* Considera mendici aduersus scribas & Pharisæos fiduciā: tam ualida est ueritas,tam imbecille mendaciū: illa enim ēt imbecilles corroborat,& claros reddit, hoc ēt fortes deprimit atq; debilitat: quasi dicat mendicus, Verbis meis nō attenditis,ideo nihil amplius dicā, neq; respōdebo,
I cum me sæpius frustra interrogaueritis: neq; ut rem sciatis, uelitis audire,sed ut audita calūniemini. *Nunquid & nos uultis discipuli eius fieri?* Iā se discipulis adnumerat:hoc enim significat,Nunquid & uos? Eos p̄terea arguit,& uituperat, & meritò sanè. Cū enim intelligeret hoc eos maximè lædere, ita locutus est: indicium sanè fidentis animi, & ad superna euolantis,& illorū contemnentis insaniā. Ad hęc eius maximā ostēdit dignitatē, cui maximè fidit, & quòd quē admirari & colere deberent, eū contumelia afficiūt: ille tamē non afficitur, sed quod ipsi ad contumeliā faciunt, honoris loco accipit. *Tu discipulus illius*, inquiunt,*sis,nos autē Mosi sumus discipuli.* Sed non sequitur,nō.n.Mosi,nec Christi estis. Si Mosi essetis,essetis & Christi. Idcirco superius inquit Christus: Si crede
Supr.5.g retis Mosi,credaretis & mihi, de me enim ille scripsit. Cum enim ad hos semper sermones confugerent: *Nos scimus,quòd Mosi locutus est deus*. Cuius testimonio? Maiorum aiunt nostrorū:sed nōne maioris authoritatis est,qui hæc per signa confirmat, q̄ maiores uestri? nā à deo uenit, & cœlestia loquitur. Et nō dixerūt,Nos audiuim⁹,quòd Mosi locutus est deus: sed,scimus. Et audita uos Iudęi scire asseueratis, uisa K autē auditis minora arbitramini. Atqui illa quidē minimè scitis,sed audistis:hęc nō audistis, sed scitis. *Cæcus autem,In hoc enim,*inquit,*est mirabile,quòd uos nescitis unde sit*. Et talia signa facit, cum non homo insignis apud uos,neq; clarus, neq; gloriosus hęc possit:ut sit ubiq; manifestum deū esse,neq; ullo humano egere auxilio. *Scimus autē,quòd deus peccatores non exaudit.* Cū.n.anteà dixissent:Quo pōt homo peccator hęc signa facere, eorū innititur sententię & eadē uerba commemorat. Opinio mea,inquit, & uestra consentit,in ea permanete. Et intuere uiri prudentiā. Semper in ore habet miraculum, qđ cū capere non posset,ab eo ratiocinatur. Vides illa uerba, Si peccator est nescio,non esse dubitātis? Absit:norat.n.non esse peccatorē. Ecce nūc tēpori quo respōdet. *Scimus quòd deus peccatores nō exaudit:sed siquis dei cultor est, & uoluntatē eius facit*. Vbi non modò eū à peccatis absoluit,sed acceptissimū deo,& oia dei opera faciē tē demōstrat. Nam cū se Iudęi dei cultores dixissent, ideo addidit,Et uoluntatem eius facit: quasi dicat: non satis est deum cognoscere. Inde miraculum ex- L
tollit,*A seculo non est auditum, quod aperuit quis oculos cæci nati.* Si ergo confitemini deū non exaudire peccatores,& hic signum fecit,quale nemo unquā alius constat oia uirtute assecutū, quæ humanam longè exuperat. Ad quem Iudæi:*In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Donec eum negaturū sperarunt, dignū cui crederent existimarūt,& semel atq; iterū eū uocarunt. Quòd si ei non credendū ducebatis, cur aduocastis? cur iterū interrogastis? Cū uera locutus est,& ideo maxima erat admiratione obseruandus, tūc accusant. Quid autē signat, In peccatis natus es totus? Exprobrant ei cęcitatem:ac si dicant,A prima ętate in peccatis es:quasi ideo fuisset cęcus, quòd nō sequebatur: quē cōsolatus Christus, ait:In iudiciū ego uenio in hūc mundū,ut non uidētes,uideāt:& q uident, cæci fiāt. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et qd dixerat? nūquid suā sentētiā attulerat, & non potius cōem,cū inquit:Scimus quòd deus peccatores non exaudit? *Et eiecerunt eum foras.* Ecce ueritatis præconem,quo sapientiam non impedit paupertas. Vides quot audiuit à principio, & quot pertulit, & M
quomodo uerbis & operib⁹ testatus est? Hæc scripta sunt ad imitationē nostrā. Nā si is qui Christū non uiderat,ante eius hortationē tātū cōfirmat⁹ est,ut in conspectu totius populi homicidæ,furētis,insani, & ei⁹uoce Christū dānare cupiētis,nec assensus sit, nec acquieuerit, sed perq̄ fidēnter eorū obstruxerit,& expelli maluerit, q̄ subticere ueritatem: quantò magis nos,qui tādiu in fide uiximus, q p fidē tot miracula intuiti sumus, q maiora q̄ ille accepimus beneficia, q̄ iteriorib⁹ oculis arcana mysteria cōspicamur? Nos igitur in tātū uocatos honorē,incredibilē pro Xp̄o fiduciā p̄ nobis ferre oportet cōtra eos q aliquid accusare,& loq aduersus Christianos moliuntur: eorū linguę cohibēdæ sunt,neq; temerè eis parcēdū. Hoc aūt facere poterim⁹, si cōfidemus,si scripturis operā dabimus,neq; eas audire neglexerim⁹. Nā si quis attētionē huc ingressus adhibuerit, ēt sine domestica lectione, annuo spatio satis proficere poterit. Neq;.n. hodie unū, cras aliud legim⁹, sed semp idē. Veruntamen nonnulli tam miserè affecti sunt, ut diutius audiendo ne nomina quidē librorū intelligāt, nec pudet, nec uerētur tā negligēter in dei cōtionē ingredi.

Quòd

A Quòd si citharœdus,uel saltator,uel mimus aliquis ad scenā aduocaret ciuitatē,oēs frequenter concurrerēt,& admoniti gratias haberēt, i quo spectaculo diei dimidium cōsumunt,nulli alij negocio uacātes: Deo aūt nos per prophetas & apostolos alloquēte, oscitamus,desidemus, hallucinamur,& plurimùm fastidimus,quare in forū egredimur: in hyeme uerò cū pluuia,& lutum impeditet,domi sedemus:aut in theatris sine tecto,quò à pluuia defendamur. Maxima pars imbre,uēto,frigore,luto, uiæ lōgitudine cōtempta,insani perstiterunt, nulla eos causa domi cōtinet,nulla quin ad spectacula frequentes confluant prohibet:huc sub tectum sine frigoris & pluuiæ iniuria,ad aiæ suę salutem nemo ea alacritate cōcurrit. Sūntne hęc tolerāda? Ideo in illis apprimè edocti, in
B necessarijs q̄ pueruli imperitiores sumus. Quòd siqs te aūt aurigā,aut saltatorē uocaret,contumeliam id duceres,eamq; pro uiribus propulsares:ire aūt ad eo rū spectacula no recusas, & cuius artis nomen fugis, eā ferè oēm prosequeris:cuius aūt & nomen, & res, hoc est,esse & uocari Christianus profiteris,qd nam
B sit,nō intelligis. Quid hac dementia peius? Hæc frequenter uobis dicere statui,ueruntamē ueritus sum, ne frustra,& sine fructu mihi odiū cōparem. Video enim nō iuuenes tantū, sed & senes insanire, quorū gratia maiorē in modū erubesco,cū uideo uirū cani cie uenerabilē,eā labefactantē, & filium secū trahentem. Quid hoc magis ridiculū? quid indignius? filius à patre impudentiā discit, Mordent hæc uos uerba? hoc & ego uolo. Verba uos mœrore afficiant,ut per opera à turpitudine liberemini. Sunt.n.nōnulli multò his frigidiores, quos illorum nō pudet,sed pro re multa uerba faciunt:quos si rogaueris qs Amos sit, quis Abdias,quot prophetę:qd respondeāt,nescīt: de equis,aurigis,sophistis,rhetoribus,quāuis reddāt rationē. Inde q hinc iactura, qd detrimētū sequatur, interrogāt. Propterea ingemisco,quoniā quod sit dānum,qd malum,nō intelligitis. Dedit tibi uitā deus, ut se coleres:tu eam incassum & inutiliter consumis. Quæris,qd sit damnum? Si uel parum argenti amiseris,id omnino dānum appellas: sin totos dies in diaboli operibus consumpseris,nihil omisisse opinaris.
C Opus est in sacrificijs,& precibus uitā oēm impendere:tu ad clamores,perturbationes, obscœna uerba, cōtentiones,intempestiuas uoluptates, magicas, in tuum cōuertis detrimentū: & cū hæc cōmiseris, qd dānum acceperis iterrogas:neq; intelligis oia potius amittenda,q̄ tempus. Aurū amittis,poterit recuperari:amissum tēpus difficulter. Breue nobis in præsenti uita præstatur,quo nisi in necessarijs utamur, quid illuc migrantes faciemus? Dic quæso, si cui filiorum tuorū præciperes,ut aliquā artē disceret, ille autē uel domi,uel alibi tps frustra contereret,possētne apud magistrum excusari? Nōne diceret,cōuenimus,tempus statuisti? Si tibi nō curæ est,ut apud me arti incūbat filius,quo eum erudiemus? Hæc & uobis dicenda sunt. Nā exiget à nobis deus rationem. Vobis,inquiet,tēpus dedi,ut pietatē,ut rectè uiuendi artē erudiremini,cur incassum & inutiliter hoc tēpus cōsumpsistis? Cur præceptorē frequenter non petiistis,neq;
Psa.33.e doctrinæ uacastis? Quòd aūt doctrina sit dei cul-
Ibi.93.b tus,audi prophetā cū inquit, Venite filij audite me, timorem domini docebo uos. Et iterum:Beatus uir quem tu erudieris domine, & in lege tua docueris. Cū uerò tempus inutiliter cōsumpsisti,quā habebis excusationem? Et qua gratia nobis breue tēpus præ D
scripsit deus? O stultitia,ò insipientiam, pro quo maximæ gratiæ habendæ sunt:qd labores nobis, & sudores minuit,qd requiem nobis,& æternitatē largitur,id & reprehendis,& molesto fers animo. Sed nescio quō in tam longū sermonem uenimus,qui iam finem desiderat. Nostræ nanq; imbecillitati & miseriæ tribuendū est,quòd longiusculā fastidimus orationē: in spectaculis aūt à meridie ad noctē immorati, cum funabulis domū reuertimur. Sed ne semp uos accusemus,hoc nobis impēdite beneficium, ut alijs omisis oibus, his incumbatis. Vestro.n.lucro & nos lucrabimur gaudium, lætitiam,laudē præterea & remunerationem. Omne autē lucrum uestrū erit, quòd tam stultè antehac saltationibus dediti, propter timorem dei & honorationem nostrā, uos morbo illo liberaueritis:& uinculis solutis,ad deum festinaueritis. Neq; illic tantū mercedem, uerumetiā in hac uita ueram consequimini uoluptatē. Eiusmodi nanq; uirtus est,ut cum futuro præmio in p̄senti quoq; uitam nobis suauissimā suggerat. Pareamus ergo scripturæ diuinæ præceptis, ut & præsentibus E
& futuris fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia.lviij.ex cap.nono.

Tt audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cū
e *inuenisset eum, dixit ei:Tu credis in filium dei? Respondit ille,& dixit:Quis est domine, ut credam in eū?* Qui pp ueritatē & Christi confessionē malo & cōtumelia aliqua afficiuntur, hi maximè à deo honorātur. Vt.n.qui pp deum pecunias dispergit, is maximè eas inuenit: & q odit animā suam, is uel in primis amat: ita cōtumelia affectus pp deum, is plurimùm honoratur à deo: qd cæco usuuenit. Eiectus est è tēplo à Iudæis, & à tēpli domino inuentus est. A pestifero cōcilio liberatus, salutiferum est fontem cōsecutus. Contēptus à contemptoribus Christi, ab angelorū rege honoratus est. Hæc sunt ueritatis prę mia,ita & nos dispersis his reb⁹,& pecunijs nostris,il lac fideter proficiscemur. Si hìc inopi largiemur, quie scemus in cœlis. Si pp deum nobis maledicetur, & ī
F hac & futura uita laudabimur. Eiectū è tēplo inuenit Christus,quē euāgelista hac gratia uenisse significat. Et cōsidera qbus eū prēmijs remunerat, summo omniū bonorū. Se.n.ei notum fecit,à quo prius ignorabatur,eūq; discipulis suis annumerauit. Et intuere illius diligentiā: dicente.n.Iesu: Tu credis i filiū dei? respondet,Domine qs est? Nondum.n.ipsum uiderat,quāuis sanatus:anteà nanq; cæcus fuerat,sanatus ad Iudæos adductus est, ut.n.munerarius athlete tam uictoria insignē & coronatū,ita hunc Iesus accipit. Tu credis,inquit,in filiū dei? Quid hoc? Post tantam cū Iudæis cōtrouersiā,post tot uerba & cōtentiones,an credat interrogat:nō quòd eius ignoraret animū,sed ut notum alijs faceret,& eius se fidē pluri mi facere demōstraret. Cōtumelia me tantus populus affecit,inquit,sed nihil impēdo,fides tua mihi cure est. Pluris.n.faciendus est,unus,q domini facit uoluntatē, q̄ multi transgressores. Tu credis in filiū dei? ac si præsens q̄ dixerat,accepisset rogat,& sui cōcitat desideriū. Neq; primū ait, crede,sed iterrogauit. Quid ille? Et qs est domine,ut credā in eum? Desiderātis & ualde inquirētis animæ uerbū,pro qua tāta locutus est ignorat,ut ueritatis amatorē eū itelligas. Dicit ei:

G *Et ui. Dixisti eum, & qui loquitur tecum, ille est.* Non dixit, ego sum: sed remissius adhuc, & uidisti eũ. Dubium uerbũ, ideo manifestius subdit, Qui loqtur tecũ, ille est. At ille ait: *Credo domine: & procidens adorauit eum.* Nec̃ dixit, ego sum q te curaui: q dixi tibi, Vade, laua
Luc.17.d re in Siloa: sed his oibus omissis, inquit: Credis i filiũ dei? ille affectum suũ euestigió adorãdo prætulit, qđ pauci curati fecerunt, ut leprosi illi, & alij: hoc pacto diuinã eius uirtutẽ demõstrauit, nequis uerbotenus dixisse arbitrari possit. Eo aũt adorante, inquit Iesus:
Rom.9.g *In iudicium ego ueni in mundum, ut non uidentes, uideãt: & qui uident, cæci fiant.* Hoc & Paulus inquit: Quid ergo dicemus, quòd gẽtes nõ sequẽtes iustitiã, accepe runt iustitiã? iustitiã aũt ex fide Iesu: Israel aũt sequẽs legẽ iustitiæ, in legẽ iustitię nõ uenerunt. His uerbis, in iudiciũ ueni: magis illum in fide confirmat, & qui aderãt excitauit: hoc est, Pharisæos q sequebantur in iudicium. i. in maius suppliciũ: ostendens qui se tanq̃ peccatorẽ dãnarent, dãnatos esse: hoc in loco duos uisus, & duas meminit cæcitates, & q̃ sensu, & q̃ intellectu percipiuntur. Tum quidã ex Phariseis sequebã
H tur: *Nunquid et nos cæci sumus?* Vt in alio loco, Nemini seruiuimus unquã, & ex fornicatione nati nõ sumus: ita his sensibilib⁹ tantũ insistebãt, & hui⁹ pudebat cęcitatis. Inde ostendẽs melius fuisse eis cęcos esse, q̃ uidere, inquit: *Si cæci essetis, non haberetis peccatũ.* Cũ cæcitatẽ ignominiã putarẽt, i eos inuehitur, quòd propterea magis puniẽtur. Ita semper humani animi elationẽ cõprimit, & ad magnorũ & mirabilium erigit cognitionẽ. Nunc uos uidere dicitis, ut anteã deũ uestrum esse dicebatis, sed non uidetis: ita qđ sibi laudi arbitrabãtur, id supplicio fore ostẽdit. Et à priori qdem cæcitate cæcũ natum curauit, nũc de Iudæorũ disputat cæcitate. Ne. n. dicerent, non pp suam cęcitatem ad eum non accedere, sed deceptorẽ uitare, huc oẽm refert disputationẽ. At nõ simpliciter euãgelista inquit audisse hæc Pharisæos, q cum eo erãt, & dixisse, Nunquid & nos cæci sumus? Sed ut tibi in memoriã reducat, hos illos esse q anteà Christũ oppugnabant, & lapidibus ipetebãt. Sũt. n. quidã in superficie quidẽ sectatores, qui facilẽ in contrariam mutantur sniam: unde ergo nõ deceptorem, sed pastorẽ pro-
I bat, adducendo utriusq; iudicia, & sic eis rei ueritatẽ inquirendã relinquit. Et primũ quis deceptor & fur
Cap.X. sit, demonstrat inquiẽs: *Amen amen dico uobis, qui non ingreditur per ostium in ouile ouium, sed ascẽdit aliunde, ille fur est & latro.* Ecce latronis signa: primũ palãm nõ ingreditur, neq; audet: inde non per scripturarum testimoniũ, qđ per ostium significatur. Hic & q fuerunt, & qui futuri sunt notat, & Antichristũ, & falsos Christos, & Iudam, & Theudã, & alios hmõi. Meritò aũt ostium scripturas appellat, quoniã nos ad deum ducunt, & eius nobis cognitionẽ aperiũt: ipsæ oues faciunt, ipsæ custodiunt, neq; lupos irrumpere permittunt. Tanq̃ n. ostium firmissimum hęreticos arcent, & in tuto cõstituunt: neq; nos, modò uelimus, aberrare unquã sinẽt. Et nisi hoc ostiũ infringamus, nunq̃ nos inimici nostri poterunt expugnare, p hoc ostium & pastores, & alij oẽs ingrediemur: in ouile aũt, hoc est, ad oues, & earum curã. Qui. n. sacra nõ utitur scriptura, sed ascendit aliunde: id est, non con
Sup.5.f cessa uia, is fur est. Ecce cũ patre conuenientiã, cùm scripturas in medium proferat. Ideo Iudęis dicebat, Scrutamini scripturas. Et Mosen, & prophetas oẽs
Ibid.g adducit in testimonium. Oẽs, inquit, qui audiunt ex prophetis, uenient ad me. Et si credideretis mihi: hìc K idem per translationẽ ponit. Hac aũt particula, Ascẽdit aliunde: & scribas significat: qui cũ docerẽt, & facienda præciperent, ipsi legẽ trãsgrediebãtur, qđ ipse exprobrauit, dicens: Nemo uestrum facit legẽ. Et re- Sup.7.c
ctè inquit ascẽdit, & nõ ingreditur: nã furis est sepẽ, uel parietẽ ascendere, & cũ periculo oía moliri. Ecce quo pacto descripsit latronem. Considera pastoris signa. *Qui ingreditur per ostium, hic est pastor ouiũ, huic ostiarius aperit, & uocem eius oues audiunt. Et proprias oues cum emiserit, ante eas uadit.* Hæc pastoris est & furis differentia. Videamus quo pacto sequentia cõueniant: Huic, inquit, ostiarius aperit. Manifit in translatione, ut significãtius loqueretur. Quòd si ad uerba parabolã uis accõmodare, nihil prohibet hoc in loco per ostiariũ Mosen significari, cui eloquia dei credita sunt, cuius uocem oues audiunt. *Et proprias uocat nominatim.* Cũ. n. frequenter eum deceptorẽ uocarent, idq; ex incredulitate sua confirmarent, dicentes: Quis principum credidit in eum: nõ ex ipsorum Ibidem.g
pertinacia se, sed illos deceptores putãdos, quòd sibi nõ crederent, & meritò ab ouium numero expel L
lendos ostendit. Nam si pastoris est per solitũ ingredi ostiũ, ipse per hoc ingressus est, & oẽs secuti poterunt oues esse: q inde se auerterunt, nõ ipsos pastor, sed ipsi se ab ouium numero abdicarunt. Quòd aũt se ostium appellarit, nemo perturbetur: siquidem & pastorẽ se, & ouem dicit, & uariẽ suam prædicat dispensationẽ. Quãdo nos patri offert, ostium: cũ nostri curã gerit, pastorem se profitetur. Nẽue ut ipsum patri tantũ offerre nos putes, ẽt se pastorem dicit. Et oues uocẽ eius audiunt, & proprias oues uocat, & educit eas, & ipse ante eas uadit. Ad contrarium pastores faciunt, sequuntur nõ præcedũt. Sed ut se omnium ad ueritatẽ inueniendam ducem ostendat, cõtrarium pastoribus morem seruat: quemadmodum cũ oues per orbẽ dimisit, non extrã, sed in medio lu
porum misit. Longè. n. admirabilior ars nostra pastoralis est. Videtur aũt & cæcus hoc in loco significari, quẽ è medio Iudæorum uocauit, & audiuit uocem eius, & cognouit. *Alienũ oues non sequuntur, quoniam eius uocem nesciunt.* Siue de Theudę & Iudę asser
toribus hìc loquatur. Oẽs, inquit, qui in eos credunt M
dispersi sunt: siue de futuris, q à pseudochristis decipiendi erãt. Et ne discerent ipsum unũ illorum esse, Actio.5.f
plurimũ se ab illis diuersum ostẽdit, & primùm à doctrina scripturarum quibus eos adducit, illi aliunde: inde ab ouium obedientia, quæ oẽs ipsi non uiuenti tantũ, sed & mortuo paruerunt, illos quamprimũ dimiserunt. Præterea qd non paruum est, illi tanq̃ tyranni per seditionem oía faciebant: à qua suspicione tantũ hic aberat, ut cũ uellent ipsum regem facere, Sup.6.b
recusaret: & cũ rogarent, an liceret censum dari Cæ- Mat.22.b
sari, afferri præciperet, ut numisma cognosceret. Ad hæc ipse pro ouium salute uenit, ut uitã haberent, & abundantius haberent: illi ẽt præsenti uita priuarũt, qui ẽt tradiderũt sibi cõmissos, & fugarũt. Hic adeò generosè perstitit, ut animam traderet: illi inuiti, coacti, fugientes q̃ pasi sunt pertulerunt, hic sponte omnia subiuit. *Hoc prouerbium dixit eis Iesus, illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.* Et qua gratia obscurius locutus est? Vt attentiores redderet: qđ mox exponit, inquiẽs, *Ego sum ostiũ: per me siquis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, et pascua inueniet.* Hoc est, securus erit & liber. Pascua aũt & pabulum

A ouiũ potestatẽ atq; libertatem signat, hoc est, nemo inde eũ expellit: quod & apostolis usuuenit, qui audenter ingressi sunt & egressi, tanq̃ uniuersi orbis dominj, & à nemine eiici potuerũt. *Omnes quotquot ante me uenerunt, fures sunt & latrones, sed nõ audierunt eos oues.* Non de prophetis hoc intelligẽdũ, ut aiunt hęretici: illos. n. audierunt, & per eos Christo crediderũt: sed de Theuda & Iuda, & aliis seditiosis. Illud pterea uerbũ, nõ audierũt, in ouiũ laudẽ dictũ est: quod cõtrà esset, si prophetas nõ audissent, fuissent enim maximè reprehendẽdi. *Fur nõ uenit, nisi ut furetur, & mactet & perdat.* Vt tunc uisuuenit, siquidẽ oẽs mactati sunt & deperditi. *Ego autẽ uenj, ut uitã habeant, & abũdãtius habeant.* Et quid quæso, uita abundantius? Regnũ cœlorũ, sed adhuc uitę noſe tanq̃ eis noto contẽtus est. *Ego sum pastor bonus.* Hic iam passionẽ insinuat, quòd pro mundi salute moriturus est, neq; inuitus. Inde iterũ ad pastoris & mercenarij parabolã uenit. *Bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus: mercenarius autẽ, qui non est pastor, cuius nõ sunt oues pro*
priæ, uidet lupũ uenientem, & dimittit oues, & fugit, &
B *uenit lupus, & rapit eas.* Hic suam paternę ęquiparat potestati. Siquidẽ pastor ipse est, & cui⁹ propriæ sunt oues. Intueris altiorẽ in parabolis sensum, ubi obscurius loquitur, neq; auditoribus causam calũniãdi pbet. Quid ergo hic facit mercenarius? Videt lupũ uenientẽ, & dimittit oues, & lupus uenit, & rapit eas. Hoc illi faciebant, ipse cõtrà. Etenim cũ cõprehẽsus
Infr.18.b est, inquit: Sinite hos abire, ut ipleretur sermo, q̃ a nemo ex ipsis periit. Hoc in loco potest & spiritalis lu-
1.Pet.5.b pus intelligi, quẽ non sinit ut oues auferat. Hic non modò lupus, sed & leo est. Nã aduersarius noster diabolus, inquit, tanq̃ leo rugiens, circuit quęrẽs quẽ de-
Luc.10.c uoret. hic idẽ & serpens & draco, ambulabitis enim super serpentes & scorpiones. Quare uos hortor dilectissimi, sub pastoris nostri custodia in pascuis maneamus. Manebimus aũt si uocẽ eius audierimus, si ei parebimus, si alienũ non sequemur. Et q̃ nam uox
Mat.5.a est? Beati pauperes, beati mundo corde, beati miseri cordes. Hoc pacto sub pastore manebimus, & lupus ingredi nõ poterit: & si ingrederetur, detrimẽtũ acciC peret: pastorẽ nanq; adeò nos amantẽ habemus, ut aiam suã pro nobis traderet. Cũ. n. & posit & amet, qd impedit ne liberemur? Nihil sanè, nisi nosmetipsi deficiamus: quod quò accidat, audi ipsum dicentẽ:
Ibid.8.d Non potestis duobus dominis seruire, deo & mammonæ: cui si seruiemus, grauissimę subiiciemur tyrãnidi. Omni. n. tyranno grauior est pecuniarũ cupiditas. Nullã. n. uoluptatẽ habet sed curas, inuidiã, insidias, odia, calumnias, & innumera uirtutis impedimenta: desidiã, luxuriã, auaritiam, ebrietatẽ, q̃ liberos penitus in seruitutẽ redigunt, & numulariis peiores efficiunt? & non hominũ tantũ, sed grauissimorũ affectuũ & morborũ aiæ seruos. Hic multa audet, quæ neq; deo neq; hominibus placent, ueritus neq; hanc sibi auferat seruitutẽ. O amarũ seruitiũ, ô diabolicam potestatẽ. Hic omniũ affectuũ molestissimus est cũ tantis malis deuincti gaudemus & catenas libenter amplectimur, & tenebrarũ carcerem habitantes, in lucẽ prodire nolumus: sed malis inhęremus, malis oblectamur. Quare de nobis minimè spe
randum est, ut resipiscamus qui peiori q̃ qui metalla effodiunt, conditione sumus. Miserè. n. sine ulla mercedis spe laboramus. Et quod grauius est, si quis nos hac captiuitate liberare uellet, nõ pateremur, sed

ægrè feremus, & indignaremur: in hoc nihil ab insa- D
nis differentes, in aliis tamen tantò miseriores, quòd nolumus ab insania liberari. Nunquid propterea in hũc mũdũ uenisti? num propterea homo factus es, ut ęs & aurũ accumules? Nõ ideo te ad suã simxit deimaginẽ, sed ut sibi placeas, ut futura bona cõsequaris, ut cũ angelis psallas. Quid hanc reiicis cognationem? Quid inhonestũ te, & ignobilẽ hac soluta necessitudine reddis? necessitudinẽ dico spititalẽ. Fame ille tabescit, tu copia rumperis: frater nudo corpore oberrat, tu uestes uestibus addis, quæ tineis consumũtur: & quãtò satius foret, ut his egenorũ corpora tegerentur: q̃ si hoc pacto cõsumerentur, illa te cura absoluerẽt, & futurã tibi uitã largirẽtur. Quod si nõ placet consumptas tandẽ conser in pauperes, qui rectè eas norũt excutere: etenim Christi corpus, quoniam arca honorabilius est & securius, quippe quòd nõ tantũ illas custodit, & incorruptas conseruat, sed pulchriores efficit. Arca nonnunquã cũ uestibus direpta, magno te afficit damno: q̃ pauperibus dam' custodiẽda, neq; morte amittentur, neq; seris aut uectibus indigent, non seruorũ uigilia, nulla hmõi cau E
tione, omnibus insidiis libera sunt, & custodia reponuntur, ut credibile est, q̃ cõmẽdãtur in cœlis, Nulli enim malitiæ locus ille peruius est. His nos monitionibus nunq̃ cessamus, neque uos unq̃ paretis, causa quòd pusilli sumus animi, & terrenis inhiamus, & deorsum trahimur: immo absit, ut uos oẽs damnẽ, tãquam incurabiliter ægrotetis. Nã si diuitiis ebrij his admonitionibus aures obstruunt, saltem attendere poterunt. Et quid hæc ad pauperes, inquies? neq;. n. aurũ habent, neq; tot uestimenta, sed panem tantũ, & aquam frigidã. Sed & duos obolos, & pedes ut uisitare possint infirmos: linguã ẽt, ut sermone consolentur uulneratũ: domũ præterea uel tegetẽ, ut hospitẽ accipiãt, habẽt. Nõ. n. innumera talẽta à pauperibus, sed diuitibus exigimus. Quòd si ad pauperũ Act.1.c
ostiũ dominus noster uenerit, obolum ab eo accipere hoc modo nõ pudebit, sed maiora quàm à multa dantibus accepisse profitebitur. Quot hic adstantiũ illo tpe fuisse optarent, quo Christus in carne terrã peragrauit, ut cũ eo uersati essent, & conuixissent? Ecce nunc hoc nobis magis licet, uocare eũ ad pran F
diũ possumus, & cum eo uiuere, & magis proficere. Eorũ nanq; qui cum eo uiuebant, nõnulli periẽrũt, Act.1.c
ut Iudas & huiusmodi: eorũ autẽ qui eum in domũ suam aduocãt, & domũ, & mensam communicant unusquisq; maximè laudabitur, & gratiæ his habebuntur. Venite, inquit, benedicti patris mei, possidete præparatũ uobis regnũ à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: peregrinus erã, & suscepistis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere erã, & uenistis ad me. Quã ob rẽ, ut audire hoc mereamur, uestiamus nudũ, colligamus hospitẽ, cibũ demus esurienti, sitienti potum, infirmos & carcere deuinctos uisitemus, ut spe bona ueniam consequamur peccatorũ, & illorũ bonorũ quę omnẽ sensum excedunt fiamus participes: quæ utinã omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

Homilia. lix. ex cap. decimo.

e *Go sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.*

G Magnũ quiddã dilectiſsimi, magnũ inquam, eſt eccleſiæ prælatio, & quæ multa indiget ſapiẽtia, & fortitudine: qualẽ Chriſtus propoſuit ut nunquã oues deſeramus, ut lupo generoſe reſiſtamus. Hęc.n. inter paſtorẽ eſt & mercenariũ differentia. Alter propriæ, contemptis ouibus, alter ſua contẽpta, ouiũ ſemper ſaluti ſuigilat. Paſtoris ergo exẽplo deceptores duos meminit, ſurẽ mactãtem & rapientẽ oues, & mercecenariũ permittentẽ, neq; defendẽtẽ commiſſas. Per illũ Theudã & eius aſſertores, per hunc Iudæorũ magiſtros ſignat, qui nullam curam commiſiſis ouibus adhibebant, quod ſuperiori tpe Ezechiel his uerbis inſectatus eſt. Væ paſtoribus Iſrael, nõne paſcebãt ſemetipſos? nõne greges paſcuntur à paſtoribus? ſed illi contrariũ faciebant, qđ maximæ malitiæ genus eſt, pluribus rationibus: idcirco inquit, Neq; qđ abiectũ erat, reducebant: neq; qđ perierat, quærebãt: neque confractũ alligabant, neq; infirmũ cõſolidabãt: quoniã ſe, non gregẽ paſcebãt. Idẽ & Paulus ſignificat: Oẽs quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Chriſti Ieſu. Et iterũ: Nemo quod ſuũ eſt quærat, ſed proximi H unuſquiſq;. Verũ ab utroq; diſsidet Chriſtus, cũ illis qui in peccatis erant, diceret propterea ueniſſe, ut uitã haberent, & abundantius haberent: his autẽ qui oues à lupis rapi negligebant, ſe pp eas animã ponere, ne oues perirẽt. Nã cũ Iudæi ipſum interimere uellent, non propterea deſtitit à doctrina, neq; credentes tradit, ſed perſtitit & pertulit mortẽ, ideo frequẽter inquit: Ego ſum paſtor bonus. Quæ cũ nullo niti teſtimonio uiderentur, quòd.n. poneret animã ſuã, non multũ pòſt re monſtratũ eſt: quòd aũt uitã haberent, & abundantius haberent, poſt huius uitę migrationẽ futurũ erat, alterũ ab altero cõfirmat. Hoc eſt, quia dat animã, quòd det ẽt uitam: quod & Paulus dicebat, Si.n. cũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortẽ filij eius: multò magis reconciliati, ſalui erimus. Et iterũ: Qui etiam proprio filio non pepercit, ſed pro oĩbus nobis tradidit illum: qũo nõ etiam cum illo omnia nobis donauit? Sed qua gratia nunc quoq; eũ nõ accuſant, ut ſuperius, Tu de te ipſo teſtimoniũ perhibes, teſtimoniũ tuũ non eſt uerum? Quoniã ſæpenumero eos ſilere coẽgerat, & à I ſignis maiorẽ de ſe opinionem concitarat. Inde ne quis ad illã particulam, Et oues uocẽ eius audiũt, & ſequuntur eum: diceret, quid ad non credentes? audi qd addit, Et cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meæ. Qđ & Paulus his uerbis ſignificauit, nõ expulit deus populũ ſuũ quẽ prædeſtinauit. Et Moſes: Cognouit deus qui erant ſui: hoc eſt, quos prædeſtinauit. Ne aũt ſimiliter & cognoſcere, & cognoſci crederes, Cognoſco, inquit, oues meas, cognoſcũt me meę nõ tamẽ æqualẽ. Aequalis ẽ patris & filij cognitio, ut inqt: Sicut cognoſcit me pater, & ego cognoſco patrẽ. Qđ niſi ſenſiſſet, cur ita dixiſſet? cũ.n. nonnunquã multitudini ſe connumeraſſet, & non more hominis cognoſcere putaretur, inquit: Sicut nouit me pater, & ego cognoſco patrẽ. Tam certò ipſum ſcio ut ipſe me. Propterea inquit: Nemo cognoſcit filiũ, niſi pater: & patrẽ niſi filius: diſcretã quãdã cognitionẽ indicans, qualẽ nemo alius habet. Ego pono animã meam. Hoc frequenter dicit, ut omnis deceptionis tollatur ſuſpicio. Nam & Apoſtolus cũ ſe uerum magiſtrũ oſtẽderet, & falſos cõfundere apoſtolos uellet, pericula & mortes adduxit in mediũ. In plagis ſupra modũ, i mortibus frequẽter. Dicẽdo enim, lux ſum & uita, ſuperbiã apud ſtultos arguere uidebatur: uelle aũt mori, nullã inuidiam, nullũ liuorem concipiebat. Propterea hoc in loco, nõ dicũt eũ de ſe teſtimoniũ perhibere, & uerũ non eſſe: hoc autẽ uerbo multã curã atq; diligentiã indicat. *Etenim alias oues habeo*, inquit, *quæ nõ ſunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere.* Ecce iterũ hoc uerbũ, oportet: non neceſsitatis eſſe, ſed futuri oĩno ſignificatiuum: quaſi dicat, quid admiramini, ſi me hæ ſecuturæ, & uocẽ meã audituræ ſunt? cũ & alias me ſequi, & uocẽ meã audire uideritis, tunc maiorẽ in modũ admirabimini. Neque te perturbet quod dicit, Quæ non ſunt ex hoc ouili. Differentia.n. in lege duntaxat, ut inquit Paulus: Neq; circũciſio aliquid ualet, neq; præputiũ. Et illas oportet me adducere. Vtroſq; diſperſos & miſtos, neq; habentes paſtorẽ, hos uidet atq; illos, nõdũ bono adueniẽte paſtore. Inde futurã eorũ cognationẽ prædicit: *Et erit unum ouile.* Qđ iterũ Paulus his uerbis ſignificauit: Vt duos condat in ſemetipſo in unũ nouũ hoiem. *Propterea me diligit pater, quia ego animam meã pono: ut iterũ accipiã eam.* Et quid hoc uerbo humilius? Siquidẽ pp nos dominus noſter amandus eſt, quoniã pro nobis moritur. Quid igitur dic quæſo, ſuperiora tempora non amauit, ſed nũc amare incepit, & nos primũ eius amorẽ conciliauimus? Quid hoc ſibi uult? Cũ alienũ eum à patre, & deceptorẽ eſſe, & in detrimentum & iacturam ueniſſe diceret, ait: Si nihil aliud, uel hoc ſaltẽ mihi perſuadet ut uos diligã, quòd eo quo me amore uos pater proſequitur, & hac gratia pro uobis morior. Prętera & illud intendit, quòd nõ inuitus moritur: Neq;.n. fuiſſet charitatis officiũ, & quòd ea maximẽ eſt patris ſentẽtia. Quòd ſi tanq; homo hoc loquitur, noli admirari. Sæpenumero.n. cauſam expoſuimus, idẽ repetere & moleſtum eſt & ſuperfluũ. *Ego pono animam meã, ut iterũ ſumã eam: & nemo tollit eã à me, ſed ego pono eã à meipſo. Poteſtatẽ habeo ponendi eã, & poteſtatẽ habeo iterũ ſumendi eam.* Cũ uoluiſſent aliquando eũ interimere, indicat, niſi ipſe uellet, incaſſum eos laborare: & à primo ſecundũ cõfirmat, à morte uidelicet reſurrectionẽ: hoc.n. admirandũ eſt. Siquidem utrunq; nouũ fuit, & præter cõmunẽ conſuetudinẽ. Attendamus ergo diligenter: Poteſtatẽ habeo, inquit, ponendi animã meam. Et quis nõ habet hanc poteſtatẽ? Quiſq;.n. poteſt ſe interimere: ſed non ita intelligitur. Qũo ergo? Sic habeo ponendi poteſtatẽ ut nemo me inuito id facere poſsit: quod non contingit nobis, nos tãtũ interimere noſmetipſos poſſumus: ſed ſi in latronũ inſidias inciderimus, non habemus liberam faciendi quod uolumus poteſtatẽ, uelimus nolimus, nos interficiũt. Chriſtus aũt ẽt inſidiis circũuentus, ſui iuris erat moriendi, necne. Et cũ dixiſſet, Nemo tollit eã à me: addidit, Poteſtatẽ habeo ponẽdi eã hoc eſt, ego ſolus habeo hãc ptãtẽ, q̃ uobis nõ eſt. Etenim alij multi, uitę noſtrę ſunt domini: qđ à principio nõ dixit, neq;.n. creditũ eſſet: ſed cũ à re ipſa teſtimoniũ cõfirmarit, cũ multis circumuentus inſidiis cõprehendi non potuerit: ſępius.n. ex eorũ manibus elapſus eſt. tũc inqt: Nemo tollit eã à me. Qđ ſi uerũ, & illud ſequetur, ſpõtẽ ad hoc uenisse, p quod & aliud cõfirmatur, quandocunq; uoluerit uitã ſumere, poſſe. Nã ſi ita mori humanas uires excedit, nõ eſt reliquũ dubitandum. Quòd enim ſolus eſſet uitã ponendi dominus, etiã ſumẽdi in ſua eſſe poteſtate oſtẽdit. Ecce qũo à priori ſecundum

Paſtoris & mercenarij differentia.

Ezec.34.a

Phil.2.c

1.Co.10.e

Rom.5.b

Ibid.8.f

Supr.5.e. & 8.b

Rom.11.a

2.Ti.2.c

Iuc.10.d

2.Co.11.e

Supr.8. & 14.b

A confirmat, & à morte indubitatã oſtẽdit reſurrectionem. Hoc præceptũ accepi à patre. Quod nã? Mori pro mundo. Prius ergo accepit, inde paruit. Prius qd eſſet faciendũ intelligitur: & quis non expers rationis hoc dixerit? Sed quemadmodũ ſuperius dicẽdo, Propterea me diligit: ſpontaneã idicauit uoluntatẽ, & contrariã amouit ſuſpicionem: ita hoc in loco præceptũ à patre ſe accepiſſe dicens, nihil aliud oſtẽdit, quàm idẽ patri uideri, quod ipſe facit: ne poſtmodũ eum crucifixũ putarent derelictum à patre atq; traditũ, néue exprobrarẽt, quæ tamẽ exprobrauerunt: Mat.27.e Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ poteſt ſaluũ facere. Et ſi filius dei es, deſcende de cruce. Neq; propterea deſcendit, quoniã filius eſt dei. Inde ne audiẽdo mãdatum eũ a patre accepiſſe, id à ſe alienum eſſe exiſtimares proſeqtur: paſtor bonus animã ſuam ponit pro ouibus ſuis. Hinc ſuas oues, & quicqd rectè factũ eſt ſuum opus eſſe, & præcepto nõ indigere oſtendens. Quòd ſi idigeret, quomodo à ſeipſo ponere diciſſet? Qui à ſeipſo ponit, præcepto non indiget: & cauſam cur faciat affert, quòd ſcilicet paſtor ſit, & bonus pa B ſtor. Bonus aũt paſtor ad ouiũ cuſtodiã hortatore nõ indiget. Quod ſi in hoĩbus uſuuenit, multò magis i deo. Ideo Paulus inqt, quòd ſeipſum exinaniuit. *Philip.2.* Nihil aũt aliud hoc in loco præceptũ ſignat, quã cũ patre concordiã. Quod ſi humiliter & humanè locutus eſt, auditorum imbecillitati tribuendum. *Diſſenſio itaque facta eſt inter Iudæos, propter ſermones hos. Dicebant autem multi ex ipſis: Dæmonium habet, & inſanit, quid eum auditis? Alii dicebant: Hæc uerba nõ ſunt dæmoniũ habentis. Nunquid dæmoniũ habens poteſt cæcorũ oculos aperire?* Cùm.n. ſupra hominem, neq; ſecundũ cõmunẽ conſuetudinẽ loquatur, dęmoniũ habere dicebant: & quater hoc iam nomine eũ appellarunt, ſi *Supr.7.c.* qdem ſuperius etiã dixerũt, Dæmonium habes, quis *Ibid.8.f.* te quærit interficere? Et iterũ: Nõnne bene dicimus, quoniã Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Et hoc in loco, dæmoniũ habet, & inſanit, quid eũ auditis? Immo & ſæpius ea uerba dixiſſe uel ide cõſtat, cùm inquiunt, Nõnne bene diximus, qa dęmonium habes? Alii dicebant: Hæc uerba non ſunt dæmoniũ habentis. Nunqd dęmonium poteſt cæcorũ oculos aperire? Cùm à uerbis eos cõuincere nõ poſſent, ab C operibus eum dęmoniũ nõ habere demonſtrãt. Immo ne à uerbis quoq;. Nam ſi uerba uobis pſuadere nõ poſſunt, opera reuereamini. Quòd ſi dęmonium habentis nõ ſunt, ſed ſupra humanã uirtutem, conſtat diuinæ cuiuſdã eſſe potentiæ. Ecce ſyllogiſmũ. Quòd ſupra hominẽ operetur, inde cõſtat quòd inquiunt, dæmoniũ habere. Quòd dæmonium nõ habeat, ex operibus manifeſtat. Ad q̃ in præſentia nihil dicit. Iam enim ſuperius ſe dæmoniũ non habere reſponderat, nunc autẽ minimè. Siquidẽ cùm re oſtẽdiſſet qualis eſſet, de cætero cõticet. Neq; enim digni erant qbus reſponderetur, qui dęmonium habere dicerent, ex his qbus eum admirari, & deũ omnes arbitrari debebant. Et qd opus erat, ut amplius à Chriſto arguerentur, cũ inuicẽ ipſi diſsiderent, & ſe reprehenderent? Ideo nullũ uerbum fecit, & omnia æquo animo tulit. Neq; hac tantùm gratia, ſed ut nos eruditet manſuetudinẽ & patientiam. Hunc nos imitemur: neq; enim tãtùm conticuit, uerumetiam iterũ adeſt, & interrogatus reſpondet, & ſuã indicat prouidentiã: & dæmoniacus & inſanus appellatus, qbus innumera cõtulerat beneficia, non ſemel aut iterũ, ſed ſæpenumero, nõ modò non ultus eſt, neq; remiD ſit beneficia, ſed pro his animã ſuam poſuit, & cruci fixus patrẽ pro his rogauit. Hæc nobis imitãda ſunt. *Luc.23.e.* Hoc pacto Xpi erimus diſcipuli, ſi manſueti erimus, & mitis ingenij. Vnde aũt tales erimus? Si noſtra frequenter peccata reputabimus, ſi lugebimus, ſi flebimus. Neq;.n. anima tanti doloris particeps iritari, atque iraſci patitur: ubi fletus, ira eſſe nõ poteſt: ubi dolor & cõtritio, longè omnis abit iritatio. Mens enim dolore perculſa nõ ſtudet elationi, ſed amarè ĩgemiſcit, amarius flet. Scimus nõnullos ridere q̃ dicimus, quos ego flere nõ deſino: fletus enim hoc tẽpus eſt, plãctúſq; & lamentationũ. Multa & uerbis, & re peccamus: qui aũt ita peccat, in gehennam & ardẽtem, & igneum fluuiũ recipitur, & quod omnium grauiſſimũ eſt, regnum cœlorum amittit. His igitur minis, etiã riſu, & deliciis diſſolueris, & domino tuo irato, & minante nihil curas, nihil uereris, ne tibiipſi ſuppliciũ aſciſcas? Non audis quid quotidie clamatur? E ſu *Mat.25.d* rientẽ me uidiſtis, & non dediſtis mihi manducare: ſitientẽ, & nõ dediſtis mihi bibere. Diſcedite in ignẽ paratũ diabolo & angelis eius. Hoc ſingulis minatur diebus. Sed cibũ dedi, inquies. Quando & quoties? E Decem & uiginti dies: ſed per totã uitam egenos paſcas oportet. Nã & uirgines oleum habebant, ſed nõ *Ibid.a.* ſuffecit eis ad ſalutẽ: etenim ipſę accẽderunt lampades, excluſæ tamẽ ſunt à ſponſo, & meritò ſanè: ſciuerunt.n. ut ante ſponſi aduentũ extinguerẽtur. Propterea multo nobis oleo, multa liberalitate opus ẽ. Audi prophetã: Miſerere mei deus ſecundũ magnam *Pſa.50.a* miſericordiã tuam. Ita & nos propinquorũ miſereri oportet, ſecũdum miſericordiam magnam. Quales enim erimus erga proximos noſtros, talẽ dominum in nos experiemur. Sed quæ nã magna eſt miſericordia? Quando nõ ex his quæ ſuperfluũt nobis, ſed ex his qbus indigemus, egenis damus. Quòd ſi ſuperfluũ exhibendo, parũ nobis ſperandũ eſt: qd nobis erit? Quò cõfugere, ubi ſalutẽ inuenire poterimus, ſi uirgines poſt tot & tãtos labores, nihil profecerunt? Quis ſibi fidet, cũ audierit formidoloſa & horrenda illa iudicis uerba dicentis, atq; exprobrantis: Eſuriui, & nõ dediſtis mihi mãducare? Quãdiu, inqt, nõ feciſtis uni de his minimis, neq; mihi feciſtis. Neq; de diſcipulis hoc tantũ, aut ſolitariam uitam agentibus, F ſed de omnibus fidelibus ĩtelligitur, q ſiue ſeruus ſit, ſiue in foro mẽdicet, ſi i deũ crediderit, meritò ſouẽdus, & complectẽdus eſt. Si nudũ, eſurientẽq; deſperxerimus, hæc audiemus uerba: nec iniuria. Quid.n. graue, qd moleſtum poſtulat? quid non facillimum? Non inquit, infirmus erã, & non me ſuſtentaſtis: ſed, nõ uiſitaſtis: neque in carcere eram, neq; eduxiſtis: ſed, nõ ueniſtis ad me. Quantò ergo faciliora nobis pręcipiuntur, tantò his contẽptis grauius puniemur. Quid.n. leuius, quã captiuos uiſitare? quid facilius? Cũ.n. hos ligatos pannis, illos & ſqualore obſitos, alios laboribus cõfectos, alios fame, & ad pedes canũ more accurrẽtes, alios pfoſſo latere, alios ex foro ligatos adduci tota die mendicando, ne neceſſariũ qdem uictũ inuenientes, ueſperi uerò à cuſtodibus tã malè & crudeliter acceptos uideris, etiã ſi lapideus eſſes humanior efficereris: & ſi uel pditiſsimus eſſes, humanas in alienis malis calamitates reputãdo mouereris. Subueniet tibi tremendus ille dies, & futura ſupplicia. Hæc aio uolutãs, & frequenter agitans, & cupiditatẽ omnem, & uoluptatẽ, & ſeculariũ omniũ

G amorem dubio procul abiicies, & omni portu tanq̃ liori aĩo frueris: de iudicio cogitabis, cùm tantopere prouidendum, curandum, formidandum sit ab hominibus, lõgè magis à deo intelliges. Nulla potestas
Ro. 13.a. est, nisi à deo: q ergo tanta principib. ordinãda commíttit, multò magis ipse exeq̃tur. Quòd nisi hìc nos timor cõtineret, oĩa sanè perirent. Cùm.n.in tantorum suppliciorum metu multi malitiam complectũtur: qui hæc cogitabit, & ad eleemosynam proptior erit, lõgè maiori q̃ qui spectaculis adsunt, fruetur uoluptate. Illi nãq; libidine incẽduntur, cũ aduolantes in scena mulieres uident, & innumera inde accipiũt uulnera, nõ secus ac iactatum uentis mare perturbati. Oberrat.n.eorum oculus, oris figura, ornatus, uerba, icessus, & cætera quæ anteà uiderat, quæ oĩa eorum aĩum expugnãt: qui uerò ab hoc nostro redeũt spectaculo nihil tale patiuntur, sed in summa quiete & tranquillitate uersantur: compungit nanq; animũ ligatorum, & calamitosorum aspectus, & oẽm extinguit ignem atq; cupiditatem. Et si scortum uel lasciuior mulier obuia fiet ex carcere exeũti, nihil eũ mo-
H uebit. Tanquam.n.iam simplicitatẽ quandam edoctus, eius retibus & impudico non decipietur aspectu, prępositi iudicii formidine: quare qui omne de-
Eccl.7.a. liciarum genus cõtempsit, dicebat, Bonum ire in domum luctus, q̃ in domum risus. Et qui in hac uita tã tam prę se ferret uirtutem, illic maiorem in modum laudabitur. Nolimus ergo hoc opus contemnere: licèt enim nihil posimus eis cõferre, neq; cibum, neq; argẽtum dare, consolari tamẽ, & bono aĩo esse hortari, & aliis multis opem ferre nobis licebit. Affabimur captiuos, custodes mansuetiores reddemus, & siue parũ, siue multũ, proficiemus tamẽ. Quòd si dixeris, neq; bonos illic, neq; mãsuetos esse, sed homicidas, fures, adulteros, incontinentes, & alios perditos hoies. Etiã hinc necessariã mihi causam, ut eò te conferas, ostẽdis. Non.n.bonis misereri, malos autem punire, sed in oẽs ostendere humanitatem iube-
Mat.5.d. mur. Estote, inquit, similes patri uestro, q est in cœlis, qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Noli ergo alienos acri⁹ inspectari, néue sis asperior iudex, sed humanus & pla-
I cabilis. Etenim si nos neq; fures sumus, neq; adulteri, in aliis tamen peccamus, pro qbus magnis sumus suppliciis obnoxii. Siquidẽ fratrẽ nonnunq̃ fatuum appellamus, quod nobis gehennã parat: & mulieres impudicis oculis cõspicamur, qd adulteriũ ipsum arguit: & qd grauissimũ est, indignè mysteria participamus, qd reos nos facit corporis & sanguinis Christi. Nolimus ergo aliorũ opera molestius iuestigare, sed nostra, & ita humaniores reddemur. Præterea & illud dicendum est, quòd & in carcere boni & mansueti uiri, & instar totius ciuitatis nõnunq̃ reperiem⁹.
Gene.39. & 40. Nã & cũ Ioseph in carcere multi fuerunt mali, quos oẽs iustus ille curauit, & quis esset ignorabatur: & cũ totius Aegypti instar esset, erat tamẽ in custodia ignotus. Ita & hoc tpe multos bonos deuinctos existimandum est, quãuis non cognoscãtur: qui si tibi curæ erunt, ac si oẽs boni fuerint, mercedem accipies. Quòd si nemo fuerit, hinc quoq; multum prẽmium consequeris. Nam dominus tuus non cũ iustis tantũ cõuersatus est, immũdos haud renuit: sed & Chananæam q̃ benignissimè accepit, & Samaritanã, & immundam & sceleſtam mulierẽ, & meretricẽ (quod ei à Iudæis exprobratũ est) & suscepit & curauit, & pedes suos mulieris immũdæ lachrymis aspergi passus K
est, ut nos erudiat humanè peccatores accipiendos: hæc maxima humanitas est. Quid dicis latrones & fures carcerem habitare? Dic q̃so, in ciuitate oẽs iusti sunt? Nõne multi ẽt peiores, & impudentius rapientes? Illi.n.etsi nihil aliud deserta saltem & tenebras petunt, & clàm deprædantur: hi aũt omni abiecta persona, aperta fronte uiolant, rapiũt, uim inferunt. Difficile.n.est purum hoiem inuenire. Quòd si non aurum rapimus, si nõ innumera terræ iugera occupamus: quandam tamen fallaciã & furtum in minoribus, & q̃ possumus exercemus. Nam cũ in commerciis & emendis rebus debitũ non reddere, aut aliqd subtrahere cõtendimus: nõne latrocinium, furtum, rapinã facimus? Neq; te excusaueris, quòd domum, aut seruum non aufers. Nõ.n.ablatorũ copia, sed rapientium uoluntate iniustitia metienda est. Iustum nanq; & iniustum, in magnis & paruis rebus eandẽ uim habẽt: & ita tam furem appello, q aurũ surripit, q̃ qui in emẽdis rebus iusto pretio uendentẽ defraudat: & qui alienum parietẽ effodit, q̃ qui iniustæ cau- L
sæ fauet, & aliquid à proximo aufert. Nolimus ergo rebus nostris omissis, alienarum iudices fieri. Neque dum humanitatis tempus est, malitiã prosequamur, sed cognita priore uita, mansueti tandẽ & benigni efficiamur. Quæ.n.nostra uita fuit, audi Paulum: Eramus.n.& nos aliquando insipientes, increduli, erran- *ad Tit.3.a.*
tes, seruiẽtes desideriis, & uoluptatibus uariis, in malitia & inuidia agentes odibiles, inuicẽ odientes. Et iterum: Eramus.n.natura filij iræ: sed deus cùm nos *Ephe.2.d*
tanquã carcere & catenis grauissimis deuinctos uideret, ad carcerem uenire non erubuit, ut nos dissolueret, & innumeris dignos suppliciis, nõ modò eduxit, sed in regnũ suum adduxit, & cœlo clariores reddidit, ut exinde nobis eadẽ pro uiribus facienda relinqueret. Inquit.n.discipulis: Si ego laui pedes ue- *Iuſr.13.b*
stros domin⁹ & magister, & uos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exemplũ.n.dedi uobis, ut quẽadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Neq; hæc in lauandis pedib.tantũ lex scribitur, sed in oibus aliis, q̃ nobis proposuit. Homicida est in carcere? Verùm nos benefaciendo non possumus accusari. Fur est & adulter? sed nos non malitiæ, sed calamitati misere- M
mur. Sæpenumero, ut dixi, illic unus inuenietur multorũ instar, & si frequẽter eò te cõtuleris, aliqd inde consequeris emolumẽti. Quemadmodum.n.Abra- *Gene.18.*
ham quicunq; ad se uenerãt hospitatus, angelos tan- *a.et Heb*
dẽ hospitio accipere meritus est: ita & nos magnos *13.a*
uiros cõueniemus, si frequẽtius eò accedemus. Qd si quid admiratione dignum dicẽdum est, non tãta laude dignũ, qui magnum hospitio accipit, q̃ qui paruum & miserum. Illius.n.fortuna nõ parua materia est, ut humaniter accipiatur: abiectus autẽ & miser unicum portum habet, miserẽtis oleum, itaq; in hoc purior humanitas ostenditur. Et qui in clarum & cõspicuum uirum liberalis est, nonnunq̃ hominũ ostẽtationi inseruit: qui in abiectum & incognitum, soli⁹ diuini præcepti gratia mouetur. Quare si quẽ accipimus, claudos, cæcos q̃ accipere iubemur: si eleemosynam facimus, ulibus & miseris est faciẽda. Quan- *Mat.25.d*
diu.n.inquit, fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Cũ ergo illic recõditum thesaurum intelligatis, eò frequenter conueniamus, illuc studium nostrum conferatur, & spectaculorũ curam in hanc cõuertamus. Et si nihil aliud habes quod eis afferas, saltẽ cõ-

A solare. Neque.n.tantùm qui pascit, sed & qui uisitat, ab eo remuneratur. Nã cũ ingressus pauidum & trepidum aĩum spe aliqua confirmaueris, hortãdo, cõsolãdo, opem ferendo, aliqd pollicitãdo, & ita patiẽtiam docueris, non paruã hinc consequeris utilitatẽ: extrà multi delicijs affluentes, te ita loquentem ridebunt: calamitosi aũt confirmati attẽtè tuis uacabũt admonitionib⁹, te laudabũt, & meliores euadẽt. Nã & Paulum prædicantẽ Iudæi nonnunquã deriserũt, deuincti aũt summa attentione audiebant. Nihil.n.adeò ad sapientiam animum præparat, ut calamitas & tentatio, ut afflictiones, cũ nos minimè fugiat, qd illis miseris, quid boni nobis impendimus. Frequenter eis ad missi, & fori cõsuetudines, & intẽpestiuas occupationes illic cõsumam⁹, ut & eos lucremur, & nos lętitia afficiamus, & ad glorificãdũ deum parati, sempiterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, p quẽ, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorũ, Amẽ.

Homilia.lx. ex cap.decimo.

Acta sunt aũt encænia in Hierosolymis, et hyems
f *erat. Et ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Solomonis. Circunded erunt ergo eum Iudæi, & di-*
B *cebant ei: Quousque animam nostram perdis?* Omnis qui dẽ uirtus bona est, maximè aũt mansuetudo & clemẽtia: hæc nos hoies indicat, hæc nos angelis æquiparat. Idcirco Christus frequẽter de hac multa uerba facit, cũ mansuetos nos & clementes esse iubet: neq; uerbis tantũ, sed & re, nũc alapas perferens, nũc ma-
Supr.8.f. ledictis, nunc insidijs petitus tolerat. Qui.n.dæmoniacum & Samaritanũ Christum appellarunt, & interficere sæpe tẽtarunt, hi nunc circundederunt eũ, & interrogarũt, Tu es Christus? Neq; eos post tales insidias repulit, sed multa mãsuetè respõdet, sed necessariũ est altius hunc sermonẽ repetere. Facta sunt, inquit, encænia in Hierosolymis, & hyems erat. Magnus hic dies festus, & solennis, quo uidelicet tẽplũ fabricatũ fuerat cũ redierunt è diuturna Persidis captiuitate. Hũc agebant maxima cũ diligẽtia, hoc die affuit Christus solennitati. Iã enim appropinquante passione, frequẽter in Iudæam ueniebat. *Circundederunt ergo eũ Iudæi, & dicebant: Quousque animã nostrã perdis. Si tu es Christus, dic nobis palàm.* Non respõdit,
Supr.8.f Quid à me quæritis, quẽ dæmonium habere & insa-
C num, Samaritanũ, deo contrarium, deceptorẽ existimatis, & nuper me de meipso testimoniũ perhibẽte, testimoniũ meum nõ esse uerum dixistis? Cur igitur me interrogatis, & uultis à me discere, cuius respuistis testimoniũ? Nihil tale dixit, quanuis eorũ mentem intelligeret. Nam cũ eum circũdederint, & dixerint, Quousque animã nostram perdis? charitate quadã, & discẽdi desiderio dictũ uidebatur: animus autem corruptus erat & subdolus. Nã cũ opera insimulari non possent, uerbis quærebãt eũ capere, aliter quàm superius interrogando, sic ansam aliquã captantes.
Sup.4.c. Ideo dicebãt, Dic nobis. At qui sæpenumero dixit. Nã
Supr.9.g & Samaritanæ, Ego, inqt, sum, q̃ loquor tecum. Et cæco: Vidisti eũ, & qui loquitur tecũ, ille est. Necnon & his, quanuis aliis uerbis. Nã si rectè aduertere uoluissent, ex uerbis quoq; ipsum confiteri debuissent. Nã operibus sæpenumero ostendit. Sed cõsidera eorum prauitatem: cũ uerbis eruditur, dicũt: Quod
Supr.2.c. signum ostendis? cũ autẽ operibus eius uirtus demõstratur, dicũt: Si tu es Christus, dic nobis palàm. Sic operibus clamantibus, ad uerba: uerbis aũt, ad opa confugiunt, & contrarijs semper insistunt. Nã quòd D
discẽdi gratia nõ inrerrogarent, finis indicio est: quẽ enim tãtę authoritatis arbitrabantur, ut ipsius esset se testimonio credendũ, pauca locutũ statim lapidibus impetunt. Vnde cõstat, & quòd eum circũdedere int & percontarentur, à prauo aĩo prouenisse. Modus uerò interrogandi, magnũ eorum odiũ indicat, Dic nobis palã. Nõnne palàm oĩa loquebatur? Nõne solennitatibus semper aderat? Ideo blandioribus uerbis usi sunt, Quousque animã nostram perdis? ut iterũ aliquã calumniandi ansam inueniãt. Quòd aũt hac, & non discendi gratia interrogent, non hic tantũ, sed multis in locis perspicuum est: ut cùm rogarunt, an liceret censum dari Cęsari, & an lapidãda *Mar.22.c*
esset adultera: & cũ de ea quæ septem uiros habuisse *Supr.8.a*
deprehẽsa erat percontati sunt, in quibus nõ discẽdi *Mat.22.c*
studium, sed maleuolã mẽtem præ se tulerũt, & tũc eos reprehendit, Quid me, inqt, tẽtatis hypocritę? ut cordis secreta se cognoscere demonstraret: hic mini-
mè, ut nõ semp fraudulentos arguẽdos, sed mãsuetè & benignè in multis tolerãdos erudiret. Nã qđ stultum esset operibus ipsum p̃dicantibus uerborũ ġre- E
re testimoniũ, audi quodmodo eis respondet, cũ superfluè eos, & nõ ut discerent interrogare, tũ certiorem uerbis, hoc est operũ uocẽ protulisse significãs: *Sæpe enim*, inqt, *dixi uobis, & non creditis mihi. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, illa testimoniũ phibẽt de me.* Quòd perfidi illi aliquando inuicem dicebãt, Nõ potest homo peccator hęc signa facere. Et iterũ: *Supr.9.c*
Non potest dæmoniũ cæcorũ oculos aperire. Et ne *Supr.3.a*
mo potest talia signa facere, nisi sit cũ eo deus. Et ui dẽtes signa q̃ faciebat, dicebãt: Nũquid hic est Xps?
Alij autẽ dicebant: Quando uenerit Christus, num- *Supr.7.c.*
quid plura signa facere, q̃ hic fecit? Hi autem cùm ei credere uelle solo uerbo simularent, dicentes: Qđ *Supr.2.c*
signũ ostẽdis nobis, ut uideamus & credamus tibi? Cũ operibus non credidissent, reprehendit Christus eorum malitiam, inquiens: Si operibus nõ creditis, *Hic inf.g*
quõ uerbis creditis? Quare superflua interrogatio *Sed dixi uobis*, inquit, *& non creditis mihi: quia nõ estis de ouibus meis.* Ego enim officium pastoris feci, si uos me nõ sequmini, nõne eo accidit, quòd oues meæ nõ estis? *Oues meæ*, inquit, *uocẽ meã audiunt, et ego cognosco eas, & sequuntur me, et ego uit ã æternam do eis, et nõ peribũt in æternũ, et nõ rapiet eas quisquã de manu mea.*
Quia pater meus qui dedit mihi, maior est omnibus: et ne- F
mo potest eas rapere de manu patris mei. Ego et pater unũ sumus. Aĩaduerte quõ eos reiiciendo, ut se sequatur, hortatur: Vos me, inqt, nõ auditis, neque enim estis oues. Qui sequũtur, hi sunt ex ouili. Hęc aũt dicebat, ut oues fieri adniterentur. Inde cũ dicit, kæ acolutũsin mœ, id est, & sequũtur me: eos tãgit & excitat, & in sequendi cupiditatẽ impellit. Quid ergo, si propter patris uirtutẽ nemo rapit, tu ergo imbecillis es, & custodire nõ potes? Minimè. Nã ut intelligas illam particulã, Quia pater meus qui dedit mihi: propter illos dictam, ne iterũ deo contrarium dicerent, cùm dixisset, nemo rapiet eas de manu mea, prosequẽs suã & patris manũ unam esse ostendit: quod ni ita esset, cõsequens erat dicere, Pater q̃ dedit mihi, maior omnibus est, & nõ potest eas rapere de manu mea. Verũ nõ ita dixit: sed, de manu patris mei. Inde ne arbitrareris, qđ sit imbecillis, eo qđ uirtute patris tutæ oues sint: addidit, Ego & pater unũ sum⁹: quasi dicat, nõ propterea dixi neminẽ propter patrem eas rapturũ,

Universidad de Bibliotec

Esa.49.c

Ps.18.b.

I

K

L

M

2.Re.13.d & e
Iob.2.d.
1.Re.25.d
Iud.4.a.
1.Cor.7.c
Roma.16.

Ac si ipse imbecillis essem. Nam unũ sumus, hoc est, secundũ potẽtiam: nam de hac loquitur, quòd si eadem est, constat etiã eandem esse substantiam. Cùm enim oia tentarent Iudæi insidiando, extra synagogam faciendo, dicit oia frustra tentari, cùm in patris sui manibus oues sint, ut propheta inquit: In manu mea depinxi muros tuos. Inde unam manũ aliquando suam, aliquando patris esse ostẽdit. Cùm aũt manum audis, nihil sensibile suspiceris, sed uirtutẽ atq; potestatẽ. Quòd si nemo ob patris protectionẽ eas rapuit, superfluũ erat addidisse, Ego & pater unũ sumus. Nã si minor erat, nimis temerarium uerbum esset: nihil.n. aliud quàm potentiæ paritatem signat: quod Iudæi intelligentes, lapides in eũ iecerũt, non tamẽ hãc Iesus abstulit suspicionẽ: quę si falsa fuisset, corrigenda fuisset, & dicendũ: Cur hoc facitis? Non parem eam dico, & patris potestatem ita intelligo. Sed nunc totum contrariũ, eam confirmat, & maximè cũ exasperarentur: neq; accusat, ac si malè dixisset, sed illos reprehẽdit, ac si malã habeant de se opinionem. Cùm enim dixissent, *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: et quia cũ homo tu sis, facis te ipsum deũ*. Audi quid dicat, *Nónne scriptum est in lege uestra, Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, quo uos dicitis quia blasphemo, quia dixi, Filius dei sum?* Hoc est, si hi q gratis hoc acceperunt, nõ possunt accusari si seipsos deos appellãt: q id natura habet, quo iure accusari poterit? Nõ tamẽ his uerbis usus est, sed postmodum confirmauit: primùm remissius loquitur, ré ipsis relinquens intelligendam, cũ inquit: *Quem pater sanctificauit, et misit in mundum.* Et eorũ furore sedato, tunc ueram affert sententiã. Primũ ergo, ut suam acciperent rationem, humilioribus usus est uerbis: ide altiora aggreditur. *Si non facio opa patris mei, nolite credere mihi. Sin aũt facio, etsi mihi non creditis, operibus credite.* Vide quo, ut dixi, cõfirmat, qd in nullo sit patre inferior, sed æqualis in oibus: cùm enim substantiã eius uidere nõ sit, ab operum qualitate eandem ostendit cum patre potestatem. Et qd credemus, dic q̃so? Quòd ego in patre, & pater in me est. Nihil ego aliud q̃ pater manens filius. Nihil ille aliud quã ego manens pater: & qui me nouit, nouit patrẽ: & q patrẽ nouit, nouit & filiũ. Qd si potentia minor esset, etiã cognitio mentiretur: neque.n. alia per aliam, neque substantia, neque potentia disci potest. *Volnerũt ergo eum apprehendere, et exijt de manibus eorũ. Et abijt trãs Iordanẽ, ubi erat Ioãnes baptizãs primũ, et mãsit illic. Et multi uenerunt ad eũ, et dicebant: Ioannes quidẽ signũ ædidit nullũ. Omnia aũt quæcunque dixit Ioannes de hoc, uera erant.* Cùm quicquã magnũ & altũ loquitur, quamprimum abit, ut eorum furori det locũ, ut absentia sua sedetur, & quiescat indignatio, ut in præsentia. Sed cur euãgelista locũ notat quò abierit? Vt q̃ illic faceret, quę diceret, qd testaretur Ioannes intelligas. Euntibus ergo illuc, statim subiit aio Ioannes, propterea ostendit, quia Ioannes nullum signum fecit. Quid.n. consequens erat hoc dicere, nisi locus ipse Baptistæ & eius testimonij eos admonuisset? Vide q̃ certam affert consequentiam. Ioannes quidẽ signum nullum fecit, hic aũt fecit, ergo huius excellentia ostenditur. Si illi qui nullum fecerat signũ crediderunt, longè magis huic erat credendum. Deinde ne nullũ faciendo signum indignus testimonio uideretur: subdidit, Signũ nullum fecit, tamen omnia de eo uera erant. Neq; amplius hũc ex illo, sed illũ ex his quę hic fecit, dignum fide ostendunt. *Multi ergo crediderunt in eum.* Multis enim rationibus trahebantur ad credendũ. Nam recordati sunt uerba q̃ Ioannes dixerat, cùm fortiorẽ eum se testificatus est, & lucẽ & uitam & ueritatẽ & alia multa, ut uocẽ supernè delatã, & spiritum in specie columbæ apparentem, & eum oĩbus ostendentem, & cũ his miraculorũ demonstrationem, in quã aspicientes cõfirmabantur. Quare dixerunt, Si Ioãni credendũ est, longè magis huic. Si illi sine signis, huic potius q illius testimonio, & signis cõfirmatur. Vide quantũ eis locus, & à prauis ingenijs discessio cõtulit. Ideo frequenter ab illorũ cõsuetudine eos abducit: quod ẽt in ueteri fecit testamento. Iudæos enim ab Aegyptijs abducẽs, in eremo finxit, & eruditurum. In oĩbus hoc idem & nos admonet, ut fora, turbas, & tumultus fugiamus, in cubiculo oremus. Nauis.n. tẽpestatibus non agitata, secundo uẽto nauigat: & aia secularib⁹ absoluta negocijs, i portu quiescit. Quare mulieres q̃ uiros sapientiores esse oportet, quæ cùrę familiari, utplurimũ, incũbunt. Ita Iacob simpliciorem fuit cũ domi habitaret, & exterioribus absolueretur occupationib⁹. Neq; id simpliciter dixit scriptura, habitans domũ, sed & domi multa est perturbatio: sed cùm tu uis, & sponte tua curarũ turbam susc ipis. Vir enim in medio foro & iudiciis tanquã quibusdã fluctibus uersatur, mulier uerò tanquã in quodã philosophiæ gymnasio domi sedens, & mentẽ in se colligẽs, & orationib⁹, & lectionibus, & aliis bonis opib⁹ uacare potest, & more eremos habitantiũ, qui se perturbet habet neminem, domi sedet, ubi semper potest in trãquillitate uiuere. Siquãdo domo exeundũ est, nullã etiam perturbationis habet materiam: siue enim huc ueniant, siue balneas petãt, tũc necessariò egrediuntur, plurimũ autem tẽporis domi degitur, & potest uirtuti incumbere, & uitiũ perturbatũ lenire, admonereq;, supfluas eius & molestiores cogitationes abscindere, & ita dimittere ut quascũq; molestias è foro domũ tulerit, deponat, & q̃ domi bona didicerit, secum in forũ afferat. Nihil enim potentius muliere bona, ad instituendũ & informandum uirũ quodcunque uoluerit: neq; tam leniter amicos, neq; magistros, neq; principes patietur, ut cõiugẽ admonentem, atque consulentẽ: habet.n. uoluptatẽ quandam admonitio uxoria, cũ plurimum amet, cui consulit. Multos possum afferre uiros asperos & imites, per uxorẽ mites redditos, & mãsuetos: ipsa.n. mensa, lecto, filiorũ communicatione, dicendis, tacẽdis, ingressu, exitu, & alijs pluribus cũ marito communicans, & ut corpus capiti cõiuncta, si prudẽs erit & diligens, oẽs uincet, & coniugi superabit diligentiam. Quã ob rẽ admoneo, ut hoc pacto fiat, & necessitati consulatur. Vt.n. ad uirtutem mulier, ita ad malitiam plurimũ potest. Mulier Absalon, mulier Amnõ perdidit, ipsa Iob perdere conata: ipsa Nabal à cæde eripuit, ipsa uniuersam gẽtẽ liberauit. Et Delbora, & Iudich, & aliæ multæ iperatorũ functæ sunt officijs. Ideo Paulus inquit: Qui.n. scis mulier, an uirũ saluas? Et illis temporibus Persida, & Mariam & Prisillam apostolorũ scimus imitatrices, ut & nos imitari debeamus. Nec uerbis tantũ, sed re informãdus est cõiux. Quo autem re ipsa eum erudiemus? Cùm te non malam uiderit, non preciosis indutam, non superflua expetentem, sed necessarijs contẽtã uiderit, tũc enim cõsulentẽ patietur. Quòd si uerbis philosopha beris, re

1.Tim.2.c

Mat.26.a et Luc.7.f

A beris, re cõtrafeceris, nugas tuas reprehendet: sed cũ uerbis operũ etiam doctrinam addideris, tũc monita tua accipiet, tunc psuasus erit. Vt exempli gratia, Cùm aurũ non quæres, neq; margaritas, nec pretiosas uestes: sed pro his modestiã, beneuolẽtiam, & te indueris, & ab illo exiges. Nã si studendũ est, ut uiro placeas, anima ornanda est, nõ corpus corrũpendũ. Neq; enim aurum adeò amabilem ac desiderabilem uxorẽ reddet, ut modestia & charitas, & animus uitam exponendi pro marito. Hæc uirũ capiũt. Ille ornatus obstat ei, pecunias exponit, & sumptũ & solicitudinẽ præbet, hæc mariti animũ uxori copulant. Amor enim, charitas, desiderĩũ, nullam affert molestiam, nullã impensam. Sed econtrariò & ille quidẽ ornatus usũ deterior fit, hic indies florentiorẽ animã reddit, & maiorẽ excitat charitatem. Quam ob rem si uiro placere uis, ornato animã pudicitia, pietate, rei familiaris cura. Hæc, inquã, confirmat amorẽ, q nunquã cessat, neq; senectus hunc tollit ornatũ, nõ morbus: corporis autẽ & hęc, & alia plura auferunt. Nam animę bona prę stãtiora sunt, q̃ corporis: huius ornatus inuidiã parit, & zelotypiam: hic omni malo
B affectu, omni caret inani gloria. Hoc pacto & res familiaris facilius augebitur, & accessus facilis, cũ auro nõ eris ornata, neq; annulis digiti fulgebunt, sed in necessaria conferes, hoc est, in cibũ seruorũ, & filiorũ curam necessariã, & alia q̃ in uita requiruntur: q̃ si defecerint, oculi ea requirunt, cor angitur. Quod lucrũ? quæ utilitas? Nõ finit hoc magnũ uideri, cũ dolore torquetur. Nostis.n. quòd etsi omniũ pulcherrimam quis mulierẽ uideat, nisi lętus sit, exhilarari minimè potest. Qui enim delectari uult, primũ lætetur oportet. Cùm aũt aurum omne in uxoris ornamentis collatũ est, & angustia res familiaris laborat, quæ potest esse cõiugij uoluptas? Quã ob rem si uiris placere uolumus, demus uoluptatis materiã: quã dabimus, si ornatũ & omne lenociniũ auferemus. Hæc enim circa nuptiarũ tempora uoluptatem quandã habere uidentur, inde languescunt. Nã cùm cœlũ tã pulchrũ sit, & sol tam clarus, ut nullum corpus ęquè clarũ sit, neque tamen eum propter consuetudinem admiramur, qd de muliebri ornatu euenire par est.
C Hoc dico, ut uos meliori ornẽ cultu, quẽ Paulus præcepit, nõ auro & margaritis, neq; uariis uestibus, sed qui decet mulieres quæ dei cultũ profitẽtur, bonorũ uidelicet operũ ornamenta. Sed foris placere uis, & laudari? Minimè pudicæ mulieris hoc desideriũ. Verũtamen si uis, & hos habebis amatores, & pudicitiæ tuæ laudatores. Illã nanq; nemo modestus, nemo bonus laudabit, sed incõtinentes & luxuriosi, neque ẽt hi, sed & maledicent, cũ mulieris incontinentiã intuebuntur: hanc & illi, & hi oẽs probabunt, utpote, q nihil ab ea mali acceperint, sed cõtinẽtiæ exẽplum. Sic apud homines multum laudabitur, apud deũ aũt remunerabitur. Huncigitur q̃ramus ornatũ, ut in hac uita cũ fiducia uiuamus, & futura cõsequamur bona, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, cui honor & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

Homilia.lxi. ex cap. undecimo.

T *erat quidam languens Lazarus à Bethania castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Maria aũt erat ea quæ unxit dominum unguento.* Multi cũ aliquẽ bonũ & deo acceptum, mali aliquid, ut morbum, ut paupertatẽ, & huiusmodi perpeti uident, perturbantur, sanè ignari hoc maximè dei amicis cõtingere. Nã & Lazarus, & amicus Xpo, & ęgrotus erat, D ut ex mittentibus intelligitur. *Ecce quem amas, infirmatur.* Erat, inqt, quidam lãguens Lazarus à Bethania. Nõ ab re patriæ eius meminit. Quã ob rem in sequentibus dicet. Primùm aũt propositum aggrediamur, sororũ eius nos utiliter admonet: Maria, inqt, erat, quæ unxit dominũ unguento. Hoc in loco nonnulli dubitarũt, cur Christus id tolerasset. Ad qd illud primum intelligendũ, non fuisse hanc meretricem illã, de qua apud Matthæũ & Lucam scribitur, sed aliã: illæ meretrices & infames erãt, hęc honesta & studiosa: quippe quę Christum accipere curabat, eúmque f. cũ sorore diligebat, & tamẽ permisit Christus Lazarum mori. Sed quánam gratia non ut Centurio, & regulus, ipsæ ad Christũ profectę sunt, sed miserunt? Ob fiduciã & familiaritatẽ, quã cum eo habebant: & mulieres erant infirmæ, & luctu detinebantur. Nã quòd non contemneret, in sequentibus indicatur. Quòd igitur hæc illa nõ esset, cõstat. Sed & illã cur se tangere pmisit? Vt eius mũdaret malitiã, ut clemẽtiã ostenderet, ut intelligas nullũ morbũ eius uincere bonitatẽ. Noli igitur id solùm considerare qd permi
E serit, sed quomodo ad meliora conuerterit. Sed cur huius meminit historię euangelista? Vt eius in Iesum amorẽ ostenderet: & frequenter dicit, Amabat Lazarum & sorores eius: erudiens nos nõ ægrè ferẽdũ, si boni uiri, & deo amici aliquo morbo lãborẽt. Ecce quẽ amas, infirmatur. Ad misericordiã Xpm uolunt adducere. Adhuc tanquã hominẽ alloquuntur, qd & inde cõstat: Si fuisses hic, nõ fuisset mortuus. Neq; dixit, ecce Lazarus infirmatur: sed, quẽ amas. Quid Christus? *Hæc infirmitas non est ad mortẽ, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam.* Ecce quomodo iterum eãdem suam & patris gloriam dicit. Nam cùm dixisset, dei: subdidit, Vt glorificetur filius dei, hæc infirmitas nõ est ad mortẽ. Cùm.n. esset illic biduum moraturus, remittit nuncium, ut hoc significaret, in quo id admiratione dignũ est, quòd audientes sorores infirmitatẽ illã non esse ad mortẽ, inde mortuũ uidentes, non sunt scandalizatę, cũ contrà accidisset quàm dixerat: sed ei obuiã factæ sunt, neque mẽtitũ putauerũt. Et illa particula, ut, hoc in loco nõ causalis est, sed euentus: alia nanq; fuit morbi causa, usus est aũt ad gloriam dei. *Et hæc dicens, mansit in eodẽ loco duos dies.* Qua gratia? Vt expiraret, & sepeliretur, ne- F quis posset dicere, quòd nõdum mortuũ suscitarit, quòd sopitus esset, quòd dissolutus, quòd abalienatus, nõ mortuus: ideo tandiu moratus est, ut diceret iã fœtere. *Dicit discipulis: Eamus in Iudæam iterũ.* Quid tandẽ præter solitũ hoc prædixit Iesus? Valde timebãt, ideo prius admonet, ne repẽtino discessu perturbarentur. *Dicunt ei: Modò illic eras, & quærebãt te lapidare.* Timebãt.n. ei, ut debebant, & sibi: nondum.n. erant pfecti. Dicit eis Thomas: Eamus & nos, & moriamur cũ eo. Imbecillior.n. erat cæteris, & magis incredulus. Quo ergo eos cõfirmat Iesus? *Nónne duodecim horæ sunt dieí?* Aut hoc dicit, quòd qui nullius sibi sceleris cõscius est, nullo afficietur malo, sed q malè fecerit. Quare minimè timendũ est, cùm nihil dignũ morte commiserimus. Aut quòd q lucẽ huius mundi uidet, securus est. Si autẽ qui mundi lucem uidet, multò magis q mecũ est, nisi à me discesserit. His uerbis eos cõfirmauit, & eundi necessariam causam exponit, neq; se ituros Hierosolymã, sed Bethaniam dicit. *Dormit*, inqt, *Lazarus, & uado ut eũ à somno excitẽ.*

G Hoc est, nō ad reprehēdendū Iudæos, sed amici cau sa. *Dicunt: Domine, si dormit, saluus erit.* ac si nō neces saria esset profectio. Dicis, inquiūt, dormire: nihil er go nos ire cogit. Atq ppea ipse amicū appellarat, ut necessariam profectionē ostenderet. Sed cùm pigrio res deprehenderet, tunc mortuum dicit. Primū itaq; humilitatē prætulit, cùm uerò non intelligerent: *Mor tuus est*, inquit, *& gaudeo propter uos, ut credatis*, cùm absens prædixerim: quod resurrectionis meæ ma gnum erit argumentū, nequis dubitet. Vides adhuc imbecilliores, & adhuc eius potētię ignaros fuisse di scipulos? quod metu accidebat, quo perturbabantur: & cum dormire eum dixisset, addidit: *Vado, ut ex citem eum.* cùm mortuū esse, nō itidem. Nō. n. uerbis prædicere uolebat, quod re erat cōfirmaturus. Sem per. n. nos admonet, ut inanē gloriam caueamus, & nihil de nobis temerè promittamus. Quòd si Centu rionem consolatus dixit: Ego ueniam, & curabo eū, uoluit eius fidē ostēdere. Quòd siquis roget, quo eū dormire putarint discipuli, neq; his uerbis mortuū H intellexerint, cùm diceret: Vado, ut excitē eum? Stul tum. n. erat, si iturum Iesum quinq; & decē stadia pu tarent, ut illum excitaret. Responderem, putasse eum in ęnigmate, ut plerūq; solebat, locutū. Oēs. n. ludęo rum impetum formidabāt, in primis aūt Thomas, ideo inquit: Eamus & moriamur cū eo. Quidam au autem dicunt, & eum mori optasse. Sed profectò ti morem id uerbum arguit, & imbecillitatē, inde for tior factus est, & insuperabilis: quod sanè dignū ad miratione est, ut q ante crucē tam timidus erat, post magistri mortē & resurrectionis fidem præ omnib. tanto feruore flagraret. Tanta est Christi potentia: nam qui cū Xpō in Bethaniam ire nō audebat, sine eo postmodum solus terrarū orbē peragrauit, & in medijs populis inclamantib. & mortē minitantibus intrepidus uersabatur. Quòd si qndecim stadia abe rat Bethania, q̄ circiter duo milia passuum efficiunt, quo erat quatriduanus Lazarus? Mansit duos dies, quorū prid e uenerat nūcius, quo die mortuus erat, ita quarto uenit. Ideo se uocari passus est, neque ipse spōte sua uenit, nequa oriretur suspicio. Neq; ipsę ue nerunt, q̄ amabantur, sed alij mittuntur. *Erat autem* I *Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadijs quindecim:* ob cuius uicinitatē, multos eas uisitasse par erat: qua re subdit, *Quòd multi ex Iudæis uenerant ad Mariam et Martham, ut consolarētur.* Quo cōsolabantur Iudæi à *Ioan. 9. e.* Xpo dilectas? Edixerant. n. ut quicunq; Xpm confite retur, extra synagogam fieret: uel pp uulneris magni tudinē, uel quia nobiliores reuerebātur, uel quia nō mali erant qui ad eas uenerant, multi nanq; credide runt. Hæc autem dicit euangelista, ut testimonijs La zari mortē confirmet. Sed quid non aduocat sororē Martha, cùm obuiam Christo proficiscitur? Vult so la occurrere, & rem nunciare, q̄ cùm bonā spem ha bere iuberetur, tunc Mariam uocat, in medio fletu Christo sit obuiam. Vides amoris magnitudinem? *Luc. 10. 8.* Ipsa est de qua inquit: Maria optimam partem ele git. Quo ergo uehementior hæc q̄ nihil audiuit? Mar tha imbecillior erat, quippe quæ cùm tāta audisset, inquit tamen paulò post: *Iam fœtet, quatriduanus est.* Illa autem etsi nihil tale accepisset, tamen inquiens: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Cō siderate mulierū sapiētiam, quāuis imbecillæ essent. Viso. n. Christo, non statim in planctus lamentatio nes proruperunt, ut usuuenit cū mœrore aliquo affe cti, à notis uisitamur: sed cōtinuò magistrū uenerān K tur, & crediderūt, licèt nō perfectè ut decuit. Nondū enim norant, & quòd deus esset, & quòd propria uir tute & authoritate hęc faceret, sed utrūq; hic dидice runt. Illud. n. ignorabant, cùm dicerent: Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Hoc aūt dicendo: *Quæcunque poposceris à deo, dabit tibi deus.* Ac si de bo no quodā & probato uiro loquerētur. Quid ad hæc Christus? *Resurget frater tuus.* Illud primùm cōsutat, Quæcunq; poposceris à deo. Nō. u. inquit, poscam: sed, resurget. Nam si dixisset, O mulier adhuc humi iaces, non egeo alterius auxilio, à meipso omnia fa cio: molestiora, & supra mulieris intelligentiam fuis sent: dicēdo aūt, Resurget: mediū tenuit, & in sequen tibus ea q̄ dixi, significauit. Dicēte enim, *Scio quia re surget in resurrectione in nouissimo die*: apertius suā ostē dit authoritatem. *Ego sum*, inquit, *resurrectio & uita.* quod alterius nō egeret auxilio idicat, qppe qui uita est. Quòd si alterius indigeret, qūo ipse & resurrectio esset, & uita? Non ergo ita dixit, idem tamen signifi cauit: & ad illam particulam, Quæcunq; poposceris, inquit: *Omnis qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, ui* L *uet.* se bonis abundare, & à se petēdum ostēdit. *Et om nis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum.* In tuere quo eius erigat animū. Nō. n. tantū quæritur re surrectio Lazari, sed & hanc, & illā oportet intellige re resurrectionē. Propterea autem uerbis philosopha tur. Quòd si resurrectio ipse est & uita, nullo loco cir *Mat. 8. d.* cūscribitur, sed ubiq; præsens sanare potuit. Quòd si dixissent, ut Centurio, Dic uerbo, & sanabitur puer meus: itidē profectò respondisset. Cū aūt ad se ut ue niret, rogarēt, ideo assensus est, ut eas à tanta humili tate erigeret, suam tamē absentis ostēdit potestatē, ideo tardat. Non. n. cognita esset gratia repentè præ stita, nisi corruptus esset, & fœteret. Et unde mulier futuram norat resurrectionē? Audierat Christū mul ta de ea disputantē, quā iam uidere cupiebat, & ad huc humi uertitur. Nam cū audiret, Ego sum resur rectio & uita: nō respondit, resuscita eū: sed, ego cre do, quia tu es Christus filius dei. Cui Christus: Qui qui credit in me, etiam si mortuus, hac. s. morte, fue rit, uiuet: & omnis qui credit in me, non morietur in M æternū, illam uidelicet mortem. Nam ego sum resur rectio. Noli perturbari, si mortuus est frater uester. Hæc nō est mors. Primū eā ab euentu consolatur, & bene spare iubet, dicēdo: &, Resurget frater: &, Ego sum resurrectio. Et qd resurgens ēt si moriatur, nihil patietur incommodi. Quam ob rem non est hmōi mors dolenda: hoc est, neq; ipse mortuus est, neque uos moriemini. *Credis hoc?* Ait illi, *Vtique domine: ego credo, quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mundum uenisti.* Videtur mihi Xpi dictū mulierē non intellexis se: nouit tamē magnum esse, totū nō perspexit: pro pterea aliud interrogata, aliud respōdet. Illud tamen primū consecuta est, quòd fletum compescuit. Eius modi. n. Christi sermonis uirtus, ideo illa uenit, hęc secuta est. In magistrum nāq; beneuolentia nō mul tùm præsentē calamitatem sentire pmittebat. Itaq; cū gratia etiam mens mulieris philosophabatur. Ve rumenimuero etiā cū aliis malis hic muliebris mor bus iā prævaluit, ostērant planctus & dolores suos, cruentant brachia, scindūt capillos, laniāt genas, par tim ob dolorem, partim ad ostentationem, aliæ aio impudico in medio foro brachia nudāt. Quid facis mulier? Nudas te impudēter in medio foro, cum Xpi

A membrum sis, cū uiri adstent, & capillos uellis, & in miseros prorūpis eiulatus, & saltas, & insanarū mulierū more iactaris? Nónne te deum offendere arbi traris? Quæ nā hæc insania? Nonne ridebunt gētiles? nónne fabulā nostram putabunt religionem? Dicēt enim nullam esse resurrectionē, illusiones oīa Chri stianorum dogmata & fallacias putabunt. Haud. n. aliter, quā si nihil post mortem remaneat, mulieres lamentantur, nō attendunt scripturis, oīa illa figmē ta ipsæ credere uidentur: si quidem si crederent mor tuum nō esse mortuū, sed ad meliorem uitam trans latū, non utique ipsum tanquā nihil esse deplorarēt, non adeò indignarentur, nō tantas efferrēt uoces in credulitatis iudices. Nunquā te amplius uidebo. Oīa fabulæ: nā si principali bono ita diffidūt, multò ma " gis alius q̄ asserunt. Non ita gentiles effœminantur. " Multi apud eos philosophati sunt: & cū audisset ma " ter filiū in prelio cecidisse, mox rogauit, quo se respu " blica haberet. Et alius philosophus coronatus, cùm " audiret pro patria cecidisse, coronā deposuit: inde sci " scitatus quo cecidisset, ut fortiter occubuisse cogno B uit, in caput statim coronā reposuit. Multi & filios & filias cædi dæmonas reueriti tradiderunt. Spartanæ aūt mulieres hortantur filios, ut clypeum è prelio re ferant, aut super eo occūbant. Ideo pudet me gētiles hæc sapere, nos impudētes esse: qui de resurrectione nihil intelligūt, intelligentiū opera faciunt: qui intelli gunt, ignorantiū: & quod propter deum non faciūt, hoies reueriti faciunt sæpenumero. Opulentiores fœ minæ capillos nō solunt, brachia nō nudant, quod & maximè reprehendendum: nō quòd non nudēt, sed quòd non pp deum, sed ne turpes uideantur. Pu dor luctum cohibet, dei metus non cohibet. Et qūo hoc non summopere reprehendendum? Quod diui tes diuitiarū gratia faciunt, diuino metu pauperes fa ciant. Sed econtrà euenit: illæ propter inanē gloriam philosophantur, hæ propter humilitatē præferūt im pudentiam. Quid hoc absurdius? Oīa propter homi nes, oīa propter præsentia facimus. Et stultè, & ridi- *Matt. 5. a* culè loquūtur. Atqui dominus inquit: Beati q̄ lugēt: peccata uidelicet, quæ nemo luget, nemo aiæ suæ cu rat pditionē. Quod lugere nō iubemur, id lugemus. Quid inquit? Cùm hoies simus, de morte hominis C non est dolendū? Nunquid ego hoc prohibeo? Mini mè lugere, sed impudenter lugere ueto. Nō sum ima nis, atq; crudelis. Video naturā dolere, & quotidia nā requirere cōsuetudinē. Nō licet nullo affectu mo ueri, quod & Christus ostendit: lachrymatus est sup Lazaro, eius sequere exēplū: lachrymare, sed leniter & pudenter, & cum dei timore. Si hac ratione lachry mas fundes, non resurrectionis diffidentiæ argueris, sed ægrè ferrè charissimi seiūctionem uideberis. Nā & peregrè proficiscētes lachrymis prosequimur, nō tamē ut mortuos: ita & tu lugeas, tanquam præmi seris peregrinum. Hæc ego non ut præceptor, sed ut permissor, humanæ conscius fragilitatis admoneo. Quòd si peccator, & q̄ sæpenumero deū offenderit moritur, is deflēdus est, uel potius minimè, cū nihil illi afferat utilitatis: sed ea faciēda, q̄ ei aliqd cōferre possint, eleemosynas, oblationes: in hoc lætādū est, quòd malitia ei⁹ abscissa est: qd si iustus, rursus lętan dū, quòd in tuto collocatur, qd liberatus est futura formidine. Si iuueris, qd ex medio malorū ereptus est: si senex, qd eo diuitius usus, qd maximè desidera bile uidebatur, uitæ satietate migrauit. Tu autē ho- D rū omissa consideratione, ancillas cædis, ac si ita de mum defunctū honoribus prosequaris: qd ultimæ est dementiæ. Honor. n. mortuo, non fletus est, non eiulatus, sed hymni, & psalmi, & uita optima. Ille mo riēs cū angelis euolabit, ēt si nemo exequijs interue niat: perditus aūt, etsi in funere uniuersam habuerit ciuitatē, nihil lucrabitur. Vis mortuū honorare? alia uia aggrediendū est. Fac eleemosynas. Quæ tibi ex multis fletibus utilitas? Ego & aliud malū audiui, qd multæ ēt amatores per fletus alliciūt, maritalis amo ris opinionem, lamentationū uehementia de se con firmantes. O diabolicā mentem, ò satanæ cogitatio nem. Quādiu & terra & puluis, quādiu sanguis & ca ro erimus? Cœlum tandē suspiciamus, intelligamus spiritalem nostri partem. Quo gentiles arguemus? Quo qui hęc faciunt, consolabimur? Quomodo cū his de resurrectione disputabimus? Quomodo de alijs sapiētiæ partib⁹? Qua securitate uiuemus? Ex do lore. n. prouenit mors. Cōsidera uim perspectuam aiæ, nihil sinit uidere necessariorum, inde multū de trimenti: illo. n. modo & deum offendimus, neq; no bis, neq; defuncto prosumus: hoc aūt & deo place mus, & probamur ab hominibus. Nā si nō succum- E bem⁹, cōtinuò doloris reliquię abolentur. Si indi gna bimur, i miseria relinquimur. Si gratias agemus, nō mœrebimus. Et quo potest, inquit, non dolere, qui filiū uel uxorem amisit? Non dico, ne doleat: sed ne immodicè. Nā si intelligeremus deum illum abstulis se, quem mortalē uirū, ac filium habebamus, mox consolaremur. Indignari. n. maius quiddam supra naturā q̄rentis est. Homo natus & mortalis, quid do les quod secundū naturam contigit? Nunqd doles, qd edendo nutriris? Nū quæris sine cibo uiuere? Ita & in morte, nunquid q̄ris immortalitatem? Mortalis *Hebr. 9. g* natus es. Semel hoc disinitū. Noli dolere, noli te affli gere, sed ama q̄ cōmuniter oībus statua sunt. Doleāt tibi peccata tua, hic optim⁹ fletus, hęc maxima sa piētia. Hęc ergo ppetuo defleamus, ut cœlestē asse quamur lętitiā, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, cui honor & gloria, i secula seculorū, Amē.

Homilia. lxij. ex cap. undecimo.

Ondū enim uenerat Iesus in castellū, sed erat ad " *huc in illo loco ubi occurrerat ei Martha.* Magnū bonum sapiētia est. Sapiētia nostra dico, nō gentilū, quę uerba sunt duntaxat, & fabulæ, neq; ul lam habent sapientiam: gloriæ nanque causa oīa fa- F ciunt. Magnū, inquam, bonum sapientia, q̄ nobis in de uicem reddit. Qui. n. pecunias contemnit, iā hoc bonū consecutus est, quòd supfluis & stultis curis li beratus est. Qui gloriā pessundat, pmiū inde accepit, qd nulli seruit, sed uera libertate perfruitur. Qui cœ lestia cōcupiscit, remuneratione nō caret, cū nihil p sentia arbitretur, & facilè dolorem omnem exupe ret. Ecce nunc mulierem philosophantem inde præ mium consecutam. Et enim oībus assidentibus, do lens, & plangens, non expectauit ad se uenientē ma gistrum, neq; decorum seruauit, neq; luctu retenta est. Siquidē quæ in luctu sunt, cum alijs incōmodis ēt tenentur affectu, quòd à præsentibus affectāt lau dari: quorū nihil Marię accidit, sed surgens euestigiò, magistro obuiā facta est. Iesus autem nōdum in lo cum uenerat: lento. n. passu ambulabat, ne ad signū faciēdum festinare uideretur, sed ab illis de eo iudi ciū fieri uolebat. Aut igitur hoc significare uult euā gelista, aut qd citò accurrit, ut ueniēti occurreret. Ve

Gnit autẽ non sola, sed omni Iudęorũ turba subsequẽ-
te: & perq̃ prudenter soror ei clàm magistri aduen-
tũ significauit, ne consessum pturbaret: neq; cur sur-
geret dixit: nam multi certè abiissent. Nũc uerò tan-
quam fleturam ad monumentũ secuti sunt, & ex his
iterum mortuũ Lazarũ confirmatur. Et prócidit ad
pedes eius, uehemẽtius q̃ soror amabat, neque tur-
bam reuerita est, neq; opinionem quam de eo Iudęi
habebãt. Erant nanq; multi maleuoli, qui dicebant:
Supr.9.c. Non poterat hic, q aperuit oculos cęci nati, facere ut
hic non moreretur? Sed omnẽ humanum affectũ ex
pulit, magistro pśente, cuius solius facta est honoris
uidelicet in dominum. Et quid inquit? *Domine, si fuis-*
ses hìc, frater meus non fuisset mortuus. Sed qd nihil ad
eam loquitur Xps, ut ad sororem? Turba aderat, ne-
que uerborũ tẽpus erat, sed mouetur humano affe-
ctu, quem tantũ primò uoluit ęstimari. Nam cùm si
gnum magnũ, quale rarò fecit, esset facturus, ex quo
multa erat prouẽtura utilitas, ne turba absente nihil
lucraretur, doloris affectu multos testes allicit, ne p̃-
dã amitteret. Et primũ humanam perfert naturã. La
H chrymatur & perturbatur. Norat.n. lachrymas ex ci
tare, & affectum arguere. Illa enim particula, *Et infre-*
muit spiritu, motum illũ cohibuisse signat: & ait: *Vbi*
posuistis eum? ne flendo interrogaret. Sed quid rogat?
Non uult festinare, sed oía ab illis discere, & horta-
tus facere, ut omni suspicione careret miraculũ. *Di-*
cũt ei: Domine, ueni et uide. Lachrymatus est Iesus. Nullũ
adhuc resurrectionis signũ ostenderat, neq; ut susci-
taturus, sed ut lachrymaturus uenit, qd mox signifi
catur: ait.n. *Dixerũt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat*
Supr.9.a *eum. Quidã aũt ex ipsis dixerunt: Nõ poterat hic, qui ape-*
ruit oculos cæci nati, facere ut & hic non moreretur? Nec
ĩ calamitatib⁹ à malitia abstinebãt. Atq facturus erat
rem longè mirabiliorẽ. Longè.n. maius est post mor
tem in uitam reuocare, quam instantem propelle-
re: in quo ergo ei⁹ uirtus erat admiranda, in eo Iesum
calumniantur. Cõfitentur aũt aperuisse oculos cęci
nati, & quod rursus debebãt admirari calumniãtur,
ac si nihil feciſſet. Nec in hoc solũ eorũ ostendit ma-
litiam, sed cũ nondum ad monumentũ uenerit, eũ
criminantur, non expectantes rei finẽ. Intuere corru
I ptum eorum iudiciũ. Venit ad monumentũ, & rur-
sum affectum arguit. Quid tandẽ tam diligẽter quo
ties lachrymatus sit meminit euãgelista, & qd infre-
muerit? Vt intelligas uerè naturã nostram induisse.
Cùm.n. magna de eo loquatur, etiam in his quæ ad
Mat.26.d corpus spectant, hoc in loco multò humilis loqtur.
et Lu.22. Nihil ut reliq euangelistę in passione quòd in agonia
c. esset, narrauit, sed contrà qd retrorsum supinos reie-
Sup.10.d cerit. Quod ergo illic omisit, hìc per luctũ implet. Nã
de morte disputans, inquit: Potestatẽ habeo ponẽdi
aĩam meam: & nihil submissè loquitur. Ideo in hu-
manitatis affectibus incarnationis ueritatẽ ostẽdũt.
Mat.26.d Matthæus.n. ab agonia, & tremore, & sudore: hic à
lachrymis humanitatẽ confirmat. Neque enim nisi
nostræ fuisset naturæ, & semel, & iterũ lachrymari
coact⁹ fuisset: neq; ullis respõdet criminibus. Quid.n.
uerbis imponere eis silentiũ oportuit, cũ mox rebus
ipsis ad tacẽdum cogerentur? qd grauius fuit, & ma-
iorem incussit pudorem. Ait ergo: *Tollite lapidem.*
Quid tandẽ absens non idem iusserat, atque perfece
tat? Quid non dimisso lapide suscitauit? Poterat.n.
q corpus mortuũ uoce mouerat, & corrupto aĩam
inspirarat, multò magis lapidẽ mouere. Sed cur non
fecit? Vt eos testes feciſſet miraculi, ne dicerent qd & K
de cæco, Hic est, non est. Manus.n. & præsentia illo-
rum ipsum esse testabantur. Illi.n. uel imaginationẽ,
uel præstigiũ aliquod opinari potuissent: nunc cũ af
fuerint, cũ lapidem tulerint, cùm ligatus exierit, cùm
iussus sit solui, cũ amici pręsentes ipsum uiderint, &
ex uestibus agnouerint, cũ sorores fœtere, & quatri-
duanum esse dixerint: hæc oía sufficientia erãt, quæ
uel impudentibus silentiũ imponerent, cũ rei testes
adessent. Ideo iubet ut lapidẽ tollant à monumẽto,
ostẽdẽs seipsum suscitare. Ideo interrogat, Vbi posui
stis eũ? ut dicentes, Veni & uide: & ducentes ipsum,
non possent dicere aliũ suscitatum, ut & uox, & ma-
nus testificaretur. Vox, dicẽdo ueni, & uide. Manus,
lapidẽ tollẽdo, & institas soluẽdo. Et uisus, & audit⁹.
Hic, uocẽ audiendo: ille, uidẽdo exeuntẽ: & odora-
tus, odore offensus. Inquit enim: *Iam fœtet, quatriduа-*
nus est. Meritò ergo dixi, quòd minimè norat mulier
quid Iesus diceret, cũ inquit: Etiam si mortuus fuerit
uiuet. Considera ergo quid hæc dicat, tanq̃ iam im-
possibile esset. Erat.n. admirabile, ut quatriduanũ, Hic sup.
& fœtidũ mortuum suscitaret. Discipulis enim inqt: L
Vt glorificetur filius dei per eũ. Hic gloriam dei de
patre inquit. Aiaduerte audientium imbecillitatem
diuersi sermonis esse causam. Rememorat.n. quæ su
perius dixerat, arguens tanquam oblitã. Noluit iam
præsentes perturbare, ideo inqt: *Nónne dixi tibi quòd*
si credideris, uidebis gloriam dei? Magnum nanq; bonũ
fides est, magnum inquã, & bonorum multorũ cau
sa, ut dei opera hoíes facere possint in nomine illius.
Si.n. credideritis, inquit, & dixeritis monti huic, ut
trãsferatur, fiet: &, Qui credit in me, maiora signa fa Mat.17.
ciet q̃ ego, in nomine meo. Quæ nã maiora? Etenim Inf.14.
umbræ ipsorum mortuos suscitabant. Sic enim præ Actio.5.
dicauit Christi potestas. Non enim tã mirabile fuit,
quòd uiu⁹ miracula faceret, ut ipso mortuo alij ĩ no
mine eius maiora operarentur. Neq; dubitandũ fuit
de ei⁹ resurrectione, neq; si uisa fuisset, ita esset con-
firmata. Qui.n. resurgentem uidisset, dicere poterat
fuisse phantasma: qui uerò solo eius noie inuocato,
maiora miracula uidet, q̃ cùm in carne cum homini-
b⁹ uersatus est, non sanè incredulus esset, nisi maio
rem in modũ desiperet. Magnũ igitur bonum fides, M
cùm à uehementi amore, & flagranti aío procedit:
ipsa sapiẽtes nos indicat, ipsa humanã detegit humi-
litatẽ, & inferius omissis rationib⁹, de cœlestibus di-
sputat: & qd humana sapiẽtia inuenire nõ potest, in
quo deficit, hoc fides dirigit, hoc docet. Hanc igitur
cõplectamur: neq; rationibus distrahamur. Cur gen
tiles nihil inuenire possunt, dic quæso? Nõne externã
omnẽ nouêre sapientiã? Vnde ergo piscatores, & ten
toriorũ opifices, & indoctos superare nõ potuerũt?
Quoniã illi rationibus, hi fide oía perficiebant: ideo
& Platonẽ, & Pythagorã, & philosophos oês, nec nõ
& astrologos, & mathematicos, geometras, arith-
meticos, & ois sapientiæ professores superarunt, &
meliores facti sunt. Quãtò stultis illis & ĩanis uerio
res philosophi euaserunt? Hi.n. statim animam im-
mortalẽ esse, non tantũ dixerunt, sed & persuaserũt.
Illi anteà nihil norant, qd esset anima, postquàm au
tem inuenerunt, & diuiserũt eã à corpore, iterum in
errorẽ prolapsi sunt: aliqui corpus eã dixerũt, alij cõ
positũ, nonulli cũ corpore dissolui: nec nõ cœlũ ani-
matũ, & deũ. Piscatores aũt dei opus profesi sunt, &
ois psuaserũt. Quòd aũt gẽtiles rationib⁹ usi sint,

A minimè mirum: quòd aũt qui fideles uidẽtur, hi ani-
males inueniantur, est sanè ridiculũ, propterea deci-
piuntur. Et alij quidẽ qui dicunt scire deũ, ut ipse seip
sum nouit, qd nemo ne illorũ quidẽ ausus est dicere.
Alij non posse deum sine passione generare, neq; ei
quicquam amplius à nobis habere permittunt. Alij
quòd recta uia nihil proficit. Sed tẽpus nõ est hęc in
præsentia reprehendẽdi. Quòd aũt nihil proficiat fi-
Mat.7.c des recta, si uita praua sit, & Christus, & Paulus plu-
Ibidem. ribus ostẽdit. Inquit enim: Nõ oís qui dicit mihi, do-
mine domine, intrabit in regnũ cœlorũ. Et, Multi di-
Luc.10.c cent mihi in illa die, Domine, nõne in noie tuo pro-
phetauimus? & dicã eis, Nescio uos. Et iterum nolite
gaudere, quòd dęmonia uobis obediunt. Qui hæc
nõ attendunt, facilè in uitia delabuntur, ẽt si fidẽ re
Heb.12.d ctam habeant. Sed nos hęc fugiamus, neq;. n. sine ui
ta recta deus uideri põt, Pacẽ, inquit, persequimini,
& sanctificationẽ, sine qua nemo uidebit deũ. Sãcti-
ficationẽ cõtinentiam appellat, ut unusquisq; sua cõ
tentus sit uxore, neq; alienã quærat. Qui sua conten
B tus nõ est, saluus esse non põt: sed necessariò peribit,
etiamsi innumera bona opera fecerit. Fornicãdo im
possibile est intrare in regnũ cœlorũ: imo non forni
Mat.5.c catio hæc, sed adulterium. Quemadmodũ. n. alliga-
ta uiro, si alium cognoscit, adulteratur: ita alligatus
uxori, si aliã habet, adulterij reus est: hic nõ hęredita
Esa.66.g bit regnum cœlorũ, sed in gehẽnã intrudetur. De his
inquit deus: Vermis eorũ nõ morietur, neq; ignis ex-
tinguetur. Nullã. n. ueniã consequitur, qui capta uxo
re, post hoc carnis remedium alienæ iniuriatur, hoc
iam lasciuia est: quòd si ab uxore sua multi ieiunij &
orationis tpe abstinent, q̃ sua contentus non est, sed
alienã introducit: quantũ sibi mali accumulat? Si suã
repudiare, & alij uacare nõ licet (est enim adulteriũ)
quantùm ille accusandus est, q suę aliã addit? Nemo
igitur hunc morbũ animæ insidere permittat, sed ra
dicitus euellat. Neq;. n. tantum uxorẽ, quantùm seip
sum offendit: hoc.n. adeò apud deum scelestũ uide-
tur, ut si uxor ab idololatra uiro ipso nolente disce-
1.Cor.7.c dat, puniatur: si ab adultero, minimè. Considera er-
go huius morbi malitiã: nam siqua fidelis, inquit, ha
bet uirũ infidelẽm, & ipse consentit habitare cũ illa,
C non dimittat uirũ. De fornicatione aũt: Siquis dimi-
Mat.5.e serit uxorẽ suam prẽter rationẽ fornicationis, facit ip
sam mœchari. Nã si cõsuetudo unum corpus facit,
siquis meretrici admiscetur, unũ cum meretrice cor
pus efficitur: qũo ergo ornata accipietur, cũ sit mẽ-
brum Christi? Qũo ei iungetur corpus meretricis? Et
1.Cor.7.c intuere excessum. Quæ cũ infideli habitat, nõ est im
munda. Sãctificatus est, inquit, uir infidelis in mulie
re fideli. In fornicaria aũt, nunquid mẽbra Christi fa
ciemus mẽbra meretricis? Illic sanctificatio manet, si
cum uxore cohabitat, hic discedit. Graue itaq; malũ
fornicatio, graue inquam, & immortale afferens sup
plicium, & in hac uita innumera secum mala trahit.
Cogitur. n. uitam miserã & infelicem uiuere, qui hoc
morbo afficitur. Neque meliori loco res suæ sunt, q̃
eorũ qui supplicijs distrahuntur. Alienam domũ tre-
pidus & formidolosus ingreditur, omnia timet, &
seruos, & liberos. Quare hortor hoc uos morbo dis
soluatis: qd si nõ placet, nolite hæc sacra ingredi pe-
netralia. Siquidẽ minimè oportet scabiosas & mor-
bidas oues in sanarum & bene ualentiũ grege uersa-
ri, sed ab ouili exigendæ sunt, quoad bonã recipiant
ualetudinem. Membra Christi sumus, nolimus fieri
meretricis. Non est locus hic lupanar, sed ecclesia. Si D
membra meretricis habes, abesto ab ecclesia, ne p̃-
sentia tua fordescat. Quòd si nulla esset gehẽna, nul-
lum suppliciũ: quo tamen aío post coniunctionem
illã, & nuptiales faces, post iustũ lectum, & liberorũ
susceptionẽ, post quotidianã cõsuetudinem, pateris
aliam supponere? Cur nõ uereris, non erubescis? Qui
post uxorũ mortẽ alijs admiscentur, hi reprehendũ-
tur à multis, quãuis puniri nõ possint: tu uiuẽte uxo
re aliã superducis? Quæ nã hęc incontinentia? De his Esa.66.g
inquit: Vermis eorũ non morietur, & ignis nõ extin
guetur. Perhorresce minas, formida suppliciũ. Non
est tanta hìc uoluptas, quãta illic pœna. Sed absit, ut
aliqs sit huic obnoxius supplicio, sed p sanctificatio
nem oẽs Christũ uideant, & promissa bona cõsequã
tur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,
cum quo patri gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxiij ex cap. undecimo.

E*Sus aũt eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gra-*
i *tias ago tibi, quoniã audisti me. Ego aũt sciebã,*
quia semper me audis, &c. Qd sępenumero di
xi, id & in præsentia repetã, deum. ĩ. non adeò suam E
spectare dignitatẽ, ut nostrã salutẽ: neq; ut magnum
aliqd loquatur, sed ut nos possit allicere. Propterea
alta & magna rarò, & ea absconditа, sed humilia &
abiecta frequẽter loquitur. Cũ. n. his populũ magis
adduceret, magis ẽt utebatur, non tamẽ semper, ne
posteà offenderentur: neq; cõticet, ne psentes scãdali
zarentur. Illi nanq; qui perfecti futuri erant, ex uno
altè & magnificè dicto totũ poterant intelligere: hi
aũt cũ rudes essent, nisi sępenumero eadẽ audissent,
nullum cepissent emolumentũ. Certè neq; post tan-
tam doctrinam perstant, sed eũ lapidibus petunt, &
persequuntur, & interficere conantur, & blasphemũ
appellant, cũ ęqualem se faceret deo. Et nunc dicũt,
blasphemare. Cũ aũt dixisset, Remittuntur tibi pec- Sup.10.g
cata tua, iterũ dęmonium habere dicunt. Et cũ mor
tem superare, qui uerba sua audiret, & se in patre, &
patrẽ in ipso esse, & de cœlo se descendisse diceret, eũ
relinquunt, & perturbantur. Quæ si rarò dicta mini-
mè ferebant, lògè minus si semper altè & magnificè
locutus esset. Nã cũ dicit: Sicut mãdauit mihi pater, F
sic loquor. Et ego à meipso nihil loquor: tũc credũt.
Multi, inquit, crediderũt in eũ. Quòd si humilia fidẽ Sup.8.d
faciunt, sublimia auferunt: nõne ultimæ amẽtiæ est,
nõ intueri humiliter pp auditores locutũ? Nã & alio
in loco cũ magnum quiddã dicere uellet, & reticuis-
set, causam attulit ne scãdalizarẽtur. Proiice hamũ in
mare: quòd & in loco hoc. Cùm. n. dixisset, Ego scie-
bam qa sęmper me audis: prosecutus est, pp circun- Mat.17.d
stantẽ populũ dixisse, ut crederent. Nunquid nostra
hęc uerba sunt? Num humana cõiectura? Cũ. n. ex re
bus ipsis nos credamus eos in magnis scãdalizari, &
ipse dicat se ideo humilia loqui, ne scãdalizarẽtur: qs
deinceps à natura humiliter ipsum locutũ suspicabi-
tur, & nõ eorũ indulgẽtẽ imbecillitati? Et alibi uoce
cœlitus delata dicebat: Nõ pp me hęc uox facta est, Mat.17.a
sed pp uos. Atqui magnũ decet multa de se humili-
ter p̃dicare, non aũt humilem & abiectũ magnificè.
Indulget auditorũ imbecillitati, & humilitatẽ eos, &
se carnẽ nostrã accepisse erudit: néue deo contrariũ,
utq; odium populi auerteret, ĩcũ frequenter in ueteri
testamento dicatur: Dominus deus tuus, dominus Deu.6.a
unus est. Quòd. n. humilis & abiect⁹ magnificè de se

C loquatur, nulla est causa, nec rõne aliqua nititur, sed
sola amẽtia est, & impietas, & audacia nõ tolerãda.
Qua ergo gratia humilia loquitur, q arcanæ illius, &
inenarrabilis est substãtiæ? Et eorũ q diximus gratia,
1.Co.15.d & ne ẽt putaretur ingenitus. Nã & Paulus qd tale ti-
muisse uidetur, cũ ait: Præter eũ qui ei cũcta subiecit.
Impium.n.hoc suspicari. Nã si minor patre, & alteri⁹
substãtię æqualis existimatus esset, nõne oia fecisset,
ut ea tolleretur opinio? Nunc cõtra facit, inquiens: Si
nõ facio opera eius q misit me, nolite mihi credere.
Inf.14.b Et cũ dicit, Ego in patre, & pater in me est: æqualita
tem nobis signat. Erat hæc oino tollenda opinio, si
inferior fuisset, & nullo pacto dicendũ, Ego in patre,
& pater in me est, aut unũ sumus: aut, q uidet me, ui
det & patrem. De uirtute nanq; sermo erat, dicẽdo,
Ibidem. Ego & pater unum sumus. Et de potẽtia, Sicut pater
Sup.10.f suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult,
Sup.5.d uiuificat. Qd qui alterius esset substantiæ, minimè fa
cere potuisset: qd si potuisset, non oportebat id dice
re, nequis unã & eandẽ esse substantiã arbitrarẽtur.
Si.n.ne suspicarentur deo contrariũ esse, ẽt quæ sibi
H nõ conueniunt, de se nonnunq; loquitur, longè ma
Supr.5.d gis tunc. Dicere nanq;, ut honorificẽt filium, sicut &
Ibidem. patrẽ: &, opera q̃ ille facit, & ego similiter facio: & se
resurrectionẽ esse & uitam, & lucẽ mundi: æquiparã
tis est sese patri, & illorũ confirmantis suspicionem.
Nunc aũt quòd legẽ non soluat, tot rationibus excu
Sup.10.g sat: opinionẽ aũt æqualitatis ad patrẽ, non modò nõ
tollit, sed cõfirmat: & dicẽtibus illis, blasphemas, qa
te deum facis: ex operibus æqualitatẽ demõstrauit.
Et quid filium hoc fecisse dico, cũ pater nõ indutus
Gen.3.b carne, multa de se humilia dici passus sit pp auditо-
rum salutẽ? Adæ.n.inquit, Vbi es? Et illud, Vt cogno-
Gen.22.c scam si fortè scdm clamorẽ eorũ perficiẽtur: &, Nũc
Exe.3.c cognoui, quia times deũ tuũ. Et si fortè audiant, etsi
Psa.85.b intelligant: &, Quis daret cor meũ populi huius sic
esse? &, Nõ est similis tibi inter deos domine. Et mul
ta hmõi in ueteri testamẽto, siquis notaret, diuina
2.Para. maiestate indigna inueniret. Et de Achab dictũ est:
18.e Quis decipiet me Achab? Et quoties gẽtilibus dijs p
cõparationẽ prẽponitur, semp indigna sunt deo uer
ba. Sed aliter digna efficiuntur: quoniã tam clemens
I est, ut pp nostrã salutem, ẽt digna se uerba cõtẽnat.
Nam & quòd homo filius factus sit, & serui formã
acceperit, quòd humilia & loqueretur, & de se dici
permiserit, indignũ deo. Indignũ sanè, siquis eius cõ
sideret maiestatem: dignũ rursus, si immẽsa eius be
nignitas, & clementia cõsideretur. Est & alia tam hu
milium uerborũ causa, qua patrẽ norant, & uenera-
bantur, filiũ aũt ignorabant. Ideo ad ipsum frequen
ter confugit tanq; confessum, utpotè cũ nõ adhuc ip
se eam haberet authoritatẽ: nõ ex se, sed ex auditorũ
stultitia, atq; imbecillitate. Ideo orat, & dicit: *Pater,*
Sup.5.d *gratias ago tibi, quoniã audisti me.* Quòd si quos uult
uiuificat, & sicut pater, ita uiuificat, quare orat? Sed
uide iam in ipsum uenisse locum. *Vt ergo tulerunt la-*
pidẽ, Iesus eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago
tibi, quoniam audisti me. Ego aũt sciebam, quia semper me
audis: sed propter populum qui circunstat dixi, ut credãt,
Luc.11.b *quia tu me misisti.* Interrogemus hic hereticũ, num p̃-
Mat.8.a ces ei quid cõtulerint ad Lazarũ suscitandum? Qũo
Mat.9.a ergo alia sine precibus fecit miracula? Tibi, inquit, di
Luc.5.d co dęmoniũ egredere ab isto: &, Volo, mundare: &,
Mar.4.d Surge, tolle grabbatũ tuum: &, Remittuntur tibi pec
cata tua: & mari, Tace, obmutesce. Quid aũt prẽsta
ret apostolis, si preces ei ad miracula opitularentur? K
Immo neq; illi precibus oĩa faciebãt, sed multa Iesu
noĩe inuocato. Quòd si eius nomen tantũ poterat,
qũo ipse precũ auxilio indigebat? quo si indigebat,
nõ utiq; nomẽ eius eam habuisset potestatẽ. Cũ aũt
Gene.1.e hominẽ fecit, quid precatus est? Nõne magna depre
henditur æqualitas? Faciamus, inquit, hoĩem. Quid
aũt imbecillius, si ei orãdũ fuit? Sed uideamus quid
orat. Pater, gratias ago tibi, quia audisti me. Et quis
nam unquã ita precatus est, priusquã quicq̃ diceret?
Gratias ago tibi, inquit, ostendens se non egere pre-
cibus. Omnia.n.facis quæ uolo: nõ tanq̃ nõ posset,
sed tanq̃ una esset ipsorum sñia. Sed qua gratia ora-
tionis forma usus est? Non me, sed illũ causam dicen
tem audi: Propter circunstantẽ populum, ut credãt,
quia tu me misisti. Non dixit, ut credãt me minorẽ,
& quòd diuino indigeã auxilio, sine quo nihil facere
possum, sed quòd tu me misisti. Hęc oĩa preces ostẽ
dunt, si simpliciter eas accipiamus. Non dixit, Misisti
me imbecillũ, seruitutis cõscium, à meipso nihil po-
tentem: sed his oĩbus omissis, ne quid horũ suspica-
reris, ponit uerã orationis causam, ne me deo cõtra- L
rium arbitrentur, ne dicãt nõ esse à deo, ut scdm uo
luntatẽ tuam hoc me fecisse ostendã: tantũ non di-
cens, Si essem cõtrarius deo, res non processisset. Au
disti me, & ad amicos dici solet, & æquales: Ego scie
bam, quia semper me audis: hoc est, ut fiat uolũtas
mea, non egeo precibus ad persuadendũ, una enim
uolũtas est. Ad quid ergo preces? Propter infirmio-
res. *Et cũ hæc dixisset, clamauit uoce magna.* Cur non di
xit, In nomine patris mei ueni foras: aut, resuscita eũ
pater: sed oĩbus his omissis, orantis forma accepta,
re ipsa suam præfert authoritatẽ? quia & hoc sapien-
tiæ suæ est, ut uerbis humilitatẽ, re potestatem prę se
ferat. Cũ enim nulla alia de re Christũ possent accu
sare, q̃ quòd non esset à deo, & ita multitudinẽ feci-
perent, hac gratia per excessum id refutat, & eo mo-
do quẽ imbecillitas exigebat. Poterat.n.aliter ostẽ-
dere inter se conuenientiam, sed eò populus peruени
re non poterat, & ait: *Lazare ueni foras.* Hoc est qd di
Sup.5.d xerat, Venit hora, quando mortui audient uocẽ filij
dei, & qui audierint, uiuent. Vt enim nõ existimares
ab alio uirtutẽ accepisse, superius te docuit, & nunc M
per opa ostendit. Et nõ dixit, resurge: sed, ueni foras,
& mortuum tanq̃ uiuentẽ appellat. Quid huic pote
stati par? Quòd si nõ propria uirtute hoc facit, qd in
eo plus esset, q̃ in apostolis, qui dicebãt. Quid nobis
Acto.3.d attenditis, tanq̃ propria uirtute faciamus hunc am-
bulare? Quòd si nõ sua operabatur potestate, quid
non id qd apostoli, dicebat? Et ita ipsi essent sapien-
tiores, qui gloriam propulsarent. Et iterũ: Quid attẽ
ditis nobis tanquam propria uirtute faciamus? Simi
les uobis hoĩes sumus. Præterea apostoli quòd nihil
ex se facerent, totis uiribus persuadere conabantur:
ipse aũt cum eã de se cõcitasset opinionem, nõne ab
stuliisset, si falsa eius potestas crederetur? Quis hoc di
xerit? Sed contrà ait: Propter circũstantẽ populum,
ut credat. Quòd si crederent, non opus esset preci-
bus. Si enim non erat indignum se precari, quare il-
lis causam imputat? Quare autem non dixit, ut cre-
dant quòd tibi non sum æqualis? Oportuit enim in
hanc suspicionẽ uenire. Sed cũ legem soluere existi-
Mat.5.d maretur, nihil illis dicentibus: Nolite, inquit, putarẽ,
quia ueni soluere legem: nunc autem confirmat opi
nionem. Omnino aũtem quid opus fuit tantis am-

A bagibus, & obscuritatibus? Satis fuerat dicere: Non
sum par. Quid ergo non dixit, inquit, nõ facio uolũ-
tatẽ meam? Et hoc obscurè, & ob illorũ ibecillitatẽ,
& ea rõne, qua & orauit. Quid aũt significat, Quo-
niam audisti me? hoc est, nulla in re tibi contrarius
sum. Quemadmodũ igitur ea particula, Quoniã au
disti me: non signat quòd ipse nõ potuerit: nõ.n.tan
tũ impotentia esset, sed stultitia, siquidẽ ante preces
nescisset eũ sibi assensurũ, & nesciebat qũo dixit, Va-
do ut à somno excitẽ eũ: & non dixit, uado ut rogẽ
patrẽ ut excitet. Quemadmodũ inquã, id non imbe
cillitatis, sed stultitiæ: ita & illa, Quia semper me au-
dis: aut idem signat, aut ad illorum locutus est suspi-
cionẽ. Quod si neq; ignorabat, neq; imbecillis erat,
constat propterea humiliter locutũ, ut saltẽ id per
excessum dictum cogaris cõfiteri, non scdm eius di-
gnitatem, sed ut ad auditorũ descenderet imbecillita
tẽ: ideo dixit, Quoniã me audisti. Minimè inquies,
sed ut ostenderet excellentiã. Atqui hoc pacto & ni-
miam humilitatẽ, & tantũ hominem esse indicabat.
B Neq; enim precari dei est, & eius qui deo assidet. Vi-
des nulla alia causa ad hoc uenisse, quã propter illo-
rũ incredulitatem? Intuere rẽ ipsam eius ptãtẽ testã-
tem. *Prodiit ergo Lazarus ligatus.* inde ne imagina-
tionem quãdã esse putares. Prodire enim ligatũ, non
minus admirandũ uidebatur, quã suscitari. *Iussit sol-*
ui. ut tangentes & propius facti noscerent uerè re-
surrexisse: & inquit, *Simite abire.* Intuere quòd nullam
gloriam expetat. Non ducit eum, non iubet secum
esse, ut rem ostẽtet facto miraculo. Alij admiraban-
tur, alij Phariseis annunciarunt. Quid igitur illi? Cum
admirari & obstupescere eos oporteret, ipsum q su-
scitauerat, interficere uoluerunt. O amentiã, qui in
alijs corporibus mortẽ uicerat ei mortẽ inferre arbi-
trabãtur, & dicũt, *Quid facimus? quia hic homo multa*
signa facit. Adhuc hoĩem appellãt, cũ tale diuinitatis
ei⁹ testimoniũ acceperint: qd facim⁹? Credere opor
tuit, & colere, & adorare, neq; amplius hominem exi
stimare. *Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eum, &*
uenient Romani, & tollent regnum nostrum, & gentem.
C Quid sibi his uerbis uolũt? Populũ cõcitare tanquã
tyrannide periclitaturũ. Si uiderint, inquiunt, Roma
ni turbam ipsum sequentem, sub tyrannide nos es-
se arbitrabuntur, & destruent nostram ciuitatẽ. Et
quãnam gratia, dic quæso? Nunquid seditionẽ doce
Luc.20.e bat Xps? Num dissuadebat censum dari Cæsari? Nõ
Supr.6.b ne regẽ ipsum facere uoluistis, & renuit? Nõne humi
lẽ & abiectã uixit uitam? nonne & domo & alijs hu-
iusmodi caruit? Hæc ergo sine ratione ulla dicebãt,
sed inuidia tantũ. Verũ id sibi cõtigit, cũ minimè ex-
pectarent. & ciuitatem & gentẽ ceperunt Romani
postq̃ Christũ interemerunt. Erant enim q̃ faciebat
Christus minimè formidanda. Qui enim ægrotos
sanabat, qui optimam docebat uitã, qui principibus
parêre iubebat, non confirmabat, sed propulsabat
tyrannidẽ. Illi fanè seditionẽ docebant, hic contrà.
Quid enim simile subostẽdebat? Num satellitib⁹ sti-
pabatur? Num se muniebat? Nũ solitudines obsidе-
bat? Sed ne affectu aliquo dicere uiderentur: totã pe
clitari ciuitatẽ, & se reipublicæ cõsulere, & de ultimo
ipsorum periculo habẽdã rationẽ dicunt. Non hæc
uobis captiuitatis causa fuit, sed lõgè alia. Huius nã-
que captiuitatis, & antè Babyloniæ & Antiochiæ
non fuit causa, quòd apud uos boni uiri, sed quòd
mali & iniusti, & deũ prouocantes uersabãtur. Verũ-

enimuero inuidia nihil uidet, sed cęcat animã. Nõ- D
ne Iesus mãsuetudinẽ docuit? Nõne alapis cæsos nõ
ulciscì? Nõne iniuria affectos tolerare? Nõne ad acci
piendũ, quã ad inferendũ alijs malũ pròptiores esse
admonuit? Nunquid hæc tyrãnidẽ cõstituẽtis sunt,
quã tollẽtis? Sed, ut dixi, grauis quidẽ affectus est in- *Inuidia o*
uidia, & plenus simulatione. Hic orbẽ terrarũ innu- *mniũ ma*
meris ipleuit malis, hinc iudicia cõplentur, hinc liuo *lorũ ra*
res, & pecuniarũ amor, & principat⁹, hinc inanis glo- *dix*
ria hinc uiq; obsidẽtur, hinc mare piratę percurrunt,
hinc per orbẽ terrarũ cędes, hinc genus nostrũ dissi-
patur. Quodcunque uideris malũ, ab inuidia proue
nit, iam ì ecclesias irrepit, & à principio multa opata
est mala. Hic morbus auaritiã peperit, q̃ oĩa cõfudit,
iustitiã corrupit. Dona.n.sapientũ oculos excęcãt, &
tanq̃ frẽnũ ori, auertunt, & cohibẽt testimonia. Hęc
pro liberis seruos reddit. De hac quotidie loquimur,
& nihil proficimus, feris peiores efficimur, orphanos
nudamus & uiduas, pauperibus uim iferimus, & eo
rũ augemus miseriã. Hac periit pietas è terra, & nihil
nobis nisi fletus relinquuntur, & hoc singulis diebus E
dicendũ est: Nihil precando, nihil consulendo, nihil
admonendo proficimus, relinquitur fletus. Hoc &
Christus fecit cũ multa Hierosolymis sine profectu
admonuisset, eorũ lachrymatus est calamitatẽ. Hoc
prophetæ faciunt, hoc & nos faciamus, fletus iam
tempus est, & lachrymarũ, & lamẽtationũ. Nunc di
ci potest, Vocate flẽtes, & ad sapientes mittite, & lo-
quantur. Hoc fortasse pacto morbũ qui claras do-
mos habitat, q agros rapina cõplectitur, eiicere pote
rimus. Lugẽdi tẽpus est, sed opitulamini mihi, uos q
iniuriã accipitis q spoliati estis, opitulamini, lugete, &
lachrymarũ mearũ socij estote. Verũ non nos, sed il-
los lugeamus: nõ nobis iniuriã intulerũt, sed perdide
runt seipsos. Nos.n.pro accepta iniuria regnũ dei, illi
gehennã pro lucro assequuntur. Ideo melius est iniu
riã accipere, quã facere. Lugeamus eos nõ cõi luctu,
sed quo sacræ nos literæ docẽt prophetas luxisse. Lu
geamus cũ Esaia dicente: Væ coniungentibus do- *Esaiæ.5.c*
mũ domui, & agrũ agro adiicientibus, ut à uicino ali
quid auferant. Nunquid habitatis soli in terra? dom⁹
magnę & pulchræ, & non erunt qui eas habitẽt. Lu- F
geamus cũ Naum, & dicamus cũ eo: Væ qui ædifi-
cant in altũ domũ suam: imo lugeamus eos, Chri-
stũ imitati dicentẽ: Væ uobis diuitibus, quia fletis, *Luc.6.d*
quoniam accepistis mercedẽ uestram, & cõsolatio-
nẽ. Lugeamus sine intermissione, & nisi turpe sit etiã
plãgamus, dicamus cũ propheta: Nolite lugere mor *Hie.22.c*
tuũ, sed raptorẽ, auarũ, cupidũ, insatiabilẽ. Quã ob
rẽ mortuos lugemus, cũ iam nihil proficere possu-
mus? Hos lugeamus, qui mutari possunt. Sed nobis
lugentibus ipsi fortasse rident: ẽt & hoc lugendũ, cũ
rident quod flẽdũ esset. Si lamentationib⁹ nostris qd
mouentur, cessandũ est à luctu, tanq̃ corrigẽdi sint.
Verũ cũ nullo doloris sensu tanguntur, perstemus
ì dolore. Lugeam⁹ nõ diuites simpliciter, sed auaros
cupidos, raptores. Possunt.n.diuitię rectè & laudabi
liter expendi, cũin egenos eas conferimus. Auaritia
aũt criminãda est, atq; accusanda. Lugeam⁹ igitur, se
quetur fortasse aliq̃ emẽdatio. Et licet, q̃ in hũc mor
bũ inciderint, nõ liberẽtur: alij tamẽ ì eũ nõ incidẽt,
sed mũdi seruabũtur. Vtinã & ipsi liberẽtur, & nemo
amplius tali peste cõprehẽdatur, ut simul oẽs pro-
missis nobis bonis pfruamur, gratia & benignitate
domini nostri Iesu Xpi, cui gloria in secula, &c. Amẽ.

Homilia.lxiiii.ex cap.undecimo.

G *Nus aũt ex ipsis Caiaphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & nõ tota gẽs pereat.* Infixę erãt gẽtes in corruptione, quã fecerat: i laqueo hoc, quẽ abscoderãt, comprehensus erat pes eorũ: quod Iudęis contigit. Ipsi nanq; dicebãt interimendũ Christum, ne Romani uenirent, & tolleret eorũ gentẽ, & ciuitatẽ: postquam aũt interemerũt, ea perpessi sunt: & q eorum uirandorum gratia fecerant, in ea his patratis inciderunt: sed qui interemptus ab illis est, cœlũ habitat. qui interemerũt, infernũ. Atqui non hoc intendebant, sed cogitauerunt eũ, inquit, interficere ab illo die. Dixerũt enim, *Venient Romani, & tollent regnũ nostrũ et gentẽ. Vnus aũt ex ipsis Caiaphas nomine, cũ esset pontifex anni illius, dixit,* cũ cæteris esset impudentior. Vos inquit, nescitis quicquam: Quòd illi dubitabant, & deliberandũ proposuerant. Dixerunt enim: Quid faciemus? hic impudenter, & aperta fronte, & temerariè decreuit, *Vos nescitis quicquam, neq; cogitatis, quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autẽ à semetipso non dixit, sed cũ esset pontifex anni illius, prophetauit.* Vides quanta sit pontificalis potestatis uirtus? Cũ enim pontifex esset, licèt indignus, prophetauit, nescius tamẽ quid diceret, & os tantũ gratia, non aũt scelestũ cor attigit. Multi præterea alij futura prædixerũt indigni, Nabuchodonosor, Pharao, Balahã, & oium causa manifesta. Quod aũt dicit, hoc est, Vos sedetis adhuc: pigrius remituemini, & nescitis unius hominis salutẽ pro cõi contemnendam. Vide quanta spiritus potentia? à mala mente uerba prophetica, & admirationis plena elicere potuit. Filios aũt dei gentes appellat euangelista, ab eo qd futurũ erat. Quemadmodũ & ipse inquit, Et alias oues habeo, quas etiã à futuro ita appellat. Quid aũt signat, cũ esset pontifex anni illius? Cũ aliis & hic ẽt mos corruptus erat. Non.n. perpetuum iam sacerdotiũ, sed annuũ dabatur, ex quo uenales facti erant principatus. Veruntamẽ ẽt sic aderat adhuc spiritus. Postq aũt in Christum manus extenderunt, tũc eos dereliquit, & abiit ad apostolos. Et hoc uelũ scissum signat, & Christi uox dicentis: Ecce dimittetur domus uestra deserta. Et Iosephus q paulò pòst fuit, inquit, quosdã angelos adhuc expectantes, uisos migrare, ut eos relinquerent: quousq; n. uinea perstitit, omnia facta sunt: ex quo aũt hæredem interemerũt, mox perierunt. Et tanq speciosam uestem à puero inutili Iudæorũ accipiens deus fidelibus ¦seruis ex gẽtibus tradidit, & desertos illos dimisit, & nudos. Nec parũ fuit quòd inimicus hæc prophetasset, sed quòd alios allicere potuit. Contrà. n. quã uellet, euenit. Nã post Iesu mortẽ futuro supplicio liberati sunt fideles. Sed quid signat, *Vt congregaret in unum?* quod qui prope erant, & qui longè unũ corpus reddidit: qui Romæ est, Indos corpus suũ esse arbitratur. Quid huic congregationi simile? Et omniũ est caput Christus. *Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eum.* Atqui anteà tentarant. Dicit enim: Propterea quærebãt eũ Iudæi interficere. Et iterũ: Quid me quæritis interficere? Sed tunc quęrebant, nunc suã confirmarũt sniam. *Iesus autẽ iam non palàm ambulabat apud Iudęos.* Iterum more hominis sibi cauet, & frequenter hoc facit. Causam autem diximus pp quam sæpenumero discessit, & nunc iuxta desertum in ciuitate, quę dicitur Euphrata, mansit cũ discipulis suis. Quo pacto discipulos perturbari arbitraris, uidẽtes suũ magistrũ more hominis sibi salutẽ quærere? Nemo iam eũ sequebatur. Et cũ propè esset dies festus, omnes Hierosolymam cõcurrebant, cũ alij lætarẽtur, & celebritati studerent, soli discipuli latent, & periclitantur, tolerabãt tamẽ. Etenim cũ Pascha esset, scenopegia in Galilæa concesserant, inde in die festo in fuga, & latibulis soli omnium in magistri beneuolentia perseuerabant. Hinc Lucas eũ dixisse, inquit: Ego perseueraui in tẽtationibus. Hæc dicebat, ut ostẽderet auxilio suo uires eos accepisse. Et *ascenderũt multi Hierosolymã de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos. Et dederant pontifices & Pharisæi mandatũ, ut siquis cognouerit, ubi sit indicet, ut apprehendãt eum.* Admirabilis sanctificatio cum iniqua uoluntate, cum homicida mente, cum sanguinolentis manibus. Et dicebant: *Quid putatis, quia non uenit ad diem festum.* In Pascha te ei insidias tendebant, & solẽnitatis diem in cædẽ cõuertebãt: quasi dicant, Huc uenturus est, tẽpus eũ aduocat. O impietatẽ, cũ magis uirtuti est incumbendũ, magis à sceleribus abstinendum, tunc innocentẽ capere conantur. Atqui cũ iam idẽ tẽtarent, non modò nihil assecuti sunt sed ridiculi apparuerunt, ideo frequenter in eos Iesus incidens euadit, & uolẽtes se interimere cohibet, & dubios reddit, cũ uirtutis suæ demonstratione quæreret, ut compũgerẽtur. Et cũ captus esset, ut non propria ipsorũ uirtute, sed illius permissu eum cepisse intelligerent, reiecit eos retrorsum. *Ante sex dies Paschæ uenit Iesus in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, & manducabat apud eos, & Martha ministrabat. Lazarus uerò unus erat ex discumbentibus.* Quod ueræ resurrectionis erat signũ, cũ post tot dies & uiueret, & comederet. Vnde constat in domo eius prandere, utpote amici qui Christũ acceperat. Multi dicũt in alia domo discubuisse. Maria aũt nõ ministrabat, sed discipula, hic ẽt erat, & spiritalibus afficiebatur. Neq; ministrabat tanquam uocata, neque communi uacabat ministerio, sed soli Iesu honorẽ impendit, neq; tanquam homini adest, sed tanquã deo. *Hæc gratia diffudit unguentũ, & capillis capitis sui pedes terfit:* quę non erant indicia, quòd de Iesu quicquam suspicaretur, ut multitudo: quod Iudas sub pietatis obtentu reprehendit. Tum Christus, *Bonum opus operata est in sepulturã meam.* Quid autẽ discipulum in muliere non reprehendit, neq; dixit, ut euangelista, furẽ esse? uoluit enim multa eum patientia arguere. Quod.n. sciret proditorẽ esse, antè nonnunquã arguit, quòd non omnes crederent, & unum ex his diabolum esse. Demonstrauit ergo, quod ipsum proditorẽ cognosceret, non tamen manifestè reprehendit, sed ei indulsit, ut à proposito reuocaret. Sed quomodo aliter inquit euangelista omnes discipulos idem locutos? Sanè locuti sunt, sed non eodem animo. Quòd siquis inquireret, quid tandẽ cũ fur esset, loculi ei pauperũ committebantur? Cur auarum fecisset dispensatorẽ? Illud sanè dicemus, deum arcanã intelligere rationẽ. Quòd siquid & à nobis est coniectandũ, ut omnem tolleret proditionis materiam, neq; enim poterat dicere pecuniarũ id cupiditate fecisse, sufficientes enim loculi esse debebant, qui eius satisfacerẽt cupiditati, sed sola malitia. Christ⁹ aũt multa permittebat, ideo furẽ non arguit, quãuis non ignoraret, & malã ei⁹ obstruit cupiditatẽ, & omnẽ abstulit excusationẽ. *Sinite eam,* inquit, *in diẽ sepulturæ meæ hoc fecit.* Quo uerbo iterum

Esal.9.c

Luc.22.d

Cap.xij.

Mat.26.d

Sup.10.c

Mat.23.d

Sup.5.c
Ibid.7.c

A iterũ proditoris meminit, quẽ minimè hæc reprehensio tetigit, neq; placauit. Atqui hoc uerbũ facilè potuit eũ in misericordiã adducere: quasi diceret, Molestus sum & grauis, sed expecta parũper, & migrabo. Huc enim respexit, cũ diceret: *Me autẽ non semper habebitis.* Sed nihil horũ ferum & insanientem animum flexit, licèt his multò plura & diceret, & faceret, & pedes eius eadẽ nocte lauisset, & ad mensam secũ adhibuisset, quod & latronũ animos mulcere assolet, & alia uerba locutus est, quibus etiã lapides molliri potuissent: nec multò antè, sed eadẽ die, ut minimè obtuioni mãdare potuerit: sed aduersus omnia perstitit immobilis. Grauis nanq; morbus est auaritia, grauis inquã, qui & oculos cæcat, & aures obstruit, & fera sæuiores reddit, nõ conscientiã, nõ amicitiã, non consuetudinẽ, non propriæ aię salutẽ cognoscere sinit sed semel ab omnibus discedens, in seruitutẽ sibi quos cepit, more sæuissimi tyrãni uẽdicat. Et quod in hac aspera seruitute grauissimum est, quòd ẽt gratias sibi habẽdas psuadet, & quãtò ei magis seruiũt, magis lætantur, & maiori afficiuntur uoluptate. Et

B ita maximè incurabilis morbus, ita fera insuperabilis efficitur. Hic Giezi pro discipulo & propheta, lepra psudit: hic Ananiã, & Saphirã perdidit: hic Iudã proditorẽ effecit: hic Iudæorũ principes corrupit, cũ dona acciperent, & furibus cõmunicarent: hic innumera bella indixit. Vias sanguine, fletibus & lamẽtis ciuitates implet. Hic mensas scelestas reddidit, & cibos iniqtate aspersit. Ideo idololatriã eũ appellauit Paulus, non tamẽ tam formidabilis est idololatria. Sed cur ita appellauit? Habẽt nõnulli pecunias, & his uti nõ audẽt, sed nepotib⁹ reseruãt, & itactas ad alios transmittunt, tũc & tanq dona deo dedicata tãgere minimè audent: quòd siquãdo coguntur, tanq ad nephas aliqd timidè ueniunt: prẽterea tanq quis idolũ lapideũ, aurũ & claustris & uectibus cohibẽt, pro tẽplo arcã præparantes, & argenteis uasis reconden tes: nõne ita aurũ adoras, ut ille idolũ? Ille & oculos, & animam traderet potius, quã idolũ. Non aliter affecti sunt auri amatores. Sed nõ adoro aurũ, inquies. Neq; idolũ dicet, sed inhabitantẽ dæmonẽ. Ita & tu, licèt non aurũ, eius tamẽ aspectu & cupiditate, animæ insidentem dæmonem adoras. Dæmone enim grauior est pecuniarum cupiditas, qua multi magis persuasi sunt, quã illi ab idolis, quibus non omnia parent: huic uerò oia, & quodcunq; faciendũ suggerit, obsequuntur. Quid dicit auaritia? Esto oibus inimicus, obliuiscere naturã, cõtemne deũ, sacrificium mihi teipsum offer. Dicto citius parẽt. Et idolis quidẽ boues sacrificãt, auaritia offer mihi animã inquit, & persuadet. Vide quas habeat aras, q̃ libamina accipiat. Regnũ cœlorũ auari non possidebũt. Neq; has minas formidant, quanuis hæc cupiditas infirmissima sit, quippe quæ nõ insita, nõ naturalis est: fuisset enim nobis à principio, sed aurũ iam nõ erat neq; spiã aurũ amabat. Sed si placet unde malũ hoc prouenerit, dicã, unusquisque maiori æmulatus, morbũ hũc auxit, & nolẽtẽ præoccupans irritauit. Cũ. n. splẽdidas domos, diffusos agros, seruorũ greges, argẽtea uasa, uestimentorũ copiã intuerentur, ut hæc superarent, pro uiribus contẽderunt. Itaque primi sẽcũdis causam, secundi minoribus præbuerũt. Quòd si cõtinentes esse uoluissent, non sanè fuisset posteris cupiditatis exẽplũ, immo neq; ulla his excusatio est. Sunt enim qui pecunias cõtemnũt. Et quisnã inquies? hoc

Tomus tertius.

4.Re.5.g
Act.5.a

Colo.3.a.
& Ephe.
5.b

C

Pecuniarũ cupiditas dæmone grauior.

1.Cor.6.b

D grauissimũ est, quòd impossibile uideatur, ut qs uincat malitiã, neq; quispiã rectus iudicetur. Adducã tamen multos & in ciuitatibus, & in montibus, & qd proficiem⁹? Neq; n. propterea meliores euadetis. Sed non nunc nobis de hoc sermo habetur, ut diuitiæ minuantur: uelim sanè. Verũ cùm maius uobis onus impendat, non cogã: sed ne aliena concupiscatis, & aliquid in egenos conferatis, admoneo. Multos autem inueniemus rebus suis cõtentos, sua curantes, & iustis uiuentes laboribus: quid hos nõ imitamur, nõ ęmulamur? Cõsideremus maiores nostros, nũ facultates eorũ steterũt? tantũ eorũ noia durant, & incorrupta seruantur. Num magni alicuius uiri balneum, & diuersorium, & suburbana aspicientes, recordati quãtũ laborẽ subierit, ingemiscimus? Quanta rapuit, & nihil apparet? Sed alij in eius deliciis delectãtur, qd nunq̃ ille suspicatus est, fortasse & inimici, ut magis puniatur. Huiusmodi & nos manent. Proculdubio moriemur, & hic noster finis. Quantã impẽsam, quãta odia subierunt? Quid hinc emolumenti? Immortale suppliciũ, & nullũ malis remediũ, neq; uiuentes tãtũ, sed & mortui ab omnibus accusantur. Quid cum E multorũ imagines in domib⁹ positas intuemur? Nõne magis dolemus? Verè bene inquit propheta: Verũ tamen stultè perturbatur omnis homo uiuens. Profectò harũ rerum cura perturbatio est: perturbatio, inquã, & anxietas superflua, qua oino i ęternis taberna culis carebimus. Hic enim alius laborat, alius fructũ capit: illic laborum suorũ quisq; dominus est, & multiplicem mercedem accipit. Ad illã ergo possessionẽ properemus, illic ædificemus, ut quiescamus cũ Christo Iesu domino nostro, Amen.

Psal.38.b

Homilia.lxv.ex cap.xii.

Ognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic esset: & uenerũt non propter Iesum tãtũ, sed ut Lazarũ uiderent, quẽ suscitauit à mortuis. Quemadmodum diuitiæ incautos perdere consueuerũt, ita & principatus: ille nanq; in auaritiam, hic in insaniam hominẽ impellit. Ecce Iudæorum turba quæ subdita erat bene sentit, principes uerò insaniunt. Quòd enim illi crediderunt, testãtur frequenter euãgelistæ: quod multi de turba crediderunt ei, ex principib⁹ minimè: sed inquiunt, Nunquid aliquis principum credidit in eũ? Sed quid inquiunt de turba? Qui non norunt legẽ F maledicti sunt. Qui credebant, eos maledictos dicebant: se autem qui negabant, sapientes. Et in hoc loco, multi cum miracula uiderent, crediderunt: principes aũt suis sceleribus non contenti, etiam Lazarum interimere tentabãt. Esto Christus sabbatũ soluerit, quòd æqualem se patri fecerit, & propter Romanos, ut dicitis, eũ uelitis interficere: quid Lazarum potestis accusare, ut de eius cogitetis interitu? Nunquid bene ficiũ accipere, crimini dandum est? Considera quãtũ cædi studebant. Atqui multa signa fecerat Iesus, sed nullũ ita eos efferauit, non paralyticus, nõ cæcus curati. Hoc enim natura admirabilius erat, & post multa factũ, & mirãdũ erat mortuum quatriduanũ ambulantẽ, & loquentẽ uidere. Sanè quidẽ. Non tamẽ festi diei officia erãt, cędib⁹ coinquinare celebritatẽ. Præterea illic uidebantur Christũ ob sabbati solutionẽ accusare, & hoc pacto turbã abducere: hic cũ nihil quæri possent, contra sanatũ irritantur. Neq; poterant dicere, quòd patrẽ oppugnaret: oratio.n. Iesu eis silentiũ impossuit. Siquidẽ cũ omnis reprehendendi causa eis ablata, & signũ manifestissimũ esset, i cæ

c

dem feruntur: quod & in cæci miraculo fecissent, nisi sabbatũ habuissent, quod calumniarentur. Accedit ad hoc, quòd ignobilis ille erat, & eiecerũt eũ è tẽplo: hic uerò clarus, qđ cõstat ex multitudine eorũ, q ad sorores eius consolandas uenerãt, & quòd oĩbus spectantibus miraculũ factũ erat cũ maxima omniũ admiratione. Idcirco omnes, ẽt omisso festo, Bethaniã ad eũ uisendũ cõcurrebant, hoc eos angebat: tẽtarunt ergo eũ interimere, & nihil audere sibi uidebantur, adeò erant prompti ad cædem. Hac gratia hoc in primis uetuit lex, Non occides: & hoc prophe
Exo.20.e & Deut. 5.b
ta accusat inquiẽs, Manus eorũ plenę sanguine. Qũo
Esa.1.d
ergo cũ non palàm ambularet in Iudęa, & in desertũ seceſsisset, iterũ audenter reuertitur? Quoniã eorum furorem absentia sua iam extinxerat. Ad hæc multitudo præcedẽs & subsequens, sufficiens erat q̃ eos ne quid in Christũ molirentur perterreret. Nullũ.n.
Luc.19.f
miraculũ adeò eos mouit, ut Lazari resurrectio. Et alius euangelista inquit, quòd strauerũt ad eius pedes uestimeta, & quod uniuersa ciuitas cõmota, pquã honorificè acceperunt. Fecit aũt hoc ut aliã pro
H
phetiã figuraret, aliã ipleret: & idẽ alterius rei est principiũ, alterius finis. Illud enim, Lætare quòd rex tuus
Mat.21.a
uenit tibi mansuetus, prophetiã implet: quòd asinũ ascenderit, futurum prefiguravit. Nam im mundum gentium genus ei subdi oportebat. Qũo aũt alij di-
Mar.11.a
cunt, quòd discipulos misit dicens: Soluite asinam & pullũ: hic autem tantũ, quòd asino inuento sedit super eo? Vtrunq; fieri potuit, solutam asinam ducẽtibus discipulis, super eã Iesum sedisse. Ramos autẽ palmarũ, & oliuarum, & uestes strauerant, ostendẽtes maiorẽ iam de eo, q̃ de propheta opinionẽ habere. Et dicebant, *Hosianna, benedictus qui uenit in nomine domini.* Vides hoc maximè mœrore eos affecisse, quòd oẽs crederent, deo nõ esse cõtrariũ: & hoc maximè populũ scindebat, quòd à patre uenire diceret. Sed qd signat, Lætare filia Sion? cũ oẽs Iudæorũ reges, ut plurimũ iniusti essent & cupidi, & multitudinẽ euerterent, & hostibus traderẽt, Cõfide, inquit, hic talis non est, sed humilis, & mansuetus: qd ex asi
I
no ostẽditur. Non.n. exercitu stipatus ingressus est, sed solo asino. Hoc autem cognouerũt discipuli eius primũ, qd erat scriptũ de eo. Ecce quòd plura ignora
Sup.2.d
bant, quoniã ipse nondum eis reuelauerat. Etenim cũ inquit: Soluite tẽplũ hoc, & in triduo suscitabo illud: neq; tunc intellexerunt. Et alius euangelista ait:
Luc.18.f
Quòd erat abscõditus sermo ab eis, & nesciebãt eũ resurrecturum à mortuis. Sed non ab re absconde-
K
batur: quare alius inquit euangelista, quod audiendo dolebant, & erant tristes, quia resurrecturũ non cognouerãt, & eorum superabat ingeniũ. Sed cur id eis nõ aperuit? Quoniã magnũ erat. Et cõtẽplare euã geliste sapiẽtiã, quòd priorẽ suã ignorãtiã prædicare non erubescit. Quod.n. scriptũ esset, norãt: quod de Christo, ignorabant. Siquidem scandalizati essent, si rex talia perpessurus, atq; tradendus esset. Prẽterea non continuò, quod regnum diceret, intellexerunt.
Mat.20.c
Nã & alius inquit euangelista de huius mũdi regno eos arbitratos. Testificabatur aũt turba Lazarũ resurrexisse. Non enim tot repentè conuersi essent, inquit, nisi credidissent miraculo. Pharisæi ergo dixerũt ad semetipsos: Videtis qa nihil proficimus: ecce mũdus totus post ipsum abiit: Vidẽtur mihi hęc esse uerba rectè sentiẽtiu, nõ audẽtiũ tam palã loqui, ex euẽtu tamẽ illos conuincẽtes, quãuis frustra conarẽ
L
tur. Mundum aũt ĩ hoc loco iterũ turbam appellat. Cõsueuit.n. scriptura mundum, & mundi creaturã, & uitiosos appellare. Illud cũ inquit, proferrẽt secundum numerum mundum suũ: hoc, Vt mundus uos
Sup.7.d
nõ odit, me aũt odit. Quæ diligenter consideranda sunt, ne ex nominis æquiuocatione ansam præbeamus hæreticis. *Erant autem gentiles quidam ex his qui*
Inf.20.g
ascenderant, ut adorarent, cũ iam propè esset, ut proselyti fierent, ad festum uenerant. *& cũ Iesu fama extenderetur, dicũt Philippo: Volumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ*, utpote qui prior erat, & rem ei cõmunicat. Sed neq; ipse simpliciter id recepit: audie
Mat.10.d
rat enim, In uiam gentiũ non ambulaueritis: ideo cũ discipulo locutus, magistro refert, Vterq; n. Iesum affati sunt. Qui respondit, *Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet.* Quid significat, uenit hora? Dixerat, In uiam gentium ne abieritis: ut oẽm tolleret à Iudęis impudentiæ occasionẽ, eos à gentilibus cohibuit: sed cũ illi in pertinacia perstarent, hi accederent, tempus iam passionis aduentare inquit, omnibus cõsummatis. Quòd si nobis his esset cõtuma
M
cibus inhærendum, illis penitus reiectis, hoc sanè nostra foret prouidentia indignũ: cũ enim ad gentes discipulos post passionẽ esset missurus, iam, inquit, tẽpus ad crucem aduentare. Nõ tamen prius eos dimittit, ut esset in testimoniũ eis. Etenim anteq̃ in Iesum impetum facerent Iudæi, antequã crucifigerent, non
Mat.10.d
dixit, Euntes docete oẽs gentes: sed, in uiam gentiũ
Ibid.15.d
ne abieritis. &, Non missus sum nisi ad oues, q̃ perie-
Ibidem.
runt domus Israel. &, Non bonum est accipere panẽ filiorum, & dare canibus. Cũ aũt odio à suis haberetur, & ita ut interficeretur, superfluum erat persequẽ
Inf.15.d
tibus inhærere. Etenim recusarunt ipsum dicentes, Non habemus regem nisi Cæsarem: tunc eos dimi-
Mat.23.d
sit, cũ dimissus esset ab eis. Ideo inquit. Quoties uolui congregare filios uestros, & noluistis? sed quid signat, Granum frumenti, nisi cadens mortuũ fuerit? de cruce loquitur, ne perturbarentur. Cùm gentiles accesserunt, tunc mortuum esse, hoc inquit maximè populos adducet, & mei augebit præconium. Inde cũ non ita uerbis persuaderet, rerum experientia id aggreditur, inquiens hoc in frumento cõtingere, ut
N
mortuum maiorem fructum afferat. Quòd si hoc ĩ seminibus euenit, multò magis in me. Sed nõ intellexerunt discipuli quid diceret: ideo frequẽter idẽ repetit euangelista, excusans quòd postmodũ fugerint. Talem, de resurrectione disputãs, rationem Paulus attulit. Quam igitur habebunt excusationẽ, qui resurrectioni non credunt, cũ in seminibus, & in plantis quotidie hoc uideamus, ac ẽt in generatione nostra? Primũ enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationem. Omnino aũt cũ deus aliquid facit, nulla opus est ratione. Qũo nos ex nihilo fecit? hoc ad Christianos dico, dicentes credẽdum scripturis. Ego aũt & aliud dicam ab humanis rationibus, alij malitiam, alij uirtutem sectantur: sed malitię sectatorum, multi feliciter in ultimam peruenerũt senectutem, uirtutis aũt contrà. Quomodo ergo pro meri-
1.Co.15.d
tis unusquisq; accipiet? Quando? Certè inquiunt, sed corpora non resurgent. Nõne audiunt Paulum dicẽtem, Oportet aũt corruptibile hoc induere incorruptionem? Neq; animam intelligit, quippe quę nõ corrumpitur, & resurrectio de mortuo dicitur. Cecidit corpus. Quare corporis resurrectionẽ negas? An nõ

A possibilis deo est? qđ dicere summæ amentię est. An nõ decet? Quã ob rem? Vt corruptibile qđ & laboris est, & mortis particeps, in præmijs cõmunicet. Si nõ decuisset, neq; à principio factũ esse. Nõne carnẽ ipse accepit? quòd acceperit, & ipsam suscitauerit, audi
Inf.20.g
quid dicat: Infer digitũ tuum huc, & uide qa spiritus ossa & neruos nõ habet. Quare Lazarũ suscitauit, si melius fuisset sine corpore suscitare? Quid iter signa & beneficia hoc adnumerauit? Quid cibos prębuit? Nolite dilectissimi ab hæreticis decipi. Est.n. resurrectio, est iudiciũ. Hæc tollũt, quicunq; nolunt operũ suorum rationẽ reddere. Etenim oportet resurrectionem talẽ esse, qualis fuit Christi. Primitiæ etenim ille est, & primogenitus mortuorũ, Sed dicent: Resurrectio, hoc est animæ purificatio, & à peccatis mũdatio: Christus autẽ non peccauit, qũo surrexit? Qũo
Inf.14.d
nos à maledictione liberati sumus, si ipse peccauit? Qũo dicit, Venit princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquã? Hæc.n. non peccasse significant. Igitur scdm eorum sniam, aut non surrexit: aut si surrexit, peccauit ante resurrectionẽ. Sed sanè corpore resurrexit: & praua hęc doctrina nihil aliud est, q̃ ina-
B
nis gloriæ filia. Hunc ergo morbũ fugiamus. Corrũ
1.Co.15.d
punt, inquit, bonos mores cõfabulationes pessimę. Non sunt hæc apostolorũ dogmata. Marcion est, &
Marcionis et Valentini hæresis.
Valẽtinus qui hęc inuenit. Fugiamus, inquã, dilectissimi. Nihil prodest uita bona cũ praua doctrina: ut contrà, nihil sana doctrina, cũ uita corrupta. Hęc gẽtiles pepererunt, inde auxerũt, ab externis accipiẽtes philosophis, & materiã ingenitã, & alia hmõi asserunt: & ut rerũ opificem no subiecta materia ingenita, ita & resurrectionẽ negarunt. Nolimus his aures adhibere, cũ immensam dei potestatẽ intelligamus. Nolimus, inquã, aures adhibere, uobis inquã dico. Nos.n. aduersus eos bellũ nõ recusabimus, sed inermis, & nudus, si in imbecillos inciderit licẽt fortior, facilè capietur. Si.n. scripturis attendistis, & quotidie in his acutiores euasistis: non sanè admonerẽ, ut bellum aduersus eos detrectetis, sed ut manũ cõseratis. Fortis est ueritas: cùm uerò scripturis uti nesciatis cõgressum uereor, ne inermibus occurrentes ipsi uos
C
faucient. Nihil illis ĩbecillius, qui à spiritus sancti sunt auxilio destituti. Quòd si exteriori utuntur sapiẽtia, minimè est mirandũ: sed ridendum potius, quòd fatuis utuntur magistris, qui neq; de deo, neq; de creatura firmum aliq̃d, & solidũ inuenire potuerũt. Sed quæ apud nos uidua mulier nouit, ea Pythagoras ignorauit, qui dixit animã fruticẽ, & piscem, & carnẽ fieri. Hisne opera danda est? & qua rone nitũtur? Magni sunt in ciuitate, pulchros nutriũt capillos, & pallijs induuntur, hucusq; eorũ philosophia extenditur: quos si intrinsecus inspexeris, puluis sunt & cinis, in quibus nihil sani, sed sepulchrũ patens guttur eorũ, plenũ immũditia, & sordiũ, & pcepta oia uermium. Primus eorũ aquam deum esse dixit: qui secutus est, ignẽ: alius aẽrem, & ad corpora relati sunt. Hos, quęso, admirandos ducis, q nullam inuisibilis dei cognitionẽ habuerũt? Quòd si quã perceperũt, id euenit, ex quo in Aegypto cum nostris uersati sunt. Sed ne uos nimium perturbemus, iam orationi nostrę finẽ imponamus. Si.n. eorũ opiniones proponere incipe remus, qd de deo, quid de anima, qd de corporibus sentiant, risum moueremus. Neq; ipsi nostra indigẽt reprehensione, ipsi se inuicem cõfundunt. Qui contra nos de materia orationem scripsit, seipsum perdi
D
dit. Quare ne temerè uos auocemus, & uerbis impli
D
cemur, his omissis, ut diuinis literis attẽdatis uos hortabimur, néue ad nullã certemus utilitatem: qd Paulus Timotheum admonet, quanuis sapientiæ plenũ
1.Timot. 4.d & 6.a
& uirtutis. Quare illi pareamus, & nugis abiectis, fraterni amoris opera cõplectamur. Eleemosynæ ratio nem habeamus, ut promissa bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor & gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxvi ex cap. duodecimo.

Vi amat animam suam, perdet eam. Et qui odit
q
animã suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Siquis mihi ministrat, me sequatur.

Dulcis pśens uita est, & multæ plena uoluptatis, nõ tamen oĩbus, sed q terrenis rebus affigitur. Quòd si quis cœlũ suspiceret, & q̃ illic bona sunt contẽplaretur, fortasse hęc cõtemneret, tanq̃ nullius momenti. Nã & corporũ pulchritudo quoad pulchrius nõ de prehẽditur, in admiratione habetur: cũ uerò melius apparuerit, illa prior despicitur. Quòd si in illam pulchritudinẽ intueri uoluerimus, & cœlestis regni speciem cõsiderare, fortasse nos hui⁹ seculi uinculis dis-
E
soluerimus. Vinculũ nanq; est terrenarũ rerum affectio. A quo nos abducens Christus, qd dicat attẽde. *Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternã custodit eã. Qui mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego sum, illic & minister meus erit.* Simile ænigmati hoc dictum uidetur, nõ tamẽ est, sed sapientiæ plenũ. Et qũo q amat animam suam perdet eã? Qui absurdis eius cupiditatib⁹ obtẽperat, q̃ pter debitũ ei indulget. Propterea admonet ille, Noli ambulare in cupiditatibus aiæ tuæ: sic.n. eã perdis, cũ à uirtutis uia abducis: quemadmodũ ecõtrariò, Qui odit eã in hoc mundo, custodit eã: hoc est, qui nõ paret ei cũ aliquid perperã iubet. Et nõ dixit, qui nõ paret: sed, qui odit. Quemadmodũ enim quos odio habemus, ne uocẽ quidẽ audire, nec uidere æquo aĩo patimur: ita & anima, si quid pter deiuolũtatẽ nobis imperat, reiicienda est. Cũ.n. iam de morte ad eos uerba facturus esset, de morte uidelicet sua: & præuideret eorũ tristitiã & examinationẽ, per excessum locutus est inquiẽs: Quid dico si mortẽ meã generosè nõ feretis? nisi uosipsi moriamini,
F
nullũ uos sequetur emolumentũ. Et uide qũo lenit sermonẽ suũ: grauius enim & molestius uidebatur dicere, homini animã amãti esse moriendũ. Et quid antiquitus dico, quãdo & nunc multos inueniemus libenter oia tolerantes, ut hac uita fruantur, & maximè qui futurã credunt? q cũ uident ędificia, molesq; & machinas, lachrymantur dicẽtes: Quot homo & quãta: & fit puluis. Sic magna pśentis uitę cupiditas. Hęc uincula Christus dissoluẽs inquit, Qui odit animã suã in hoc mundo, in uitã æternã custodit eam. Quòd.n. ad eorũ tollendũ metũ hęc diceret, audi q̃ sequuntur: Qui mihi ministrat, me sequatur: de morte locutus, & operũ sequelã, atq; imitationẽ exigit. Oportet.n. oĩno ministrũ, eum cui ministrat sequi. Et considera quando hæc loquitur. non cũ persecutionẽ patiebantur, sed cũ confidebant, cũ se in tuto esse arbitrabantur, quòd à multis honorarentur, colerenturq;: quando & cõsurgere poterant, & audire, Et tollat crucẽ suam, & sequatur me: hòc est, semper
Mat.16.d
paratus sis, inquit, ad pericula, ad mortẽ, ad terrena exilia. Inde cũ grauia dixisset, pmiũ ponit: quòd q sequetur ipsum, erit ubi ipse est. Quib⁹ uerbis ostendit,

G resurrectionē post mortem. Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus. Vbi Christus? In cœlis. Ergo ante resurrectionē illuc anima & mente transferemur. *Si quis mihi ministr. uerit, diliget eum pater.* Quare nō dixit, Ego? Quoniā nondū debitā uendicarat authoritatē, ut pater. Qui. n. nondū resarrecturū ipsum sciebant, qūo poterant tantā de eo opinionē cōcipere?
Mar. 10. f Quam ob rem filijs Zebedæi inquit, Nō est meum dare, sed quib⁹ paratū est à patre meo. Atqui ipse est iudex. Sed hic dilectū se filiū ostendit: tanq̄ enim dilecti filij ministros pater accipiet. *Nunc. n. anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora.* Atqui hæc nō sunt uerba ad mortē uenire suadentis. imo maximè. Siquidē ne dicerēt ipsum eū humanis carere doloribus, facilè de subeunda morte philosophari, & in tuto nobis persuadere, ostēdit: quòd licèt eam formidet, cū tamē usus poscat, nō recusat. Hæc aūt dispēsatiōis sunt, nō diuinitatis, ideo inquit: Nūc anima mea turbata est. Neq;. n. aliter hoc procederet: & dicendo, Pater saluifica me ex hac hora: ita perturbatus est, ut etiā à morte absolui cuperet, si licuisset. hæ sunt humanæ naturæ imbecillitates. Et H quid dicā, inquit, cū mortē deprecer? Propterea ueni in horā hanc: quasi diceret, Licèt moueamur & perturbemur, mortē tamen nō fugimus: nā ita nunc perturbatus nō recusō, ferendū est qđ instat. Non dico enim, libera me ex hac hora: sed, Pater clarifica nomen tuū. Et licèt perturbatio me dicere cogat, cōtriū tamen dico. Clarifica nomē tuū: hoc est, duc me iam ad crucē: qđ apertè eius humanitatē, & humanis moueri affectibus ostendit, & naturā quòd ægrè ferret mortē, & uiuere cuperet. Quemadmodum. n. neq; esurire neq; dormire crimini dandū est, ita neq; uitā præsentē optare. Christus aūt corpus omni peccati labe purū habebat, nō tamen naturalibus non obnoxium necessitatibus, siquidē nō fuisset corpus. Et ex his aliud nos admonet. qd nam? Vt si quando affligimur, siquid timemus, nō ita resiliamus à propositis. Pater clarifica nomē tuū. Indicat se pro ueritate mori, qđ dei gloriā appellat, & hoc post crucis mortē contigit. Debebat. n. orbis terrarū ad deū conuerti, & in dei cognitionē uenire, & ipsum colere. Ve I rū hoc non patris tantū, sed & filij gloria: qđ tamē tacet. *Venit ergo uox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.* Quando clarificauit? In p̄cedentibus signis, & iterū clarificabo post crucē. *Turba autem tonitruū opinati sunt, uel angelum locutum.* Et unde hoc? Nunquid manifesta & clara fuit uox? Fuit sanè. Verū crassior turba erat, & terrenis dedita, & parū attēdens, & alij sonum tantū, alij uocē articulatam audierūt, sed nō intellexerunt. *Tum Christus: Non propter me uox hæc uenit, sed propter uos.* Cur hoc dixit? Ad illud respiciens quod illi frequenter dicebant, quòd nō erat à deo, q à deo clarificatur: nōne à deo est, cuius nomen p eū clarificatur? Propter hoc. n. uox delata est: Quare & ipse inquit, Non pp me uox hęc uenit, sed pp uos. nō ut aliquid ab ea mihi ignoratum audiam: oia enim patris noui, sed pp uos. Cū enim uel angelum locutum, uel tonitruum factū arbitrati essent, inquit, Propter uos: ut hoc saltē pacto adduceret eos ad interrogandū. Illi tamen oscitantes & stupidi, neq; sic persuasi sunt, cū audirent id ad se pertinere. Nescienti. n. cui diceretur, sanè nō manifesta uox uidebatur. Propter uos uox uenit. Vides ut res humiles eorū gratia fiant, nō quòd Christus ope indigeret? *Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Hęc K particula qūo procedit ad illud, Et clarificaui & clarificabo? Rectè & consonè. Cū. n. dixisset, Clarificabo, modū indicat: hoc est, princeps mundi eicietur. Quid signat, Iudicium est mūdi? q. d. examinabitur & punietur. Quo pacto? Perdidit ille primū hoīem, & peccato fecit obnoxium. Propter peccatū. n. uenit mors, quod in me nō inuenit. Et qua gratia insilijt, & morti eū tradidit? qua gratia in animā Iudę ingressus est? ne perderemur. neq; mihi diuinā nunc attulerit dispensationē, q̄ non est diaboli, sed sapientię suę. Inquiratur primùm mala eius mens, qūo iudicatur mundus in me. quasi examine proposito dicatur ad eum? Esto, oēs interemisti, eo quòd subiecti erāt peccato: Christum cur interemisti? Nōne planè iniustè? Per Christū ergo omnis mundus defendetur. Quod ut manifestius appareat, exēplo utemur: Sit uiolētus quispiam tyrannus, qui oēs qui in manus suas uenerint, plurimis malis afficiat: hic si uel regē, uel regium filiū captū, iniustè interimat, illius mors ét alios ulcisci poterit. Sit aliquis qui debitores postulet, uerberet, in carcerē iniiciat, & hac insania ēt nihil debentē L coērceat: hic ēt eorum quæ in debitores cōmisit, dabit pœnam, interficietur ab illo. Nō aliter in Iesu usu uenit. Eorum. n. quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in Christū ausus est, postulatus est ad supplicium. & quòd ita intelligatur, audi quid dicat: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras: per mortem. s. meā. *Et ego si exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum.* Hoc est, ēt gentiles. Et nequis diceret, quo si te uicit eiicietur? Nō uicit inquit. Quo enim qui alios trahit, uictus esse poterit? & nō dicit resuscitabo: sed maius, Omnes traham ad meipsum. Nam si dixisset, resuscitabo, non significaret crediturос: sed cū crediturос dicit, & resurrecturos cōfirmat. Si. n. mortuus mansisset, & purus homo fuisset, nemo credidisset. Omnes traham ad meipsum. Quo ergo inquit patrē trahere? Quia trahente filio, pater ēt trahit. Traham, inquit, tanq̄ à tyranno detentos, & per se minimè potentes eius manus effugere, utpote repugnātis. Alio loco rapinam appellat. Nemo potest spolia fortis rapere, nisi prius alliget eum, & tunc rapiat. Hæc autē ad illius uim ostēdendam dicit, ut illic rapinam, hic tractionē appellaret. Quod cū intelligamus, resurgamus, glorificemus deum, non fide tantū, sed & uita: aliter non esset gloria, sed blasphemia. Non enim ita blasphematur deus ab impio gētili, ut à Christiano. Quam ob rem rogo ut omnia ad dei gloriam referamus. Væ, inquit, seruo illi per quem nomē dei blasphematur. Hanc aūt particulam, Væ: mox pœna sequitur, & supplicium. Beatus autem per quē nomen dei glorificatur. Nolimus ergo tanquàm in tenebris uersari, sed omnia peccata euitemus, maximè uerò quæ publicè nocent, in quibus præcipuè deus blasphematur. Quam enim ueniam consequemur, si, cùm alijs nostra exhibere præcipiamur, aliena rapimus? Quæ nobis spes salutis? nisi esurientem nutris, supplicio afficeris: si uestitum spolias, quid tibi speрandum? Hæc frequenter dicere nō cessamus, quoniam qui hodie nō audiunt, cras audient: & qui neque cras, perendie. Quòd siqui imperſuasibiles sunt, nos tamen non iudicabimur: nostrum enim officiū impleuimus. Vtinam autem ne uos horum pudeat, néue positis accusari: sed omnes Christi tribunali audenter adstare, ut & nos in uobis gloriari possi-

A mus, & malorū aliquam capere consolationē, probationē uidelicet uestrā in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxvij. ex cap. duodecimo.

Espondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quòd
r *Christus manet in æternū: & quomodo dicis, oportet exaltari filium hominis?* Manifestus error est, & imbecillis, q̄uis extrinsecus callidè fucetur. Et quēadmodū qui putres, & ruinā minantes parietes albo tectorio linunt, nō tamē eos possunt dirigere: ita & mendaces facilè deprehēduntur. Quod hoc in loco Iudæis cōtigit. Cùm. n. ad eos Christus diceret, Cū exaltatus fuero à terra, omnes trahā ad meipsum. Nos audiuimus, inqunt, à lege qa Xps manet in æternū: & quomodo tu dicis quòd oportet exaltari filiū hominis? Quis est iste filius hominis? Norāt igitur Xpm immortalem, & uitam habere sine fine: unde etiā quid diceret, intelligebant. Nā sæpenumero in scripturis simul & passio, & resurrectio ponitur:
Esa. 53. c siquidē Esaias utrunq; simul ponit. Tanq̄ ouis, inqt ad occisionē ductus est. & quę sequuntur. Et Dauid
B in secundo psalmo, & plerisq; aliis cōiungit hæc utra
Psal. 16. c que: & patriarcha, cū dixisset, Procidens dormiuit ut leo: inde addidit, Et ut catulus leonis excitauit eū: simul & passionē ostēdit, & resurrectionē. Sed hi arbitrati silentiū ei imponere, & non esse Christum ostēdere, Christū in æternum manere confitentur. Et ui de quā prauè. nō enim iqunt, Nos audiuimus quòd Christus nihil patitur, neq; crucifigitur, sed manet in æternū. Atqui neq; hoc dictum contrarium erat. Immortalitati enim passio nō fuit impedimento. Hinc uidere licet, multis eos intellectis sponte sua in malitia perstitisse. Cū. n. de morte superius uerba fecisset Iesus, & eū illi exaltari audirent, id suspicati sunt: inde dicunt, *Quis est iste filius hominis?* & hoc malignè: noli, inquiunt, arbitrari quòd de te hoc dicamus, neque dicere quòd te propter odiū oppugnemus. Ecce nescimus de quo dicas, & tamē profitemur. Xps autē eis silentiū imponens, ostēdens q; passionē nulli esse impedimento, ut maneat in æternum. *Adhuc*, iquit, *modicum lumen in uobis est*: indicans mortem suā trāslationē esse. siquidem Solis lumen non extinguitur, sed breui secedens rursum apparet. *Ambulate dum lu-*
C *cem habetis.* Quod hic tēpus dicit? An præsentem omnem uitā, an tēpus ante crucem? Ego uerò utrūq; arbitror, propter immensam eius humanitatē: multi etiam post crucē crediderunt. hoc autē dicit, ut eos ad fidē impellat: ut superius. Adhuc modicū tempus uobiscū sum. *Qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat.* Quot nunc Iudæi faciunt quæ nesciunt, sed tanquā in tenebris uersantur? Videntur sibi recta incedere, cū lōgē aberrent, sabbatū custodiunt, & legē seruāt, & ciborū habēt obseruationes: nesciūt tamē quò uadant, ideo dicebat: *Ambulate in luce, ut filii lucis sitis,*
Supr. 1. a. hoc est mei. & in principio inqt euangelista: Neq; ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt, hoc est ex patre. Hic aūt ipse dicitur eos generare, ut unam patris & filij operationem intelligas. *Hæc locutus est eis Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.* Quid nunc abscōditur? Neq;. n. lapides cōtra ipsum tulerāt, neq; blasphemarant, ut supius: quare ergo se abscondit? Qui cor hominis itrat, norat eorum animos exaspari, etiā si nihil dicerent: norat feruentes, & ad cędē pr̄optos, neq; expectauit dū rē aggrederē

tur, sed absconditur, ut eorū placaret inuidiam. Con D sidera quomodo id signat euangelista. Cùm autē tā ta signa fecisset corā eis, non crediderūt in eum. Quę nā tanta? Ea prætermisit euāgelista, ut ex sequētibus constat: etenim cū discessisset, & rursum rediret, iterū placidè eos alloqtur. *Qui credit in me, nō credit in me, sed in eum qui misit me.* Vide qd facit: incipit ab humilibus, & confugit ad patrē, & iterum tollit sermonē suum: & cū eos efferari intelligit, discedit, & redit rursum, & rursus ab humilib. orditur. & ubi hoc, ubi illud fecit, cōsidera à principio. Sicut audio iudico: ide *Supr. 5. c.*
altius, Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & *Ibid. d.*
fili⁹ quos uult uiuificat. & iterū, Ego nō iudico uos, *Ibid. 8. b.*
alius est q iudicat: inde discedit, & prodit in Galilæā. *Ibid. 6. d.*
Operamini, inqt, nō escam quæ perit. Et cū de se magna locutus esset, quòd de cœlo descenderat, quòd uitā æternā daret, iterū abiit, & reuertitur ad scenopegia. Hoc idē frequenter facientē uidere possumus: ita doctrinā suam uariat, præsentia, absentia, humilib⁹, magnificisq; sermonibus: quod & hic facit. *Cū tanta signa fecisset corā eis, non crediderūt in eū, ut sermo Esaiæ*
prophetæ impleretur, quē dixit: Domine quis credidit audi *Esa. 53. a.*
tui nostro, & brachiū domini cui reuelatū est? & iterum: E
Propterea nō potuerūt, inqt, *credere, quia iterū dixit Esa* *Esa. 6. c.*
ias: Auditu audietis, & nō intelligetis. Hæc dixit Esaias,
quando uidit gloriā eius, & locutus est de eo. Ecce iterū hāc particulā, Quia dixit: nō causālē esse, sed euētus. Neq; enim quia dixit Esaias, non crediderūt: sed, qa non erant crediturі, ideo dixit. Sed quare nō ita dixit euangelista, sed incredulitatē à prophetia, non prophetiā ab incredulitate esse dicit: & superius hoc idē uehemētius. Propterea nō potuerunt credere, qa dixit Esaias? Hinc magnā uult scripturæ certitudinem demonstrare, & quòd nō aliter quā prophetatū sit, euenit. Neqs enim diceret, Et qua gratia uenit Christus? nesciebat nō crediturос? Prophetas hoc nouisse inducit, Venit autē, ne peccati sui ullam haberent excusationē: quæ prædixit propheta, tanq̄ omnino futura prædixit, nisi enim prorsus futura nouisset, non sanè prædixisset. Erant aūt proculdubio futura, cū illi incurabiliter se haberent. Nō potuerunt autē: hoc est, noluerunt. Neq; te admiratio capiat. Alibi enim *Mat. 19. b*
inqt: Qui potest capere, capiat. ita nōnunq̄ potesta- *Sup. 7. a.*
te pro uoluntate utitur. & iterū: Non potest mundus uos odio habere, me autē odio habet. hoc & cōmuni sermone usurpatū uidemus, cùm quis dicit, Non F
possum asperū hominem diligere: uehementiam uoluntatis potestatē appellans. & iterum, Nō potest ille fieri bon⁹. & propheta: Si mutabit Aethiops pellē *Hier. 13. d*
suā, & pardus uarietatē suā, & populus hic poterit benefacere, q didicit mala. Nō dicit, quòd impossibile sit ei bene operari: sed qa nolunt, ideo non possunt. Quod aūt hoc in loco dicit euāgelista, ita ītelligitur, quòd impossibile erat prophetā mentiri: non tamen propterea impossibile erat, ut crederēt: licebat. n. ēt illis credentibus uerū esse prophetam: non enim prędixisset, si fuissent crediturі. Quid ergo, q̄uies, nō ita dixit? Quoniā proprietates quasdā habet scriptura, cuius legibus est concedendū: hæc autē dixit, quando uidit gloriā eius. Cuius? patris. Quomodo ergo Ioānes de filio dicit, Paulus aūt de spiritu? Nō, inquā, cōfundentes personas, sed unā significantes dignitatem: etenim quæ patris sunt, sunt & filij: & q̄ filij, spūs sancti. Atq multa p angelos dixit, & nemo dixit, sicut dixit angelus, sed deus. Quę. n. p angelos à deo

G dicta sunt, dei sunt: non autē quæ dei, angelorū: hic aūt spiritus dicit uerba esse, & locut⁹ est de eo. Quid
Esa. 6. a. locutus est? Vidi dominū sedentē in throno alto: & quæ sequuntur. Gloriā hic uisionē illam appellat, sumū, & arcana audisse mysteria, uisionem Seraphim, fulgur à throno desiliens, in qđ inspicere potētiæ illę nō possent, & locutus est de eo. Quidnā? Quòd audi
Ibid. c uit uocē dicentem: Quem mittam, & quis ibit? Et di
Ibidem xi, Ecce ego sum, mitte me. & dixit: Auditu audietis, & nō intelligetis: & uidētes uidebitis, & nescietis. Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorū, ut nō uideant oculis, & corde nō intelligant. Ecce aliam quę stionē. Nō est tamen, si rectè considerabimus. Quēadmodū enim sol debilem oculorū aciem perstringit, nō natura sua: ita usuuenit in his, qui diuino non
Exo. 10. g attendunt sermoni, Ita & Pharaonis cor indurauisse
& 14. b. dicitur, ita his accedit, q dei uerbū oppugnant. Pro-
Rom. 1. d priū hoc scripturæ: ut illud, Et tradidit eos in reprobū sensum. & iterū: Abiit à gentibus, hoc est secessit, eas dimisit. Non. n. hæc à deo, sed ab aliorū malitia prouenire ostēdit. Cùm deserimur à deo, tradimur
H diabolo: in cuius potestatē redacti, innumeris malis afficimur. Vt ergo auditorē pterreat, inqt: Indurauit & tradidit. Quod. n. ipse nō solùm nō tradat, sed ne
Esa. 59. a. derelinquat quidē, nisi uelimus, audi qd dicat: Nōne peccata uestra diuidunt me à uobis? & iterū: Qui lōgè discedunt à te pereunt. O ee aūt dicit: Oblitus es
Ose. 4. b legis dei tui, & ego tui obliuiscar. & ipse in euāgelio:
Luc. 13. g Quoties uolui cogregare filios uestros, & noluistis?
Esa. 50. a & iterū Esaias: Veni, & nō erat homo: uocaui, & nō erat qui audiret. hæc aūt dicit, ut nostra causa deseri nos, & nobisipsis pditionis nostræ authores demōstret: deus aūt nō modò nos nō derelinquere, & pu-
Eze. 18. g nire uult, sed quoties punit⁹, iuitus punit. Nolo, inqt,
Luc. 19. g mortem peccatoris. Xps autē cùm peritura esset Hierusalē, etiam lachrymatus est: quod nos in amicis facimus. Hæc ergo uidētes, oia faciamus, ne nos deus derelinquat, sed curā animæ & mutui amoris habeamus, neq; mēbra nostra scindamus, quod insanientiū est, & alienatorū à mente: sed quantò magis à nobis alienos proximos uidem⁹, magis in eos simus officiosi: etenim in corporibus multos sæpe uidentes in
I curabili morbo laborantes, imponimus medicamē ta. Quid podagra peius? qd chiragra? Incidemus mēbra? Minimè, sed aliqđ remediū disquiremus, ex quo morbū soluere possumus. Hoc idē in fratribus faciamus, & si grauissimè ægrotent, curemus medicinā, & feramus inuicē onera: sic implebimus legē Xpi, & promissa bona consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxviij. ex cap. duodecimo.

Eruntamē ex principibus multi crediderūt in eū:
u sed propter Pharisæos nō cōfitebātur, ut de synagoga nō eicerētur. Dilexerunt. n. gloriā hominū magis quàm gloriam dei. Omnia quidē nobis fugienda necessario sunt, quæ animā nostram corrumpūt: sed illa longè magis, q̄ plura peccata ex se pariunt. Vt exēpli gratia: Auaritia p se grauis morbus est, longè grauior, qa radix est & mater omnium malorū: eiusmodi est inanis gloria. Ecce hi pp gloriæ cupiditatē fidem contempserunt. *Multi*, inquit, *ex principibus crediderunt in eū, sed propter Pharisæos nō confitebantur, ut de synagoga non eicerentur.* Quod etiā superius dixit:
Supr. 5. g Quomodo potestis credere, gloriā ab inuicem accipientes, & gloriam q̄ à deo est non quærentes? Non K
ergo principes erant, sed serui: seruiebant. n. ultimam seruitutē, ueruntamē & hic postmodum metus abolitus est: minimè autem apostolos hos affectu detētos uidemus, etenim principes illis & sacerdotes crediderūt: si quidē spiritus gratia superueniens, adamā te eos firmiores reddidit. Cū igitur hoc ne tūc crederent impediret, audi quid dicat: *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.* quasi dicat, quid timetis in me credere? fides ī deū p me aditū habet, sicut & incredulitas. Intuere quo in oībus substātię indicet idifferentiā. Et nō dixit, q credit mihi: nequis uerba eius credi interpretaretur, quod & in hominibus dici poterat. Qui. n. apostolis credit, non apostolis credit, sed deo. sed ut intelligeres de fide in substātiam dicere, nō dixit, Qui credit uerbis meis: sed, in me. Atqui cur, inquit, nō econtrariò: Qui credit in patrem, non credit in patrem, sed in me? Quoniam iam se in patrem credere dixissent, & nō in ipsum: imbecilliores. n. adhuc erant. Discipulos aūt allocutus his uerbis usus est: Creditis in deum, & ī me credite. *Inf. 14. d*
Hos aūt cùm infirmiores ad hæc audiēda nosset, ali L
ter allicit, ostēdens patri credi nō posse, nisi in se credatur. Et ne putares tanquā de hoie dictum, addit: *Qui uidet me, uidet eum qui misit me.* Quid ergo, corpus est deus? Minimè: sed animi speculatione intelligit, & hic consubstantialē signat. Et quid signat, qui credit in me? Ac siqs diceret, qui aquā è flumine accipit, nō fluminis, sed fontis accipit: imo infirmū hoc exēplum est ad subiectam materiam. *Ego lux in mundum ueni.* Cùm. n. pater & in ueteri, & nouo testamē to frequēter hoc nomine uocetur, ēt ipse eodem uti
Heb. 1. a tur. Ideo Paulus splendorem eum appellat, hinc acci piens, & multam habere ostendit ad patrem conuenientiam, immo nullam differentiā: siquidem in se, fidem, nō in se, sed in patrem esse testatur. Lucem autem seipsum appellat, quòd errores pellat, & intellectus auferat tenebras. *Sed et siquis audierit uerba mea, & non custodierit, ego non iudico eum: non enim ueni, ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum.* Ne æstimaretur pp imbecillitatē contemptores dimittere, ideo inqt: Nō ueni ut iudicē mūdum. Inde ne pigriores fierēt, itelligētes quòd q credit, saluatur: q nō credit, punitur: uide q̄ formidolosum eis iudicium minatur. *Et qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum.* Si pater neminē iudicat, et tu non uenisti, M
ut iudicares mūdum, qs eū iudicat? *Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum.* Nam cū dixissent nō esse ex deo, inquit quòd tunc hæc dicere nō poterunt. Verba q̄ locutus sum uos accusant; & oēm auferunt excusationem. Sermo quem locutus sum. Quis sermo? *Quòd à meipso nō ueni, quia qui misit me pater, ille dedit mihi mandatum quid dicam, & quid loquar.* Ergo hæc pp eos dicta sunt, ut nullā prorsus haberent excusationem, nam nisi ita se res haberet, in quo excederet
Esaiam, qui idem dixit: Dominus dedit mihi linguā *Esa. 50. b*
eruditam, ut intelligā quando sermonē dicere oportet. Quid de Hieremia dicā? Etenim ille quando missus est, inspirationē habuit. Quid de Ezechiele? qui p̄cipuū caput deuorans, ita locutus est. Inueniebātur præterea qui essent audituri q̄ diceret, qui erāt causa cur ita loqueretur: quòd si quādo missus est, tūc accepit qd diceret, prius autē nesciebat. Quid his uerbis prophanius? qd magis impiū? siquis ea ita accipiat, & nō itelligat eorū humilitatis causam. Verū Paulus,

A ipse ēt discipulos intelligere dixit, q̄ sit uoluntas dei
Rom. 12. a bona, & beneplacens, & perfecta: filius autē nescisuit quoad mandatū accepit? Quānā hæc ratione nitun tur? Ecce quòd propterea in humilitatis excessum sermonē suū adduxit, ut illos alliciat, & his qui uentu ri erant, silētiū imponeret. Ideo humana profert, uerba, ut hoc saltē modo necessariò utilitatē uerborum repudiarent, intelligentes non natura, sed ob audito rū ibecillitatē ita locutū. *Et scio quia mandatū eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.* Conspiceras uerborū humilitatē? Qui. n. mandatū accipit, non sui dominus est. atqui ipse inquit:
Sup. 5. d Quemadmodū pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult, uiuificat. An ne suscitādi quos uult habet potestatē, dicendi autē non habet? Quid ergo hoc signat? Hoc est quòd nō ita se res habet, ut aliud ille, aliud ego loquar. Et scio qa mandatū eius uita æterna est. Hoc eos refutat, qui ipsum deceptorem dicebant, qui in sordibus uersabantur. Cū autē dicit, Ego non iudico: hoc est, nō sum perditionis eo
B rū causa, sed ipsi suæ: per hoc tantū nō testatur discessurū se ab eis, nec amplius rediturū: quia nihil tan quā meum locutus sum uobis, sed tanq̄ à patre oīa, & propterea humili sermone rem cōcludit, ut dice-
Inf. 14. d ret ad finē usq; idē se locutū. Sicut mādauit mihi pater, sic loquor. Quod si deo contrarius fuissem, etiā cōtraria essem locutus, aut ad me gloriā retulissem: nūc autem adeò omnia in patrē retuli, ut nihil meū dicerē. Cur ergo nō creditis dicenti me mādatū accepisse, & tanto studio omnem auferenti suspicionem, ne patrē oppugnē? Quemadmodū. n. qui mandatū accipiūt, neq; facere neq; dicere uolunt, præter mittē tis uoluntatem, quousq; mandatū impleant nequid trangrediantur: ita nec dicere, neq; facere aliud possum, quā patris uoluntatē. Quæ ego facio, ille facit, quia mecū est, neq; dimittit me solū pater. Animaduertis, ut semper unanimem patri, & nullā inter se dif
Sup. 8. e ferentiā ostendat? Et cū dicit, A meipso nō ueni: nō potestatē, sed diuersitatē & contrarietatem tollit: nā si homines suiipsorum domini sunt, lōgè magis unigenitus filius. Et quòd hoc sit uerum, audi Paulum,
Phil. 2. a quòd exinaniuit seipsum, & tradidit pro nobis. Sed
C ut dixi, grauis res inanis gloria, grauis: ipsa. n. & illos non credere, & alios non rectè credere adducit: & q̄ propter illos humanitatis gratia dicta sunt, ea in impietatē uertit. Hāc igitur bestiā semper fugiamus. Varia nanq; est, & multiformis, & ubiq; propriū uirus disseminat, & pecuniis, & deliciis, & corporis pulchritudine: hac gratia semper necessitatē excedimus, inde uestimentorū copia, inde & seruorū examē, inde omnis necessitas cōtemnitur, in domibus, uestibus, mēsæ splendore excessus dominatur. Vis frui gloria? Facias eleemosynā, tūc te angeli laudabūt, tūc deus accipiet: nunc autē aurifices tantū & textores admirantur: tu inglorius circunferris, & nonnunq̄ maledicta in te audis, & reprehensiones. Quòd si q̄ in uestibus cōsumis cōferres in pauperes, multus te ubiq; plausus, multæ laudes sequerentur. Tunc ea haberes, si alijs dares: si tibi seruas, minimè habes. Certus enim thesaurus est, pauperum manus. Quid corpus ornas, anima neglecta, & imunditię plena? Quid nō tātā aiæ, quātā corpori tribuis diligētiā? Certē illius maior habenda est. Verūenimuero dilectissimi, parē postulamus. Si quis tibi optionē proponeret, an egregiū corpus, & bonę habitudinis, & alijs specie pstās, uili tamen indutū uestē: an turpe, & morbis iplicitū, D
ornatū tamē auro, & pulchritudine cultum malles: nónne naturalē corporis pulchritudinem uestimentis præferres? In corpore hoc sanè præfertur, in anima cōtrà: nam qui turpē, informem, & nigram habet, putat eam se auri splendore emendare. Quæ nā hæc amentia? Interiorē ornatum cures uelim, & hæc monilia animæ apponas: nā si his corpus ornetur, neq; ad bonā ualetudinē, neq; ad formā quicquā cōferet. Neq;. n. nigrum corpus album reddet, neq; turpe speciosum. Si animæ id addideris, euestigiò eam pro nigra cādidam, pro turpi formosam reddes. Neque meus hic sermo, sed ipsius dei dicentis: Si fuerint *Esa. 1. e*
peccata uestra ut coccinū, quasi nix dealbabuntur: &, Date eleemosynā, & oia uobis erūt mūda. Nec te *Luc. 11. f*
mulier hoc animo solū, sed & uirū ornabis: q̄si hos ornatus deponentē uiderit, nō nimio ei sumptu op⁹ erit. Qui non habent, deponāt habēdi cupiditatem, ad eleemosynā prōptiores accedēt, & uos magis poteritis eis necessaria persuadere. Nunc aūt omnis huiusmodi potestas ablata est, quibus oculis aspicietis, quo ore quicquā petetis, cū plurima in corporis or- E
natū consumatis? Tunc audenter poteris uirū tuū ad eleemosynā hortari, cū tu tua abieceris ornamenta, & si nihil profeceris, tu tamē officium tuū feceris: immo impossibile est, ne eū lucreris, si re ipsa loqueris. Qui scis mulier an uirū saluū factura sis? Quem- *1. Cor. 7. c*
admodum. n. etiam pro illo rationē redditura es, ita si ab inanibus, & absurdis eum opinionibus abduxeris, duplicē mercedē cōsequeris. cū uiro coronata & triumphans secula illa immortalia, & æterna bona consecuta: quibus utinā omnes fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxix. ex. cap. xiij.

Nte diē aūt Paschæ sciens Iesus quia uenit hora,
a ut transeat ex hoc mundo ad patrē: cū dilexisset suos qui erant in mūdo, in finē dilexit eos. Imitatores mei estote, inquit Paulus, sicut ego Christi. Pro- *1. Co. 11. a*
pterea. n. carnē ex massa nostri corporis accepit, ut p eam nos uirtutē erudiret. In similitudinem, inquit, *Rom. 8. a*
carnis peccati, & de peccato peccatū in carne damnauit. & ipse inquit, Discite à me, quia mitis sum, & F
humilis corde: quod non uerbis tantum, sed & re *Mat. 11. d*
ipsa ostendit. Siquidem & Samaritanū eum Iudæi, *Sup. 8. f*
& dæmoniū habentē, & deceptorē appellabant: & *Mat. 27. g*
lapides in eū iecerunt, & nunc quidē ministros mi- *Sup. 8. g*
serunt Pharisæi, ut eum perderent: nunc alios qui ei insidias tenderent, & ipsi nonunquā in contumelias prorumpebant, cū non modò nihil haberent qd ac cusarēt, sed plurimis essent beneficiis affecti: neq; adhuc cessat à beneficiis aut uerbo, aut ope. & cū à seruo, cæderetur, inqt: Si malè locutus sum, testimoniū *Infr. 18. d*
perhibe de malo: si aūt bene, quid me cędis? Et hæc aduersus inimicos, & insidiatores: uideam⁹ qualis in discipulos fuerit. Quid facit nūc uel aduersus prodi torē? Qui. n. maximè odio dignus erat, utpote discipulus & familiaris, & q miracula uiderat, & omnib⁹ interesse dignus habitus est, & grauius peccauit: Lapides qdē in Iesum nō iecerat, neq; in cōtumelias prorupit: hunc q̄ humanè accipiat, operæpretiū est intueri. Lauit eius pedes, quo officio cohibere eū à scelere illo uoluit. Atqui si uoluisset, poterat eū arefacere, quemadmodū & ficū: & scidere, ut petras, & uelū. Sed nō necessitate, sed uolūtate propria uolebat eū

G à proditione abducere, ideo lauat eius pedes. neque hoc infœlix ille reueritus est. Ante diẽ autẽ Paschę, inquit, sciens Iesus quia uenit hora. Nõ tũc sciuit, sed cũ fecit quod fecit. Vt transeat. Perq; sapienter euangelista transitũ eius mortem appellat. Cùm eos relictu rus esset, uehementiorẽ dilectionem ostẽdit: hoc.n. significat, Cũ dilexisset suos, qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos. Nihil omisit, quod uehemẽter amantem deceret. Sed qd à principio hoc nõ fecit? Maiora posterius reseruat, ut eorũ in se charitatẽ augeret, animaretq;, ut futura mala forti aio subirẽt. Suos autem, secundum familiaritatis rationẽ, alios secundũ
Ioan.1.a. opificium appellat. ut cùm dicit: Et sui eum non receperunt. Quid autẽ signat illa particula, In mundo? Quoniam etiã mortui sui erãt: ut Abraham, Isaac & Iacob, & alij plurimi, sed hi non erãt in mũdo. Vides & ueteris, & noui testamẽti eum deũ esse? Quid sibi uult ea particula, In finẽ dilexit eos? hoc est, semper dilexit, cuius signũ hoc dicit. Atqui sępe aliãs inquit, ponere se pro amicis suis aiam, sed hoc nondum fecerat. Qua autẽ gratia hoc fecit? Quia multò mirabi
H lius erat, quando clarior apud oẽs apparuit, & non parum in discessu suo consolatus est. Cùm.n. essent maiorem in modũ dolituri, æqualem illi dolori consolationem affert. *Et cœna facta, cũ diabolus iã misisset in cor, ut traderet eũ Iudas.* Hoc perterritus addidit euãgelista, quòd q se iã tradere proposuerat, lauerit: ostẽditq; maximã laudæ malitiam, quòd ne mensæ qdẽ communicatio eũ cohibuit, ut maximè solet, cũ ad ultimum usque diem eum magistrũ habuerit, scirẽtque oĩa ei tradita à patre, & quòd à deo uenisset, & ad deum iret, nihil inquit. Quòd cũ talis & tantus esset, & à deo ueniret, & ad deum iret, cùm oĩum dominaretur, id molitus est, neq; reueritus est tantã rẽ aggredi. Traditionem aũt hoc in loco fidelium salutem appellari mihi uidetur. Nam & cũ dicit, Omnia
Mat.11.d mihi tradita sunt à patre meo: hac dicit traditione, si
Infr.17.a. cut cũ inqt: Tui erant, & mihi eos dedisti. & iterũ: Ne
Supr. 6.c mo potest uenire ad me, nisi pater traxerit eũ: & nisi datũ sit ei desup. Aut hoc, inqt, aut quòd nihilo minor ex hoc esset futurus, q à deo uenit, & ad deũ uadit, & oĩa comprehendit. Cùm uerò traditionem au
I dis, nihil humanum suspiceris: honorem.n. erga patrem & concordiam signat. Quemadmodum.n. pater ei tradidit, ita & ipse patri: & hoc indicat Paulus
1.Co.15.c inquiens, Cũ tradet regnum deo, & patri. hoc autẽ, hoc in loco humanius locutus est, multã eorum curam, & incredibilem dilectionẽ prę se ferens, tanquã familiares eos eruditẽs, bonorum matrem humilitatem, quam & principiũ, & finem, inquit, esse uirtutis. Sed qd additur, A deo uenit, & ad eũ uadit? hoc est, digna eo facit, qui inde profectus est, & eò reuertitur: & sic omnem pessundat superbiam. *Et cùm surrexisset à cœna, posita uestibus.* Cõsidera quomodo nõ lauando tantùm, sed & aliter humilitatem ostendit. Non.n. priusquam discumberent, sed post omnium discubitũ surgit à cœna. inde non simpliciter lauat, sed ponit uestimenta, *ac etiam linteo se præcinxit.* Neque his cõtẽtus ipse peluim impleuit, ipse nemine iusso oĩa fecit: exemplo docens non remisse & frigidè bona opera, sed q̃ diligentissimè facienda. Mihi uidetur primùm eum proditoris lauasse pedes. Cæpit, inqt, *lauare: et inde uenit ad Simonẽ Petrum, qui dicit ei: Tu mihi lauas pedes?* His, inqt, manibus, qbus oculos apuisti, leprosus mũdasti, mortuos suscitasti. Habet enim hæc particula magnã significationẽ, quare nõ K
oportuit aliud dicere, quã Tu, quod per se uerbũ sufficiens fuit, quo oĩa demonstrarentur. Iure autem quispiam quęreret, quomodo nullus aliorũ lauari recusauit præter Petrũ? quod non parui amoris fuit, & reuerentiæ argumentum. Quæ nam est causa? Arbitror ante oẽs proditoris pedes lauasse, inde uenisse ad Petrũ, à quo & cæteri admoniti sunt quid esset faciendum. Quòd.n. alium quempiam ante lauerit, cõstat cùm dicit, Venit ad Petrum. Sed non est uehemens in accusando euangelista. Id.n. uerbum, Cœpit: aliũ antè lauasse significat: quòd & si Petrus primus erat, credibile tamen est proditorẽ impudenter ante apostolorum principem discubuisse. Nã & aliũ de impudentia eius ostẽditur, cũ intingeret cum magistro, & cũ reprehensus minimè compunctus est. Petrus aũt semel anteà increpatus, & nunc his dictis ita cohibitus est, ut tutubaret, & tremeret, ut non deinde auderet ipse Christũ interrogare, sed alium submittere. Iudã autem frequenter reprehensum nihil pudebat. *Cum ergo uenisset ad Petrũ, dicit ei Petrus:* L
Domine: tu mihi lauas pedes? Respõdit Iesus: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autẽ posteà. Hoc est, quod hinc sequatur emolumentũ, quod doctrinæ exemplũ, & qũo expediat in omnem nos adduci humilitatem. Petrus autem adhuc renuit: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Quid facis Petre? oblitus es quæ antè dixeras? Non dixisti, Absit à te: & audisti, uade pòst satana: & adhuc non admoneris, sed nimius es in refutãdo? Quid ni? inquit. Res magna est & admiranda: nã ob nimiã dilectionem ita locutus est, cui etiam Christus uicem reddit. ut enim tunc ualde eũ increpitans inquit: Scandalum mihi es: ita & nunc, *Si non lauero te: non habebis partem mecũ.* Quid tum Petrus feruore Mat.16.d
quodam incensus? *Domine*, inquit, *tantùm pedes meos, sed & manus, & caput.* In recusando uehemẽs Petrus, & in permittendo uehementior, utrunq; ex amore. Sed cur non dixit Iesus quã ob rem id faceret, sed minatus est? Quoniã non acquieuisset. nã si dixisset, Sine te lauẽ, ut uos humilitatis admoneã, profectò sine ullo exemplo se admonitũ asseruisset: sed nunc repulsæ minis perterritus, continuò paret. Ipse.n. erat
qui frequenter quò iret interrogabat, qui aĩam pro M
eo se positurum dicebat. Si.n. cùm audiret, Nescis quod ego facio, scies autẽ posteà: nõ tamẽ parebat, longè minus si intellexisset: ideo inquit, Scies posteà: haud insĩcius ita etiã oppugnaturũ. Neq; Petrus causam rogauit, sed uehemẽtius accẽsus, ne passus est q dẽ doceri, sed renuit: Tu mihi lauas pedes? Post minas aũt statim mollitus est. Quid autem significat, Scies posteà? Quando? Cùm in noie meo dæmonia eiicies, cũ in cœlum me assumi suspicies, cũ à spiritu intelliges me ad patris dexterã sedere, tũc cognosces cur hoc faciã. Christus autẽ, cùm dixisset Petrus, Nõ tantũ pedes, sed & manus, & caput: *Qui lotus est*, inqt, *non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est totus mũdus, Iã uos mundi estis propter uerba quæ locutus sum uobis.* At si mundi sunt, qua gratia lauas pedes? Vt modestiã doceam, propterea uilius membrũ elegit. Lotus autẽ, hoc est mundus. Nunquid ergo mũdi nõ erant? Nõdũ à peccatis erãt liberi, neq; spiritu sancto digni habiti fuerãt, peccato & maledicto adhuc regnãte, & chirographo nõ abolito, neq; oblata uictima. Quo ergo mundos dixisse, quòd nullis essent peccatis obnoxij, addi-

A xij, addidit: Iam uos mundi estis propter uerba q̃ locutus sum uobis: hoc est, hac tantũ ratione estis mũdi. Iam errore liberati estis Iudæorũ, nam & prophe-
Esa.1.e tæ inquit: Lauamini, & mundi estote, abiicite malitiã ab animis uestris. Itaq; talis lotus & mũdatus est, cũ omnẽ animæ malitiam abiecerit, & syncera mente deo adhæserit. Ideo secundũ propheticum sermonẽ inquit: qui lotus est, iã mundus est. Neq; enim Iudaicam aquæ lotionẽ, sed opificii purgationẽ intelligit.
Esa.1.f. Fiamus ergo & nos mundi, discamus benefacere. Et qũo possumus? Iudicate pupillo, iustificate uiduã, & uenite disputemus. Frequenter in sacris scripturis mẽtio fit uiduarũ & orphanorum, sed nobis nulla eorũ
Ibid.c. ratio. Veruntamen audi quantũ illic mercedis. Si fuerint peccata uestra ut coccinũ, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Neq;.n. habet defensorẽ uidua, ideo multa de ea ratio habetur: q̃ cùm secundis nuptiis coniũgi sibi liceret, dei timore in uiduitate multa ppetitur: eis igitur man⁹ porrigamus omnes uiri & mulieres, nequando uiduitatis molestias subeamus: & si subie
B rimus, benignitatũ in nos materiã benignitate nostra comparemus. Nõ parua uis lachrymarũ uiduæ est, sed ipsum possunt cœlũ aperire. Nolimus eis insultare, ne augeamus calamitatẽ, sed pro uiribus opitulemur. Ita nos & in hoc, & in futuro seculo muniemus: neq;.n. in hac duntaxat uita, sed in illa quoque nobis aderunt, & ob nostra in se officia maximã peccatorũ nostrorũ partem præcident, atque delebunt, & fidenter facient nos ante iudicis tribunal comparêre: quò utinã omnes pertingere possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in
secula seculorum, Amen.

Homilia.lxx. ex cap. xiij.

Ostquàm ergo lauit pedes eorũ, accepit uestimẽta
P *sua: & cũ recubuisset, iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim uobis?* Grauissimum est dilectissimi, grauissmũ, inquam, in profundum uitiorum decidere: ferè enim ánima incorrigibilis redditur, ideo omnia facienda sunt, ne à præcipitio capiamur. Facilius enim est nõ cadere, quã post casum resurgere. Cõtẽplare igitur postquã dilapsus est Iudas, quantum ha
C buit auxiliũ, & nunquam resurrexit. Dixit ad eum Ie-
Supr.6.g sus: Vnus uestrũ diabolus est. dixit, Non omnes credunt: dixit, Nõ de omnibus dico: & Scio quos elegi, & nihil horũ sensit. Postquã ergo lauit pedes eorũ, accepit uestimenta sua, & cũ recubuisset, dixit eis, Scitis quid fecerim uobis? Nõ amplius Petrum, sed omnes alloquitur. *Vos uocatis me magister, et domine, & bene dicitis: sum etenim.* Vos uocatis me, eorũ iudicium proponit: inde ne ad eorũ gratiam locutũ putares, addidit, Sum etenim: cũm eorũ sermonẽ proponat, etiam uerũ ostendit. Nam quod illi dicebant, ipsius cõfirmatione nõ suspectum redditur. Sum etenim,
Mat.23.a inqt. Vides quomodo discipulos alloquendo, de se apertius loquitur? quemadmodũ ergo dicit: Nolite
Ibidem uocare magistrũ sup terram, unus enim præceptor
Sup.12 f. uester est: ita inqt, Nolite uocare patrẽ super terram. unum aũt nõ de patre solùm, sed de seipso dicit. Aliter enim quomodo dixisset, Vt filii lucis sitis? & iterum, Sum.n. &, unus est uester præceptor Christus. *Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplũ enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis.* Atqui nõ est idem: ipse.n. erat dominus & magister, uos inuicẽ conserui. Quid ergo signat hęc particula, D
Ita? secundũ possibilitatẽ: propterea.n. à maioribus rebus accipit exempla, ut saltẽ minus faciamus. Etenim magistri pueris literas q̃ pulcherrimas scribũt, ut uel in deterius imitentur. Vbi nunc, q cõseruos despiciunt? Vbi q honores expetunt? Proditoris pedes dominus lauit, sacrilegi, furis, & ipso proditionis tẽpore, cũ nulla esset speranda emendatio: mensam cõmunẽ posuit, & tu elatis supciliis intumescis? pedes iuicẽ lauemus, inqt: nunquid & seruorũ? Et quid mirum si seruorũ? Siquidẽ inter nos seruus, & liber uerbotenus differunt, differunt illic reipsa. Ipse enim natura dominus erat, nos serui, neq; id recusauit: nobis aũt satis uidetur si liberis, ut seruis, & emptis mancipiis nõ utimur. Et qd dicemus, cũ tanta patiẽtiæ exẽpla proposita nobis sunt, q̃ minimè imitamur: sed cõtrà, & è regione elati, ne debitũ quidẽ reddimus? Debitores.n. nos cõstituit deus, cũ incepit: nos lõgè inferiores exemplũ sequi debemus. Ipse enim dominus erat, nos hoc cõseruis faciemus, siqd fecerimus: quod & ipse significauit, dicẽs: Si ego magister & dominus, ita & uos. Consequens.n. erat dicere, quantò magis uos serui: sed reliquit hoc auditorũ reputatio E
ni. & quã ob rem? Debebant enim alii aliis magis honorari. Ne igitur se inuicẽ iactarent, & dicerent quis esset maior, nẽue inter se indignarentur, omnẽ tollit elationẽ: ut & si longè sis maior, apud fratrem minimè in superbiã efferaris. & nõ dixit quod maius erat. Si ego pedes proditoris laui, quid mirũ si uos alter alterius? Sed rẽ fecit, inde eam discipulis iudicandã reliqt, ideo dicebat: Qui faciet, & docebit, hic magnus uocabitur. Hæc enim uera doctrina est, qd doces, id re efficere. Quẽ nam fastum hoc nõ tolleret? quam temeritatẽ, quam nõ deprimeret elationem? Qui sedet super Cherubin proditoris pedes lauit: tu homo terra & puluis, effereris & intumescis. Et quo hoc dignũ supplicio? Quòd si uerã elationẽ cõcupiscis, hìc ego te uiã docebo: nõ.n. nosti, q præsentibus rebus & magnis inhiat, is uilis est, & abiecti animi. Itaq; nũquã humilitas est sine magnitudine animi, neq; superbia sine pusillanimitate. Quemadmodũ pueri uiliũ rerũ spectacula admirantur, & obstupescũt, pilis, trochis & talis inhiant, magnas autẽ res ne cognitione quidẽ capere possunt: ita & hìc. Sapiens non reputat
F præsentia, ergo neq; ea optabit ab alio accipere: q sapiens nõ est, contra afficietur, ad arachneas, & umbras, & sõnia, & his uiliora cõuertetur. *Amẽ amẽ dico uobis, non est seruus maior domino suo: neque apostolus maior est eo qui misit illũ: si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus uobis dico, ego scio quos elegerim, sed ut impleatur scriptura: Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum contra me.* Quod & superius, idem Ps.40.e
& in hoc loco arguendo dicit. Nam si seruus non est maior domino, neque apostolus eo qui ipsum misit, & ego hoc feci: multò magis idem à uobis faciendum est. Inde nequis diceret, quid tandem hæc dicis? non te intelligimus. idem addidit, non quòd ignoraret, sed ut re ostenderet quid dicat. Scire enim omnium est, facere autem non omnium: propterea inquit, Beati eritis, si feceritis ea. Ideo frequenter hoc dico, & quidem scientibus uobis, ut ad opera uos alliciam: nam & Iudęi sciũt, sed nõ sunt beati, cui ea nõ faciant. *Non de omnibus uobis dico.* O patientiã, nondum proditorẽ arguit, sed tegit scelus, indulgẽs ei locũ pœnitentiæ, & reprehendit & non reprehen-

dit,ita inquiens: Qui mãducat panẽ meum,leuabit calcaneũ ſuum contra me. Videtur mihi illam particulam,Nõ eſt ſeruus maior domino ſuo:ob hoc dictã eſſe, ut ſiquãdo à ſeruis, uel ab aliis quibuſdã uilibus, & abiectis quicq̃ mali paterẽtur,nõ perturbarẽtur, ad Iudæ exẽplum reſpicientes,q multis à Ieſu beneficijs affectus, malè beneficiũ ſuum remuneratus eſt:ideo inquit, Qui mãducat panẽ meũ:& alia q̃ ſequuntur, q̃ ſatis poterant eũ à tanto ſcelere retrahere:quaſi diceret, Qui apud me nutritus eſt, q mecũ mãducat.hæc aũt dicit, erudiẽs nos ut bonum pro malo reddamus, ẽt his qui nõ ſunt corrigibiles.& dicendo, Non de oĩbus dico:ne omnes formidarent, ſeparat eũ ab aliis his uerbis, Qui manducat panem meum: oſtẽdens illum miſerũ nõ excuſari ignorantia,ſed rem oẽm cognoſcere:quod maximẽ eum cohibere debuerat. Et non dixit,tradet me:ſed,leuabit calcaneũ ſuũ contra me:ut dolum & fallaciam decptoris oſtẽdat.Hæc aũt ſcripta ſunt,ne iniuriantibus nobis ſuccenſeamus,ſed ut eos arguamus,& deploremus:lachrymis.n.digni ſunt, non qui afficiuntur, ſed qui inferunt iniuriam:nã ſeipſos maximẽ lædũt,
H cùm rapiunt,cũ calumniantur, cum aliud ſimile machinãtur:nobis uerò maximè proficiũt,ſi nõ ulciſcemur. Vt exẽpli gratia:Rapuit ille abs te aliq̃d, pro iniuria gratias egiſti,& laudaſti deũ: multũ illa gratiarum actione lucratus es,quemadmodum ille immẽ ſum ſibi ignẽ præparauit. Quòd ſiquis diceret: Quid enim,ſi iniurias ulciſci nõ potuimus?Illud reſpondebo, quòd potuimus ſaltẽ ægreferre, & expoſtulare, imprecari, & maledictis proſequi iniuriantẽ,& apud oẽs eum accuſare. Hæc.n.in noſtra ſunt poteſtate:q̃ ſi non feciſti,ẽt non ulciſcẽdi mercedem accipies:cõſtat.n.quòd ſi poſſes, non ulciſcereris:nam qui iniuria afficitur,q̃bus poteſt armis utitur: puſillanimus, imprecationibus, & maledictis,& inſidijs ulciſcitur:
Mat.v.g. his tu nõ ſolùm abſtineas,ſed pro eo p̃care, hoc pacto deo ſimilis efficieris. Orate,inquit,pro pſequẽtibus uos, ut ſimiles efficiamini patri ueſtro,qui eſt in cœlis. Vides q̃ magna lucremur ex pſequutionibus? Nihil adeò deum delectat, q̃ non malum pro malo, immo pro malo bonum reddere: ideo Chriſtus ſui proditorẽ beneficiis affecit,pedes lauit,clàm arguit, parcè pterruit,admonuit, menſa & oſculo dignatus eſt,neq; tamẽ ille factus eſt melior,ſed in propoſito
I perſtitit:ſed agè & ſeruorũ exemplo,q plurimi in ueteri habentur teſtamento te erudiamus,ut intelligamus nullam nobis eſſe ſuccenſendi materiam. Vultis Moſen?an alti⁹ repetamus? quãto.n.uetuſtiora oſtẽdentur exẽpla, tantò magis uos cõuincemus. Quid tandẽ?Quia tũc difficilior erat uirtus:nondum.n.illi leges ſcriptas habuerant,nõ uitæ exempla:ſed nuda per ſe erat natura, nullis auxiliis nitebatur:propterea
Gene.6.b cũ laudaret Noe, nõ ſimpliciter perfectum appellauit:ſed addidit,in generatione ſua:hoc eſt, in illis tẽporibus, q̃bus multa erãt impedimẽta:nam poſt eũ claruerunt alij,non tamen ipſe inferior: in tẽporibus enim ſuis pfectus fuit. Quis ergo ante Moſen patiẽs?
Ibidẽ.37. & ſeq. Beatus & generoſus Ioſeph, qui cõtinẽtia clarus, nõ minus claruit & patiẽtia,nihil iniuſtè fecit, ſed ſeruiẽdo,colẽdo oĩa ſeruilia munia agẽdo, fratrũ odio minimè offenſus eſt:neq; expoſtulauit, cũ patrẽ haberet amãtiſſimum ſui,ſed tulit ad eos cibum in deſertum,neq; nõ inuẽtis maledixit, neq; reuerſus eſt, qđ haud immeritò poterat,ſi uoluiſſet: ſed ad crudeles illos, & imanes properauit,uerè fraternũ ſeruans affectum:inde carceri intruſus,rogatus cauſam,nemine accuſato,tantũ nihil ſe feciſſe, & ſe furtim ex Hebræorũ terra abreptũ dixit:poſt hæc i poteſtatẽ aſcitus,laborantib.fame fratribus ſubuenit, eosq; multis liberauit calamitatib.nã ſi boni erimus, nulla proximi malitia uirtutẽ nobis auferre poterit. At illi cõtrà in eius perniciẽ accingũtur,in ſomniũ exprobrãt, & acceptis ab eo cibis, & uita & libertate ſpoliare eũ machinantur:& dum comederent, circũſpectabant fratrẽ nudũ in ciſternã demiſſum. Quid hac immanitate crudelius? quibus homicidis nõ erant immanio res?Inde eum barbaris,& feris hominib.& ad barbaros euntibus uenditũ innumeris mortib.tradiderũt. Ille aũt factus rex,non modò nõ ultus eſt, ſed crimẽ in ſe patratum excuſauit,quod dei diſpẽſatione,non fratrum malitia factũ eſſet:& quod in eos fecit, non ira,ſed fratris gratia ſimulauit:& cũ eos uideret ſupplices conqueri,ſtatim abiecta omni ſimulatione in fletum prorupit, & tanquã optimè de ſe meritos cõplexus eſt,qui ab eis iam, quantũ in ipſis fuit, interẽptus:& oẽs in Aegyptũ accerſiuit. Quam ergo habebimus excuſationem,poſt legem,poſt gratiam,poſt tantæ ſapientiæ traditionẽ, cùm qui ante legem fuit
L minimè imitamur? Quis nos ſupplicio liberabit?neq; enim eſt quicquã iracundia grauius, quòd in decem milium talentorum debitore ſignificatũ eſt, q prius Mat.18.d debito à domino donatus,iterum ad ſoluendũ coactus eſt,donatus domini liberalitate,coactus ad ſoluẽdum propria malitia, cũ in cõſeruum ira ferretur. Quib. nos intellectis, nolimus proximos criminari, immo beneficiis proſequamur, ut diuinã in nos beneficẽtiã expiamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Xp̃i,cui gloria in ſecula ſeculorũ, Amen.

Homilia lxxi.ex cap.xiij.

Men amen dico uobis:qui accipit, ſiquem miſero,
a *me accipit:qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit.* Magna dei remuneratio in ſeruos, & cultores ſuos, & merces nobis inde comparatur. Qui uos accipit,inqt,me accipit:& q accipit me,accipit eũ qui miſit me. Quid nũc Xp̃i & patris acceptio ad rẽ de qua agitur? Quid ad illud,Beati eritis,ſi feceritis ea:qđ nũc dicit,q accipit uos? Atq optimè cõſequitur.Cũ.n.exituri eſſent in mundũ, & multa paſſũ M ri,dupliciter eos cõſolatur,& à ſe,& ab ipſis.Si ſapietis,inqt,& me i memoria habebitis, & q̃ paſſus ſum, & q̃ feci, aio frequenter uoluetis, omnes æquo animo moleſtias tolerabitis,& ſuperi⁹ inquit,Si hæc ſcitis,beati eritis.Nũc aliter eos cõſolatur,quòd ſaliorum in ſe inuenturi ſint humanitatem,oẽs enim domos eis aperuit.Itaq; & à ſapientia,& à ſubuenientiũ charitate eis duplicẽ affert conſolationem: inde cũ eis uniuerſi orbis peragrationẽ imperauit, intelligẽs utroq; proditorẽ priuari,neq; ullũ aut patientiæ in laboribus,aut accipientium benignitatis fructũ cõſecuturum, iterũ turbatus eſt, & cauſam euãgeliſta ſignificat inquiens: *Et turbatus eſt ſpiritu,& proteſtatus eſt,& dixit:Amen amen dico uobis,quia unus ex uobis me tradet.* Iterũ oĩbus timorẽ incutit, cũ nõ nominatim reum oſtẽderet. Atqui nullius ſibi criminis conſcij,q̃ conſcientiæ ſuæ, Chriſti ſententiam ueriorem duxerunt,ideo aſpiciebant inuicem diſcipuli.Quòd enim ad unum proditio referebatur, hoc formidinem minuebat:quod addiderat,Vnus ex uobis: ſimul om-

A perturbãrat.Quid igitur? Alter alterũ intuebatur.Petrus aũt ſemper amore æſtuans,Ioanni innuit:Cùm enim paulò antè increpitus eſſet, quòd uolentẽ laua re prohiberet(ſemper.n.deſiderij, & amoris uehemẽtia reprehẽdebatur)ideo ueritus cũ neq; pati poſſet, neq; loqui auderet,per aliũ id tẽtat cognoſcere.Illud autem haud immeritò dubitandũ, cur oĩbus dubitantibus,atq; trementibus, etiã ipſo apoſtolum principe,Ioãnes ſecurus, ac ſi in delicijs eſſet in gremio Ieſu recubuit,uel potius ſupra pectus. Neq; hoc tantũ mirandũ,ſed & q̃ ſequuntur.Inquit enim, *Quem diligebat Ieſus*. Cur nemo aliorum hoc de eo dixit? At qui & alij amabantur,hic aũt præcipuè. Quòd ſi alii hoc de eo nõ dixerunt, ſed ipſe tantũ de ſeipſo,nihil
2.Co.12.a mirum.Facit autẽ hoc & Paulus,cũ tempus exigeret, inquiẽs:Noui hominem ante annos quatuordecim: & nõ paruas de ſe laudes intexuit.An parũ tibi uidetur audiẽtẽ,Sequere me:eueſtigiò dimiſsis retibus &
Mat.4.d patre,ſecutum:& cũ Petro aſſumptum in mõtem,&
Ibid.17.a præterea domum ſolũ ingreſſum?Ipſe autẽ quot Pe-
Infr.21.c tri laudes proſequitur? Neque ſubticet Chriſtũ dixiſ-
B ſe,Petre amas me plus his. Et ſemp eius feruorẽ in leſum & charitatem enarrat. Cũ autem inquit,Hic autem quid?ex magno locutus eſt deſiderio. & cur nemo alius hoc dixit? Quia neq; ipſe dixiſſet,niſi in hũc incidiſſet locũ: nã ſi cùm dixerit Petrũ innuiſſe Ioanni,ut interrogaret, nihil aliud addidiſſet, dubitari & quæri cauſa potuiſſet:ideo hanc affert,*Et recubuit ſuper pectus Ieſu*.An parum hìc didiciſſe eum arbitraris, cùm tanta frueretur magiſtri benignitate? Quòd ſi de hoc etiã cauſam quæris, amoris dicam:quare inquit,quẽ diligebat: Ego autem & alia ratione hoc dictum arbitror,ne nimiũ ſibi tribuere uideretur. Cur enim aliãs nõ dixit ſed cũ apoſtolorum princeps innuit? Ne ergo arbitrareris tanquã maiori Petrum innuiſſe,amoris cauſam affert. Cur aũt recubuit ſupra pectus? Nondũ debitã de eo conceperãt opinionẽ, præterea & mœrorem ita lenit. Credibile.n.eſt tunc mœſtos fuiſſe:nam ſi aio, multò magis facie erant perturbati:eos igitur uerbis conſolatus Xp̃s,permittit ut Ioannes ſupra pectus recũbat.Et cõſidera diſci
2.Co.12.a puli humanitatẽ,nomen ſubticet,tantùm,Quem diligebat,inquit.quemadmodũ Paulus: Noui hominẽ
C ante quatuordecim annos. tunc primũ proditorẽ indicat Ieſus,neque tamen nominatim,ſed illũ eſſe cui intinctũ panem porrigeret. qui modus reprehẽſiuus fuit, quòd neq; menſæ cõmunicationẽ reuereretur: quòd ſi nulla,hęc panis prorrectio quem nõ mouiſſet?Sed nõ Iudã, cuius impudentiã uidens diabolus, in cor eius intrauit: donec.n. in aliorũ numero fuit, nõ eſt auſus in eum ingredi, ſed extrà oppugnabat: poſtq̃ uerò palàm factus eſt,licenter iam irrupit,neque inemẽdabilis erat amplius in aliorum numero tolerandus, ideo iã eũcitur,quẽ mox diabolus comprehendit.*Erat autẽ nox,dicit ei Ieſus: Quod facis,fac citius.Hoc autẽ nemo ſciuit diſcumbentium.* O amentiam. Quo non mollitus eſt? Quomodo non puduit, ſed impudentior factus exiuit? Illud aũt uerbum, Fac citius:non imperantis eſt,neq; conſulentis: ſed exprobrantis,& reuocantis ad emẽdationẽ: ſed cùm eſſet inemendabilis,dimiſit eũ. Et hoc nemo intellexit diſcumbentium. Multũ hìc dubitari poſſet cũ diximus, Cui intinctũ panẽ porrexero,quomodo neſcierunt? ſed tam ſubmiſſa uoce id Ioanni dixit,ut minimè ab alijs audiretur: etenim propterea Ioãnes ſupra pect⁹ recumbens,tantũ non ad aurẽ interrogat, ne palàm D fieret proditor. Et Ieſus ita reſpõdit,ne adhuc nominatim manifeſtũ faceret, apertius tamẽ inqt ei, Qđ facis,fac citius. Illi non intellexerunt. Hoc autẽ dixit, ut uera eſſe oſtenderet, q̃ ad ludẽos de morte dixe- *Sup.10.d*
rat,cũ inquit: Poteſtatẽ habeo ponendi aĩam meã, *Ibidem.*
& poteſtatẽ habeo ſumendi eam:&, Nemo tollet eã à me.Quãdiu ergo uoluit,nemo cõtra ualuit:cũ autem permiſit,tunc facilè fuit auferri: quæ oĩa ſignificans inquit: Quod facis,fac citus. Neq; eum tunc palàm fecit proditorem: fortaſſe.n.eum diſcerpſiſſent apoſtoli,fortaſſe Petrus tũc interemiſſet,ideo nemo recũbentium nouit qs eſſet.Nunquid & Ioannes?Neque ipſe, neque.n.putauit diſcipulum in tantam prorupturum iniquitatem. Cùm.n. longè à tali ſcelere abeſſent, neq; de alijs ſuſpicabantur: & cũ frequẽter dixiſſet,nõ de oĩbus dico, & neminem nominaſſet, etiam de alio dicere arbitrabantur. Erat autem nox quando exiuit. Cur tẽpus notas? Vt hominis intelligas temeritatẽ,cùm ne temporis quidem importunitate abduceretur: neq; hoc illi aĩaduerterunt,timore enim perturbãtur: Quare uerã uerbi Ieſu cauſam
E non deprehenderũt?Putabant, ingt,ut egenis aliq̃d daret dixiſſe.Multũ Ieſu curæ erant pauperes, & hoc ad noſtram doctrinam. Hic.n.loculos habebat, & pecuniam.Atqui nemo pecuniã Chriſto dediſſe narratur, ſed quòd diſcipulæ uictui neceſſaria p̃bebant.
Quomodo.n.qui neque peram,neque baculum fer *Ma.10.b*
ri iubet,loculos ferebat? Ad pauperũ miniſteriũ: ut *et Lu.10*
intelligas quanta tibi inopũ & miſerorum hac etiam *a.*
parte cura impendeat. Multa.n.Ieſus ad noſtram ſecit eruditionẽ, hoc dixiſſe Ieſum opinabantur diſcipuli neque ad ultimũ diem uoluit proditorem Ieſus palã facere. Huius exemplum nobis ſequendum eſt, neque proximorũ uitia etiam incurabilia publicãda ſunt.Etenim poſtmodũ ad ſe tradendũ uenièti oſculum dedit,accepit,cũ traderetur ad tormẽta,ad crucem,ad mortẽ ignominioſam, ubi rurſus ſuã præ ſe fert benignitatẽ:hic clarificari ſe dicit, erudiens nos, nihil adeò turpe,adeò fœdũ eſſe, quod non clariorẽ reddat,qui id pro dei facit uoluntate.*Cum ergo exiiſſet Iudas, dixit Ieſus:Nunc clarificatus eſt filius hominis.* F
Quo uerbo labantes diſcipulorũ mentes erigit,& cõfirmat,ut nõ modò non cõtriſtẽtur, ſed & gaudeãt, ideo Petrũ à principio increpuit. Nam quòd morte quis mortẽ uincat, gloria maxima eſt: & hoc eſt qđ de ſeipſo dicebat:Cũ exaltatus fuero,tunc cognoſce *Supr.8.d*
tis, quia ego ſum.& iterũ,Soluite templũ hoc: & ite- *Supr.2.d*
rũ,Signũ nõ dabitur uobis, niſi ſignũ Ionæ. Et qũo *Luc.11.d*
non magna eſt gloria poſt mortẽ,qui ante mortem maior erat ſuperare? Vt enim crederetur reſurrectio, maiora poſtmodum operati ſunt diſcipuli: quòd ſi non uiuebat, neq; erat deus quomodo in noie eius tanta facere potuiſſent? Et deus clarificabit eũ in ſeipſo:hoc eſt,per ſe non per aliũ,& cõtinuò clarificabit eũ unà cum cruce:neq; enim diu pòſt, neque longum reſurrectionis tẽpus eſt expectandum, ſed continuò i ipſa cruce mira apparebãt. Sol nãq; obſcuratus eſt, petræ ſciſſę & uelũ,& multa corpora ſanctorum qui dormierant,ſurrexerunt.Sepulchrũ ſignatũ erat,cuſtodes aderãt,& clauſum lapide corpus ſurrexit.Poſt quadraginta dies aſcendit in cœlũ. Inde ſpiritus delapſa ſatietas eſt in apoſtolos, & oẽs cõtinuò Ieſum prædicarunt:hoc eſt,Et deus clarificabit eũ in ſeipſo,& cõtinuò clarificabit eũ: nõ per angelos aut

G archangelos, non per aliam aliquã uirtutem, sed per seipsum. Quomodo aũt clarificauit p seipsum? Oia ad filij gloriã operatus. Atqui omnia filius fecit. Vides quòd filij opera ad patrem refert? *Adhuc modicum uobiscum sum. Quæritis me*, & non inuenietis. *& sicut dixi Iudæis, ubi ego sum, uos non potestis uenire, & uobis dico modò*. Iam incipit futuras post cœnam calamitates enarrare. Cũ Iudas exiuit, nó uesper, sed nox erat. Cũ uerò paulopòst capiẽdus esset: opus fuit eis omnia commendare, ut recordarẽtur, uel potius spiritus oia suggerebat. Multa enim erant edocendi, ut-
Mat.26.d et Ma.14 d. pote qui nunc primũ audiebant, & tanta erant perpessuri. nã & somno grauabantur, ut alius inquit euãgelista: & tristitia, ut ipse ait. Vt igitur oia diligenter retinerent, ita tãdem locutus est, qd non paruam eis ad dei gloriã attulit utilitatem, cùm postmodum recordati sint, eadẽ manifestè iam se à Christo intellexisse. Qua autẽ gratia ante eorum animum uulnerat inquiens, Adhuc modicũ uobiscũ sum? Iudæis enim nõ immeritò hoc dicebatur. Cur eadẽ ratione nobiscum agis, qua cũ perfidis illis & ingratis? Minimè.

H Qua ergo gratia inqs, sicut dixi Iudęis? Reduxi in memoriã, quia non nunc pp malorum præsentiam hęc dico, quæ à principio præuideram, & testes uos qui audistis estis, qđ ad Iudæos his etiam uerbis locutus sum: ideo addidit, *Filioli*, ut audientibus, sicut dixi Iudæis, non itidem ad se dictũ putarent: non ergo uulnerandi aĩos eorum gratia, sed ut consolaretur, his uerbis usus est, ne pter spẽ molesta eis, & grauia narrando perturbarẽtur. *Quò ego uado, uos non potestis uenire*. Ostendit mortẽ suam translationẽ esse ad meliora, & ad locũ corruptibilia corpora non admittẽtem. hæc dicit, ut sui excitet desideriũ, & uehemẽtius reddat. Nostis. n. cùm aliquem charissimorũ discedentem uidemus, & eũ maximè cum quo nobis nõ est accedere, maiorem in modũ mouemur, atq; incẽdimur. Iudęis ergo ad terrorem id dixit, qđ hîc ad augendũ desideriũ. Talis est locus, quò uado: ut modò nullus, sed ne uobis qdẽ accessus pateat, ubi suã demõstrat dignitatẽ. Et uobis dico modò, Cur modò? Aliter q̃ illis, id est, non cũ illis. Vbi nã quæsierũt eum Iudæi? Vbi & discipuli? Discipuli, quando fugierunt: Iudæi quando intolerabilia mala, & omnẽ cogitationẽ exuperãtia perpessi sunt, urbe eorũ capta,
I & cœlitus in eos diuina ira undique delata: illis ergo pp incredulitatẽ tunc ita locutus est, discipulis autẽ ne inexpectata opprimerẽtur calamitate. *Mandatum nouum dedi uobis*. Cũ enim his uerbis perturbari eos uerisimile esset, ac si deserti relinquerẽtur, eos amore & charitate, quę bonorũ oĩum radix est, atq; principiũ, consolatur, quasi dicat, Me abeũte dolebitis, uerùm si uos inuicẽ dilexeritis, fortiores eritis: sed cur non ita dixit? quoniam utilius dixit. *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli*. Propter hoc simul ostẽdit nullũ secuturũ fastidium, cum signũ dederit. hæc aũt post proditoris abitum uerba fecit. Cur aũt mãdatũ dicit nouũ, quod in ueteri testamento positũ est? Ipse id nouũ fecit modò: addidit ergo, Sicut ego dilexi uos. Non enim uestris præcedẽtibus meritis debitũ persolui, sed ego incepi. Ita & uos decet amicis eẽ beneficos, & qbus nõ debetis, & omissis miraculis q̃ ipse esset facturus, dilectionis eos signo notat. Quid tandem? Quoniã uel hæc, maximè sanctorũ hominũ est indicium: etenim omnis uirtutis fundamẽtum est, propter hanc in primis omnes sãlutẽ cõ-
sequemur: hoc est, inquit, esse discipulũ: sic ab oĩbus K
laudem consequimini, cũ uiderint uos meam imitãtes dilectionẽ. Sed cur non potius miracula hoc ostẽdunt? minimè. Multi. n. dicent, Domine, nónne in no Matt.7.c
mine tuo dæmonia eiecimus? & iterum gaudẽtibus Lu.10.d
ipsis, qđ dæmonia sibi parẽrẽt, inhibuit ut ideo gauderẽt, sed quòd eorũ nomina scripta essent in cœlis. Atqui miracula orbẽ terrarum allexerũt, sed cùm dilectio præcessisset, aliter nulla secuta essent miracula: hoc enim quãprimũ eos & bonos reddidit, & benignos, quòd. s. unus erat animus omnibus: quòd si uaria fuissent sententia, oĩa perdidissent, neque illos duntaxat, sed & oẽs qui postmodum crediturĩ erãt, admonet. Nam & nunc nihil gentiles perturbat, quã quòd nulla ẽ charitas: sed & signa nõ fieri accusant, non tamen itidẽ. In quo autem dilectionem ostẽderunt apostoli: Intuere Petrum & Ioannẽ, quanta cõ- Acto.3.d
cordia uixerunt, cũ ad templum ascenderũt. Intuere Paulũ, qualiter eius affectus fuerit. quòd si alijs fulserũt uirtutibus, multò magis dilectione bonorũ matre. Ab aĩa nanq; uirtute prædita hæc germinat. Vbi malitia, illic hæc planta exarescit. Cùm. n. multiplicata est malitia, exarescit dilectio. Et gẽtiles nõ ita signis adducũtur, ut uita, quã nihil adeo ut dilectio cõmẽdat. Qui. n. miracula faciunt, nonnunquam deceptores ab illis appellantur: uitæ puritas, nõ nisi bonũ arguit. Cũ ergo nondũ prædicatio esset instituta, meritò signa aĩos allexerunt, nũc uitæ bonitate alliciendi sunt. Nihil. n. adeò gentiles arguit, ut uirtus: nihil adeò perturbat, ut malitia: quare cũ cupidũ, cũ raptorem, misericordiam & liberalitatem p̃dicantẽ, & humano genere tanquã bestiis utentem, inimicorum amorem præcipientem uiderit gentilis, delirum eum, & amentem appellabit. Cũ mortem formidantem uiderit, qũo immortalitatis rationes accipiet? Cum ambitiosos, cũ aliis affectibus addictos, magis in sua cõfirmabitur opinione, nihil de nobis magnum autumans. Nos sumus causa, nos inquã, ut illi in errore permaneant, iampridẽ doctrinã suam dãnasset, & nostrã approbassent, nisi uita nostra trahe
rentur. Verbis philosophari perfacilè, hoc. n. multi apud eos fecerunt: sed inquirunt operũ probationẽ. Verũ maiores nostros sibi proponant, inquies. Non credunt, sed uiuẽtes intuẽtur. Ostende, inquiunt, nobis fidẽ tuã per opera. Cùm autem grauius fera, pro M
ximi bona dissipamus, luẽ nos orbis appellant: hoc illos retinet, ne ad nos trãsferantur. Itaq; horum nos pœnas dabimus, non solũ eorum quæ ipsi cõmisimus, sed quorũ authores fuimus, ut dei nomẽ blasphemaretur. Quousq; tãdẽ pecunijs, uoluptatibusq; & aliis iseruiemus affectib⁹? Vẽdicemus iã nos. Audi prophetã de qbusdã stultis loquentẽ: Comedamus Es.22.d &
& bibamus, cras moriemur: de præsentibus hoc dicẽ- 1.Co.15.d
dum non est, adeò nonnulli oĩum res complectuntur, qbus rursus propheta his uerbis exprobrat: Nũ Esa.5.c
quid soli habitatis terrã? Quã ob rem uereor, neqd grauius accidit, nẽue irã dei in nos uehemẽtius prouocemus. Ad quam auertẽdã, omnẽ amplectamur uirtutẽ, ut futura bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in sęcula sęculorum, Amen.

Homilia. lxxij. ex cap. xiij. & xiiij.

Icit ei Simõ petrus, Domine quò uadis? Respõdit
d *ei Iesus: Quò ego uado, nõ potes seq modò, seq̃ris aũt postea.* Magnũ qddã dilectio ẽ dilectissimi
& igne

A & igne ipso uehemẽtius ipsum cœlũ petit, cuius uim nihil retardare pòt: quare ei⁹ feruore accẽsus Petrus, audito Iesu, Quò ego uado, uos nõ potestis uenire, inquit: Domine quo uadis: hoc aũt dicebat nõ discẽdi tantũ, q̃ sequendi eum desiderio: nondũ. n. secutum se dicere audebat, sed quò iret rogauit. Christus aũt non uerbis, sed animo respondit, quòd. n. id sensisset Petrus ex responso Iesu planè cõstat: ait enim, Quò ego uado, non potes sequi modò. & cũ sũb dic

G Nemo potest uenire ad me, nisi pater traxerit eũ: ite
Sup.6.e rum inquit, Si ego exaltatus fuero à terra, oĩa trahã
Sup.12.e ad meipsum: & nemo potest uenire ad patrẽ, nisi p
me, semper se patri æquiparans. Quo ergo cũ dixerit,
Quò uado scitis: subdidit, *Si cognouissetis me, & patrẽ*
meum utique cognouissetis: & amodò cognoscetis eum, &
uidistis eum. Non quod sibi cõtradicat, cognoscebãt
enim eũ, nõ tamen ut oportebat: cognoscebãt deũ,
sed nondum patrẽ, pòst spiritus ueniens, omnium in
eos cognitionẽ infudit, ergo dicit, Si meam noscetis
substantiã & dignitatẽ, noscetis & patris: & amodò
cognoscetis eum, & uidistis eum. Alterũ futurũ, alte
rum præsentis, hoc est, per me. Visionẽ aũt dicit men
tis cognitionẽ. Quos.n. uidemus, & uidere & ignó-
rare possumus: quos cognoscimus, ignorare nõ pos
sumus: propterea inquit, Et uidistis eũ: quemadmo-
dum ait, Visus est ab angelis. Atqui ipsa substãtia vi-
deri nequit: sed uisam dixit, scdm eorum posibilita-
tem: ostendens, quòd qui ipsum uidit, patrẽ uidit. Vi
dit aũt ipsum non in nuda substãtia, sed carne uesti-
tum. Alibi quoq; uisionẽ cognitionem appellat: ut
H cũ dicit, Beati mũdo corde, quoniã ipsi deum uide-
Mat.5.a bunt: mundi non tantũ à fornicatione, sed ab omni
bus peccatis. Omne nanq; peccatũ animã maculat.
Admittamur ergo, ut oĩbus sordibus animam mũde
mus. Mundat aũt primũ lauacrum, inde alię multæ,
& uariæ uiæ, quas benignissimus deus nobis largi-
tus est, quarum prima est eleemosyna. Eleemosynis
enim & fide purgantur peccata: eleemosynis inquã,
nõ exiniustè quæsitis: hęc enim nõ eleemosyna, sed
crudelitas est, & inhumanitas. Quæ.n. utilitas si aliũ
spolies, ut aliũ induas? A misericordia incipiendum
Luc.19.b est, nõ ab immanitate: nã si aliena damus, nullũ no-
bis emolumentum. Hoc Zachæus ostendit, qui ut
deũ placaret, inquit: Siquid defraudaui, reddo qua-
druplum. Nos aũt multa rapiendo, pauca dãdo, pu-
tamus deum placare, cũ magis iritemus. Dic quæso,
si asinum mortuum & fœtidũ è triuijs i sacrificium
offerres: nõne te lapidarent, ut impium & scelestum
persequerentur? Quid ergo si reprehendendã oblá-
tionem ex rapina, quę ẽt execrabilior est? Quã ueniã
merebitur? Ẽsto, aliqua pecunia ex rapina cõdatur,
I nõne mortuo asino grauius olet? Vis itelligere quan
tus sit peccati fœtor? audi prophetã: Putruerunt, &
Psal.37.a corruptæ sunt cicatrices meæ. Tu aũt uerbis deũ la-
tere censes q̃ committis, ipse aũt rapinas tuas, & frau
des perpetuò reminiscitur. Imponitur peccatũ tuum
super altare. Nec hoc solũ reprehensione dignũ, sed
illud ẽt grauius, quòd sanctorũ animas coinquinas.
Siquidẽ hoc lapis est, & sanctificatur, illæ semper ip-
sum Christũ ferunt, & audes illuc tanto scelere com
parata offerre? Minimè, inquis. Neq; n. eas offero pe-
cunias, sed alia. Ridiculum hoc: nescis quòd licèt in
multa pecunia uel gutta iniquitatis iciderit, tota co-
inquinatur? Et quemadmodũ siqs in lympidũ fon-
tem stercus iniiciat, totũ immundũ reddit: ita si diui
tias auaritia attigerit, oẽs fœtore suo corrumpit. Prę
terea ingressuri templũ manus lauamus, nõ aũt cor-
da. Nunqd. n. manus loquuntur? Anima profert uer
ba, in animam deus inspicit. Nihil opus est munditia
corporis anima coinquinata. Quæ utilitas si manus
exteriores lauas, & interiores sordescunt? Hoc graue
est, hoc omnia perdit, quòd parua reueriti, magna
contemnimus. Illotis enim manibus precari, nihil re
fert: illota conscientia, hoc maximum malorũ. Ideo
Iudæis hmõi immunditijs uacantibus inquit, Ablue K
à malo cor tuum: quousq; erunt sibi rationes labo-
rum tuorũ? Lauemus & nos, nõ cœno, sed aqua mũ
dissima: eleemosyna, non auaritia. Primũ à rapina te
uendica, & tunc proser eleemosynam. Declinemus Psal.36.a
à malo, & faciamus bonũ. Contine manus à cupidi
tate, & sic eleemosynæ assuefacias. Quòd si pauper
res spoliamus, ẽt si non iisdem alios induimus, nõ ta
men effugimus, quin supplicij simus obnoxij. Mate-
ria nãq; placationis materia peccati efficitur. Satius
enim est nõ misereri, q̃ ita misereri. Nam ẽt Cain me Gen.4.a
lius fuisset, si nihil oĩno obtulisset, q̃ deteriora offerẽ
do deum prouocare. Qui uerò aliena offert, quo pa
cto deũ nõ prouocat? Ego tibi dixi, inquit, noli rape
re, & tu ex rapina me honoras. Quid putas? an quòd Psa.49.d
his gaudeat? igitur dicet tibi, Putasti quòd essem si-
milis tibi: arguam te, & ponam ante faciem tuã pec-
cata tua. Sed absit, ut quispiam hanc uocem audiat,
sed pura eleemosyna, & claris lampadibus sponso
obuiam ueniamus, gratia & benignitate domini no
stri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

Homilia. lxxiij. ex cap. xiiij. L

Icit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem,
d *& sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tãto tempore uo-*
biscum sum, & nõ cognouisti me? Philippe, qui ui
det me uidet et patrẽ. Propheta aiebat Iudęis, Aspectus Hier.3.b
meretricis factus tibi, cui nullus pudor est: qd ut mi-
hi uidetur nõ illi tantùm ciuitati dici merito põt, sed
oĩbus aduersus ueritatẽ impudentibus. Dicente.n.
Philippo, Ostende nobis patrẽ: respõdit, Tanto tpe
uobiscum sum, & nõ cognouisti me? & tamen non-
nulli sunt, qui post hęc uerba abscindũt à patre filiũ.
Atqui quam maiorẽ inquiris propinquitatẽ? Quidã
enim ex hoc uerbo in Sabellij hæresim decidunt: ue
rùm nos & his & illis omissis, tanq̃ è regione contra
rijs dictorũ ueritatem persecutemur. Tanto tpe uo-
biscũ sum, & non cognouisti me? Quid enim, Tu ne
pater es, quẽ inquiro? Minimè, inquit: propterea non
dixit, Nõ cognouisti eum: sed nihil aliud demõstrãs,
q̃ quòd nihil aliud est filius, q̃ quod est pater manẽs
in esse filius. Vnde aũt ad hoc uenit Philippus? Dixit,
Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis.
Et ad Iudæos hmõi sæpenumero usus est uerbis. [Et M
aliquando Petrus & Iudæi, quis esset pater interroga
runt, atq; ẽt Thomas, & nullus manifestè intellexit,
sed adhuc quid diceret, ignorabãt. Et ne cibi gratia
Philippus, & post Iudæos magistrũ tentare interro-
gando putaretur: huic particulæ, Ostende nobis pa
trem: addidit, Et sufficit nobis: nihil aliud quęrimus.
Nã dixerat Christus, Si cognouissetis me, & patrem
meũ utiq; cognouissetis: & ita per se patrem ostende
bat. Philippus aũt in contrarium ordinem uertit in-
quiens, Ostende nobis patrẽ, tanq̃ Christũ certò co
gnosceret: uerũ nõ dimisit eum Christus, sed ad uiã
dirigit, per se patrẽ cognosci persuadens, Ipse aũt car
neis his uidere oculis eũ uolebat, prophetarũ forsitã
recordatus, quòd deũ uiderint: sed permissio fuit il-
la ô Philippe. inquit ergo, Deum nemo uidit unquã. Sup.1.b
Et iterũ, Omnis q audit à deo, & discit, uenit ad me. Ibid.6.a
Neq; uocẽ eius audistis, neq; faciem eius uidistis. Et Exo.33.d
in ueteri testamento: Nemo uidebit faciẽ meã, & ui
uet. Quid Christus? uehemẽtius arguit, *Tanto tẽpore*
uobiscum sum, & non cognouisti me? Et nõ dixit, uidistis:
sed cognouisti. Nunquid nosse uolo, inquit? Patrem
nunc uidere quæro: tu aũt mihi dicis, non cognoui-

A sti me? Quãmnã hoc habet cõsequentiã? Magnã q-
dem. Cũ enim hoc sit quod est pater manens filius,
meritò in se patrẽ ostẽdit. Inde personas diuidẽs in-
quit: *Philippe, qui uidet me, uidet & patrẽ.* Nequis dice-
ret, quod pater sit ipse filius: nã si ipse esset pater, nõ
sanè dixisset, Qui uidet me, uidet patrem. Sed cur
nõ eũ admonuit, quòd impossibilia & supra hoiem,
& sibi soli possibilia postularet? Cũ.n. Philippus dixis
set, sibi satis esse uidere patrẽ, neq; ipsum Philippũ ui
disse Christus ostendit. Certè.n. si illũ uidisset, ẽt ip-
sum uidere potuisset, ideo inquit: Philippe, qui uidet
me, uidet & patrẽ. Siqs me uidet & illũ uidebit: hoc
est, neq; ego, neq; ille uideri possumus. Philippus.n.
uisus cognitionẽ quærebat, & cũ Christum se uidisse
arbitraretur, uolebat eodẽ modo & patrem uidere:
unde neq; se uideri ostẽdit. Quòd siquis dicat uisum
hoc in loco cognitionẽ intelligi, id ego nõ nego. Phi
lippe, q me nouit, inquit, nouit & patrẽ. Attamẽ non
propter hoc dixit, sed ut eandẽ substantiã demõstra
ret. Qui meã substãtiam uidet, uidet & patris. Et qua
re hoc? An ne qui creaturã uidet, uidet & deũ? Atqui
B oẽs creaturã norant, & uidebant, deũ nõ oẽs norãt.
Præterea uideamus quid Philippus quærat. Num sa-
pientiã patris? num benignitatẽ? Minimè, sed quid es
set de⁹, ipsam uidelicet substãtiã. Ad hoc ergo respõ-
det Christus: Philippe, qui uidet me. Qui aũt creatu-
rã uidet, nõ tamẽ uidet dei substãtiã. Philippe, qui ui
det me, inquit, & patrẽ meũ uidet. Quod si alterius
esset substãtię, minimè hoc dixisset. Vt aũt pinguio-
ri utamur sermone. Nemo q aurũ ignorat, i argento
auri substãtiã uidere põt. No.n. alia p aliã apparet na
tura? ideo bene reprehẽdit inquiẽs. Tãto tpe uobi-
scũ sum, tãtã accepisti doctrinã, magna signa & pro-
pria diuinitatis, & q̃ pater solus operatur, uidisti, solu
ta peccata, arcana in mediũ prolata, mortẽ fugatã,
operationẽ ex terra factã, & nõ cognouisti me? Vidi
sti patrẽ, noli ampli⁹ quærere ut uideas: in illo. n. me
uidisti. Si nouisti me, noli amplius quærere, siquidẽ
in me illũ nouisti. *Non credis, quia ego in patre?* Hoc est
in illius substãtia appareo. *Verba quæ ego loquor uobis*
à meipso non loquor. Vides propinquitatis excessum,
& unius substantiæ exẽplũ? *Pater in me manens ipse fa-*
C *cit opera.* Quomodo à uerbis incipiens trãsit ad opera?
Dici.n. poterat, Ipse loquitur: sed duo hic ponit,
doctrinam & signa, uel quòd ẽt uerba erant opera.
Sup.10.g Quomodo ergo facit? Etenim alibi inquit, Si nõ fa-
cio opera patris mei, nolite mihi, credere. Quo ergo
hoc in loco patrẽ facere attestatur? Vt planè ostẽdat
inter patrẽ & filiũ nullam esse differẽtiã: hoc est, non
Sup.5.c aliter pater, & aliter ego facio. Nã alibi & se & patrẽ
operari inquit: Pater meus usq; modò operatus est,
& ego operor. Illic nullã operũ diuisionẽ, hic idem
ostendit. Quòd si pinguior uerborũ significantia hu
militatẽ arguit, noli admirari. Prius.n. cũ dixisset, non
credis, ita prosecutus est, ut ipsum in fidem traheret:
corda nãq; eorum ingrediebatur. Creditis, quia ego
in patre, & pater in me est? Oportuit enim cũ patrem
& filium audistis, nihil aliud in cognitionis substan-
tiæ testimoniũ quærere. Quòd si uobis hoc non sa
tis est ad æqualitatẽ, & eãdem substantiã ostenden-
dã, saltẽ ex operib⁹ intelligite. Et qui uidet me, uidet
& patrẽ meũ. Si de operib⁹ dictum est, nõ sanè poste
rius dixisset: sin minus, pp opa mihi credite. Inde se
nõ ea tãtũ posse, sed & lõgè maiora p excessum ostẽ-
dit. Non.n. maiora his posse se, sed quod mirabilius
est, se aliis dare posse maiorũ potestatẽ profitetur. D
Amen amẽ dico uobis, qui credit in me, opera q̃ ipse facio, et
ipse faciet: & maiora horũ faciet, quia ego uado ad patrẽ.
Hoc est, uestrũ iam est miracula operari, ego abeo.
Inde cũ sermonẽ perfecisset, ut ratio exigebat, iquit:
Quodcunque peteritis patrem meum in nomine meo, hoc
faciã ut in me glorificetur pater. Vides iterum quo hoc
facit? Ego inquit faciã: & nõ dixit, ut glorificẽ patrẽ:
sed, ut glorificetur in me pater. Atqui alibi dicebat. Sup.13.d
Deus glorificabit eã in seipso: hic uerò, ipse glorifica-
bit patrẽ. Cũ enim filius magna posse apparet, in eo
pater glorificatur. Sed quid signat, in nomine meo?
Quod apostoli dicebant: In nomine Iesu Christi sur Act.3.a
ge, & ambula. Quæcũq; enim ipsi operabantur, eo-
rum author erat Christus, & manus domini erat cũ
illis. Ego faciam, inquit. Ecce eius authoritatẽ: quæ
per alios fiunt, ipse facit. Quæ p se facit, num ne ipse
non pòt, sed à patre operatur? Et quísnam hęc dice-
ret? & qua gratia scdm hoc ponit? Vt sermonẽ suum
cõfirmet, ostẽdatq; ad priora illa nostri gratia descẽ
disse. Illa. n. particula, Ad patrẽ uado: hoc est, nõ pe-
reo, sed in propria permanebo dignitate in cœlis, q̃ E
oĩa ad eos consolando dicebat. Cũ.n. credibile esset
eos nondũ resurrectione intellecta, quadã affici tri-
stitia, aliis ipsos eiusmodi uirtutes collaturos pollice
tur, undiq; eos consolans, & quòd nõ modò perpe-
tuò mansurus sit, sed etiam maiora ostensurus. Eũ
igitur sequamur, tollamus eius crucẽ: quòd si nõ pse
cutionis aliud tamen mortis tẽpus est. Mortificate, Col.3.a
inquit, mẽbra uestra, q̃ sunt super terrã. Extinguam⁹
cupiditatẽ, iram, inuidiã: hoc est uiuum sacrificium,
quod non in cinerem consumitur, neq; in fumũ eua
nescit, neq; lignis eget, nõ igne, non gladio, quæ duo
spiritus sanctus habet. Gladio enim superflua & alie
na cordis abscindit, aperit obturatũ auditũ. Morbi
enim & malæ cupiditates solent salutaribus sermo-
nibus aditum obstruere. Siquidẽ auiditas pecuniarũ
nõ sinit de eleemosyna p̃cepta audire, & si pręualue
rit inuidia, charitatis doctrinã expellit, & alius quili-
bet morbus animã occupans, ad oĩa pigriorẽ red-
dit. Tollamus ergo malas cupiditates, ad qd uolun-
tas satis est, ut oẽs extinguantur: neq; consideremus
uiolentam esse pecuniarũ cupiditatẽ, sed uiolentam F
desidiam nostram. Multi quid sit argentũ, nescire se
dicunt: nõ enim naturalis est eius cupiditas. Natura-
les.n. affectus à principio & ortu ipso nobis infundũ
tur. Aurũ autem & argentum etiam diutius ignotũ
fuit. Vnde ergo aucta est hmõi cupiditas? Ab inani
gloria, à summa desidia. Cupiditatem enim aliæ ne-
cessarię sunt, aliæ naturales, aliæ neutrũ. Vt exempli
gratia: Quęcunq; perfecto animali nõ deficiunt, ipsę
naturales sunt, & necessarię: ut edẽdi, bibẽdi, dormiẽ
di. Corporũ amor naturalis est, nõ necessarius: mul
ti nanq; eũ uincunt, neq; tamẽ pereunt. Pecuniarum
autem auiditas, neq; naturalis est, neq; necessaria, sed
superuacanea, modò uoluerimus, neq; à principio
eam complectemur. Certè Christus de uirginitate Mat.19.a
disputans, inquit: Qui põt capere, capiat: de pecuniis Luc.14.g
autem aliter: Nisi quis renũciauerit oĩbus rebus suis,
nõ est me dignus. Rem.n. facilè admonebat, quòd
aũt multos exuperat, uolũtatis culpa est. Quid ergo
omnẽ nobis de ea excusationẽ auferimus? Nam qui
à uehementiore affectu uincitur nõ multũ punien-
dus est: sed q ab imbecillo hoste superatur, minimè Mat.25.d
potest excusari. Quid respõdebimus dicẽti: Esurien-

G tem me uidistis, & non dedistis mihi cibū? Quo nos pūgabimus? Adducemus paupertatē? sed non sum⁹ uidua illa pauperiores, q̄ duos obolos offerens, oēs
Mar.12.d superauit. Neq; n. quid offeras, deus aspicit, sed dātis uoluntatē: hoc n. sibi curæ est. Eius ergo benignitate perfecta, quæ possumus offeramus, ut & in præsenti uita, & in futura diuinā gratiā consecuti, promissis bonis perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

Homilia. lxxiiij. ex cap. xiiij.

I *diligitis me, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, &* f *aliū paracletū dabit uobis, ut maneat uobiscū in æternū: spiritū ueritatis quē mundus nō potest accipere, quia nō uidet eū, nec scit eum.* Semper nobis aliquid agendū est, semper operibus inuigilādū, neq; uerbis tantū. Dicere enim & promittere omnino facilè est: operari aūt, non itidem: quorsum hæc? Quoniam nunc multi sunt, qui se deū timere, & diligere profitentur, re aūt contrā omnino faciūt. Deus autem per opera diligi quærit, ideo ad discipulos dicebat: Si diligitis me, mandata mea seruate. Cū
H enim dixisset: Quodcūque petieritis, ego faciam: ne simplicē petitionē ualere arbitrarentur, addidit: Si diligitis me, tunc faciam. Et cū credibile esset, eos etiā audiendo quòd iret ad patrem, perturbari, inquit:
Sup.13.b quòd nunc pertubemini, nō est amoris indiciū, sed quòd uerbis meis fidē adhibeatis. Dedi uobis mandatū, ut diligeretis inuicē, & ita alter alteri faceretis, sicut ego feci uobis. Hæc est dilectio, credere & parē re dilecto. *Et ego rogabo patrē, & aliū paracletum dabit uobis.* Iterū ad audientiū imbecillitatē descendit. Cū enim par esset nondū ipsum intelligentes, uehementer illam inquirere substantiā, uerbi secundū carnem aduentum, & nullam abeuntis capere cōsolationē, inquit: Rogabo patrem, & alium paracletū dabit uobis: hoc est, qualis ego sum. Pudeat Sabellianos, & q de spiritu non rectè sentiunt: etenim hoc mirum est, quòd diuersas è regione hæreses uno ictu deiicit. Dicendo enim, Aliū, personæ differentiā: dicendo, Paracletū, subsstantiæ cognationē demōstrat. Sed cur, inquit, rogabo patrē? Quoniā si dixisset mittam, nō ita fidē adhibuissent: nunc autem id ei curæ est, ut credant: postmodū ipse se eū mittere ait, Accipite spiri-
I tū sanctū: hic patrē rogare, ut credibilē suam faciat
Inf.20.f orationem. Nam & Ioannes de eo inquit, quòd de
Sup.1.b plenitudine eius nos omnes accepimus. Quod aūt habet quo ab alio accipit? & iterum, Ipse uos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Quid autem amplius
Mat.3.c haberet quā apostoli, si ad mittendū spiritum esset patrē rogaturus, quod illos nonnunquā et sine precibus fecisse apparet? Quo autem si precum gratia à patre mittitur, ipse à seipso infunditur? Quo ab alio mittitur, qui ubiq; adest, & diuidens propria unicuique sicut uult, & sua ipsius authoritate dicit: Segregate mihi Saulū & Barnabam? Atqui deo ministrā-
Actu.13.a bāt ministri, tamē imperiosē in proprium eos opus uocauit, non quòd ad aliud opus aduocaret, sed ut suā ostenderet potestatē. Quid ergo sibi uult, rogabo patrē? aduentus tempus significat. Quādo enim eos per sacrificiū mundauit, tunc inspiratus est spiritus sanctus. Et qd tandē cū ipsis nō uenit? qa nondū oblatum erat sacrificiū: cū aūt iam peccatū deletum esset, & ipsi ad pericula mitterentur, & certaminibus se accingerēt, hortatorē mitti oportuit. Sed cur non statim post resurrectionē spiritus uenit? Vt expectationis desiderio maiori gratia eum acciperēt. Quo- K
uscq; n. cum ipsis Christus uersatus est, non afflicta bantur, eo abeunte, tanq̄ deserti formidantes, maiorem in modū eum accipere auebant. *Vt nobiscum maneat.* Hoc signat, quòd neq; post mortē abiit. Et ne audiendo paracletū, aliam opinarentur incarnationē, & oculis eum cernere expectarent, inquit: *Quem mundus non potest capere, quia nō uidet eū.* Non. n. ita uobiscū erit, ut ego, sed in uestris animis habitabit, inquit enim, *Et in uobis erit.* Spiritū autem ueritatis appellat, per hoc ueteris testamenti figuras significās. Vt uobiscū sit, quod & ipse inquit, Quia ego uobiscū sum. Præterea & aliud quiddā signat, nō passurum q̄ ipse, neq; discessurum. Quē mundus non potest accipere, quia non uidet eū. Quid enim, dic mihi, est ne aliās uisibilis? Minimè: sed hic cognitionē dicit, addidit ergo, Neq; cognoscit eū. Solet enim certam cognitionem uisionē appellare. Cū enim sensuū certissimus sit usus, per hunc semper uerā adducit cognitionē. Mundū autem hoc in loco malos appellat: & ut hoc discipulos consoletur, dando eis donum præcipuum. Vide quātopere uerbis ipsum extollat. L
Dixit aliū esse quā ipse, dixit non dimissurū eos, dixit ad eos tātū uenire. Quemadmodū ergo ego in uobis sum, inquit, & ipse erit: non tamen mœrorē ipsorū abstulit. Ipsum enim adhuc ac eius cōsuetudinem quærebant: quod respiciens, inquit: *Neq; ego relinquam uos orphanos, ueniam ad uos, nolite timere, inquit.* Non propterea dixi aliū paracletum me missurum, & apud uos mansurū, tanquā in finē ad uos nō rediturus, & uos non uisurus. Nā ipse ueniā ad uos. Non relinquā uos orphanos. Cū superius filiolos appellasset, ideo orphanos non relicturū se pollicetur. A Hic sup.
principio dixerat uenturos quò iret, & in domo patris māsiones multas esse: hic aūt cū illud diu post esset futurū, dat spiritū: sed cū qd diceret, non intelligerent, neq; ideo multū consolarentur, non relicturum se eos orphanos dicit: quod illi magis quærebāt. Sed cū id uerbū, Venio, præsentiā significaret, ne iterum eam requirerēt, uide quo nō quidē manifestè, sed tamē significauit. Cū. n. dixerit, adhuc modicū, & mundus me iam non uidet: subsequitur, Vos aūt uidebitis me. quasi dicat, ueniā quidē ad uos, nō ta- M
mē ut prius. Quotidie ego uobiscū semper ero, & ne dicerent, quomodo ergo Iudæis dixisti, Iam nō uidebitis me? hanc soluit obiectionē, quòd cum ipsis tantùm futurus sit. Nam & spiritus talis est, *Quia ego uiuo, & uos uiuetis.* Crux uos à me usq; ad finem non diuidet, sed ad breue me abscondet. Vitam autem mihi dictam uidetur, non præsentē solā, sed & futuram. *In illa die cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.* In patre enim substantia, in ipsis concordia, & auxilio est. Et quāmnā hoc ratione habet, dic queso? Magna sanè, & incōparabilis differētia Christi & discipulorū. Quòd si ita uerba iacēt noli admirari: solet. n. nonnunq̄ iisdem uerbis & in deo, & hominibus, non eodē modo uti. Nam & dij dicemini, inquit, & filij dei. Quod uerbū nō eandem in nobis, quā i deo uim habet. Et imago filius & glo- Psal.81.b
ria dicitur, atq; ēt nos sed longè aliter, & iterum: Vos Christi, & Christus dei: non similiter autem dei Chri
1.Cor.3.b stus, & nos dei. Quid autem hoc signat? Cùm resurgam, inquit, tum me nō alienū à patre, sed eiusdem potestatis esse cognoscetis, & me semp uobiscū esse, rebus ipsis meum in uos auxiliū clamantibus, inimicis

A cis repressis, uobis audēter loquētib⁹, molestijs propulsatis, p̄dicatione indies florente, oibus pię doctri
Inf.10.c næ & ueræ religioni parentib⁹. Sicut misit me pater, & ego misi uos. Vides quòd hoc in loco idē uerbū non eandē uim habet? nā si hoc ita acciperemus, nihil inter apostolos & Christū interesset. Sed quid, inquit, tunc cognoscetis? qa resurrexisse, & secū uersari uiderunt, tunc certò crediderunt. Magna. n. erat spiritus uis, oia eos erudiens. *Qui habet mādata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.* Non. n. habere satis est, nisi
Hic sup. diligenter seruentur. Sed quare idē Sæpe repetit? Nā superius: Si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate: & nunc, Qui habet mandata mea, & seruat ea: &, Siquis sermonē meum audiet, & seruabit eū, ille est qui diligit me: qui nō audit sermones meos, nō diligit me. Puto ex hoc eorū mœrorem significari: nam
Sup.12.d cū multa de morte disputasset inquiēs. Qui odit animam suā in hoc mundo, in uitā æternā custodit eā.
Mat.10.g &; Nisi quis acceperit crucē suam, & sequitur me, nō est me dignus: & alia plura dicturus esset: exprobrās eis inquit, Putatis ex amore tristes esse? contra res se
B habet. Quòd aūt hoc semper intēdat, id in sequentibus repetit. Si diligeretis me, inquit, gauderetis utiq;, quia ad patrē uado, Nunc aūt metu perturbamini. Quòd. n. ita mortis formidine afficiamini, nō est mādatū meū: oporteret enim uos crucifigi, si uerè me diligeretis: ego. n. uos admoneo ne timeatis qui corpus interficiunt. Tales pater diligit, talibus meipsum manifestabo. *Tum Iudas: Quid factum est, inquit, quia manifestaturus es nobis teipsum?* Ecce quāta formidine tenebantur: cōmotus enim & perturbatus erat eorū animus, & ut mortuos in somnijs, ita eū uisuros se arbitrabantur. Ad quā suspicionem tollendam, audi quid respondeat: *Siquis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionē apud eum faciemus.* Tantū non dicens: Sicut pater manifestat seipsum, ita & ego: neq; hoc tantū, sed dicendo, Mansionē apud eū faciemus: aufert suspicionē, non in somnijs se manifestaturū. Tu aūt cōtemplare perturbatū discipulum, neq; apertè sniam suā dicere audentē. Non. n. dixit, uæ nobis quòd moreris, & mortuus nobis apparaturus es: sed, quid fa-
C ctum est, quòd manifestaturus es nobis teipsum, & nō mundo? Dicit ergo se eos charos habere, qa mandatū ipsius seruant: ut enim usum postmodū phantasma nō existimarent, ideo hæc prædicit: & ne ita, ut dixi, sibi apparaturum putarent, affert ēt causam, quòd ob mādatorū obseruationē spiritus ad eos uēturus sit. Quòd si tam diuturna cōsuetudine ipsius substantiā ferre, imo ne intelligere quidē possunt: qd nam futurum esset, si à principio ita eis apparuisset?
Mat.14.c Ideo cū his comedit, ne phantasma putaretur. Nā si super aquis ambulantē uidentes id opinati sunt, cū eum nō multū distantē uiderant: q credi poterat, si repentè resurgentē uidissent, quem captū uiderāt, & ligatum? Ideo frequenter eis se apparaturū, & quare, & quo prædicit, ne phātasma existimaretur. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermonē quem audistis non est meus, sed qui misit me patris.* Itaq; non me solū non diligit, sed ne patrē quidem, qui hæc uerba nō audit. Nā si amoris indicium est, mea audire mādata q̄ patris sunt: qui audit, non filiū solū, sed & patrem diligit. Et quo sermo hic tuus est, & non tuus? hoc est, quòd nihil à patre loquor neq; aliquid quā quod illi placitum est. *Hæc locutus sum uobis apud uos manens.* Cū hæc obscuriora essent, & partim nō intel D
ligerent, partim & plura dubitarēt, ne iterum perturbarentur, & q̄ mandata diceret scisitarentur, hanc amouit solicitudinē inquiens: *Paracletus aūt quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit.* Fortasse q̄ dixi, non intelligitis, sed ille manifestus magister erit. Illā aūt particula, Apud uos manebit, signat quòd ipse abeat: quare ne tristentur, ait, quousq; ipse apud eos maneat, & spiritus nō ueniat, nihil magnū, nihil altū poterunt intelligere. Qđ dicit, ut ad ipsius abitū magno animo ferendum eos disponat, tanq̄ magnorū bonorum causam futurū. Frequenter aūt paracleti meminit, pp eam qua afficiebantur tristitiam: & cū his uerbis perturbarētur intelligentes molestias, bella, magistri discessum: uide quo iterū eos consolatur inquiens, *Pacem relinquo uobis.* Tantùm non dicens, Quid mundi perturbationibus mouemini, cū pacē mecum habeatis? Neq; enim hmōi est pax mundi, q̄ in malo sit sæpenumero, & nihil ipsam habentibus confert. Ego do pacem, ut inuicem eam habeatis, & uos fortiores efficiat. Sed cū iterum dixisset, Relinquo: quod uerbum discendentis est, & par esset eos E
perturbari, ideo rursus dixit: *Nō turbētur cor uestrum, neq; formidet.* Ecce quòd partim amore, partim metu mouebantur. *Audistis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem: quia pater maior me est.* Et quod nā gaudiū hoc eis allaturū erat? quam consolationē? Quid hoc signat? Nondum resurrectionē intelligebāt, neq; debitam de eo habebant sniam. Et qūo poterant, cùm nondū resurrexisse uidissent? Patrem aūt magnū esse existimabāt. Dicit ergo: Si mihi timetis, quòd me descendere nequeam: neq; confiditis, quòd post mortē iterum uos uideam: tamen audiendo, quòd ad patrem uado, lætandū uobis est, quòd ad maiorē uado, & qui oia potest molesta dissoluere. *Vos audistis, quia ego dixi uobis.* Quare hoc posuit. q. d. Vt intelliga tis quantū uerbis meis tribuam, cū p̄dicere non sim ueritus. *Hæc ergo & quæ futura sunt, dixi uobis, priusquam fiant, ut cùm facta fuerint, credatis quia ego sum.* Quasi dicat, Non sciretis, nisi ego dicerem: neq; dicerem, nisi mihi considerē. Vides sermonē imbecillitati accōmodatum? Etenim cū diceret: An putas, quia p
nō possum rogare patrem, & exhibebit mihi modò Mat.26.e
plusquā duodecim legiones angelorū? ad auditorū opinionem locutus est. Neq; n. illud diceret quispiā, uel stultissimus crederet, quòd sibi ipse auxilio esse nō potuerit, sed angelorū eguerit. Veruntamen cùm tanq̄ hominem arbitrarentur, ideo dixit duodecim legiones angelorum. Atqui simpliciter Iudæos inter rogans, reiecit retrorsum. Quòd siquis maiorē filio Infr.18.a
patrem, inquantum principiū, diceret, neq; hoc contradiceremus: non tamen hoc alterius facit filiū esse substantiæ. Quod aūt dicit, hoc est: quoad hic sum, par est ut uos periclitari arbitremini: si aūt illuc abiero, confidite, quia securi sumus: illum. n. nemo uincere potest: quæ omnia ad discipulorū imbecillitatem dicta sunt: ipse enim confido, neq; curo mortē, ideo inquit. Hæc dixi uobis priusquā fierent. Cū enim nō dum hunc sermonē capere possitis à patre, quē magnum appellatis, uos consolor: inde ēt tristia admiscet. *Iam non multa loquor uobiscum.* Quare? *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquā.* Principem mundi diabolum, & malos hoies appellat. Nō enim cœlo & terrę imperat, cū omnia straueat: i n-

Gperat aũt his, quise eiin seruitutẽ tradũt, ideo & principem tenebrarũ seculi, & tenebras opera appellat. Quid ergo, diabolus te perdit? Minimè, nihil enim i me habet. Cur ergo te Iudæi interficiunt? Quoniam uolo, & ut cognoscat mundus quia diligo patrẽ. Nõ enim quòd sim reus mortis, atq; ei obnoxius, sed ob meam in patrem dilectionem hoc patior: hoc ait, ut iterũ eorum animos excitet, & intelligant nõ inuitũ, sed ultrò mortem subire, & diabolum contemnere: neq; contentus fuit dicere, Modicũ uobiscum, sed id ipsum qđ molestum erat, frequenter repetit, nec iniuria: quouisq; enim tristitiam eorũ molliat, & faciliorẽ toleratu reddat, lætiora annectit: idcirco ait, Vado & uenio: &, ubi ego sum, & uos sitis: &, non poteſtis me sequi modò, sequimini aũt posteà: & ad patrẽ uado, & pater maior me est: &, priusquã fierẽt dixi uobis. Et non necessariò hoc patior, sed propter patris dilectionẽ, ut cognoscant, quòd nihil mali feci, nisi quòd ualde eum diligo, & qui diligitur, ita uult: ideo læta hæc tristioribus frequenter admiscet, eorũ mentẽ aperiens. Nã quòd dixit, Apud uos manebit: ostendit utilem suũ forẽ discessum, eis cõsolandi gratia dixit: propterea multa de spiritu locutus est, Et i uobis erit, & mundus non pòt accipere, & ille docebit omnia, & spiritũ ueritatis, & spiritum sanctũ, & paracletũ, & suggeret uobis omnia, ne ægreferrent, ac si parũ possent proficere. Dicit aũt, Suggeret: ostendẽs se eos spiritales effecturum, ut usuueniſſe nõ ignoramus. Qui.n. prius tremebant & formidabant, post spiritus acceptionẽ in media pericula prosilierunt, p ferrum, ignem, bestias, pelagus, & ad oẽm calamitatem se intrepidi exposuerunt: & illiterati & idiotæ audenter disputabant, ut auditores in admirationem adducerent, & stuporem: ex luteis ferreos: & in cœlũ erigens, nulli humano affectui subiectos reddidit spiritus. Talis illa gratia, q̃ mœrorem soluit, malas cupiditates cõsumit, formidinem pellit, nec finit amplius hoiem esse quem afflat. Sed tanq̃ in idipsum cœlum translatus, omnia q̃ illic sunt, contẽplatur. Quamobrem nemo aliquid suum propriũ dicebat. In orationibus, lætitia, simplicitate perseuerabant: hoc maximè opus est spiritus sancti. Fructus enim spiritus, lætitia, pax fides, māsuetudo. Sed tristantur, nonnunq̃ spirituales homines. Verũ tristitia illa lætitia suauissima est: nam & Cain tristatus, sed mundi tristitia: & Paulus, sed dei: Quicquid.n. spiritale est, lucrũ habet maximũ: ut mundana omnia maximũ dispendium. Imploremus ergo insuperabile spiritus auxiliũ, seruemus mandata, neq; erimus angelis inferiores: neque enim illi, quoniã corpus nõ habent tales sunt: ita.n. nullus eorũ malus fuisset, sed uoluntas omniũ causa est. Propterea ex his qui corpore carent, & brutis peiores inuenti sunt, & ex corporeis illis etiam peiores: & omnes iusti qui terram habitant, qui corpori sociantur, rectè faciũt, q̃ faciunt: tanq̃ enim hospites & peregrini terrã habitant, cœlũ ut ciues. Noli ergo qđ carnẽ habeas, de uictoria, & labore pro uirtute subeunda desperare. Noli rerum opificem accusare, ac si enim carnem ferre impossibile, sanctorũ cœtus ostẽdisset: neq; enim carnis natura Paulo fuit impedimẽto, quin qualis fuit euaderet: non Petro, ut cœli claues acciperet. Et Enoch in carne translatus, nusquã apparuit, ita & Helias cũ carne raptus est: & Abrahã, Isaac, & Iacob in carne clarueruũt. Ioseph in carne impudicam mulierem superauit. Et quid carnem dico?

Gala.5.d
Hebr.11.a
4.Reg.2.b
Gen.39.b

quam si ẽt catenis deuincias, nihil ei nocueris. Nã si ligatus sum, inquit Paulus, at sermo dei non ligatur. Et quid uincula, quid catenas memini? Addas & carcerem, & cõpedes, nihil horũ ullum affert uirtuti impedimentũ. Ita docet Paulus. Vinculũ animæ nõ ferrum, sed timor & cupiditas pecuniarũ, & animæ passiones: hæc sunt uincula, licèt corpus solutũ sit. Sed à corpore hæc ueniunt, inquies. Nugæ hæc, & mendacium: nã si ita esset, oẽs iisdem subderemur affectibus: Vt enim lassitudinem, somnũ, famem, sitim euitare nõ possumus, quoniam naturalia sunt: ita & illa neminem immunẽ, & sibi non obnoxium relinquerent. Quòd si multi his nõ subiiciuntur, cõstat pigritiæ nostrę quicquid perperã faciamus adscribendũ. Omnia igitur uitia abscindamus, neq; corpus accusemus, sed subiiciamus animæ gubernaculis, ut facilè sempiterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

2. Tim.2.b

Homilia.lxxv.ex cap.xv.

Vrgite, eamus hinc. Ego sum uitis uera, et uos palmites, & pater meus agricola est. Timidã & effœminatam animã ignorãtia effecit, quem admodũ magnã & sublimẽ cœlestis doctrinę erudi tio: qua quę nõ fruitur, meticulosa est, nõ natura, sed uoluntate. Cũ enim uideo quempiã iam fortem & impauidũ, inde timidum effici, illã ego naturalẽ passionem nõ appello. Naturalia.n. immutabilia sunt. Rursus cũ uideo timidos repentè fortitudinẽ sumere, illud quoq; uoluntati tribuo: nã & discipuli timidissimi erant priusquã opportuna dicerent, & digni gratia spiritus haberẽtur, postmodũ uerò leonibus fortiores apparuerunt: & Petrus qui mulierculæ minas nõ pertulerat, in caput appensus, & uerberatus, & multa perpessus, nõ tacebat, sed oia tanq̃ somniũ perferebat: at non ante crucẽ adeò confidebat, ideò Christus dicebat: Surgamus, abeamus hinc. Qua gratia, dic quæso? an ignorabat quãdo esset tradendus? an ne Iudas eò uenire formidabat, néue priusq̃ eos doceret, caperetur? Longè hęc à diuina absunt maiestate. Si nõ timebat, cur hinc eos abducit, & post finitũ sermonẽ in hortũ Iudæ cognitũ ducit? Quòd si aduenisset Iudas, nõne poterat uisum auferre, ut prę sentib⁹ fecit? Cur ergo discedit? Parũper indulsit discipulis. Par.n. erat ut tremerẽt & formidarẽt, utpote q̃ loco certo & manifesto noctu essent, neq; Iesu uerbis uacarẽt, sed oculos circũferrent, & semper se cõprehẽdi uiderentur, & maximè cũ magistri sermo timorẽ incuteret. Inquit.n. nõ multa iam cũ ipsis locuturum, & uenire mundi huius principẽ. Cũ ergo his & hmõi uerbis perturbarentur, ac si mox capiendi essent, in alium eos locũ ducit, ut se tutos arbitrati, fidentius andirent. Erant.n. maxima audituri: ideo inquit: Surgite, eamus hinc: qbus abductis, Ego sum uitis, inquit, uos palmites. Quid uult hęc parabola significare? Quòd q nõ uacat doctrinæ, uiuere nõ potest, & quòd futura signa Christi uirtute proueniũt. Pater meus agricola est: quid? Auxilio indiget filius? Absit. Neq; sic intelligitur. Vide q̃ diligenter hanc parabolã exequitur: non.n. radici, sed palmitibus agricolæ curã conferre dicit. Radicis aũt non alia causa hìc meminit, q̃ ut discerent sine ipsius potentia nihil fieri posse: & quòd ita ipsi fide uniendi sunt, ut palmes uiti. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum pater.* Hic signat uitam, ostendens sine

operibus neminẽ in ipso esse posse. Et *omnem qui fert fructum purgabit*: Id est, incitabit ad uirtutis curã. Atqui radix circunfosione, & cultu primũ indiget: sed nihil de ea nunc dicit, sed de palmitib⁹, sibiipsi sesufficere ostẽdens. Discipuli aũt multa præceptoris cura indigent, ẽt si studiosi sint: ideo inquit, Omnẽ qui fructũ ferat, purgabit eũ: qui fructũ nõ facit, nõ potest esse in uite qui fructũ fert, eũ reddet fœcundiorem. Hoc urgentis mœroris gratia eos allocutus est. Dicet aliquis, purgare palmitẽ, incidere est, ut fœcundiorẽ faciat: unde ostendit tẽtationibus effici fortiores: inde ne de quibus dicat interrogẽt, & iterũ solicitarentur, inquit: *Iam uos mundi estis propter sermonẽ quẽ locutus sum uobis*. Vides qualẽ se palmitum curatorẽ profiteatur? Ego uos purgaui, inquit. Atqui superius hoc patris officium ostendit: sed nulla est inter patrem & filium differentia, iam uestra opus est diligẽtia. Inde ne se eorum ministerij indigentia, sed utilitate hoc facere demonstraret, addit: *Sicut palmes nõ potest facere fructũ â semetipso, nisi manserit in uite: sic uos nisi in me manseritis*. Vt.n. metu laxato eorũ aio, non discederent, eos cohibet, & sibi cõglutinat, & bonã spẽ habere iubet, radix.n. manet. Incidi aũt & auferri, palmitũ est. Ita utriq; agressus, & à bonis & molestis rebus priores à nobis partes exigit. *Qui manet in me, & ego in eo*. Ecce filiũ non minoris esse quã patrem potestatis, ad discipulos excitandos. Pater purgat, filius in eo manet. Manere.n. in radice, facit ut palmites fructum faciant. Quòd si non purgatus in uite palmes manserit, fert quidẽ fructum, sed non debitum: qui uerò nõ manet in uite, nihil parit. Verùm purgare, filij esse ostẽditur: manere in radice, patris, q̃ ipsam radicem generat. Vides qũo omnia cõmunia sunt, & purgare, & à radice uirtutẽ habere? Magnum quidem detrimentũ etiam nihil posse facere, uerùm alterius pœna procedit. *Mittetur*: inquit, *foras*: Neque amplius ab agricola curabitur: *Et arescet*: Hoc est, si quid habuit à radice, siquã gratiam, amittet, & omni inde auxilio & uita spoliabitur, & tãdẽ in ignẽ mittetur: sed non talis, qui manet in uite. Inde ostendit quid sit in ea manere, inquiens: *Si uerba mea in uobis mãserint*. Vides quidẽ, superius meritò dicebam ipsa opera Christum exigere: cũ enim dixisset, siquid petieritis, faciam: addidit, Si diligitis me, mandata mea seruate. *Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uolueritis, petetis, & fiet uobis*. Hæc aũt dicebat, ostẽdens reprobos cõcrematũ iri, ipsos autem fructũ laturos. Timorẽ ergo ab eis in illos trãsfert, & inuictos ipsos fore signat: quare inquit, *In hoc clarificatus est pater meus, ut plurimũ fructũ afferatis, & efficiamini mei discipuli*. Hinc sermoni suo authoritatẽ facit: nam si ad patris gloriã fructus faciẽdus est, non eam cõtemner, & efficiemini mei discipuli. Vides qũo qui fructũ affert, ille discipulus est? Sed qđ signat, In hoc clarificatus est pater? hoc est, lætatur cũ in me manetis, & fructũ fertis. *Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos*. Hic iam magis secundum hominẽ loquitur: tanq̃ enim ad homines dictum uim propriã habet. Nam qui mori uoluit, q̃ seruos, inimicos, hostes, tanto honore dignatus est, & in cœlũ ad duxit: qũo dilectionis mensuram ostendit? Si ergo uos diligo, confidite: si patris gloria est fructũ facere nihil mali suspicamini. Inde ne negligentes faceret, uide qũo eos rursus excitat: *Manete in dilectione mea*: Hoc in uestra est potestate. Qũo aũt hoc erit? *Si præceptа mea seruaueritis, sicut & ego præcepta patris mei seruaui*. Rursum humano more loqtur. Neq;.n. legislatorem legi subditum esse oportet: Et quod semper dico, hoc i loco propter auditorum suspicionem locutus est, & in tuto eos esse, & inimicos eorum perditum iri asserit: præterea quòd quæcunq; habent, à filio habent: quodq; si puram uitam exhibuerint, nemo eos poterit superare. Considera aũt quanta eos authoritate alloquatur. Non enim dixit, manete in dilectione patris: sed, mea. Inde ne diceret, Quãdo nos omnibus inimicos reddidisti, tũc nos dimittis, tunc discedis: hoc negat, sed ita eis, modò uelint, cõglutinari dicit, ut palmes uiti: rursusq; ne fiducia hac pigriores redderentur, nõ duraturũ bonũ dixit si id negligerent. Et ne si ad seipsum oia referret, prõptiores ad casum redderet, inquit: *In hoc clarificatus est pater*. Semper.n. & suam, & patris in eo dilectionẽ ostendit. Non ergo Iudæorum res gloria patris erat, sed quæ ipsi erant accepturi, inde ne diceret, Patrias traditiones relinquimus, & nunc omniũ nudi deserimur. In me, inquit, respicite, diligit me pater, & tamẽ hæc mihi subeunda proponuntur. Non igitur ego uos, quia non diligam, in psentia relinquo: nã si ego morior, nec tamẽ propterea nõ amari à patre conicturã facio, neq; uos perturbari oportet. Si i dilectione mea manebitis, nihil uobis horũ nocere poterit. Magnũ nãq; & insuperabile quiddã dilectio est, quæ non nudis uerbis, sed re ostẽdenda est. Ipse inimicos reconciliauit, nos in amore perstemus: ipse incepit, nos saltẽ prosequamur: ipse non sui cõmodi gratia (nullius enim eget) nos saltẽ ad nostram utilitatem diligam⁹: ipse inimicos, nos saltẽ amicos amore prosequamur: ut è contrario facimus. Quotidie.n. blasphematur pp nos deus pp rapinas, propter cupiditates: & fortasse quispiam uestrũ dicet, Quotidie de cupiditate disputas: utinã & singulis noctibus liceret, utinam in foro prosequi, & ad mensam: utinã mulieres, amici, filij, serui, agricolę, uicini, & ipsum pauimẽtũ, & parietes, semper hac uoce clamare possent, ut uel saltẽ hoc pacto acquiesceremus. Vniuersum.n. orbẽ hic morbus, & omniũ animos comprehendit, Magna pecuniarũ uis. A Christo redempti sumus, & auro seruim⁹. Alterius asserimus dominatũ, cuius pcepto dicto citius paremus, & ei⁹ gratia, genus, amicitiam, leges, oia deniq; ignoramus. Nemo cœlũ contemplatur, nemo de futuro cogitat, sed ueniet tẽpus cũ hi sermones nihil proficiẽt. In inferno, inquit, quis confitebitur tibi? Desiderabile aurũ, & delicias præbet, & honorabiles facit, nõ tamen eodẽ modo cœlũ. Diuitem enim multi & uitant, & odio habent: qui autẽ uirtutẽ complectitur, eũ & honorant, & reuerẽtur. Sed ridiculus est pauper, etiã si uirtute præditus sit: non apud homines, sed carentes ratione. Neque enim si asini in nos irrudant, & inclangant graculi, sapientes aũt laudent, horum dimisso cõsensu, stultorum clamores nos moueãt. Sũt enim graculis haud absimiles, & asinis peiores, q̃ psentia admirãtur. Nã si terren⁹ rex te laudet, nihil multitudinis sermonib⁹ moueberis, etsi omnes irrideãt. Cũ autem omnium dominus te laudat, de cantharidũ & culicũ laudib⁹ cogitas? Quousq; in cœno uerfabimur? Quousq; stultos, & gulę deditos, spectatores habebim⁹? Qui lusores, ebrios, uẽtri uiuẽtes probare possunt, uirtutẽ autem & uitium ne in somnis quidem imaginantur. Siquis te accusẽt quòd ducendarũ aquarũ ignarus sis,

Eccl.5.b
Sup.14.b
Psal.6.b

G nihil molestè ferres, sed rideres, qui tibi ignoratā artē proponeret: at si uis uirtuti operā dare, eius ignaros tibi laudatores proponis? ideo nunquā eam assequimur. Non enim peritis, sed ignaris res nostras cōmittimus: illi aūt nō scdm artis rationē, sed scdm ignorantiam suam probant. Quare uos hortor, contēnamus multitudinē, imo nec laudes desideremus, neq; pecunias, neq; opes, neq; malū paupertatē existimemus, quippe q̄ & cōtinentię, & fortitudinis, & oīs sapiētię magistra est. Nā & Lazarus in paupertate coronatus est, & Iacob solo pane cōtētus erat, & Luc.16.e Gē.28.d Ibidē.37. 39.&.se. Ioseph ultimā passus est egestatē, non tamen seruus, sed domin⁹ fuit, & propterea eū magis admiramur: & nō tantis eū laudibus prosequimur, quòd frumētū distribuit, ut cū carcerē habitauit: nō cū corona, quā cū catena circundabatur: nō cū in solio sedebat quā cū insidiis periclitabatur. His oībus, & horum certaminū præmiis consideratis, nolimus diuitias, honores, delicias, potestates, sed paupertatē, catenas, uincula pp uirtutē susceptā admirari. Finis nanque illorū tumultu plenus est, & perturbationis, & H hac uita finiūtur: horū aūt fructus cœlū est, & cœlorum bona, q̄ nulla auris audiuit: q̄ utinā omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorū, Amen.

Homilia. lxxvi. ex cap. xv.

b Aec locutus sum uobis, ut gaudiū meum in uobis sit, & gaudiū uestrū impleatur Hoc est præceptū meū, ut diligatis inuicē sicut dilexi uos. Omnia bona tunc mercedem habent, cū debitū finem consequūtur. Quòd si interim quis deciderit, naufragiū incurrit: quemadmodū nauis innumeros uehēs, nisi ad portum appellat, sed in medio pelago submergatur, non modò nihil ei longa proficit nauigatio, sed tātò maiorē facit iacturā, quātò maiores labores sub- Rom.2.b iit: ita q̄ i medio certamine corruūt aiæ, grauiori casu cōcutiuntur. Ideo Paulus gloriā, & honorē, & pacem eos sequi ait, qui per bonorū tolerantiā currūt: quod nūc Christus apostolos admonet. Cū.n. ipso accepto gauisi, inde pp passionē & uerborū molestiam tristitiā concepturi essent, post dibitā doctrinam & cōsolationem: Hęc inquit, locutus sum uobis, ut gaudiū meū in uobis sit, & gaudiū uestrū impleatur: hoc est, ne discedatis à me, néue à cursu desistatis. Gauisi estis in me, & quidē uehemēter: sed incidit tristitia, hanc eximā, ut ad finē usq; lętitia pduret: ostēdēs in præsentibus nō mœrorē, sed lętitiā capiēdā. Vos ego perturbatos uidi, nō contēpsi: nō dixi, cur nō perseueratis in fortitudine? sed uos cōsolatus sum, & hāc dilectionē meā uolo perpetuò seruetis. Audistis de regno, gauisi estis, ut impleatur lætitia uestra hæc locutus sum uobis: hoc est pceptū meū, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos: Intuere dei dilectionē, tanquā catena quadā nostrę dilectioni cōnexā: idcirco nunc duo, nūc unum mandatū dicit: ne- Mat.22.d mo enim primū sine altero assequi pōt. Nūc inquit, Ibidē.7.b in hoc & leges, & prophetæ pendent: nūc, q̄ uultis uobis homines faciant, eadem & uos eis facite. Hæc est enim lex, & prophetę, dilectio, ut hoc in loco testatur. Nā si perseuerātia à dilectione, dilectio à mādatorū obseruatione prouenit: mādatū aūt est, ut diligamus inuicē, perseuerātia à mutua oritur dilectione. Neq; simpliciter dilectionē dicit, sed & modū docet diligendi. Sicut ego dilexi uos, inquit. Iterū ostendit nō odio aliquo discedere, sed dilectione. Quare magis admirari me debetis, pro uobis aīam meā po- K Sup.10.c no: ut superius inquit, optimū pastorē describens: hoc aūt in loco eos admonet, & dilectionis suę magnitudinem, & qualis ipse sit ostēdit. Sed qua gratia semper dilectionē extollit? quoniā hoc est discipulorum argumentū, hoc uirtutē corroborat. Propterea Paulus tantopere dilectionē laudauit, utpote uerus Christi discipulus, qui eius nim sit expertus. *Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio uobis. Iam nō dicā uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: uos aūt dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis.* Cur ergo inquit, Multa habeo uobis dicere, sed Infr.16d nō potestis portare modò? Nihil aliud ex his uerbis innuit, q̄ nihil alienū à patre locutū cū maximi amoris indiciū sit, quòd arcana patris cū eis & cōmunicauerit & dixerit. Cū aūt oīa dicit, intelligēdū de his est, quę eos audire cōueniat, inde aliud neq; parū amoris argumentum adducit. *Non uos me elegistis,* inquit, *sed ego elegi uos:* Hoc est, in amore præcurri: neq; hoc contentus. *Et posui* inquit *uos:* Id est, plantaui, ut me diligeretis: adhuc in uitis translatione perstat, *Vt eatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat.* Quòd L si fructus manebit, longè magis & uos manebitis. Neq; uos tantū amaui, inquit, sed & multa cōtuli beneficia, palmites uestros ubiq; terrarum propagans. Ecce quot modis suam proponit dilectionē, cū & secreta patris eis aperuit, cū in amore puenerit, cū pro ipsis tot mala patiatur, ex quo se perpetuò cū ipsis, qui allaturi sunt fructū, permansurū ostēdit. Necesse nanq; ut diuino freti auxilio fructū faciāt. *Vt quodcūque petieritis patrē in nomine meo, det uobis.* At qui eius q petitur est facere: quòd si pater petitur, quo filius facit? Vt non minorem patre intelligas. *Hæc locutus sum uobis, ut diligatis inuicem.* Hoc est, non exprobrandi gratia dico me animam meam ponere, quòd amare prior cœperim, sed ut in amorē meum uos trahā, inde cum persecutionē pati multis molestum, & intolerabile uideretur, & par esset ēt generosum animū deiici, ideo multis propōsitis, & eorum placato aīo ad hoc uenit, & hæc eorū gratia, ut alia ex abūdantia dictā significet. Vt enim superius dixit nō so- Sup.14.d lū non dolendū, sed lætandum, quòd iret ad patrē, M non deserendi, sed uehementis amoris gratia: ita & in hoc loco lætandū ostendit. Et cōsidera quo pacto eos præparat: non enim ait, Scio rē molestā: sed, cum propter me hoc patiamini, propter me ēt perferatis. Non.n. sufficiens consolationis causa hęc fuisset: quare ea omissa, alias duas adducit, & qa prioris uirtutis hoc est argumentū, & contrariū esset dolendū, non quòd odio nunc habeamini, sed diligemini: hoc aūt significat, inquiens: *Si de mundo essetis, mundus q̄d suū esset diligeret.* Quare si diligemini, malū de uobis præbetis argumentū. Inde cū his uerbis rem non effecisset, iterū prosequitur: *Non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & uos persequentur.* Ostēdit per hoc maximè futuros imitatores. Quousq; n. Xps fuit in carne, cōtra ipsum certabatur: post suam in cœlū ascēsionē, aduersus discipulos pugnatū est. Et cū pauci tanti populi bellū susceptūri perturbarentur, eorū animos erigit, quòd maximè eis lętādū sit, si ab illis odio habeātur: ita.n. passionis meę participes eritis. Non ergo perturbari debetis, non enim meliores estis: nā ut pdixi, Nō est seruus maior domino suo. Inde tertiò eos cōsolatur, quòd pater unà cū

A ipsis iniuriam accipit. *Hæc omnia facient uobis*, inquit, *propter nomen meum, quia nesciunt eū, qui misit me.* Hoc est, illum offendūt. Ad hæc omnem eis ueniā aufert, & aliam affert consolationē. *Si nō uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent.* Et causam affert, quòd iniustè & in se & eos faciēt. Sed qd in hæc nos mala adduxisti? Nōne persecutionē & odiū præuideres? Cui his uerbis occurrit, *Qui me odit, & patrē meum odit.* Ex quo nō paruum etiam prædicit supplicium. Cùm enim frequenter propter patrē Christū persequi dicerent, oēm nunc ipsis tollit excusationē, quā ne haberēt: primùm, inquit, doctrinā proposui, inde eam operibus confirmaui secundū Mosi legē, qui omnes prēmonuit, ut ei parērent, q talia faceret, & diceret, qui & dei cultū erudiret, & maximis clare- Sup.9.f ret miraculis. Neq; simpliciter signa dixit, sed quę nemo alius fecit: & ipsi horū testes sunt, cùm dicat, Nusquā sic apparuit in Israel: neque auditū est à seculo, Sup.11.f. quòd quis aperuit oculos cæci nati, & Lazari resurrectio & alia multa huiusmodi, & modus ipse miraculorum nouus, & admirabilis. Sed qua gratia & te, & B nos psequūtur? *Quia de mundo nō estis. Si de mūdo essetis, mundus quod suum erat, diligeret.* Præcōmemorat eis uerba, q̄ ad fratres suos dixerat, sed illic qdē moralius, ut eos purgaret: hic cōtrà totū apuit. Et unde cōstat propterea odio nos habendos fore? Ex his q̄ in me facta sunt: qd factū, aut dictū attulerūt, ne me acciperent. Inde cū res stupenda nobis esset, adducit & causam, hoc contentus, prophetā adducit, ostendens eū iampridē his uerbis prædixisse: *Quia oderunt* Psa.68.a *me gratis.* Quod & Paulus faciebat. Multus enim ad- & 34.c mirantibus, qūo Iudæi nō crediderint, prophetaū nititur testimonio, quòd malitia & stultitia eorum incredulitatis causa fuit. Quid ergo? Si sermonē tuū nō seruauerunt, neq; nostrum seruabunt: si te persecuti sunt, & nos persequentur. Si signa qualia nemo uiderunt, si uerba qualia nemo audierūt, & nihil tamē profecerunt, si patrē & te odio habent, cur nos eis relinqs? Quomodo apud eos ullā iam habebimus authoritatē? Quis gētiliū nobis aures adhibebit? Ne igitur his iniellectis perturbarentur, uide quā affert consolationem. *Cùm uenerit paracletus, quem ego mittā uo-* C *bis à patre spiritū ueritatis, qui à patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio, mecū estis.* Ille dignus fide erit ppea nō spiritū sanctū, sed ueritatis appellauit. Illa aūt particula, Qui à patre procedit: hoc est, qui oīa certò nouit, Sup. 8.b. sed de seipso, inqt: Scio unde uenio, & quò uado: & cū de ueritate loq̄retur, quē ego mittā. Ecce quòd nō pater solus, sed & filius spiritū mittit, & uos q me cū fuistis, neq; ab aliis audistis, adhibetis fidē: hinc Act. 10.f apostoli confirmati dicebāt, Qui cū eo comedimus & bibimus. Quod nō ad gratiā dictū sit, spiritus dicap.16. tis testimoniū phibet. *Hæc locutus sum uobis, ut nō scā dalizemini.* Hoc est, cū multos incredulos & uos persequentes uideritis: *Extra synagogam facient uos.* Iā.n. hoc decreuerant, siquis Christum cōfiteretur. *Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo* Si uos interficient, rē piam & deo gratam facturos se existimabunt. Inde iterū consolatur: *Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me.* Hoc uos satis cōsoletur, quòd propter me, & patrem hoc patiemini. Hìc iterū eos beatitudinis admonet, Matt. 5.a ut ī principio: Beati estis cū maledixerint uobis homines, & uos persecuti fuerint, & dixerint oē malū adD uersus uos, mentientes propter me: Gaudete & exultate, qa merces uestra copiosa est in cœlis. *Hæc locu-* Ibid.b. *tus sum uobis, ut cum hora uenerit, reminiscamini.* Itaq; ex his & reliqua credetis. Neque dicere poteritis me ad gratiā loq, aut ut uos fallā. Neq;.n. decepturus, q̄ mēdacij argui possent prędiceret: ideo prædixi, ne in nō expectata incidentes, perturbaremini, ac etiā ne non præuidisse futura diceretis. *Reminiscamini ergo, quia ego dixi uobis.* Etenim semper Iudæi umbra quadam persecuti sunt discipulos, ac si mali essent, nō tamē perturbati sunt, cū à magistro præsciuerint id futurum. Sufficiēs nanq; causa fuit, q̄ eos cōfirmaret. Ideo frequenter hoc meminit, quòd non nouerūt me: & pp me faciēt & pp nomē meū, & pp patrem, & primus passus sum, & non iusta causa id ausi sunt. Horū & nos ī tentationibus reminiscamur, cū à malis hominibus aliqd patimur, in principē nostrū, & fidei pfectorē inspiciamus, quòd à malis, quòd propter uirtutem, quòd propter Christū mala patimur. Quod si aīo uoluem⁹, omnia facilia, omnia tolerabilia nobis uidebuntur. Nā siquis pro charissimis aliqd passus, etiam gloriatur: siqs propter deū quid tolerat, quā E sentire molestiā putandum est? Si ipse crucē rē ignominiosam gloriā propter nos appellat, multò magis hoc in ipsum animo esse debemus. Et si mala ita nobis contemnēda sunt, multò magis pecuniæ & cupiditates. Oportet.n. in rebus grauib. & molestis, nō labores, sed prēmia cōsiderare. Quemadmodū.n. mercatores nō maris pericula, sed lucrū expectant: ita & nos cœlū, & dei præsentiam. Et si tibi diuitiæ dulces uidentur, id deū nolle tibi in mentem ueniat, & continuò displicebūt. Rursum si molestū est, paupibus aliqd dare, noli impensam duntaxat intueri, sed trāsfer mentē ad seminis illius fructum. Et si graue erit alienę uxoris amorē contemnere, præmium tibi succurrat, & æquo animo perferes. Quòd si hominum metus ab indebitis nos rebus nōnunq̄ abducit, lōgè magis Christi desideriū. Difficilis uirtus, sed magnas futurorū promissiones ei comparemus. Boni enim & studiosi etiā sine præmii respectu, ipsi? pulchritudinē intuentur, & propterea eā complectuntur: & ut deo placeant, nō pp mercedē rectè agunt; & magnifaciunt continentiam: non ne puniantur, sed ne of- F fendant deū. Quòd siquis imbecillior etiam in præmiū spectat: ita & nos in eleemosyna faciamus, & gētilium miseratur, neq; fame confectos despiciamus. Quomodo enim non absurdū ut alii risu, & deliciis soluti, ad mensam saturentur, aliorum aūt mendicātium eiulatus audiant, neq; misericordia moueātur, sed ægrè ferant, & deceptores appellent? Quid dicis homo? Propter unū panē quis decipit? Quidni? inqs: Propter hoc ergo hæc tolleda est necessitas. Quòd si dare nihil placet, noli tamē maledictis prosequi. Si nō uis naufragio liberare, noli in profundū demergere, Scias uelim cùm accedentē pauperem expellis, qualiter tibi deū affectum reddas. Qua enim mensura mē- Matt.7.a surabitis, inqt, mensurabitur uobis. Considera quo ille aīo repulsus abeat, oculos in humū deiectos, cōquerens à paupertate & iniuria plaga accepta. Nā si mendicare maledictū putatis, quæ si petit, nō modò non accipit, sed cōtumelia afficitur: considera quātū perturbetur. Quousq; feris similes erimus, & naturā nostrā pp cupiditatē ignorabimus? Multi his uerbis dolent. Nollemus, sed ut penitus misericordiā cōple- ctterentur, aio uoluētes diem illum quo Christi Iesu

G tribunali adstabimus, cũ ut nostri misereatur rogabimus, cũ his in medium aduocatis Xps ad nos cõuersus dicet, quòd pp panẽ unum & obolum tantis miseriis eorum aĩos affecerimus, qd dicemus? quid excusabimus? Quòd.n.illos in medium adducturus sit, audi quid dicat: Quãdiu non feciſtis uni de minoribus his, neq; mihi feciſtis. Neq;.n.illi quicquã nobis amplius dicent, sed deus pro illis nos reprehẽdet. Nã & Lazarus à diuite uisus est, nõ tamen quicquam ei dixit, sed Abraham eius uices suscepit: ita & pauperibus eueniet, q nunc à nobis contemnuntur. Neq;.n. supplices eorum manus, uel aliqua misericordiæ specie intuebimur, cũ in gloria erunt, nos eorum speciẽ induemus, & utinam speciem tantùm, & non longè grauius suppliciũ. Neq;.n.diues micis impleri illic desiderabat, sed ardebat, & cruciabatur miserè, & audiuit: Recordare qa accepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nolimus ergo, ut magnũ quiddam diuitias admirari: hæ nanq; uiaticum erunt nobis supplicij, nisi cauerimus: quẽadmodum si cauerimus, paupertas & deliciarũ & requiei erit incrementum. Abluentur.n.peccata, si æquo animo tolerabimus, & apud deum fidenter adesse poterimus. Nolimus ergo in hac uita ociũ q̃rere, ut in cœlo eo fruamur: sed labores pro uirtute subeamus, supflua recidamus, & nihil aliud q̃ramus, q̃ in pauperes oĩa nostra dispergere. Quæ nobis erit excusatio, cũ ipse qui dem nobis cœlum pollicetur, nos ne panẽ quidẽ ei exhibemus? Cùm ipse tibi Solẽ oriri facit, & oĩs creaturæ ministeriũ tibi largitus est, tu nec nudũ induis, neq; ei domũ cõmunicas? Et quid ego Solẽ & creaturam memini? Corpus tibi suum tradidit, & ptiosiſsimus sanguinẽ, tu nec potum das: at semel dediſti, non est hæc eleemosyna. Nisi.n. quousq; habes, indigenti subueneris, nunq̃ debitum impleueris. Nam & uirgines habẽtes lampades, habebant oleum, sed non ad sufficientiam. Opus est.n. etiam de tuo non tam parcum esse, sed cùm domini tibi creditę sint facultates, cur tam tenax es? Vultis, causam dicam huius inhumanitatis? Qui per auaritiam congregãt, ad eleemosynam pigri sunt. Qui ita lucrari didicit, nescit expendere. Qũo enim qui rapinæ inhiat, ad contrarium se formabit? Qui aliena accipit, qũo sua dare poterit? Etenim canis qui nimia carnis uoracitate tãgitur, non bene potest gregem custodire: idcirco pastores eiusmodi interficiunt. Qd ne nobis accidat, à tali gustatu abstineamus. Etenim carne uescũtur, q miseros fame mori patiuntur. Nónne uides, qũo oĩa nobis communia statuit deus? Nam si pauperes esse permisit, etiam hoc diuitum gratia factũ est, ut per eleemosynam peccata possint abluere. Tu aũt & in hoc crudelis & inhumanus es. Vnde cõstat, quòd si i maiorib. hãc haberes potestatẽ, innumeros interemisses, & lũmẽ, & uitam oẽm excluderes. Quod ne fiat, opus est hãc excidere insatiabilitatẽ. Quòd si hoc audiendo ægrius fertis, ego longè magis uidẽdo. Quãdiu tu diues, ille pauper? Vsq; ad uesperã, ulterius non licet, adeò breuis uita est, & oĩa in ultimis, & iam oĩa sunt in ianuis, ut uel breuis hora oĩa existimãda sint. Quid opus est arca profluenti? Quid seruorum & familiariũ multitudine? Quare nõ potius multos eleemosynæ præcones tibi comparas? Arca nullã emittit uocem, sed latrones & fures allicit. Arcæ pauperũ ab ipsum deũ ascẽdunt, & suauem uitam præsentem facient, & omne soluẽt peccatũ, & gloriã à deo, honorẽ ab hominibus ferent. Quid ergo tibi tot bona K inuides? Non.n.illis, sed tibi consules longè magis. Illis largiẽdo in hac uita subuenis, tibi aũt futurã gloriam, & fiduciam repones: quam utinã oẽs cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi, cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxvij. ex cap. xvi.

Hæc autem ab initio uobis non dixi, quia uobiscũ h *eram. Et nũc uado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me quò uadis? Sed quin hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum.* Magna tristitiæ uis, & multa nobis opus est fortitudine, ut ei affectui generosè resistamus, & utilitatẽ inde, supfluis abiectis, cõsequamur. Cùm.n. uel nos, uel proximi peccãt, tũc tristandum est: cũ aũt in humanos casus incidimus, inutilis tũc tristitia. Quæ cũ discipulos nõdum pfectos oppugnaret, cõsidera qũo eos pterendo arguit Xps. Cùm.n. multi de hoc interrogassent: nam & Petrus dixit: Quò uadis? Thomas, Nesci mus quò uadis, & qũo poterimus uiã scire? Et Philippus, Ostẽde nobis patrẽ: nunc audientes, Extra synagogam uos facient, & odio habebũt uos: &, Qui interficit uos, arbitratur obsequiũ se pstare deo: ita animo defecerunt, ut ne loqui quidẽ possent: qd exprobrãs eis Iesus, inqt: *Hæc autem ab initio non dixi uobis, quia uobiscum eram: & nunc uado ad eum qui me misit, & nemo ex nobis interogat me, quò uadis? Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum.* Cuius nimietas grauis est, ad mortẽ uiam parat: ideo Paulus dicebat, Nequãdo abũdantiori tristitia absorbeatur talis. Hæc ab initio uobis nõ dixi, inqt. Quare ab initio nõ dixi, Ne qs diceret à sępenumero cõtingẽtibus cõiectatũ esse. Et qd rem tã difficilẽ aggrederis? Sciebam, inqt, ab initio, & non quòd ignorarẽ tacui, sed quia uobiscũ erã. Et hoc hominis iterũ more: quasi dicat, Quia in tuto eratis, & licitum erat iterrogare, cùm uolebatis, & in me totũ bellum uertebatur, & superfluũ erat hæc à principio dicere, hoc ergo tunc nõ dixit. Nónne duodecim aduocans, inqt, quoniã ad principes & reges ducemini, & flagellabũt uos in synagogis? Qũo ergo inqt, ab initio nõ dixisse? Quoniam uerba, & expulsiones prædixerat, non tamen quòd mors eorum uideretur expetẽda, ut obsequiũ arbitrarentur: hoc.n. præ omnibus eos perterrere poterat: siquidem tãquam impij, & perditi hoĩes erant iudicandi. Præterea illud dicẽdum est, quod tunc quidem quæ à gentib. passuri erant, dixit, Nunc uerò q̃ à Iudæis, & per excessum maximè, & quòd propè esset admonuit. Nũc uado ad eũ q me misit, & nemo ex uobis iterogat me, quò uadis? Sed qa hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Non parua hæc consolatio, quòd si iret quanta tristitia afficerentur, & quòd relinquerentur à Christo, & qd multa essent passuri. Formidabãt.n. an forti ea aĩo essent toleraturi. Sed qua gratia in tanta perturbatione nõ acceperunt spiritum sanctum? Vt iam satis confirmatos intelligeres. Nam si nondum accepto spiritu tanto metu superati non resilierunt, cõsidera quales futuri essent gratia repleti? Quòd si tunc constanter pseueraſſent, spiritui adscribẽdum esset: tunc uerò ipsorum uoluntatis fructus, & manifestum eorum in Christum amoris argumentũ apparuit, cùm adhuc gratia nudi essent. *Sed ego ueritatem dico uobis: expedit ut ego uadam.* Ecce quomodo iterum eos cõsolatur.

A Non ego ad gratiam loquor, inquit, sed licèt maiorẽ in modũ cõtristemini, qd expedit audiendũ est. Vos ut adessem uelletis, usus aliud postulat. Diligẽtis aũt est, cũ utilitatẽ cognoscit, eam non prętermittere, ut ea dilecti priuentur. *Si ego non abiero, paracletus nõ uenit ad uos.* Quid hìc dicũt, qui de spiritu nõ rectè sentiũt? Expedit dominũ abire, & uenire seruum? Vides quãta sit spiritꝰ dignitas? Si abiero, mittã eũ ad uos. Et quid hoc utilitatis? *Cùm uenerit, arguet mundum:* Hoc est, nõ impunè hoc faciẽt, si uenerit. Sufficiẽtia enim erunt iã facta eis silentium indicere: cùm autẽ per illũ & hęc fient, & doctrina pfectior, & signa maiora subsequentur, multò magis damnabũtur, cũ tãta uiderint i noie meo fieri, ex quo manifestior mea fiet resurrectio. Siquidem nunc possent dicere me fabri filium esse, cuius patrem & matrem cognoscant: at cũ me mortẽ soluere, malitiã & dęmones fugare, uitia naturę emẽdare, immẽsam spiritus plenitudinẽ mitti, & hæc oĩa nominis mei inuocatione fieri, intuebuntur, quid dicẽt? Testimoniũ perhibuit de me pater, & perhibet spiritus: & quãuis à principio testificatus sit, tamẽ & nũc testificabitur. Illud aũt uerbũ, B Arguet de peccato: hoc est, omnẽ auferet excusationẽ, & sine uenia peccasse demõstrabit. *Et de iustitia, quia ad patrẽ uado, et iã nõ uidebitis me.* Hoc est: qa irreprehẽsibiliter uixi, cuius signũ est quòd uado ad patrem. Nam cũ frequenter Iudæi Christum accusarẽt, quòd à deo non esset, & ppea peccatorem, & legis transgressorem dicerẽt, hinc oĩs calumnia amouebitur. Nam si opinio quòd à deo non sim, me trãsgressorem ostendit, cũ spiritus me illuc abeuntem, neq; ad horam, sed permanentẽ ostenderit: hoc.n. per eã particulã, Iam nõ uidebitis me, significatur. Quid nã dicent? Animaduerte his duobus omnem malam suspicionem auferri. Neque.n. peccator miracula facere, neque esse apud deum perpetuò potest, quare nõ possunt me amplius peccatorẽ, & à deo nõ esse dicere. *De iudicio aũt, quia princeps huius mundi iã iudicatus est.* Iterum hoc in loco de iustitia uerba facit, quia ad uersariũ superauit. Neque.n. peccatori possibile esset, quod nemo iustorum hominum ualuit: quòd autẽ propter me iudicatus est, scient, quia eum in posterũ C pessundabunt, & resurrectionẽ meam manifestè uidebunt, quod iudicantis eũ est: neq; enim ualuit me superare. Nam cũ dicant, quòd dæmonium habeo, quòd deceptor sum, oĩa hæc falsa deprehendentur. Non enim illũ uicissem, si peccato essem obnoxius: nunc & iudicatus est, & eiectus. *Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modò. Expedit ergo ut uadã.* Si quidẽ tunc portabitis, cùm abiero. Et qd? Maiorne te spiritus est, cũ nunc non possumus, illo autẽ adueniente portabimus? Nũ maior illius, & pfectior efficacia est? Minimè, mea etenim dicet, ideo inquit: *Nõ.n. loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet, loquetur, et q̃ uẽtura sunt annũciabit uobis. Ille me clarificabit, et de meo accipiet, et annũciabit uobis omnia. Quæcũq; habet pater, mea sunt.* Cùm dixisset, ille uos docebit omnia, & suggeret, & in tribulationibus uos consolabitur, qd ipse nõ fecit: &, expedit me abire: & nõ potestis portare modò, tunc autẽ poteritis, & docebit omnẽ ueritatem: ne his auditis maiorẽ illum arbitrarentur, & in ultimam impietatẽ inciderent, propterea à se acceptum dicit: hoc est, q̃ ego dixi, & ipse dicet. Illa uerò particula. Nihil à seipso loquetur: nihil contrariũ, nihil aliud quã se locuturum significat. Quemadmodum enim, qui ubiq; est mittitur? p: ætera & personarum differentiã ostẽdit, cùm duas ponit: & cùm ita inseparabiliter se habeant, ut spiritũ cõplectantur & colant, suadet. Potest enim & ipse hæc facere, sed propterea spiritũ miraculis clarere pmisit, ut eius intelligerent dignitatẽ. Sicut.n. pater quæ sunt producere potuit, filius autẽ ea facere dicitur, ut eius potentiã intelligamus: ita & hoc Et ideo ipse carnẽ accepit, spiritui operationem F reseruauit: & ita his silentiũ imposuit, qui inenarrabilis benignitatis materiam in impietatis argumentũ accipiunt. Cùm.n. dicant, propterea filium incarnatũ, quoniã inferior erat patre: dicemꝰ ad illos. Quid de spiritu dicetis? Nõ accepit carnẽ, neque propterea filium maiorem asseretis. Ideo in baptismate trinitas accipitur. Etenim pater totũ facere potest, & filiꝰ, & spiritꝰ sanctus: sed cũ nemo de patre, sed de filio, & spiritu dubitaret, in initiatione accipitur, ut in cõmunicatione societatis illorũ arcanorum bonorum, & dignitatis communicationẽ intelligamus. Nã quòd filius per seipsum posit, quæ in baptismate cũ patre potest spiritus sanctus, manifestè illinc patet. Iudæis enim dicebat, ut sciatis, quia potestatẽ habet filiꝰ hominis in terra dimittendi peccata. Et iterũ: Vt filij lucis sitis: &, Ego uitã æternã do eis. Et post modũ. Vt uitã habeãt, & abũdantius habeãt. Videamus & spiritũ hoc idem facere. Vbi nanq;? Vnicuiq; aũt manifestatio spiritus datur ad utilitatẽ. Qui ergo hæc ex-

D dum.n. de se locutus, inquit, A meipso non loquor, id est, nihil præter patris uoluntatẽ, ita & de spiritu, *De meo accipiet.* Hoc est, quę ego & scio, & cognosco, una enim mea, & spiritus scientia. *Et quæ uentura sunt annunciabit uobis.* Hoc eorum aĩos excitauit. Ad nullam enim rem tam cupidũ est humanũ genus quã ad futura cognoscẽda. Ideo frequẽter interrogabãt, quò iret, quæ esset uia: quã solicitudinem tollit, cùm annunciaturum oĩa spiritum pollicetur, ne incauti errarent. Ille me clarificabit. Quomodo i noie meo uirtutem dabit. Cùm.n. adueniente spiritu maiora signa essent ostẽsuri, ideo iterũ æqualitatem indicat, inquiens, Ille me clarificabit: & qũo? Omnem ueritatem dicet: etenim hoc ipsum testificatur, quòd docebit ueritatẽ. Ipse.n. Iesus, & quia carnẽ indutus erat, & quia de seipso dicere discipuli non putabant, & qa nondum manifestè resurrectionem norant, cùm imbecilliores essent, & propter Iudæos, ne tanquã legis transgressorẽ punitum arbitrarentur, frequenter nihil de se magnũ locutus est, neq; apertè à lege dissensit: & cũ nondũ cõfirmati essent discipuli, & multi crediturí, etiã à peccatis purgandi essent: & alij de ipso dicerent, meritò de se magna loqui abstinuit, ne E ei stultitiæ, sed audiẽtiũ imbecillitati adscriberẽt. Ideo cùm dixerit, docebit uos omnẽ ueritatem: subdidit, Non loquetur à semetipso. Quòd.n. doctrina spiritus nõ indigeat, audi Paulũ: Quæ dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei. Et quemadmodũ spiritus hominis nõ ab alio discit, ita & spiritus sanctus. De meo accipiet: hoc est, in nullo p me dissentiet. Oĩa quæcũq; habet pater, mea sunt. Cũ ergo mea sint illa, & ille à patre dicet, de meo dicit. Sed cur nõ uenit spiritus ante Christi discessum? Quia nõdũ maledicto sublato, neque soluto peccato, sed oĩbus adhuc penè obnoxiis nõ uenisset. Oportet, inquit, inimicitias prius dissolui, & recõciliari uos deo, inde tunc donũ illud accipere. Sed cur inquit, mittam eũ? hoc est, ad eius uos acceptionẽ præparabo. Quomodo enim, qui ubiq; est mittitur? p: ætera & personarum differentiã ostẽdit, cùm duas ponit: & cùm ita inseparabiliter se habeant, ut spiritũ cõplectantur & colant, suadet. Potest enim & ipse hæc facere, sed propterea spiritũ miraculis clarere pmisit, ut eius intelligerent dignitatẽ. Sicut.n. pater quæ sunt producere potuit, filius autẽ ea facere dicitur, ut eius potentiã intelligamus: ita & hoc Et ideo ipse carnẽ accepit, spiritui operationem F reseruauit: & ita his silentiũ imposuit, qui inenarrabilis benignitatis materiam in impietatis argumentũ accipiunt. Cùm.n. dicant, propterea filium incarnatũ, quoniã inferior erat patre: dicemꝰ ad illos. Quid de spiritu dicetis? Nõ accepit carnẽ, neque propterea filium maiorem asseretis. Ideo in baptismate trinitas accipitur. Etenim pater totũ facere potest, & filiꝰ, & spiritꝰ sanctus: sed cũ nemo de patre, sed de filio, & spiritu dubitaret, in initiatione accipitur, ut in cõmunicatione societatis illorũ arcanorum bonorum, & dignitatis communicationẽ intelligamus. Nã quòd filius per seipsum posit, quæ in baptismate cũ patre potest spiritus sanctus, manifestè illinc patet. Iudæis enim dicebat, ut sciatis, quia potestatẽ habet filiꝰ hominis in terra dimittendi peccata. Et iterũ: Vt filij lucis sitis: &, Ego uitã æternã do eis. Et post modũ. Vt uitã habeãt, & abũdantius habeãt. Videamus & spiritũ hoc idem facere. Vbi nanq;? Vnicuiq; aũt manifestatio spiritus datur ad utilitatẽ. Qui ergo hæc ex-

Mat.25.d *Luc.16.e* *Ibid.f.* *Mat.25.a* *Sup.13.d* *Sup.14.d* *Ibidem.* *2. Cor.11.b.* *Matt.10.* *Sup.14.d* *Mar.2.b.* *Sup.12.f.* *Ibid.10.d* *2.Cor.12.c.*

Habet, ēt magis peccata dimittit: & iterum, Spiritus
Rom.8.b est qui uiuificat, & uiuificabit per inhabitantē spiritū
in uobis: &, Spiritus uita per iustitiā. Et iterum: Si spi-
Ibidem. ritū ducemini, non estis sub lege. Non.n. accepistis
spiritū seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiri-
tum adoptionis. Et tunc quicqd faciebant p̄sente spi-
ritu, miraculis plena erant. Et ad Corinthios scribēs
Paul⁹ inqt: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, i nōe
domini nostri Iesu Xp̄i, & in spiritu dei nostri. Cùm
ergo de patre multa audissent, & filium multū ope-
ratum uiderent, nihil autem manifestē de spiritu sci-
rent, ipse miracula facit, & perfectam inducit cogni-
tionem. Sed ne ppea maior existimaretur, ideo, ut iā
I.Cor.6.c dixi, inqt: *Quæcunque audiet, loquetur, & quæ uentura*
sunt annunciabit. Nā nisi hoc esset, quomodo nō ab-
surdum sit, si tunc esset auditurus & pp discipulos?
Neque.n. tunc debebat secundum uos scire, nisi pro
pter audituros. Et qd hoc dicto absurdius? Prēterea
quid erat auditurus? nonne hæc oīa dixerat per pro
phetas: Siue.n. de solutione legis docendus erat, dic-
tum est: siue de Xp̄o, & eius diuinitate, & de incar-
H natione, etiā dicta erant. Quid apertius ad hæc dicē-
dū, & q̄ uentura sunt annunciabit? Hīc maximè eius
dignitatem ostendit, cū deo maximè propriū sit fu-
tura prædicere. Quòd si ab aliis intelligeret, in nullo
prophetas excederet: sed hīc certā ad deū cognitio-
nem ostēdit, quòd nil aliud loqui posit. Quòd autē
dicit, *De meo accipiet*. Siue de mea carne accipientis
gratia, siue de eadem quam ego habeo cognitione,
non necessitate: neq; quòd ab alio discat, sed qd una
& eadem cognitio est. Et quare nō aliter dixit? Quo
niam nondū de spiritu audierant. Quare unum tan-
tùm adnititur, ut credatur & accipiatur ab eis, & nō
scandalizentur. Nam cū dixisset, Vnus est magister
Mat.23.a uester Xp̄s: ne persuasi non esse illi credendum pu-
tarent: una est, inquit, & mea & illius doctrina: q̄ ego
docturus eram, ipse dicet. Nolite aliā illius doctrinā
arbitrari, etenim illa mea sunt, & meam gloriam au
gent. Vna est patris, & filij, & spiritus sancti uolūtas:
ita & nos eē uult, inqens: *Vt sint unum, sicut ego & tu*
unū sumus. Nihil enim concordiæ, & mutuæ uolūtati
æquiparandū. Vnus enim multiplex est. Si.n. cōcordes
I sint duo uel decē, non amplius erit unus, sed
eorū unusq; fit decupulū, & inuenies in decē unū,
& in uno decem. Et si inimicū habeant, qui unū ag-
greditur, ferè decē aggreditur, ita superatur. Non.n.
ab uno tantū, sed à decē impetitur. Indiget unus, sed
non est in egestate. maiore.n. ex parte, hoc est nouē
abundat: & pars q̄ indiget, ut puta minor maior exu
berāte obtegitur. Singuli eorū uiginti manus habēt,
& oculos uiginti, & totidē pedes. Non enim suis tā-
tū oculis uidet, nō suis pedibus sustētatur, non suis
operatur manibus, sed & amicorū. Decē animis spi-
rat, non.n. ipse sibi tantùm curæ est, sed & illis: quòd
si centum essent, idē cōtingeret, & uirtus augeretur.
Ecce dilectionis excellentia, quo pacto unum insu-
perabilem, & multiplicem reddat, & unus in multis
simul locis, & in Perside, & Romæ esse posit: & qd
natura nō potest, dilectio potest: & pars ei⁹ hic, pars
illic est uel poti⁹ totus utrobiq;. Et siqs mille, uel duo
millia amicorū haberet, considera in quantā ille po
testatē ascenderet. Animaduerte quantū capiat aug-
mentum dilectio: hoc.n. mirū est, ut mille unus affi-
ciatur. Cur ergo tantas nobis uires, tantā securitatē
non comparamus? hoc diuitiis oībus, hoc bonæ ua
letudini, hoc ipsi uitę p̄stat, hoc equanimitatis mate K
ria. Quousque uno & duobus dilectionē circūscribe
mus? Considera ecōtrariò: Sit qui nullū amicum ha-
beat: quod ultimæ est amentiæ (fatuus.n. dicet, non
est mihi amicus) huiusmodi uir quam uitam uiuet?
Quanuis enim ditissimus sit, quāuis omni copia &
delicijs abundet, quāuis innumera bona possideat,
omnibus caret. Sed non in amicis ita usuuenit, sed
& pauper diuitibus ditior est: & quæ ipse pro se dice
re non audebit, amicus dicet: & quæ sibi præstare
non poterit, alius & id & longè maiora præstabit:
hoc pacto & uoluptatis & securitatis materiam in-
ueniet. Neque enim est, ut malè accidat, qui tot sa-
tellitibus custoditur: neque regij corporis custodes
tam diligentes sunt suo muneri obeundo, ut amici
amico. illi nanque necessitate & metu custodiunt,
hi beneuolentia & dilectione, quæ metu longè po-
tentior est: & ille custodes suos metuit, hic illis ma-
gis quā sibiipsi fidit, & idcirco nullius timet insidias.
Has ergo merces nobis cōparemus: pauper, ut pau-
pertatis eas solatiū habeat: diues, ut diuitias tueatur:
princeps, ut securè dominetur: subditus, ut benigni⁹ L
sibi principes cōciliet. Hoc māsuetudinis fundamen
tum: nā & ferę illæ asperiores sunt, & seuiores, q̄ nō
gregatim uiuūt. Propterea ciuitates habitamus, fora
habemus, ut inuicē cōuersemur: qd & Paulus iubet
inquiens, Non derelinquentes congregationē suam. Hebr.10.d
Nihil.n. peius solitudine, & locis inaccessis. At in-
quies, Quid monachi montiū cacumina habitātes?
Neq; illi sine amicis sunt, sed multitudinis tumultus
aufugiunt, amicos autē & certo amoris uinculo sibi
deuinctos habent, & ut hoc assequātur, secedūt. Nā
cùm rerū actiones, plurimas cōcipiant cōtentiones:
ideo è medio secedentes quē diligentissimè dilectio
nem colūt. Et quid siquis solus sit, inquit, & innume
ros haberet amicos? Eqdē si fieri posset, uelim & ut
etiam simul uersari liceret, iā firma maneat amicitia.
Neque.n. locus amicos facit. Multos habent lauda-
tores, q̄ non laudarent, nisi amarent. Et ipsi rursum
pro uniuerso mundo orant: qd maximæ est dilectio
nis argumētum. Ideo in mysterijs inuicē salutamus, *Sacrifi-*
ut multi unū efficiamur, & communes pro non ini- *cium pro*
tiatis preces effundamus, & pro infirmis & terræ, & *omnibus*
maris, & uniuersi orbis fructibus sacrificamus. Vides *offertur*
dilectionis uim in orationib⁹, in misterijs, in admo- M
nitionib⁹? hoc oīum bonorū causa est. Si hoc diligē
ter cōplectemur, & præsentia rectè disponem⁹, & rē-
gnū consequemur, gratia & benignitate domini no
stri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui
sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia.lxxviij.ex cap.xvi.

Odicū, et non uidebitis me: & iterū modicū, et ui
m *debitis me, quia uado ad patrē*. *Dixerūt ergo ex*
discipulis eius adinuicē: Quid est hoc quod dicit
nobis modicū, et non uidebitis me? Dolētē & tristitia affē
ctum animum, nihil adeò deiicere solet, q̄ anxii ser-
mones eum frequenter angentes. Quid ergo Xp̄s cū
dixerit, Vado & iam non loquar uobiscum: eadem
repetit, Modicū & iam non uidebitis me, & uado ad
eum qui me misit? Cùm eos ad sē p̄ spiritus sancti ser
monē reduxisset, tūc iterū eos p̄cellit, ne efferrentur.
Cur hoc facit? Eorū aīum expitur, & probatiorē red
dit, & ut in calamitatibus æquo aīo discessum suū &
generosē perferant assuefacit. Qui.n. audiēdo id aīo
uolutabāt, rem ipsam postmodū facilè laturos cre-
dibile

A dibile erat. Quod si quis diligentius inuestigaret, hoc
ipsum cōsolatio est, quod dicit ad patrē ire. Erat.n.
argumentū quòd nō periret, sed mors eius trāslatio
esset ad patrem, & aliā intulit consolationem nō.n.
tantùm dixit, Modicum & nō uidebitis me: sed pro-
secutus est, Modicū & uidebitis me: se rediturum, &
post breuē separationē p̄petuò affuturū significans:
quod non intellexerunt. Vnde & non imeritò q̄spiā
admirari posset, quo sæpenumero idem audientes,
adhuc perinde ac si nihil audissent, dubitant. Quare
ergo non intellexerunt? Aut p̄ tristitiā, ut arbitror:
ipsa.n. in omnium quæ audierāt obliuionem addu-
xerat: uel p̄ uerborum obscuritatem, ut contraria
locutum arbitrarētur. Si uidebimus te, inquiūt, quo-
modo uadis? si uadis, quo uidebimus? Ideo dixerūt
se quid loqueretur ignorare. Quòd enim abiturus
esset, norāt: ignorabāt aūt paulo pòst rediturū: pro-
pterea eos arguit, quòd non intelligerēt. Nam cū uel
let de morte doctrinam eis persuadere, inquit: *Amen*
amē dico uobis, quia plorabitis et flebitis uos: Quod mor
tem & crucem significabat. *Mundus autem gaudebit*.
Cùm.n. quia cupiebant, facilè ad credendum addu-
B cerētur, quòd non moreretur: tamē audiētes qd mo
reretur, qd sibi uellet, Modicum illud, dubitarēt. in-
qt: *Plorabitis et flebitis, sed tristitia uestra cōuertetur in*
gaudium. Et ut ostenderet post tristitiam gaudiū se-
cuturū, naturale adducit exēplū: *Mulier cùm parit, tri*
stitiam habet. Qua parabola in calamitatibus prophe
tæ usi sunt: quasi dicat, Dolores capietis sed quales
partus, q̄ lætitię causa sunt. Simul & resurrectionē cō
firmat, indicans abitum suū perinde esse, ac si ex ute
ro matris in lucē prodeat: quasi dicat, Nolite admira
ri, si per hanc tristitiā ad optima uos ducam: nam &
mater in pariendo sic per tristitiam transit. Significat
autem hic & mysteriū quoddā, quòd mortis dolo-
res soluerit, & nouū hominē regenerari fecerit. Neq;
dixit tantū tristitiam transituram, sed magnitudine
lætitiæ succedente, nihil eius penitus remansurū: ita
erit sanctis. Atqui non ppea gaudet mulier, quia ue-
nit homo in mūdum, sed quòd filiū peperit. Nam si
id esset, nihil prohiberet, quin q̄ non pariunt, alijs pa
rientibus gauderēt. Qua ergo gratia sic inquit? Quia
C ad hoc solū adduxit exemplū, ut breuē tristitiā per-
petuum gaudium secuturū, & se ad uitam transferri,
& magnū malorum lucrū ostenderet. Et nō dixit, Pe
perit filium, sed *Quia uenit homo in mundum*. Vbi suā
significat resurrectionē, & non morti illi, sed regno
parturiendum. Ideo non dixit, q̄ natus est filius, sed
homo. *Et uos nunc quidem tristitiā habetis: iterum autē*
uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Inde quòd nō am-
plius morietur, inqt: *Et gaudium uestrum nemo tollet à*
uobis. *Et in illa die me non rogabitis quicquam*. Iterū nihil
aliud ex his confirmat, q̄ quòd à deo est, tunc sciens
oīa. Sed quid significat, me non rogabitis? Non indi
getis aduocato, sed nominis mei inuocatio satis est
ad oīa consequenda. Ostendit nominis potestatē, si
quidē neq; usus, neque rogatus, sed appellatus, tan-
tùm apud patrē mirabiles reddit. Vbi autem hoc fa
ctum est? Vbi dicūt, Respice ad minas eorū, & da ser
uis tuis cū fiducia accipere sermonem tuū, & facere
in nōe tuo signa: & concussus est locus ubi erant.
Hic iterū ostēdit expedire, ut abeat. Siquidē usq; tūc
nihil petierunt, iam accipiēt oīa quæcunq; petierūt,
Neq;.n. cùm iam uobiscū nō ero, arbitremini quòd
uos reliquerim. Nomē.n. meū maiorē uobis fiduciā
exhibet. Cùm ergo obscuriora essent, inquit: *Hoc in* D
prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora cùm iam in prouer
bijs non loquar uobis. Tempus erit cū oīa apertè intelli-
getis, hoc est resurrectionis tēpus: tunc cū fiducia de
patre annūciabo uobis. Etenim quadraginta dies &
uersatus, & locutus est cū eis annūcians, & exponēs
arcana regni dei. Nunc.n. cùm timeatis, uerbis meis
non attenditis: cū uerò & me resurrexisse uideritis, &
cognoueritis, fidenter oīa intelligere poteritis: quo-
niam ipse pater uos amabit, cū uestra de me fides cō
firmabitur, & nō rogabo patrē. Vestra i me dilectio
sufficiet uobis. *Quia uos me amastis, & credidistis, quia*
à deo exiui. Exiui à patre, et ueni in mūdum: iterum relin
quo mundum & uado ad patrē. Cū.n. resurrectionis ser
mo non parum eos consolatus esset, & inde ēt con-
solatio augeretur: cū a deo uenisse, & ad deum ire di
ceret, frequenter id repetit: alterum.n. quòd rectè in
ipsum crederent, pollicebatur, alterū quòd certi esse
deberent. Nam cū dixit, Modicū & nō uidebitis me:
& iterū modicū & uidebitis me: non immeritò qd
diceret ignorabant. Nunc non itidem. Quid autē si-
gnificat, non rogabitis quicquā? Non dicetis, Ostēde
nobis patrem tuum: & quò uadis: quoniā certam ha E
bebitis cognitionē, & afficietur uobis pater, sicut &
ego. Hoc maximè bonā eis spē dedit, quòd patri fu- *Sup.14.a*
turos amicos polliceretur. Quam ob rē dicūt, *Nunc* *Ibid.13d.*
scimus quia nosti omnia. Ecce quomodo uolūtati eorū
respondet. *Et non est opus, ut quis te interroget*. Hoc est,
priusquam audires qd nos perturbaret, intellexisti,
& recreasti nos dicēdo, pater uos amat, quia uos me
amastis. Post tot & tanta nunc tandē se scire asserūt.
Vides q̄ imperfectè se habebant? Inde cū tanquā gra
tias ei agentes dicunt, Nunc scimus, inqt. Multis aliis
indigetis antequā perfectionē posītis attingere. Ni-
hil adhuc uobis profecit. Nunc me inimicis tradetis,
& tāta uos formido cōprehendet, ut neq; iuicē sece-
dere poteritis, sed nihil hinc mali accipietis. Vides
quo iterum eorum condescendit infirmitati? hoc ēt
eos arguit, quòd frequēter hac egeāt indulgētia. Cū
enim dixisset, *Ecce iam palàm loqueris & prouerbiū nul*
lum dicis, & propter hoc credimus tibi. Ostēdit quòd ne
que nunc cū credūt, intelligunt: qd dicit, ut in aliud
eos tēpus remittat. Illud autem uerbū, Pater mecū
est: pp eos iterum posuit. Hoc enim uerè eos discere
uoluit, ut non perfectā eis cognitionē tradidisse ostē
deret, & adhuc dubio aīo essent. Par enim erat, ut F
humanum aliquid animo uoluerent, quòd nullū ab
eo auxilium haberent: ideo inquit, *Hæc locutus sum uo*
bis, ut in me pacem habeatis. Hoc est, ut non excidā ex
aīo uestro, sed me recipiatis. Nemo ergo hęc ad dog
ma trahat: ad uestram consolationē dilectionēq; di-
cta sunt. Neque.n. hæc sola patientur. Quoad eritis
in mūdo, perturbationes habebitis, non cū trador,
sed postmodū: uerum, ratio uobis opituletur. Nullū
uos malum superabit. Magistro.n. inimicos uincen-
te, non oportet discipulos contristari. Et qūo uicisti
mūdum, dic q̄so? Iam dixi, cùm principem eius eieci
foras: Scietis autē posteà, cùm oēs uobis paruerint,
& acquieuerint. Licet enim & nobis uincere, si uolue *Sup.12.c*
rimus fidei nostræ authorem sequi, & eadem uia in-
cedere, quā ipse nobis strauit: ita neq; nos mors uin-
cet. Quid inquis, non moriemur? Hinc constat quòd
neque ipse uictus est. Siquidem tunc creator clarus
est, non cùm hosti non cōfligit, sed cùm congres-
sus non uincitur. Non ergo propter cōgressum mor

G tales,sed propter uictoriam immortales. Tũc mortales essemus,si perpetuò apud eam pmaneremus. Sicut.n.longissimę uitę animalia imortalia minimè dicerem,quauis diutissimè uiuerẽt: ita neq; mortalem qui mortuus sit,si post mortẽ resurrexerit. Dic q̃so,si quis ad breue tempus erubescęret, num ppetuò rubrum esse dicemus? Minimè:non.n.id habitus est. Si quis palleret, hũc regio morbo laborãtẽ diceremus? Neq; hunc,temporalis.n.morbus est:ergo neq; mortalem dixeris, qui in morte uel parumper fuerit. Nã & dormientes hoc pacto mortuos possemus appellare.¶Sunt.n.ut ita dixerim,mortui, & nihil operãtur. Sed corpora mors corrũpit:& qd hoc?Non.n.corrũpuntur,ut permaneant in corruptione, sed ut p̃stantiora euadant. Quamobrem uincamus mũdum,ad immortalitatem curramus,sequamur regem,constituamus & nos trophæum. Huius seculi uoluptates, non labores recusandi sunt.Animas nostras in cœlũ trãsferamus,uniuersa secularia superentur. Superantur.n.si nõ ea desiderabimus,si ridebimus.¶Hospites sumus & aduenæ,nullæ nos molestiæ angant. Neq;
H enim si ex clarissima patria, & claris parentib. ortus in longinquã regionẽ nemini notus abires,sine filijs, sine diuitijs,& te quispiã cõtumelia afficeret,ægreferres,ac si domi talia fierent. Quòd.n.certo te hospitẽ aliena in patria uersari uides,oia æquo aio & contẽptum,& famẽ,& sitim,& hmõi ferre persuadet. Ciuitatẽ habes,cuius opifex & author deus est,quò breui accersemur. Qui uult pulset,iniurietur,maledicat, peregrini sumus, & in miseria uiuimus. Graue est in patria inter ciues ea perpeti, illic & ignominia maxima est,& iactura. Siqs alicubi nullũ notum habeat, oia patienter tolerat: cõtumelia secũdum inferentis mentẽ grauior iudicatur. Vt exẽpli gratia:Siquis consultò prætorem maledictis prosequatur, id sanè per molestè ferendum est: at si priuatum arbitratus offenderis, uix iniuriam reputauerit:ita & nobis faciendum, nesciunt nos maledici, utpote qui cœli ciues, & supnæ patriæ adscripti, & Cherubin socij sumus. Quare nolimus ægreferre,neq; contumeliam reputemus:nã si nos cognoscerẽt abstinerẽt: sed pauperes nos & miseros ducũt, ergo moueri minimè his uer-
I bis debemus.Dic q̃so,siquis pueniens seruos suos aliquãtulum in diuersorio expectaret, & uel diuersorij dominus,uel alius quispiã incognitum illũ exasperaretur,& malediceret: nõne illius ignorantiã rideret? nõne error ille magis hoiem delectaret?Non lętaretur perinde,ac si ad aliũ,nõ ad se illa iniuria pertineret?Ita & nos faciamus,in diuersorio sedemus,expectantes huius uiæ socios. Cũ oẽs cõueniemus, tunc quos læserint, itelligẽt,tũc deiicięt oculos,tũc erubescẽt,tũc dicẽt:Hi sunt quos stultè habuimus in deri-
Sapi.5.a. sum.His ergo duobus consolemur, & quòd nos iniuriam accipimus,nã nos ignorant:& quòd si ulcisci uoluerimus, grauius & nos postmodũ ulciscemur. Sed absit,ut quispiã tam imani & inhumano sit aio. Quid à gẽtilib.nostris offendimur? Hoc nõ molestũ est, imo perleue. Quid tandẽ quòd nõ eodẽ modo dilectos,q nobis maledicũt,& quos ignoramus,patimur?Nã cũ uos hìc admonemus, cõtumelioſis uerbis nõnunq; uobiscũ agimus.Frater est q te offendit,
Ro.12.& pfer magno aio. Pater est & patruus. Quòd si patris & fratris noia uereris,dicã propinquiᵒ. Nõ.n.fratres
1.Cor.12. tãtùm inuicẽ sumus,sed & mẽbra, & corpus unum,
b. cuius nomen magis reuereri debes. Non audistis gẽ

tile prouerbium quòd amicus cũ uitijs ferendus est? K
Nõ audisti Paulum dicentẽ, Alter alterius onera portate?Non uides amantes? Cogimur.n.cum à uobis Gala.6.b
exemplum non possumus inde sumere. Facit & hoc Paulus, inquiens:Patres carnis nostræ habemus eruditores,& nõ confundimur. Vel illud potius tempestiui? afferetur,qd ad Romanos scribitur:Sicut con- Heb.12.a
stituistis membra uestra seruire imunditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ,sic cõstituetis mẽbra uestra seruire iustitiæ:propterea bono aio exẽplum cõplectamur. Rom.6.d
Nõ uides amãtes?hi nãq; meretricũ amore quot mala pferũt alapis uerberibusq; cæsi,irrisi, inumeris iniurijs lacessiti,blãdo tamẽ morbo cõprehẽsi,oia sibi trãquilla & fœlicia arbitrãtur:dũ uel semel suaue aliquod,& placidũ inde accipiant,priorũ oium obliuiscũtur,oia secunda proueniunt, siue paupertas, siue morbus, siue quodcunq; aliud uel molestissimum, uitam suam miseram,uel beatã ex amicæ affectu ducunt:neq; humanã gloriam, neq; infamiam curant, sed & contumelias,& oia magna cũ uoluptate propter illius amorẽ facilè tolerant: & si maledicat,si in faciẽ inspuat, rosis aspergi se putant. Et quid mirum L
si hoc in illam aio sint,cùm etiam eius domum,& si lutea sit,si ruinã minetur,oium tamen pulcherrimã censent?Ipsis præterea locis ubi uesperi uersantur,uisis excitantur. Date ut hoc in loco apostolicũ illud in medium afferã:Sicut cõstituistis mẽbra uestra seruire immunditiæ,ita cõstituatis seruire iustitiæ. Itidẽ & ego dico,ut illas dileximus, inuicem diligamus,& nullam molestiam reputemus. Et qd inuicẽ dico?ita deum diligamus. Nõne horretis audientes tantã me à uobis in deum dilectionẽ exigere,quãtam in mere tricẽ conferimus?Sed ego horreo, quòd neq; tãtam præferamus, & si placet, sermonem nostrum prosequamur. Siquidem hoc grauissimũ est. Amata amãtibus nihil boni affert,sed turpitudinẽ,ignominiam, contumeliam:hoc.n.eius affert cõsuetudo. Deus autem cœlum, & cœlestia bona nobis proponit, & in filios,& unigeniti fratres nos adoptauit, & uiuenti tibi multa largitur, & mortuo resurrectionẽ, & tot & tanta daturum pollicetur,quanta ne aio quidẽ complecti possumus, honorabiles, & reuerendos facit. Rursum illa oia uult cõsumas, ac si in uoraginem & M
in perditionẽ proiiceres. Deus tibi cœlum semines iubet,& centuplũ reddit,& uitã æternam. Illa te ut mã Ioan.12.d
cipio utitur,amanti omni tyranno grauius imperat. Deus inquit,Iam nõ dicam uos seruos, sed amicos. Animaduertis utriusq; excessum, & illius malorum, & huius bonorum? Quid præterea?Illius gratia multi uigilant,& quæcunq; præceperit, libẽter audiunt, domum relinquũt,patrem,matrẽ,amicos, pecuniã, & omnia sua deserunt. Dei gratia, uel nostri potius, ne tertiam quidem rerum nostrarum partem aliquãdo largimur:sed & esurientem contemnimus,& nudum,neq; respondere ipsis dignamur. Illius si uel ancillam,& barbaram ex medio foro amantes prospexerint,blandè & læto uultu,& longiore sermone assantur, & nihil in tota uita præter eã esse arbitrãtur, non principatum,non regnũ. Norunt qui hũc morbum experti sunt,plurimã gratiam habent imperanti amicæ? nõne meritò gehenna?nõne merito innumera nos manent supplicia?Excitemur ergo, & ministeriũ nostrũ deo exhibeamus, & dimidiam eius partem,quam amãtes meretricibus, uel saltẽ tertiã. Fortasse iterũ horretis,ut ego:sed nolim uerbis tãtũ,

A sed & re.Nunc in hoc confessu cor monetur, egressi oia abiicimus.Quod hinc emolumentũ? Si illic consumendæ essent pecuniæ, nemo defleret paupertatẽ,sed nonnunquã fœneratur:hìc si eleemosynę admoneamur,filios, uxorem, domum,& curam rei familiaris,& multas excusationes adducimus.Sed multa,inquies,illic uoluptas est.Hoc est quod doleo,qd plango. Quid si ostendero hìc maiorem uoluptatẽ, illic uix paruam:sed ignominiam, contumeliam,dispendium,inde bellum & odium, hìc nihil huiusmodi?Quid huic uoluptati æquiparandum, dic quæso? Cœlum & eius regnum, clarissimamq; & perpetuã sanctorum uitã expectamus. Sed hæc expectamus, illa experimur,inquies. Vis & hæc experiri?Considera quanta fruaris libertate, & quomodo neminem reuereris,neminẽ formidas, cũ uirtutẽ amplecteris, non inimicum,non insidiatorẽ, non calumniatorẽ, non æmulum,non riualẽ,non zelotypũ,nõ paupertatem,non morbum, nihil deniq; humanũ. Illic & si
B plurima ad uoluptatẽ cedant,& tanquã ex fonte diuitię affluant,riualium bellũ, isidię oium miserrimã uitam faciunt. Oportet.n.ut ad contẽptibilis illius, & effœminatæ uoluntatẽ bellũ renouetur hoc innumeris mortibus grauius,& oi supplicio intolerabili?:
Gala.5.d hìc nihil huiusmodi. Fructus,inq;,spiritus, dilectio, lętitia,pax,nullũ bellũ,neq; supflua pecuniarũ profusio,neq; post dispẽdiũ ignominia,siue obolũ des,siue panẽ,siue aq̃ frigidę poculũ,multa tibi gratia habebitur,& nihil te mœrore afficiet,sed oia te & liberũ,& gloriosum facient.Quo ergo nos excusare poterimus?quam ueniã cõsequemur,cũ hac uia relicta uitijs nos addicimus,& in caminũ ignis ardentẽ spõ
Luc.15.e te nostra iactamur?Quã ob rẽ hortor, qui hoc morbo detinẽtur,respiscãt,& respiciant sanitatẽ,neq; sinãt in desperationẽ incidere.Nã & filiᵒille multò etiã his grauioribᵒ afficiebatur, sed cũ ad paternã domũ redut,in pristinũ honorẽ repositus est, & eo qui semper probatus est,clarior apparuit. Hũc imitemur,& ad patrẽ uel serò reuersi, eã nos aliquãdo captiuitatẽ libertate uendicemus, ut cœlorũ regnũ cõsequamur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Xpi,cũ quo patri gloria,simul & spiritui sancto, in secula seculorum,Amen.

Homilia.lxxix.ex cap.xvij.

C *Hec locutus est Iesus, et subleuatis oculis in cœlũ,*
h dixit:Pater uenit hora,clarifica filiũ tuũ,ut filius
tuus clarificet te. Qui faciet & docebit,hic ma
Matt.5.c gnus uocabitur in regno cœlorũ:& meritò sanè.Verbis.n.philosophari facilè est,re autẽ id ostendere, generosi hominis est & magni. Quare Xps de patientia uerba faciens, se proponit unde exẽplũ accipiãt. Propterea post hanc admonitionẽ ad orationẽ cõuertitur,erudiẽs eos,ut in tẽtationibus,oibus omissis,ad deũ confugiamus. Cùm enim dixisset, in mũdo tribulationẽ habituros,& eorum mouisset aios, eos rursus per orationẽ erigit. Tanquam hoiem ad huc discipuli Iesum intuebantur, ideo pp illos hoc facit:& quẽadmodũ in Lazari resurrectione,etiã cautam affert,inquiens:Propter populũ q circũstat dixi, ut credãt,qa tu me misisti.Sanè inquies,sed illud propter Iudæos merito locutus est, pp discipulos autẽ
Sup.16.g quãnam gratia? Non absurda quidem. Qui.n.post tot,& tanta dicebant,Nũc scimus,quia scis oia:maximè indigebãt ut cõfirmarẽtur.Prẽterea neq; euangelista orasse dicit,sed subleuatis oculis in cœlum,& D
potius sermonẽ ad patrem esse ait.Quòd si alibi orationẽ appellat,& genu flexũ dicit, tunc autem oculos in cœlum extulisse, noli perturbari: ppea eruditur attentionẽ in orationibus adhibendam, ut stãtes suspiciamus,non oculis carnis tantũ,sed mentis, & ut flectamus genua,cõterẽtes corda nostra.Venit enim Xps,non modo ut se nobis ostenderet, sed ut uirtutem nos eruditet. Magistrum autem non uerbis tantũ sed re erudire oportet.Audiamus qd dicit: *Pater,uenit hora,clarifica filium tuũ, ut filius clarificet te.* Iterum ostẽdit non inuitum ad mortẽ uenire. Quo enim,qui hoc fieri orabat: & non sui solius crucifixi, sed & patris gloriã appellabat? nã & ita euenit, neq; enim filius tantùm,sed & pater clarificatus est. Ante crucẽ ne Iudæi quidẽ ipsum norant.Israel,inquit,me non cognouit:post passionẽ uniuersus orbis cucurrit. Inde dicit gloriæ modum & quo ipsum glorificauerit,Sicut dedisti ei potestatẽ ois carnis. Iam cũ nõ in Iudæos tatũ prædicatio,sed in uniuersum orbẽ esset propaganda,infirmat superiorẽ de gẽtibus sentẽtiam.Cùm.n.dixisset, In uiam gentium ne abieritis: Ma.10.a
esset autem dicturus,Ite & docete oẽs gentes,ostendit hanc esse patris uoluntatem. Hoc nanque multũ E
Iudæos perturbauit,atque etiã discipulos. Nõ enim postmodum facilè tangere gentes patiebantur,quo ad spiritus sancti doctrinã acceperunt.Siquidem nõ parũ scandali hinc Iudæis prouenit. Ergo post tantã spiritus apparitionem Hierosolymis Petrus uix crimen purgare potuit, locutus sermonẽ quem habuit apud Simonẽ.Sed quid est,dedisti ei potestatem ois carnis? Quando hanc accepit potestatẽ(interrogando hæreticos)antè, an post eorum formationẽ?Ipse enim,inquit,postquã crucifixus est & resurrexit,Data est mihi ois potestas, ite & docete oẽs creaturas. Ma.28.d
Quid ergo,non dixit potestatem operũ suorum,sed fecit quidem eos habere:potestatem autem non habuit, postquam fecit? Atq oia ipsum fecisse apparet & superioribus temporibus: & alios qdẽ ut peccatores puniẽs,Nõ abscondam,inqt,à seruo meo Abraham qd debeo facere:alios ut bonos honorãs, inde tunc quidẽ habuit,nunc autem perdidit,& rursus accepit.Et qs hoc dęmõ diceret? Quòd si eadẽ & tũc,
Sup.5.d. & in præsentia potestas, inquit.n.Sicut pater suscitat mortuos,& uiuificat.Quid hoc significat? missurus erat eos ad gentes:ne ergo putarent rẽ nouã esse, cũ F
dixisset:Non missus sum, nisi ad oues q̃ perierũt do- Mat.15.c
mus Israel, ostendit hanc etiã esse patris uolũtatem. Quòd si hoc perquã humiliter loquitur, nihil mirũ. Sic.n.& illos tunc,& futuros ædificabat:& ut dixi,& semper dico, excessus humilitatis seruis multum persuasit ad auditorum imbecillitatem Christum locutum. Sed quid significat, omnis carnis? Non enim oẽs crediderunt.Atqui omnes secũdum partem crediderunt. Quòd si non oẽs, non magistro crimini adscribendũ est,sed nõ accipiẽtibus.Vt omne quod dedisti ei,det eis uitã æternam.Si hoc in loco ad humani sermonis morẽ paulũ descendit,nõ admireris: facit enim & dictarũ causarum gratia, & ut semper magnificè de se dicere caueat,cũ auditoribᵒ nõ proficeret, nondũ magnũ aliquid de ipso opinantibus. Ioannes tamẽ cũ ex persona sua loqtur, nõ ita facit, sed altius erigitur,inquiẽs: Oia per ipsum facta sunt, Supra.a.
& sine ipso factũ est nihil. Et quòd uita erat, & lux: & qd in propria uenit: nõ qd nõ haberet potestatẽ, nisi accepisset,sed quòd aliis daret filios dei fieri. Et

G similiter Paulus æqualẽ deo prædicat. Ipse autem Ie-
Phil.2.a. sus magis humano loquendi more loquitur. *Vt omne quod dedisti ei, det eis uitã æternã. Hæc est aũt uita æterna, ut cognoscãt te solũ deũ uerũ, et quẽ misisti Iesum Xp̃m.* Solum uerum deum, ad eorum qui dii non sunt differentiam inquit. Ad gentes nanque mittendi erant. Quòd si non tolerarent, sed pp hoc tantum filium uerum deũ esse negarent, ex hoc ẽt deum tollerent.
Supr.5.g. Inquit.n. Gloriam à solo deo non quæritis. Quid ergo? nõ erit deus filius? Quid ni? Si deus, & soli patris dicentis, constat etiã & uerum esse, & eius qui solus deus uocatur. Quid cũ dicit Paulus: An solus ego &
1.Cor.9.a Barnabas: An Barnabam tollit? Minimè. Solus.n.ad aliorum ponitur differentiam. Quòd si nõ uerus est deus, quo ueritas? Multùm enim à uero ueritas differt. Non uerum hoiem quid esse dicemus? Nonne non hominem? Sic si uerus deus non est filius, quo erit deus? Quomodo nos deus facit & filios, nisi sit uerus? Sed de his diligẽtius à nobis in alijs dictũ est, quare alia prosequamur. *Ego te clarificaui super terrã.* Rectè sanè super terram, in cœlo clarificatus erat, cũ
H naturalem haberet gloriam, & ab angelis adoraretur. Non ergo de gloria substantiæ eius cõiuncta dicit, quã etsi à nemine laudetur, plenissimã habet, sed q̃ humano cultu exhibetur: Igitur & illa particula, Clarifica me: hoc ẽt modò intelligitur. Et ut cognoscas ita intelligendũ, audi q̃ sequuntur: *Opus consummaui quod dedisti mihi ut faciam.* Atq à principio negocium habuit uel potius non à principio. Quomodo ergo dicit, Cõsummaui: uel quia futurũ tãquã factũ dicit, uel quod uerius est, quòd oĩa iam erant perfecta. Cùm.n.radix bonorum absumpta esset, certè à principio fructus producendi erant, & cũ posteris afsutura esset, ipsum adesse, & simul cõiungere oportuit. Ideo iterũ humili cõdescẽdit, *Quod dedisti mihi.* Nam si in audiendo & discendo perseueramus, longè hæc gloria eius minora essent. Quòd.n.ad hoc
Rom.8.f. propria uolũtate uenit, multis modis perspicuũ est:
Phil.2.b. ut cũ Paulus ait: Sic dilexit nos, ut traderet seipsum
Sup.15.b. pro nobis: &, Semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs: & iterum, Sicut dilexit me pater, sic ego dilexi uos: & nũc, *Clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quã habui, priusquã mũdus fieret, apud te.* Et ubi cla-
I ritas illa? Esto apud hoies meritò inglori sis ob carnis uestem assumptã, quomodo & apud deũ clarificari quæris? Quid ergo hic dicit? De incarnatione hic sermo habetur, cùm nondũ carnis natura clarificata esset, neq; induisset incorruptionem, neq; in regiã sedẽ
Rom.8.c. ascẽdisset: ideo nõ dixit, sup terrã: sed, apud te. Hac nos claritate proportione nostra donabimur, si uirtutem amplectemur. Ideo Paulus inquit: Si tamẽ cõpatimur, ut simul glorificemur: Et profectò innumeris sunt lachrymis prosequendi, q tãta proposita gloria, desidia & somno sibũpsis deficiunt. Etsi gehẽna nõ esset, adhuc oium essent miserrimi, qbus cũ liceat unà cũ dei filio regnante, & glorificari, tantis seipsos bonis defraudant. Nõnè si laboribus cõfici, si innumeras mortes mori, si innumeras aias, & totidem quotidie corpora traditũ iri oporteret: nonne, iquã, oia pro tanta gloria ponenda essent? Sed nos neque pecunias cõtemnius, quas uel inuiti paulò pòst relinquimus. Non contemnimus, inquã, pecunias, q̃ nos tot malis exponunt: q̃ nõ nostræ sunt, sed hic remanebunt: ministramus.n. quæ nostra non sunt, etsi à maioribus nostris relicta. Cũ uerò etiã gehẽna nos maneat, & uermis ppetuus, & ignis ĩextinguibilis, & K
stridor dentiũ: quomodo hæc feremus, dilectissimi? Quousq; hęc nõ cõsiderabimus, sed in bella, & contentiones, & inania uerba omne tempus cõsumim? Terram nutrimus, corpus saginamus, aiam uerò cõtemnimus. Rerũ necessariarum nullam rationẽ, superfluarũ & inaniũ plurimam habemus. Magnificas truimus sepulchra, splẽdidas domos ædificam, seruorũ caterua cõstipamur, & uarios excogitamus dispẽsatores agrorũ, domus, pecuniarum, & principes principum constituimus, animam oĩno desertam relinquimus. Et qs horum modus? Nõnne uentrẽ saturamus? nõnne unũ corpus induimus? Quę hęc tã ta rerum perturbatio? Quid tandẽ unã quam accepimus animã diuidimus, & in tot rerũ curas distrahimus, molestam nobis seruitutẽ excogitantes? Qui multis idiget, multorũ seruus est, etsi ea possidere uideatur. Nã & seruorum seruus dominus est, & magis quã illi seruitiũ subit. Præterea sine seruis in forum ire non audet, non in balneũ, non rus. Seruis autẽ sine domino liber est auditus quò placet. Sed q domi nus uidetur, nisi serui adsint, exire domo nõ audet: etsi exierit, ridicul sibi esse uidetur. Fortasse aliq nos L
irridẽt, cũ hęc dicimus, q ppea magis deplorãdi sunt. Nã quòd hæc seruitus sit, libenter te interrogarẽ, an uelles egere aliquo, qui ori tuo panẽ, uel poculũ admoueret: nõnne hoc miserabilẽ duceres seruitutem? Quid ergo si indigeres, qui te semper deferrẽt, nõne te miserum, nõnne infelicẽ pdicares? Nõnne & hoc simile est? nihil etenim refert, an hoies te, an iumenta ferant. Quid q̃so, nõnne in hoc ab angelis differimus, quòd nõ egẽt ut nos? Igitur quãtò pauciorib indigemus, tãtò magis illis appropinquamus: quãtò pluribus, tantò magis ad hãc caducã uitam deflecti mus. Et ut hoc ita habere se itelligas, senes ĩtertoga, quã uitã laudent, cum his rebus stultè uincuntur, an cum uincunt? Propterea illos in testimoniũ uocaui, quoniã qui iuuẽtute inebriantur, maximã seruitutẽ non intelligunt. Quid febribus laborantes, nõnne quãtò plus sitiẽdo bibũt, plus bibere desiderãt? Certè cũ in bonã restituti ualetudinem illa siti liberati sunt, seipsos beatos existimant. Aĩaduerte in oibus rebus miserum pluribus indigere, & qui longè à sapiẽtia est, ei & seruitus & cupiditas intenditur. Quid M
ergo sponte nostra nobis miseriã augemus? dic q̃so, si sine tecto, & parietibus cõmodè uiuere posses, & nihil te offenderet, nõne id eligeres? Quãobrẽ ibe cilitatis argumenta maiora facimus? Nonne ppea Adam beatũ dicimus, quoniam nulla re indigeret, non domo, non uestibus? Sanè quidẽ. Verum nũc in Gen.3.b
necessitate cõstituimur: sed cur augemus? Nã si multi multa ẽt de uitæ necessitate sibi defraudant ut seruos, habitatiões, pecunias accumulẽt: quã nos excusationẽ habebimus, qui tantũ necessitatem excedimus? Quãtò plura amplecteris, tãtò magis tuę dero gas libertati. Vera nãq; libertas est, nulla re indigere, in secundo loco minimis, q̃ angeli habẽt. Quòd autem in mortali corpore hoc q̃piã consequatur, considera quã laudãdus sit. Hoc & Paulus Corinthijs di
cebat: Ego aũt uobis parco. Et ideo ne tribulationẽ 1.Cor.7.f
carnis habeãt huiusmodi, ideo pecunias, ut iis necessarijs utamur, nõ ut seruem, & defodiamus, condonatas habemus. Hoc.n.non est possidere, sed possideri. Quòd si cõsideraremus quo eas augere possimus, non ut ad necessitatẽ uteremur, ordo puertere-

A retur, & illę nos, non nos illas possideremus. Liberemus igitur nos hac graui seruitute, & tandẽ in libertatẽ nos uendicemus. Quid tot, & tam uaria nobis uincula excogitamus? Non sufficit tibi naturę uinculũ, & uitę necessitas, & tot rerum turba, sed & alijs terebus intricas? Et quando poteris de cœlo cogitare, & eius altitudinem speculari? Satis erit, satis ĩ his oibus præcisis uinculis ĩsupernã ciuitatẽ adire poteri mus, tot alia restant impedimenta, q̃ ut superemus, paupertatem amplectamur. Hoc.n.pacto uitã æternam, cosequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia.lxxx. ex cap.xvij.

Anifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti
m *mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, &*
Esa.9.b *sermonẽ meum seruauerunt.* Magni cõsilij angelus dicitur filius dei, & aliorũ q̃ docuit gratia, & prin cipaliter quòd patrẽ hominibus annũciauit, & quòd in pẽsentia inquit, Manifestaui nomẽ tuũ hominib, Nã cũ opus suũ cõsummasse dixisset, quale id opus
B sit, enarrat. Atqui manifestũ erat nomẽ: nã & Esaias inquit, Iurastis deum uerũ. Sed ut sæpe dixi, & nunc dicam, licèt manifestũ esset Iudæis, nec tamẽ oĩbus: nunc de gẽtibus loquitur, nec hoc tantũ manifestat, sed quòd patrem ipsum norant. Neq; est idẽ nosse rem opificem esse, & filium habere. Manifestauit aũt eius nomẽ & uerbis, & re. *Quos dedisti mihi de mundo.*
Sup.6.e Quemadmodũ superius inquit: Nemo uenit ad me, nisi sit datũ ab eo, & nisi traxerit eũ pater meus: ita & hoc in loco, Quos dedisti mihi. Atqui ipse se uiam esse dixit. Vnde cõstat duo his uerbis innuere, quòd neq; cõtrarius patri sit, & quòd eius uoluntas est, ut filio credãt. *Tui erant, & mihi eos dedisti.* Hic docere ĩtendit se multũ à patre dilectũ. Nam quòd accipere eos oporteret, uel inde constat, ipse eos & fecit, ipse eorũ curã habet perpetuò. Quo eos accepit? Sed qd dixi, concordiã cũ patre significat. Quòd si hois more quispiam uellet, ut dictũ est, id inuestigare, nõ amplius erũt patris. Nã si cũ pater eos habuit, nõ habuit filius: sanè constat, cũ dederit eos pater, à iure domi
C nij decidit: & qd absurdius, apud patrẽ contemptos fuisse, cũ ad filiũ uenerunt tũc honorẽ adeptos. Sed hæc uel dictu ridicula. Quid ergo? Et per hęc ostẽdit quòd ei uisum sit eos filio credere. *Et sermonem meũ seruauerunt. Et nunc cognouerũt, quia omnia q̃ dedisti mi hi, abs te sunt.* Et quo sermonẽ tuum seruauerũt? Credẽdo mihi, & nõ acquiescẽdo Iudæis. Qui credit ei,
Sup.3.d inquit, signauit qa deus uerax est. Quidã dicũt nunc tandẽ cognouisse Iesum, oĩa sibi à patre data: sed ratio nõ constaret, quo ignoraturus esset filius opera patris: sed de discipulis dictum est. Ex quo.n.ea dixi, inquit: Oĩa quæ dedisti mihi, abs te esse didicerunt. Nihil alienũ, nihil propriũ mihi à te est. Qd enim propriũ mihi, idẽ & tibi. Nã propriũ tanq̃ alienũ multis ĩ locis ponit. Cognouerũt ergo qpoia q̃ docebo, est tua ẽ doctria. Et unde hoc didicerũt? A uerbis meis. Sic.n.docebã, nec hoc tantũ, sed quòd à te ueni, hoc enim per totum curauit euangeliũ. *Ego pro eis rogo.* Quid dicis? Tanq̃ ignorantem patrẽ doces, tanquã ad hominẽ ignarũ loqueris? Quid sibi uult hæc diuisio? Ecce quòd nulla alia causa habet orationẽ, nisi ut intelligant, quã in ipsos habeat charitatẽ. Qui.n. non sua tantũ prębet, sed & aliũ ad id hortatur, & rogat, multã præ se fert dilectionẽ. Sed quid signifi-

cat, Pro eis rogo? Non pro toto mundo, inquit, sed D
pro ijs, quos dedisti mihi. Et frequenter utitur hoc uerbo, Dedisti, ut idẽ & patri uideri intelligerẽt: inde cũ dixisset, *Tui erant, & tu eos mihi dedisti.* ut prauam suspicionẽ tolleret, nequis nouũ ipsius arbitraretur imperiũ, & nuper eos accepisse, inquit: *Mea omnia tua sunt, & tua mea, & clarificatus sum in eis.* Ecce æqualitatẽ: ut enim audiendo, Quos dedisti mihi, aut sub patris uoluntate nõ esse, aut nihil anteà ad filiũ pertinuisse arbitrareris, utrũq; his uerbis tollit. q.d. Noli quia audis patrẽ mihi eos dedisse, existimare alienos iam à patre esse, mea patris sunt: neq; quòd dixerim patris esse, alienos à me ducas: nã q̃ patris sunt, mea sunt. Itaq; ea particula, Dedisti: ad auditorũ tantũ dicta est imbecillitatẽ. Quæ pater habet, filij sunt: & q̃ filius, patris: hoc neq; de filio, inquantũ homo, dici potest, qui sanè minor est. Nã quòd pater maior sit, planè constat: cõtrà minimè. Hic aũt equalitatẽ ostẽdit, hoc & alibi dixit. Omnia q̃ patris sunt, mea sunt: de cognitione locutus. Illa aũt particula, Dedisti mihi, & hinõi non tanq̃ alienum se ueniisse, ut eos ad se traheret, sed proprios accepisse significat. Inde cau- E
sam & probationẽ adducit. Et clarificatus sum ĩ eis: hoc est, uel quòd ĩ mea sunt potestate, uel quòd clarificãt me, cũ tibi & mihi credunt, & simul clarificãt. Quòd si nõ simpliciter clarificatus est in eis, nõ iam ipsius essent, q̃ illius. Nemo.n.in quibus non habet potestatẽ, clarificatur. Quo aũt itidẽ clarificatus est? Omnes pro eo ut pro patre moriuntur, & tanq̃ patrem prædicant: & quemadmodũ in nomine patris omnia fieri dicunt, ita & in filij. *Et iam non sum in mũdo, & hi in mundo sunt:* hoc est, quãuis in carne nõ apparem, per hoc glorificor. Sed quid frequenter se in mundo nõ esse, & cũ in mundo esset, se eos confirmasse dicit: nunc cũ discedat, patri eos cõmendat? Quę omnia, siquis simpliciter accipiat, multa seque rentur absurda. Qua.n.ratione nititur, quòd non sit in mundo, & cũ abeat, alij cõmendet? Hęc.n.ut puri hominis, & discipulis se gratificantis, uerba sunt. Vides ut nonnulla hois more sẽdm eorum mentem loquitur, qui ipsius præsentia se tutiores arbitrabãtur: ideo inquit: *Cũ essem cum eis, seruabam eos.* Atqui ait, Mat.28.d
Venio ad uos, & uobiscũ sum usq; ad cõsummatio- F
nem seculi. Quo ergo tanq̃ discessurus loquitur? Vt dixi sẽdm eorũ opinionẽ, ut paululũ recrearẽtur, cũ se patri cõmendari intelligerẽt. Cũ enim multis adhibitis cõsolationibus, nõ acquiescerent, tam patrẽ alloquitur, ut suum in illos amore demõstraret: quasi diceret, Ex quo me ad te accersis, tutos eos reddas: ego enim ad te uenio. Quid dicis? Nõne tu potes seruare eos? Quid ni? Cur ergo ita dicis? *Vt habeant gaudium meum impletum:* hoc est, ne imbecillitate sua perturbarentur. His uerbis ad eorũ recreationẽ, & lætitiam hæc oĩa se locutũ ostendit. Nã aliter sermo cõtrarius uideretur. *Nunc aũt non sum in mundo, & hi in mundo sunt.* Ita enim opinabantur, ideo ad eorũ descendit ibecillitatẽ. Nã si dixisset, Ego seruo eos, non credidissent: ideo inquit, *Pater sancte, serua eos in nomine tuo:* hoc est, auxilio. *Cum essem in mundo, seruabam eos in nomine tuo.* Iterũ ut homo loquitur, & ut propheta. Nusquã.n.apparet ĩ nomine eius feciss. *Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur.* Et alibi inquit: Om Sup.6.d
ne qd dedisti mihi, nõ perdã ex eo. Atqui nõ ille tan- & Psal.
tũ perditus est, sed multi postmodum: quo ergo in- 108.b

Quit,nō perdā?Quantū in me erit,nō perdā:quod & alibi apertius significauit:Nō eiiciam eū foras. Nam mea causa non expellam, nō derelinquam, quòd si sponte sua resilient,ui eos nō traham. *Nunc ad te uenio.* ecce humanius positā particulā. Quòd siquis ex hoc minorē filiū uoluerit, minorē faciet & patrē. Cōsidera à principio,partim docentis & explanantis uicem gerit,partim præcipientis. Docentis,ut cū dicit: *Non de mūdo tollas rogo.* Præcipientis,ut,*Ego custodiui eos usque modò,& nemo periit,& tu serua eos.* & iterum, *Tui sunt,& mihi eos dedisti,& cū essem in mundo, seruabam eos.* Quę oia soluuntur, quòd ad auditorū dicta sunt imbecillitatē. Nam cū dixisset,*Nemo ex eis periit, nisi filius perditionis*: addidit, *Vt scriptura impleretur.* Quæ scriptura? Quæ de eo multa prædixit. Nō tamē propterea perijt,ut impleretur, de quo superius multa uerba fecimus: Hic.n. proprius modus scripturæ est,ut q̄ euentus sunt,pro causa ponat, Et omnia diligenter inuestiganda sunt,& dicentis mos,& subiectū,& scripturæ lex: q̄ deprauanda non sunt. Fratres nolite,inquit,pueri fieri sensibus. Hæc aūt nō modò ad scripturas intelligendas legenda sunt, sed ad uitā inuestigandā. Et enim pueri parui magna nō desiderāt: uilia solēt admirari,currus,equos,aurigas, rotas luto factas,hoc aspectu delectantur. Qđ si regem in curru aureo sedentē,& mulos albos iunctos, & eximiū cultū uiderint, ne respiciunt quidē. Præterea & puellas ex creta ornāt, ueras aūt pulchras nesciunt, & in multis alijs rebus itidem afficiuntur. Tales non nulli nūc reperiuntur, nulla his cœlestiū cura, sed ad lutea tanq̄ pueri obstupescūt,& terrenis diuitijs blādiuntur,& gloriā & uoluptates huius̄ seculi magnipēdunt: q̄ ita puerilia sunt,ut illa. Quæ uerò & uitæ, & gloriæ,& requietis causa sunt,non curāt: sed ut pueri his priuati deflent,illa aūt ne desiderare quidē norunt: ita & multi in ętate prouecta. Ideo inquit: Noli te pueri fieri sensib⁹. Pecunias cōcupiscis, nō diuitias permanentes, sed pueriles ludos. Siquē plumbeum numum admirantē, & ad eū colligendū inclinātem se uideres,nōne eum q̄ pauperrimū iudicares? Tu autem ēt uiliora cōgregās, inter diuites te annumeras: & qua hoc ratione nititur? Illū nanq̄ diuitē dicimus, qui oia præsentia contēnit. Nemo parua hæc argentum,aurū,& hmōi imāginarias diuitias ridere poterit,nisi maiorū desiderio teneatur, quemadmodum neq̄ plumbeum numum, nisi aurea possideat. Tu quoq̄ cū uideris hoiem uniuersum orbē percurrentem, nulla alia causa eū facere putato, q̄ quòd ad maiora respicit. Sic agricola pauca semina cōtēnit, quando maiorē messem expectat. Quòd si pro spe incerta q̄ habemus, contēnimus: longē magis pro certissima expectatione id nobis faciendū est. Quare uos hortor atq̄ obsecro, ne nobis ipsis simus detrimēto, nēue pro luto supernis nos thesauris fraudemus, & culmorum & palearū plena naui portū subeamus. Quisq̄ de nobis dicat quid uelit, ægrē ferat nostram assiduam admonitionē, nos nugatores appellet, graues, molestos, nō cessabimus ab admonendo, & cū propheta oibus uobis frequēter prædicabimus: Pecata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in miserationibus pauperum, & suspende eas in collo tuo. Neq̄ hodie quidē facias, & cras desistas. Etenim corpus hoc quotidiano cibo indiget: ita & anima, & longē ēt magis: quem nisi impenderis, & imbecillior fit, & turpior. Nolimus contēnere periclitātem, quotidie multa uulnera accipit, nūc cupiditatis, nūc iræ, nunc acedię. Maledicit, ulciscitur, inuidet, cui medicina exhibenda est, neq̄ parua est eleemosynæ, q̄ omnibus uulneribus adhiberi potest: Date eleemosynā, inquit, & oia uobis munda erūt. Eleemosynā, nō auaritiam: q̄ ex alieno datur, eleemosyna nō manet, quāuis indigentibus impēdas. Eleemosyna est, quæ omni caret iniquitate. Hæc oia mūda facit, hęc ieiunium, hęc humi dormire exuperat, quāuis molestiora & laboriosiora sint: hæc tamen lucrosior illuminat, animā saginat, pulchrā & decoram facit. Nō adeò athletas ollę prēmiū excitat, ut pietatis certatores hoc oleum corroborat. Vngamus ergo animas, ut aduersus hostē certemus audenter. Qui egenorū misereri cogitat, statim auaritiam exuet. Qui in dando pauperibus perseuerat, mox iram deponet, & superbiā. Quemadmodū. n. uulneratos frequenter curando, medicus facilè in aliorū calamitatibus commouetur, cū humanā intelligat naturā: ita & nos si ad opitulandū inopes conueniemus, philosophabimur, neq̄ diuitias admirabimur, neq̄ magnū aliqd præsentia bona ducemus: sed omnia cōtemnemus, & magnanimi ad cœlū intenti, facilè sempiterna bona cōsequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum. Amen.

Homilia. lxxxi. ex cap. xvij.

Go dedi eis sermonem tuum: & mundus odio eos habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo. Cū uirtuti operam damus, & mali hoies persequuntur, & nos deridēt, nolimus ægre ferre, neq̄ dolere: ita. n. se res habet. Semp odiū parit apud malos uirtus, inuident enim bene uiuere uolētibus, sibi excusationē arbitrati, si aliorū gloriā carpunt. Odio habent, qui cōtraria q̄ ipsi faciunt, & pro uitiis adnitūtur, ut illorum uitam criminibus inurant: sed nō propterea doleamus, hoc. n. uirtutis signū est, ideo Christus inquit: Si de mundo essetis, mundus qd suū est amaret. Et iterū alio in loco, Væ uobis qbus benedicunt oēs hoies: idcirco & hoc in loco, ait, *Sermonem tuum dedi eis,& mūdus odio eos habuit.* Iterū causam affert, quare digni sint, quorū pater curā habeat. Propter te odio habiti sunt, inquit, & pp sermonem tuum: itaq̄ digni sunt protectione tua. *Nō rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo.* Iterum exponit sermonē, & planius reddit: qđ nihil aliud signat, q̄ quòd multā de his curā habet: cū eos tam diligenter cōmēdet. Atqui ipse dicebat oīa facturum patrē, quæ peteret: cur ergo pro his rogat? Nulla alia, q̄ prædicta ratione, ut dilectionē suā demōstraret. *De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo.* Quo ergo alibi dicit: Quos dedisti mihi de mundo, tui sunt? illic de natura, hic de malis operibus locutus est. Et multis eos laudibus prosequitur, primū quòd nō sunt de mūdo, Inde quod ipse eos dederit, & sermonē ei⁹ custodierint, & quòd propterea odio habeantur: Quòd aūt dicit, Sicut ego nō sum de mūdo, noli perturbari: illa. n. particula, nō, est indiscretę certitudinis. Vt. n. cum de patre & ipso dicitur, sicut summa per naturā æqualitas indicatur: ita cū de nobis & ipso dicitur, maxima per utriusq̄ naturę differentiā diuersitas. Nā si peccatū ipse nō fecit, neq̄ dolus inuētus est in ore eius: quo pacto ei Apostoli poterāt cōparari? Sed qd signat, nō sunt de mundo? At aliud expectant, nihil cum terra communicant, sed

cœli facti sunt ciues: & ex hoc amorē suū ostendit, eū apud patrē eos laudat,& cōmēdat. Id aūt uerbū. Serua eos nō à periculis tantū dicit, sed ut in fide pstent: ideo adiecit, *Sanctifica eos in ueritate tua.* Fac sanctos per spiritus exhibitionē,& doctrinā rectam. Et sicut cum inquit, Mundi estis propter sermonē quē locutus sum uobis: ita & nūc instrue eos, doceas ueritatem. Atqui hoc spiritus officium dicit. Cur nunc à patre id postulat? Vt iterū æqualitatis & admonea re. Recta de deo doctrina animā sanctificat. Quòd si uerbo dicit, sanctificari, ne admireris. Nā quod de doctrina loqueretur, addidit: *Sermo tuus ueritas est.* hoc est, quòd nullū in eo est mendaciū. Quòd si ueritas est omnino quicquid dicit, futurū esse, & nihil figuratum, nihil corporeū demonstrat. Sicut & Paulus de ecclesia ait, quòd sanctificauit eam in uerbo: quòd. n. uerbū dei purgaret, intelligebat. Videtur autē mihi & aliud significari per illā particulā, Sanctifica eos: hoc est, qd dixerat segrega eos & uerbo, & prædicatione: & hoc ēt ex sequētib⁹ cōstat. *Sicut me, inquit, misisti in mūdū, & ego misi eos.* Quod & Paulus dicit, ponēs in nobis uerbū recōciliationis: pro quo enim Christus abiit, pro hoc hi orbē terrarū cōprehēderūt. Hic ēt hoc uerbū, sicut, nō similitudinis est ad deū, & ad apostolos. Quo enim taliter ad homines mitti poterant? Mos aūt ei est de futuro tanquā de præterito loqui. *Et pro eis sanctifico meipsum, ut sint sanctificati in ueritate.* Quid sibi uult, Sanctifico meipsum? Offero tibi sacrificiū. Sacrificia omnia sancta dicuntur, & propriè sancta quæ deo dedicata sunt. Cū antiquitus in figura sanctificatio esset in ouibus nunc nō in figura, sed in ueritate: ideo inquit, Vt sint sanctificati in ueritate tua. Etenim eos tibi cōmēdo & oblationem facio, siue propter caput hoc fieri dicit, siue qa ipsi sacrificati sunt. Cōstituite, inquit, mēbra uestra hostiam uiuentem, sanctam: &, Reputati sumus, ut oues occisionis: &, sine morte hostiam eos facit, & oblationē. Nā quòd hostiā sui significaret, dicēdo, Sāctifico? cōstat ex sequētib⁹, cū pro eis moreretur. Dixit aūt, Pro eis sanctifico meipsum, ne quis arbitraretur, quòd pro apostolis hæc solū faceret, addidit: *Non pro his rogo solū, sed pro credentibus per sermonē eorū in me.* Hinc iterū eorū animos erigit, indicans multos futuros discipulos: cū. n. quod habebant eximiū, commune fecit, iterū eos consolatur, ostēdens eis aliorū salutis futuros authores. Ex quo autem de eorum salute, & sanctificatione per fidem & sacrificium dixit, iam ad cōcordiā eos exhortatur in quo sermonē suum cōcludit unde inceperat. Dixerat enim, mandatū nouum do uobis, Vt *sint unum sicut tu pater in me, & ego in te.* Iterū, sicut, non æqualitatis est, neq̄ ita unum esse poterāt, sed pro humana facultate, sicut cū dicit: Estote misericordes, sicut pater. Quid signat, In nobis? in fide in nos. Nam cū nihil adeò oēs perturbet, ut dissensio, id agit ut unum fiant. Quid ergo? hoc ne assecutus est? Sanè quidem Oēs enim per apostolos credentes unū sunt, quāuis nōnulli ex his dissentiāt, neq̄ hoc cū latuit, sed prędixit hominū desidiā. Vt *mundus credat quia tu me misisti.* quod & in principio dixit: In hoc cognoscent oēs quia mei estis discipuli, si inuicē diligitis. Et quomodo hinc erant crediturī? Quia pacis est deus, inquit. Si ergo quæ ex his didicerunt, seruauerunt, à discipulis magistrū auditores intelligent: si dissentient, nō in uenient dei pacis esse discipulos. Si nō ero pacificus, à te missum non cōfitebuntur. Vides quo pacto ad finē usq̄ cum patre cōcordiā cōfirmat? *Et ego claritatē, quā dedisti mihi dedi eis.* hoc est, signorū & doctrinæ,& ut concordes sint. Hæc enim claritas, ut sint unū, atque ēt maior signis. Quemadmodū. n. deum admiramur, quòd nulla dissensio, nulla pugna est in eius natura & hæc maxima gloria est: ita & hi propterea clari efficientur. Et cur patrē hoc postulat, cū ipse se dare profiteatur? Nā siue de signis, siue de cōcordia, siue de pace ei sermo fit, hęc se exhibere apparet, unde cōstat cōsolādi eos gratia postulare. *Ego in eis: & tu in me.* Quomodo dedit claritatē? In eis manendo,& secū patrē habēdo, ut eis opitularetur. Alibi aūt non per se patrē, sed se & patrem aduenisse, & mansionē apud eos fecisse dicit. Illic Sabellio silētiū imponens, hic Ario. Vt *sint consumati in unum.* Vt *cognoscat mundus, quia tu me misisti.* Frequenter hoc dicit, ut potentiore pacē, quàm signa ad persuadendū demonstret. Sicut enim discordia debilitat, ita concordia corroborat. Et *dilexi eos, sicut me dilexisti.* Hic iterū, sicut ponitur ad morē, ut hominem diligi licet & ut dilectionis argumentū, qđ seipsum pro eis dederit. Cū ergo dixisset in securitate futuros, quòd nō mutabūtur, quòd erūt sancti, quòd multi p eos erūt crediturī, quòd multi gloriam consequentur, quòd non solū ipse eos dilexerit, sed ēt pater, iam prosequitur, quæ post eorū hinc migrationē erūt futura, q̄ pmia, q̄ essent eis coronę repositę, *Pater*, inquit, *quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecū.* Quod semper quærebant, dicētes: Quò uadis? quid dicis? Id pollicitus, es, quod nondū habebas? Quo ergo eis dixisti: Sedebitis super sedes duodecim? Quo alia, & plura maiora pollicitus es? Ecce quòd oia ad humanā respiciunt imbecillitatē. Nā quo dicebat: Sequeris autem postea? Sed ad maiorē certitudinem, & amoris ostensionem hæc dicit. Vt *uideant claritatē meam, quam dedisti mihi.* Iterum hoc cōcordiæ ad patrē indicium altius quàm prior?. *Ante constitutionē mundi.* inquit: quod & ipsum aliquantulum ad humanam naturā respicit, Dedisti mihi inquit. Quod si non ita est, libenter negantes interrogarem: Qui dat, alicui dat: num primū generauit, inde claritatē dedit, antè inglorium dimisit? Et quānam hoc nititur ratione? Vides, quòd dedisti, pro genuisti intelligitur? Sed cur nō dixit, ut participent: sed, ut uideant claritatē? Hic ostēdit, quòd ois ea reqes est spectare filiū dei, hoc clarum esse facit. qđ & Paulus inquit, Reuelata facie gloriā domini speculantes. Quemadmodum. n. qui in Solis radios intuentur, aērem nacti tenuissimū tūsu uoluptatē percipiunt: ita tunc, & longē ēt maior orietur nobis uoluptas. Simul autē nobis ostendit, quòd nō hoc uidetur, sed admiranda quædā substātia: *Pater iuste, mūdus te nō cognouit.* quid hoc signat? Quāmnā habet cōsequentiā: Ostendit neminē scire deū, nisi solos qui filium cognoscunt: hoc est, Volebā oēs hoc esse, sed non cognouerunt te, quāuis nihil possent arguere: hoc significat, Pater iuste. Hoc mihi asperi⁹ dictū uidetur quòd tā bonū tā iustum cognoscere noluerint. Cū enim Iudæi deū se scire, ipsum autem nescire dixissent, ad hoc respondit inquiens, Dilexisti me ante mūdi constitutionē, se aduersus Iudęorū calumnias excusans. Qui claritatē accipit, qui ante mūdi cōstitutionē dilectus est, q testes uult eos illa⁹ claritatis: quo cōtrarius esset patri? Nō igitur hoc ē qđ dicūt Iudæi, quòd ipsi te cognoscūt:

Ego aũt minimè, sed contra omnino. Ego te noui, no alij. *Et hi cognouerũt, quia tu me misisti.* Vides quòd eos notat, qui a deo non esse dicebãt, & ad hoc omnem refert sermonem? *Et notũ feci eis nomen tuũ, & notum faciam.* Atqui spiritus perfectã cognitionem inquis, sed quæ spiritus sunt, mea sunt. *Vt dilectio, qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.* Si enim intelligerent, qui tu sis, tunc scirent me alienũ nõ esse, sed maximè dilectum filiũ, & coniunctum. Qui hoc, ut decet, credunt, & fidem in me: & ueram seruãt dilectionẽ, & qui me uerè diligunt, in his ego sum. Vide quo in perfectum finẽ desinit, in dilectionẽ omnium bonorum matrẽ. Credamus ergo, & diligamus deũ, ne de nobis dicatur: Deum confiteri sciunt, operibus negant: & iterum, Fidem negat, & est infideli peior. Cũ enim ille & familiaribus, & cõsanguineis, & alienis, tu ne sanguine quidẽ coniunctis, ulla charitate afficeris: q̃ nam tibi erit excusatio, cũ deum & male dictis, & cotumelijs prosequaris? Cõsidera quot bonis benefaciendi occasiones dederit deus. Alij ut cõsanguineo, alij ut uicino, huic ut ciui, illi ut homini miseretur. Quòd si horũ nihil te cohibet, sed omne amoris uinculũ dissoluis, audi Paulũ, q te infideli peiorẽ asserit, quoniã ille nihil de eleemosyna, nihil de cœlo audiẽs, te humanitate superauit. Tu inimicos diligere iussus, familiares ut inimicos itueris, & pecuniis magis parcis, quã corporibus. Atqui diuitię absumptæ, nihil mali patientur, hic cõtemptus cõsumitur. Quæ ergo insania pecunias parcere, & nõ gentilibus? unde hoc desiderium ortũ habuit, unde hęc inhumanitas, atque credulitas? Siquis tanq̃ in æditiori theatri loco sedẽs, totum mundum, & oia humana despiceret, considera quantã reprehenderet stultitiã quot lachrymas profunderet, quo risu moueretur, quãtũ odiũ cõciperet. Ea.n. facimus, q̃ risu, lachrymis, odio digna sunt. Ille canes pascit, ut feras syluestres capiat, & ipse in feritatẽ incidit. Ille aues pascit, alius tauros, ut lapides trãsferat: hoies cõtemnit, cũ fame tabescunt, & innumerã cõsumit pecuniã, ut lapidei hoies effingãtur. Vere homines lapidei, qui calamitosos despiciunt. Alius gammas & aurũ miserè colligens, parietes uestit, pauperũ corpus nudũ uidens nulla flectitur misericordia. Alij uestes uestib⁹ addũt, alius autẽ neq; ipsum corpus nudũ uestire nouit. In iudiciis item alius aliũ consumit. Alius in meretrices, & parasitos, alius i mimos & saltatores, ali⁹ i splẽdida & magnifica ędificia, i emẽdis possessionibus & domibus impẽdit. Ille præterea usuras cõputat, alius usurarũ usuras, alius chirographa cædium plena conficit, neq; uel nocte conquiescit, & proximorũ malis inuigilat? illucescẽte die hic ad iniustũ lucrũ, ille ad dispendiũ in luxu: alius ad peculatũ currit, & superfluis rebus, & prohibitis maximũ studiũ impenditur, necessarijs nullũ. Iudices autem nomen quidẽ iudiciũ habent, re aũt latronum, & homicidarũ. Et siquis controuersias, & testamenta perquirat, innumera ẽt hic mala, fraudes, furta, insidias deprehendet, circa q̃ omnes nostri conatus, spiritalis ratio nulla, sed ad ecclesiã ut tantum uideant cõcurritur. Verum nõ hoc est qd quærimus, sed operib⁹ nobis, & pura mente opus est. Nã si toto tpe auaritiæ studueris, inde huc ingressus pauca uerba dixeris, nõ modò deũ non placueris, sed plurimũ iritaueris. Si tibi dominũ tuũ cõciliare uolueris, opera exhibeas: intellige calamitosorũ onera: intuere nudos, esurientes, iniuria affectos, quibus multas tibi humanitatis uias sternere poteris. Nolimus nosipsos frustra, & incassum uiuendo seducere: neq; quòd nũc bene ualeamus nos aspernemur, sed memoriam subeat, quòd morborũ ui nonnunq̃ morimur. Caueamus futura mala, & hac formidine meliores efficiamur, ac si maximè simus reprehẽdẽdi. Qui.n. in iudiciis dicũt, canibus similes sunt: qui in foro, uulpibus: q uitã desidẽ uiuunt, neq; hi ut decet exercẽtur, cũ in spectaculis bonos mores corrumpant: Qui dignis rebus incũbat uidemus neminẽ: qui inuideant & maledicãt, & se indigna faciãt, multos. Itaq; punientur ẽt non solũ qui malorũ sunt authores, sed qui facientibus cõsentiunt. Voluntas enim eadem est, q̃ similiter dat pœnas. Hæc ergo quotidie repeto, neq; cesso, siquis mihi auscultauerit, lucrabitur: si nemo, sciatis uelim uel hęc nobis profutura. Vosipsos accusabitis, nos ab oi culpa uacui. Sed absit, ut hanc nos afferamus excusationẽ, sed ut nobis gloriæ sitis, apud Christi tribunal, ubi simul sempiternis bonis cũ eo perfruamur, quẽ decet gloria, simul cũ patre & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia. lxxxij. exc ap. xviij.

Aec cũ dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans torrẽtẽ Cedron, ubi erat hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Horrendum quid mors est, & formidolosum, sed non iis, q̃ supernã sapientiam cõtẽplantur. Qui futura nõ intelligit, & ipsam tantũ uitæ finem reputat, non ab re & horret, & formidat, ac si nihil futurus sit. Nobis aũt qui gratia dei, incerta & occulta sapientię, eius didicimus, & migrationẽ mortẽ arbritramur, minimè formidandum est: sed lætandũ atq; desiderandũ, ut à caduca hac & mortali uita ad meliorẽ, & longè clariorẽ, nullo fine cõprehensam transferamur: quod Christus operibus nos erudiens, nõ ui & necessitate, sed sponte ad passionẽ uenit. *Hæc, inquit, cũ dixisset Iesus, egressus est trans torrentẽ Cedron, ubi erat hortus, in quẽ introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat aũt & Iudas, qui tradidit eũ, locũ: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cũ discipulis suis.* Media nocte iter facit, torrẽtẽ transit, & ad locũ proditori notũ properat, ut laborẽ eis demeret & ostẽdit discipulis se ad mortẽ spõtè proficisci: qđ maximè ad eorũ consolationẽ faciebat. Etenim in horto tanquã in carcere commoratur. Hæc cũ dixisset, Quid dicis? Patrẽ orauerat. Quare non dicis post orationẽ in hortũ uenisse? Quia non oratio, sed sermo fuerat ad discipulos. Introierunt aũt discipuli in hortum, ita metu eos liberauit, ne ingredi recusarẽt. Vnde aũt Iudas eò contenderit, unde didicerit, eo constat, quòd multũ extra pernoctabat Iesus. Neq; enim si domi ageret, Iudas ad hortũ properasset, sed domũ, ut dormientem comprehenderet. Ne ergo hortum secretũ recessum opinareris, addidit, quòd sciebat Iudas locum: neque hoc tantùm sed quòd frequenter Iesus conueniebat illuc cum discipulis suis. Sæpenumero enim cum his priuatim de necessarijs loquebatur, quæ alios audire non licebat. Facit autẽ hoc in mõtibus & in hortis, locũ procul à tumultu maximè sibi deligẽs ne doctrina impediretur. *Iudas autẽ cum accepisset cohortem, & à pontificibus & Pharisæis ministros, uenit illuc.* Et hi sæpe aliãs miserũt ad Christum cõprehẽdendũ, sed nõ potuerũt. Vnde cõstat spõte sua se tradidisse. Et quo Iudas cohorti psuasit? Militares erãt uiri, & mercede oĩa audebant.

Iesus aũt sciens omnia quæ uẽturа erant super eũ, processit & dixit ad eos: *Quem quæritis?* hoc est, non eorũ aduẽtu obstitit interrogare, sed intrepidè tanq̃ oĩa sciens & dicit, & facit. Quare aũt cũ armis ueniunt? Timebant sequentes Iesum, & propterea ẽt intẽpesta nocte aggressi sunt. *Dicit eis. quem quæritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenũ.* Vides tum insuperabilem, quo in medio existens eos cæcauit? Quod.n. nõ tenebris id noctis contingeret, ostẽdit euãgelista, cũ dicit faces habuisse, quas nisi habuissent, saltem uoce cognitus esset. Quod si illi Iesum ignorabant, nõ tamen Iudas ob continuã cũ eo cõsuetudinẽ. Aderat. n. neq; magis agnoscebat, sed cum alijs retrorsum cecidit. Fecit aũt hoc Iesus, demonstrans non solũ nõ posse eos se capere, sed ne mediũ quidẽ uidere, nisi seipsum traderet. *Iterum dicit, Quem quæritis?* O dementiam: uerbo eos prostrauit, nec cõuersi sunt, tantã uirtutẽ intelligentes, sed iterũ aggrediuntur. Cùm aũt quod suum erat, implesset, iam se tradit inquiens, *Dixi uobis quia ego sum. Stabat aũt & Iudas qui tradebat eum.* Animad uerte euangelistæ tolerantiam. Nõ male dicit proditori, sed factũ narrat. Vnũ dũtaxat curat demonstrare, quòd se capi permiserit. Inde nequis diceret, quòd ipse Christus eos ad se capiendũ adduxerit, & se manifestãs in manus eorũ dederit, cũ ostenderit primũ quibus facilè moueri debebãt, & tamen in proposito perstitisset, & minimè iam possent excusari, tunc se tradidit inquiẽs, *Si ergo me quæritis, sinite hos abire,* ad ultimã usq; horam suam in eos benignitatẽ præ se ferens. Si me uultis, inquit, dimitte hos. Ecce meip sum trado. *Vt impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.* Perditionem aũt dicit, non mortis, sed illam æternã. Euangelista aũt & in præsenti hoc accepit. Admirari aũt quis posset, cur non cõprehenderint ẽt cũ Iesu, ut uerberarẽt discipulos, & Petrũ maximè, q eos seruì aurẽ abscindẽdo iritarat. Quid ergo eos cõtinuit? Nemo alius q̃ quæ eos retrorsum proiecerat potentia: qđ euangelista nõ eorũ mentis, sed supernę uirtutis eos coẽrcentis fuisse significat inquiẽs, ut sermo impleretur quẽ dixit, Nõ perdidi ex eis quenquã. Petrus ergo hac uoce, & his quæ iam facta uiderat fretus, cõtra irruẽtes armatur. Et quo, inquies, qui iussus est neq; peram habere, neq; duas tunicas, gladium habet? Vt puto hoc metuens iam se præmunierat'. Quòd si dixeris: quo cui præcipit ne alapam inferat, homicidã agit, & maximè cũ nõ uloscì præcipiatur? Verũ non se, sed magistrũ ultus est. Præterea nondũ perfectæ & consummatæ uirtutis erant. Quòd si uis Petri sapientiã intelligere, uidebis postmodũ cæsum, & æquo aĩo oĩa perferentẽ, & nullis malis, nullis calamitatibus perturbatũ. Iesus aũt etiã hoc in loco miraculum facit, simul eruditẽs nos, quòd in persecutores nostros beneficos nos esse oportet. Et cũ suã obtegeret potestatẽ, seruo illi aurẽ restituit. Petro aũt dixit, quòd qui gladiũ accipiunt, in gladio peribunt: & ei ut in lauando minatus est, ut eius conatũ retunderet. Et seruì nomen meminit euangelista, quoniã magna res erat, non tantũ quòd eũ curauerit: sed cũ paulò pòst esset ab eo alapã accepturus, hinc ad persecutiones tolerãdas uoluit discipulos erudire. Atqui ẽt propter ea nomen posuit euangelista, ut legẽtes tũc possent diligentius inquirere, an ita se res habuisset: nec simpliciter dexterã auriculã dicit, sed mihi uidetur apostoli impetũ uelle ostendere, quòd ferè in ipsum ca-

put irruit. Iesus aũt nõ minis tantũ Petrũ cohibet, sed & alios sedat, inquiẽs: *Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum?* Ostendens non illorũ potẽtiæ id adscribendũ, sed permissioni suæ: ac ẽt quòd nõ esset deo contrarius, sed obediret patri usq; ad mortẽ. *Tunc comprehenderunt Iesum, & ligauerunt, & adduxerunt eum ad Annam primum.* Quare ad Annã? Vt rẽ ostentarẽt, & tanq̃ triumphũ ducerent. *Erat aũt Annas socer Caiaphæ, qui erat pontifex anni illius.* *Erat aũt Caiaphas qui consiliũ dederat Iudæis, quòd expedit unũ hominem mori pro populo.* Cur iterũ huius nos prophetiæ admonet? Vt pro salute hoc factũ demostraret, & tantam esse ueritatis excellentiam, ut & inimici eã prædixerint. Ne ergo uinculorum mẽtione auditor perturbaretur, id meminit, quoniã salus orbis terrarum eius mors esset. *Sequebatur autem Petrus, & alius discipulus.* Quis alius? Ipse q hæc scripsit. Et cur se non nominat? Cũ enim supra pectus Iesu recũberet, meritò se silentio præterijt. Sed qua gratia in hoc loco? Eadem ipsa, nã & hic quoq; se laudat, quòd alijs difficilioribus, ipse sequeretur, ideo & suũ nomen silet, & Petrum sibi præponit, & sui meminisse tamẽ coactus est, ut intelligas eam cæteris diligentius, quę in aula principis facta sunt, enarrare, utpote q aderat. Et animaduerte quo proprię laudi demit. Nequis.n. diceret, quo omnibus ausugientibus ipse ingressus est? causam affert, quòd esset notus pontifici, nequis se secutum admiraretur, néue id ei fortitudini adscriberet. Illud mirandũ quòd Petrus tam timidus, usq; ad aulam solus uenerit. Quòd enim eousq; uenerit, amoris: quòd nõ ingrederetur, timoris erat indiciũ: ideo hæc scripsit euangelista, præoccupans negationis excusationem. Neq;.n. tanq̃ rem magnã ait se non tum pontifici, sed cũ solum se cum Iesu uenisse dixisset, ne putares animi magnitudine factũ, causam assert. Quod aũt & Petrus ex illius fauore ingressus esset, ex sequẽtibus ostendit. Cũ enim exijt, & cũ ostiaria egit, ut introduceretur, statim intrauit Petrus. Cur autem ipse non introduxit? Christũ spectabat, & sequebatur, ideo iussit mulieri, ut eum introduceret. Quid mulier? *Nunquid & tu ex discipulis es hominis huius? Dicit ille: Non sum.* Quid dicis Petre? Nõne dudum dixeras, si oportuisset animã pro eo ponere, te positurum? Quid ergo? Ne ostiariam quidẽ rogantẽ perferre potes? Num miles, num aliquis eorũ qui Iesum cœperant te rogabat? Vilis erat ostiaria & abiecta, neq; asperè percontata. Nõ dixit, deceptoris & perditi illius discipulus es, sed hominis huius, tanq̃ eius misereretur. Sed nihil horũ pertulit. Dixit aũt, Nunquid & tu? quia Ioannes aderat, adeò benignè locuta est mulier. Sed nihil horum ităelligebat Petrus, neq; rem aduertit, quòd primò, quòd secũdo, quòd tertiò negaret, nisi cũ gallus cantauit. Neque hoc aduertisset, nisi se Christus conspexisset. Et ipse quidẽ calefaciebat se cũ seruis principis. Iesus intus ligatus tenebatur. Hæc aũt dicimus, non in Petri accusationem, sed ad ostẽdendũ Christũ uera prædixisse. *Princeps autẽ interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina.* Omalitiam: cũ frequenter in templo loquentẽ, & palã docentem audisset, hoc percontatur. Cum nullum haberent crimen quod obiicerẽt, de discipulis rogabat, fortasse ubi essent, & qua gratia eos elegisset, & quid uellet, & in quibus his utì: hoc dicebat quasi sedítionis, & nouitatis eũ arguẽs, & quòd nemo alius ipsi crederet præter illos, & tanq̃ quoddam esset ma-

G litiæ instrumentum: quod arguens Christus inquit, *Ego palàm locutus sum mundo*, nihil priuatim discipulis. *Ego semper docui in templo.* Quid ergo? nihilne secretò discipulis dixit? Dixit sanè, sed nō quod illi arbitrabā tur, qđ timeret, & seditiones strueret: sed cū aliquando altiora, q̄ quæ multitudo capere posset loquebatur. *Quid me interrogas? interroga qui audierunt.* Nō arrogāter respōdet, sed fretus ueritate, qđ in principio
Sup.8.b dicebat: Si ego testimoniū perhibeo de meipso, testimonium meū est uerū: idem & hoc in loco, ex abūdantia suū uult testimoniū cōfirmare. Nam cū de discipulis princeps percōtaretur, ait: Me de meis rogas? roga inimicos, insidiatores, qui me ligarunt ut testificentur. Id.n. ueritatis maximū est argumētum, cùm quis inimicos in testimonium adducit. Princeps aūt cū ita quærendū esset, nō quæsiuit: *sed unus ex astantibus ministris dedit ei alapam.* Quid hoc impudentius? Exhorrescat cœlū, contremiscat terra de Christi patientia, & seruorū impudentia. Et quidnam dixerat? Neq; ut se excusando ait, Quid me interrogas? sed ut oēm impudentię materiā tolleret: & cùm percussus
H esset, & oia sternere, & delere in sua haberet potestate, loquitur quæ oēm feritatem placare facilè potuissent. *Si malè locutus sum*, inquit, *testimonium perhibe de malo.* hoc est, Si me uerbo reprehēdere potes, ostende: *sin minus, cur me cædis?* Vides iudicū tumultus, & perturbationis & cōfusionis plenum? Rogauit princeps subdolè & dolosè, respondit Iesus ut oportuit. Quid dicendū erat, uel cōfutare, uel acquiescere? sed neutrū facit. Verū seruus eum cædit, hoc nō iudiciū est, sed uiolentia. Inde neq; sic quicquā habentes qđ accusarēt, mittunt eū ligatū ad Caiaphā. *Erat autem Petrus stans & calefaciens se.* Papæ, quo sopore calor ille uehemēs Petri cōtabuerat capto Iesu? Neq; post tot mouetur, sed adhuc se calefacit, ut itelligas q̄ im becilla sit humana natura, cū nos deus deserit. Et rogatus iterū negat. *Tunc cognatus serui illius, cuius Petrus auriculam abscīderat*, ea remotus ait: *Nōne ego te uidi in horto?* Neq; hortus, neq; immensus amor, quē Iesus illic ostenderat, uerborū eius Petrum admonuit, sed omnia formidine exciderunt. Sed cur euāgelistę oēs in hoc cōcordarunt? Nō ut discipulū accusarent, sed
I erudirent quantū mali sit non oia deo committere, sed sibiipsi cōfidere. Tu aūt admirare magistri curā, & diligentiā, quòd & captus, & ligatus discipulo cōsulit, intuitu suo iacentem excitans, & ad lachrymas mouens. *Ducunt ergo Iesum à Caiapha ad Pilatum.* Factum aūt hoc est, ut iudicū multitudo uel inuitis ueritatem extorqueret. *Erat aūt manè* antequam gallus cantaret, ad Caiaphā ducitur, inde ad Pilatum. Quibus uerbis ostēdit euangelista à media nocte ad mane à Caiapha interrogatū, nihil respondisse. Ideo misit eū ad Pilatum, sed illa alijs dimittens, ipse q̄ secuta sunt enarrat. Tu aūt Iudæorū stultitiam cōsidera, q̄ innocentē armati comprehenderunt. *Non tamen ingrediuntur prætorium ne contaminarentur.* Et quę nam
Mat.23.c & Lucæ 11.f quæso contaminatio ingredi prætorium, ubi iniusti pœnas dant? Decimantes mentā & anethum: at cū iniustè interficiunt, cōtaminari se nō existimant, sed cū ad prętoriū ueniunt. Sed cur ipsi nō interemerūt? Multū de eorū imperio iam ademptū erat à Romanis: præterea timebant ne à Pilato accusati, pœnas postmodū darent. Sed quid significat, ut manducarent Pascha? Atqui Iesus iam id fecerat una die azymorū: Siue ergo totum Pascha appellat solēnitatē, siue quod tunc faciebant. Christus aūt pridie cædē K
suam in parasceue reseruās, quando antiquitus celebratum erat, ipsi aūt armati, qđ non licebat, sunden tes sanguinē, locū cauent, Pilatū aduocant: *qui egressus ait, Quā accusationē affertis aduersus hominem hunc?* Vides mutationē principatus eorū, & inuidiæ? Cū. n. & ligatum, & tāta caterua ad se adductū uideret, nō tamen manifestæ putauit accusationis indicium, sed interrogat, absurdū ratus, iudicium eos præsumere, supplicium sibi permitti. Illi aūt, *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* O dementiam, qd non adducitis in mediū quid fecerit, sed obtegitis? Quid non arguitis eū? Ecce quòd ubiq; iustam prædicātes accusationem, nihil tandē afferunt. Annas de doctrina percontatus est, quo audito misit ad Caipham, & ipse deinde ad Pilatū. Pilatus ait, Quam accusatio nem affertis contra hunc? Neq; habent quid respon deant, sed coniectura quadā utuntur. Tum Pilatus: *Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eū.* *Dixerunt Iudæi: Nobis non licet interficere quenquā. Hoc dixerunt, ut sermo Iesu impleretur: quem dixit, significans qua morte esset moriturus,* Et qūo hoc significabant? L
Nō licet nobis interficere quenquā: aut dicit euangelista, quoniā non pro Iudæis tantū, sed & pro gentibus erat moriturus: uel quòd crucifigere eis non licebat. Quòd si dicunt non licere interimere, eo tpe intelligendum est: nā quòd interemerunt & alia morte, argumento est Stephanus lapidatus, sed crucifige re eum desiderabant, ut mortis genus iactarent. Pilatus aūt ad euitandū molestiā, breuib? Iesum interrogat: *Tu es rex Iudæorum?* Respondit Iesus: *A te metipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?* Cur hoc iterogat Christus? Vt prauum Iudęorum animum detegeret. Audierat. n. hoc à multis Pilatus: nā cū illi nihil accusare possent, ne longa fieret discussio, quòd semp in primis accusabatur, id nunc Pilatus percontatur. Nā cū dixisset Iudæis, Secundum legē uestram iudicate eum: ut ostenderent nō esse in Iudæos tantū peccatū, non licere sibi dicunt. Non. n. legi nostræ, sed cōi crimini obnoxius est: quod intelligens Pilatus, ut experiretur, rogat, Tu es rex Iudæorū? Non ergo quod nescīret Christus iterrogat, sed ut ipse Pilatus Iudęos accusaret, alij dixerūt tibi? Quod Pilatus indicās ait: M
Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pōtifices tui tradiderunt te mihi, quid fecisti? Hic se excusare uoluit, inde cū dixisset, tu es rex? arguens eū Iesus, hoc (inquit) audisti à Iudæis? Qua gratia non diligenter rem ipsam inquiris? Dixerunt me malorū authorē, percontare quid mali fecerim: sed hoc non facis, simpliciter causas struis. *A teipso hoc dicis, an aliunde?* Quo audito Pilatus, quid statim respondeat ignarus. Tradiderunt te mihi, inquit, oportet ut te quid feceris interrogē. Tum Iesus, *Regnum meum non est de hoc mundo.* Erigit Pilatum, ut non multū ad eorum comparationē malum: & uult ostendere se non purum hominem, sed deum & dei filium esse, inquiens: *Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, ut non traderer Iudæis.* Quod ut Pilatus intuebatur, tollit tyrannidis uidelicet suspicionem. An nō est mundi huius Christi regnum? Quidni? quomodo inquit non esse? Non quòd hoc etiam non possideat, sed quòd in cœlo habeat imperium, non humanum, se longè maius atque præstantius: quod si ita est, quomodo captus est sponte se tradens? Quod non tacet, sed si ex hoc mundo essem, inquit, ministri mei

A mei decertarent, ut nō traderer. Ostendit in hoc loco regni nostri imbecillitatē, qđ in seruis habeat potestate: supernū autem regnū sibiipsi sufficiens est, & nullius indiget. Hinc hæretici ansam inueniūt alie
Sup.1.a nū eū ab opifice esse. Quid ergo cū dicit, In propria
Ibid.17.c uenit? quid cū, Non sunt de mundo, sicut ego non sum de hoc mūdo? Sic & regnū suum dicit hunc nō esse, nō quòd mundū prouidetia, ac protectione sua priuet: sed, ut dixi, neq; humanū, neq; caducū esse de monstret. Quid ergo Pilatus? *Ergo rex es tu?* Respondit Iesus: *Tu dicis, quia rex sum. Ego in hoc natus sum.* Si ergo rex nat⁹ est, & alia oia nata sunt, & nihil habet
Sup.5.d qđ acceperit: itaq; cū audis, Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitā habere, nihil aliud quā generationē arbitreris, & in aliis similiter. *Et ad hoc ueni ut testimoniū perhibeā ueritati.* hoc est, ut hoc ipsum dicā, faciā, & persuadeam omnibus. Tu autē homo hæc audiens, & uidens dominū tuū ligatum & circuntractū, noli psentia quicquā reputare. Nō-
B ne perabsurdū & indignū est, si Christus propter te ea sustinuit, tu ne uerba quidē sæpenumero perpeti posis? Ille insputus est, tu te uestibus ornas & annulis: & si nō apud homines laudaris, miseram te uitā uiuere arbitraris. Christus opprobriis & maledictis afficitur, ad derisum alapis cæditur: tu ab oībus laudē captas, & non fers opprobria Christi. Nōne audis
1.Co.11.a Paulū dicētē, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi? Si quis te maledictis prosequitur, recordare domini tui quem ad derisum adorabant, & uerbis & re distrahebant, & irridebant: ipse uerò nō modò nō ultus est, sed beneficijs, & summa humanitate & clemētia affecit. Hunc nos imitemur, ita poterimus oi ignominia liberari. Non. n. qui iniuriatur, sed qui patuo aio iniurijs dolet, is iniurias cōfirmat, & irritat iniuriantē. Si nō ægrè eas ferres, non afficereris iniuria. Nō. n. ab inferētibus, sed ab accipientibus fit ut graues sint. Quid tandem doles, si iniuria te offendit? tantò minus tibi dolendū est. immo illi magis misereri oporteret: sin iure, tantò æquiori aio tolerādū. Quemadmodū. n. si quis te pauperem, ut diuitē appellaret, laudaret q̄, nihil ad te illę laudes, sed potius in risum uerterētur: ita si quis falsò calumniaretur, ni
C hil id ad te. Quòd si te cōscientia reprehendit, nulla uerba perturbet, sed uitā emēda, hoc in ueris reprehēsionib⁹ dico. Cū aūt paupertatē quispiā aut ignobilitatē arguet, eū ridendū ducas: nō enim dedecori est audienti, sed dicenti, utpote sapientiam ignorāti: sed cū huiusmodi in multitudine ignorātiū uerita tem dicunt, intolerabile uulnus efficitur: immo hoc maximè ferendū, cū tibi testis sit spectaculum laudātium te, atq; accipientium, illis lædentibus & exprobrantibus. Non enim qui ulciscitur, sed qui nihil respōdet admirationi est apud sapientes. Quòd si psentes stulti sunt, propterea maximè eos rideas, & theatro cœlesti cōgratulare: illic. n. omnes te laudabunt, tibi plaudent, te accipient. Siquidem unus angelus toti mūdo cōferri potest. Et quid angelos dico, quādo ipse te dominus laudabit? His cogitationib⁹ nos exerceamus: neq; n. crimini dādū est, siquis lædatur
Mat.5.f siler: sed cōtrà, si ulciscitur. Nā si crimē esset, nō utiq; dixisset Christus: Siquis percusserit te i dexterā maxilā, pbe illi & alteram. At si falsa qs dixerit, ei misereamur, quòd sibi accusatiuū supplicium adstruit, neq;
Psa.49.c scripturas legere dignus est. Peccatori. n. inquit deus ut qd tu enarras iustificationes meas? Sedes contra fratrē tuū calūniaris. Sin uera dixerit, ēt sic miserabi- D
lis est. Nā & Pharisęus uera locutus, nihil tamē offen Luc.18.b dit malè audiētē, sed ei profuit: se bonis priuauit, sibi his maledictis naufragiū intulit. Itaq; utriq; ille est q offendit tu aūt si æquo aio perferes, duplici ratione lucraris, & qa tibi silētio, & modestia deū propitiū reddis, & materiam accipis, ut ex uerbis facta emēdētur, & gloriā humanā cōtemnas. Etenim his uerbis dolor exoritur, quòd multi hominū inhiant opinioni. Sic si uoluerimus philosophari, probè intelligemus nihil res humanas esse. Discamus igitur, & uitia nostra recēsentes, ea tēpore corrigamus, & hoc mēse unū, alio aliud, & ita subsequēter meliores efficiamur: & sic tanq̄ p gradus quosdā ascēdentes, per scalā Iacob ad cœlum perueniemus. Etenim scalę il- Gen.28.c
læ mihi per illā uisionē paulatim per uirtutes ascensum significare uidētur, per quā à terra in cœlū ascēdere nobis licet, nō gradibus sensibilibus, sed morū incremento & correctione. Hoc ergo iter, hunc ascēsum aggrediamur, ut & cœlū, & cœli bona cōsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, in secula seculorū, Amen. E

Homilia. lxxxiij. ex cap. xviij.

Go in hoc natus sum: & ad hoc ueni in mundū,
e *ut testimoniū perhibeā ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocē meā.* Mirabilis res est patientia, quæ tanq̄ in tranquillo portu animū constituit, eumq; & ab aduersis uentis, & fluctibus tēpestatū liberū reddit: hanc nos Christus cū semper, tū maximè docuit cū iudicatus est, ductus huc, illuc distractus. Etenim apud Annam perquā mansuetè re Hil.fu.d
spondit, & cædenti seruo ea dixit, q̄ omnē fastū tollere potuissent, & inde ad Caiphā, demū ad Pilatum ductus, tota nocte in his cōsumpta, in oībus miram prætulit mansuetudinē, & dicentibus maleficū esse, neq; quo eum arguerent habentibus, tacuit tamen cū de regno interrogatus est, tūc locutus est ad Pilatū, erudiens eū, & ad altiora erigens. Quid aūt Pilatus illis præsentibus Iesum nō interrogat, sed ptoriū ingreditur? Magnā quādā de eo habebat opinionē, & sine alicuius tumultu omnia ab eo itelligere uolebat. Roganti aūt, Quid feciſti? nihil ad hoc respōdit Iesus, sed ad id qd ualde cupiebat Pilatus, hoc est de F
regno suo, inquiens, Regnum meū non est de hoc mundo: quali dicat, Rex sum, nō tamē qualē arbitraris, sed longè præstantior. Hinc ostēdit, nihil mali fecisse: ut ēt cū prosequitur, In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimoniū perhibeam ueritati: inde cū inquit, Omnis qui est ex ueritate, audit uocē meam. allicit eū, ut aures his adhibeat. Si quis enim uerus est, inquit, & amat ueritatē, sanè me audiet. Hoc pacto eum paucis uerbis allicit, ut petat, *Quid est ueritas?* Sed primū rei ipsi instat. Rogauit autē, quoniā tēpus id postulabat, tūc cū è Iudęorū manibus eripere cogitabat: ideo exiuit, aitq; *Ego nullā in eo inuenio causam.* Et considera quā prudenter: non dixit, si errauit, & dignus est morte, solennitati eum condonate. sed primū omnino excusat, inde ex abūdantia rogat, si nolint aliter innocentē dimittere, saltē ut nocentem tempori condonent: ideo subdidit, *Est autem consuetudo uobis, ut unū dimittam in Pascha.* Inde uerecundè, *Vultis ergo*, inquit, *dimittam uobis regem Iudæorū: Clamabāt omnes, dicētes: Nō hūc, sed Barabbam.* O mentem scelestam, similes sui petunt. Scelestum dimitti, insontem puniri iubent. Hic ēt eis anti-

Cap. XIX.

Quitus mos fuerat. Tu aũt in oibus cõsidera dominũ benignitatẽ. *Tunc flagellauit eũ Pilatus*. Fortasse ut ita sedato Iudæorum furore, inde eũ dimitteret: Cũ enim prius eum liberare uoluisset, in hoc eis satisfacere arbitratus est, si uerberaret, & q̃ tunc facta sunt in eũ, fieri permitteret: ut purpurea uestẽ circundare tur, & corona spinea eius capiti imponeretur: ideo ita coronatũ ad Iudæos eduxit, ut ea ignominia eorũ iram & furorẽ aliquãtulũ sedaret. Et q̃o milites hæc faciebãt, siquidẽ non præceperat Pilatus? Ad Iudæorũ gratiã. Neq; enim noctu à Pilato iussi cũ Iuda profecti sunt, sed pecunia à Iudæis allecti, oia audebant. At Iesus in his oibus tacebat. Tu aũt non solũ hæc uerba audias, sed in animo perpetuò serues uelim: & cũ orbis terrarũ, & angelorũ regẽ à militibus irrisum, & uerbis & re ignominia affectũ, & omnia æquo animo tolerãtẽ uideris, eũ re ipsa imitare. Cũ enim dixisset Pilatus, Regem Iudæorũ: ad deridẽdũ, ut regẽ induerũt. *Hoc pacto eduxit eũ: Pilatus*, inquies *Nullam in eo causam inuenio*. Exiuit Iesus spinis coronatus, non tamen Iudæorum ira sedata est, sed clamabant: *Crucifige, crucifige eum*. Videns Pilatus omnia frustrà tentari, *Accipite*, inquit, *eum uos, & crucifigite*. Quibus uerbis constat, ad eorũ cohibendũ furorem illa fieri permisisse. Ego, inquit, nullam in eo causam inuenio. Animaduerte quot modis iudex Iesum excusat, sed nihil canes illos mouebat: Illud.n. uerbum, Accipite & crucifigite: indignantis est, & monentis, ut ipsi rem nõ permissam patrarẽt. Ipsi duxerant eũ, ut præsidis iudicio damnaretur: contrà aũt contigit, ut potius sententia eius absolueretur: qd ueriti, *Nos legẽ habemus*, inquiunt, *& secundum legem nostram debet mori: quia filium dei se fecit*. Q̃o ergo dicente præside, Accipite eum, & secundũ legem uestrã iudicate eũ: dixerunt sibi non licere quenquam interficere, nunc legem afferunt, quòd mori debeat? Et cõsidera accusationẽ, Filiũ dei se fecit: hoc crimini dandũ est? Dic q̃so, quid mirũ, ut qui dei opa facit, si se dei filium nuncupet? Quid Christus, *Nihil re*
Esa.35.c *spondet*, implens propheticũ illud, quòd nõ aperuit os suum. In humilitate sua iudiciũ ei⁹ ablatũ est. Tũ Pilatus, cũ audiret quòd se de filiũ faceret: ne id ue-
I rum esset, & contra legem facere putaretur, formidauit. Iudæi cũ id re & uerbis intelligerẽt, nõ sunt perterriti, sed interimunt quẽ adorare debuissent. Ideo Pilatus trepidus, aliis omissis, an esset Christus interrogat, cui Iesus non respõdit. Nã cũ audisset, In hoc natus sum, & ad hoc ueni, & regnũ meũ non est de hoc mundo: & propterea eum absoluere debuisset, obtẽperauit tamẽ furori Iudæorũ, qui cũ nihil amplius qd criminarentur haberent, ad publicũ crimen confugiunt, dicentes: *Omnis qui se regẽ facit, contradicit Cæsari*. Inquirendũ igitur diligenter, an tyrannidẽ affectaret & regno Cæsarẽ depellere tẽtaret: sed non inuestigat diligenter, ideo nihil ei respõdet, cũ sciret frustrà omnia. Prẽterea rebus testimoniũ perhibẽtibus, noluit uerbis cõuincere, neq; excusationẽ adducere, ostendẽs spontẽ ad hoc uenisse. Cũ taceret, inquit Pilatus: *Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te*? Vides q̃o seipsum condemnauit? Si in tua potestate est, quare insontẽ non dimittis? Cum ergo contra se sententiam tulisset, inquit Iesus: *Qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet*. Indicans ipsum quoq; reũ esse criminis. Et ut tumorem eius deprimeret, *Non haberes potestatem, nisi tibi datũ esset desuper*. Ex quo significat, nõ simpliciter, & ut res plurimũ solent, sed my K
sticè euenisse. Sed ne ea particula, Nisi esset tibi datum desuper: nullo ipsi crimini adscribẽdũ duceres, ideo inquit, Maius peccatũ habet, qui tradidit me tibi. Atqui si datum erat, neq; hic, neq; illi rei erant criminis: frustrà hæc dicis. Hoc uerbũ, Datũ: in hoc loco permissiuũ est quasi diceret, permisit hæc fieri, nõ tamẽ propterea uos nõ accusandi. Perterruit eũ uerbis, & manifestam attulit excusationẽ. *Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Iudæi autẽ clamabãt: Si hũc dimittis, nõ es amicus Cæsaris*. Cũ.n. à sua lege crimina non proficerent, malignè externũ adducunt, dicentes: Omnis enim qui se regem facit, cõtradicit Cæsari. Et quod tyrannidis argumentũ? Vnde hoc potest ostendi? A purpura, à diademate, ab ornatu, à satellitibus? Nõne solus semp cũ duodecim discipulis ambulabãt, & uilibus utebatur cibis, uestibus, domo? Sed ô impudẽtiã, ô intẽpestiuã formidinẽ. Pilatus. n. iã periclitari arbitratus, si id negligeret, egreditur ut rem inquirat. Hoc.n. significat, cũ sedisse dicit, & nulla habita quæstione, tradidit eũ: se eis persuadere existimans, quod apparet, cũ inquit: *Ecce rex uester. Et*
H *cũ illi dixissent, Crucifige eum: iterum ait, Regẽ uestrum* L
crucifigã? Respõderunt pontifices: Nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Sponte se reos profesi sunt, ideo & deus tradidit, quando ipsi primi prouidẽtia, & protectione ipsius se subtraxerunt: & cũ uno ore regnũ abnegassent, permisit suis ipsorũ sentẽtiis eos decidere. Atqui ea uerba omnẽ iram sedare iam debuissent, sed timuerunt, ne dimissus iterũ plebẽ alliceret: qd ne eueniret, omnia conabantur. Graue.n. quiddã est ambitio, graue inquã, & quæ animam perdere ualeat, cuius gratia nunquã audiebant. Pilatus quidẽ solo uerbo uoluit eũ dimittere, hi perstant dicẽtes? Crucifige. Et cur tantopere hanc eius mortẽ affectabant? Quia ignominiosa erat: ueriti ergo ne eius postmodũ memoria seruaretur, hãc mortẽ elegerunt, nescij quòd cũ impeditur, magis apparet ueritas. Nã quòd hoc formidarẽt, audi quid dicãt: Nos audiuimus, qa seductor ille dixit, post tres dies resurgã. Idcirco omnibus modis admitebantur, ut posteris esset abominabilis. Et idẽtidẽ clamabant, Crucifige. Erat turba incõposita, & à principib⁹ corrupta. Nos aũt nõ modò hæc legamus, sed animo recõdamus: hoc est, co M
ronã spineã, uestimentũ, arundinẽ, alapas, sputa, irrisiones, q̃ frequẽter mẽte repetita satis oẽm irã sedare poterunt: etsi ludibrio erimus, siquid iniustè patiemur, frequenter dicamus, Nõ est seruus maior⁹ do *Sup.13.b*
mino suo: & allatrãtiũ Iudæorũ uerba nobis subeãt, cũ dixerũt, Dæmoniũ habes, & Samaritanus es, & in Beelzebub principe dæmoniorũ eiicis dæmonia. Et *Ibidẽ.8.f*
ideo hæc omnia pertulit, ut eius uestigia imitemur, *Mat.12.*
& maledicta perferamus, quæ ipse grauissima nõ so *et Lu.11.*
lũ pertulit, sed omnia fecit, ut ipsos illatores saluos *b*
faceret, & ad eorũ salutẽ apostolos misit. Audis eos dicẽtes: Scimus, ignorãter fecistis: ut ad pniam addu *Actor.3.c*
cerẽt: hæc nos imitemur. nihil.n. adeò deũ placat, ut inimicorũ dilectio, & cura eis benefaciendi, Cũ quis te persequitur, non ipsum, sed dæmonẽ instigantem cõsidera, & aduersus illum irã seda, & miserere quòd ita à diabolo irritetur, à quo sibi mendacium oritur multòmagis & iniusta ira. Non sunt Christianorum maledicta: nã qui flere iubetur, & q audit: Vę uobis q ridetis: inde maledicit, insectatur, furit: nõ ipse cõ- *Luc.6.d*
trà maledictis, sed lachrymis prosequẽdus est. Nã &

A Christus Iudę misertus est, qui nobis re ipsa in oibus imitandus est: qd nisi fecerimus, frustrà nati sumus, uel ad malum potius. Neq; n. fides sufficiens est ad
Ibi.12.f. Sup.15.d regnũ consequendum, sed magis perperàm uiuẽtes cõdemnabit. Qui.n. nouit uoluntatem domini sui, & non facit, multùm uapulabit. Et iterũ: Si nõ uenissem, inquit, & locutus eis nõ fuissem, peccatũ nõ haberent. Quã ergo habebimus excusationẽ, cùm penetralia ingredi dignati recusauerimus, & communicantes mysteria gentilibus eorũ ignaris peiores inueniamur? Si illi ob inanem gloriã, tantam præ se tulerunt sapientiã: longè magis nos decet, ut deo placeamus, uirtutibus inuigilare. Illi nonnunquã suam contempserunt animã, & filios dæmonum insania bellis deuouerunt: nos neque pecuniam pp Christum cõtemnimus, non irã ponimus, sed inflamur, & febricitantiũ more incendimur. Et quemadmodũ illi morbo uexati, ita & nos affectu distracti, irã, auaritiã, reliquas cupiditates sistere, nunq̃ possumus. Ideo erubesco simul atque obstupesco, cùm multos gentiliũ
B pecuniarũ conteptores, nos insanientes uideã. Quòd siqui ẽt nostrorũ eas contemnunt, aliis affectibus, furore uidelicet, & inuidia cõsumuntur. Difficile sanè est uerã sapientiam inuenire. Qua nam gratia? Remedia scripturarũ negligimus, neque cum contritione, fletu & planctu eis attẽdimus: sed simpliciter & incõsideratè, siquãdo ad legendũ adducimur: propterea cùm graue secularium rerum onus incumbit, oĩa inundat, & siquid profecimus, aufert. Neque.n. siquis uulnus acceperit, & medicinã imposuerit, nõ diligenter alligabit, sed decidere permittet: neq; aquã, pulue rem, & alia uulneri cõtraria non cauebit, ne grauius malũ sequatur: nõ medicinæ, sed propriè desidię culpa hoc nobis accidere solet, cũ diuinis sermonibus parũ, secularibus semper attẽdimus: ita semen omne suffocatur, fructus nullus prouenit. Qd ne accidat, in cœlũ paululũ suspiciamus, mortuorũ monumẽta & tumulos cõsideremus, & nos eundẽ exitum manere, eandẽ migrandi necessitatẽ, nonnunq̃ ante uesperũ imminere, in mẽtem ueniat. Præparemur ergo huic profectioni. Multò nobis uiatico opus est, nam & multus labor, multus æstus, magna solicitudo pa
C grãda est. Nullũ est diuersoriũ, neque forũ ubi nobis
Mat.25.a Luc.16.g Exe.14.e necessaria comparare possimus, nisi hinc oĩa nobiscum auferamus. Audi qd dicant uirgines, Ite ad uendentes: & eũtes, nõ inuenerũt. Audi Abrahã: Chaos est inter nos & uos. Audi Ezechielẽ de die illo: Noe, Daniel, & Iob filios suos nõ liberabũt. Sed hęc utinã nos nõ audiamus uerba: sed accipiẽtes hinc quę ad ęternã uitã nobis sufficiant uiatica, cũ fiducia uideamus dominũ nostrũ Iesum Xpm, cum quo patri, simul & spiritui sctõ sit gloria, i secula seculorũ, Amẽ.

Homilia.lxxxiiii.ex cap.xix.

Vnc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Susceperunt autẽ Iesum, & eduxerunt, & baiulãs
t *sibi crucẽ, exiuit in eũ qui dicitur Caluariæ locus.*

Eœlicitates facilè iprouidos deiicere & prosternere assolẽt: ita & Iudæi à principio, diuino freti auxilio le
Nu.11.b. gem regni gentiũ quærebant, & in eremo post manna ceparũ recordabantur: itidẽ & hìc, Christi regnũ recusantes, Cæsaris implorabant, ideo in regẽ secundum sententiã suam inciderunt. Quod cùm audisset Pilatus. tradidit eũ ut crucifigeretur, & quã iniustissimè. Erat enim inuestigandũ, an regnũ affectasset, sed solo meru tulit sententiã: quod ne cõmitteret, Chris-
D tus eũ admonuerat. inquiens: Regnũ meum nõ est de hoc mundo, sed præsentibus omnino addictus, *Sup.18.g*
nihil magnũ sapere uoluit, quanuis uxoris somniũ eũ perterrere debuisset: sed nullo horũ factus est me *Mat.27.b*
lior. Neq; cœlũ suspexit, sed tradidit eum. Et ei crucẽ tanquã reo imposuerunt, lignum delegerunt, neq; figurã considerarunt. Etenim Isaac ligna portauit, sed *Gene.22.*
tunc in patris uolũtate tantũ constitit. Figura enim *b.*
erat, nũcres secuta est, quia ueritas. Et exiuit in eũ, q dicitur Caluarię locus. Vbi quidã dicũt Adã & mortuũ, & sepultũ esse: & Iesum ubi mors dominata est, ibidẽ tropheum erexisse, hoc est crucem, quam tulit contra mortis tyrannidẽ. Et quemadmodũ uictores, ita Iesus uictoriæ signa humeris tulit. Quid.n. si id alio animo fecerunt Iudæi? Crucifigunt autẽ eum cum latronibus. Inuiti etiã in hoc prophetiã implebãtes. Quæ.n. illi ad ignominiam faciebant, his ueritas implebatur, ut intelligas quanta eorũ uis. Hoc nan-
que antiquitus propheta prædixerat, Quòd cũ iniq⁹ *Esa.53.d*
reputatus est. Voluit dæmon rẽ ipsam obtegere, no tamẽ ualuit. Crucifixi sunt tres, claruit unus Iesus: ut
E intelligas eius uirtute oĩa prouenisse, atq; tribus crucifixis miracula patuerunt: nemo tamẽ ullũ alteri latronũ attribuit, sed soli Iesu: ita diaboli insidiæ irritæ factæ sunt, & in eius caput oĩmodo irruerũt, nam ex duobus unus saluus factus est. Non solũ igitur crucifixi gloriã non offendit, sed non parum auxit: neq; enim minus fuit in cruce latronẽ conuerti, & paradisum intrare, quàm petras collidi. *Scripsit autem & titulum Pilatus*, cùm ut Iudæos ulciscĕretur, tũ ut Xpm excusaret. Nã cùm tanquam prauum tradidissent, & sententiã hanc latronũ societate cõfirmare uellent, nequis iam turpẽ mortis notam inurere, & tanquã malum, & perditũ eum accusare posset, ut calumniãtium os obstrueret, in regẽ suum insurrexisse denunciat, & tanquã trophæo cuipiã literas insculpsit, clara uoce & uictoriã & regnũ profitentes, quanuis nõ perfectè. Neq; hoc una lingua, sed tribus demonstra uit. Cùm enim credibile esset multas ad festũ nationes conuenisse, neqs excusationẽ ignoraret, linguis omnibus Iudæorũ immanitas notata est. Hoc autẽ ægrè ferebant Iudæi. Atq quid hoc uobis nocebat? Nihil. Nã si mortalis erat & imbecillis, & moriturus, F
qd scripturã timuistis, quòd esset rex Iudæorũ? Et qd dicunt, ut scriberet, Quia ipse dixit? eius fuisset temeritati & iactantiæ adscribendũ. Non tamẽ Pilatus mutatus est, sed perstitit in sententia. Non parua in hoc dispensatio, sed hinc pendet. Cùm.n. postmodũ defossum esset lignũ crucis, nulla de eo cura susceptа, cũ & fideles timerent, & aliis uacarẽt, cõtigit ut diu pòst perquireretur: & cũ tres cruces inuentæ essent, par est, & qa media erat & pp titulum domini crucẽ agnitã: nam latronum cruces titulum nõ habebant. *Milites autem diuiserunt Iesu uestimenta, sed nõ tunicam*. Ecce q̃o semp malẽ faciendo prophetias implent. Nã & hoc prædictum fuerat. Atqui tres erant crucifixi, sed prophetiæ in Iesu implebantur. Quare.n. non idem in aliis fecerant? Tu autẽ prophetiæ certitudinem considera, non.n. quòd partiti sint tantùm, sed quòd nõ sint partiti, prædixit. Nã uestimenta partiti *Psal.21.c*
sunt, non aũt tunicam, sed sortem super ea iecerunt, Quod autẽ dicit, *Desuper contextam*, non simpliciter ponitur, sed alij allegoriã id significare dicunt, quòd nõ simpliciter hõ esset crucifixus, sed desup habuerit diuinitatẽ. Alij dicunt per illud genus uestis euan-

G geliſtam hiſtoriã narrare: nam in Palæſtina ex duobus pannis ueſtes contexunt, qđ ſignificans Ioãnes, inqt, Deſuper cõtextam. Quod mihi dicere uidetur, ut teſtimentorũ utilitatem oſtenderet: nam quemadmodũ in aliis omnibus, ita in habitu uilem ſpeciẽ præferebat, & milites hæc faciebant. Ipſe autẽ crucifixus matrẽ ſuam diſcipulo commẽdat: erudiens nos ad ultimũ uſque ſpiritum parentũ curam habẽdam.

Supr.2.a Cùm intẽpeſtiuẽ ab ea appellatus eſt, inqt, Quid mi
Mat.12.d hi & tibi mulier? Et alibi: Quæ eſt mater mea? Hic im menſam charitatẽ oſtendit, & commendat eam diſcipulo, quẽ diligebat. Iterum nomẽ ſuum modeſtẽ ſubticet Ioannes: nam ſi ſe iactare uoluiſſet, quãobrẽ diligeretur, expoſuiſſet. Credibile.n.eſt magnam eſſe & admirandam. Qua autẽ gratia nihil aliud dicit Ioanni, neq; eum conſolatur? Quòd intempeſtiuum erat, præterea nõ paruo eũ honore his uerbis afficiebat, neq; paruũ præſentiæ ſuę præmiũ capiebat. Tu autẽ conſidera quomodo crucifixus omnia ſine aliqua perturbatione tranſegit, diſcipulo matrẽ cõmẽdauit, prophetias impleuit, latroni ſpem bonã dedit.

H Atqui anteq; crucifigeretur, ſudauit, perturbatus eſt, timuit. Quid hoc ſibi uult? Nihil dubij, nihil non manifeſtum: illic.n. naturæ imbecillitas, hic poteſtas demonſtrata eſt. Præterea his nos duobus admonet, ut licèt antè malis pturbemur, nõ tamẽ abſtinendũ eſt, quin ea ſubeamus: & cũ in certamẽ deſcẽdimus, oia facilia & leuia putanda ſunt: nolimus ergo mortem formidare. Inſitus eſt animæ naturaliter uiuẽdi amor, ſed in nobis eſt, uel hoc uinculũ ſoluere, & eã minuere cupiditatẽ, uel ligare, & uehementiorem efficere: quemadmodum.n.nobis deſideriũ ineſt coitus, cũ autẽ philoſophamur his cohibemus: ita & in uita accidit. Nã ſicut ad ſeruandam prolis ſucceſsionem, deus procreandi cupiditatẽ hominibus ídidit, non tamen prohibens altiorẽ continentiæ uiam: ita & uitæ nobis inſeuit deſideriũ, prohibens nequis ſe interimat, non impediens tamen ut præſentẽ uitam cõtemnat. Hæc conſiderantibus modus ſeruandus eſt, ne ſpontè quis ſibi mortẽ conſciſcat, etiã ſi innu
1 meris uexetur calamitatibus: neq; cũ deo placuerit eã fugiat & reformidet, ſed præſenti aio ſubeat, & futurã uitã huic præferat. *Stabant autẽ mulieres iuxta crucem*. Et imbecillior ſexus tunc fortior apparuit, ita oia reformauit. Ipſe matrem commendans inquit: *Ecce filius tuus*. O honorem quem diſcipulo tribuit. Cũ enim iam abiret, matris curã diſcipulo reliquit: nam cũ par eſſet, utpote matrẽ dolere & protectionem quærere, merito dilecto commẽdat, cui etiã inquit, *Ecce mater tua*. Hoc dixit, ut dilectione deuincerentur, quo cognito, diſcipulus eam ſecum adduxit. Sed cur nõ alius cuiuſpiam mulieris meminit cũ adeſſent? admonens quiddã amplius matribus tribuẽdum. Vt.n.cùm ſpiritalia impediunt, parentes ne cognoſcendi quidẽ ſunt: ita cũ nihil impediunt, meritò omnia his ſunt tribuenda, & omnibus præferendi: quia genuerunt, qđ educarunt, quod innumeras pro ipſis moleſtias ſubierũt. ita Marcionis reprimitur impudentia. Nam ſi non eſſet ſecundũ carnẽ natus, neque matrẽ habuiſſet, quam tantopere curaret. *Poſteà ſciens Ieſus, quia iam omnia conſummata ſunt*, hoc eſt, q diſpẽſata erãt, ubiq; demõſtrare adnititur nouã hãc mortẽ fuiſſe: ſiquidẽ in poteſtate morientis erat, ne priuſquã ipſe uellet, & omnia impleta eſſent, morere
Sup.10.d tur: ideo dicebat, Poteſtatẽ habeo ponendi animam meam, & poteſtatẽ habeo iterum ſumẽdi eã. Sciens ergo omnia conſummata, ait: Sitio. Etiam hoc uerbo prophetiã implens. Tu autẽ adſtantium prauitatem intellige, nam licèt innumeros habeamus inimicos, qui nos grauiſsimè perſecuti ſint, cũ tamẽ interimi eos uidemus, flectimur miſericordia: hi uerò nil moti, magis efferantur, & irrident, acetumq; in ſpongia porrigunt, ut bibat tanq; reus: nam pp hoc hyſſopum additur: quo guſtato mortuus eſt. Vides q nõ perturbatè, & quàm potenter oia tranſigentem? qđ & proſequens, oſtendit: *Cũ omnia cõſummata eſſent, inclinato capite*, quod affixũ non erat, *tradidit ſpiritum*, hoc eſt, expirauit. Atqui non poſt inclinatũ caput expiratur, ſed poſt expirationẽ caput inclinatur: hic autem contrà accidit, per quod oſtendit eũ euãgeliſta
Mat.27.c eſſe omniũ dominum. Iudæi autem camelum deuorantes, & culicẽ excolãtes, tãtum nephas auſi de die conſultant. *Quoniã paraſceue erat, ut non remanerent in cruce corpora ſabbato, rogauerunt Pilatũ, ut frangerentur eorũ crura*. Vides quanti ſit ueritas? Per ea q̃ illi faciũt, prophetia impletur, alia .n. ex hoc manifeſtata eſt. *Venerunt ergo milites, & aliorum fregerunt crura*, Non L
Chriſti: ſed ad Iudæorũ gratiam conciliandam, latus eius lancea aperuerũt, & mortuo adhuc inſultant. O peſsimã uoluntatem ac ſceleſtiſsimam: noli tamẽ pturbari dilectiſsimè, q̃ enim malo illi animo patrati ſunt, ueritati cõſentiebant, prophetia hinc ipleta eſt,
Zac.12.c inquiens. Videbunt in quem transfixerunt. Neq; hoc tantùm, ſed nõ credituris fuit fidei argumentum: ut Thomæ, & qui cum eo erant. Ad hæc & arcanũ myſterium conſummatum eſt. *Exiuit enim ſanguis & aqua*. Non caſu & ſimpliciter hi fontes ſcaturierunt, quoniam ex ambobus eccleſia cõſtituta eſt. Sciunt hoc initiati: per aquam.n. regenerati, ſanguine & carne nutriti: hinc myſteria ortum habẽt, ut quoties ad admirãdum calicẽ accedis, tanq; ab ipſo latere hauriens, accedas. *Et qui uidit, teſtimonium perhibuit, et uerum eſt teſtimonium eius*. Hoc eſt, nõ aliũde audiui, ſed ipſe affui: & uerũ eſt teſtimoniũ, & meritò ſanè. Contumelias narrat, nõ magnum aliquid & admirabile, ut poſsis quicq; ſuſpicari. Hic hæreticorũ os cauet, & M
futura p̃dicit myſteria, & repoſitum theſaurum cõſiderans, ſuper his quæ euentura erãt, cõſulrat, impletur etiam & illa prophetia: *Os eius non comminuent*. Li *Exo.12.b & Num. b.*
cèt enim de Iudæorum agno hoc dictum ſit, trãſiuit tamen figura illa ad ueritatem, & multò magis propterea & prophetę meminit. Cũ.n. ſuum attuliſſet teſtimonium, & nõ uideretur fide dignũ, adducit Moſem, quod non temerè id factum eſt, ſed antiquitus p̃dictũ, quòd os eius nõ cõminuetur: & per ſe quoque prophetæ fidem facit. Hęc dixi, inqt, ut intelligatis conuenientiam inter figuram & ueritatem. Vides quantam adhibet diligentiã, ut credatur qđ turpe & ignominioſum uidebatur? Illudere.n. mortuo, q̃ ipſum crucis ſuppliciũ longè peius eſt. Veruntamẽ hęc dixi, inquit, & magna quidem diligentia, ut credatis. Nemo igitur his fidẽ nõ adhibeat, neq; pudore noſtra offendat: q̃.n. maximè ignominioſa uidentur, hæc ſunt noſtrorũ bonorũ honeſtiſsima. *Poſt hæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathia, eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu*. Nõ ex duodecim, ſed fortaſſe ex ſeptuaginta. Iã.n. putãtes ſedatã iram Iudæorũ, ad crucem liberè acceſſerũt, & funus curabãt. Accedẽs ergo ad Pilatum, corpus Ieſu rogat, & cõceſſum eſt: nam cur non debuiſſet? Iuuit autẽ ipſum & Nicodemus, & ma-

A gnificè ſepeliunt. Adhuc.n. de eo tanquàm de puro hoie opinabantur, & ea ferunt aromata, quæ maximè corpora ſeruare ſolent: quod nihil magnũ de Ieſu ipſos exiſtimare arguebat, multũ tamen amorem p̃ ſe ferũt. Sed quare null⁹ ex duodecim eò acceſsit? Nõ Ioannes, nõ Petrus, nõ alius ex primis? Neq; hoc ſilet diſcipulus: ſi Iudæorũ metu qs diceret, & hi eodem metu tenebantur: inquit.n. diſcipulum occultũ fuiſſe propter metum Iudæorum: neque dici poſſet, quòd cõtemneret, ſed timens accedebat. Ioannes autem qui affuerat, & uiderat expirantẽ, hic nõ affuit? Quid ad hoc dicendũ? Mihi uidetur nobiliſsimum fuiſſe Ioſeph, qđ ex ſepulchro conſtat, & Pilato erat notus, quare impetrauit & ſepeliuit Ieſum: nõ ut reũ, ſed magnificè ſecundũ Iudæorum conſuetudinem, tanq; magnũ aliquem, & admirabilem. Cùm.n. tempore urgerentur, nona.n. hora mortuus erat, & dũ peteret eum à Pilato, & dum lauarent, iam ueſpere aduẽtarat, quo tẽpore nihil licebat operari, in proximum monumentũ poſuerunt. Diſpenſatum eſt.n. ut in nouo monumẽto ſepeliretur, i quo nemo poſitus fuerat, nequis aliũ reſurrexiſſe arbitraretur: & ut
B diſcipuli eò facilè ſe conferre poſſent, & q̃ fierent in propinquo intuerẽtur: & ut ſepulturæ teſtes, nõ ipſi tantũ, ſed inimici eſſent. Signaculũ.n. & cuſtodes ſepulchro impoſiti ſepulturę erãt teſtimonio. Reſurrectionem autem non minus manifeſtari Xps uoluit: quare diſcipuli multũ admõnũtur oſtẽdere, quòd mortuus ſit. Reſurrectionem.n. omne futurum tempus erat confirmaturũ. Mors ſi tunc dubia fuiſſet, reſurrectionis ratio non conſtaret: neq; horum tantũ gratia propè uoluit ſepeliri, ſed ne falſò potuiſſet quiſpiã
Cap. xx. furtum inſimulare, *Vna autẽ ſabbatorum*, hoc eſt, die dominico, *Cũ adhuc tenebræ eſſẽt, Maria Magdalena uenit manè ad monumentũ, et uidit lapidẽ reuolutũ a monumento*. Surrexerat Ieſus, & lapide & ſignis ipoſitis. ſed cũ hoc manifeſtari oporteret, poſt reſurrectionem aperuit monumentũ, & ita res credita eſt. Hoc Mariã mouit, maximè nanque magiſtrum diligebat, poſtq̃ ſabbatum præteriit, ceſſare nõ potuit: ſed cũ adhuc eſſent tenebræ, à loco ſibi aliquã quærens cõſolationem, eò ſe contulit: & cũ uideret lapidem reuolutũ, neque intrauit, neq; intropexit, ſed ad diſcipulos cucurrit ex nimio deſiderio. Id.n. curabat quàm citiſsime qđ de corpore factũ eſſet intelligere, hoc & curC ſus, & uerba ſignificarũt. *Tulerunt*, inquit, *dominum meum, & neſcio ubi poſuerũt eum*. Ecce quomodo non dum quicquã de reſurrectione certũ norat, ſed eſſe ablatũ ſuſpicata eſt, & ſimpliciter oia diſcipulis nunciat. Euangeliſta aũt tanta laude mulierem nõ fraudauit, neq; ſibi dedecori arbitrat⁹ eſt, ut ab ea noctu profecta, primũ hæc intelligerent: hoc pacto ſemper eius ueritas lucet. Cũ ueniſſet Maria & id ſignificaſſet, audientes illi, ad ſepulchrũ properant, & uidẽt linteamina poſita: quod erat reſurrectionis ſignũ. Neq; enim ſiq corpus abſtuliſſent, illa reliquiſſent: neq; ſi furati eſſent, ſudariũ inuoluere, & ponere in unũ locum curaſſent, ſed ut erat corpus, abſtuliſſent: ppea prædixit Ioannes, quòd cũ multa myrrha eſſet ſepultus, quæ non minus q̃ pix corpori linteamina conglutinat. Vt cũ audieris ſudaria in ſepulchro relicta, furto abreptũ non arbitreris: non.n. fur adeò ſtultus fuiſſet, ut in ſuperfluua re tantũ laboraſſet. Quãnã gratia ſudaria dimiſit? quõ id faciendo latere potuit? Et enim diutius in eo erat immorandum, & deprehendi potuiſſet. Cur liteamina poſita erãt, & ſudariũ ſeparatim inuolutũ? ut intelligeres nõ perturbatè & feſtinãter feciſſe: ex hoc reſurrectionẽ, crediderũt, ideo poſtmodũ apparuit eis Xps, quia nõ uidendo crediderunt. Conſidera hoc in loco euangeliſtę humilitatem, quõ certitudinem reſurrectionis Petro manifeſtatam dicit: præcedens.n. uiſis linteaminibus poſitis, nihil amplius perquirit, ſed diſcedit. Ille autẽ feruore quodam ingreſſus, oia quæſiuit diligenter, & amplius uidit: & tunc cõſolatus eſt uidendo liteamina poſita, & ſudariũ ſeparatim reuolutum, qđ bene diligentem arguebat. Tu autẽ cũ audieris nudũ dominum reſurrexiſſe, ceſſa quæſo, ab iſana funeris impenſa. Quid ſibi hoc ſuperfluũ uult, & inutile diſpendiũ, quod ipſis qui faciunt, plurimũ affert detrimẽti, mortuis nullam utilitatem, uel damnũ potius? Sumptuoſa nãque ſepultura nonnunquã cauſa eſt, ut fures cadauer effodiant, & nudũ, & inſepultum proiici ant: ſed ò inanem gloriã, quantã etiam in luctu uim, quantam amentiã oſtendit? Multi igitur ne id accidat, tenuia ſcindunt linteamina, & multis iplent aromatibus, ut duplici ratione inutilia furib⁹ reddãtur, ita terræ mandant. Nõnne hęc inſanientiũ, nõnne ſu E
rientium ſunt, ambitionẽ præ ſe ferre, & rurſus tollere? Sanè, inquit, ut nulla furandi ſit occaſio, hæc oia molimur. Quid ergo, ſi nemo furabitur? Nõnne tineę, & uermes cõſument? Et ſi nõ hi, nõnne tẽpus & putredo? Sed eſto neq; fures, neq; uermes, neq; tempus, neq; aliud quippiã timendũ, ſed corpus ad reſurrectionem uſque intactum permanſurum, & ea oia noua pręſeruari: quid inde mortuis emolumenti, cũ nudum corpus reſurgit? Hæc.n. hic remanent, nihil illi exanimi conferũt. Sed cur, inquies, id in Xpo ſeruatum eſt? Meritò ſanè. Noli hęc humanis rebus cõparare, nã & unguentum effudit meretrix, & ſanctos pedes unxit. Quòd ſi de hoc dicẽdũ eſt, Hæc primũ à nõ intelligẽtibus reſurrectionis ratione facta ſunt, ideo inquit, Sicut mos erat Iudæis. Neque.n. ex duo *Sup.19.g*
decim hæc fecerant, ſed q̃ non multo Ieſum honore proſecuti ſunt. Duodecim aũt non ſic, ſed morti, cædibus, & periculis pro eo ſe expoſuerunt, q̃ honor lõgè maior. Pręterea, ut dixi, de hoib⁹ nobis nũc ſermo eſt: illa autem domino exhibita ſunt: & ut intelligas nulli curæ hæc Xpo eſſe, inquit enim: Eſuriẽtem me *Mat.25.d*
uidiſtis, & dediſtis mihi manducare: Sitientẽ, & dF diſtis mihi bibere: Nudũ, & induiſtis me: non autẽ mortuum, & ſepeliſtis'. Quod ego non ut ſepulturã tollam, dico, abit: ſed luxuriã & ſuperfluam ambitionem. Affectus, inqt, & dolor, & mortui miſericordia, hæc ſuadet: nõ eſt miſericordia, ſed inanis gloria: nã ſi uis mortui miſereri, aliam tibi uiã ornãdi funeris oſtendam, & docebo his mortuũ ueſtibus ornare, q̃ ſimul cũ eo reſurgent, & conſpicuum reddẽt: hę ueſtes nec tineis corrodũtur, neq; tempore conſumuntur, neq; diripiuntur à furibus. Quę nã hæ ſunt? Eleemoſynę ueſtis eſt, q̃ reſurget. Eleemoſyna tanquam ſignaculũ cum eo. His ueſtibus fulgebũt, qui tũc audient: Eſurientẽ me uidiſtis, & dediſtis mihi manducare: hæ inſignes faciũt, hæ cõſpicuos, hæ ſecuros. Pręſentia.n. nihil aliud ſunt, q̃ tinearum & uermium eſca, nõ tamen ſepulturã prohibeo, ſed modus ſeruetur, ut tegatur corpus, nõ nudũ mandetur terræ. Nã ſi uiuentibus præcipitur, neqd habeant præter ueſtimentum, longè magis mortuis. Neque.n. ita mortuus ueſte indiget, ut uiuus, dum.n. uiuimus & fri-

goris gratia, & caloris, & pudoris, uestibus egemus: mortuis nulla horũ impendet necessitas, ne nudũ ia cẽat corpus, operiendũ est. In primis autẽ terrã optimũ habemus operimentũ, & ipsi corporũ naturæ decẽtius: Quòd si ubi tot necessitates urgẽt, nihil superfluum est inquirẽdũ, multò minus ubi illę cessãt. Sed qui uiderint, ridebunt inquies. Quid tũ? Quãuis rideãris, minimè curandũ est stulti iudicium, sed potius multi te admirabuntur, & doctrinã nostrã prosequentur. Non.n.hæc digna risu sunt, sed illa q̃ nunc facimus, cùm lugemus, cũ plangimus, cũ simul nos cũ mortuo defodimus, hæc risu, & supplicio digna: in his autẽ & modò sumptibus adhibendo, sapientia uti pquã laudabile est, & oẽs nobis plaudent, & Christi uirtutẽ admirabuntur, & dicent, papæ quanta est crucifixi potentia? Persuasit morientibus, & his qui corrũpuntur non esse mortẽ. Non enim ut in pereuntes afficiũtur, sed ut in meliorẽ locũ migrantes. Persuasit corpus hoc mortale & terrenũ, uestẽ indure, serico, & auro distinctam, longè preciosiorẽ, hoc est immortalitatẽ: quamobrem non multũ de sepul
H tura curant, sed lepulturã optimã putãt uitã optimã. Hæc si ita nos philosophari uiderint, dicent. Sin plan gentes, effœminatos circunstantes plorantibus mulieribus ridebunt, & maiorẽ in modũ reprehendent, & impensam, amentiã appellabunt, etenim hæc accusari audimus, & merito sanè. Quã.n.habebimus excusationem, cũ corpus tabe & uermibus mox cõsumendum ornamus, Christũ esurientẽ, nudũ erran tem, contemnimus? Cessemus quæso, ab hac insana diligẽtia, sed eã morientium curam habeamus, quæ & nobis, & illis conferat ad gloriã dei. Largas pro his eleemosynas faciamus, mittamus eis pulcherrima uiatica. Nã si memoria clarorũ uirorũ, qui mortui sunt prodest uiuentibus: Protegã, inquit, hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid seruũ meũ: longè
4.Re.19. magis eleemosyna id faciet. Hæc mortuos suscitauit, quando circunsteterunt uiduæ, ostendẽtes quæ fecerat ipsis Dorcas. Cũ ergo moriendũ sit, quisque
Act.9.f.g funus sibi paret, persuadeatq; ut indignẽtibus aliqd relinquat. Nã si reges hæredes scribentes, familiaribꝰ partẽ relinquunt in puerorũ cautionẽ: cũ Christum
I cohæredem filijs tuis dimittis, intellige quãtã tibi & illis concilias beneuolentiã. Hæc sunt funera pulcherrima, hæc & remanẽtibus, & obeũtibus proficiũt. Si ita sepeliemur, in resurrectione clari apparebimꝰ: qd si curato corpore aiam neglexerimus, multa grauia perpetiemur, & multũ ridebimur. Non.n.parua est ignominia, nudum & inopẽ uirtutũ hinc migrare: neque corpus insepultũ proiectum adeò ignominio sum uidetur, ut aia tunc carens uirtutibus: hanc uestiamus uestibꝰ semp duraturis. Quod si in hac uita negleximus, saltẽ in morte nobis cõsulamus, & ex rebus nostris nobis opẽ ferre per eleemosynam curemus: sic inuicẽ mutuo auxilio, futurorum fiduciã habere poterimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Homilia lxxxv. ex cap. uiceſimo.

Bierunt ergo iterũ diſcipuli ad ſemetipſos. Maria
a *autẽ ſtabat ad monumentum foris plorans.* Procliue est, & ad misericordiã facile muliebre genus: quod dico ne admireris, cur Maria tã amarè fleret ad sepulchrũ, non autem Petrus. Discipuli, inquit, abierũt ad semetipsos, Maria aũt stabat ad monumentum. Imbecillis.n.natura erat, & de resurrectione nondũ norat: quemadmodũ illis uisis lintea minibus, credentes resurrexisse, spe abierũt bona. Et qua gratia nõ statim abijt in Galilęã, ut cũ his consti tuerat ante passionẽ? Reliquos fortasse expectauit, pterea maximè perturbati erãt, hi ergo abierũt, illa autem adhuc perstabat. Multùm.n.ut dixi, eam consolabatur monumentũ. Videsne ut ad dolorẽ lenien-
dum se inclinat, & uult locũ uidere ubi sepultus fuerat Iesus? propterea non paruã inde mercedem accepit: quod.n.non uiderant discipuli, ipsa prior uidit, sedẽtes angelos, unum ad caput, & unũ ad pedes in albis, plenos splendoris & lætitiæ. Nam cũ mulieris mẽs humilis esset, & rudis, nec ex sudario resurrectio nẽ cõiectatur, uidet angelos sedentes speciosos, ut iã mœrorẽ deponeret, & cõsolaretur, sed nihil primum de resurrectione dicunt, sed paulatim ad id docẽdũ ueniunt. Vidit eorũ splendorẽ, & supra consuetudinem uidit speciẽ, audiuit commiserantium uocem. Dixerunt enim: *Mulier quid ploras?* Quibus omnibus tãquam apertis ianuis paulatim ad resurrectionem ostendẽdã uenitur, & sessio ipsa ad interrogandũ eã L
adduxit: præferebãt.n.se rem omnem scire, ideo nõ simul sedebant. Cùm enim non par esset, eam per se ausuram interrogare, ipsi ad rogandum trahunt. Tum illa & feruore quodam, & amore percita: *Tulerunt*, inquit, *dominũ meum, & neſcio ubi poſuerunt eum.* Quid inquis? Nondum resurrectionẽ cõcipis? Vides nondum animum in altum erexisse? *Hæc cũ dixiſſet, converſa eſt retrorſum.* Et quæ nã hæc cõsequentia, cũ illos alloqueretur, & nihil adhuc respõdissent, respice re? Vt sentio, loquente Maria cũ Christus repentè appareret, obstupuerunt angeli: & uultu, & motu, & gestu se dominũ uidisse significarũt, ideo mulier respexit: illis ergo deꝰ apparuit: Mariæ aũt, ne primo eã aspectu pterreret, uili & communi specie, hoc uel ex eo constat, quòd hortulanus ei uisus est. Nã cũ adeò humi iaceret, non erat repẽtè ad alta erigenda, sed paulatim: rogat ergo eam Iesus, *Mulier quid ploras? Quem quæris?* Ostendit se intelligere, quòd uellet interroga re, & ut respõderet, adduxit: quod mulier intelligẽs, nõ amplius Iesum nominat, sed tanquã ille sciret, de quo interrogaret, ait: *Si tu ſuſtuliſti eũ, dicito mihi, ubi* M
poſuiſti eũ, & ego eum tollam. Iterum & positum & sublatũ, ac si mortuus esset, dicit, quasi dicat, si pp Iudæorum metum tulisti eũ, dicito mihi, & ego accipiã. Magnus amor & beneuolẽtia mulieris, sed nihil altum cogitat, ppea iam non uultu, sed uoce se notum facit: quemadmodum.n.Iudęis nũc notus, nũc ignotus, etiã præsens erat: ita loquendo cũ uolebat, cognoscebatur. Et cũ Iudæis inquit, Quẽ quæritis? *Sup.18.b*
neq; uultu, neq; uoce notus est, quoad uoluit: qd & nunc cõtigit. Et noĩe eam tantùm appellauit, exprobrans quòd de uiuo id imaginaretur. Quo autẽ conuersa respõdet, si ad ipsum loquebatur? Mihi uidetur cũ dixisset, Vbi posuisti eũ: rursum ad angelos respexisse tanquã rogatura, quòd obstupuerint, & ab his ad Christũ se uocantem, & uoce quis esset ostendẽtem, conuertisse. Cùm.n.dixit, Maria tunc cognouit: ita non uisus, sed uocis fuit cognitio. Quòd si quis diceret, Vnde cõstat angelos obstupuisse, & ppea Mariam respexisse? etiã dicet, unde constat tetigisse eũ, & procidisse? sed quemadmodũ hoc constat, quod dixit, *Noli me tangere*: illud, quòd cõuersa sit. Sed cur inquit, Noli me tangere? Quidam dicunt spiritalem gratiam

A gratiã petere, cùm eum discipulis dicentem audisset,
Sup.14.d Si uadam ad patrẽ, rogabo eum, & dabit uobis aliũ paracletũ. Sed quomodo absens hæc audiuit? Præterea longè est a sententia hæc imaginatio. Quo petit, cùm nondũ ad patrem ierit? Quid ergo est? Mihi uidetur uelle eam adhuc cũ eo uersari, ut solebat, & ex lætitia nihil de eo magnũ cogitasse. Siquidem longè melior factus erat secundũ carnẽ, quare hac eã sententia abducens, & ut reuerẽter se alloquatur admonens: neq; enim cum discipulis similiter uersari, deinceps apparuit: sic & eius mentẽ erigit, ut reuerentius adeat. Nã si dixisset, Noli ut prius ad me accedere, nõ enim eadẽ sum conditione, neq; simul uobiscum cõ uersaturus sum amplius, elatius & superbius dictum uideri potuisset: sed dicendo, *Nõdum aſcendi ad patrẽ*: etsi lenius, idẽ tamen significauit. Ostẽdit enim illuc maturare, & cũ illuc abiturus, nec amplius cũ hominibus conuersaturus esset, non erat eodẽ quo prius aio aspiciẽdus. Et quòd hic sensus sit, ex sequẽtibus significatur: addidit enim, *Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem neſtrum: & deũ*
B *meũ, & deũ neſtrum.* Atq nõ cõtinuò ascensurus erat, sed post quadraginta dies. Quo ergo hoc dicit? Vt eius mentẽ excitaret, & se in cœlũ abire persuaderet. Illa aũt particula, Patrem meum, & patrem uestrum: & deũ meum, & deum uestrum: dispensationẽ expectat. Ascendere enim carnis est, hæc enim ad eã quæ nihil magnũ imaginabatur, loqtur. An aliter noster pater est? Sanè quidẽ. Nam si aliter iustorum, aliter aliorũ hominũ deus est, longè magis & filij deus est, & noster. Et cũ dixisset, Dic fratribus meis, ne ex hoc æqualẽ arbitrareris, ostendit differentiam. Ipse enim sessurus erat in throno patris, illi autẽ affuturi. Itaque licèt secundũ carnis substãtiam frater noster factus sit, honore tamen multùm differt, quantùm autẽ nedici quidẽ potest. *Abit ergo Maria Magdalene, hæc nũ*
ciatura diſcipulis: Tanti est sedulitas, & tolerantia. Illi aũt quare nõ doluerunt magistri absentiam, neq; ut anteà locuti sunt? Tunc ut morituri desiderio afficiebãtur, nũc cũ resurrexerit, cur erat dolendũ? Nunciauit itaq; Maria uidisse Iesum, & allocutã: q̃ satis eos consolari poterant. Aut cũ par esset discipulos id intelligẽtes, uel nõ credere mulieri, uel si crederẽt, ægrè ferre, quòd ipsi quoque eum uidere digni non fuerint habiti, eis in Galilæa se appariturũ pollicetur: &
C ne propterea ægrè ferrent, ne diem quidẽ remoratus est: sed in desideriũ trahens, & quòd iam scirent resurrexisse, & quòd à muliere audierant, desiderantibus, & timentib. qd desideriũ augebat, uespere illius diei magna cum admiratione adstitit. Et cur hac hora? Quoniã credibile erat eos magis formidare. Sed id mirandũ est, quòd phantasma eũ nõ sunt suspicati. *Clauſis.n.foribus, & repentè eſt ingreſſus*: sed profectò à Maria præmoniti, fidẽ cõfirmarant, præterea certa & mansueta specie se eis obtulit. Die aũt nõ uenit, ut omnes congregarentur, ualde enim timebant: nec ostiũ pulsauit, sed repentè adstitit, *Et oſtendit latus, & manus*, simul autẽ & uoce fluctuantem animum cõfirmauit, inquiens: *Pax uobis*: hoc est, nolite perturba
Sup.14.d ri: & uerbi ante passionẽ ad eos habiti meminit, Pa-
Sup.16.g cem relinquo uobis, pacẽ meam do uobis. Et itẽ: In me pacẽ habete, in mũdo tribulationem habebitis. *Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, uiſo domino.* Vides re sermonẽ domini cõfirmari? quod.n.ante passionem dixerat,
Sup.16.e. Iterũ uidebo uos, & gaudebit cor uestrũ, & gaudiũ uestrũ nemo tollet à uobis: hoc nũc impleuit, p hæc D
omnia in certissimã eos fidem adduxit: nã cùm bellum implacabile cum ludæis haberẽt, pacẽ eis dicit, ut parẽ bello consolationem afferat. Hoc uerbũ primum post resurrectionẽ dixit, ideo Paulus semp gratia, inquit, & pax. Mulieribus lætitiã dicit, quia in mœ *Rom.1.a.*
rore erant, & primũ lętitiam ceperunt. Viciſim uerò *et.1. Cor.*
uiris propter bellum, pacem mulieribus pp mœro- *1.a. et Co*
rem, lętitiam annunciat: & molestias oẽs dissoluens, *loſ.1.a*
crucis merita colligit, quę sunt pax: quoniam oia sublata sunt impedimenta, & trophęũ clarissimum statuit, & omnia meliora facta sunt: Inde inqt: *Sicut miſit me pater, & ego mitto uos.* Nullum habetis impedimentum, & propter ea quæ iã facta sunt, & propter meã uos mittentis dignitatem. Quare hoc dicit? Eorum animos erigit, & suã proponit authoritatem: siquidẽ suum eis relicturus erat ministerium: & cùm nondũ rogasset patrem, sua eis authoritate potestatem prębet. *Inſufflauit enim, & dixit: Accipite ſpiritum*
ſanctũ. Quorumcũque remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta ſunt. Quemadmodum.n. rex pfectos mittens, ut in carcerẽ reos intrudant, ut liberent, potestatẽ prębet: ita Iesus discipulos dimit- E
tẽs, hac munit authoritate: Quo ergo, iquit, Nisi ego *Sup.16.b*
abiero, ille nõ ueniet: at nunc spiritũ dat? Quidam dicunt, nõ dedisse spiritũ, sed idoneos ad eũ accipiendum per insufflationẽ reddidisse. Nam si Daniel uiso *Dan.8.c.*
angelo perterritus est, quid illis arcanã illam gratiã accipiẽdo usuuenisset, nisi prius eos Iesus præparasset? ideo inqunt: Nõ dixit, accepistis: sed, accipite spiritũ sanctũ. Non tamen quispiã erraret, si tunc eos potestatẽ quandã, & gratiã spiritalem accepisse diceret, non tamẽ ut mortuos suscitarent, & uirtutes ostẽderent, sed ut peccata dimitterent: differẽtes enim sunt gratiæ spiritus, quare addidit, Quorumcunq; remisе
ritis peccata, remissa sunt: ostendens, qd uirtutis genus largiatur. Post quinquaginta aũt dies, signorum operationẽ acceperunt, ideo inquit: Accipietis uirtu *Acto.1.a.*
tem uenientis in uos spiritumsanctũ, & eritis mihi testes: Per signa scilicet. Est.n.inenarrabilis spiritus gratia, & multiplex donũ. Hoc aũt fit, ut intelligas patris & filij, & spiritus sancti unũ donum, & unam esse potestatem: quę enim patris propria, eadem & filij esse, & spiritus sancti uidentur. Quomodo ergo: Nemo *Sup. 6.e.*
uenit ad filiũ, inquit, nisi pater traxerit eũ? Sed hoc si F
lij esse ostenditur. Ego, inqt, sum uia, nemo uenit ad *Ibid.14.a*
patrẽ, nisi per me. Vide & hoc idem spiritus esse: Nemo potest dicere dominũ Iesum Christũ, nisi in spi- *1.Cor.12.*
ritu sancto. Et iterũ apostolos aliquando à patre, ali *a.*
quando à filio, aliquãdo à spiritusancto datos ecclesiæ, & diuisiones gratiarũ patris, & filij, & spiritus uidemus esse cõmunes. Oia ergo faciamus, ut spiritũ sanctũ habere possimus: & qui eius gratiam assecuti sunt, eos quantauis reuerentia colamus. Magna.n.dignitas sacerdotũ. Quorumcunque remiseritis, iquit, remissa sunt peccata. Quamobrem Paulus dicebat, *Heb.13.f.*
Obedite præpositis uestris, & subiacete eis, ut maximũ habeatis honorẽ. Tu.n.rem tuam curas, quã si bene ordinaris, nulla tibi alia solicitudo impendet Sacerdos si uitã disposuerit, tuã aũt non diligenter curauerit, cũ impiis in gehennã detrudetur: & non nunquã non propriis actionibus, sed nostris damnatur, nisi oĩa quę ad se spectãt, efficiat. Cùm igitur periculi magnitudinẽ uideatis, multa eos beneuolentia prosequamini: qd & Paulus significauit, dicens:

G Ipſi pervigilant, quaſi rationē pro aiabus ueſtris reddituri: idcirco maximē colendi ſunt. Quòd ſi eis iſultabitis, neq; ueſtra bene diſponetis. Quoad.n. bono & lęto animo eſt gubernator, etiā nautæ ſecuri ſunt: ſin iuiſus his eſſe cœperit, & moleſtè ferre, neq; itidē uigilare, neq; artem exercere poterit, & inuitus mole ſtiſque, multis eos malis afficiet: ita & ſacerdos ſi debitū à nobis cultū ſibi præſtari uiderit, rectè nos gubernare poterit: ſi afficietis morte manus eius debili tantes, ſimul uobiſcū fluctibus, etiāſi maximi animi ſit obiicietis. Intellige qd de Iudæis inqt Chriſtus: Su

Heb.13.c

Mat.23.a

per cathedrā Moſi ſedebāt ſcribæ & Phariſæi, omnia quæcunque dixerint uobis, facite. Nunc nō eſt dicēdum, ſuper cathedrā Moſi, ſed ſuper Cathedrā Chriſti ſederunt ſacerdotes. Eius enim acceperunt doctri nam. Quare Paulus inqt: Pro Chriſto legatione ſungimur, tanquā Chriſto exhortante per nos. Nōne uidetis ſeculi principib⁹ omnes ſubeſſe, & ſæpe genere, uita, & prudētia potioribus deteriores præponi? Nihilominus principis, q eos prępoſuit reuerētia, nihil quales illi ſint, cogitant. Quòd ſi homo aliquē cōſtituerit, tātus ſubit metus, ſi deus quē cōſtituit deſpicimus, maledicimus, innumeris afficimus cōtumeliis: & cū fratres noſtros iudicare prohibeamur, cōtra ſacerdotes linguā acuims. Quānam hæc digna excuſatione, cùm in oculo trabē non uidemus, teſtucam in proximi oculo acrius cenſemus? Neſcis grauius te tibi iudicium ꝓſcribere, cùm ita aliū iudicas? Hęc dico, non quòd idignos ad ſacerdotiū aſſumi probē, ſed miſereſcēs, & lachrymans. Nō.n. propterea à ſubditis iudicandi ſunt, etiam ſi malè & uitioſè uiuant. Tu autem ſi tibi conſules, nihil in his q̄ illis cōmiſſa ſunt offendes. Nam ſi aſinum loqui fecit, & per uatē benedictiones ſpiritales largitus eſt, & in muto ore, & lingua immunda Balam, pp offendentes Iudæos operatus eſt: multò magis pp uos fideles, etiā ſi prauti ſint ſacerdotes, deus omnia p eos perficiet, & mittet ſpiritum ſanctū: neq; enim pura mens propterea propriam puritatem amittit, ſed gratia omnia operatur. Omnia enim, inquit, uos, ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas. Quicquid.n. conatur ſacerdos, ſoli⁹ dei donū eſt: & ubi humanam exercet ſapientiā, minor illius gratia apparet. Neq; hoc dico: ut pigrius uiuamus, ſed ne pigrè qui uobis ꝓpoſiti ſunt uiuentib. uos his cōmiſi aliquando mala uobis cōparetis. Et quid ſacerdotes dico? Neq; angelus, neq; archangelus quicquā in his q̄ à deo data ſunt efficere poteſt: ſed pater, & filius, & ſpiritus ſanctus omnia facit. Sacerdos & linguā, & manus præbet: neq;.n. uſtū eſt, pp alius malitiam ad ſalutem noſtram accedentes offendi. Quibus oīb⁹ conſideratis, & deum timeamus, & eius ſacerdotes maiorem in modum uenerem ur, ut & noſtris operib⁹, & illis honore exhibito, à deo multā accipiamus remunerationē, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Xp̄i, cū quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorū, Amen.

Homilia lxxxvi. ex cap. uicęſimo.

Homas aūt ex duodecim unus, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Ieſus. Dixerūt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus dominū. Ille autem dixit eis: Niſi uidero in manibus eius fixurā clauorū, & mittā digitū meū in locū clauorū, & mittam manum meā in latus eius, nō credam. Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax uobis, &c.

Quēadmodum ſimpliciter, & ut cōtingit, credere ſa K
cilitatis eſt: ita ꝑter modū inqrere, & inueſtigare, craſſiſſimæ mentis, ideo Thomas accuſatur. Dicētib.n. apoſtolis, Vidimus dominū, nō tantū nō credidit illis, quantū rei tanq̄ impoſſibili diffidēs, quòd.ſ. reſurrexerit. Non.n. dixit, nō credo uobis: ſed, niſi mittam digitum in locum clauorū, non credam. At quō alijs omnibus congregatis, ipſe ſolus abfuit? Credibile eſt ex fuga nondū rediſſe. Tu aūt cùm diſcipulum non credentem uideas, cōſidera domini clemētiam, quo modo pro una etiam aia uulnera ſua oſtendit, & ut unum ſaluū faceret, apparuit: & cùm craſſioris eſſet ingenij, à craſſiſſimo ſenſuū fidem ſibi quęrit. Neque enim oculis credebat, quippe q non tantū dixit, niſi uidero: ſed, niſi manum mittā, ne imaginatio putare tur: nā diſcipuli hæc nunciādo, & ipſe pollicēdo maiorem ſibi fidē comparabant. Veruntamē cùm amplius quæreret, neque his eum priuauit Xp̄s. Et qua gratia ei continuò non apparuit, ſed poſt dies octo? Vt interea à diſcipulis edoctū, iiſdē auditis in maius traheretus deſideiū, & magis in fide confirmaretur. Vnde aūt intellexerat latus perforatū? Ex diſcipulis. L
Cur alterū credidit, alterum nō credidit? Quia hoc mirabilius erat. Et conſidera quā uerè loquantur diſcipuli, quoniā neque ſua, neque aliorū uitia abſcondunt, ſed quā ueriſſimè ſcribunt. Adſtitit ergo iterū Ieſus, neq; ab illo rogari expectat, neque quicquā tale audire: ſed nihil eo dicente, ipſe Ieſus primū eius ſatis fecit deſiderio, oſtēdens ſuperioribus diſcipulorū uerbis affuiſſe: iiſdē enim uſus eſt, & acrius caſtigando & ad futura erudiendo. Nā cùm dixiſſet ei, *Infer digitum tuū huc, & uide manus meas: et affer manū tuā, & immitte in latus meū.* ſubdidit, *Et noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Vides ex incredulitate dubitare? Sed antequam ſpiritū acciperent, eo autem accepto, perfecti euaſerunt: neq; in hoc tantùm reprehendit, ſed in ſequentibus. Cū enim ille certior factus, ad ſe rediit, & dixit: *Dominus meus, & deus meus:* inquit, *Quia uidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non uiderunt, & crediderunt.* Hoc.n. fidei eſt, accipere quę non uidentur. Eſt *Heb.11.a*
enim fides ſubſtātia ſperādarū rerū, argumentū nō apparentium. Hic aūt nō ſolùm diſcipulos laudat, ſed & qui poſt illos crediturі erant. Atq, inquies, diſcipuli uiderunt, nihil queſiuerūt, ſed ex ſudario ſtatim reſurrectioni priuſquā corpus intuerentur, uerè crediderunt. Cū ergo quiſpiā dicit, Vellem illis fuiſſe temporibus, & Chriſtū miracula facientē uidiſſe: intelligat beatos, qui non uiderunt, & crediderunt. Dignum aūt dubitatione eſt, quō corpus incorruptibile formā clauorum acceperit, & mortali manu tā gi potuerit: ſed hoc te non perturbet, hoc enim permiſſionis fuit. Corpus.n. tā tenue & leue, ut clauſis ianuis ingrederetur, oī craſsitudine carebat: ſed ut reſurrectio crederetur, talē ſe exhibuit, & ut ipſum crucifixum fuiſſe, & neminē aliū pro eo reſurrexiſſe intelligas, ppea cum ſignis crucis reſurrexit, & manducauit: quod reſurrectionis ſignū apoſtoli plurimi fecerunt, dicentes: Qui cū eo ſimul māducauimus, & bibimus. Quemadmodū igitur cū ante paſsionem ſup aqs ābularet, aliud à noſtra natura corp⁹ illud fuiſſe non dicimus: ita poſt reſurrectionem uidentes id ſigna clauorū habuiſſe: nō propterea corruptibile dicemus, propter diſcipulum hæc ita oſtenſa ſunt. *Multa & aliā ſigna*, inquit, *fecit Ieſus.* Nā cū pauciora hic meminiſſet euangeliſta, dicit neque alios oēs omnia *Act.10.c*

A collegiſſe, ſed tantū quæ ad faciēdam auditoribus fi
Hic inſ.g dem erant neceſſaria. Nam ſi oīa, inquit, ſcriberētur, nec ipſum arbitror mundū capere eos qui ſcribendi ſunt, libros. Vnde conſtat nō ambitionis, ſed tātū utilitatis gratia ſcripſiſſe: ſiquidē q plura omiſerunt, quomodo ad ambitionē ſcripſerunt? Sed cur nō oīa tranſegerunt? Maximè propter rerum multitudinē, præterea & illud conſiderarunt, quòd qui his non crediderit, neq; plurib⁹ credet: qui uerò hæc acceperit, non indigeret pluribus ad fidem aſſequendā. Mihi aūt hoc in loco de ſignis poſt reſurrectionē dicere uidetur, ideo inquit: *In conſpectu diſcipulorum ſuorum.* Sicut enim ante reſurrectionē multa fieri oportuit, ut dei filiū eſſe crederēt: ita poſt reſurrectionē, ut reſurrexiſſe crederetur: ideo addidit, In conſpectu
Supr.4.c diſcipulorū. Nā cū his ſolis poſt reſurrectionem uerſatus eſt, ppea dicebat: Mundus nondum me uidet: inde ut cognoſcas, diſcipulorū dūtaxat gratia hęc facta eſſe: proſequitur, Vt *credentes uitam æternam habeatis in nomine eius.* Hoc eſt, per eum: ipſe nanq; uita eſt.
Cap. 21. B *Poſteā manifeſtauit ſe iterum diſcipulis ad mare Tiberiadis.* Vides nō ſemper cū eis eſſe, ut ante paſsionē? Apparuit uelperi, & abijt, & poſt octo dies iterū, ide ad mare, & iterum cū multo timore. Quid autem ſignificat, manifeſtauit? ut oſtēdat quòd nō niſi ex pmiſſione uidebatur, ppea quòd incorruptibile corpus erat, & immortale. Sed cur meminit loci? Vt iā metum eos depoſuiſſe oſtenderet, quòd iā conuerſarētur. Non.n. amplius domi ſe continebant, ſed in Galilæam ierant, ad declinandū Iudæorum periculum. *Venit ergo Simon piſcatum.* Cùm enim non frequenter Ieſus cum eis uerſaretur, neque adhuc ſpiritus datus eſſet, neq; haberēt quid facerent, ad artem ſuam redierant. *Et erāt ſimul Petrus, & Thomas, & Nathanael qui à Philippo uocatus erat, & filij Zebedæi, et alij duo.* Cū ergo nihil haberēt qd facerēt, piſcatum ſe cōtulerunt, & noctu, quoniā formidabant. Lucas nō hoc, ſed aliud meminit. Alij aūt diſcipuli unà ſequebantur: uolebant.n. ſimul & eſſe, & uidere ueritatem, & ocium ſuū bene diſponere. Laborant ergo, & laborā tibus adſtitit Ieſus, neq; cōtinuò cognitus eſt, ut ī ſermonem prorumperēt. *Dicit ergo eis: Nunquid pulmentarium habetis?* Adhuc more hominis loqtur, ac ſi em
C pturus eſſet aliqd ab eis. *Cùm illi abnuerent, iuſſit ut in dexteram rete iacerent, iecerunt, & ceperunt.* Cū autem eū cognouiſſent, proprios mores referunt Petrus & Ioannes: ille feruētior, hic altior erat: ille uehemētior, hic ꝑſpiſcacior: ideo Ioānes prior agnouit Ieſum, Petrus prior ad eū properauit: neque.n. parua erant ſigna. Quænam? Primū, quòd multos cepiſſent piſces, inde quòd non ſcinderetur rete: prętерea quòd priuſquā deſcenderent, prunas uiderint, & piſcem impoſitum, & panē: quæ nō ex ſubiecta materia fecerat, ut propter quandā diſpenſationem fecit ante crucem. *Vt ergo cognouit eū, omnibus reiectis, & piſcibus, & reti, ſuccinxit ſe Petrus.* Vides & reuerentiam, & deſideriū? Atqui ducentis quaſi cubitis ab erant, nō tamē naui appellere expectauit, ſed natando ad Ieſum uenit. Quid ergo Ieſus? *Venite, & prandete,* inquit, *Et nemo audebat eū interrogare.* Iam.n. ſolitā fiduciā habebāt, neque ad eū loqui audebant, ſed ſilentio, metuq;, & reuerentia in eum intenti, diſcubuerūt: norant enim dominum eſſe, ideo non interrogarunt quiſnā eſſet. Et cū formam mutatam, & horroris plenā uideret, admodum erāt perterriti, uolebantq; de ea interro-

gare: ſed & metus, & quòd norant non aliū eſſe, eos D
ab interrogando cohibuerunt, & tantū comederūt, quæ ipſe immenſa potētia ſua parauerat. Hic nō amplius in cœlū fuſpicit, neq; hominem agit, oſtendens illa permiſsionis gratia feciſſe: & quòd non frequēter cum diſcipulis eſſet, neq; ſimiliter dicit. *Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus cum diſcipulis, cū reſurrexiſſet à mortuis.* Et iubet, ut reliquias accipiant, ut id imaginationē non eſſe demonſtraret: ſed hoc in loco nō dicit Xp̄m cum diſcipulis manducaſſe, Lucas autem ſimul manducaſſe dicit. Quomodo aūt, non noſtrū *Luc.24.f*
eſt dicere. Modo quodam perq̄ mirabili hæc facta ſunt, nō quòd natura cibis amplius indigeret, ſed ad reſurrectionis ueritatē demonſtrandā, ita pmiſit fortaſſe. His uerbis conflagratis, & qui cū Ieſu tunc fuerunt, & qui futuri ſunt, in cōmuni reſurrectione beatos ducitis. Admiramur ergo pro uiribus, ut faciē ei⁹ admirabilem intueamur: nā ſi nunc hęc audiēdo ita flagramus, & illis tēporibus quibus in terra uerſatus eſt fuiſſe, uocē audiſſe, faciem uidiſſe, allocutū eſſe, tetigiſſe, ei miniſtraſſe deſideramus: cōſidera qualis uiſū futurus ſit, nō in corpore amplius mortali, neq; E
humana diſponēs, ſed angelis cōſtipat⁹, cū nos quoque immortali corpore eū uidebim⁹, & ſumma fruemur fœlicitate, quæ omnē ſermonē exuperat. Quare admiramur, ne tanta excidamus gloria: neque.n. difficile eſt, modò uelimus, neq; onerosum, ſi attēderimus. Nā ſi ſuſtinebimus, & cōgregabim⁹: hoc eſt, *2. Ti.2.b.*
ſi tribulationes ferim⁹, ſi pſecutiones, ſi arcta uia ambulabim⁹: arcta.n. natura, & laboriosa eſt, noſtra autem electione leuis, ſpe futurorum. Id.n. quod in prę ſenti momētaneū eſt, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modū in ſublimitatem æternam gloriæ pondus operatur in nobis: non contēplantibus nobis q̄ uidentur, ſed ea q̄ non uidentur. Dirigamus ergo oculos in cœlū, & illa ſemper imaginemur bona, atq; inſpiciamus: in qbus ſi ſemper uerſabimur, neq; bona huius mūdi nos alliciēt, neq; mala moleſtè feremus: ſed & hęc, & ſimilia oīa deridebim⁹, & nihil nos aut ſeruos, aut ſuperbia elatos facere poterit, modò hoc ſemper deſideriū ꝓpagemus, ſi illā dilectionem in tuebimur. Et quid dico præſentibus malis non doliturос? Immo ne uiſuros qdē ea putamus. Tantus.n. F
eſt amor, ut non pſentes tantū, ſed abſentes quos diligimus quotidie cernere uideamur: magna nāq; dilectionis uis. Oīa negligit, ut dilecto animum colligat: ſi ita Chriſtū diligeremus, humana oīa umbra, oīa imago, oīa nobis ſomnium uiderentur: diceremus & nos, Quis nos ſeparabit à charitate Xp̄i? tri- *Rom.8.g*
bulatio, an anguſtia? Nō dixit pecunias, aut diuitias, aut formā: hæc.n. uiliſſima ſunt & ridicula: ſed, quæ grauia uidentur, poſuit, Fames, pſecutiones, mortes, quæ ille ut nullius momenti contēpſit. Nos aūt propter pecunias uitā cōtemnimus, & lucē recuſamus. Et Paulus quidē, non mortē, non uitam, non prēſentia, non futura, nō aliam creaturam, diuinæ præponit dilectioni: nos ſi uel parū auri uidemus, eius cupiditate icēdimur, & diuinas leges peſſundam⁹. Quod ſi hæc dictu non ferēda ſunt, longè min⁹ factu: & qd graue eſt auditu horreſcimus, re ipſa minimè: ſed facilè iuram⁹, peieramus, rapimus, uſuras exigim⁹, cōtinētiā negligim⁹, à uera oratione deſiſtimus, plurima præceptorū tranſgredimur, & pecuniarū gratia mēbra noſtra oīno contemnimus. Nam qui pecunias amat, innumeris malis proximū, & ſeipſum cū illo

G afficit: etenim irascetur facilè, maledicet, stultũ appellabit, peierabit, neq; ueteris legis modũ seruabit. Nõ enim diligit proximum qui aurũ diligit. Atqui nos & inimicos propter cœlorũ regnum amare iubemur.
Mat. 5.c. Quomodo ergo id cõsequi poterimus? Nã si uetera præcepta implentes, non erit nobis ad regnum aditus, nisi abundauerit iustitia nostra plus q̃ illorum: si illa transgrediemur, q̃s nobis erit excusationi locus? Amator pecuniarum nõ modò inimicos nõ diligit, sed amicos inimicorum loco habebit. Et qd amicos dico? Ipsam sæpenumero naturã ignorat amator pecuniarũ, neq; cognationem nouit, neq; consuetudinis recordatur, non reueretur ætatẽ, nullum habet amicum, sed oẽs odit, & in primis seipsum: non tantùm quoniã perdit animã suam, sed quoniam innumeris solicitudinib⁹, laboribusq;, atq; miserijs distrahitur. Etenim pegrinationes, odia, pericula, insidias, & alias hniusmodi subit calamitates, hæc duntaxat gratia, ut malorũ radicẽ secum habeat, & multas numeret pecunias. Quid hoc morbo grauius? oibus priuatur delitijs, oĩ uoluptate: multũ gloriæ, multũ honoris amittit: amator pecuniarũ multos formidat, multos habet accusatores inuidos, calũniatores, insidiatores: q ab eo iniuriã acceperunt, oderũt utpote offensi: q minus, timore ne offendatur, & offensorũ misericordia illũ ut hostem obseruant, & cauẽt. Maiores, potentiores q; indignantes, & pauperũ misericordia, & liuore similiter, ut inimicos odio habẽt. Et quid hoĩes dico? Cùm deum inimicum habeat, qd spei relinquũ ei fuerit? quid cõsolationis? Amator pecuniarũ his uti minimè potest, sed seru⁹ & custos est, non dominus: augere ea semper contendit, nunquã erogare uellet. Eum contemplare, & oium pauperũ pauperiorẽ iudicas, nulla cupiditate cõtentus est. At q pecuniæ, non ut custodiamus, sed ut utamur inuẽtæ sunt. Quòd si eas alijs defossuri fum⁹, qd nobis est miserius, qui undiq; congregare inhiamus, ut clausas teneamus, & cõmunẽ usum auferamus? Est & alter morbus, neq; hoc minor: hi certè defodiũt, illi in uẽtrem, uoluptatem, atq; ebrietatem iniustè omnia cõferunt, & sibiipsis luxuriæ suppliciũ parãt: alij parasitis & adulatoribus largiũtur: hi in ludis & meretricibus, hi alijs huiusmodi dispendijs profundũt: hoc pacto innumeras sibi ad gehẽnã uias sternũt, recta ad cœlum derelicta, q̃ non lucrum tantùm, sed & uoluptatẽ prædictis longè maiorem affert. Qui meretricibus dat, ridiculus & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuem uoluptatem, uel nullã potius. Quæcunq; det alienis mulieribus, ex his nulla gratia
Pro.30.c habebitur. Vas enim contritũ est domus aliena. Præterea mulierbre genus temerariũ est, & inferno eius similatur cupiditas: illi.n. mulieris amorem Salomon comparauit: tunc cessat, cum oibus rebus amãtem spoliauit: imò nec tunc quidẽ, sed magis cõuiciatur, & insultat iacenti, eumq; maiorẽ in modum ridet, & tot cũ malis circunuenit: quæ nullo pacto narrari possent. At sanorũ uoluptas minimè talis est: nullũ riualem habet, sed oẽs congratulantur & plaudunt: & qui beneficia acceperunt, & q eollata uiderũt, nulla ira, nulla tristitia, nullus pudor aut ignominia eius aium expugnat: sed multa conscientiæ lætitia, multa futurorum spes, clara gloria & splendor, & qd maximum est, dei beneuolentia, & securitas: nullũ præcipitiũ, nulla suspicio, sed tranquillissimus portus. Quibus oibus cognitis, uoluptatem uoluptati comparãtes, meliora eligam⁹, ut futura cõsequamur, gratia & be K nignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, &c.

Homilia. lxxxvij. ex cap. xxi.

Vm ergo prãdissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simõ Ioãnis diligis me plus his? Dicit ei: Etiã domine, tu scis quia amo te. Multa quidem alia
c sunt, quæ apud deum nobis fiduciam præbent, & q̃ nos claros & probatos ostendunt. Quod aũt maximè diuinũ nobis amorem cõciliat, est proximi dilectio, quã à Petro Christus exigit: nam cũ finem cibis fecissent, dicit Simoni Petro Iesus: *Simõ Ioãnis diligis me plus his? Dicit ei: Etiã domine, tu scis quia amo te.* Petrus &
Dicit ei: Pasce agnos meos. Quid tandẽ alijs omissis his duntaxat Petrũ affatur? Os erat apostolorũ, & princeps: ppea & Paulus eũ præter alios uisurus ascẽdit, ceps apostolorũ. Gala.1.d
simul ut ei ostenderet iam sibi fiduciam habendã: tanquam.n. negationis obliuisceretur, fratrum curã ei comittit, neque negationis meminit, neq; exprobrat, tantùm dicit, Si amas me, fratrum curam suscipias: & quam in oibus dilectionem ostẽdisti, & qua
L delector nunc ostẽde, & aiam quam pro me positurum dixisti, hanc pro ouibus meis trade. Cũ ergo semel atque iterum interrogatus, ipsum arcanorũ cordis perscrutatorem testẽ aduocasset, & adhuc tertiò interrogaret, perturbatus est Petrus, ueritus supiora. Nam cũ forti aio esset, reprehensus est postmodũ, ideo iterum ad ipsum confugit dicens: *Tu omnia scis*: hoc est, p̃sentia & futura. Vide quantò melior factus est, & modestior: nõ amplius temerè perstat in sentẽtia, neq; contradicit: ppea contristatus sum, ne fortè me amare arbitratus, nõ amẽ: ut anteà cũ me fortem, & cõstãtẽ putarem, postmodum imbecillis deprehensus sum. Ter autẽ interrogat, & semper idem præcipit, ut demonstret quanti ouium suarũ curã faciat, & quod hoc maximũ sit amoris argumentũ: & cũ dicat quantùm eũ diligat, prædicit & martyrium, quod passurus erat: ostendẽs qd nõ ob eius diffidentiam id diceret, sed quòd maximè crederet, uolens amoris in eũ signũ demõstrare: & eruditos nos, quonã pacto amandus sit, quare inquit: *Cùm esses iunior, cingebas te, et ambulabas ubi uolebas: cũ aũt senueris, extẽdes manus tuas, et alij te cingẽt, et ducẽt te quò tu nõ uis.*
Atq hoc uolebat, & desiderabat, quare hoc manifeM *Sup.xv.b*
stum fecit. Cùm.n. aliquando dixisset, Animã meã *Mat.26.d*
pro te ponam: &, Si oportuerit me mori tecũ, non te negabo: ei uicẽ reddidit. Quid autem significat, quòd tu non uis? Naturæ affectũ, & carnis necessitatẽ indicat, & quòd aia inuita corpus relinquit: & licèt uoluntas cõstans & firma esset, natura tamẽ imbecilla. Nemo sine dolore à corpore dissoluitur, diuina hoc utiliter dispensante prouidẽtia, ne multi uiolẽtã mortem eligerẽt: nam si etiã sic hoc diabolus persuadere potest, & in multa nos p̃cipitia, & uoragines ipellit, nisi tãtum animæ esset corporis desiderium, in paruo etiam mœrore multi sibi mortem cõscisceren t: quò igitur non uis, naturalẽ affectum significat. Quomodo autem cũ dixisset, Cùm esses iunior, subdit, Cùm senueris? Quòd tunc neq; iuuenis esset, neque senex, sed uir pfectus. Sed cur supioris uitæ meminit? Vt significet in rebus secularibus iuuenẽ utilem esse, senẽ inutilẽ: non ita in diuinis, sed cũ aduẽtauerit, inquit, senectus, tunc fortior eris, atque præstantior: nihil tẽ ætas impediet. Hęc dixit, non ut eũ perterreret, sed ut excitaret: norat.n. eius animum, & quòd iampridẽ eius boni desiderio tenebatur: simul aũt & mortis genus

A tis genus demonstrat. Cũ.n. Petrus omnino periculo pro Christo subire uellet, Cõside, inquit, ita enim tuũ implebo desiderium: nam q̃ nõ passus es iuuenis, patieris senex. Inde exigens auditoris animũ euangelista, addidit: *Hoc aũt dixit, significans qua morte clarificaturus esset Christum deum.* Nõ dixit, moriturus: ut intelligas mori pro Christo gloriam esse & honorem. *Et cũ hoc dixisset, inquit, ei, Sequere me.* Quibus uerbis iterum curã & familiarẽ in eum affectum ostendit. Quòd siquis percõtaretur, quo Iacobus sedẽ Hierosolymis acceperit: respondere hunc totius orbis magistrum prepositisse. *Conuersus Petrus, uidit illũ discipulum, quem diligebat Iesus sequẽtem: qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit ei: Domine, hic autem quid?* Qua gratia recubitus illius meminit? Nõ ab re, sed ut ostendat Petri post negationẽ fiduciam: qui.n. tunc nõ est ausus Iesum interrogare, sed id muneris alteri delegarat, hic cõmissa sibi fratrũ cura, nõ modò alteri uicẽ suã mandat, sed & ipse magistrũ interrogat: & Ioannes quidẽ tacet, ipse aũt loquitur, præterea & suam in eũ præse fert dilectionẽ. Diligebat.n. maio-
B rem in modũ Ioannẽ Petrus, qd & exsequẽtibus apparet, & per euangelistã eorum uinculũ et in actionibus demonstratur. Nam cũ magna Christus Petro comunicasset, orbis terrarũ curã demandasset, martyrium prædixisset, & maiorẽ erga eum dilectionem testatus esset, cũ uellet Petrus Ioannẽ socium & collegã, inquit: Hic aũt quid? Nunqd eandẽ uiam aggredietur: & quemadmodũ in cœna interrogare nõ ausus, Ioannem sufficit: ità nunc uicem reddit, arbitratus eũ uelle, sed nõ audere de se scisciatari. Tum Christus: *Si eum uolo manere donec ueniam quid ad te?* Nam cũ nimia id charitate diceret Petrus, nec ab eo diuidi uellet: ostendens Christus, quòd quantauis eũ dilectione prosequeretur, suãassequi nõ posset, inquit: Si eum uolo manere, quid ad te? His uerbis nos eruditens, neq; dolendũ, neq; curiosius præter diuinam uoluntatẽ inuestigãdum. Nam cũ Petrus semper in hmõi interrogationes feruentius prosiliret, iterum eius feruorẽ retundens, quòd nõ sit ulterius inquirẽdum, in hunc modũ respondit. *Exĩt ergo sermo iste inter discipulos, quòd ille non moritur. Et non dixit ei Iesus,*
C *quia non moritur: sed, si uolo eum manere donec ueniam, quid ad te?* Noli arbitrari, inquit, eodẽ modo de uobis disposuisse: hoc aũt dixit, ut intempestiuum affectũ, & cõsuetudinis desiderium tolleret. Cũ aũt essent orbis terrarũ curã suscepturi, simul amplius esse nõ oportebat, magnũ n. fuisset mũdo detrimentũ, idcirco inquit: Opus suscepisti, id considera, perfice, labora, & te certaminibus expone. Quid ad te, si uolo eũ manere hic? tu officiũ tuum cura, & exequere. Tu aũt hoc in loco euangelistę lenitatẽ intellige. Videns nãq; discipulorũ suspicionẽ, corrigit eam, tanq̃ quid dixerit, non intelligerẽt. Non dixit, inquit, Iesus, quia non moritur: sed, si uolo eum manere. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibuit de his, & scripsit hæc. Et scimus, quia uerum est testimonium eius.* Quid tandẽ præter aliorũ morem hic solus sedm de seipso perhibet testimonium? uidetur.n. auditoribus occurrere. Quæ nã hæc causa? Dicitur ultimus se ad scribẽdum diuina inspiratione contulisse, ideo & suam dilectionem, & causam quare ad scribendũ uenerit, frequenter ostendit ac meminit, hinc sibi fidẽ comparans, quòd inde motus sit. Et si io, inquit, quòd uerum dico, quod si multi nõ crederẽt, ex eo credendum est, quod sequitur. *Sunt, inquit, & alia multa quæ fecit Ie-* D
sus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt libros. Vnde constat, quòd non ad gratiã locutus sum. Cũ.n. ex tot & tantis operibus, neq; uel ea quę alij meminerint, sed pluribus eorũ omissis, iudæorũ insidias, lapidationes, odia, iniurias, maledicta, & quo dęmoniũ habentẽ, & deceptorem appellabant, in mediũ protulerim: perspicuum est me nõ ad gratiam cõciliandã prolocutũ, quã qui aucupatur, contrafacere oportet, contumelias tegere, laudes prædicare. Cũ ergo certissima scripserit, nõ recusat ẽt suum in medium ferre testimonium, quòd singula inuestigarit, examinauerit q; Mos.n. nobis est, ut uerissimi esse uideamur, nostrum non recusare testimonium: quod si nos facimus, multò magis ille qui ex spiritu scribebat: quod
& alij apostoli prædicabant, Nos testes sumus eorũ *Act.o.2.c*
quę dicimus, & spiritus qui dedit obedientibus sibi: oibus enim affuerãt. Matrem cõmendatam habuit, quæ & signa amoris erant, & quòd certò omnia sciret. Quòd si tãta signa facta dixit, noli admirari, sed
E immensam authoris potestatẽ intellige, & crede. Vt enim facile nobis est loqui, ita & illi, immo longè facilius facere q̃ uult: uolũtas sola sufficit, & cuncta ei parent: his ergo diligenter attendamus, neq; omittamus, quin explicemus atq; inuestigemus. A frequẽti nanq; congressu aliquid cõsequemur: ita uitã nostrã purgare poterimus, ita spinas incidere. Tale.n. peccatum est, & secularis cura res infructuosa, & molesta. Et quemadmodũ spina ubicũq; tangitur, tangentẽ pungit: ita secularia ubicunq; cõprehenderis, lædũt. Verũ non hmõi spiritalia, sed margaritæ cuidam similantur: quam cũ tractaueris, delectat oculos. Vt exempli gratia: Fecit aliquis eleemosynã, non modò spe futurorũ nutritur, sed & seculi bonis semper confidens lætatur: & omnia audẽter faciens, malas uincit cupiditates, & ante regnũ hic iam fructum accipit, cũ laudetur, cũ in admiratione sit, & ante omnia à propria conscientia: & singula bona opera hmõi sunt, quemadmodum mala ẽt ante gehennam hìc torquent, uulnerant enim conscientiã: Et siquid maneat peccatores itelligeres, meticulosus & trepidus, etiam nemine puniente, efficereris: & si diuitiæ tibi F
essent, multos haberes inimicos, & suspiciosẽ uiueres, neq; iam resistere posses iniuriãtibus, uel potius & non iniuriantibus: neq; enim tantũ ab eis uoluptatis, quantũ mœroris assequimur, intus reclamante conscientia, foris hominibus accusantibus deo indignato, gehenna nos cupidẽ expectante, nõ quiescentibus cogitationib⁹. Grauis, grauis inquã res, & onerosa peccatũ, & plumbo omni onerosius, qui id cognoscit ne minimũ quidẽ oculos erigere potest, etsi 3.Reg.21.
sensu careat. Sic & Achab, quanuis perquàm impius *f.g*
esset, postquã cognouit peccatũ suum, deiectis oculis ambulabat contritus, & agerrimè ferens, propterea saccum induit, & fontes fudit lachymarum. Si iti
dem & nos faciamus, & ut ille lugebimus, exuemus peccata nostra, ut Zachæus, & aliquã ueniam consequemur. Vt enim in morbis & fistulis, nisi quis prius fluentem humorẽ, & uulnus sistat: quæcunq; impo fuerit medicamenta, non amota morbi causa, omnia frustra contendet: Ita & nos nisi manum ab auaritia, & malum hunc amorem cohibuerimus, licèt eleemosynam demus, omnia incassum laboramus. Quod enim per eum boni fecimus, accedente aua-

Universidad de Deusto Biblioteca

gratia fatiſcit, atq; diſperditur, & priore peius efficitur. Ceſſemus ergo à rapina, & ita eleemoſynas impendamus. Quòd ſi in præcipitia nos deferimus, quo reſpirare poterimus? Etenim ſiquis caſurum erigeret, ut eleemoſyna: alter aũt humi premeret, ut auaritia, nihil aliud ab hac pugna expectandũ eſt, q̃ ut diſcerpatur. Quod ne nobis accidat, néue auaritia deorſum premente, eleemoſyna nos derelinquat, leues efficiamur, & uolemus, ut & malorum liberatione, & bonis operibus perfecti, ſempiterna bona conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto gloria, honor, & imperium, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Homiliarum lxxxvij. D. Ioannis Chryſoſtomi in euangelium Ioannis finis.

DIVI IONNIS CHRYSOSTOMI ALIQVOT homilię in euangeliũ Ioannis, ſecundum ordinem capitum: quæ hactenus uarijs in codicibus ſparſe extabant, in cõmune omniũ emolumentum redactæ.

DE FIDE IN CHRISTO,
Homilia Incerto interprete.

SI CREDIS quòd deus erat uerbum: ſecundum euangeliſtæ teſtimonium crede, quia hoc uerbum caro factum eſt: hoc eſt, homo factum eſt, ita ut inconuertibilis deitas permaneret. Deus.n. incõuertibilis eſt, quem nulla ſubſtantia capiat: cùm ipſe ſit omnium capax, non habens neq; augmẽtum dierum, neq; imminutionem tẽporum. Nõ enim ex tempore aliquod initium habet, qui eſt ante ſecula: non aliqua factura eſt, quæ temporibus excludatur: ſed in patris natura manẽs ſemper abſq; initio inuenitur, qui coæternus eſt genitori initium non habenti. Vnde & temporibus initium dedit ipſe non in tempore permanẽs, ſicut ſcriptum eſt: Quia in ſe manẽs, innouat omnia: per quẽ omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Si uerò & tẽporale aliquid de ipſo uolueris cogitare: quia cũ ſit unigenitus dei filius, dicitur ẽt filius hominis in diſpenſatione carnali: cognoſce uocẽ illam patris dicẽtẽ: Ego hodie genui te: ut quod ait, hodie genui te, filio hominis ex Maria nato adſcribas, auferens prorſus temporalitatem ab illa inconuertibili deitatis natura. Si aũt & ſecũdum paternam generationẽ eũ conſideres, per id quòd ingenitus eſt pater: propria uerò generatio filius unigenitus, & ideo filius unigenitus: & ideo ſi diſtinctionẽ aliquam inter genitorem & genitum definire uelis, hic uide ut intellectu pio tantæ neceſsitudinis intuearis arcanũ. Quoniam & priuſquã naſceretur unigenitus, in ſuo iam genitore generandus manebat, non habens diſtantiam temporis, ſicut impij dicunt: quia erat quando non erat, qui ineffabilem domini creatoris generationem, mortalium creaturarum ſpecie metiuntur, quæ gradibus ætatum generantur & generant. Veruntamen ẽt de ipſis eos conditionis humanæ gene rationibus arguamus. Nam ſi ẽt homini ineſt anteq̃ generet, & id quod ex eo generandũ eſt, ſecundum eſt ſecundum naturã, & antequã generet non aliunde mutatur, ut ſeminet progeniem, quam generaturus eſt: quantò magis in deo patre omnipotẽte iſta ratio cernenda eſt, ut æquè inconuertibilis & ſempiternus filius, in æterno, atq; incõmutabili patre ſẽper fuerit: qui ſecundum naturam inſeparabilis ſubſtantia eſt, excludens illam impiorũ blaſphemiam, q̃ dicit: erat quando non erat. Si uerò manifeſtius uolueris agnoſcere, qui erat ſemper in patre priuſquàm naſceretur. Non legiſti in factura & cõſtitutione mũdi, Moſe exponente, qũo ex perſona opificis dictum ſit: Producat herbam fœni ſeminãs ſemen, ſecundũ genus, & ſimilitudinem: & lignum fructiferũ faciens fructum, cuius ſemen eius in ipſo ſecundum genus, & ſimilitudinẽ ſuper terram. Si ergo lignum fructiferum, quod in eſcam datum eſt hominibus, priuſquã producat fructus, in ſemetipſo fructũ habet ſecundum genus, & ſecundũ ſimilitudinem ſuam: quantò magis deus qui creator & largitor eorũ eſt, in ſemetipſo habuit natũ ſuum antequàm ſignaret? Non.n. duos ingenitos dicimus, ſed unum ingenitũ patrẽ perfectũ, qui filium ex ſeipſo genuit perfectũ, ſicut ipſe eſt perfectus pater. Tu ergo qui uides dicẽtem: Pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat calix iſte à me: ueruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis, nõ uides eundem dicẽtem: Poteſtatem habeo ponere animam meã, & iterum ſumere eam, & nemo eã auſert à me, ſed à meipſo pono eam, ut rurſus aſſumã illã. Quod utiq; dicens, docet te, ut ui propriæ uoluntatis eius, nõ extrinſecus eum natum eſſe arbitreris: qa non ſicut indigens ſumpſit aliunde uirtutem, cum qua ſit ope ei, ſed ſuæ poteſtatis imperio uſus eſt, & non aſſumptiuæ aſſumptionis beneficio. Cõſidera ergo liberũ, & principale diuinæ uolũtatis arbitriũ, & noli contrahere, atq; cõcludere in anguſtijs mẽtis tuæ deum maieſtatis, qui pp teſuſceptã fragilitatis tuæ carnẽ ueſtitus eſt: ſed redde altitudinẽ gloriæ ſuę habentem poteſtatẽ animæ ſuæ ponẽdæ, & reſumẽdæ. Diminutionẽ uerò ad eũ refunde qui paſſus eſt, & reſurrexit: paſſus eſt tamẽ, quia uoluit: ſurrexit, qa potuit. Vides ergo dicentem: Non ueni uoluntatem meam facere, ſed uoluntatem eius qui miſit me: & q me miſit, maior me eſt. Et è diuerſo nun conſideras eum dicentẽ: Ego & pater unum ſumus. Vt quod ſumus, perſonis adſcribas: quòd uerò dixit unũ: diuinitati aſsignes. Et ſi eũ orantẽ uideris, ſi crucifixũ, ſi ex tpe orantem conſideras, ſcdm quod ad eum dictũ eſt: Ego hodie genui te: illũ mihi itellige, de quo ſcriptum Apoſtolus ad Hebrẽos dicit: Quid eſt homo, quòd memor es eius, aut filius hois, quoniã uiſitas eum? Minoraſti eũ paulominus ab angelis, gloria & honore coronaſti eum, & cõſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarũ, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Et idẽ magiſter illico ſua diſputatiõe ſubtexuit: Nũc adhuc non uidimus oia illi ſubiecta, pauloantè minus ab angelis minoratũ uidimus, inquit, Ieſum pp paſsionẽ, gloria & honore coronatũ. Cũ uerò audieris & illud, qd de eodẽ Ieſu domino noſtro beatus Apoſtolus dicit: Quãdo ſubiecta illi fuerint oia, tũc & ipſe ſubiectus erit ei, q ſibi ſubiecit oia, ut ſit deus

omnia, & in omnibus. Et recurrere oportet ad Apoſtolũ, & per ipſius magiſteriũ intueri: quia dixit, necdũ uidemus uniuerſa illi ſubiecta, neq; omnẽ linguã cõfitẽtẽ, qa dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris: ut quãdo adimpleta fuerit ſubiectio cõfitentiũ, quia dominus Ieſus in gloria eſt dei patris, in ſubiectione eius, cui ſubiicitur omnis lingua, hoc eſt, filio hois. ſcdm Apoſtolũ. Tũc filius hois, ſecundũ Apoſtolũ in ſubiectione plenitudinis credẽtiũ ſubiicitur diuino uerbo, ut ſit iſte qui aſſumptus eſt homo, ſit deus, oia in oibus. Quia per ipſum iudicẽ erit retributio iuſtis iuſtitiæ in gloriã, & peccatoribus iuſtum iudiciũ tormentorũ in irã damnationis. Si autem uolueris magnitudinẽ filij in agnitione patris conſiderare, uade ad Philippũ apoſtolum & interroga cum ipſo, dicens: Oſtẽde nobis patrẽ, & ſufficit nobis. Et potetis diſcere ipſo domino reſpõdẽte: qa pater meus uſque adhuc operatur, & ego operor. Et cũ Philippo audies: Tãto tpe uobiſcũ ſum, & nõ me uidiſtis? Philippe qui uidet me, uidet & patrẽ qa ego in patre, & pater i me eſt. Hoc aũt ait illuminãs nos.

Ioã.14.a
Ibid.5.c
Ibi.14.a

EIVSDEM DE DIVO IOANNE *Baptiſta, homilia. Incerto interprete.*

ET Ioanne dicitur: Fuit homo miſſus à deo. Vide q̃ ſit diſtãtia inter deũ & hominẽ. De deo: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Videte qũo piſcator indoctus nouũ uerbum proprietatis dixit, ſic de deo: In principio erat uerbum, quę iam locuti ſum⁹: neq; enim poſſumus eadẽ replicare. De homine uidete quid dicat: Fuit homo miſſus à deo. Videte qd dicat. fuit. De filio dei, erat: de homine, fuit. De deo dicitur: In principio erat uerbum: de dei filio, uerbũ de homine uidete qd dicitur, Fuit homo: quia ergo homo, propterea miſſus eſt à deo. Cui nomen erat Ioãnes. Gratia in homine cõprehẽditur. Ioãnes enim domini gratia iterpretatur. Io enim dicitur domini, anna dicitur gratia. Cui nomẽ erat Ioann es. Quia maiorẽ accepit gratiã, propterea in eremo philoſophatur, & reſeruat ſe in aduentũ Chriſti, qa nũciaturus erat Chriſtũ, ſtatim in eremo nutritur, ſtatim ibi creſcit, nõ uult cũ hoibus cõuerſari. In eremo cũ angelis philoſophatur: nouerat Chriſtũ Ioannes ſemp eſſe uenturum, & non ſolũ nouerat ab infantia, ſed in utero matris nouerat, & eũ ſalutauerat: Deniq; ſcribitur: Exultauit infans in utero matris ſuę. Vide qũo in utero matris conſtitutus ſenſit aduentũ domini. Conſiderate monachi dignitatẽ ueſtram. Ioannes priceps ueſter eſt dogmatis, ipſe monachus. Statim ut natus eſt, in eremo uiuit, in eremo nutritur, Chriſtum expectat in ſolitudine. Videte differentiã. Eo tẽpore quo Ioannes natus eſt, & erat in eremo. Hoc tẽplum quod uidemus eſſe deſtructũ, quãtas habebat diuitias, quid auri, quid argẽti, qd multitudinis? Vultis ſcire quantã habuerit multitudinẽ? Ioſephus Iudaicæ ſcriptor hiſtoriæ deſcribit eo tpe quo capta eſt Hieruſalẽ, hoc eſt à Veſpaſiano & Tito, dicit mille & octingenta millia una die capta. Videte quid dicat, ubi tanti ſunt capti, quãti habitatores erãt: quanti ſunt mortui, quantos fames, quãtos gladius interfecit? Deinde ſcribit hiſtoria quantũ auri fuerit in tẽplo, quantũ argenti, quantũ gemmarum, quantum ſerici, quanti erãt ſacerdotes, quãti ſcribę, & diuerſa genera officiorũ. Videte qũo ſemp Chriſtus humilitatẽ diligit. Chriſtus dei filius in templo naſcitur, & in eremo prædicatur. Humilis enim humiles diligit. Hoc totum quare dico? Vt doceam dogmatis noſtri principẽ eſſe Baptiſtam Ioannẽ. Fœlices ſunt qui imitantur Ioannẽ, quo inter natos mulierum maior non fuit. Expectabat Chriſtum, nouerat eſſe uenturũ, oculi eius nihil aliud dignabantur aſpicere. *Omnia per ipſum facta ſunt. & ſine ipſo factum eſt nihil, qd factum eſt.* Multi.n. malè legunt, dicentes: Quod factum eſt, in ipſo uita erat. Sed ita diſtinguitur: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil, quod factũ eſt: hoc eſt, ſine ipſo qd factũ eſt, nõ eſt factũ. Spiritus.n. ſanctus non eſt factus, propterea non per ipſum eſt. Spiritus.n. ſanctus qui fecit omnia, non eſt factus à domino. Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius oĩs uirtus eorũ, Vides quia duo ſunt qui fabricant, dimitto patrẽ, quia de patre nulla dubitatio eſt, licèt in iſto uerſiculo tres perſonæ demonſtrentur. Quando.n. dicitur: Verbo domini cœli firmati ſunt, nominat: id eſt, uerbum nominat, & deũ patrem, & filium, ergo duæ perſonæ dictæ ſunt: Verbo domini cœli firmati ſunt. Alijs uerbis hoc dixit: Filio patris cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Ergo manifeſtè in iſto uerſiculo demonſtratur, quòd pater, & filius, & ſpiritus ſanctus omniũ creatores ſunt. Omnia per ipſum facta ſunt. Si ergo oĩa per ipſum facta ſunt, ergo excluſus eſt pater, excluſus eſt & ſpiritus ſanctus, & ſolus filius operatus eſt. Quoniã ergo dixerat, oĩa per ipſum facta ſunt, ne ſpiritus ſancti & patris tolleret creationẽ, adiecit: Et ſine ipſo factũ eſt nihil, qd factum eſt. Quando dicitur, ſine ipſo nihil, oſtenditur quòd aliq⁹ fecerit, ſed quòd ſine iſto nihil fecerit: deniq; & ſapientia in Prouerbiis quid dicit? Quando præparabat cœlos, aderã, &c. *Et uita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã nõ cõprehẽderunt.* Generaliter quidẽ de conditore dicitur deo, quoniã ſemper inter medias creaturas ſuas ſit, & tamẽ creatura non intelligit creatorẽ ſuum: ſpecialiter autem dicitur de domino ſaluatore: quoniã hoc uerbũ qd erat deus, & erat in deo, eſſet ẽt in mundo, ut luceret in tenebris Iudęorum: & Iudæi qui ſunt tenebræ, nõ comprehenderunt lucem. *Fuit homo miſſus à deo.* Breuiter de ſingulis dicamus. Fuit homo miſſus à deo. Videte ſignificantiam, proprietatesq; uerborum. De deo quid dicitur? de filio dei quid dicitur? In principio erat uerbum. Qui erat, principium non habet. Qui erat, non fuit aliquod tempus quando nõ erat. De Ioanne licèt uerò ſanctus ſit, licèt præcurſor ſit, non dicitur erat: non enim erat antequã naſceretur, non erat antequàm præcurſor fieret, non erat anteq̃ conciperetur in utero. Audiat hic, & alia hæreſis: Nõ mittitur ille q erat, ſed mittitur & ſit ille qui nõ erat. Quid dicitur, fuit homo miſſus à deo? Videte proprietates uerborũ. In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Legimus & literas ſeculares, legim⁹ Platonẽ, legim⁹ & cæteros philoſophos. Piſcator noſter inuenit qd philoſophus nõ inuenit. Si dixiſſet: in principio erat deus filius, uidebatur patrẽ excluſiſſe aut ẽt duos deos facere: & nihil nobis proderat de gẽtib⁹, ſi reliquiſſemus plurimos deos, & credidiſſemus i duob⁹ diis. Vide ergo qũo paulatim, & prudẽter irrepit. In principio nõ dicit erat de⁹, ne uideretur deũ & deũ facere deos duos iunctos, ſed filiũ uerbũ

Ioan.1.a
Ioannes quid interpretetur.
Luc.1.e
Ioannes duæ monachorũ.
Mat.11.b
Pſal.32.b
Prou.8.c

G nominat. Et dum dicit ipsum uerbū esse in patre, sici & filiū deū dicit, ut nō offerat unū deū. Ergo & nos qua ratione filiū deū dicimus, & unū tamē deum dicimus in patre, & in filio: sic in patre, & in filio, & in spiritu sancto triplex quidem est, sed una diuinitas. Fuit homo missus à deo. Ioannes fuit, qui ante non erat. Factus est, qui non erat. Fuit homo nō uerbū. Homo ideo fuit, quia homo: uerbum non fuit, sed semper erat. Fuit homo missus à deo. In principio erat uerbum. Nō mittitur homo missus à deo. Quic quid ergo homo loquitur, non auditur qui mittit.
Mat.10. d — Qui. n. uos recipit, me recipit: honor mittentis suscipitur i eo q mittitur. Fuit homo missus à deo. Qđ nos dicimus missus, Greci dicunt apestalmenos, hoc est missus, quod dicitur lingua Hebraica silaos. Ergo uides, quod iste Ioannes propheta, non solū prophe ta, sed & apostolus est. Mittitur Esaias, apostol⁹ fuit.
Esaiæ.6.c — Ecce ego, mitte me. Missus à deo. pulchrè dixit, mis-
Ioā.10.b — sus. Dominus enim dicit in euangelio: Omnes qui ante me uenerunt, fures fuerunt, & latrones, Non dixit, omnes qui missi sunt, fures & latrones: sed qui p
H — se uenerunt. Quid dicit: omnes qui uenerunt ante me? Qui dicūt, hæc dicit dominus, & dominus non misit eos, isti qui uenerunt per se, & nō sunt missi, ipsi fuerunt fures & latrones. Iste ergo missus est à deo cui nomē erat Ioannes. Et nomē ipsius officio cōue-
Ioannis interpretatio. — nit. Ioānes. n. interpretatur domini gratia, Io. n. dicitur dominus, anna gratia. Ergo Ioānes domini dicitur gratia. Quod missus est, à domino accepit. Hic uenit in testimoniū, ut testimoniū perhiberet de lumine. Multa sunt quæ dicuntur, sed excludimur tpe. *Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Verbum caro factū est, & quo factū est, ignoramus. A deo ratione habeo, conscientiā nō habeo. Scio quia uerbum caro factum sit, & quo factum sit, nescio: mi-
Coloss.1.d — raris quia ego nesciam? Omnis creatura ignorat. Mysterium enim qđ absconditū fuit in omnibus seculis in nostro seculo reuelatū est. Dicat aliquis, si reuelatum est, quo te nescire dicis? Reuelatum est quod factum est, cæterum cælatur quo factum sit. Deniq;
Esa.53.c — dicit Esaias: Generationē eius quis enarrabit? & quo
Esaiæ.7.c — ipse dixerat, Ecce uirgo in utero concipiet & pariet?
I — dicit quid factum sit: quando autē dicit, Generationem eius quis enarrabit: hoc nobis ostendit, quoniam natus quidē sit: sed quo natus sit, ignoramus. Sācta Maria, beata Maria, mater & uirgo, uirgo fuit ante partū, uirgo post partū. Ego hoc miror, quomodo de uirgine uirgo nat⁹ sit, & post natione uirginis mater uirgo sit. Vultis scire quo de uirgine natus sit, & post natiuitatē mater ipsa sit uirgo? Clausa erant ostia, & ingressus est Iesus. Nulli dubiū quin clausa sint ostia. Qui intrauit p ostia clausa, nō erat phantasma, non erat spiritus, uerè corpus erat. Quid
Luc.24.f — enim dicit: Respicite & uidete, quia spiritus carnē & ossa non habet, q̄ me habere uidetis. Habebat carnes, habebat ossa: & clausa erant ostia. Quo clausis ostijs intrauerunt ossa & caro? Clausa sunt ostia, & intrat quē intrantē nō uidimus. Vnde intrauit, oia clausa sunt: locus non est p quē intret, & tamē intus est qui intrauit, & non apparet quo intrauit. Nescis quomodo factum sit, & das hoc potentiæ dei. Da potentiæ dei, quia de uirgine natus sit, & tamē ipsa
Ezechie. 44.a — uirgo fuerit uirgo post partū. Legimus in Ezechiel, in templi ędificatione: Porta hęc inquit, Oriētalis, q̄ respicit ad Orientē, semper clausa erit: & nemo, inquit, ntrabit per eā, nisi solus pōtifex. Clausa est porta, & K
nemo intrat p ipsam portā, nisi solus Pontifex. Se- Mat.27.f
pulchrū saluatoris in petra durissima fuerat excisum in petra dūrissima, quæ nullam habebat mollicie: & scriptum est: quoniam in isto ipso sepulchro nullus antè sit positus, sed nouum sepulchrum erat, Manifestum quidem est secundum literam quod factum est, & propterea in petra excisum est: debemus enim primum secundum literam dicere: Et in durissimo lapide fuerat excisum, & in nouo sepulchro positus est, & grandis lapis positus est ad ostium, & custodia militū in circuitu, ut quantū fortius seruatur ne furari possit, tantò magis uirtus dei appareat cū resurrexerit. Si enim sepulchrum fuisset in terra, dicere poterant: suffoderunt terram, & furati sunt eum: si fuisset lapis paruulus positus, dicere poterant, paruus lapis fuit, & dormientibus nobis tulerūt eū. De Ibidem.
niq; in euāgelio quid scriptū est? Venerunt, inquit, alia die scribę & Pharisęi, & sacerdotes, & uenerut ad Pilatū & dixerūt ei: Domine magus ille dicebat, quo niā surrecturus est: ne ergo ueniant discipuli ei ⁹, & surentur eū, & dicant, surrexit, & peior error fiat, quām L
modò factus est, da nobis qui eū custodiant, ne eū furentur. Et dixit Pilatus: Habetis custodiā, ita facite quō uultis. Diligentia scribarū & hostiū prodest fidei nostrę. Seruate Pharisęi, seruate: deus includi nō Esa.40.f
potest, deus in sepulchro teneri non potest. Qui fecit cœlū & terram, cuius in pugillo terra est & cœlū, qui appendit mundū in tribus digitis, quod dicitur Hebraicè. Qui ergo appendit mūdū, uno sepulchro nō pōt contineri. Deniq; mulieres Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Ioseph mater, pia qdē uoluntate, sed errantes deū quærebant in sepulchro. Recipit qdem uoluntatē, sed errorē arguit angelus ille qui reuoluebat lapidem, & sedebat super lapidē. Et quid ostēdebat lapis iste, cui ego isideo, q̄ seruus sum isti? qui certus sum quòd non pōt includere dominum meum, cū prematur à seruo suo. Lapis ergo ille non potuit claudere Iesum. Et dicit ad mulieres q̄ uenerāt ad quęrendū eū: Iesum q̄ritis, nō est hic. Vbi est? in cœlo? ultra cœlos est: in terra? ultra terrā est, ubicunq; uoluerit est, ubicunq; est, totus est: ubicunq; est, & ubicunq; fueris, tu ipse qui illum quæris, in ip- M
so es quem quæris. Audi ergo quid dicit angelus ad mulieres: Quid quæritis uiuentē cum mortuis? quid Luc.24.f
quæritis dominum in sepulchro? Iesum quæritis, dominū queritis, qa tātū Iesum quæritis. Certè si scire-
tis illum esse uiuentē, audiretis: Medius inter uos est, Ioan.1.d
quē uos ignoratis. Regnū dei intra uos est. Angelus Luc.17.a
quid dicit his mulieribus? Iesum q̄ritis in sepulchro. Credite eū resurrexisse, & putate i uobis quem queritis. Maria Magdalene cū uidisset dominū, & putasset quòd hortulanus sit, putabat illum quòd esset hortulanus? errabat quidē in uisu, sed ipse error habebat typum suū. Verè. n. hortulanus erat Iesus paradisi sui, arborū paradisi. Putabat, inquit, quòd hortulanus esset, & uoluit inquirere pedes eius. Et qd ei dixit dominus? Noli me tāgere, nondū enim ascendi ad patrē meū. Noli me tāgere, non mereris me tāgere, quem in sepulchro quæris. Noli me tangere, quem tantùm putes, & non credis resurrexisse. Noli me tangere, tibi enim necdū ascendi ad patrē meū: cùm tibi ascendero ad patrem, tunc mereris me tangere, præstante Christo domino nostro, cui sit honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Diui

A Diui Ioannis Chrysostomi contra Iudæos, Gentiles, & hæreticos sermo, de euangelio, Nuptiæ factæ sunt, &c.

Irundinū pulli in nidulis sedētes, parentem
h — suorū qui sibi alimenta afferūt, aduentum expectāt: & cū ipsos uenire cōspexerint, leui
ala mouent aërem cantillātes, & ad illorū aduētum applaudētes: similiter & eorū parentes, cū nidulo appropiant, cantillāt, pullis aduētū suū nunciantes. Similiter aūt & uos in nido tēpli huius sedetis, meum aduentū expectantes: & quia uenientē uidetis, leui mētis ala uolatis. Neq; ego dissimiliter spirituali huic nido appropiaturus, deum uoce prēmissa glorifico, quòd mihi filios dedit tam mei amantes. Sed hirundines alimenta sua ab ore in os tradunt: nos aūt nostra non sic, sed ab ore in aurē. Illa. n. in corruptionē procedūt, nostra uerò in incorruptibilitatē: illa corpora pascunt, nostra animas impinguāt. Hęc oīa nō temerè à me dicta sunt, sed qa lecti euangelij cōtinētia ad hæc docēda nos inducit: necessariū ut uos do
Ibidem. — ceam. Vocatus est, dicit, Iesus ad nuptias. Oro, cōpo
sitis morib⁹ estote, & audite q̄ dicūtur. Quoniā mul-
B — ti nuptias prætexūt, alij filios, alij militiā, alij negocia
tionē, alij artificium, alij seruitutē, alij diuitias, alij impiam, & quæcunq; talia sunt. Volo igitur declarare uobis, quòd neq; diuitiæ impediūt, neq; inopia, neq; militia, neq; negociatio, neq; nuptię, neq; pueri, neq; seruitus, neq; opificiū, neq; aliquid tale. Vocatus est Iesus ad nuptias. Venit, uel nō uenit? Certū quòd uenit. Quòd si uenit, quo ergo nuptiæ malæ? nō potes excusare. Ego aūt nō dico, quòd tantū uenerit, sed quòd & dona secū attulerit. Aquam in uinum mutauit. Ne excuses te pp nuptias, dominus tuus nuptijs interfuit, & nuptias honestauit: & tu nuptias arguis, & dicis nuptias obstaculū esse ad pietatē? Nullum. n. ad pietatē est obstaculū. Vis cognoscere quòd nihil
3.Regū. 18.g — nocet habere uxorē & pueros? Moses, nōne uxorem habuit & liberos? Helias, nōne uirgo erat? Nōne Moses manna è cœlo deduxit? Nōne Helias ignē è cœlo deduxit? Nōne Moses coturnices aduolare fecit? Nōne Helias uerbo cœlū clausit? Nónne Mosi deus locutus est? Nóne & cū Helia conuersatus est? Nónne Moses mare diuisit & transduxit populū? Nónne He
C — lias curru igneo i cœlū sublatus est? An nocuit huic uirginitas, an impedimēto fuerunt illi uxor & liberi? Vidisti Heliā aurigam in aëre, uidisti Mosen in mariuatorē? Vide & Petrū ecclesiæ columnā, quòd & ipse habuit uxorē. At nō est scriptū, iquit, quòd Petrus habuit uxorē: unde ergo liquet, quòd uxorē habuit?
Mat.8.b — Ego dico: Ingressus est Iesus ad socrū Petri & erat illa infirma, & tetigit eam: & reliquit eā febris, & stetit & ministrauit. Vides quòd & Petrus uxorē habuit? Vbi enim socrus, manifestum quòd ibi & mulier. Vides quòd & Petrus uxorē habuit? ne i cuses nuptias. Hęc dico, ut nequis prętexat uel uxorē, uel liberos, uel militiam, uel negociationē, uel opificiū, uel seruitutem, uel diuitias, uel paupertatē. Hæc excusatio, hic prætextus, diaboli insidiæ sunt. Militiā prætexis, & dicis,
Mat.8.b — Nō possum esse pius. Centurio nōne miles erat? & dicit ad Iesum, Non sum dignus, ut intres sub tectum meū: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Et admiratus Iesus, ait: Amen amen dico uobis, neq; in Israel
1.Co.4.c — tantā fidē inueni. Nihilq; nocuit illū sua militia. At qd
et.1 Thes — si opifex? Et Paulus operatus est manib⁹, q & anteà
sa.2.& — eccl'arū deprædator, & post hoc factus pdicator &
1.b — apostolus. Quid uerò si diues? Et Abrahā diues, &

ipse uxorē habuit & pueros. Credidit. n. Abrahā, & D
Rom.4.a — reputatū est ei ad iustitiā, & amicus dei uocatus est: tam nihil obfuerunt ei diuitię, & mulier, & pueri. Nō habes excusationē. Tria q̄ prætexere potes, unus ille habuit, & uxorem, & pueros, & diuitias. Sed quo si seruus? Et Onesimus seruus erat, & scribit Paul⁹ Phi- Ad Phil.
lemoni, dicens: Onesimū q olim nullius frugis, nūc 1.b
aūt & mihi, & tibi utilis. Verū, quid si rex? Erat & Da 2.Re.12.b
uid rex, & cū ingressus ad eū Nathan propheta, & arguit ipsum de peccato qđ fecerat. Nunquid in illum tyrannidē rex exercuit? nunqd uel asperum aliquod uerbū prophetæ dedit? an nō & in regno seruū se fatebatur, dicens: Peccaui domino? Et propheta uidēs Ibidem.d
pniam eius, dixit: Et dominus abstulit peccatū tuū. Ibidem.
Velox pnia, uelocior condonatio. Num aliquid tribuit sibi rex, & dixit: Rex sum, amictus purpura, circundatus diademate, fero tela, sagittas, scuta, arma: mihi sunt milites & armigeri, & pauperē illū timerē? ferrémne eū, & nō occiderem? Sed nihil taliū, quāuis rex esset: sciebat. n. quòd peccarat, & ob hoc pœnituit: qua sciebat se grauiter peccasse. Et nihil ei obE
fuit regnū. Iam qd si iuuenis? erat & Daniel iuuenis, Daniel.
& leonū ora cōstrinxit, & dracones cōfregit, Bel sub ult.e
uertit, & presbyteros iudicauit, Susannā liberauit, tantæq; uirtuti imperfecta ætas nō obfuit. An nō & talis erat fratrum amator Ioseph, qui tantā præ se tu
lit sapientiā & cōtinentiam apud Aegyptiā? Vestem Gen.39.e
suā dimisit, fidē nō disrupit, ipudentiā mulieris uicit, cōcupiscentiā nō satiauit, & nihil impediuit illius uirtutē adolescentia. Sed qd si uidua? Erat & Sidonia ui
dua, q̄ Heliā hospitio excepit, & pauit pane & aqua, 3.Re.17.c
& authorē famis non est reuerita. Quid aūt si meretrix? Erat & Raab, q̄ exploratores occultauit, & cùm Iosu.6.c
filij Israel terrā promissionis accepissent, saluata est ipsa cū domo & genere suo. At quo si pauper? Pauper erat talis & Lazarus. Et quantā ille sapientiam ac Luc.16.e
patientiam in extremis ostēdit, licèt nihil illū in tāta necessitate leniret. Iam si mulieri quis deditus sit, an nō & Sampson? nā licèt à muliere sit proditus, tamē ipsi deus dedit, ut se de alienigenis ulciscereturF
. Sed quid si amas filios? amabat & Iob, Sed tentaris, tētabatur & Iob. Vides quòd seluati sunt? Habes fidē, habes oia: nō habes fidē, rex licèt sis, non tibi proderit regnū. Sed ne promissionis obliuiscar: Vocatus igitur Ioan.2.a
est Iesus ad nuptias: & cū ipse ibi esset, uīnū nō habebāt. Dicit ei mater sua: Vinū nō habēt. Dicit ei Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerūt hydrias aqua, & fecit aquā uinū. Quare aūt dixit, implete hydrias aqua? an nō q uerbo cœlū fecit, & terrā fundauit, & oia q̄ in eis, cuius oculus arefacit abyssos, à quo tremit oīs creatura tā cœlestiū, q̄ terrestriū, q ea q̄ non sunt facit esse, potuit ēt hydrias aqua iplere? & dicit, Haurite aquā. Ad quid? Ego dico, quòd si negarint, manus eorū q̄ hauserūt, & humeri q gestarūt aquā, ipsos redarguāt. Idē ēt fecit cū Lazarū suscitauit, ante- Ibid.n.f
q̄ ad locū illū ueniret, dicit discipulis: Lazarus amicus noster obdormit. Postq̄ autē uenerunt sorores Lazari, & dixerunt ei, Lazarus mortuus est: dixit eis: Quò posuistis eū? Dicunt ei, Veni & uide. O noua & inopinata opera, paulò anteà dixerat discipulis, Lazarus mortuus est: & nūc dicit, Vbi posuistis eū? Mortē p̄dixerat discipulis suis, & locū nescit. Sciebat, sed propter Iudæos dicebat, qa rudes erant. Et ita cū dicit, Vbi posuistis eū? nō ignorātiæ erat: sicut & cū in paradisō dicebat Adā, Adā ubi es? Ignorabātne ubi Gene.3.

G esset? nō est dicendū: sed quia dicebat illis diabolus, quòd in die in qua comedetis ex ligno hoc, eritis ut dij. Et suspicati sunt illi, quòd futuri essent dij. Ob hoc arguit ipsum deus, Adam ubi es? pro eo quòd comedisti & manifesti homo. Sic & apud Lazarum
Ioan.11.f egit. Nam ut appropiauit monumēto, & tulerunt. Dicit ipsi soror Lazari, Iam fœtet, nūc.n. quatriduanus est. Et ut clamauit uoce magna, dixit: Lazare, ueni foras. Et prodijt uinctus institis. An non q transfert mōtes in cor maris, potuit uerbo lapidē mouere? q stimulos mortis cōfregit, q portas inferni cōtriuit, non potuit uincula disrumpere? & dicit ipsis, Soluite ipsum. Ad quid? ut si negēt, manus eorū & oculi ipsorum redarguant ipsos. Ob hoc dixit, Soluite ipsum. In primis
Ioan.2.b aūt soror Lazari testimoniū dedit, dicēs: Iam fœtet. Idē & i nuptijs fecit, dicēdo eis: Imple hydrias aqua. Et impletis hidrijs aqua, fecit aquā uinū. Et propterea undequaque certos ipsos reddebat. Semper.n. in creduli erāt Iudæi, & impudentes. Vultis cognoscere quanta eis fecit deus, & permanserunt semp ingrati?
H Discite, sed oro, accōmodate uos mihi, & auscultate
Deut.10. q quę dicuntur. Demōstrabo.n. uobis, quòd ab initio ingrati & increduli fuerūt. Septuaginta & quinq; animæ Aegyptū ingressæ sunt, & factæ sunt sexcēta milia. Mortuus est Ioseph, & surrexit alius rex, q Ioseph
Exo.32.c memor non fuit, afflixit igitur filios Israel ualde. Clamauerunt ad deū, dicentes: Domine tu iurasti patribus nostris, daturū te semini nostro terrā fluentē lacte & melle: nunc domine memor esto testamenti, qđ posuisti patrib⁹ nostris, & erue nos de manu Pharaonis regis Aegypti, & ex seruitute Aegyptiorū. Au
Ibid.12.d diuit igitur dominus uocem eorum, & misit ad eos Mosen. Sed attendite uerba, dicit Mosi deus: Accipe agnū immaculatū, anniculū primogenitū, & immola, & sanguine eius unusquisq; obliniat fores, ut cū uenerit angelus habēs gladiū extentū, & uiderit quòd sanguine sit linita domus illa, transeat: sin uiderit nō oblitam, ingredietur & oia perdet. Fecit igitur Moses sic, & tradidit populo, & illi accepto cruore ianuam linierunt. Et uenit angelus, habens extentū gladium suū, & uidit sanguinē in foribus, & transijt: ubi autē
I nō uidit, ingressus, & oia perdidit. Hæc oia nō absq; ratione facta sunt: sed qa per lignum & sanguinē saluandi eramus, propterea iussit deus unumquemq; sanguine fores signare. Et quare nō dixit deus, Lini muros sanguine? quia nō eramus saluādi p lapides, sed
Exo.16.a & Num. 16.b per lignū. Eduxit itaq; eos Moses ex terra Aegypti, & tulit in desertū, & dicunt Mosi: Eduxisti nos in desertum, ut occideres, quasi non sint sepulchra in Aegypto? Nōne nobis melius erat cū essemus i Aegypto, dum comederemus melones & pepones, allia, & cępe? Vidisti ingratitudinē, ipsi dicebant deo, & precabantur ut educeret se ex terra Aegypti: at ubi i desertum uenerūt, fuerunt ingrati. Cognoscis ingratitudinē? sed rem maiorē & singularē uide. Quadraginta annis fuerūt in deserto, capillusq; ipsorū non creuit, neq; unguis, uestimentū ipsorū nō fuit sordidatum, calceamentū ipsorū nō fuit cōtritum: non laborauerunt, nō foderūt, boues non uinxerunt, aratrum nō traxerūt, sulcos nō secuerunt, tribulos nō euulserūt, semina nō sparserunt, imbres nō expectauerūt, Solis æstus nō tulerūt, tēpus messis non exceperunt, falcē nō acuēre, neq; messuēre, nō colligarunt aristas, non cōportarunt, nō conuexerunt in areā, non extriuerunt nō repurgarunt, nō pinsuerunt, nō coxerunt panes, & nihil oino illorum fecerunt: sed panē è cœlo K
nullis manibus elaboratū comederunt: prępone batur mensa nullo pręparante, impassibilitate imitabā tur angelos, natura suæ imbecillitatis oblita erat: & post tot beneficia dixerūt Aaroni, Da nobis deos, q Exo.32.a
nos pręcedāt: Mosi.n. illi, q nos eduxit è terra Aegypti, nescimus quid acciderit: feceruntq; uim magnā Aaroni. Ille ut uidit eos duri cordis & incircūcisos, dicit ipsis. Tollite inaures uestras, & mittite in ignē & si quid ascēdit, hoc deus sit: & ascēdit bubulū caput. Hic obserua hæreticū, parasitū, ingratum Iudæū, dicentē. Si deus genuit, igitur & fluxurā sustinuit, & corruptibilis est. O miser & perdite: hæcne de filio dei su spicaris? At nos, absit, ne sit. Sed genuit pater filium, unus unicū, deus deū perfectū: ita sentiūt Christiani. Quia aūt licēt ipsum nescias, superna curiosius putas perquirenda, dic: Putásne te scire, quo inauribꝰ in pyram coniectis, bubulū caput ascēderit? Non hoc chalcotypus operatus est. Nō erat cōflator, quo ergo egressum est bubulum caput, audes dicere? Si ne scis hęc inferiora, quo curiosē superna inquiris? q ne- L
scis propria, quo curiosē aliena inquiris? Et afferunt nobis euangelicā uocē, quòd Iesus dixerit discipulis, Ego sum uitis, uos palmites, pater meus agricola est. Ioan.15.a
Vides, dicit, quòd fecit filium. Inutilis.n. uitis, nisi ab agricola colatur. Et putauit quòd magnū aliquid & egregiū dicāt. Sed auscultate obsecro. Dicebā de ingratis & reprobis Iudæis, finite dicā & aduersus impudentes hęreticos. Potes mihi dicere ingrate, & impudēs hęretice, agricolā non pasci à uite? Armis tuis te capiā. Sicut agricola colit uitē, ita & pater opatur suum filiū. Videamus quis ab altero educetur, an uitis ab agricola, uel agricola à uite, ut dicis, Pater à filio habet esse: nō est igitur agricola, q nō ex operibꝰ suis pascitur. Quid ergo? filius pascit patrē? Nō, absit. Desine insipientissima hæc loqui. Nā sicut agricola gaudet de uite, ita & pater in filio. Nō.n. dixit, Pater meus operatus est me: sed, pater meus agricola est. Mat.17.a
Gaudsus est.n. pateri filio. Nō audiuisti ipsum dicētē, & 2.Pe.
Ipse est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui, ipsum audite? Quādo sterit in Iordanis fluentis, nō dixit, Ille est quē creaui, quē feci: sed dixit, in quo mihi 1.d M
beneplacui tū. Num & uocē illā reūcis? Et iterum dicit: Ioan.6.b
Descēdi è cœlo, nō ut uoluntatem meā facerem, sed eius q misit me patris. Quibꝰ dicebat? Oino Iudęis, q Mat.23.b
dicebant ipsum esse fabri filiū: & quasi inimico dei cōtrarij erant, & pp hoc dixit, descēdi. Et qa deo cōtrariū dicebant, respōdebat: Nō ueni ut faciā uoluntatem meā, sed eius q misit me patris. Nā licēt uidebantur colere patrē, ipsum tamē negabāt, & ob hoc infirmitati eorū consuluit, sic loquēdo. Alioqui quo is qui ubiq; est, uel qui oia adimplet, demittitur, uel descendit? Vides igitur quòd pp Iudæos dixit, descē di de cœlo, nō pp seipsum. Nullā habes excusationē. Afferunt aūt hic nobis & aliud testimonium apostoli dicentis, Vnus deus pater, & ex quo oia: & unus
1.Cor.8.b dominus Iesus Christus, per quē omnia. Dicis quòd alius deus præter patrem non sit: & ego dico quòd præter filium, alius talis dominus non sit. Quid igitur? contendemus? Minimè, absit. Scimus enim propter quos, & quibus hæc Paulus dixerit, sed audite diligenter sermonem. Quia gentiles multos deos colebant, Iudæi uerò unum principatum. Vt ergo & multitudinem deorum, & principatum unius simul

A auferret, dicebat: Siue enim sint dij multi & domini
1.Cor.8.b multi, siue in cœlo siue in terra: sed nobis unus deus pater. Et dicendo unus, sustulit deorū multitudinē.
Ibidem. Vbi enim unus, ibi nō sunt multi: dicēdo uerò, pater: sustulit principatū unius. Vbi enim pater, manifestū quòd ibi & filius. Et propterea dixit: Vnus deus pater, ex quo oia: & unus dominus Iesus Christus, per quē oia. Vides quòd ad Gentiles & Iudæos sermonē uerterit Paulus, ob hoc dixit, Vnus dominus
Ioan.1.a noster Iesus Christus per quē oia. Quia omnia tam uisibilia, q̄ inuisibilia, de quo audi Ioannē dicētē: In Principio erat uerbū, & uerbū erat apud deū, & deus erat uerbū, hoc erat in principio apud deū. Oia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil qđ factū est. Vides quòd ipse omniū est opifex. Nō audebis, inquit, mihi ostēdere, quòd filius cū patre numeretur. Increduli quousq; nō cessatis cōtradicere, peruertētes scripturas, ut filiū simplicē dicamus creaturam uel facturā? Vultis cognoscere, quòd cū de filio uerbum aliquod sublime & deo dignū audiunt, insanire incipiūt, & putant in ora sua amaritudinē immitti
B eius rei uobis exēplū dicā: Cū quis morbis & febribus laborat, & paululū relinquitur ab eis, si ordināt medici, ut os eiꝰ melle obliniatur, faciantq; id seruiut præcipitur: existimat infirmus quòd amarū sit mel, licēt circūstātes ifirmū moneāt, dulcissimū esse mel, uideturt tamē infirmātis ori amarū, nō quod amarū sit mel (qd enim dulcius melle?) sed quòd ille q mel accipit, infirmus est. Sic & illis cōtingit, cū audiūt cō substantialē, opinātur offundi sibi amaritudinē, nō quòd sermo eius naturę sit, sed quòd infirmę illorū sunt aures. Pater filiū uocat, similiter apostoli: ipsi autem creaturā & factura. Et quo filius creatura & factura? An idē est gignere, & creare? Si omnis qui gignit, creat, & omnis q creat, gignit: colligemus oēs creaturas filios & genitos esse dei: quia oia per filiū facta sunt. Igitur q creauit, idē et genuit. Vides quòd nati sunt dei, sicut tu dicis? Quandiu eritis increduli? Dicite mihi, quo colatur filius, quādoquidē filius dicitur? Nōne & tu filius? sed quid, quòd deus dicitur? nōne & tu? Sed potes mihi dicere, Ille re filius, tu nomine. Ergo filius? Ecce os tuū te redarguit. Ille.n.
C nec factura, nec creatura. Ille re filiꝰ, tu appellatione. Ille à solo patre genitus est, tu aūt ex placente materia formatus. Hęc cōtra Gētiles, Iudęos, & hęreticos dicta sint. Nos aūt glorificemus patrē, & filiū, & spiritum sanctum, cui gloria in sęcula sęculorum, Amē.

Ioan.1.c *Homilia D. Ioā. Chrysostomi, in dictū Ioānis, Veniet hora quādo ueri adoratores adorabūt patrē, in spiritu & ueritate. Incerto interprete.*

Nnumera beneficia dei, quibꝰ per momēta
i perfruimur, si iugi meditatione animo & sermone reuoluimus: inueniemus nihil tam cōgruere nobis, q̄ continuare preces, narrare laudes p̄dicare uirtutes, atq; in eius maiestatis cultū, tota animi ueneratione, obsequio, semet deuouere. Sic enim efficitur, ut dum deo gratiarū actionē referimus: & nostra officia cōpleamus, & eius potentiā cūctis populis demōstremus. Veniet, inquit, hora quādo ueri adoratores adorabūt patrem, in spiritu & ueritate. Dū ueros adoratores, dicit: esse quosdā falsos ostendit, suos ueros esse mōstrauit. Eius est.n. qđ uerū est cuius qđ falsum est, & nō potest. Diuisit substātiā, dū speciē separauit: genus ostēdit, dū patrē cōstituit. D
Et ut uerius dicā æmulis: Cūcta cōsistunt: nec quicquā inuenio, quod contrarium habere possit. Denique separatæ sunt diuersę naturæ, Falsum.n. ueritas nō capit, amaritudinē dulcedo nō patitur: noctes & dies diuersæ sunt, frigus calori non cōuenit. Perdet res quæque, qđ nascitur, si aliquādo æmulo copuletur. Adeo & bonus malo si cōnectitur, aut pares redduntur, aut citò abinuicē separātur. Amicitiæ.n. pares aut quærūt, aut faciūt: diuersa uerò, aut uolūtas, aut necessitas iungit. Cæterū nefas est iungere, quod
Eccl.13.c natura copulari nō patitur. Si cōiacuit, inquit, lupus
2.Co.6.c agno aliquādo: sic peccator iusto. & iterū, Nolite cō iugi cū infidelib⁹. Quæ.n. participatio iustitię iniquitati? Quis aūt consensus Christo ad Belial? Quæ autem particula est fideli cū infideli? Quæ cōuētio templo dei cū simulachris? Igitur quoniā qđ uerum est, dei est: qđ falsum, diaboli: enitēdum est, ut Christianus ueritatis sectator in spiritu & ueritate deū adoret: ut inter ueros adoratores cōstitutus, dei sit orator effectus, ut eū clemēter exaudiat deus. Nō ois,
Mat.7.c inquit, qui dicit mihi domine, domine: introibit in E
regnū cœlorū: sed is, qui fecerit uolūtatē patris mei, q in cœlis est: ipse introibit in regnū cœlorū: & iterū,
Luc.6.g Quid mihi dicitis domine, domine, & nō facitis, q mando uobis? Falsos.n. & simulatores ueritatis author nec amare poterit, nec audire. Tūc etenim faciē poterit, esse uerū qđ dicitur: si q in ueritate cōstitutus est, spiritu fueritueritatis instructus. Nā primò, ueritas extra ecclesiā nō est: qa ueritas Xps. Ego sum, inquit, uia, ueritas, & uita. Ergo si ueritas extra ecclesiā
Ioā.14.d nō est: in ecclesia sit cōstituta, necesse est. Vnde quicūq; in ecclesia cōstitutus est: in ueritate iam positus sit necesse est. Is spiritu ueritatis sit instructus, qa idē spiritus sanctus nō nisi sanctæ ecclesiæ à deo p Christū dominū attributus est. Vnde in ecclesia Christianus exoptet, ut sanctū spūm mereatur accipere: & acceptū sanctis actibus retinere, ut inter ueros adoratores, & ipse possit deū adorare. Cęterū frustrà sibi quisquā aliqd à deo promittit, q aut extra eccl'ā fuerit, aut in ecclesia simulator existēs aliter, q̄ debuerit, uixerit, Nec à ueritatis authore quicquā merebitur impetrare, q ueritatis rebellē sese uoluerit exhibere. Perdet.n. orationis precem, qui dominicā spreuerit iussionē. Non uult suā orationē audiri, qui putauerit præcepta dei debere cōtēni. Difficilis est.n. ad impetrandū aditus, cū præcedit iussionis diuinę cōtemptus. Cæterū facilè qđ postulatur, accipitur: si quod iubetur, instantissimè cōpleatur: ut homo sibi beneficiorū aditus aut claudat, aut referet: aut intercludat, aut tribuat: aut neget, aut p̄stet. Vt.n. obsequia pariūt beneficia, sic contēptus exhibet pœnā. Nec.n. poterit de cōtrario prosperū prouenire, quia de prospero nunq̄ potuit euenire cōtrariū. Denique ipsius orationis habitū recognosce. Nōne cū ostēdis manus, aperis pectus, faciē erigis ad cœlum, oculos attollis, totū te domino creatori ostēdis? Deniq; fœlices manus, si mūdæ sunt: beatū pectus, si purū est: gloriosa facies, si simplicitate resplēdet: digni oculi, si cōcupiscētia nō fuerint maculati: fœlix totus homo, si totus fuerit illibatus. Fœlix, inquā, si nihil i eo aut cogitatio fecerit, aut actꝰ pessimi sordidauerint. Talis spiritu & ueritate p̄ditus, ueris est adoratorib⁹ copulatus. Hic nō modo, quicqđ pro se optauerit, impetrabit: sed & pro cęteris idoneꝰ orator effectꝰ,

G & in præsenti, qđ petit, accipiet: & in futuro, qđ credit, inueniet. Vt qui dei est in p̄senti orator, in futuro sit cœlestiū regnorū possessor: ut p̄miis delectetur in cœlo, q dominū actibus piis delectauit in mūdo.

Habes ad populū Antiochenū in ultimo tomo, homilia. lxj. De sacrorum participatione mysteriorum: & quòd communicare nolens, nec orationi dignus est interesse. Ex Ioan. euangel. cap. 6.

De Lazaro resuscitato, homilia. Incer. interpre.

Randi fratres stupore, grādi miraculo hinc, & inde fluctibus dolorū Lazarus mortuus est: & ut terrenis artubus, uel mēbris fœtentibus delebatur, sepultus est, & humatus. Cōtractis igitur mēbris inter ieiunas, & innumerabiles costas, pellis tetra distēditur, & humoris rinus, qui de gurgite uiscerū laxabatur, fœtenti iam sentina per solū cadaueris teter, & cœruleus labebatur. Sed qa iustum iuuenē Lazarū (quē loquor) dominus in seculo dormire dixisset, præsaga uoce præscius futurorū apostolis suis Lazarum dixit: & quē promisit, si ad illam ciuitatē accederet, protinus excitandū. Huic ergo Lazaro, cui per cęruleas uenas membra tabuerūt, quē locatū spelūca incisæ rupis, immani obiectus expō dere lapis perenni ualida detruserat. Bono maiestatis munere serena augustæ uirtutis ęternitas, saluatoris flectitur pietate, & ad sorores pueri, quas Lazaro crines sparsos p genas tristes capillos obduxerant, resurgere posse Lazarū, si isti crederēt, sacratissima uera dei pietas itonabat. Mox sorores cōstipāte turba, miraculi eiulatu, estu ieiuniis lachrymarum uberatibus, ebrietate de hinc genib⁹ à statu totiº corporis miserandę iactātur. Heu luctus pius, precū pulsus tenuante defectu carmine palpitati, sorores lachrymas pro germano fundebāt, & Hebręas grasitādo uoces fractis i unū singultib⁹ saluatoris i laudib⁹ explebant. Quis illic rogo uos populi festinatus, q̄ spectātiū turba, q̄lis tāti mirculi potuit esse cōuētus, ubi essent plāgentes puellę, mortuus frater, & Xp̄s fratrē promitteret excitandū? Conuenerunt, credo, ad hoc spectaculū seruādę memoriæ sempiternę milites, Iudęi, Gentiles, Christiani, proselyti, nautæ, nobiles, serui, senatores & iudices, an resurgere posit. fętor logiº de sepulchro populū feriebat, tota ciuitas morabatur. Qualis illic eras Iesu Christe, q̄ croceus, q̄ decorus, fonte purior, niue candidior, luna clarior, septies Sole cādētior. Ecce iter hęc Christe Iesu domine deº fleuisse narraris. Agè agè serue dei uiui, si aliquādo p̄uales de lachrymis domini uel pauca narrato. Flebat deus mortalibº lachrymis excitatus: & cū Lazarū (potestate sua fretus) mortis de uinculis reuocaret, præstabat pietatis officiū solatio lamentorū. Flabat deº non quòd ante se mortuū periſſe cognosceret, sed quòd sororū fletibº obtēperaret: flebat deus, ut qđ hoiēs pro hoibus facerēt, deus lachrymis & pietate mōstraret: flebat deus, cur usq; ad hoc mortalis deliquisset, & ut discussus de perēnitatibus inferos adamasset: flebat deus quòd eos q immortales esse potuerūt, diabolus fecisset esse mortales. Heu tenuis aura de cœlo, corpus qđ rexerat succiduis artubº desere bat, sed nō te pater, nō filiº aliquādo despexit. Pro tua morte factus est Xp̄s ipse mortalis. Flebat Maria & fratre ipso mortuo soror Martha plāgebat. Harū ad lachrymas saluator pietate cōmotus, fletus è fletibº cōtrahebat, ut qa ipse sororū lachrymis filij sui

Ne pilū quidē hic agnosco phraseos Chrysostomianæ. Huius author uide tur qui et penultimæ de resurrectione.

ēt inter ipsos cœlos paternitas flecteretur. Reuoluū K tur saxa, secretariū patefcit horroris curiosi affatim gētiū populorū oculi mittebātur in antrū. Ecce uox domini saluatoris, Lazare, inquit, ueni foras. Et ut Xp̄s docet, & p̄uidet, exeūte mortuo, qui curiosos *Ioan. 11.* oculos in antrū solicitius p̄tēdebāt, ueniēte foras, ex pauescēti formidine lōgius recurrebant. Visus est tecta facie, manibus pedibusq; cōstrictus, & ad documētum uirtutis ipse mortuus adhuc uinculatus, ut Christus iusserat, suis manibº resoluebāt. Quæ rogo uocet illic, qualis pressura uidentiū, q̄ curiosa micantiū lumina, qualis in ceruicibus p̄uenientiū multitudo pēdebat: qui fletus, q̄ gaudia, quale murmur, q̄ nouum & cœleste miraculū. Mors uincitur, homo redditur, inferorum catenæ frāgūtur, & post quatriduū Lazari lingua mouetur, manus officio præparātur, oculis usus redditur, in orbibus currūt, uestigia gressibus explicātur auribº renouatur auditus, acies diri gūtur in parētes. Cognatio recidiuis obtutibº renouatur, uox profapiæ currit in auribº saluatoris, unde ad motus oscula recognoscūt frigida: poscitur & panis, necnō & domus petitur, Christi miracula referū L tur, cui est gloria in secula seculorū, Amen.

Homilia prima D. Ioā. Chrysostomi in dictū Ioānis, Vos amici mei, &c. Incerto interprete.

Ominus Christus i euāgelio suo loquitur, di
d cēs: Vos amici mei estis, si feceritis, q̄ mando uobis: Dominus Christus clemēter suos *Ioan. 15.* alloquitur: beneuolè atq; amāter suo nomini dicatos hortatur. Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis, q̄ mādo uobis. Nō es, inquit, seruus, sed amicus: si q̄ tibi mādo pfeceris. Nō es famulus, sed amori nostro cōiūctus: si qđ impero, instāter impleueris. Transies enim in amicū ex seruo, in familiarē ex famulo, migrabis in amabilē de externo. Nō. n. peccatū, seruitutis tibi notā inurit: sed indulgētia, amicitię nostræ coniunxit. Nec peccata faciēt te iam iamq; obnoxiū, quæ donādo tibi, mecū te destinaui in regnū. Serua igitur amicitiæ fidē: coniunctā nobis obtine charitate. Vnū sumus, uterq;, par sit iubentis & facientis assensus: ut par sit in cœlestibº dominatus: ut. n. hominē nascendo ipse susc epi, & counitus homini deus apparui: ita tu homo p gratiā me susc epto, & mihi M redēptori coniūctus, eris sociatus i cœlo, ut nūc es mihi copulatus in mūdo. Amicitię tibi nomē indulgentia mea, nō tua merita cōtulerūt: te amabilē mihi benignitas nostra, nō tua prę stiterūt officia. Nihil meruisti, & amicus es: qđ mereri incipies, si fueris, ut iubeo, obsecutus. Quinimo amicus esse nō poteris: nisi qđ iubeo studiosè ac beneuole perpetraris. Vt. n. ego te redimerē, ad terras descēdi: ita ut tu mecū p̄maneas, ad me migrabis ad cœlū. Nam inter hoies amicitiæ cū amantibus copulantur: & inter socios, dum seruatur fides, perseuerans societas inuenitur. Deniq; tolle amorē, & amicitiæ nomē sustuleris: tolle fidem, & societas inter homines nō erit. Vt enim amore, amicitia: ita fides, societate cōsistit. Nec cōtēptor amicū, nec societas perfidū poterit retinere. Sic amicitiæ cœlestis fastigium sancti oēs apostoli adepti sunt. Sic in amorē domini patriarchæ uenerunt: sic inquā, Abrahā dum diuinis iussis obtēperat, dū cœlestia præcepta conseruat: & Hebræorū primò, & Christianorū postremò pater esse cōmeruit: ut arenæ maris & syderibº cœli æquaretur duplex semē ei promissum, & utrunq; pro meritis haberet effectū:

A dum obtineret cœleste semen per Xp̄m, & terrenum semen deficeret per contēptum: ut fuisset æternum, quòd præcepta seruaret: tēporale fieret, quod contēptui subiacuisset: ut Abrahæ cœleste semen inchoaretur, ut dixi per Christum: quia terrenum cessaturū fuerat per Hebræū. Igitur nascitur Christus Abrahæ semen ex Abrahā, qui ipsum fecerat Abraham. Nascitur, inquā, ex patre, qui prior genuerat patrē: ut esset filius pater anterior, esset Xp̄s gentiore prior. Nec. n. nasci corporaliter potuisset, nisi genitori originem tribuisset: ut esset genitoris genitor, & suæ originis fabricator. Vnde dominus dicebat Iudæis: Amen di
Ioā. 8. g. co uobis ante Abrahā ego sum. Quare tu qsquis es? qui de semine Abrahæ Christiane descendis: qsquis eius te filium gloriaris: si filius es, serua quod pater: si amicus, imple quod præcipit Christus: ut possis lęta ri de amicitia domini, si tuis actibus eū feceris gloriari. Siquis te de potentibus mundi, aut hæredem uellet conscribere, aut amicū sibi cōiungere, aut in filū uoluisset forsitā adoptare: nonne admiratus, & stupens totū illi dicares obsequiū? Nōne eū omni cultu susc ipere religionis parares, officia impartires, ne in
B aliquo ille offensus, aut uoluntatē reflecteret, aut dispositionē mutaret, aut in meliorē te forsitan qđ de creuerat, transtulisset? Nūc uerò hæredē te deus, ami cum Christus constituit: & p eundē, genitoris factus es filius. Si hęres es, testatoris delegata conserua: si amicus, amicitiæ fœdera inuiolata ostēta: si filius es, lineamēta patris demonstra. Vt. n. hæres testamēto, amicus officio, amore filius cōprobatur: ita Christianus esse, qđ dicitur, potuerit: si quod profitetur, impleuerit. Qui sibi placet de amicitia Xp̄i, propositæ respōdeat conditioni. Vos, inqt, amici mei estis, si feceritis, q̄ mando uobis. Mandatorū obseruatio, amicitiæ est cōfirmatio. Non potest qs & amicus esse, & mūdata cōtemnere q a qui cōtemnit mandatū, amicus esse nō poterit. Primū igitur, bene tibi dei cultor hoc cōtigit. Vnde tibi munus tantū uenit: ut ad Xp̄i amicitias posses accedere, ut ad familiaritatē posses domini peruenire? Si ex merito: nullū in nobis meritū, nisi qđ contulit Christus. Si ex precibus: nullus precū effectus, nisi quas dominus deo patri cōmendat. Igitur si neq; ex merito neq; ex precibus neq; ulla prærogatiua istud nobis potuerit prouenire:
C restat, ut benignitas dei hoc nobis p Xp̄m contulerit q pro nobis corpus iduit, crucē pertulit, iferos penetrauit, & resurgens uictor, i cœlū ascendit, & nos in amicitias suæ benignitatis allegit, dcens: Vos amici mei estis, si feceritis, q̄ mando uobis. Benignitas Xp̄i proponit p̄miū, ut exigat officiū: confert dignitatē, ut de nobis exigat seruitutē: beneficiis prouocat, ut officia nostra eliciat. Nec est gratuitū, qđ seruitur: qa p̄miū est, quo seruitus ista pēsatur: ut iā negociatio sit ista, nō seruitus: mercatio sit, non famulatus. Per usurā. n. redditur, qcquid in isto tēpore p nostra obsequia fœneratur: ut contēptus in homine cōfundatur, q ad cultū Christi eius amicitiis noluit prouocare. Erubesce igitur, qsquis es: erubesce, q in amicitias Xp̄i uocaris, nec obsequeris: qui familiaris diceris, nec eius mandatis intendis. Nā qui præmiis in obsequium cogeris, qui donis ad officia inuitaris, qđ faceres, si gratuitū subires seruitiū, qui tam liberale Christi contemnis imperium: ut iā qui amicitiis noluit pēsare obsequiū, contemptus sui gratuitū incurrat supplicium? Non. n. tibi seruus ô homo, præmiis inuitatus obsequitur, aut donis & munerib⁹ illectus qspiā D famulatur: quem conditio subiicit, famulatus addicit, seruitus ipsa compellit: cū discreta ista separataq; consistant: dū alius est dominus, alius seruus, alius imperans, alius q dignitate suscipitur, alius q conditione subiici demōstratur. Deniq; tūc & homo ipse beatus est, si imperanti aio seruiat corpus, si uirtutibus subiecta sint uitia, si cōtraria prosperis cedant, si bonis aduersa succūbant. Vnde tibi homo ex teipso nascetur iudiciū: dū imperas seruo, & non pares domino: dū famulis dominaris, & dominanti ipse nō seruis: & tu tamē sine præmio impas, ille tibi p̄miis, qđ desiderat, suadet. Deniq; uolo, inqt Xp̄s, & amicū ascisc ere te: uolo te familiarem allegare: uolo tibi amabilē me exhibere. si tamē tu, q̄ mando pficias: si quæ iubeo, compleas: si q̄ tibi persuadeo, studiosè in stāterq; adimpleas. Cæterū amari nó potes, si contēnis: contēni non potes, si seruieris: seruus non eris, si parueris: amicus firmaberis, si q̄ mando, perfeceris. Da quod exigo: & accipe qđ promitto. Imple quod iubeo: & posside qđ dispono. Etenim qđ obseruanti promittitur, si contēnenti præmiū dispensatur? Aut quomodo poterit in obsequiū quispiā prouocari, si E contumax indignè cœperit numerari? Tunc. n. amicus dignus est numcupari, si mandata implere contēdit Christi.

Homilia secunda D. Ioannis Chrysostomi in dictum Ioannis. Vos amici mei estis, si feceritis & c. *Ioā. 15. b.*

Os *amici mei estis, si feceritis, quæ mando uobis.*

u Cùm in hominē collatos cosidero diuinos affectus, & cœlestis potētiæ magnificos fructus, ad postremū illi impartitos attendo: tūc & supernā benignitatem admiror, & familiaritatē Christiano concessam dū cogito, stupeo: dū tracto, hæsito: dum recolo, perhorresco: ut quantū natura homo sit preciosus, tantùm sit indulgentia Xp̄i magnificus. Nā si quoties hominis qualitas retractatur, toties redēptoris sublimitas cogitetur: inuenies ex redēptore ꝓcellentē, quē ex proprio nosti degenerē. At cū cœlestia fortè iura seruauerit, & qđ redēptori debeat, cognouerit: inuenies ita meritò dignū, ut redēptione ꝓnoris præcipuū: ꝓut tūc mireris in homine deū, cum dei opus in hominis moribus fulgere uitę splēdore perspexeris. Dominus loquitur, dicens: Vos amici mei eritis, si feceritis, q̄ mando uobis. Pendet F amicitię Christi promisio certo cōditionis obseqo. Proponitur. n. familiaritatis sublimitas officiorū fœnore comparāda, cùm domino certa negociatio copulatur. Promittit. n. & exigit, sublimat & subiicit: benignus est, & cōpellit. Christiano. n. diuinæ amicitiæ promittuntur, ut ab eo obsequia debita repetātur. Famulatu dignitas quæritur, officio sublimitas cōparatur: ad amicitiarū uerò cœlestiū potentiā, seruitutis obsequio peruenitur. Inuitaris amicitiarū præmio Christiane, nec inobediētiæ excusari poteris: cuius officia tāto precio expunguntur, cuius officia liberalitate tanta pensantur: ut q obsequi spōtè debueras, p̄mio ad obedientiā inuiteris: nec te à bonis debere uacare obsequiis, cui promittit benignitas Xp̄i p̄miū. Considera. n. quāta sit apud deū liberalitas, benignitas quāta: ubi obseqa sine p̄mio patrari non possunt, ubi seruitus dignitate expugitur, & amicitia Xp̄i officio cōparatur: cui seruire, promoueri est: & obseq, sublimari. O uenerāda pietas Xp̄i, qui p̄mia tibi, ut obsequaris, promittit: dignitatē, ut famuleris,

ostendit:amicitiis inuitat,ut seruitutem extorqueat. Suos esse,quod ipse,desiderat:si modò ut patri ipse, sic Christianus obtemperet genitori. Nam si deriuationem nominis à Christo Christiane sumpsisti:nec aliter tibi competit amicitiarum cõiunctio, aut hæreditatis participatio:nisi par fuerit officiorum communio. Qui dicit se,inqt, in Christo manere: debet, quomodo ille ambulauit,& ipse ambulare. Nam si Christus patrem obsequendo promeruit, & obsequio fastigium tantę maiestatis accepit:cur non imitaris dominum: cur non eius iubentis seruas imperium? Nam si dominus deo patri seruiuit,cur seruus domino obsequia seruitutis non reddit?Non potest amicus existere, qui amicitiæ iura non seruat. Non potest ad familiaritatem Christi accedere, qui eius mandata noluerit obseruare. Adeptio amicitiarum,est obseruatio mandatorum. Amicitia, amoris est uinculum: unde nominis ducit exordium. Frustrà tibi amici nomen imponis, si amici iussa nõ feceris. Frustrà nomen usurpas, si nomini per contemptum repugnas. Aut enim factis,quod uocaris, ostende:aut obseruantibus nominis uocabulum cede.Præuaricationis crimen incurris, si aliud feceris, quàm uocaris.Quinimmo amicitias respuis Christi, qui in te & fœdera pietatis contulit, & amicitiæ iura donauit.Noli ingratus existere,noli dona collata cõtemptu sacrilego repudiare. At inuitandum te Christus publicè eum patrem exorat. Pater,inquit,uolo, ut ubi ego fuero, & isti sint mecum:& uideant claritatem,quam mihi dedisti, priusquàm mũdus fieret. Si te quispiam diues in amicitias ascisere uellet, si in familiaritatem suam potẽs aliquis uoluisset te charitatis uinculo copulare:quanto seruitutis obsequio, quantò ue famulatu insisteres, ne in aliquo fortè offensus amicitiarum iura mutaret?Deus te in familiaritatem uocat, & eius mandata non seruas? Christus te amicum nuncupat, & eum contemnere non formidas?Nec uereris, ne ex familiaritate hostis, ex amico inimicus existas:ut qui in æternum cum Christo posses gaudere, cum diabolo incipias gehennæ ignibus conflagrare? O stupenda benignitas domini,ò uenerandapietas Christi:quæ antè tibi in amicitias obuenit,quàm te sibi amicum constituit. Antè se tibi dominus familiarem exhibuit, quàm te in fatuiliaritatem uocauit.Propter nos, corpus induit, crucem pertulit,mortem excepit. Nos peccauimus, & Christus sanguinem fudit. Nos deliquimus & iugulari filius dei uoluit. Immortalis pro mortalibus mortuus est:innocẽs pro reis occisus est: iustus pro peccatoribus iteremptus est. Vnde cognoscitur quã tùm præstabit seruientibus, qui tantum peccatoribus præstitit. Tantum in te Christi amorem,quo amore Christiane pensabis? Tantos in te beneuolentiæ fructus, quo officio comparabis? Quicqd in eius obsequium erogaueris,parum est, Quicquid in eius seruitutem impenderis,minus est.Nec si animam dederis,aut sanguinem fuderis compensabis. Nõ enim sanguis noster proderit Christo, ut Christi profuit nobis: aut nostra passio beneficiũ collatura est domino, ut domini passionem nobis contulisse gaudemus. Sed idcirco passiones nostras libẽter acceptat: quia sibi fieri deputat, quicquid propter se à nobis geri aspectat: quia nec ipsum uirtute nostra sustinemus,quod patimur: pro eius potentia aggredimur, & eius uictoria coronamur. Deniq; ipse in suis pugnat,ipse dimicat,& uictoriam Christianis assignat. Nec poterit quisquam sibi uendicare, quod dei est: licèt deus, quod suum est,homini dignetur adscribere. Quare cœlestis amicitiæ dignitas mandatorum obseruantia teneatur:ne noster exterminet contemptus, quod pollicetur beneuolentia dominus. Custoditio enim præceptorum,perceptio est promissorum. Vt enim contemptor amicus esse non poterit: ita amicitiæ gloria perfruetur, qui Christi mandata seruauerit:sicut ipse dicit,Vos amici mei estis, si feceritis,quæ mando uobis.

Ioã.14.a

Amicitia unde.

Ioã.17.d.

ERASMVS ROTERODAMVS LECTORI S. D.

Vum aggressus essem uertere commentarios in acta apostolorum, cœpi de titulo subdubitare,non quòd displiceret opus, sed quòd stylus haberet concisum quiddam & arruptum, id quod à phrasi Chrysostomi uidebatur alienum. Quanquam alioqui multa congruebant, crebræ percontatiunculæ ac dialogismi,& illud ὅρα et ὁρᾶς quibus subinde lectori renouat attentionẽ. Ad hæc disgressiones locorum communium, præsertim sub finem homiliarum, ut si non sit Chrysostomus, simium quempiam huius fuisse oporteat. Verũ hic iudicio meo nolui fidere, proinde paucas homilias in gustum dedimus, daturi reliquas uolẽte domino, si docti censebunt opus esse Chrysostomo dignum: Quorum iudicio freti, libenter hoc quicquid est suspicionis ponemus,quam tamen haud temere concepimus,toties tam insigniter delusi mendacibus titulis. Beneuale.

SANCTI IOANNIS CHRYsostomi commentarium in Acta apostolorum,Def. Erasmo Roterodamo interprete.

Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus tum facere tum docere usque ad eum diem, quo præcipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegerat,receptus est.

HOMILIA PRIMA

Omplures sũt qb. hic liber adeò ignot? est,tit nõ solũ ambigãt de authore, à quo cõscriptus sit,uerũ ne id qdẽ cognitũ habeant,an oino extet hęc rerũ ab apostolis gestarũ historia. Atq; hac potissimũ de causa coactus sum negociũ hoc suscipere, ut ignorãtes allicerẽ, neq; sinerẽ tã insignẽ thesaurũ ĩ tenebris abditũ latere. Siqdẽ hinc nõ minor nobis cõtingere poterit utilitas, q̃ ex ipsis euãgelijs:tãta scatet philosophia, tãta abũdat quum oĩum dogmatũ rectitudine,tũ p̃cipuè eorũ q̃ de spũ sctõ prodita sunt. Proinde cauendũ est ne negligẽter p̃curramus hũc librũ,sed exactissima cura scrutemur, excutiamusq;. Etenim promissa q̃ Christus in euangelijs antè uerbis pollicitus erat, ea hic re p̃stita & exhibita uidere licet,ipsamq; ueritatẽ ipsis factis relucentẽ intueri. Simulq; uidere est discipulos mirificè ad meliora trãsmutatos,nimirum sancto spiritu uim suã in illis exerente. Audierant enim Christum dicentem, Quisquis crediderit in me,signa q̃ ego facio, & ipse faciet,& his maiora faciet. Audierãt & illa p̃dicẽtẽ discipulis suis, quòd ad præsides & reges essent ducendi, quodq; in synagogis suis Iudæi essent ipsos flagellaturi, quòd essent atrocissima quædã passuri, sed his oĩbus euasuri superiores: ad hęc quòd euangeliũ prædicandũ esset toto terrarũ orbe: quæ quidẽ oĩa sic euenisse ut nulla in parte promissoris fides desiderari possit,uidere licet in hoc libro. Neq; uerò hæc tantũ quæ modò commemorauimus,uerũ etiã alia plura, quę dixerat dominus quũ ageret cum discipulis. Conspicies autẽ hic & illa, nimirum apostolos ipsos ceu uolucres,terram mariaq; percurrentes, actimidos illos quondam rudesq; subitò in alios hoies esse uersos,fastuq; diuitiarum, gloria,ira, concupiscẽtia,breuiter rebus omnibus superiores esse factos.Videbis summam inter ipsos cõcordiã, nec quicquam omnino prioris illius liuoris aut inuidentię residere, nec iam loci principis ambitum inter ipsos feruere, sed omnẽ uirtutem in eis absolutã perspicies, tũ summam eximiamq; charitatem in illis relucẽtem. Nã de hac quoque multa illis præceperat, dicẽs:Per hoc cognoscent oẽs,uos esse meos discipulos si dilexeritis inuicem. Quin & dogmata quædã hic reperire licebit, quæ nisi liber fuisset proditus,haud quadã fuissent ulli tam dilucidè cognita, quin potius quod est caput salutis nostræ, fuisset occultũ & in obscuro latuisset:tam de his loquor quę ad bene uiuendũ, quã quæ ad fidei nostræ dogmata pertinent.Porrò eorũ quæ hic tractãtur,maior pars,sunt acta Pauli, q̃ plus oĩbus laborauit.Eius rei causa est, quòd is qui librũ hũc cõscripsit,discipulus & cultor Pauli fuit:inimirũ beatus Lucas,cuius uirtutẽ,quũ ex alijs multis argumentis,tum hoc p̃cipuè licet perspicere, quòd præceptori suo indiuulsus adhæserit, quodq; per omne tẽpus,illum fuerit affectatus. Itaq; quũ Demas & Hermogenes illũ in periculo deseruisset, alter in Galatiã profectus, alter in Dalmatiam:audi quid de hoc dicat,Lucas,inquit, adhuc solus mecũ est. Quin & Corinthiis scribens de eodẽ:cuius,inquit,laus est in euãlio per oẽs ecclesias.Rursus quum dicit, Conspectus est Cephę,deinde duodecim.Item quũ ait iuxta euãgelium quod accepistis,de Lucæ euangelio sentit:ut iam nõ aberrarit à uero,qui uoluminis huius descriptionem ad hunc authorem retulerit. Cærtũ quum dico hunc ipsum,Xp̃m dico. Quòd siquis dixerit,qd tandem fuit in causa, quò minus omnem historiam ad finem usq; persecutus sit,quum illi semper adfuerit:huic sic respondere poterimus, Primũ quòd hæc quoq; sufficiebant his qui uellent animũ aduertere: deinde quòd euangelistæ semper incubuerũt in ea, quę magis urgebãt,nec illis curæ fuit historias cõscribere.Siquidẽ non parum multa & absque scripto tradiderũt. Itaq; quum oĩa sint admiratu digna quæcũque hoc libro continentur, tamen illud potissimum admirandum in apostolis, quo sese ad infirmorũ ac rudium captum dimiserint, atque hoc ipsum eis spiritus sanctus suggesserit,in hoc illos pręparans,ut in dispensando uerbo dei uersarentur. Vnde factũ est, ut quum tã multa de Xp̃o disseruerint, pauca dixerint de eius diuina natura, plurima uerò de natura eius humana,de morte,de resurrectiõe & ascẽsu.Etenim quod id tẽporis quærebatur,illud erat, ut hoies audirent eũ excitatum à mortuis, ascendisse in cœlum. Quemadmodum igitur ipse Christus illud in primis agebat,ut perspicuũ faceret,quòd uenisset à patre:iti dem hic p̃cipuè studet hoc persuadere, quòd reuixit, quodq; i cœlũ receptus est, quodq; ad eũdem reuersus est à quo profectus fuerat. Nã nisi hæc prius cædita fuissent,p̃sertim quum accessisset assertio, de resurrectione, deq; in cœlũ reditu, nimirũ uniuersum dogma Iudæis uisum fuisset uanũ & i credibile. Quapropter sensim ac paulatim illos ad sublimiora prouehit.Quin etiã apud Athenienses,Paulus eũ simpliciter hoiem appellat, nihil attribuens amplius: Idq; iusta de causa. Etenim si Christũ ipsum de equalitate quam habet cũ patre dissentẽ frequẽter aggressi sunt lapidibus obruere, eaq; de causa blasphemũ appellarũt, haud quaquã eum sermonẽ à piscatoribus accepissent,p̃sertim quũ crux præcessisset. Quid autem de Iudæis loquor, quũ ipsi tum tẽporis discipuli,quoties audiebãt sublimiora dogmata crebro turbati fuerint & offensi? Vnde & dicebat dom^s. Multa habeo q̃ uobis dicã, sed in præsentia non poteſtis ea ferre.Quod si illi ferre non poterant,qui tantũ tẽporis cũ ipso cõsuetudinem habuerant,& quibus tã multa arcana cõmunicarat, quiq; tot miracula uiderant,quo homines q recẽs ab aris, simulachris, & sacrificijs,à felibus & crocodilis uenerãt:nã huiusmodi tum erãt gentium numina, quiq; & ab alijs malis tum primum fuerant auulsi, repentè sublimes illos de dogmatibus sermones recepissent:Immo quo ipsi quoq; Iudęi qui quotidie discebãt & instituebãtur à lege,frequenter illud audientes, Audi Israel,Dominus deus tuus unus est: quũ uidissẽt eum affixum in ligno crucis,atq; adeò quum ipsi crucifixissent illum ac sepelissent,nec eũ uidissent resuscitatum, si audissent,hic ipse deus est, ac patri æqualis:nõne maximè oĩum ab his uerbis abhoruissent,ac resiliissent, & ob latrasset? Proinde paulatim ac sensim illos instituũt, sesq; miro studio ad captũ imbecilliũ in dispẽsatione dogmatum demittunt. Cæterũ quò magis se demittunt apostoli, hoc uberior contingit illis è diuini spiritus liberalitate gratia: dũ in eius nomine maiora faciunt q̃ ipse fecerat, nimirum ut utroque modo proficiat euangelium, dũ sese demittẽtes, auditores humiles & humi iacẽtes erigũt,& sermonẽ de resurrectione miraculis probabilẽ reddunt. Siquidem quod maximè agit hic liber, est resurrectionis declaratio: Quæ si credita fuerit, & cæteris aperta est uia. Argumentũ igitur & scopus huius libri, siqs rei summam crassiore sermone uelit cõplecti, hic potissimũ est. Superest ut p̃fationes audiamus. *Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile q̃ cœpit Iesus tũ facere tum docere.* Satim hic quæret aliquis, Quamobrẽ Theophilo renouat mentionẽ euãgelij: Vt suam declararet exactã diligentiã: Nam in illius operis p̃fatione dicit, Visum est & mihi ab initio affectato oĩa,diligẽter ordine tibi scribere: Nec suo uni^o testimonio contẽtus est, sed omnia potius refert ad apostolos, dicens? Quemadmodũ tradiderunt nobis, q ab initio spectatores ac ministri sermonis fuerunt. Quare quũ illic uerbis suis fidẽ cõciliarit, nihil hic opus erat alia cõfirmatiõe, quũ ibi semel habita sit à Theophilo fides ipsius sermoni, ac per illũ certissimã ueritatẽ eum edocuerit. Etenim cui fides est habita scribẽti q̃ audierat, huic multò magis habendã fides, ea cõscribenti, quę nequaquã ab alijs accepit, sed quę uidit ipse simul & audiuit. Etenim si ea quæ Xp̃s gessit recepisti, multò magis recipies res ab apostolis gestas.

Liber de ctorum e lim in te lebris.

Vtilitas Actorum

Ioã.13.d.

1.Co.15.b

2.Ti.4.b

2.Cor.8.c

1.Co.15.a

2.Co.4.a

Acta quare nõ longius producta.

Christus tãtùm homo dicitur. Inst.17.g

Ioan. 8.g

Ioan.16.c

Sẽsim prodicatus est Christus.

Deut.6.a

Christus Deus.

G Quid igitur? nihil hic aliud est, q̃ historia, & narratio
Actorum non simplex historia. spiritus expers? Nequaquã. Qui sic? Quoniam & illa quę ab initio ipsi, qui spectatores fuerunt ac ministri sermonis, Lucæ tradiderunt, spiritus erant. Et quare nõ dixit, quẽ admodũ nobis tradiderũt, q̃ spiritus sancti donũ promeruerũt, sed quorum ipsi spectatores fuerunt? Quoniam hoc maximè fidẽ cõciliat, si quis didicerit ex his qui quę narrant, oculis suis uiderũt. Illud aũt, si spiritus authoritatẽ præ se tulissent, fastui & arrogãtiæ tribuissent imperiti. Vnde & Ioãnes sic loqtur: Ego uidi & testimoniũ phibui, quòd hic est filius dei. Christus aũt sic loquitur, Nicodemo uideli cet crasiori. Quod scimus loquimur, & qd uidimus testificamur, & testimoniũ nostrũ nemo recipit. Rursus declarans, multa testimonia proficisci ab oculis, dicebat discipulis: Et uos testificamini de me, quoniã ab initio mecũ estis. Quin & ipsi apostoli frequẽter hũc in modũ loquũtur, Testes nos, & spiritus sanctus, quẽ dedit deus fidẽtibus sibi. Posteã Petrus cõprobãs resurrectionẽ dicebat, Qui simul edimus & bibimus cũ illo. Facilius n. testimoniũ auditores recipiebant ab his, qui uixerant cũ illo, quòd id tẽporis H adhuc multi abesset ab intellectu spiritus. Vnde & Ioannes in suo euãgelio, quod scripsit, ait se uidisse, qd narrat de fluxu sanguinis & aquę, hoc ipsum grauissimi testimonij loco ponẽs, qd uidisset, etiãsi quę spiritus suggerit certiora sunt iis q̃ uidemus, sed nõ apud incredulos. Porrò quòd Lucas nõ fuerit expers spiritus, pluribus ex argumẽtis pspicuũ est, uel è miraculis, q̃ nunc per illũ fiunt, uel quòd tũ quilibet participes fiebant spiritus sancti, non solùm eximij, qualis erat Lucas, uel ex ipsius Pauli de illo testimonio. Ait .n. Cuius laus est i euãgelio, uel ex hoc qd ecclesiarũ suffragijs delectus fuit. Siquidem suprà dictis & illud adiicit, Quin ẽt electus est ab ecclesiis, ut nobis peregrinationis sit comes, in hac gratia, q̃ administratur a nobis. Iam mihi uide quã hic euãgelistæ sermo ab sit ab omni fastu. Non .n. dicit, prius euãgeliũ quod euangelizauit: sed, priorem quidem sermonem feci, nimirũ euangelij prædicationẽ magnificentius qd- I dam esse ducens, q̃ pro ipsius dignitate aut uiribus: Et tamen apostolus hoc titulo ornat illum dicens, Cuius latus est in euãgelio. Ipse cõtrà modestè loqtur, dicens: Priorẽ quidẽ sermonem feci de oibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus tum facere tum docere, nõ simpliciter de oibus, sed ab initio ad finem usq;. ait .n. ad eum usq; diem quo receptus est in cœlum.

Miracula per Lucã 2.Cor.8.c

Lucæ modestia.

Quæstio. Ioã.21.g.

Atqui Ioannes declarat impossibile perscribere oĩa. Siquidem hoc ut ostenderet, ubi dixerat, Quæ si scribantur singulatim, nec ipse ut arbitror caperet mundus: addidit, qui scribẽdi forent libri. Quomodo igitur, inquiet aliquis, hic Lucas loqtur de oibus? Atqui nõ dixit oĩa, sed de omnibus, perinde ac siquis dicat summatim & in genere: aut de omnibus loquitur, quę necessaria sunt urgentq;. Ac mox indicat, q̃ sint illa oĩa, quæ cœpit Iesus, tum facere tum docere: intelligi uolens miracula ac doctrinam. Nec id uerò solũ indicauit, uerũ etiam quod Iesus faciendo docuerit. Vide porrò humanitatẽ eius ac mẽtem apostolo dignam, ẽt si unius hominis causa tam diligentem solicitudinẽ suscepisset, ut totũ euangelium conscriberet: ut, inquit, habeas eorũ sermonũ quos audisti certitudinem. Audierat .n. Christum dicentem, Non *Mat.18.a* est uolũtas patris mei, ut uel unus pereat ex his pusillis. Et quã ob causam non unicum fecit librum, quẽ uni mitteret Theophilo, sed in duo partitus est argu- K mẽta? Nimirũ quò res distinctione uoluminũ esset di- *Lucas* lucidior, simulq; ut itermissione respiraret ac refocillaretur auditor. Quanquã & alioq distinctæ sunt res *quare scripsit duos libros.* q̃ in his libris tractantur. Quin & illud cõsidera, quo pacto Christus dictis suis per opera fidẽ conciliarit. Ad mansuetudinẽ hortatus est, dicens: Discite à me, *Ibid.11.d* qd mitis sum & humilis corde. Docuit nos pauptatem, & utrunq; factis demõstrauit. Siquidẽ filius ho- *Ibid.8.c* minis, inquit, non habet ubi caput suũ reclinet. Rursum pcepit, ut diligerem⁹ inimicos. Exhibuit hoc in cruce, deprecãs pro crucifigentibus. Dixit, uoléti trahere in ius ut tunicã eripiat, permitte ut & palliũ auferat. Ipse uerò non uestimenta tantũ, uerùm sangui nem quoq; suum dedit. Idẽ ut facerent & discipulis præcepit: unde & Paulus dixit, quemadmodũ habe- *Phili.3.d* tis formam ex nobis. Nihil .n. doctore frigidius, qui uerbis dũtaxat philosophatur: Neq;.n. hoc doctoris est, sed histrionis & hypocritę. Eoq; apostoli prius uitæ exẽplis docebant, deinde uerbis. Quin potius ne uerbis qdẽ erat opus, quũ clamarẽt opera. Nec aber *Patiens agit.* rarit à uero, q̃ passione eius actionem dixerit. Nam patiendo fecit ingens illud & admirandũ opus, quo L mortem deiecit, reliquaq; omnia peregit. *Ad eum usq; diẽ, quo præcipiens apostolis per spiritũ sanctũ, quos elegerat, in cœlum receptus est.* Per spiritum præcipiens, hoc est spiritualia ad illos uerba loquutus, nihil autẽ humanũ. Vide igitur, num hic sensus placeat, an magis placet accipere, quod per spiritũ eis præceperit. Vides ut adhuc Lucas modicè de Christo loquitur, quẽad modũ & ipse dominus de se ipso loquebatur: Quòd *Mat.12.d* si ego per spiritũ eiicio dęmonia. Etenim spiritus ille sanctus operabatur in eo tẽplo. Quid tandem præcepit? *Profecti, docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, et filij, et spiritus sancti, docẽtes illos seruare omnia, quæcunq; præcepi uobis.* Magna laus apostolorũ, quũ talia fuerint aggressi, nimirũ totius orbis salutẽ, quũ horũ uerba spiritus essẽt plena. Quod ipsum sanè in *Ioan.6f* nuit, quũ dicit, per spiritum sanctum, hoc est, etiam uerba quę loquutus sum uobis, spiritus sunt. Cęterũ quod dicit, hoc est: primũ auditorẽ rapit ad cupidi- M tatem, deinceps discẽdi cognoscendiq; pcepta, tum apostolis fidẽ conciliat, quãdoquidẽ spiritus uerba dicturi sunt, & Christi præcepta. Itaq; quũ pcepisset, inquit, receptus est: Non dixit, ascendit: Nã adhuc tã quã de hoie loquitur. Videlicet & post resurrectionẽ docuit discipulos, cæterũ huius temporis historiam nemo nobis explicuit exactè totã. Verùm immorator quidẽ huic rei Ioannes magis quã cæteri, quẽadmodũ & hic: sed nullus oĩa euidenter disseruit, propterea quòd ad alia festinarẽt. Didicimus igitur hęc per apostolos, qui quę audierant retulerunt, quibus & seipsum præbuit uiuũ. Prius autẽ de assumptione loquutus, dicit & de resurrectione. Posteaq̃.n. dixit eum assumptũ, ne putares illum ab aliis assumptum esse, adiecit, quibus & exhibuit seipsum uiuũ. Etenim si semetipsum exhibuit in re maiore, multò magis in minore. Vides qũo clanculum aspergit magna hæc dogmata? *Per dies quadraginta uisus est ab illis.* Neque enim ita tunc perpetuò quemadmodũ ante resurrectionẽ fecerat, uersatur cum illis. Illud uide, non dixit, quadraginta dieb⁹, sed p quadraginta dies. Aduolabat .n. ac deuolabat rursus. Quur ita tandẽ? Subducebat aĩos illorũ ad altiora, nec patiebatur illos similiter erga ipsum sic affectos esse quẽadmodũ prius fuerant.

A fuerant. Neq; uerò hoc simpliciter faciebat, sed ad utrunq; diligenter pręparabat, & ut crederetur resurrectio, & ut deinceps maior humana cõditione haberetur. Atq; hęc erant inter sese cõtraria. Vt .n. persuaderetur resurrectio, oportebat multa esse facta, quæ erãt humanæ naturæ. Vt aũt crederetur id qd est mirabilius, uidelicet diuina natura, cõtrà. Et tamẽ utrũque factũ est opportuno tpe. Cæterũ qua de causa non apparuit omnibus, sed discipulis tantũ? Quoniã multis illorũ uisum fuisset spectrum, uidelicet iis qui non nouerant arcanũ mysterij. Etenim si ipsi discipuli diffidebant initiò ac turbabantur, & opus erat ut manibus cõtrectarent, opus erat mẽsa cõmuni: quomodo uersimile est affectos futuros fuisse, uulgares istos? Proinde ex miraculis certã & indubitatam facit resurrectionis fidẽ, ut nõ solùm euidens esset eius ætatis hominibus, uerũ etiam omnibus sequuturis. Quod .n. in illis essecerunt conspecta prodigia, hoc i omnibus posteris erat effectura fides. Quapropter & incredulos per fidẽ colligimus. Etenim si nõ resurrexit, sed manet adhuc mortuus: quomodo i nomi- B ne eius apostoli ædidere miracula? At non ædidere miracula, dixerit aliquis: Quomodo igitur nostra natio collecta est? Nec enim hoc saltem sic habere negabunt, neque repugnabunt iis quæ uidentur. Ita que quum aiunt non esse facta miracula, tum magis etiam seipsos pudefaciunt. Nã hoc ipsum maximum est miraculũ, absq; miraculis orbem terrarum accurrere, à duodecim pauperibus & illiteratis hominib⁹ attractum. Neq;.n. opulentia diuitiarũ, neq; sapientia dicendi, nec alia re simili uicerũt piscatores, ut iã uel inuiti fateãtur homines in illis diuinã esse uirtutem. Nam erat impossibile, ut unquã res tanta uiribus hominũ conficeretur. Atq; hac de causa & ipse diebus quadraginta commoratus est post resurrectionẽ, lõgo tẽporis spatio certis argumentis declarans & cõprobans cõspectũ sui ipsius, ne spectrũ & inane phãtasma crederent qd uidebatur. Ac ne his quidem cõtentus fuit, sed mensam etiam addidit. Nimirũ hoc est, quod deinceps dicit: Et *conuescens simul cum illis.* Sic hoc argumẽto ipsi quoq; apostoli, semp astruxe- *Act.10.f* runt resurrectionis fidẽ, ut quum aiunt, qui quidem C cibum simul sumpsimus, & bibimus cũ illo. Sed qd apparens faciebat? Per quæ illos ad fidẽ adduxerit ostendit, dicens, Apparens illis, & loquens de regno dei. Quoniã autẽ deiectis erant animis & his q̃ facta fuerant cõturbati, ac restabat, ut magna aggrederentur certamina, recreat & erigit illos: prædicens qd esset illis euenturũ, ac prẽcipiens ne discederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissa patris. Primùm euocarat illos in Galilæã, metuentes etiamnũ ac tremẽtes, quò uacui pauore, possent audire q̃ dicerentur. Deinde quũ audissent, & in his quadraginta dies essent uersati, præcepit ab Hierosolymis ne discederent. Quur ita tandẽ? Quemadmodũ milites in multitudine erupturos, nemo patitur exire, priusquã armati fuerint, neq; quisquã equos sinit a carcere prosilire priusquã aurigã nacti sint: ita nec Xps discipulos suos passus est in acie conspici, priusqnã descenderet spiritus, ne facilè caperentur, & abducerentur à multitudine. Verũ non hęc sola causa est. Sed postea quã cõplures erãt illic crediturj, & rursum cũ his alij, ne qui dicere possent, quòd prętermissis notis, ad pegnos abissent ostẽtandi sui gratia: hac de causa, apud ipsos q Iesum occiderãt, exhibẽt argumẽta resur- D rectionis: apud ipsos, inquã, qui eum crucifixerant, q̃ sepelierant, in ipsa ciuitate in qua facinus illud impiũ erat patratũ, ut aduenis etiã omnibus os occluderetur. Etenim quũ ipsos etiam qui dominum crucifixerunt, palã esset credidisse: satis cõstat, quod uerè crucifixus fuerat dominus, & euidens erat eius facinoris impietas, deniq; resurrectionis fides apertè cõprobatur. Post hæc ne dicerent, quo ergo poterimus inter homines impios & homicidas, ad hæc tam multos durare, quũ simus pauci contẽptiq; uide, quomodo desperationẽ hanc dissoluat dicẽs, sed expectate promissionẽ patris, quã audistis ex me. Et quando audierũt, dixerit aliquis? Quũ diceret, Expedit uobis ut *Ioan. 11.f* ego discedam, nisi .n. ego discessero, consolator ille non ueniet ad uos. Ac rursum, Rogabo patrẽ, & aliũ *Ioã 14.b.* cõsolatorẽ mittet uobis, ut maneat uobiscũ. Et qua *Spũs sanctus quare* re is non aduenit quum adhuc adesset dominus, aut *nõ statim missus.* mox ab illius discessu, sed ipse quidem abut die quadragesimo, spiritus aũt aduenit quũ cõpleretur dies quinquagesimus? At si nõdũ aduenerat, qui cõstitit, *Ioã. 20.f* qd dixerat, Accipite spiritũ sanctũ? Nimirum ut eos E capaces redderet, & idoneos accipiẽdo spiritui. Etenim si Daniel angelũ uisurus semotus est, multo ma- *Dani.8.c* gis hos decebat secedere, tãtũ dei donũ accepturos. Vtrũ igitur licet hoc pacto quæstionẽ propositã soluere, an sic potius accipiendũ est, quòd de eo quod erat futurũ, perinde quasi iã factũ esset sit loquutus: Velut quũ dicit, Calcate serpẽtes & scorpios, & oẽm *Luc.10.c* uirtutẽ inimici? Quã igitur ob causam non tũ protinus aduenit spiritus? Oportebat illos desiderio promissi teneri, atq; ita donũ accipere. Ideoq; quũ ipse digressus esset, tum aduenit spiritus: Qui si uenisset eo prẽsente, non habuisset illos tã ardens expectatio. Et ideo nõ protinus ab ascensione domini uenit spiritus, sed post octo aut nouẽ dies. Itidẽ & nos tũ maxi mè excitamur in deũ, quoties in necessitate cõstituti sumus. Sic & Ioãnes tũ maximè mittit discipulos ad *Luc.7.c* Xpm, quũ maximè futurum erat, ut opus esset Iesu, quãdo ille iã habitabat in carcere. Sed aliter exponi potest: Oportebat in cœlo cõparere naturã nostrã, & pfectam reconciliationẽ fieri, ac tũ uenire spiritũ, quo purum merumq; gaudiũ fieret. Nã si spiritu prę- F sente dominus quidẽ abisset, ille uerò mansisset, nõ fuisset perinde magna cõsolatio: Siquidẽ sic erant affecti, ut admodũ ægrè ab illo diuellerentur, unde & consolans illos dicit, Expedit uobis, ut ego discedã. *Ioan. 11.f* Itaq; diebus aliquot interiectis differt missionẽ spiritus, ut paulisper afflicti, & i necessitate, quẽadmodũ dictũ est, constituti, mox solido puroq; gaudio fruẽtur. Porrò si spiritus esset minor aut inferior filio, *Spũs aequalis filio.* nõ erat sufficiens cõsolatio. Sed qũo dictũ est illud, Expedit uobis? Ideo spiritui seruata est maior doctri næ portio, ne putarent illum minorẽ. Iã illud cõsidera, quantã eis imposuerit necessitatẽ manendi Hierosolymis, ex eo quòd pollicetur sese illic exhibiturum spiritum: Nã ne rursum post ascensionem ipsius sugerent, hoc promissio, ceu uinculo quodam eos illic astringit. Cæterũ quũ dixisset, *Expectate promissionẽ patris, quã audistis ex me, subiecit, Quoniam Ioannes quidẽ baptizauit aqua, uos aũt baptizabimini spiritu sãcto post non multos hos dies.* Demonstrat in sequẽtibus, qd inter sit inter Ioannẽ & ipsum, non iam adumbratè, quẽadmodũ prius: uehementer .n. obumbrarat sermonem, quum diceret, Qui autẽ minor est in regno cœlorũ, maior est eo: sed nunc manifestius, Ioannes, ir- *Mat.11.b*

Similes.

G quit, baptizauit aqua, uos autē baptizabimini ſpiritu ſancto. Non iam utitur teſtimonio, ſed pſonæ tātùm meminit, quo memoriā illis refricet eorū q̄ prīs dixerat, ſimulq; declarat eos iā maiores factos Ioanne, quādoquidē & ipſi baptizaturi erāt ſpiritu. Neq; dixit, ego uos baptizo ſpiritu ſancto, ſed baptizabimini, nos interim docēs, ut modeſtē de nobis ſentiamus. Nā hoc iam ex Ioannis teſtimonio dilucidum erat, quòd ipſe eſſet q̄ baptizaret, quum diceret, Ipſe uos baptizabit ſpiritu ſancto & igni. Atq; hac de causa, huius unius facit mentionē. Igitur euangelia qdē eorū quæ Chriſtus geſſit ac dixit, narrationem & hiſtoriā quādam continent. Cæterùm Actorum liber refert ea quæ alter ille paracletus dixit ac fecit. Nā & tum quidē multa ipſe faciebat. Quemadmodum & nunc Chriſtus agit occulta ui, ſicuti & tunc quoq; tē poris agebat. Sed tum quidē per ipſum templū, nūc autē per apoſtolos. Ac tum quidem in uirgineū uenit uterū, templumq; conſtruxit: nūc uerò in animos apoſtolicos: Rurſum tum uenit in ſpecie columbæ, nunc in ſpecie ignis. Quur ita? Videlicet illic præ ſe ferebat manſuetudinē, hīc uerò etiam uindictæ ſeueri-
H tatem. Tempeſtiuè ſanè commoneſecit iudicij, quū enim iā oportebat peccata concedere atq; abire, plurima opus erat manſuetudine. Rurſum poſteaq̄ adepti ſumus donū, iam inſtat iudicij & examinationis tempus. Sed qūo dicit, baptizabimini, quū aqua nō eſſet in cœnaculo? Quoniam in baptiſmo præcipua pars eſt ſpiritus, per quem & aqua fit efficax. Itaque quemadmodum ipſe dicitur unctus, quū nequaquā unctus eſſet oleo, ſed accepiſſet ſpiritū ſanctū, ſic & baptizati dicuntur diſcipuli. Eſt & alia interpretatio. Cōperire licet illos aqua fuiſſe tinctos. Idq; diuerſis temporibus. In nobis.n. utrunque fit pariter, tunc uerò diſiunctim, Siquidē initio à Ioanne baptizati ſūt. Id necui mirū uideatur. Etenim ſi meretrices ac publicani ad baptiſmū i lum uenerūt, multò magis uenerunt hi qui poſt erant baptizandi ſpiritu. Poſt hæc ne dicerent totū hoc nihil aliud eſſe quā pollicitationes: Iam.n. multa de hoc baptiſmo dixerat, nēue putarent, hanc ſpiritus uim talē ut nuſquā appareret, reuocās illos ab huiuſmodi ſuſpicione dicit, Poſt nō multos hos dies. Nec expreſsit, quādo, quòd ſemp uigilarent, tantùm dixit breui futurum, ne deiiceren
I tur animis: quando uerò id eſſet futurū nondū addidit, ut ſemper eſſent uigilantes: Nec hac re ſolū illos inducit ad credendū, uidelicet breuitate tēporis, uerū etiam quū dicit promiſsionē quā audiſtis ex me. Porrò qd dicit hoc eſt, Non nunc, inquit, tantū dixi uobis, ſed & iam pridē promiſi, quæ ſine dubio facturus ſum. Quid igitur miraris, ſi nō exprimit diē, quo hæc erant perficienda, quādo quidē hunc inſtātē ac uicinū noluit eſſe manifeſtū, idq; iuſtiſsima ſanè de cauſa? nimirū ut uigilantes ſolicitius promiſſum expectarent. Non.n. datur, nō datur, inquā, gratia niſi uigilanti. An nō uides qd dicat Helias diſcipulo? Si uideris me quū abripiar, ſic erit tibi: hoc eſt, cōtinget tibi qd poſtulas. Quin & Chriſtus undiq; ad ipſum cōfluentibus dicebat, Credis? Etenim niſi addicti fuerimus ei qd datur, ne ſentiemus quidē magnopere beneficiū. Sic & Paulo non ſtatim data eſt gratia, ſed triduū interceſsit, quo fuit cæcus, atq; interim metu purgatur ac præparatur. Etenim quēadmodū qui purpurā tingūt, prius aliis qbuſdā coloribus præparant id qd tinctūram accipiet, ne flos dilu-

Ibid. 3.c.

Vnctio ſpiritus.

Apoſtoli à Ioanne baptizati.

Dies quare nō exprimitur.

4.Reg.2.b.

Infr.9.b.

tus & euanidus fiāt: Itidē & hīc prius animi ſolicitudinē deus præparat, ac deinde infundit gratiā. Eandem ob cauſam nec ſpiritū illico miſit, ſed ī die quinquageſimo. Quòd ſiquis dixerit, quare nō & nos eo dē tempore baptizamus: illud ſanè reſpōdere poſſumus, quòd gratia quidē tum eſſet eadē q̄ nunc eſt, cēterū animus nunc ſit ſublimior & excellior, dum ieiunio præparatur. Quanquā & Pentecoſtes tempus habet aliquā rationē haud quaquā abſurdam. Quā tandē dicis? Exiſtimauerūt patres ſatis idoneū malæ cupiditatis frēnum, magnámque doctrinam eſſe baptiſmum ad hoc, ut etiam tēpore deliciarum ſobrietatem tuerentur. Itaq; perinde quaſi ſimul cum Xpo cibum capiamus, communisque cū illo menſæ participes ſimus, neqd temerè facianus, ſed in ieuniis, in precibus, multaq; ſobrietate degamus. Etenim ſiquis aditurus annonæ præfecturā, ſibi parat qcquid ad uitæ uſum pertinet, atq; ut ſibi nōnihil dignitatis aſſequatur, & pecunias cōſumit, & tēpus impēdit, & innumeabiles ſuffert labores: quo malo nos digni fuerimus, ſi cū tanta ſocordia regnū cœlorū adierimus, neq; ulla cura noſmetipſos ad hoc præparauerimus, priuſquā accipiamus? quin & poſtquā accepimus ſocorditer egerimus? Ideo nanq; poſteaq̄ accepimus ſocordes ſumus, quòd priuſquā acciperemus nō uigilauerimus. Ideo cōplures poſteaquā acceperunt, protinus redierūt ad priorē uomitū, ac redditi deteriores, grauius ſupplicium ſibi accerſierunt, eo quòd à prioribus peccatis liberati, hoc pacto grauius etiā iudicis irā in ſe prouocarunt, dū tanto liberati morbo, ne ſic quidē ad ſanitatē mentis cōuerti potuerint, quin illud potius illis uſu uenit, qd paralytico comminabatur dominus, dicens: Ecce ſanus factus es, noli poſthac peccare, neqd tibi deterius eueniat. Itē qd de Iudæis prædicabat, oſtēdens quòd illos ob igratitudinē immedicabilia manerēt mala, Si nō uenisſem & loquutus eis fuiſſem, peccatū nō haberēt. Itaq; poſthac dupla & quadrupla peccata fiūt. Quī ſic? Quoniā poſt exhibitā nobis dignationē ingrati ſumus & improbi. Quapropter nihil nobis proficit lauacrū ad hoc, ut mitius puniamur. Illud uerò cōſidera: Habuit aliqs cōmiſſa grauia, uel homicidio, uel adulterio, uel alio quopiā facinore patrato, hæc p lauacrū remiſſa ſunt. Non.n. eſt, non eſt, iquā ullum iā peccatum, ullāue impietas, quod nō cedat, locúmq; det, dono dei. Nā diuina res eſt gratia. Denuò mœchatus eſt aliqs, aut homicidiū perpetrauit: prius quidē adulterium condonatum eſt, & homicidium illud ſimul cū adulterio cōceſsit, ac nequaquā reuocatur: Neſciunt enim pœnitentiā, dona, & uocatio dei. Cæterū pro his, quæ poſt baptiſmum cōmiſſa ſunt tantā damus pœnam, quaſi & illa reuocata ſint, ac multò etiā grauiorē. Iam.n. non ſimplex peccatum eſt, ſed duplex aut triplex. Quòd autē his grauior pœna debeatur, audi qd dicat Paulus: Qui ſpernit legē Moſi, ſub duobus aut tribus teſtibus, abſq; miſericordia, morte luit pœnas. Quātò putatis grauiore uindicta dignus cēſebitur, q̄ filū dei cōculcarit, ac ſanguinē teſtamēti immundū duxerit, ac ſpiritui gratiæ contumeliā fecerit? Fortaſſe multos auertimus, ne nunc accipiant baptiſma. Verū non propter ea diximus hæc, ſed ut q̄ iam acceperunt, perſeuerāt in multa ſobrietate multaq; modeſtia. At dicit aliqs, metuo. Si metueres, accepiſſes utiq; ſeruaſſēs que. Verūm ob hoc ipſum, inquet, non accipio, quòd metuā.

Pentecoſtes myſterium.

Simile.

Cōtra ſocordes cuſtodes cōmissi.

Relapſi poſt baptiſmum.

Heb.10.e

Baptiſmi dilatio periculoſa.

Ioan.5.c.

Ioañ.15.d.

Baptiſmo condonātur omnia.

A At nō metuis ſic ex hac uita decedere? Humanus, inquiet, eſt deus. Igitur accipe baptiſmū. Humanus.n. eſt, & opitulatur. Tu uerò ubi uigilandū erat, nō occupas iſtā humanitatem dei: ubi uerò tibi uiſum fuerit differre, tum uenit in mentē illius humanitas. Atq tunc erat tempus utendi hac humanitate, quā tū magis aſſequemur, quū eā noſtra ſponte amplectemur. Etenim qui poſteaquā curam uniuerſam coniecit in deum, poſt baptiſmā redierit in peccatum, nimirum homo, ſi pœnituerit, dei benignitatē experietur. Atq ueluti deludens dei bonitatem, exceſſerit expers gratiæ, nullo pacto ualebit effugere uindictā. Quur aūt iſtiuſmodi cauſificationes aduerſus tuā ipſius ſalutē uſurpas? Impoſsibile eſt, īpoſsibile eſt inquā, eū q̄ tali ſpe differt baptiſmū, agere quicquam egregium aut honeſtum. Tu uerò cuius tandē rei gratia tantū periculi recipis, & incertū futuri amplecteris? Quin potius iſtum timorē mutas in laborem, ac ſtudium, ut magnus ſis ac ſuſpiciendus. Vtrū melius eſt metuere an laborare? Siquis te collocaſſet ocioſum in domo ruinoſa dicēs, expecta donec in caput tuū deciderit
B teſtudo iā putris, fortaſsis.n. cadet, fortaſsis non cadet: quod ſi id non placet, operare, ac tutiſsimū inhabita thalamum: utrū magis eligeres? ocium ne illud cum timore, an laborē cum ſecuritate? Sic igitur & nunc facito. Siquidē incertus euentus futuri ceu domus quædā eſt putris, ſemper ruinā minitans. At induſtria illa, quanquā laborem habet, tamē ſpondet ſecuritatem. Abſit igitur ut in tantam neceſsitatem incidamus, ut poſt baptiſma recidamus in peccatū. Attamē ſiquid acciderit iſtiuſmodi, ne ſic quidē abiiciamus ſpē. Benignus eſt erga genus mortale deus, multasq; uias nobis dedit abolendorū criminū etiā poſt baptiſma commiſſorū. Cæterùm quemadmodum hi qui poſt baptiſmū delinquūt, ob id grauius puniuntur q̄ catechumeni: ita qui ſciunt eſſe pœnitētiæ remediū, nec eo uolūt uti, grauiora luēt ſupplicia. Etenim quò maior eſt dei benignitas erga nos, hoc maior erit ultio, niſi illi⁹ benignitate ſicut oportet utamur. Quid ais homo, qui tātis malis plenus es ac deploratus? Semel factus es amicus, ſemel ultioni ſupremæ ſubductus es, haudquaquā ex proprijs laC boribus, ſed ex dei dono. Rurſus ad priſtinā turpitudinē reuolutus es, dign⁹ q̄ grauiter puniaris. At deus ne ſic qdē auerſus eſt abs te, ſed dedit innumeras reparādę ſalutis occaſiones, p̄ quas redeas in gratiā. Et hæc qdē facit deus. Tu uerò ne tanta quidē lenitate prouocatus uis laborare. Et qua tādē uenia poſthac dignus habeberis? An nō optimo iure gētes te ridebunt, ceu fucū quempiam ſterilem, frūſtraq; uiuentem? Si potens & efficax eſt, inquit, philoſophia quā profitemini: oſtendite qd ſibi uelit tanta nondū initiatorū multitudo. Præclara uerò & expetēda myſteria. At nullus aīam agens, capit lotionem. Non enim illud eſt tempus myſteriorum, ſed teſtamentorū. Myſteriorū tempus eſt, ſanitas mentium, & puritas animarum. Etenim dic mihi, ſiquis ad iſtū affectus modum nolit ſcribere teſtamentū, ſi uerò ſcripſerit etiā dat in poſterū anſam reſcindendi teſtamenti (ſiquidem ppea ſolent his uerbis præfari, Viuus, ſanæq; & integræ mentis ordinaui de bonis meis) quī fiet, ut qui iam ſui cōpos eſſe deſiit, poſsit ad plenum initiari myſterijs? Etenim ſi de rebus ad hāc uitā corporalē pertinentibus ſtatuere uolenti, non permitterēt leges ciuiles ordinare, quoties teſtari uolēs nō admodum conſtat aīo, præſertim quum de ſuis ipſius fa- D
cultatibus præſcripturus ſit: quo qui de regno cœlorum docetur, deq; bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenum oīa percipere, ſi frequenter & à morbo factus attonitus? Quando uerò futurū eſt, ut illa uerba dicas Chriſto, cōſepultus cū illo, quū iam ſis mox abiturus? Nā factis & uerbis oportet declarare beneuolentiam. Tu uerò perinde facis, ac ſiqs tum poſtulet aſſcribi militiæ, quū iam bellum eſt ſoluendum: aut ſi athleta tum ueſtes exuat, quū iam ſurgere cœperint ſpectatores è theatro diſceſſuri. Siquidē in hoc arma ſumis, nō ut protinus aufugias, ſed ut aceptis illis ex aduerſario trophæū referas. Nequis arbitretur intempeſtiuū eſſe hiſce de rebus ſermonē, eo quòd nunc non eſt dies quadrageſimus. Nā hoc ipſum eſt quod urit aīum meum, in huiuſmodi rebus obſeruari tēpus. Atqui Eunuchus ille, quū eſſet barbarus & iter faceret, eſſet q̄ in uia publica, nō exſiluit opportunitatem, ſed ne carcerarius quidē ille, quum eſſet inter uinctos, conſpiceretq; doctorē cæſum ac uinctum, præſertim quū id temporis crederet illum incarcere manſurū. Hic autem plerique, qui nec in carE cere habitāt, nec in itinere ſunt, proferunt, ſalutis ſuę negociū, idq; uſq; ad extremum uitæ halitum. Quòd ſi adhuc ambigis, num Xps ſit deus, ſtato foris, ne di uinos ſermones audias, néue teipſum inter catechumenos numeraris. Quòd ſi fidis, & hoc certò cognoſcis, quid cōtaris? qd refugis? quid detrectas? Vereor, inquit, ne peccem. Verū illud qd periculoſius eſt nō uereris, ne cum tātis ſarcinis abeas illuc? Nec.n. idē eſt, gratiā in medio poſitam nō aſſequi, & quū iam aggreſſus ſis ad honeſta tēdere, fruſtrari. Agē dic mihi, ſiqs ſic tecū expoſtulet, quā ob cauſam non acceſſiſti? quā ob cauſam nō ptēdiſti quò cœperas? Quid dices? Nā illic fortaſsis habebis quod cauſeris, onus præceptorū, ac difficultatē uirtutis: at hic nihil iſtiuſmodi. Hic.n. gratia eſt gratis largiens libertatem. Sed uereris ne pecces. Iſtuc dicito poſt baptiſmū, tūc iſtū habeto metum, quo ſerues libertatē quā accepiſti, non, ut non accipias tantū donum gratis oblatum. Nunc uerò contrà, ante baptiſma cautus es ac circūſpectus, poſt baptiſmū ſocors & incogitans. Sed tēF pus opportunum expectas quadrageſimæ. Qua gratia? Nunquid.n. amplius habet illud tēpus? Ipſi apoſtoli non in Paſcha donati ſunt hac gratia, ſed alio tēpore. Præterea quū baptizarētur tria milia & quinq; milia, non erat Paſchæ tēpus. Similiter quū baptizaretur Corneli⁹, & Eunuchus, aliiq; cōplures. Proinde ne tēpus expectemus, ne quādo fiat, ut dū cōtamur & recraſtinam⁹, diſcedamus hinc inanes, uacuiq; tātis bonis. Qūo creditis me diſcruciari aio, quoties aliquis nondum initiatus ex hac uita ſublatus fuerit, mecum reputantem, intolerabiles illos cruciatus, & ſuppliciū ineuitabile. Rurſus quos æſtus pectoris ſentio, quoties alios uideo ſub extremū halitum feſtinātes ad initiationē, nec hinc fieri puriores? Eoq; ſanè multa fiunt indigna tanto dei dono. Oportet.n. epulari, choros ducere, gaudere & coronari, quoties ali⁹ initiatur. At ubi uxor ægrotātis audierit hoc ordinatum eſſe à medico, ueluti magnū aliquod malū acciderit, ita cōſternatur ac plorat, ſingultus & eiulatus totam undiq; domū implent, non aliter quā cōploRantur iudicum ſententia condemnati, quum ad capitis ſuppliciū abducuntur. Ille uerò multò magis ēt plorat, etſi contingat à morbo cōualeſcere, grauius

Infr.8.g

Ibid.16.f.

Baptiſmi tēpus ſemper eſt.

Exempla Eunuchi & euſtodis carcēris.

Infr.12.g.

Infr.10.g

De ijs qui baptizātur in morte. Simile.

G etiam dolet, uelut affectus contumelia. Quoniam enim nondum præparatus est ad uirtutem, contatur ac detrectat demceps futura certamina. Vides quàs artes excogitet diabolus, quod probrum, quãtum ludibrium. Itaque subducamus nos à taliludibrio, uiuamus, quemadmodum præcepit Christus. In hoc dedit baptismum, non ut eo accepto mox decedamus, sed ut semper uiuẽtes baptismi fructus proferamus: Quomodo dices hinc abeunti, fructifica, quomodo dices idem iam ex arbore execto? Non audisti quòd fructus spiritus est charitas, gaudium, pax? Quomodo igitur his diuersa proueniũt? *Gal.5.d.* Siquidem uxor adstat lugens: quũ oportuerit gaudere, adstant liberi flentes: quũ oportuerit gratulari parenti, ipse decumbẽs in tenebris, tumultu ac perturbatione plenus est: quũ oporteat diẽ festum agere, toto cõsternatus est aio, quòd filios orbos relinquat, quòd uxorem uiduã, quòd domũ desolatã. Dic mihi quis ad istum modũ adit mysteria? Quis sic accedit ad sacram mensam? Hæccine ferenda uidẽtur? Si rex missis literis iubeat uinctos è carcere dimitti, gau

H dium est ac lætitia. Deus aũt mittit spiritum è cœlis, nõ reliquias pecuniæ debitæ, sed uniuersa peccata cõdonans: & omnes fletis ac eiulatis? Quæ tandẽ est hæc inæqualitas? Nondum cõmemoro, quòd etiam mortuis ifusa est aqua, & quòd sancta proiecta sint in terram. Non.n. uestra culpa fiunt ista, sed ingratorum. Proinde exhortor, ut oibus rebus omissis, conuertamus nosmetipsos, ac baptismum oĩ cũ animi pr̃optitudine adeamus, ut posteaquã in hac quoq; uita declarauerimus non uulgare studiũ animi nostri, futuram cõsequamur libertatẽ, quam nobis oĩbus contingat assequi, Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula'se culorum, Amen.

Mortuos baptizari ridiculum.

Illi quidem igitur congregati interrogauerũt eũ dicentes: Domine, num in tempore hoc restituis regnum Israeli?

Homilia secunda.

Vum discipuli dominũ parant interrogare, simul adeunt: hoc autẽ faciunt, quo pudore reuerentiaq; multitudinis quod scire desiderant extorqueant. Nouerunt.n. quod prius dixerat, nemini cognitum esse diem illum, repellentis fuisse sermonem, non ignorantis, sed differentis responsionem. Vnde rursus aggressi eadẽ percontãtur. Nequa quã autẽ interrogassent, si uerè psuasum habuissent. Nam quoniã audierant quòd spiritũ essent acceptuq; tanquã digni iam cupiunt discere, & ad libertatis spem habebant erectos aios. Non enim uolebãt sese conijcere in pericula, sed respirare potius ac refocillari, eo quòd non exigua forent, q̃ illis contigerant, sed de extremis imminebat periculũ. Nihil igitur de spiritu loquuti, interrogant dicentes, Domine, nũ in tẽpore hoc restituis regnũ Israeli? Et non dixerunt, quã do restitues, sed an nunc, inquiũt. Adeò desiderabãt diem cognoscere, eoq; multo cum honore adeunt. Equidem arbitror, ne illud qdẽ aliquo pacto cognitum illis fuisse, quod tandẽ esset illud regnum. Nondum.n. erat spiritus, qui post docuit eos. Nec dicũt, quando hæc erunt, sed quid dicunt? Num in tempore hoc restituis regnum? tãquã quod iam sublatum erat. Hæc ad hunc modum scisitantur, quòd rebus sensibilibus adhuc afficerentur, quanq; non equè ac prius. Nondum enim tum facti fuerant meliores. Sic in posterum maiora de eo imaginabãtur. Itaq; post eaquàm ad altiora prouecti fuerant discipuli, & ipse sublimius cum illis disserit. Non enim iam sic illis loquitur, ne filius quidem hominis nouit illũm diem. Quid igitur? *Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* Maiora, inquit, quàm quæ uobis conueniunt postulatis. Atqui iam didicerant his etiam multo maiora. Id quò magis ac plenius intelligas, uide quàm multa recenseam. Agẽ dic mihi, quid est maius quàm didicisse quæ iam didicerant? Didicerant enim, Christum esse filium dei: didicerant, quòd deus filium haberet æqualem honore: didicerant resurrectionem futuram: didicerant futurum, quod nunc factum est, uidelicet, quòd consedit ad dexteram patris: Insuper & quod est his magis stupendum, didicerant quòd caro sedet in cœlis & adoratur ab angelis: didicerant, quòd uẽturus esset rursus ut iudicet mundum uniuersum: didicerant, quòd & ipsi essent cõsessuri iudices duodecim tribuum Israel: didicerant, quòd Iudæi essent eiicien

K di, ac pro his ingressuræ gentes. Hæc scire futura magnum est. Cæterùm discere, quòd aliquis sit regnaturus, & quãdo, nihil magni est. Didicerat Paulus quæ

2.Cor.12.

L fas non erat homini loqui: Didicerat omnia quę mũdum hunc præcesserant. Vtrum cognitu difficilius: Principium, an finis? Liquet prius illud esse magis arduum. Igitur & Moses hæc didicit: Et quãdo, & ante quantum tẽporis, cõditus esset mundus: id declarat p hoc quòd numerat annos. Hoc & Salomõ didicerat: proinde dicebat, Commemorabo ea q̃ fuerũt à seculo. Itaq; quòd post hæc dominus breui uẽturus esset, norunt & hi, quemadmodũ & Paulus dicens, Dominus propè est, nequid soliciti sitis. Attum qui dem non nouerunt, tametsi signa tradiderat illis dominus. Christus autẽ quemadmodũ antè dixit, Post non multos hos dies: uolens eos uigilare, nec euidẽter aperuit tẽpus, ita & hic facit. Quanquam & alioqui hic isti nõ de fine mundi, sed de regno Israelitico percontantur, eoq; dicebant, Num in tempore hoc restituis regnũ Israel? Ille uerò ne id quidem illis aperuit. De fine uerò mundi & prius interrogauerãt, sed non quẽadmodum illic seuerius respondit, aduocãs aios illorum ne putarent liberationem esse uicinã, coniiciens eos in pericula: itidem & hic facit, sed mã suetius dat responsum. Etenim ne sibi uideretur illu

M di, néue existimarent ista q̃ dicebantur, prætextus esse: audi quomodo pollicetur sese pro tribunis eis daturũ, quo gauderent. Subiecit igitur, *Sed accipietis uirtutem sancti spiritus superuenientis in uos, eritisq; mihi testes, tum Hierosolymæ, tum in tota Iudæa & Samaria, et usq; ad extrema terræ.* Deinde ne rursus ipsum interrogarent, protinus assumptus est. Quẽadmodũ igitur illic metuillis offudit tenebras, negans se scire: sic & hic idẽ facit, post sermonẽ statim receptus in cœlum: uehementer.n. id scire desiderabant, nec destitissent percontari, quũ esset uehemẽter necessarium, ne scirẽt, qđ scire uolebant. Agẽ dic mihi, utrũ minus credunt gẽres, futurã ne mũdi cõsummationẽ, an deũ hominẽ esse factũ, & è uirginis utero prodisse & ab hominib. in carne cõspectum esse? An hoc nequaq̃ dices, sed respondebis: oĩno tuũ fuerit & hoc dicere. Atqui pudet me perpetuò hac de re loq, ueluti de negocio quopiã ancipiti uel indifferenti. Rursus ne dicãt, qua re suspẽdis causam? Quæ pater, inqt, posuit in sua potestate. Atqui eadẽ est potestas, patris & illius, ueluti quum dicit, Sicuti.n. pater suscitat mortuos, & uiuifi

Ioan.5.d

A cat: sic & filius quos uult, uiuificat. An cũ est operandum, eadẽ cũ patre potestate operatur: ubi uerò scire quippiã oportet, nõ cum eadẽ scit potestate? Attamẽ longè maius est excitare mortuos q̃ scire diem. Quòd ti cum potestate facit id qđ maius est, multò magis faciet & alterũ. Verũ ut intelligatis rem, adhi-

Simile. bita simlitudine reddã dilucidiorẽ. Quemadmodũ cũ uidemus infantẽ plorantẽ, semperq; cupientẽ aliquid à nobis accipere, quo nihil illi est opus, tum occultato potius qđ cõcupiscit, ostẽdimus illi manus uacuas, dicentes: Ecce nõ habemus: itidẽ & ille fecit apostolis. Sed quẽadmodũ puer ille, si postea nihil ostendamus instat plorãdo, uidens se esse delusum, deinde eo relicto discedimus dicentes, uocat me talis, & aliud quiddam eius loco qđ cõcupiscebat damus, uolẽtes illũ auocare ab eo qđ maluisset accipere, extollentesq; illud qđ in alterius locũ damus, eo dato, repẽtè subducimus nos: itidẽ fecit & Christus, Illi quærebãt accipere, hic negauit se habere. Attamẽ primũ deterrebat. Cæterũ ubi rursus quærerẽt, iterũ negauit se habere, nisi quòd nunc non territat: uerũ

B posteaquã ostenderat, qđ fecerat, dicit ẽt probabilẽ causam, Pater, inquit, posuit ĩ sua potestate. Quid igi

Luc.10.d tur, Nescis ea q̃ sunt patris? An ipsum quidẽ nosti, cæterum q̃ facit ignoras? Ipse dixisti, nemo nouit patrẽ nisi filius, Et spiritus quidẽ oĩa scrutatur, ẽt profunda dei: tu uerò ne hoc qđem scis? Absit, Non ut, hoc suspicemur, ad istũ locutus est modũ. Sed ita se gerit quasi nesciat, quòd illos reuocet ab intẽpestiua inqui

Mat.15.b sitione. Timuerunt igitur iterũ interrogare, ne audirent, Et uos sine intellectu estis? Longè magis.n. illũ nunc metuunt, q̃ anteà. *Sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientis in uos.* Quemadmodũ illic nõ respondet ad ea q̃ percõtabãtur: nã hoc doctoris est, docere nõ q̃uult discipulus, sed q̃ discere expedit: sic & hic quæ concesit illis scire, ideo prædicit, ne turbarentur, nimirum adhuc ẽt imbecilles. Vt aũt illos cõfirmaret, erexit illorũ animos, simulq; texit ea q̃ erãt auditu grauia. Nam cũ esset ilos paulò pòst relicturos, hæc colloquens cũ illis, nihil dicit molestũ simpliciter, sed cũ admista laude mitigat per hæc q̃ nũc facit, illud propemodũ dicens, Ne formidetis, capie-

C tis enim uirtutẽ superuenientis in uos spiritus, & eritis mihi testes, & Hierosolymis, & in tota Iudæa ac Samaria. Quandoquidẽ antè dixerat, In uiam gẽtiũ

Mat.10.a ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne ingrediamini. Nunc aũt uult eos per oẽm Iudæam ac Samariã prædicare. Et qđ tum reticuerat hic addit, *Et usq; ad extremum terræ*: Elocutus quod erat omniũ maximè formidabile. Deinde ne rursus ipsum interrogarent. *Videntibus illis subleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Vides eos prædicasse & implesse euãgelium? Verè rem magnã illis donauit. Cæterũ ubi, inquit, timuistis Hierosolymis, illic primũ prędicate, pòst usq; ad extremũ terræ. Deinde rursus astruitur fides his q̃ dixerat, Videntib⁹ illis eleuatus est, inquit. Non resurrexit quidẽ illis uidentibus, sed uidẽtibus illis eleuatus est. Quoniã nec hic aspectus potuit omnia. Et resurrectionis finem quidẽ uiderãt, principiũ uerò nõ item. Rursus assumptionis initium quidẽ uiderunt, finẽ uerò non item. Siquidem illud abstulit, uidelicet uti resurrectionis principiũ uiderent, cũ prẽsens esset qui hæc loquebatur, cũ ipsum monumentum declararet ipsum illic non esse. Cæterũ quod re stabat, sermone discendum erat. Quoniã oculi non

D poterant assequi celsitudinem ut uiderent, utrum in cœlum ascenderet, an uelut in cœlũ, uide quid fiat. Quòd idem Iesus esset, sciebant ex his q̃ locutus fuerat ad ipsos: quòd autẽ susceptus esset in cœlum, ipsi deinde docuerunt angeli. Eminus.n. non potuissent agnoscere. Vides sic rerũ ordinem esse dispensatum, ut nõ omnia gererentur per spiritum, uerũ ẽt nõnulla uisu. Quã ob rem aũt nubes susceptit eum? Et hoc

Sensus q̃dam tradit fidei.

signum erat illũ in cœlũ ascendere. Non ignis, neq; currus igneus, quemadmodum factum est in Helia, *4.Re.2.b* sed nubes eũ susceptit, qnod erat cœli symbolũ: quẽadmodum dicit propheta, Qui posuit in nube ascen *Ps.103.b* sum suum. Quanquam hoc & de spiritu dictum est: ideoq; dicit, in nube: declarãs, quòd in ipso signo diuinæ potẽtię ascenderet. Nec.n. alia uirtus ulla uidetur in nube. Audi rursus quid dicat alius propheta, Deus sedet super nubẽ leuẽ. Mihi sanè uidetur hęc, cũ *Esa.19.a* adhuc interrogarent, illis uehementer attendẽtibus ijs q̃ dicebantur uigilantibus minimeq; dormitantibus esse facta. Quanquam ẽt in monte nubes cinxit illum, cũ Moses ingrederetur in caliginẽ, uerũ non il *Exo.33.b* lius causa adhibita est nubes. Ipse uerò nõ dixit simpliciter uado, ne rursus mœrore afficerentur: sed addidit, mitto spiritũ. Nam quòd abiret in cœlũ, oculis ipsis didicerunt. Papæ, quo spectaculo dignatus est illos dominus, *Erant*, inquit, *intendentes oculos in cœlum, eunte illo. Et ecce uiri duo astiterunt illis in ueste candida, qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum?* Hic demonstrãtis est sermo, quo usi sunt, cũ aiũt, *Hic qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis illum euntem in cœlum.* Iterũ lęta rerũ facies ostenditur. Siquidẽ angeli quidam simul cõiuncti humanã speciem præ se ferentes, assistũt & aiunt, Viri Galilæi. Supereſt ut digni uideantur, qbus fides habeatur, in his de quibus loquũtur. Itaq; uelu ti dignitate præminentes, è loci uocabulo cõpellant illos. Quid.n. alioqui opus erat, eos audire cuius essent patriæ, cũ id nequaquã ignorarent? Quin & ipsa specie reddiderunt illos in se intentos, uidelicet hoc quoq; modo declarantes, quòd essent è cœlo profecti. Quam ob causam, nõ ipse potius dominus hæc discipulis loquitur, q̃ angeli? Immo præuenerat dominus, atq; hæc oĩa prædixerat suis. Proinde p ange F los cõmonefacit illos eorum q̃ audierant. Nec dictũ est, quem uidistis assumptũ, sed, euntem in cœlũ: nimirũ ut intelligas hanc assumptionẽ esse reditũ siue ascensum. Carnis aũt est assumi, eoq; dicũt, q assumptus est à uobis, sic ueniet. Nõ mittetur, sed uenier. Vbi sunt igitur: qui dicũt filiũ patre minorẽ? Nubes susceptit eũ. Rectè dictũ est, eum. Ipse.n. conscendit nubem. Proinde qui ascendit, ipse est qui descendit. *Eph.4.b* Hic uerò mihi considera, quo partim quidẽ iuxta discipulorũ intelligentiam loquatur angeli, partim uerò iuxta diuinæ naturæ dignitatem, tum quo pacto deinceps cogitatio uidẽtiũ tollatur in altũ, eo quòd illis secundi aduentus non mediocris cognitio data sit. Siquidẽ hæc uerba, Sic ueniet: perinde ualent, ac si dicerent, cũ ipso corpore ueniet. Nã hoc audire cupiebant: deinde declarant, quòd similiter nubi insidens iterũ uenturus esset ad iudiciũ. Et *ecce*, inquit, *uiri duo astiterunt*. Cur ait: uiri? Nam tota specie uiros re præsentabant, ne pauore consternarentur. Qui & dixerunt, Quid statis intuentes in cœlum? Protinus addunt castigantium uerba, quæq; non sinerent illos protinus expectare reditũ illius. Angeli quod minus

G est dicunt, qđ maius est tacent. Quòd.n. sic esset ueturus, quodq; idē è cœlo foret expectādus eloquutur. Cæterū quādo id esset futurū, silēt. Deinceps igitur illos ab eo spectaculo seuocatos, reddūt attētos ad ea q̄ dicebātur, ne quoniā nō poterāt iam uidere dominū, crederent illū nō ascendisse. Verū hāc cogi-
Ioan.13.d tationē suis uerbis occupāt ac præueniunt. Etenim si prius dicebant, quò uadis? multò magis & nūc dixissent, num in tpe hoc restituis regnum Israel? Vsq; adeo delectabātur illius māsuetudine, ut ēt post cru-
Mar.13.a cem ac mortē percōtarentur illū, Num restituis? Atqui prius illis dixerat, Audietis bella & rumores de bellis, sed nondū finis, neq; Hierosolyma capietur. Nā tum de regno percōtabantur, nō de consumma-
tione mūdi. Quanquā & aliās, posteaq̄ resurrexerat dominus, nō miscet cum suis prolixos sermones. Igitur sanè uelut ipsi quoq; futuri in p̄tio si id eueniret, percōtantur. Ipse uerò nō aperuit, quādo restitueret
Mat.24. regnū. Quid.n. opus erat illos hoc scire? Hoc ergo ue-
4 ritu, non rursum ita loquuntur, qđ signum aduentus tui, & cōsummationis seculi: sed hunc in modū inter
H rogant, Num restituis regnū Israel? Existimabant.n. iam illud adesse. Ipse parabolis docuerat illos, quòd nō esset in propinquo. Itaq; hoc percōtantibus non respōdit ad percōtationē, uerū aliū sermonē iniecit: Sed accipietis, inquiēs, uirtutē sancti spiritus superue-
nientis in uos. Hic illud considera, qđ dixit, superueniētis, nō misi: nimirū quò declararet honoris ęqualitatē. Vbi es igitur ô tu qui bellans aduersus spiritū, creaturā illū facis? *Eritis mihi testes.* Innuit assumptionē, quin potius eorū q̄ prius audierant memoriā illis renouat, ut palā faceret, quòd in cœlū ascēdisset. Ani-
Psa.96.a maduerte uerò, quòd quēadmodū dixit Dauid, Nubes & caligo in circuitu eius, ita nūc ad id alludit dicens, Nubes suscepit eū: his uerbis declarans illū esse regē cœlorū. Quemadmodū currus regalis declarat ipsum regē, sic & ad illū missum est regale uehiculū, nequid triste loqueretur, nec idem illis accideret, qđ
4.Re.2.c accidit Heliseo, q magistro assumpto in cœlū, dilacerauit tunicā suā. Quid aūt dicūt angeli? Hic Iesus qui
Deu.17.a assumptus est à uobis in cœlū, sic ueniet. Et ecce uiri duo astiterunt illis. Cōgruēter. Siquidē in ore duo
I rū testium stabit omne uerbū, p̄sertim cū eadem lo-
Mat.28.a quantur. Et in uestę, inquit, cādida. Quemadmodū antè iam angelus ad monumētū uisus est in uestimētis fulgurantibus, q & prædixit illis quid in aio uersārēt, sic & assumptionis prœco exhibetur angelus. Qđ si prophetę nusquā prędixerunt, ne mireris. Superua-
caneū. n. erat, separatim eius rei mentionē facere, cuius intellectus cū resurrectionis intelligētia, coniunctus est. Cæterū ubiq; apparent angeli, uelut in natiuitate, rursus apud Mariam. Iterum in resurrectione. Itidē apparuerunt & in assumptione. Magis aūt & in secundo aduētu apparebunt angeli prœcursores. Cū uerò sic essent locuti, Hic Iesus assumptus est à uobis: ne cōsternarent illorū animos, subiecerūt, Sic ue-
niet: Respirarūt aliquantulū cū audissent, eū denuò rediturū: præterea sic rediturū, ut intelligerēt illū sic rediturū, ut adiri possit. Rursus hæc particula, A uobis, nō simpliciter addita est, sed cōmendat domini charitatē erga illos, quos è mūdo sēlegerat, docetq; eum nunq̄ deserturum, quos elegerat. Itaq; suæ qdē resurrectionis ipse fuit testis, quod id esset oium maximè mirandū q̄ acciderant post uirginis partū, imo & omniū q̄ contigerunt ante uirginis partū, uideli-
cet quòd ipse suscitaret seipsum. Ait.n. Soluite tēplū K
hoc, & ego excitabo illud. Cæterū posterioris aduē- Ioan.2.d
tus angeli fuere testes, dicentes, Sic ueniet. Proinde siquis desiderat uidere Christū, siqs dolet quòd illū non uiderit, hoc angelorum audito sermone, Sic ue-
niet: uitā admirandis uirtutibus cōponat, & oino ui- Excessus
surus est quem desiderat, nec frustrabitur suo uoto. in locum
Nā maiore cū gloria ueniet, sic tamē ueniet cum nu- cōem.
be: sic ueniet cū corpore: sed multò magis admiran-
dū est uidere eū è cœlo descēdentē, q̄ è terris in cœlū ascendentē. Venturū igitur dixerūt, in quo uerò uenturus sit, nondū addiderunt. Hic sermo cōfirmat re-
surrectionis fidē. Etenim si i corpore assumptus est, multò magis cū corpore resurrexit. Vbi sunt, q pertinaciter negāt resurrectionē? Qui sunt, dic mihi, Ethnici, an Christiani? Non.n. satis agnosco. Quin potius optimè noui, nimirū Ethnici sunt, q nec mūdū à deo conditū credūt. Nā eorundē est, nō concedere deo potestatē aliquid è nihilo creādi, & negare illū posse suscitare, q̄ sepulta sunt. Mox erubescētes quòd non cognoscāt uirtutē dei, ne uocentur in hoc crimē tergiuersantur, dicentes, Nō eò hæc dicimus, sed quòd L
corpore nō sit opus. Aptū profectò congruumq; re- Esa.32.b
spōsum. Fatuus.n. ut dicit Esaias, fatua loquitur. An Contra
nō pudet detrahere deo potestatē ex nihilo creandi Manichæos.
quę uult? Quòd si tantum creat ex his q̄ sunt, quare differt ab hominibus? Sed unde, inquit, mala? At tu quia nō intelligis, unde, nō ideo debes aliud induce-
re malū in cognitione malorū. Hic.n. gemina cōmittitur absurditas, altera qdē quòd sic audes loqui. Etenim si negas deū ex his quę non sunt creare q̄ sunt, multò magis ignorabis unde sint mala. Altera uerò, quòd dū ista dicis, inducis malitiā increatā. Cogita q̄ sit absurdū, dum studes inuenire fontē malorū, & hūc ignorare, & alterū huic addere. Quęre fontē malorū, & ne blasphemias iferas deo. Quo, inquit, blasphemias infero deo? Quid ais? An non blasphemus es, dū malū inducis increatū, dum illi tribuis potestatem deo parē? Dū uim malorū inducis, equalis cum deo potentię, dū malū facis increatū? Vide qd dicat Rom.1.b
Paulus, Inuisibilia.n. illius, ex creatione mūdi, per ea
quę facta sunt, intellecta cōspiciūtur. Cęterū ille dia- M
bolus utraq; dixit esse hyles, hoc est, primę materię, ne deinceps ulla ex re deū cognoscamus. Agè dic mihi, utrū difficilius, creare qđ natura sit malū, si tamē ullū est (Loquor.n. iuxta uestrā sniam. Nō.n. potest creari natura malū, qđ bono sit adiumento) an creare ex nō extātibus? Vtrū facilius? Verbi causa de qualitate loquor, eā quę nō sit inducere, an q̄ sit in diuersum uertere? Vtrū difficilius? domū q̄ nō sit extruere, an desertā instaurare? Perspicuū est illud esse difficilius. Nō hoc igitur impossibile, Quemadmodū autē hoc impossibile, ita & illud impossibile. Sic.n. loquor, ut in contrariū colligā disputandi gratia. Quin potius si hoc nō est impossibile, nec alterū erit ipsum impossibile. Agè dic mihi, utrū facilius unguentū cōficere, an efficere ut cœnū habeat eandem uim, qnā habet unguentū? Vtrum facilius? quandoquidē deum nostris rationib⁹ effingimus, nō nos, absit hoc, sed uos potius. Ipsos oculos ut sint creare, an efficere, ut cæcus uideat acutius uidente? & ipsa cæcitate abuti ad acuendū uisum, & surditate abuti ad facultatem audiendi? Mihi uidetur prius illud difficilius. Qđ ergo difficilius est cū tribuas deo, quod facilius est eidem nō tribuis. Sed quid hæc cōmemoro? Etiam animas

A aiunt ex dei substātia profectas esse. At uide quantū hoc impietatis, quantumq; demētię: dum.n. probare nituntur deū esse malorū authorē, aliud magis ēt impiū inducūt. Primū. n. fingunt mala iuxta temporis spatiū æqualia deo, prædicantes hunc nihilo uetustiorē quolibet illorū. Nec uerentur his senectutē, ac longæuitatē immensam dare. Deinde malitiam asseuerant immortalē, neq; enim interit, quod non nascitur. Videtis blasphemiam? ita necesse est, ut aut nihil sit à deo, aut si hęc non sunt, ne deū quidē esse. Quod tertio loco proposueram, in hoc ipsi secū pugnant, ac maiorem æterni numinis indignationem in se prouocant. Quartū est, qđ materiæ quę nō subsistit, tantā uim tribuunt. Quintum, quod aiunt malitiam fuisse causam diuinæ bonitatis, quodq; absq; hac deus, qui bonus est, non fuerit futurus bonus. Sextū, quod uiā nobis præcludunt perueniēdi ad cognitionē dei. Septimū, qđ deū ad homines deducūt, immo ad plantas & ligna. Etenim si nostra anima
B pars est substantiæ diuinæ, anima uero demigrat ēt in corpora cucurbitarū, peponū, & cęparū, cōequitur ut substantia dei sit in cucurbitis. Iam si dicamus quod spiritus sanctus in uirgine cōstruxerit tēplum dei, derident. Si dixerimus qđ deus habitarit in spirituali tēplo, rursus irrident. Ipsos uero nō pudet dei substātiā in cucurbitas, pepones, muscas, bruchos, & asinos detrudere, noua idololatrię specie reperta. At nō cæpe, inquit, in deo est, sed deus est in cæpe. Cur fugis ne uidearis deo tribuere demigrationem in corpora? Turpe est, inquis. An nō igitur istud multo turpius? An nō hoc turpe est? Quo nō turpe sit in deū, qđ si nobis cōtingat, reuera turpe futurū sit? Vi detisne fęcē impietatis? Sed quā ob rē tādē nolūt corpora resurgere? Quid hic adferūt? An quòd corp⁹ sit malū? unde igitur nosti deū? unde habes rerū cognitionē? Tū philosophus quo pacto philosohus est, si nihil effecit corpus? Destrue sensus, & disce aliquid eorū q̄ scire est opus. Quid aūt insipientius esset aia si ab initio sensus habuisset corruptos? Etenim si una corporis parte corrupta nimirū cerebro, lęditur uniuersa uis aiæ: qd futurū cēses, si cæterę quoq; corporis partes corrupātur? Vbi fuerit utilis aia? O-
C stende mihi aiam sine corpore. An nō audisti medicos aliquando dicentes, Morbus cum adest, uehemēter obscurat aiæ uires? Quousq; persistetis? Dic mihi, num corpus est materiæ? Pulchrè. Igitur habendum erat odio? Cur igitur illud alis? quare foues? Quin potius liberāda erat aia ab hoc carcere. Nam alioqui deus nō pōt uincere materiā, nisi illi cōmisceatur. Non enim potest illi præcipere, donec illi mistus fuerit, ac per uniuersam materiam constiterit. O imbecillitatē. Rex quidē imperando peragit omnia, deus aūt malis nō imperat. Immo i totū nisi malitia boni cuiuspiā fuisset particeps, ne subsisteret qdē: talis est enim natura mali, ut nō cōsistat, nisi uirtuti cuipiā admisceatur. Proinde nisi prius fuisset malitia admista uirtuti, iam olim perierat. Nā hunc in modū sese habēt mala. Sit aliquis lasciuus, quiq; sese prorsus nō temperet, num uixerit decē dies? Sit rursus latro quispiā, quē à nullo facinore retrahat cōscientia, sit etiā talis erga latrocinij socios, num uixerit oino? Sit aliquis fur impudēs, qui nō uereatur ēt palā furari, num uiuet istiusmodi mala nō habēt natura, ut ex sese possint subsistere, nisi paulū aliquid à uirtutib⁹ ceperint: Sic ista deus cōparauit, ut alteris

altera sint admista. Sit ciuitas uirorū improborū, an D
stabit unquā? sed fac stare malos, utrum stabunt iuncti bonis, an inter sese? At fieri nō potest ut soli stēt. Rom.1.b
Verè stulti facti sunt, cum se dicant esse sapientes. Si corpus malū est, omnia simpliciter mala sint oportet, & frustra sunt q̄ cōspiciūtur, aqua, terra, sol & aër. Siquidē & aër corpus est, quanq̄ inuisibile. Tempestiuum igitur existimarunt iniqui loqui nugalia. Verū ista ne toleremus, quin potius aduersus illos obturemus aures. Est enim, est inquā, corporis resurrectio. Hoc declarat sepulchrum qđ est Hierosolymis: hoc declarat lignū, cui fuit alligatus, cū flagellis cæderetur. Comedimus.n. inquit, & bibimus cum illo. Credam⁹ itaq; resurrectionē, & hac digna operemur Inf.10.f
quo simul & futura bona consequamur in Christo Iesu domino nostro, cui cum patre & spiritu sancto, gloria, imperium, honor nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Tunc reuersi sunt hierosolymam à monte qui dicitur Olueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati:

Homilia tertia.

Vnc, inquit, *reuersi sunt.* Tūc, Quando? Post E
t quā audierant. Alioqui non sustinuissent, ni si alter aduētus ipsis promissus fuisset. Mihi uero uidētur hæc in sabbato gesta fuisse, alioq non ad istū modū indicasset interuallū loci, dicens, A *mō te qui dicitur Olueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.* Etenim certa uiæ longitudo præscripta fuerat, quā peragere fas esset die sabbati. Et cum essent ingressi, ascenderūt in cœnaculum, ubi erāt permanētes. Itaq; posthac Hierosolymis manebāt post domini resurrectionē Petrus, Iacobus, & Ioānes. Nō hic iā solus cū fratre recensetur, sed & Andreas cū Petro. *Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, ac Iudas Iacobi.* Rectè mētionē fecit discipulorū. Postq̄. n. unus prodidit, alter diffisus est, declarat qđ uno excepto reliqui essent icolumes. *Hi omnes erant unanimiter perseuerantes in deprecatione & obsecratione cum mulieribus.* Pulchrè, Magna siquidē armatura in tētationib⁹ est deprecatio, & hoc abūdè didicerāt prius ad ipso magistro. Quāquā & alioqui p̄sens tentatio ad orandū illos adegit. Atq; hac gratia cōscendunt ēt cœnaculū. Vehemen- F
ter enim metuebant Iudæos. *Cum mulieribus.* De his loquitur de quibus narrant euangelia, quod dominū sint secutæ. *Et Maria matre Iesu, & fratribus eius.* Mat.27.f
Quo igitur dictum est, quòd peculiariter in sua rece- Ioan.19.c
perit eam ille discipulus? Sed rursus ubi congregasset illos, ita demum & illa simul aderat. *Et cum fratribus eius.* De his loquitur, qui prius diffisi fuerant. *Et in diebus illis surgens Petrus in medio discipulorum dixit.* Quā est feruidus? Quā agnoscit creditum à Christo gregem? Quā in hoc choro princeps est? & ubiq; primus omniū incipit loqui? Erat autem turba nominū, inquit, simul ferè cētum uiginti. *Viri fratres oportebat impleri scripturā hāc quā prædixit spiritus sanctus.* Cur non solus à Christo postulauit, ut ipsi daret aliquē substituendum in locū Iudæ? Deinde, cur non potius per seipsos perficiunt electionem? Iam Petrus erat seipso factus melior. Hoc ad priorem quæstionē responsum esto. Alterius uerò, quamobre nō simpliciter, aut uulgari more, sed ex reuelatione postulārint suppleri ministeriū, duas causas adferemus: unā quidē, quòd alijs rebus essent occupati: alterā, quòd hoc esset certissimū argumentum, Christum adhuc

G illis adesse. Quemadmodum.n.cum præsens esset, elegerat:ita & absens, elegit. Ea res nō mediocre momentū habebat ad cōsolādos discipulorū animos. Iam & illud cōsidera q̄ Petrus agit omnia ex cōmuni discipulorū sententia, nihil authoritate sua, nihil cū imperio. Neq; simpliciter dixit hūc in locum Iudę sufficimus, sed cōsolans illos super eo quod acciderat, uide quo pacto dicēdi sumit exordium. Neq;.n. Iudæ factū mediocriter consternauerat illorū aios. Nec id tibi mirū uideri debet. Etenim si nūc uulgus hoc factum traducit, quid illos tum dixisse cōsentaneū est? *Viri*, inquit, *fratres*. Si dominus suos discipulos fratres appellauit, multò magis conuenit ut Petrus suos cōdiscipulos appellaret, quapropter & omnibus præsentibus sic locutus est. Ecce dignitas ecclesiæ, & status angelicus. Nullus erat illic ab aliis diuulsus, nō masculus, nō fœmina. Tales optarim & nūc esse cogregationes. Nullus erat solicitus de his q̄ ad corporis uictū pertinēt, nullū torquebat cura rei domesticæ. Tātū boni affert tētatio. Tātū cōmodorū habet afflictio. *Oportebat impleri scripturam hāc quam prædixit spiritus sanctus.* Semper cōsolatur illos ex eo quòd ante fore prędictū sit. Itidē & Christus ubiq; facit. Quē morē seruans & Lucas ostēdit nihil accidisse nouū, sed quod iam olim p̄dictū erat fore. *Oportet*, inquit, *impleri scripturam hanc quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid.* Non ait, Dauid dixit, sed spiritus per eū. Cōsidera in ipsis statim libri principiis, qua doctrinę ratione sit usus. Vide qd aggressus hoc opus scribere, nō abs re dicebā, hūc libru arbitrio sancti spiritus cōscriptū esse. *Quā prædixit*, inquit, *spiritus sanctus per os Dauid.* Perpēde quo prophetam reddit familiarē, eumq; adducit in mediū, sciēs & ipsis fratrib⁹ expedire, ut intelligāt hoc per Dauid fuisse dictū, & nō per alium prophetam. *De Iuda*, inquit, *qui dux fuit.* Vide & hic hominis prudentem moderationem. Non dicit contumeliam, neq; insultat, dicens, de scelesto illo, & omnibus sceleribus inquinato, sed simpliciter quod accidit indicat. Neq; dicit, de eo qui prodidit, sed in alios detorquet crimen, per quos ad hoc deuenit. At ne illos quidē acriter mordet, *Qui dux*, inquit, *fuit cōprehendentibus Iesum*. Ac priusquā eloquatur ubi p̄dixerat hoc Dauid, narrat quod accidit Iudæ, ut ex p̄sentibus crederēt futura, ostēderetq; Iudam iam dedisse pœnas. *Quoniā connumeratus erat nobiscū, & sortitus est sortē ministerij huius.* Hic quidē igitur possedit agrum ex mercede iniquitatis. Moralē reddit sermonē, & latēter crimē aperit, quod ita cōducat ad correptionē. Nō dicit, Iudæi possederunt: sed, hic agrū possedit. Etenim quoniā infirmorū animi nō tam respiciunt ad futura, quā ad p̄sentia de uindicta p̄sente cōmemorat. *Et suspensus crepuit medius.* Rectē non in peccato, sed in ultione sermonem facit acriorem, *Et effusa sunt*, inquit, *omnia uiscera eius.* Hoc audientibus adferebat consolationē. *Et innotuit omnibus habitantibus Hierosolymis a deo ut uocaretur ager ille propria ipsorū lingua Aceldama, hoc est ager sanguinis.* Iudæi quidē hoc cognomē indidere agro, non ob agrum ipsum, sed propter Iudam. Nā is agrū adduxit in hoc nouum cognomē, impietatis suę cognomen ferēs ab hostibus. Id sentire Lucam declarat, tum id quod ait, nominauerunt: tum illud quod mox subiicit, propria ipsorum lingua. Deinde post digressionē nominatim prophetæ uerba subiicit, dicens: *Scriptū est enim in libro psalmorū, Fiat commoratio ipsorum deserta, nec sit qui inhabitet in ea.* Hoc de loco, deq; domo: & episcopatū eius accipiat alter: hoc est, principatū sacerdotiū. Proinde nō hæc accidūt, inquit meo consilio, meaq; uoluntate, sed illius qui hæc prædixit, ne uideretur ipse rem arduā conari, sed talē cui Christus testem adhibuerit prophetā. *Oportet igitur*, inquit, *è nobis congregatis in omni tempore.* Quā ob rē cōmunicat hoc negociū cū illis? Ne res uerteretur in pugnā, ac delaberetur in cōtētionē. Nā si his ipsis hoc accidit, multò magis accidisset illis. Semper autem hoc deuitat, Quā ob rem exordiens dicebat, *iri fratres oportet eligere è nobis.* Multitudini permittit iudiciū, simul eos qui eligebantur, reddēs reuerendos, & seipsū liberans ab inuidia simultateq;, quæ poterat à cæteris oboriri. Nā hæc semper ingentia gignit mala. Qd igitur sic oportuit fieri, docuit ad ducto prophetæ testimonio. E quibus aūt oporteat fieri electionem, ipse interpretatur dicens, *Ex congregatis nobis per omne tempus.* Etenim si dixisset, modestos oportet adesse, cęteros affecisset cōtumelia. Nūc autem tempori permisit iudicandi negociū, nō simpliciter dicēs, cōgregatis, sed addit: *In omni tempore, quo exiuit & intrauit ad nos dominus Iesus exorsus à baptismo Ioannis usque ad diem quo assumptus est à nobis: testē resurrectionis eius nobiscum fieri unū ex his.* Vt fieret qd? Ne chorus nō haberet suū numerū. Quid? An nō licebat ipsi eligere? Licebat, & quidē maximè. Verū id nō facit, ne cui uideretur gratificari. Quāquam alioqui nōdū erat particeps spiritus. *Et statuerunt*, inquit, *duos Ioseph qui uocabatur Barsabas, cognomēto Iustus, ac Mathiam.* Nō ipse eos statuit, sed oēs. Cęterū sententiā ipse protulit, sed hāc quoq; declarans suā non esse, sed è supernis profectā iuxta prophetiā. Itaque recitator fuit, nō præceptor. *Ioseph qui dicebatur Barsabas, cognomēto Iustus.* Fortasis ob multos cognomines posuit, & agnomē & cognomē, quādoquidē & inter apostolos cōplures erāt cognomines, Iacobus Zebedęi, & Iacob⁹ Alphęi: Simō Petrus, & Simō Zelotes: Iudas Iacobi, & Iudas Iscariotes. Quāq; iuxta aliū sensum ex uitæ mutatione, aut fortasis ex instituto cognomē est additū. *Statuerūt*, inq̄t, *Ioseph, qui uocabatur Barsabas, cog nomēto Iustū, & Mathiā. Et orantes dicebāt, Tu domine qui nosti omniū corda, ostē de quē elegeris ex his duobus unū, & accipiat sortē ministerij huius & apostolici muneris: unde p̄uaricatus est Iudas, ut abiret in locū suū.* Rectè cōmemorant illius peccatū. declarantes se testē q̄rere, nō supplentes numerū, sed nō sinentes eū iminui. *Et dederūt sortes suas.* Quoniā nō erat spiritus, sortibus rem peragūt. Et cecidit sors super Matthiā, & suffragiis additus est undecim apostolis. *Tunc*, ait, *reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui dicitur Oliueti qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.* Hoc ait, ut declararet illos non facere longū iter: Nē quid terroris accideret, pauent adhuc metuūtq; sibi. *Quum essent ingressi, ascenderunt in cœnaculū.* Nō enim audebant in ciuitate cōparere. Ac rectè ascēderūt in cœnaculū, ne p̄optū esset ac facile illos comprehendere. *Et erant*, inquit, *unanimiter perseuerantes in deprecatione.* Vides quā fuerint uigilantes. Duo quædā de illis testificatur, alterū quod in precib⁹ perseuerarent, alterum quòd unanimiter uelut hoc eodē animo sacientes. Ioseph itaq; forsitā iam erat uita defunctus, eoq; noluit huius facere mentionē. Neq; enim quū fratres credidissent ille erat incredulus, q crediderat ante oēs. Quapropter non uidetur uulgari more ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Ecclesiæ primæ status.

Psal.68.c

A hunc attendere, uelut ad hominē, id quod declaratur ex eo quòd mater dicit, Ego & pater tuus dolentes q̄rebamus te. Ante oēs igitur ille cognouit dominū. Ad fratres aūt dicebat Christus, Nō potest mundus uos odisse, me aūt odit. Vide uerò Iacobi modestiā. Is acceperat Hierosolymis episcopi munus, & tamē hic nihil loquitur. Cōsidera aūt & aliorū discipulorū singularē modestiam, quo pacto cōcedūt ei solū, nec amplius ambigunt disceptantes inter sese. Illorū.n. ecclesia talis erat qualis est in cœlis, nihil habens rerū mundanarū, nō parietibus, nō marmoribus, sed feruore eorū qui conuenerant relucēs. *Erāt*, inquit, *fermè cētū uiginti.* Fortasis septuaginta, quos selegerat, aut alij quoq; probiores, qualis est hic Ioseph, Mathias, mulieres q̄ à Galilæa secutæ fuerant illū, simul & ubiq; adfuerant. Hęc doctoris prouidētia. Primus hic doctorē cōstituit: Nō dixit, nos ad docēdū sufficimus: Vsqueadeo aberat ab omni inanis gloriæ studio, & ad unū tātū spectabat. Quāquam autē habebat cōstituendi ius par oibus, tamen hæc congruenter fiebāt ob uirtutē uiri, & ob hoc, quòd
B tum temporis, præfectura non honos erat, sed cura subditorū. Ea res nec patiebatur eos qui eligebātur efferri, quòd ad pericula uocabantur, nec eos q non fuissēt electi, ueluti cōtēptos affici mœrore. Tametsi nūc nō eodē fit modo, sed prorsus diuerso. Ecce cētum & uiginti erant, & unū dūtaxat postulat è tota multitudine. Meritò primus omniū authoritatē usur
Luc.22.d pat in negocio, ut qui oēs habeat in manu. Ad hūc enim dixit Christus, Et tu aliquādo cōuersus confirma fratres tuos. *Quoniam*, inquit, *connumeratus erat nobiscū.* Quapropter oportebat alterū proponere, ut illius loco fieret testis. Iam illud uide, quō p̄cepto rē imitatur, ubiq; loquēs è scripturis, neq; quicquā adhuc loquēs de Christo quoniā id ipse dominus antè crebrò uisserat. Neq; hic mētione facit proditionis Iudę. Velut illud, Os peccatoris & os dolosi supme apertū est. Verū hoc loco tātū ultionis facit mentionē. Id.n. ad hoc usq; tēpus expediebat. Ea res maximè declarat rursum domini humanitatē. *Quoniam* inquit, *cōuersatus erat nobiscū, & acceperat sortē ministerij huius.* Sortē ei⁹ ubiq; uocat, declarās totū esse gratiæ electionisq; dei, simul cōmonefaciens illos uetustæ legis, quod dominus sic eū sorte asciuisset, quēadmodū asciuerat leuitas. Et immoratur his quæ dicuntur de Iuda, eo quòd proditionis merces, eadē esset p̄co uindictę, *Parauit*, inquit, *agrū ex mercede iniquitatis.* Vide quo quod factū est, fuerit diuinę dispēsationis. Iniquitatis inquit, Multæ sunt iniquitates, sed hac nihil unquā factū est iniquius. Itaq; iniquitatis erat negociū. Neq; præsentibus tātū innotuit qd factū est, uerū etiam posteris omnib⁹. Inscientes igitur eū sic nominauerunt locum, non data opera, quemadmodū & Caiaphas insciens edidit prophetiam. Ita deus cōpulit eos sic edere uocabulum Hebraicum aceldama. Hinc enim patefiebant ēt mala, quæ Iudæis erant superuentura. Hactenus ostendit
Mar.14. ex parte euenisse quod erat prędictū huisce uerbis, Bonū erat, si natus nō fuisset homo ille. De Iudęis autē cōuenit eadē dicere. Etenim si punit⁹ est q fuit dux, multò magis & isti. Sed horū nihil adhuc loquitur.
Psa. 68. c Post hęc declarans, quòd de eo congruenter dicti debeat aceldama, allegat prophetā dicētē, *Fiat cōmoratio eius deserta.* Quid enim desertius esse possit sepulchro? Itaq; merito debuit hoc nomine uocari ager.

Luc.2.g *Ioan.7.a* *Psal.108.d*

C *Psal.108.a*

D Etenim qui pretiū numerauit, ēt si fuerūt alij q emerant, tamē is meritò pro domino habebatur magnæ desolationis. Hæc desolatio procœmiū est Iudaicæ desolationis, siquis diligenter expendat. Nā & ipsi seipsos occiderūt fame, multosq; peremerūt, & ciuitas uersa est in sepulchrū hospitū ac militū. Nā nec illos patiebātur sepeliri: neq; enim sepultura fuerant digni. *Oportet igitur*, inquit, *ex nobis qui cōgregati sumus uiris*, Vide ut illos uoluit esse spectatores Quanquā spirit⁹ erat adfuturus, tamē huius rei magnā curā habebat. *Congregatis*, inquit, *nobis uiris, in omni tē pore quo egressus & ingressus est ad nos dominus Iesus.* Significat illos habitasse cū eo, nō simpliciter ut discipulos adfuisse. Nimirū iam tum ab initio multi sequebātur eū. Vide igitur qūo id declaret, dicēs, Erat unus ex duobus q audierant à Ioāne, & secuti sunt Iesum. *In omni*, inquit, *tpe quo ingressus et egressus est apud nos dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioannis.* Pulchrè. Etenim quæ prius fuerant facta nemo nouerat edoctus, sed spiritu didicerant. *Vsque ad diem*, inquit, *quo assumptus est à nobis, ut testis resurrectionis eius nobiscū fiat unus ex his.* Non ait, Cæterorū testis, sed tantùm
E testis resurrectionis. Siquidē illi magis erat habenda fides, q poterat dicere, Qui edebat, q bibebat, q crucifixus est, idē resurrexit. Itaq; non oportebat esse testem neq; priorum temporum, neq; prodigiorū quę post gesta sunt. Nam quod quęrebatur id erat, resurrectio. Siquidē illa erant manifesta & in cōfessis, hęc autem dām facta est, his q̄ solis erat manifesta. Neq; dicunt, angeli retulerunt nobis, sed uidimus nos. Vn de liquet istud? Ex miraculis q̄ facimus. Ob id potissimū id tēporis digni erant quibus crederetur: *Et statuerunt*, inquit, *duos*. Quare nō multos? Ne maior fieret animorū perturbatio, néue res in multos distraheretur. Neq; temerè, non præfert illū, uidelicet ostēdens eū frequenter qui apud homines in pretio est, apud deū esse inferiorem. Oēs tamen cōmuniter orant dicentes, *Tu domine qui nosti corda omnium, ostē de.* Tu inquiunt, non nos. Aptè cordiū cognitorem appellant. Hinc enim erat electio facienda. Hoc pacto confidebant, quòd oporteret oēs unū fieri. Non dixerunt, elige, sed ostende electū: hoc est, quē tu elegisti, scientes, quòd omnia prius à deo fuerant destinata. *Ex his duobus, ut unus accipiat sortē huius ministerij & apostolici muneris.* Hoc ideo dicunt, quòd esset aliud ministeriū. *Et dederunt eis sortes.* Nondū iudicarunt sese esse idoneos, ut ipsi ex sese facerēt electionē eoq; cupiūt aliquo signo edoceri. Alioqui si illic ubi nec erat deprecatio, neq; uiri probi, tātū ualuit sors, eo quòd recto aio fieret sup Iona: multò magis hic *Iona.1.b* expleuit chorū, ac perfecit ordinē, nec alter ille præteritus doluit. Nō cælarunt apostoli, siqd habuerūt minus perfectū, qui quidē de ipsis primoribus non ueriti sunt dicere, quòd alicubi cōmoti fuerunt, idq; non semel, sed semel atq; iterū ac sæpius. Hos igitur & nos imitemur. Nō iam omnib⁹ loquor, sed his tātū qui principatū affectant. Si credis dei esse electionem, ne indigneris: illi enim indignaris, & aduersus il- *Expatiatur.* lū iritaris. Illius enim est electio, Quòd si ipse elegit, tu uerò audes hunc idignari, idē facis qd Cain. Opor- *Gen.4.a* tet enim probare quod deo placuit. At ille quoniam prælata est uictima fratris, incensus est, indignatus est, cū oporteret cōpungi. Ego uerò nō hoc dico, sed quòd deus nouit utiliter dispensare. Fit.n crebrò, ut qui morib⁹ es humaniorib⁹, nō sis idoneus. Rursus

A est tibi uita inculpata, mores q̃ liberales, cęterũ in ecclesia nõ his tantũ opus est. Quin & alioqui alius ad aliud est appositus. Nõ uides quot uerba faciat sup hac re scriptura diuina? Sed si quando ob aliquã causam res deuenerit ad contẽtionẽ, non tanq̃ ad principatũ aut præfecturam fratrũ accedamus, sed tanq̃ ad illorũ honorẽ ac refocillationẽ. Etenim si nouisses, quòd episcopus debet omnium onera gestare, quòd alijs irascẽtibus datur uenia, ipsi uerò nequaquã: quòd alijs peccantibus superest excusatio, ipsi uerò minimè: haud quaquã festinasses ad primatũ, haudquaquã accurrisses. Hic.n. omnium linguis expositus est, oĩum iudicijs obiectus, & sapiẽtiũ & insipientium: curis perpetuis obtunditur, tum diurnis, tum nocturnis. Multos habet quib⁹ est inuisus, multos habet inuidentes. Nec.n. mihi loquaris de his q̃ nihil non faciunt ad gratiã, qui dormire cupiunt, uelut ad quietẽ accedunt, ad negociũ. De his non loquor, sed de his qui uigilant pro animabus uestris, q̃ subditorũ salutẽ anteponunt suæ. Dic mihi, si qui de cẽ habet filios subditos, assiduè cũ ipso uiuentes, co
B gitur sine intermissione curã illorũ agere: quid nõ patietur hic, qui tot habet, nõ domesticos sed obediẽ tiam habentes in sua ipsorũ potestate? Sed habetur, inquiunt, in honore. Quis honos? Pauperes triobolares conuicia iaculantur in illũ in foro. Cur igitur illis nõ occludit os? Admodũ sanè. Non.n. opus episcopi narras. Rursus nisi semet omnibus prębeat, & his qui uiuũt in ocio, & his q̃ in negocio, mille undique criminationes. Nemo metuit accusare ac traducere. Nã in principib⁹ urget metus, i his uerò nequaquã, quando dei timor apud istos ualet nihil. Quis eloqui possit in dicẽdo docẽdoq̃ solicitudinẽ? Quis difficultatẽ in electionib⁹? Fortasis aut ego sum uehemẽter infirmus & infœlix, nihiliq̃, aut sic habet res, nihil à naui q̃ fluctib⁹ iactatur differt sacerdotis aius. Vndiq̃ p̃mitur ab amicis & inimicis, à suis & ab alienis. Nõne terrarũ orbis imperiũ tenet imperator? Hic autẽ unius ciuitatis eps est. Sed tantò plus curarum habet hic, quãtũ interest inter aquã fluminis uento agitatã, & inter mare intumescens & insaniens. Quã ob rẽ tandẽ? Quoniã illic cõplures sunt, qui adiuuãt,
C eo quòd legibus ac mandatis oĩa peragũtur: hic uerò nihil tale. Neq̃ enim licet ex authoritate præcipere. Verũ si uehementer cõmoueatur, audit, crudelis: si parũ uehementer, audit, frigidus. Sed oportet hęc duo contraria concurrere, sic ut neq̃ contemnatur, neq̃ odio habeatur. Quin & aliãs, ipsa negocia præueniunt occupãtq̃. Quã multos cogitur offendere, uolens nolẽs? Quã multos obiurgare, uelit nolit? Nõ temerè dico, sed ut affectus sum ac sentio. Nõ arbitror inter sacerdotes multos esse q̃ salui fiãt, sed multò plures q̃ pereãt. In causa est, Quoniã res excelsum requirit animũ. Multas.n. habet causas quæ depellãt ipsum à suis moribus, & innumeris oculis illi opus undiq̃. Nõ uides q̃ multas res oportet adesse episcopo, ut sit appositus ad docendũ, ut tolerãs malorũ, ut tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis? Quantæ hoc difficultatis? & quòd alij peccant, illi imputatur. Nihil dico præterea, si uel unus tãtũ decedat, nõ initiatus, nõne totã ipsius subuertit salutẽ? Vnius.n. animæ perditio, tantã habet iacturam, uti nulla ratio possit æstimare. Etenim si unius aiæ salus tãti est, ut ob hãc filius dei fieret homo, tãtaq̃ pateretur, perditio cogita quantã cõciliabit pœnã. Quòd si quis ob hominẽ, in hac uita perditũ, morte dignus est, quan D
tò magis ille? Ne mihi dixeris igitur, Peccauit presbyter, aut diaconus, omniũ horũ crimina redundant in caput eorum, q̃ hos elegerunt. Rursus aliud dico: Euenit ut quis successionẽ accipiat uirorũ improborũ, quid consilij capiat, hæret, peccatis præuentus. Vtrinq̃ præcipitiũ est. Nec illum oportet amittere, nec alios offendere. Quid? An excutiendus est prior? Verũ nõ adest occasio, An omittẽdus? Certè, inquis. Nam eius est culpa qui elegit. Quid igitur? Nõ oportet eligere quẽquã, nec in aliũ reuocare gradũ? Verũ ita fiet, ut omnes norint illũ esse malũ. Itaq̃ rursus alio offendit modo. Ergo ad maiorẽ gradũ promouendus est? Hoc multò deterius. Proinde si quis ad summũ sacerdotiũ accesserit, uelut ad solicitudinem & curã, nullus illud facilè susceperit. Nunc autẽ non aliter quã prophanos magistratus, & hãc affectam⁹ dignitatem, nimirũ ut glorificemur & honoremur apud homines, perdimur apud deũ. Quid lucri fert hic honos? Quo demonstratum est eũ esse nihil? cũ concupisces sacerdotium, ex aduerso pone criminationes quas illi perpeti necesse, pone uitam à negoE
ciis liberam, pone supplicij modum. Quoniã si pecces priuatim, nihil tale passurus es: sin in sacerdotio, peristi. Reputa, quã multa sustinuerit, in quam multis philosophum præstiterit Moses, quàm multa prę stiterit bona: sed quoniam peccarat unum peccatũ, acerbè punitus est, idq̃ meritò, quippe cũ id alio rũ iactura factũ sit. Itaq̃ grauiores pœnas dedit, nõ solũ ob id quod propalã factũ est, sed & quòd esset sacerdotis peccatum. Neq̃ enim simili pœna plectimur pro commissis manifestis & occultis. Propterea quòd peccatũ quidẽ idem est, iactura nõ est eadẽ, immo ne peccatũ quidẽ est idẽ. Neq̃ enim idem clã occulteq̃ peccare, & in propatulo. Episcopus autẽ nõ potest peccare clàm. Bene enim cũ illo agitur, si nõ peccãs liber esse possit à criminationibus, tãtũ abest, ut peccãs id possit. Si uel irascatur, si uel rideat si uel somnũ relaxationis cõcupiuerit: multi sunt q̃ scõmatis incessant, multi qui offendantur, multi qui leges præscribant, multi qui priorũ memoriam refricent, & præsentẽ deiiciant, idq̃ faciunt non ut illos laudent, sed ut hunc mordeant. Dulce aiunt bel F
lũ inexpertis. Hoc & nũc conuenit dicere, Immo potius hoc dicimus prius q̃ ueniamus in certamẽ. Cęterũ posteà q̃ eò descendimus, sic nos gerimus ut popularis conditionis hominib⁹ ẽt ignoti simus. Non enim est nobis bellũ aduersus eos, qui potentia opprimũt pauperes, neq̃ sustinemus propugnare gregẽ, sed ad exẽplũ pastorũ, quorũ meminit Ezechiel, Ezech.34.a
mactamus ac deuoramus. Quis nostrũ pręstat tãtã solicitudinẽ pro ouibus Christi, quantã præstitit Iacob erga greges Labã? Quis potest recẽsere toleratũ noctis gelu? Ne uerò mihi dixeris peruigilatas noctes, tãtaq̃ curam exhibitã. Totũ itaq̃ contrariũ est. Primates ac præfecti nõ tanto potiũtur honore, quãto q̃ præest ecclesiæ. Si ingrediatur in aulam regiam. qs prior? Si apud matronas, si in ædib⁹ uersetur magnatũ, nullus alius illi p̃fertur honore. Perierunt oĩa corruptaq̃ sunt. Hęc loquor non ut uobis pudorẽ incutiam, sed ut uestram cohibeã cupiditatem. Quẽ enim cõsciũ adibis, si procuraris uel per teipsum, uel per aliũ? Quib⁹ oculis obtueberis illũ, q̃ tibi fuit auxilio? Quid habebis quod excuses? Etenim q̃ nolẽs & inuitus cõpulsus est, habiturus est aliquã excusatio-

A nem. Quãquã maximè & hic priuatus est uenia, nisi quòd ad hoc collatus habet aliqd excusationis. Cogita quid acciderit Simoni. Quid.n. refert si non das
Acto.8.d pecuniam, sed pecunię loco adularis, subornas, multaq̃ machinaris? Pecunia tua sit tecũ in perditionẽ, ad illũ dictum est. Et his dicetur, Ambitio tua sit tecum in perditionẽ, quoniã putasti ambitu humano parari donũ dei. Verũ nullus fortasis est talis, Vtinã non sit. Cupio siquidẽ nihil horũ ad uos pertinere q̃ loquor. Sed interim ipse sermonis tenor in harũ rerũ mentionẽ me deduxit. Neq̃.n. quoties loquimur ad uersus auaritiam, aduersus uos loquimur, imo nec prorsus aduersus ullum. Vtinã cõtingat, ut remedia frustra sint à nobis parata. Talia sunt medicorũ uota, nihil aliud postulãtiũ, nisi ut post multũ laboris insumptũ prorsus abiiciantur pharmaca. Idẽ & nos optamus, ut nostra uerba prorsus in aërem dicãtur, & uerba tantũ sint. Equidem oĩa promptè sustinuero, ut non sit opus hæc dicere. Quin si uultis tacebimus, tantũ ut silentium careat periculo. Nec.n. arbi-
B tror quenquã, quanuis admodũ gloriæ sitientẽ, nisi uocet necessitas, uelle prorsus episcopum designari. Concedemus uobis doctrinã. Nã hæc maior est doctrina, q̃ docet ipsis factis. Quandoquidẽ & medici sunt optimi. qui tametsi morbus ægrotantiũ adfert ipsis mercedẽ, cuperent tamen suos amicos uti prospera ualetudine. Et nos cupimus oẽs bene ualere. Nõ.n. cupimus, ut nos probati simus, uos aũt reprobi sitis. Optarim si fieri possit, ut ipsis oculis meã erga uos charitatẽ ualeam ostendere. Id si fiat, nullus post hac mihi culpã ullã ipingeret, ẽt si sermo meus fuerit uehemẽter asper. Etenim q̃ ab amicis dicũtur, etiã si cõtumeliam habeant, tolerabilia sunt. Magis enim credendũ uulneribus amici, q̃ spõtaneis inimici osculis. Nihil mihi uobis charius, ne lux quidẽ ista? Optarim.n. ipse uel milies execrabilis esse, si queam per hoc uestras animas conuertere. Adeo mihi luce dulcior est uestra salus. Quid.n. mihi prosunt Solis radij, si dolor per uos obortus, multã caliginẽ offundat oculis? Tunc.n. bonum est lumen, cũ in gaudio exoritur. Nam animæ mœrenti, ẽt molestũ uidetur esse. Cæterum nõ mentiri me q̃ loquor, utinam non
C contingat unquã experimento discere. Verũ siquando cõtingerit uestrum peccare quempiam, dormienti mihi obuersamini. Emoriar, nisi uideor similis do
Psa.73.b lore exanimatis, nisi attonitus: & ut uerbis propheticis utar, ẽt ipsum lumen oculorum meorũ non est mecũ. Nam q̃ spes nobis, si uos nõ proficiatis? Rursus quantũ animi solatiũ, si uos probati sitis? Gestire mihi uideor, quoties boni quippiã audio de uobis. Implete meum gaudium. Hoc solũ adfero ad uotũ, quoniam desidero profectũ uestrũ. Quòd aduersus oẽs decerto, hoc est, quoniã diligo. quoniam cõglutinatus sum, quoniam oĩa mihi uos estis, & pater & mater & fratres ac liberi. Itaq̃ nequid eorum quæ à me dicũtur arbitremini ab odio uestri proficisci, sed
Prou.18.c in hoc dici, ut corrigamini. Frater, inquit, qui à fratre adiuuatur, ut ciuitas munita. Ne igitur aspernemini. Neq̃ enim ego contemno, siquid dicere uoletis, sed cuperem & à uobis corrigi, cuperem discere. Oẽs.n. nos fratres sumus, unus autem est noster magister. Quanquã & inter fratres fas est ut unus præscribat, ac cæteri obtẽperent. Ne igitur aspernemini, sed omnia faciamus in gloriam dei: Quoniam ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Tomus tertius.

Et dum compleretur dies Pentecostes, erant unanimiter congregati in unum: & factus est repente de cœlo sonitus. Homilia. iiij. D
Cap. II.

Væ est hæc Pentecoste? cum falx mittenda
q esset in messem, cũ fructus essent colligẽdi. Vides typum? Vide iam ueritatem. Cũ falx sermonis esset adhibenda, cũ colligendæ fruges: tũc spiritus ille ueluti acuta falx aduolauit. Audi.n. Chri Ioan.4.a
stum loquentẽ, Attollite oculos uestros, & uidete regiones, quòd iam albæ sunt ad messem. Ac rursum, Messis quidem multa, operarij uerò pauci. Vnde ipse Luc.10.a
prior falcem misit in messem: propterea quòd ipse se getis primitias subuexit in cœlũ, nostra assumpta natura: atq̃ hãc ob causam appellat messem. *Dum compleretur*, inquit, *dies pentecostes*: Hoc est, nõ ante pentecosten, sed circiter, ut ita loquar, pentecosten. Nam oportebat festi tpe rursus hæc fieri, ut qui cruci adfuerant Christi, iidem hæc quoq̃ spectarẽt. *Et factus est repentè de cœlo sonitus.* Quare id nõ est factũ absq̃
Sup.2.b signis sensibus expositis? Quoniam si cum hoc acciE
disset dixerunt, musto pleni sunt: quid nõ dixissent, si signum nõ fuisset additum? Neq̃ tantũmodo repentè factus est sonitus, sed ut magis excitaret illorum animos, totam ẽt domum repleuit. Miram spiritus uehementiã expresit. Præterea demonstrat oẽs fuisse congregatos, ut simul & qui aderant crederẽt, & discipulos eo munere dignos ostenderet. Nec id accidit modò, uerũ ẽt quod multo cognitu est mirabilius: *Et uisæ*, inquit, *sunt illis dispertitæ linguæ, uelut igneæ.* Rectè ubiq̃ additum est, uelut, nequid sensibile de spiritu suspicareris. Velut igneæ, inquit, & uelut flatus. Nec.n. uentus erat simpliciter per aërem diffusus. Actum cũ Ioanni deberet innotescere spiritus, uelut columbę specie, in caput Christi uenit: nũc uerò cum tota multitudo cõuertenda esset ad fidem, uenit ĩ specie ignis. *Et insedit singulis illorum*: Hoc est, mansit apud illos, & in illis requieuit. Nam sedendi uerbũ stabilitatem ac mãsionẽ declarat. Quid aũt, an in duodecim uenit tantũ, non etiam in cæteros? Nequaquam, sed uenit etiam in illos centum uiginti. Neq̃ enim temerè Petrus allegauit prophetæ testimonium, dicẽs: Et erit in nouissimis diebus dicit dominus deus, Effundam de spiritu meo super omnẽ F
carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestrę, & Ioel.2.b
iuuenes uestri uisiones uidebunt, & senes uestri somnia somniabunt. Animaduerte quòd ut non solùm obstupescas uerùm etiam gratia implearis, ideo uenit in spiritu sancto & igni. *Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus dabat illis loqui.* Non accipiunt aliud signũ, sed hoc primum: erat enim nouum, nec erat opus alio signo. *Insedit*, inquit, *singulis illorum.* Ergo & illi qui non fuerat assumptus, eoq̃ iam nec dolet se non fuisse electum, quemadmodũ fuit Mathias. *Et repleti*, inquit, *sunt omnes.* Rectè sic locutus est, nec enim uulgariter acceperunt gratiam spiritus, sed eousq̃ ut implerentur. Et cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Cum & apostoli essent illic præsentes, haudquaquam dixisset omnes, nisi cæteri quoque fuissent participes. Alioqui, cum illos anteà seorsum ac nominatim sit elocutus, nunc non coniunxisset illos in eodem negocio, nisi fuisset omnium commune. Etenim si tum cum loquendum esset, quando priuatim aderant apostolorum meminit, multò magis hìc idem fecisset. Illud

gaũt considera, cũ instãt deprecationi, cũ charitatem inter se habẽt, tum aduenit spiritus. Ad hæc quo etiã cõmonefecerit illos alterius uisionis, cum ait, uelut ignis, quando quidẽ & in rubo uelut ignis apparuerat. *Prout spiritus dabat illis loqui:* Hoc pacto loquitur, indicans apophthegmata ac uelut oracula esse, q̃ ab illis dicerentur. *Erant autem Hierosolymis habitantes uiri Iudæi religiosi.* Hoc ipsum habitare, signum erat religionis. Quo? Quia cũ essent è tam multis profecti nationibus, tame & patria & domo, & cognatis relictis habitabãt illic. *Erant enim,* inquit, *Hierosolymis habitantes Iudæi uiri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Cum aũt facta esset hæc uox, conuenit multitudo & cõfusa est.* Quoniam id qd fiebat in domo gerebatur, meritò q foris erant concurrebãt. *Confusa est multitudo.* Quid est, confusa est? Turbata est, admirati sunt: deinde declarans quid admirarentur adiungit, *Quoniam eorũ singuli audiebant illos propria cuiusque lingua loquentes. Et conuenit multitudo & inter se dicebãt.* Nõne ecce oẽs isti qui loquuntur Galilæi sunt? Hæc dicunt respicientes ad apostolos, & addunt: *Quo nos audimus illos propria cuiusq; lingua loquentes in qua nati sumus, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui incolunt Mesopotamiam, Iudæam simul & Cappadociam, Põtum & Asiam, Phrygiam pariter & Pamphyliam, Aegyptũ & eius partes Libyæ, quæ est circa Cyrenẽ: præterea qui hic agũt Romani, partim Iudæi, partim proselyti. Cretẽses & Arabes, audimus eos loquentes nostrarũ linguarum proprietatibus magnifica dei? Stupuerunt aũt omnes & hæsitabant inter se dicentes, Quid hoc ualt esse?* Vides quemadmodũ uelut alati terrarũ orbẽ percurrerint. Alij uerò subsannabant illos, dicẽtes, musto repleti sunt. O uesaniã, ô malitiam inauditam. Atqui ne tempus quidem illud habebat mustum. Erat n. Pentecoste. Quodq; mirabilius est, cum oẽs confiterentur, & qui erant Romani, & qui erant aduenæ, fortasse & hi qui dominum in crucem egerant, illi post argumenta tam multa dicunt, musto repleti sunt. Sed rursus ab initio q̃ dicta sunt consideremus: Repleuit, inquit domũ flatus, & facta est ueluti piscina plena aquarũ. Porrò ignis arguit gratiæ copiam ac uehementiam. Nequaq̃ idẽ accidit in prophetis: sed tum quidem sic accidit illis, prophetis aũt alio modo. Nam capitulũ libri datum est Ezechieli, edebatq; q̃ dicturus esset. Eoq; dictum est. Factũ est in ore eius ut mel dulcescẽs. Rursus manus domini tetigit linguam alterius prophetę. Cęterum hic ipse spiritus operatur omnia. Tãta est inter patrem & filium æqualitas. Ac rursus alius alibi, Lamentatio, & canticum, & uæ. Illis meritò in libis datũ est donũ. Adhuc n. eis opus erat parabolis. Quin potius ob id, quòd illi prophetę ad unam duntaxat gentẽ mittebantur, eamq; peculiarẽ ac propriam: isti uerò ad uniuersum terrarũ orbẽ, & ad nationes hactenus incognitas. Helisæus per exuuium ouillũ accepit gratiam: Rursus alius per oleum quemadmodum Dauid. Moses uerò per ignẽ rubi uocatur: Non itidem hic factum est, sed ipse ignis insedit. Et quam ob causam, dixerit aliquis, non apparuit ignis qui repleuit domum? Quoniã exterriti fuissent. Demõstrat tamen quòd hoc factũ sit. Tu uerò considera, quòd non solũ dixerit, uisæ sunt illis dispertitæ linguæ: sed additum est, ignis. Tam magnus ignis immẽsam syluam potest incendere: Ac rectè dixit, dispertitæ: Nã ex eodem fonte uenerant, ut intelligas occultã uim esse à paracleto missam, qui quidẽ ignis, mundi peccata quasi syluam exussit. Vide uerò & illos primum declaratos eo munere dignos, atq; id temporis spiritu donatos fuisse, sicut & in Dauid factũ est. Nam q̃ fecerat cũ esset pastor ouium, eadem fecit & post uictoriam ac trophæũ, quò uidelicet ipsius nuda, simplexq; fides declararetur. Rursus considera Mosen, q & ipse regiam aulam contempsit, & Samuelẽ q post quadraginta annos cum populi rem administrasset, tamen adhuc nutriebatur in templo: specta Helisæũ omnia relinquentem, cumq; his Ezechielem. Porrò quòd ad hunc modũ res illis gesta sit, perspicuũ est etiam ex his q̃ secuta sunt, quandoquidẽ & hi facultates suas oẽs pro desertis habuerant. Eoq; tum accipiunt spiritum sanctũ, posteaquã suæ uirtutis dedere specimen. Didicerant humanam infirmitatem ex his quæ ipsis acciderant: didicerant quòd ea quę piè fecerãt, frustra gesserint. Sic & Saul prius dum adhuc testimoniũ haberet quòd uir bonus esset, tum accipiebat spiritum. Sed eodem modo quo nũc discipuli, nemo alius. Quin potius ne Moses quidẽ prophetis maior. Nam ille cum oporteret alios afflari spiritu, ipse diminutus est. Hic uerò non eodem modo, sed quemadmodũ ab igni, quotquot uolet aliquis lucernas accẽdit, nec ignis imminuitur: ita & in apostolis tum tẽporis accidit. Nõ. n. per ignem tantũ gratiæ largitas demonstrabatur, sed unusquisq; spiritus fontẽ accepit: sicut & ipse fontem aquæ saliẽtis in uitam æternã dixit accepturos eos, qui in ipsum crediderent. Idq; ualde congruenter. Neq; n. cum Pharaone disceptaturi abierant, sed cum diabolo luctaturi: quodq; mirabilius est, cum mitterentur nihil excusarunt, neq; dixerunt se gracili uoce esse linguæq; inexplanatæ. Siquidẽ Moses illos in hoc erudierat. Non dixerũt se iuniores esse. Nã Hieremias hic illos reddit uerecundos. Atqui multa audierant terribilia, multoq; plura q̃ illi, & tamen ueriti sunt cõtradicere. Ex quo liquet illos lucis angelos fuisse, & cœlestiũ negociorũ administratores. Attamen istis quidẽ nullus è cœlo apparuit adhuc in terris agentibus. Sed postea quàm abiit homo superna petens, simul spiritus è supernis delabitur. *Quasi ferretur,* inquit, *flatus uehemẽs.* Per hoc perspicuum facit, neminem fore qui posset illis resistere, sed ab eis aduersarios ceu puluerẽ dissipandos. *Et repleuit totam domum.* Domus mũdi typũ gerebat. *Et sedit super singulos illorum, & conuenit multitudo & confusa est.* Vides illorum religionẽ, & quòd non illico pronunciant, sed hęsitant? Alij uero demẽtes pronunciant dicentes: musto pleni sunt. Quoniã licebat per legẽ ter quotãnis apparere in tẽplo, ideo habitabant illic ex oibus nationibus uiri religiosi. Hinc perpende q̃ non adulatur illis qui hæc scribit. Non. n. dixit pronunciarunt, sed quid? *Cum facta esset hæc uox, conuenit multitudo, & confusa est* Meritò. Existimabãt enim ipsis rem ad extrema peruenisse, ob facinus quod ausi sunt in Christũ. Quin & alioqui conscientia perturbabat illorum animos, eo quòd etiãnum in manibus esset homicidium, oẽs illos reddẽs attonitos. *Nõne ecce,* inquit, *omnes isti qui loquũtur Galilæi sunt?* Pulchrè hoc dixit, quandoquidem hoc se esse profitebantur. Vsqueadeo sonitus illos reddiderat attonitos, quòd hic maiorem orbis partem cõprehenderit. Illud uerò cõfirmabat apostolos, quòd quid tandem esset parthicè loqui, non nouerant, ab illis tamen id temporis scire putabantur. Porrò gentium meminit quæ illis erant hostes, Cretensium.

Arabum, Aegyptiorum, Persarum, uidelicet declarans quòd eas omnes essent in ditionem suam reducturi. Quippe quũ id temporis Iudæi essent in captiuitate, conueniebat ut illic multi adessent ex gẽtibus: siue quòd iã ad gẽtes quoq; fidei dogmata semiata fuerint, & hanc ob causam complures ex illis aderãt, ut memorarent q̃ audierant. Certissimũ utique nec ullam recipiens contradictionẽ testimonium, à ciuibus, ab hospitibus, ab aduenis. *Audiuimus eos loquẽtes linguis nostris magnifica dei.* Neq; n. quid libet garriebant, sed admiranda quædã loquebãtur. Vnde meritò hæsitabant, nunquã. n. tale quicquam acciderat. Vide hominum modestiam. *Stupebant & hæsitabant dicentes, Quid ualt hoc esse? Alij uerò subsannantes dicebant, musto pleni sunt.* O impudentiã si ob hoc irridebant. Et qd mirũ? Quãdoquidẽ ipsum etiã dominũ, q̃ dæmonia pellebat, dæmoniũ habere dixerunt. Nã ubicunq; fuerit improbitas, unũ hoc duntaxat studet, nempe dicere. Quid tandẽ? non ut dicat rei consentanea, sed tantũ ut dicat, Musto impleti sunt. Prorsus sanè, quũ homines in tantis constituti periculis, extrema metuentes, & in tanta uersantes desperatione, eiusmodi audent prologq. At quũ id esset minimè uerisimile, ut audientib. imponãt, persuadeãtq; illos esse temulentos, hebetudini crapulæq; rẽ totã ascribunt, dicentes eos esse musto plenos. *Stans autem Petrus cum reliquis undecim, extulit uocem suam, ac loquutus est illis.* Vides ne illic curiositatẽ, hic animi fortitudinem? Etenim si admirabantur, si stupebãt: nõne & illud æquè mirandũ erat in tam numerosa multitudine in uerba prorumpere, hominẽ illiteratum & idiotam? Nã siquis inter familiares dicturus perturbatur, quantò magis hoc accidere debuit apud hostes & uociferantes? Quòd autem ebrij non essent, protinus ex ipsa uoce declararunt, quòd nõ essent arrepti furore more uatũ, quodq; nulla ui compellerẽtur. Quid autem est cum reliquis undecim? Commune, inquit, uocem edebant, ac Petrus omniũ erat os, sed astabant illi undecim testimonio suo comprobantes ea quæ ab illo dicebantur. *Extulit,* inquit, *uocem suam:* Hoc est, multa cum fiducia loquebatur. Id autem facit, uti cognoscerent spiritus esse gratiã, quum is qui uilis puellæ non tulerat percontationẽ, nunc in medio populi, cunctis uociferantibus, tãta cum fiducia differat, ut hoc indubitatum esset resurrectionis argumentum, ridentibus interim hominibus, taliaq; scommata in eos iacientibus tanta uti libertate. Quantæ putas hoc esse improbitatis, quãtę impietatis, quatę impudentię, temulentiæ asscribere linguarũ miraculum? Verùm id apostolis nihil attulit tristitiæ, neq; reddidit illos timidiores, quum eo tẽpore audirent in se iaci scommata, quando iam aduentu spiritus fuerant instructi, ut essent cũctis rebꝰ corporalibus superiores. Quoscunq; autẽ accesserit spiritus sanctus, eos pro luteis reddit aureos. Iã mihi Petrũ considera ac reputa, timidus ille, adeoq; timidus, ut nec mulierculæ uilis percontationẽ tulerit, q uir factus sit, post accessionẽ & largã suppeditationẽ spiritus. Quin & illud cõsidera, apostolorũ concordiam, qui Petro cesserint cõcionandi ius. Neq; enim oportebat omnes pariter loqui. Et sublata uoce sua loquitur, q̃ res declarat ingentẽ illã fiduciam, animiq; præsentiam. Tale quiddam est esse uirum spirituale. Tantùm nosipsos præbeamus dignos cœlesti gratia, & omina fuerint facilia. Quemadmodum enim igneus homo si in medias indicat stipulas, nihil lædetur, sed magis uim exeret suã. Nec. n. ille quicquã patitur mali, sed qui his reluctantur, ipsi seipsos perdunt: Ita nũc euenit. Immò potius ac siqs ignẽ gestans, luctetur cũ eo qui importat fœnũ. Itide uidelicet, & apostoli illos adorti sunt multa cum fiducia. Quid. n. obsecro, læsit illos tanta multitudo? Nũ illis cũ egestate & fame fuit cõflictatio? Nũ cum ignominia & infamia? Nũ impostores esse credebantur? Nũ irrisonibus & conuiciis præsentiũ succubuerunt? Nã utraq; hæc simul in eos incidebant, eo quòd alij deridebant illos, alij etiã scommatis incessebant. Nonne totæ ciuitates furoribus & insaniis illos impetebant? Nonne seditionibus & insidiis obiecti sunt? Nonne igni, ferro & bestiis? Nonne undiq; illos inumera bella uallabant? Nonne pinde fuerunt affecti, quasi in somnis uidissent hæc mala, aut in pictura? Quid igitur? Nonne cõsumpserũt omniũ furores? None in ipsos animi anxietatẽ retorserũt? Nonne illi furore metuq; omniũ maximè tenebãtur? Nonne pericli tabantur, formidabant ac tremebãt? Audi. n. illos dicẽtes, Vultis inducere in nos sanguinẽ hominis istius? Atq; illud interim mirabilius, quòd apostoli nudo corpore cõsistebãt aduersus armatos, aduersus principes q publicũ in ipsos ius habebãt, imperiti, elingues ac simplices idiotæ, aduersus impostores & circunuentores, aduersus sophistarũ, rhetorum ac philosophorũ turbã, q in Academia Platonis & Aristotelis deambulationibus exercitati depugnarãt, & in Stoicorũ porticibus fuerant occupati. Hos ita superauit Petrus, quasi cũ mutis piscibus certamen fuisset. Nec enim aliter q̃ piscator mutos pisces, ita hic illos supauit. Ac Plato qdẽ ille multa nugari solitus, obticuit: hic uerò loquitur, nõ tantũ apud suos, uerũ et apud Parthos, apud Medos, apud Elamitas, apud Indos, breuiter, in omni loco, usq; ad orbis terminos. Vbi nũc Græciæ fastus, ubi nomẽ Athenarũ, ubi philosophorũ deliramẽta? Ille Galilęus, ille Bethsaide natus, ille rusticanus, uniuersos illos deuicit. Agedũ, nonne ad nominatã patriã illius quos deuicit erubescitis? Quòd si nomẽ ipsum hominis audieritis, Cephas. n. dictus est, multò magis obtegetis faciẽ. Siquidẽ hoc uos, hoc in quã perdidit, quòd expolitam habere linguã laudi ducitis, ac huius rei imperitiã probrosam existimatis. Non ingressi fuistis qua oportuit, sed regalio missa uia, q̃ facilis est ac leuis, operosam illã ac præruptã difficilemq; calcastis, eoq; non peruenistis ad regnũ cœlorum. Quur igitur, dixerit aliquis, non in Platone & Pythagora operatus est Xps? Quoniã Petri mens multò erat, quàm illorũ ad Philosophiã accommodatior. Nam illi re uera pueri erant, ubiq; supra modum gaudentes inani gloria. Hic uerò uir fuit philosophicus & gratiæ capax. Quòd si hæc quũ audis rides, mirum non est, quandoquidem & illius temporis homines ridebant, eosque musto plenos esse dicebant: uerùm posteà quum perpessi illa tam acerba, ut omes calamitates superarent, quum ciuitatem uiderẽt direptam, quum incendium in altum subuolans, quum mœnia solo æquata, quum uarias illas debacchationes, quas nemo possit oratione cõsequi, tum non ridebant. Similiter & uos tunc non ridebitis, quum iudicij dies ingruerit, quum gehẽnæ ignis fuerit incensus. Sed quid loquor de futuris? Vis ostendam qui uir sit Petrus, qui Plato? Iam mores illorũ si uidetur expẽdamus: uideamusq; qd ambo

G gesserint. Hic omnẽ uitam consumpsit distorquens
sese circa dogmata inutilia superuacaneaq;. Quid.n.
prodest scire, quòd aía philosophi sit musca? Re ue-
ra musca est, no in muscam conuersa est, sed accesit
aiæ in Platone habitanti. Quid hìc nõ est stultiloqi?
Vnde tales nugari nugas illi uenit in mentẽ? Homo
plenus erat ironiæ, ac zelotypia laborabat aduersus
cunctos. Itaq; quasi studeret i hoc, ut nec ex sese, nec
ab altero quicq̃ adferret utile, sic ab alio mutuat⁹ est
animarũ transmigrationẽ, ex sese uerò rempub. com
mentus est, in qua leges prodidit multa refertas tur-
pitudine. Vxores, inqt, communes sunto, nudæ uir-
gines sub oculis amatorũ luctãtor. Tum genitores,
tũ filij q gignũtur communes sunto. Quę tã insignis
dementia est, quã ista non superent? Ad hunc igitur
modũ habet illius doctrina. Hic porrò nõ natura fa-
cit communes parentes, sed Petri philosophia, quan
doquidẽ & illud quod Plato docuit, sustulit. Nihil.n.
is aliud effecit, nisi ut siquis uerè pater est, tantũ non
ignoretur, & qui nõ est inducatur, in ebrietatẽ quã
dam & sterquiliniũ cõiecit animum. Omnes, inquit,
uxoribus audacter utuntor. Eoq; nõ expendo Poe-
H tarũ dogmata, neqs me dicat fabulas expendere: sed
alias adfero fabulas, Poeticis multò magis ridiculas.
Vbi Poetę quicquã tã prodigiosum prodidere? Verũ
ille philosophorũ Antesignanus, ut habebatur, & ar
ma addit mulieribus, & galeas, & ocreas, nec qcquã
dicit hominũ genus differre à canibus. Posteaquam
" enim, inqt, inter canes fœmina & mas communicãt
" in factis, communicent & mulieres, cunctaq; sursum
" deorsum misceantur. Semp.n.p illos hoc egit diabo
lus, ut ostẽderet nostrũ genus nihil à brutis differre,
quando nonnulli in opinionẽ tam peregrinã & ab-
surdã uenerũt, ut animalia rationis expertia, dixerint
rationalia. Vides uerò q̃ multipliciter debacchatus
est in illis mentibus, posteaq̃ qui sunt inter illos pri-
mi, docuerũt animam nostram in muscas, canes, &
animantia bruta transmigrare. Cæterũ his succesſe-
runt hoc ueriti dicere, in aliã absurditatẽ delapsi sũt,
omnẽ rationalẽ scientiam brutis cum homine com
munẽ facientes, ac demonstrantes ea quę per nos fa
" cta sunt, meliora esse quàm nosipsos. Non solũ autẽ
I hoc, sed & futurorũ pręsensionẽ & religionem apud
" illa esse prędicant. Coruus, inqt, nouit deũ & cornix,
" & prophetię donũ habẽt, futuraq; prædicunt, quin
& iustitia adest illis, & resp. & leges, & apud illa canis
habet inuidiã, secundum Platonis sententiã. Fortasse
nõ creditis quæ dicimus. Nec iniuria, quippe sanis im
buti dogmatibus. Nã siquis hoc cibo sit enutritus,
nequaquã credere possit, esse hominẽ qui libẽter ue-
scatur humanis excrementis. Proinde quoties illis di
cimus, istæ fabulę sunt dementia plenæ, nõ intellexi
stis, inquiunt. Vtinã ne intelligamus unquã uestra tã
ridicula. Multò sanè itellectu, sensuq; profundo opus
est, ut perdiscã qd sibi uelit tanta impietas, tantaq; re
rum cõfusio. Ne coruorũ more loquamini ô demẽ-
tes, quemadmodũ faciunt pueri. Nam re uera pueri
estis, quẽadmodũ illi, Petrus uerò nihil tale docuit,
sed emisit uocẽ, q̃ tanquã lumen in tenebris uehemẽ
ter refulgens dispulit orbis terrarũ caliginem. Verũ
mores illius quam erant mansueti, quam humani,
ut omni gloria iani erãt superiores, ut suspexit in cœ-
lũ, alienus ab omni factu, idq; quũ excitaret mortu-
os? Quòd si cui dementiũ illorũ tale qd peractũ fuis-
set, nõ uerè, sed fallaci specie, an nõ protinus aiã po-
scisset ac templum, ac deo par haberi postulasset? K
maximè quũ semp talia somnient, etiã huiusmodi ni
hil agentes. Quid.n.illis uult Minerua, Apollo & Iu-
no? Genera sũt apud illos dęmoniorũ. Et rex ẽ apud
illos, ideo nõ recusans mori, ut diis æqualis habea-
tur. Verũ apostoli nõ item, sed contra fecerunt. Audi
enim illos loquẽtes de claudi sanatione, Viri Israelitę Inst.3.b
quid nobis intenditis quasi nostra potestate nostra
ue pietate effecerimus ut hic ambulet? Rursus alibi, Inst.5.d
Et nos homines sumus iisdẽ obnoxij qbus uos. Illic
uerò multus est tumor, multa arrogantia, oía pp ho
norẽ humanum, nihil philosophiæ gratia. Vbi quid
enim gloriæ causa geritur, oía manent uilia. Quòd
siquis, habeat quidẽ oía, sed hoc non obtineat, tota
excidit philosophia, uiolentissimo nimirum turpissi-
moq; affectui obnoxius. Huius inanis gloriæ contẽ-
ptus sufficit ac docendũ quicqd est rerũ bonarũ, &
ad propellendũ ex aío omnem perniciosam cupidi-
tatem. Quapp hortor ut & uos magno studio adni-
tamini, morbũ hũc radicitus ex animis euellere, alio
qui non potest is placere deo, nec illius oculi qui ne-
scit obdormiscere, beneuolentiã uobis cõciliare. O-
mnem igitur curã adhib eamus, ut illius in nos pro-
pensione promereamur, quo simul & præsentiũ ma L
lorũ afflictionem effugiamus, & futuri seculi bono
digni inueniamur, per gratiã & benignitatẽ domini
nostri Iesu Christi, cui cũ patre & spiritu sancto, glo-
ria, imperium, honor nunc & semper, & in secula se-
culorum, Amen.

Hactenus Des. Erasmus Roterodamus.

Viri Iudæi & qui inhabitatis Hierusalẽ omnes hoc uobis notum esto, & auribus accipite uerba nostra.

Homilia quinta.

Vos superius pegrinos dixit, ad illos sermo-
q nem hic conuertit. Et uidetur quidẽ dispuța
re cũ illis, uerùm reipsa emendat subsannan
tes. Ita.n. diuina dispensatione euenit, ut quidam ir-
riderẽt, & sic initiò excusationis daretur occasio, do
ceretq; apostolus inter excusandũ. Magnum sanè en
comium arbitrabãtur, etiã Hierosolymas ihabitare.
Hoc uobis, inquit, *notũ esto, & auribus accipite uerba mea.*
Attentiores iam illos facit, deinde & satisfactionem
profert. *Non enim sicut uos existimatis hi ebrii sunt.* Vi- M
des quã placida sit excusatio? tametsi multũ apud se
haberet populũ, maiore tamen cum mansuetudine
illis loquitur, & ante oía, malam suspicionem tollit,
& deinde apologiã proponit. Idcirco etiam nõ dixit,
Nõ.n. sicut uos subsannatis, neque sicut uos ridetis,
sed sicut, suspicamini: uolens ostendere illos id nõ de
dita opera fecisse, & magis illos ignorantiæ uelamẽ-
to honestat, quã malitiæ crimine notat. Nõ.n. sicut
uos suspicamini hi ebrii sunt. *Est enim hora diei tertia.*
Et quare hoc dicit, an nõ & tertia hora inebriari qui
dam possunt? possunt utiq;. At in hoc nõ multũ la-
borat, neq; ita se gerebant, quemadmodũ irrisores
illi dicebant. Igitur hinc discimus, nõ multos sermo-
nes pter necessitatẽ insumendos. Et aliter: nã & q̃ ad
iunguntur, huius nobis commendationẽ faciũt. Cæ
terũ sermo ad omnes fit cõmuniter. Sed hoc est qd
dictum est per prophetã Ioel. *Et erit in diebus nouissi-* Ioel.2.b
mis, dicit dominus deus. Minimè nunc auditur nomen
Xpi, neq; promissio, illi⁹ promissio dicitur, sed patris.
Vide sapientiã, nõ progressus est, & dixit statim, que
p Xpm, facta, & quòd ille promiserit hæc mox post

A suam crucifixionẽ: nónne sic loquẽs subertisset oía?
Et profectò dixerit quispiam, sufficiebant illa ad diui-
nitatẽ eius ostẽdendam, uerũ est, si fidem habuis-
sent, & credita ab his essent. Quod autem quærebа-
tur, iam creditũ esse oportebat. Quæ aũt non credẽ-
da, etiam illos fecit prætерire. *Effundam de spiritu meo*
super omnem carnem. Daret & illis spẽ bonam, siquidẽ
uellent. Sed non permittebat illorum auartia quæ. s.
& inuidiæ parens erat. Etiam hac ratione inuidiam
minuit. *Et prophetabunt*, inquit, *filij uestri*. Neque ue-
stra, inquit, est hæc uirtus, neq; laus: ptingit hæc gra-
tia usq; ad puellos uestros. Illorũ filios seipsos uocãs,
& patres illos. *Et iuuenes uestri uisiones uidebũt, et senio-*
res uestri insomnia somniabũt. Et quidẽ sup seruos meos &
ancillas meas in diebus illis effundã de spiritu meo et pro-
phetabũt. Nũc ostẽdit se qdẽ probatos fuisse, utpote
spiritũ assequutos, illos aũt minimè, eo quòd crucifi
Mat.11. xerant. Sic & Christus uolens illorum mulcere furo-
rem, dicebat: Si autẽ filij uestri, in quo eiiciũt dæmo
nia: nõ dixit, discipuli mei. Etenim uisum fuisset adu
lationem sapere, ita & ille, non dixit quòd non sint
B ebrij, sed spiritu loquuntur: & non simpliciter, sed ad
prophetam confugit, & illo fretus asserit. Sic per se q
dem ipsos ab accusatione liberauit, prophetam au-
tem gratiæ testẽ adducit. Effundã de spiritu meo su-
per omnẽ carnem. Sic dixit, quòd alijs quidem per
somnia, alijs uerò manifestè effusa est gratia. Nam &
personmia uiderũt prophetæ, & reuelationes accepe
rũt. Deinde progreditur i prophetia, habẽte terribile
quiddam. *Dabo*, iquit, *prodigia in cœlo supernè, et signa*
in terra infernè. Hæc de futuro iudicio & de captiui-
tate Hierusalem dicẽs insinuat, *Sanguinem & ignem,*
& uaporem fumi. Vide quomodo captiuitatem descri-
psit. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.*
Ab affectione eorũ q patiebãtur hoc dixit. Dicũtur
sanè, & multa id genus in cœlo sicut Iosephus testa-
tur, facta esse. Interim tamen & illos pstrinxit, tene-
bras cõmemorans factas, & ad futurorũ expectatio
nẽ inducens, Priusq̃ ueniat dies domini magnus &
manifestus. Non.n. quoniã nunc sine pœna pecca-
tis, inquit, cõfidatis. Hæc sanè initia sunt magnę diei
cuiusdam, & grauissimæ. Vides quomodo cocusit
C animũ, & risum couertit in defensionẽ: Si enim hæc
sunt initia diei illius, necessariũ est piculũ i extremis
ualde aggrauari. Iã nunquid dicens terribilia in illis
perseuerat? minimè. Sed quid agit? iterũ permittit il-
lis respirare, ac dicit: Et erit, oís quicunq; inuocaue-
rit nomen domini, saluus erit. Hoc dictũ qdẽ est de
Christo, sicut Paulus dicit. Iste autem hic nõ audet
manifestè illũ reuelare. Videamus igitur quæ iterum
dicta sint. Bene quasi contra ridẽtes ac subsannãtes
insurgit, dicens: *Notum sit omnibus uobis, et auribus ac-*
cipite uerba mea. Incipiens autem dicebat, Viri Iudæi.
Iudæos mihi uidetur dicere eos, qui Iudææ inhabita
bant. Ad hæc si placet apponam⁹ uerba illa in euãge
Mat.26.g lio, ut discas quis repentè fact⁹ sit Petrus. Exijt, inqt,
puella, dicens: Et tu eras cũ Iesu Nazareno. Ille autẽ
respõdit: Nescio hominem. Et iterũ interrogatus cœ
pit deuouere ac iurare. Hìc uerò uide libertatẽ illius
in dicendo, magnamq; fiduciam. Non laudauit eos
q dixerant, Audiuimus loquẽtes illos nostris linguis
magnalia dei. Sed & grauitate quadã insinuat, eaq;
grauitate illos studiosiores efficere, & sermonem ab
adulatione alienũ afferre uult. Honestũ est.n. ut hoc
ubiq; obseruetur, & ut quodãmodo familiarior eis
sit sermo, ab oí adulatione & contumelia fiat, liber, D
id qd perquã difficile est. Et tertia hora hæc euenisse,
non simpliciter ordinatũ est. Tunc nõ curiosius prã
dij curã habẽt hoíes, tunc clara lux est, tunc omnes
sunt in foro. Vides & libertate plenũ sermonem? Et
auribꝰ accipite uerba mea. Quo dicto, nihil suũ addi
dit, sed apposuit: Hoc est quod dictũ per prophetã
Ioelem, Et erit in diebus nouissimis. Ostendit.n. po-
steà consummationẽ propè affuturam. Ita dicens in
nouissimis diebus, habet quandã euidentiã. Deinde
ne putetur qd res hæc ad solos filios pertineat, adii-
cit: Et seniores uestri somnia somniabũt. Vide ordi-
nẽ dicentẽ, prius filij, sicut & Dauid inquit: Pro patri Ps.44.d.
bus tuis nati sunt filij tui. Et Malachias iterũ. Couer- Luc.1.b.
tẽs corda patrũ ad filios. *Et super seruos meos, & super*
ancillas meas. Et hoc uirtutis indicium est. Serui enim
illis facti, liberi sumus facti à peccato. Multiplex au-
tem & hoc donum, quãdo etiam in aliũ sexum trã-
sit gratiæ donũ, & non in muliere una & altera sola
subsistit. ut olim in Debbora & Olda. Et nõ dixit qd
sit spiritus sanctus, neq; interpretatus est ea quæ pro
pheta dixit, sed solam prophetiã attulit per seipsam E
certãtem. Et nihil de luda iã loquitur, quoniã oíbus
erat manifestum, qualẽ dedit pœnam: sed silet, sciẽs
nihil posse fortius iis propheticis potuisse obiici. Ea
enim etiã operibus ipsis ualidiora sunt. Signa enim
facienti Christo sæpius contradixerunt. Quando
autem Christus prophetam illis opposuit dicẽtem:
Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: ita Ps.109.a
siluerunt, ut ne uerbum quidem ultrà quisquam ei
respondere auderet. Et sæpius scripturarũ & ipse me
minit, dicens: Si illos deos dixit, ad quos uerbũ dei
factum est, immo ubiq; hoc qs inuenerit: idcirco &
hìc dixit: Effundã de spiritu meo super omnem car-
nem: hoc est, gentes. Cæterũ nunquam reuelat, neq;
interpretatur, neq; quod mox sequitur ad explanan-
dum conferebat, quoniam & hoc obscurum. *Dabo*
prodigia in cœlo supernè. Immo illos terrebat obscu-
ritas. Si autem interpretatus esset, magis illis obstitiſ
set. Posteà etiam quasi manifestum prætерit talem
uolens dare opinionem. Deniq; post hæc interpre-
tatur illis, quando cum illis de resurrectione disputat
sermoníque uiam anteà fecit. Propter hoc aute spõ- F
tè prætерit, quoniam ad cõciliandos illos, bona nõ
sufficiebant, tametsi hoc nunquam factum, nunc
autẽ fideles dispersi sunt sub Vespasiano. Et hoc est
quod dicit, Nisi abbreuiati fuissent dies illi, non ser- Ma.24.b
uata esset oís caro. Quod molestius erat, primũ con
tigit. Initiò enim accidit, inhabitatores capi, & ciui-
tatem subuerti accendique. Deinde insistit metapho
ræ, ante auditorũ oculos ponens urbis subuersionẽ
ac captiuitatem. *Sol conuertetur in tenebras, & luna in*
sanguinem. Videtur mihi per hoc maximam cædem
dicere, & ualde anxium sermonem complere. *Et erit,*
quicunque inuocauerit nomen domini seruabitur. Dixit
& nondum reuelat, siue seruus sit, inquit, siue liber.
Non enim est mas uel fœmina in Iesu Christo, ne- Mat.19.a
que seruus neque liber. Meritò. Hoc enim discri-
men hìc est, ubi omnia umbra sunt. Nam si in re-
gũ aulis, nullus nobilis est uel ignobilis, sed sua quen
que opera insignẽ reddunt, & opus commendat ar
tificem, multo magis in hoc ordine. Quicunque in-
uocauerit, inuocauerit inquam non simpliciter. Nõ
enim omnis, inquit, dicens mihi, Domine domine, Matt.7.c
intrabit in regnum: sed qui loquitur cum affectio-

Gne, cũ uita optima, cum fiducia congrua. Iam minus moleſtũ facit ſermonem, de fide agens, & minus terribilem, ſupplicij grauitatem abſcõdẽs. Quomodo? oſtendit quod in inuocatione ſalus. Quid dicis, refer mihi, ſalutis poſt crucẽ memor es? Attende nũc. Multa.n. miſericordia dei eſt, & hoc nõ minus oſtendit illum eſſe deum, q̃ reſurrectio, & non minus ſignis eſt illos inuocare: hoc.n. ualde bonum eſt, hoc deo maximè peculiare pp hoc & dicit: Nullus bonus niſi unus deus. Sed ne bonitatẽ in deſidiæ occaſionẽ arripiamus. Etenim etiã punit ſicut deus. Illa certè ipſe, qui dixit, Quicunq; inuocauerit nomẽ domini, ſeruabitur, fecit. De excidio Hieroſolymitano loquor, & grauiſſimo illo ſupplicio, de quo nũc pauca uobis narrare ſtatui, profutura uobis ẽt cõtra Marcioniſtas & multos alios hæreticos. Quoniã.n. dicũt bonũ deum Chriſtũ, illum aũt malum, uideamus quis hæc fecerit. Quis igitur hæc fecit, malúſne illũ ulciſcẽs? minimè. Quomodo igitur alienus ab illo? nũqd autem bonus? Cæterũ oſtenditur & pater & filius feciſſe, pater qdẽ multis in locis, ſicut quãdo dicitur,

H In uineã mittere exercitus ſuos. Filius uerò quãdo dicit, Inimicos meos adducite & occidite corã me, eos qui me noluerunt eſſe ipſorum regẽ. Et aliter: Etiam ipſe dicit tribulationes futuras, quarũ nulla unquam crudelior fuit facta. Et ipſe illas annũciauit. Vis igitur audire q̃ facta? Verubus illos transfixerunt: qd hoc ſpectaculo grauius? Iam nõ narrabo ne mulieris illã tragœdiam, quæ omnẽ aliã calamitatem obſcurat? nec oſtendam fames ac peſtes? & trãſeo quæ his grauiora. Ignorata apud illos fuit natura, ignorata lex, beſtias ſuperarũt feritate. Omnia aũt hęc belli uis in uexit, deo uolente ac Xpo. Hæc etiam contra Marcionitas congruẽt, & contra eos qui non credũt eſſe gehennã. Idonea.n. ſunt hæc, & ſufficientia ad illorũ impudentiam confutandã. Nõnne mala hęc grauiora fuerunt his q̃ in Babylone perpeſſi? nõnne fames hæc grauior q̃ illa? De his & ipſe pronunciauit Chriſtus, dicẽs: Erit tribulatio qualis non fuit, neque erit. Quo igitur dicunt quidã, quòd remiſit eis Chriſtus peccatum? Fortaſſe uidetur uulgaris q̃ſtio, & ipſi poteſtis ſoluere. Nullus uſquã poterit tale figmẽtũ oſtẽdere, qualis eſt hæc hiſtoria q̃ uerè accidit. Et ſi quidem Chriſtianus fuiſſet, qui eam cõſcripſit, eſſet fortaſsis ſermo ſuſpect⁹. Quia aũt Iudęus, & ęmulator, qui poſt euangelium floruit, quo non omnibus manifeſta ſunt q̃ facta? Videbis.n. illum ubique res Iudaicas extollere: Igitur eſt & gehẽna, & bon⁹ eſt de⁹. Num horreſcitis hæc audientes? Verũ hæc qdẽ, quæ hìc ſiunt, nihil ſunt ad ea q̃ alibi erunt. Iterũ cogor uideri iniucundus, onerоſus & grauis. Et qd patior? In hoc poſitus ſum, ſicut pædagogus aſper ad hoc cõſtitutus eſt, ut odio illũ pſequatur quos erudit ſicſanè & uos. Quo enim non abſurdum, quum hoies quibus aliquid à regibus præcipitur, etiãſi iniucundũ ſit, ut cõtinuò imperatũ faceſſant, uos aũté propter ueſtrã reprehenſionem omittere qd deus præcepit? Alı⁹ aliud opus habet. Multorũ ex uobis opus eſt ut miſereamini, humanitatẽ declaretis, ſuaues ac blãdi ſitis iis qbus beneſacitis: nos uerò qbus debemus eſſe utiles, iis & graues & iniucundi uidemur, non.n. utiles ſumus docendo ea q̃ oblectant, ſed ea q̃ mordent. Talis eſt & medicus, at ille qdẽ non ualde iniucundus. Statim enim cum ſua arte utilitatem adhibet, nos aũt in futuro. Talis eſt & iudex inuiſus mor

Lu.18.d.

Iohel.2.g

Ma.10.a
Luc.19.d

Mat.14.b

bidis ac ſeditioſis, talis & legislator moleſtus his q̃ legem accipiunt. At non itẽ qui uocat ad delitias, neq; qui facit publica feſta & conuentus, neq; q̃ coronat populũ: tales.n. blandi ac amici ſunt inuitantes ciuitates ad uaria ſpectacula & ſumptus facientes: unde & illos celebrãt uiciſsim ij qb⁹ beneſaciũt, & tapetis & lãpadũ multitudine, & coronis, & ramis, & ueſte ſplendida. Si autẽ medicum uiderint laborantes, triſtes ac mœſti efficiuntur: & ſi iudicẽ ſeditioſi, cõtrahunt non diffundũt uultũ, nec exultant, eo quòd & ille ad hoc opus ordinatus eſt. Videamus igitur quinã maximè urbibus profint, nũ ij q̃ publica cõmunia, & feſta, & mẽſas, & delicias exhibent: an ij qui oibus illis ſublatis ferẽtes ſceptrũ & faſces, & lictores & milites terribiles, & uocẽ terrificã præmittentes, & animaduertentes in noxios, & ſilentiũ triſte facientes, & uirga eos q̃ in foro ſunt amouẽtes. Videamus igitur, ubi finis lucroſior, nã hi qdẽ inſuaues, illi uerò amabiles. Quid igitur ab illis q̃ oblectant prouenit? uoluptas quædã frigida, uſq; ad ueſperam manẽs, & ſequenti die diſſluens, riſus incõpoſitus, uerba iniucũda & diſſoluta. Quid autẽ ab his q̃ cõtriſtant? timor, I modeſtia, mẽs humiliata, aiæ iuſtitia, deſidiæ interemptio, frẽnũ affectionũ quæ intus ſunt, murus aduerſus ea q̃ foris inſultant: per hos unuſquiſq; facultates ſuas poſsidet, per illas aũt ferias cum dãno dilapidamus eas, nõ inuadẽtibus latronibus, ſed latrocinãte uana gloria cũ uoluptate. Videt latronẽ unuſquiſq; deprædantẽ oía, & oblectatur. Nouus latrocinãdi modus, perſuadet ſpoliatis bono eſſe animo, ueru illic nihil tale. Sed ab oibus ſeparauit deus ſicut pater cõmunis, & ab his quæ uidẽtur, & ab his quæ non uidentur. Videte.n. inquit, eleemoſynã ueſtrã, Mat.6.b
ne faciatis coràm hominibus. Diſcit aia hinc, iniuſtiam fugere. Iniuſtitia.n. eſt non ſolùm diuitias per auaritiam conquirere, ſed & plus dare uentri quàm illi præſcribitur, & lætitiã è ſuis egredi terminis, inq; inſaniam tranſire. Illinc diſcit temperantiam, hinc intemperantiam. Non.n. ſolùm mulieri miſceri intemperantia eſt, ſed ẽt incontinentibus oculis aſpicere. Il- 1.Cor.6.
linc humilitatem diſcit, hinc faſtum, Omnia.n. mihi, inquit, licent, ſed non oía expediunt. Illinc honeſtatem, hinc turpitudinem. Omitto.n. ea q̃ in theatris fiunt. Quòd aũt neq; uoluptas aliqua ſit, ſed iniu M
cunditas potius, oſtendite mihi poſt unũ diem feſti & eos q̃ ſumptũ fecerint, & ad ſpectacula inuitatos: & uidebis quidem oẽs triſtitia correptos, maximè autem illũ qui ſumptum fecit. Et meritò, nam præcedenti die oblectauit quidẽ popularem hominem, & populatis qdẽ ſpectator iucundus erat, ac delectabatur multùm: tunc.n. gaudebat ſplendida ueſte, propria autem illius quũ nõ ſit, uidens ſe exui, dolet & cruciatur. Ille aũté qui ſumptus impẽdit, & ſuam fœlicitatem paruã cum ea quæ ex ſumptu habebat, cõſpicere putabat. Idcirco ſequẽti die reddũt ſibi ueſtes iterum, & maiorem dolorẽ ludi exhibitor concipit. Iam ſi in externis ea q̃ oblectant, & lucrũ minuunt, habent tantũ triſtitiæ, multò magis in ſpiritualibus. Eapropter nullus ſuccenſet legibus, ſed oẽs ad communem utilitatem pertinere eas cenſent. Non enim peregrini aliunde adueniẽtes, uel hoſtes has leges ciuibus ſtatuere, ſed ipſi ciues, ipſi præſides ac curatores, ſalutis q̃ ac beneuolentiæ indiciũ eſſe putant leges condere, tametſi pœnarũ plenæ ſint leges, neque poteſt iueniri lex abſq; pœna. Quomodo igitur

non

A non abſurdũ, illos quidem qui enarrant leges & ſeruatores, benefactores & præſides appellari, nos aũt tetricos quoſdam & moroſos haberi, ſi leges dei loquamur? Quando.n. de gehenna diſſerimus, illas leges citamus, & quemadmodũ iure conſulti leges de homicidis & de manticulariis, & de nuptiis, & oẽs tales. ita & nos punitiuas, quas nõ homo cõdidit, ſed ipſe unigenitus dei filius. Qui immiſericors eſt, punitur, inq̃t, Iniuriarũ memor, extremum luat ſuppliciũ. Temere iraſcens, in ignẽ coniiciatur. Scommatibus inceſſens, pendat in gehenna pœnam. Si autẽ uultis nouas audire leges, ne tumultuemini. Si.n. non poſiturus fuiſſet nouas, cur etiã aduenit Chriſtus? Illæ.n. manifeſtæ uobis ſunt, quòd homicidam & adulterũ oporteat punire. Si igitur eadem eramus audituri, q̃ utilitas erat magiſtri cœleſtis? Propterea non dicit,

Mat.5.d. Adulter puniatur, ſed uidens intẽperantibus oculis: & ubi, & quando pœnã dabit, apponit: & non in ſtatuis, neq; in columnis leges inſcripſit, neq; columnas ęras excitauit, & literas inſculpſit: ſed aías duodecim nobis excitauit apoſtolorũ, inquã, in illorũ mẽtibus

B per ſpiritum has literas ſcripſit, has uobis nos meritò prælegimus. Nã ſi Iudæis hoc licebat, ut neq; illorũ ad ignorantiã confugeret, multò magis & nobis fas eſt. Si autẽ quis dicat, Non audiã, ne iudicer: hoc nomine magis punietur. Si.n. nullus eſſet qui doceret, liceret ad talia cõfugere: ſed quũ aſsit doctor, nõ itẽ.

Ioã.15.d. Vide igitur qũo Iudæos uenia priuet. Niſi uenissem & loquutus eſſem illis, peccatum non haberent. Et

Ro.10.d. & Pſal. 18.a. iterum Paulus: Sed dico, an non audierunt? Itaq; in omnem terrã exiuit ſonus eorum. Tũc.n. uenia eſt, quando nullus eſt q̃ dicit: ubi autẽ talis eſt intentio, & opus ſic habet, nõ ultrà eſt uenia. Immo non uoluit Xps ad illas columnas ſolùm nos reſpicere, ſed etiã nos uult eſſe columnas. Quoniã aũtẽ indignos nos ipſos exhibuimus hiſce ſcripturis, licet ut uel ad illas ſpectemus. Quẽadmodũ.n. columnæ aliis minantur, ipſæ aũt non ſunt reæ, ſicut neq; leges: ita & beati apoſtoli. Et uide, qũo non in uno loco ſteterit columna illa, ſed ubiq; circuferũtur ſcripturæ, etiãſi ad Indos proficiſcaris, audies illas: etiãſi ad Hiſpanos & ad ipſos terminos terrę, nullus eſt q nõ audit,

C niſi fortè quis pp ſuam deſidiã. Ne autẽ ęgrè feratis, ſed attendite quæ dicũtur, ut poſitis opera uirtutũ apprehendere, ac æterna bona aſſeq. In Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo patri ſimul ac ſpiritui ſancto gloria, imperium, & honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Viri Iſraelitæ, audite hos ſermones meos.

Homilia. vi.

On eſt hoc adulãter dictũ, ſed quos acriter

n perſtrinxerat, erga illos remiſsior eſſe ſcipit, tempeſtiuam Dauidis mentionẽ faciens. Et ne turbentur, nouum proœmiũ exorditur, quia mẽtionẽ factурus erat Ieſu. Nam ſuperius, quidẽ, non eſſent turbati audientes prophetã, nomen autem Ieſu ſtatim illis propoſitum obſtitiſſet, Et non dixit, pſua deamini: ſed, audite, id qd erat minus moleſtũ. Vide etiã, qũo nihil dixit ſublime, ſed à ualde humilibus incipit. *Ieſum*, inquit, *Nazarenum*. Statim patriam dicit, quæ ſanè uidebatur contemptior eſſe, & nihil iã magnũ de illo dicit, neq; qd de propheta alius qs diceret. *Ieſum*, inq̃t, *Nazarenum uirum demõſtratum à deo erga uos*. Vide q̃ magnum hoc erat, quòd à deo eſſe miſſum dicit. Hoc.n. ſurſum ac deorſum cũ ipſe tum

D Ioannes ac alij apoſtoli monſtrare ſtudebant. Audi itaq; Ioãnẽ dicentẽ, Ille mihi dixit, Super quẽ uideris Ioan.1.e.
ſpiritũ deſcendentẽ ac manentẽ ſuper illũ, hic eſt. Ipſe autẽ Chriſtus, frequẽtius hoc agit, dicens: A memet- Ibid.8.c.
ipſo nõ ueni, ille me miſit, & ubiq; ſcripturarum hoc potiſsimũ ſolicite tractatur. Idcirco & ſanctus ille pcipuus in beato illo choro, amator Chriſti, ardentiſſimus diſcipulus, cui claues cœlorũ cõcreditæ, ſpirituali reuelatione accepta, cõpreſsis timore illis, quũ oſtẽdiſſet magna illos eſſe cõſequutos, feciſſetq; credulos, tunc & de illo diſſerit. Papę q̃ audacter in medio eorũ q occiderant dixit, quòd ſurrexerit. Et non dixit quòd reſurrexerit ſtatim, ſed qd à deo ad nos uenit. Hoc aũt manifeſtũ qbus fecit? Non iam dicit, quòd ipſe, ſed quòd pr illũ deus, ut magis modeſtè loquẽdo illos ſibi cõciliet, eo quòd & ipſos teſtes uocat, ac dicit: *Virũ demonſtratũ à deo erga uos uirtutibus ac prodigiis et ſignis, q̃ fecit per illũ deus in medio ueſtri, ſicut & ipſi ſcitis.* Deinde ubi incidit in facinus illorum hoc ſceleſtũ, uide quã attentet liberare illos à crimine. *Hunc*, inquit, *definito conſilio & præſentia dei expoſitum cùm acceperitis, per manus iniquorũ, crucifixũ interE
miſtis.* Quaſi illa Ioſeph uerba diceret, quę ſcilicet ille
quoq; ad fratres dicebat. Ne timeatis quòd prodidi Ge.45.b.
ſtis me, nõ uos, ſed deus huc me miſit, Deinde ut dixit, Cõſilio dei, ut ne dicãt, Igitur bene fecimus, illos quoq; reos facit, p hoc qd addidit: *Per manus iniquorum crucifixũ interemiſtis.* Hic Iudã inſinuat, interim illis etiã oſtẽdit, quòd non ipſorũ potentiæ fuerit, niſi & ipſe conceſsiſſet, & expoſuiſſet illũ deus. Hoc.n. eſt qd non dicit eccloton expoſitũ, ſic totũ cõuertit crimẽ in caput Iudæ traditoris. Ille.n. ipſum tradidit oculo: uel igitur de hoc, qd per manus iniquorũ, uel militũ dicit, manifeſtans quòd nõ ſimpliciter interemeritis, ſed p iniquos uiros. Et ſpecta, qũo ubiq; curant ut paſsionẽ primũ cõfiteãtur. Quod autem ad reſurrectionẽ attinet, quoniã magnifica erat, nũc ad umbrat, & ita quodammodo in medio cõſtituit: nã crux & mors quidẽ inter cõfeſſa erãt, reſurrectio autem nondũ. Idcirco & poſteà de illa inqt, adiiciens,
Quem deus ſuſcitauit ſolutis doloribus mortis, ſecundũ qd
non erat poſsibile teneri illũ ab ea. Hic magnũ & ſublime quiddã ſinuauit. Quod enim nõ erat poſsibile, F
declarat, etiã ipſum dantẽ cõprehendere ac poſſe, & quòd etiã ipſa mors illũ detinens doluerit, & grauia paſſus ſit. Dolorẽ.n. mortis ſcriptura periculũ ubiq; ſolet appellare, & quòd ſic reſurrexit tanquã iã nõ iterum moriturus. Vel dicendo: Secundum qd nõ erat poſsibile illũ teneri ab ea, hoc manifeſtat, quòd reſurrectio eius nõ ſit cõmunis cũ aliis. Deinde priusq; aliqd mẽs illorũ cogitet, aſsiſtit illis Dauidẽ, qui omnem humanã rationem ſubuertat. *Dauid enim*, inqt, *dicit de deo*. Et uide quomodo iterũ teſtimoniũ humile. Propter hoc & ſuprà illud ex humilioribus accepit, ut oſtẽdat qd mors nõ ſit ex his q̃ contriſtent. *Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quia à dextris meis eſt, ut ne cõmouear, quia nõ derelinques animã meã in inferno.* Poſteà teſtimonio prophetico addit, *Viri fratres.* Quãdo magnũ qddam dicturus eſt, hoc utitur proœmio excitãs illos & inde familiares ſibi reddẽs. *Licet liberè dicere apud uos de patriarcha Dauid.* Magna eſt hęc animi modeſtia, ubi nõ eſt dãnoſum cõdeſcẽdit. Idcirco & nõ dixit qd hæc de Xpo dicta ſint, nõ d̃ dauid, idq; ualde prudẽter, ob magnũ erga Dauidẽ honorẽ illos reuerẽs, deq; re apta ac cõfeſſa,

Dolor mortis, quid in ſcripturis

G audaci⁹ uideatur dixisse paulatim deuitat eos quos laudabat. Ideo & nō de Dauid iqt simpliciter, sed de patriarcha Dauid, quòd & mortuus sit ac sepultus. Nō iā dicit, Et nō resurrexit, sed aliter idipsum probè cōfirmat ac dicit: *Et sepulchrum illius est apud nos usq; in hodiernum diem.* Deinde ut apparauit qd uolebat, neq; sic uenit ad Christū, sed iterū affert laudes Dauid. Propheta igitur quū esset & sciret qd iureiurādo iurasset illi deus. Hæc autē dicit, ut sermonē de resurrectione etiā propter illius dignitatem ac genus recipiant quasi prophetia uiolaretur, nisi hoc esset, atq; adeo & ipsorū honori derogaret, Et sciens, iquit, qd iureiurando iurasset sibi deus. Nō dixit, promisit simpliciter, sed qd maius erat iureiurādo iurauit, ex lumbo eius quoad carnē oriturum Christū, ut sedeat super thronū illius. Vide ut excelsa iterum insinuet, nā postquā illos sermonibus placauit, magna fiducia interposuit propheta, & de resurrectione disserit, quòd neq; aīa illius detineatur in inferno, neq; enim caro illius sciuit corruptionē. Hoc iterū admirabile ē. Ostendit .n. quòd dissimilis aliorū sit resurrectioni resurrectio, nā comprehendit quidem illum, sed nō se

H cit quod suum tunc mors. Et peccatum quidē adūbrando dixit, pœnā autē non addidit, Et quòd crucifixerunt quidē manifestè dixit, deinde ad signum dei uenit. Quando autē demonstratur, quòd iustus occisus est, & quòd amicus deo, etiamsi tacueris pœnā, is q peccauit seipsum magis quā tu cōdemnabit. Oia igitur offert patri, ut accipiant quę dicuntur. Deinde, qd nō possibile fuerit, ex prophetia adducit. Videamus itaq; denuò quæ supra sunt dicta. *Iesum*, inquit, *Nazarenum uirū demonstratū à deo erga uos*. Hoc est, de quo nō est ambiguū, sed operibus demōstratum. Ita & Nicodemus dicebat, Signa hęc nullus po- *Ioan.3.a.*
test facere q̄ tu facis. Virtutibus, inqt, & prodigiis ac signis, quę p illum fecit deus in medio uestri, atq; ita nō clanculo si in medio. Primū incipit ab his quę illis nota erāt, & dein ad minus nota progreditur. Postea dicens, *Consilio dei:* Ostendit quòd non ipsi potuerint, & quod factū est, sapienter quidē ac diuina ordinatione & dispensatione. Et qd ualde molestum illis fuisset, trāsiit. Vbiq; illis studiū est, ostendere qd mortuus est: licèt uos negeris, inqt, illi testaturi sunt. Qui autē negocium fecit morti, multò magis iis qui

I crucifixerūt poterit. Sed nihil tale dicit, quod potuit uos occidere, sed simpliciter solū insinuauit. Iam aūt discamus & nos p ea q̄ dicta sunt, qd sit tenere. Qui.n.dolet, nō tenet quod tenetur, neq; operatur, sed patitur, & abiicere cupit. Et bene dixit. Dicit.n. Dauid de eo, ut ne prophetæ qd dictū est imputes. Vides quo interpretatur mox prophetiam, & nudā constituit, manifestans quomodo super thronum illius sedeat. Regnū enim spirituale in cœlis est. Vide quo cum resurrectione & regnum declarat in resurrectione, ostēdit quòd necessitas fuerit prophetę dicendi. De illo.n. erat prophetia. Quare non dixit de regno illius, sed de resurrectione illius. Magnum hoc erat. Quo autē super thronum sedit? regnans Iudęis, quod si Iudæis, multò magis his qui crucifixerūt ipsum. *Non enim caro eius uidit*, inquit, *corruptionē*. Hoc resurrectione uidetur quidem minus esse, ueruntamen idem est. *Illum Iesum suscitauit deus*. Vide quomodo non aliter illum uocat. *Cuius omnes nos testes sumus: dextera igitur dei exaltatus.* Iterum ad patrem cōfugit, quāuis sufficiebat dicere qd prius, sed scit quā-

tum momenti hoc habeat. Hic & de assumptione in K
sinuat, & quòd in cœlis sit: cæterū neq; istud manifestè dicit, *Et promissione spiritus sancti accepta*. Vide quo incipiens dicit, quòd nō ipsemet illum demisit, sed pater. Postquàm autem meminit signorū illius, & quæ Iudæi fecerāt illi, & de resurrectione disseruit, liberè postea & de his sermonē inducit, iterum illos testes per utroq; sensus adducens. Porrò resurrectionis quidē sæpe memor est, sceleris autem illorum semel, ut ne illos grauet. Et accepta, inqt, spiritussancti promissione. Hoc iterum est magnum, opinor autē quòd nūc promissionē dicat eam, quę ante passionē facta. Vide quo qd illius postea facit totum suū, ma- Hic ſpi-
gna illa occultè operans. Nā si ille effudit, de illo pro- ritus
pheta loquutus est superius, In nouissimis diebus ef- & uen-
fundā de spiritu meo super seruos meos, & super an- tus.
cillas meas, & dabo prodigia in cœlo supernè. Vide quāta occultè interserit. Verūm quoniā magna erāt, iterū illa obumbrat in eo qd à patre accepit. Dixerat bona quę facta, signa illa, & quod sit rex, quodq; ad ipsos uenerit. Dixerat qd ipse spiritum det: quæcunq; enim dicere quis poterit, nisi ad utilitatē tendant, te- *Mat.3.d*
merè dicit: Quemadmodū & Ioannes facit, Hic nos L
dicens baptizabit in spiritu sancto. Et ostēdit, qd nō solū ipsum non minuerit, sed etiam clariorem effecerit, quandoquidē olim quidē promiserat ei deus, tūc autē dedit. Vel promissionem dicit quam nobis promisit, sicut præscius erat futuram, & maiora nobis post crucē largitus est. Et effudit, inqt. Hic dignitatē euidenter tradit, & nō simpliciter, sed etiā cū uberta te Ideo & istucipsum manifestū faciens, adducit cætera. Posteā.n. liberè & de assumptione in cœlos loquitur. Et non simpliciter, sed iterū testē adducens, & illius meminit, de quo Christus dixit: *Non enim David*, inquit, *ascendit in cœlos*. Hic iā non cum demissione concionatur, habens ex dictis fiduciā. Neq; dicit, licet dicere, neq; ulla talia. Dicit autē manifestè, *Dixit* *Ps.109.i*
dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Iam si dominus est Dauidis, multo magis illorū. Sede à dextris meis. Totū hic posuit. Donec posuero inimicos tuos, scabellū pedum tuorū. Hic etiam magnum metum icutit, quemadmodū initio monstrauit, qualia amicis, qualia etiam inimicis faciat. Et iterū, potentiā, ut ne minus credatur, patri acceptā fert. Itaq; quoniā magna M
loquutus, iterū ad humilia sermonem deducit. *Certò igitur sciat*, inquit, *tota domus Israel*. Hoc est, ne dubitetis, ne ambigatis, posteà & apertè definit, *Quia & dominum illum, & Christum deus fecit*. Hoc à Dauid, & à psalmo commemorat. Oportebat.n. dicere. Certo igitur cognoscat omnis domus Israel, qd à dextris sedet id qd magnū erat, sed eo relicto, aliud adducit multo humilius, ubi dixit, fecit: hoc est, constituit, atque adeo nihil hic de substantia dicitur, sed totū de hoc dicit, *Hunc Iesum quē uos crucifixistis*. Bene hic definit, concutiens illorū mentē. Quoniam enim ostēdit, quantum hoc sit facinus, tunc tandem & ipsum aperuit, ut sic maius ostendatur, & metu illos corripiat. Non.n. sic homines beneficiis adducuntur, ut timore castigātur. Verūm admirabiles illi, & magni amici dei neutro horū īdigent, qualis scilicet Paulus erat. Neq;.n. regnum uel gehennam magnifaciebat, & hoc est amare Christum, hoc est, non esse mercenarium, neq; quæstum, uel negociationem existimare, sed uerè esse uirtute præditum, & omnia facere,

A re, eo quòd grata sint deo. Quantis igitur lachrymis digni, qui tantā debentes mēsuram, neq; ut negocia tores ambimus regnū cœlorū. Tanta nobis pollicetur, & neq; sic audimus. Quid huic inimicitię cōparari poterit, quāuis ij q insana pecuniarū cupiditate laborant, siue seruos, siue hostes, inimicissimos inueniāt, unū hoc expectāt, si possint ab illis pecunias accipere, oīa faciūt, & adulantur, & seruiunt, & seruitutī sē addicūt, oībusq; se putāt esse honestiores, ut qd ab illis accipiant. Pecuniarū.n. spes, nihil horū illos sinit cogitare. Regnum aūt non ualet conquirere tantas diuitias, neq; tā multiplices, quanuis neque is q assequutus est, promittit illud, sed incōparabiliter etiā ipso regno maior est. Quādo aūt, & qd promittitur regnū est, & deus q illud promittit, magnū utiq; fuerit illud à tali accipere. Nunc aūt perinde fit, ac si rex quidē hęredes suos & cohæredes filio uolens facere post innumera ēt alia beneficia cōtēnatur. Princeps autē latronū, qui innumeris malis & nos & parentes

B nostros affecit, & impleuit, & confundens nostram cū gloriam, tum salutē, unico duntaxat obulo monstrato adoratur à nobis. Regnū Promittit deus & cō
temnitur, gehēnā apparat diabolus & honoratur: ille deus est, hic uerò diabolus: sed uideamus p̄ceptorū discrimē. Si.n. nihil horum esset, & hic nō esset diabolus, ille uerò non esset deus: & hic non gehennam nec ille regnū exhiberet: nónne ipsa mandatorū natura sufficeret ad hoc psuadendū? Quid igitur uterq; imperat? hic ea q̄ confundunt, ille ea quæ glorioſos reddunt? hic ea q̄ innumeris inuoluūt calamitatibus
Mat.11.d ac turpitudinibus, ille ea quæ multū refrigerij concedunt. Vide.n. Ille dicit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. Hic inquit, Ferox, esto & immāsuetus, ac iracundus, & bestia magis q̄ homo. Videamus igitur quid utilius: quid. sutiliu: sed non hoc solùm, sed cogita quòd ille diabolus est, maximè.n. illud monstratum est. Ad hæc triūphi erunt maiores, non.n. facilia imperat hic curator, sed utilia tamē. Quia & patres mo lesta imperant, & domini seruis. Sed pp hoc alij quidem patres sunt ac domini, alij uerò abigei & raptores hominum damnosi, suntq; oīa contraria. Verun tamē quòd & uoluptatē habet, hinc manifestū. In q
C bus autē putas esse iracundum, in quibus etiam tolerantem malorū ac mansuetum? Nonne huius anima solitudini cuipiā, habēti multā quietē cōparatur, illi⁹ uero foro & turbæ, in quo multus clamor sequētiū camelos & multos ac asinos, multū ad accedētes exclamantibus, ne conculcentur. Nónne illa quidē mediis quidē ciuitatibus comparata, in qbus hinc argēti fabrorū, inde ęrifabrorū magnus auditur sonitus, & alij quidē inuadunt, alij autem inuadūtur: sed hęc uertici cuidā montis est similis, in quo leuis flat aura, & purus splendor fulget, & perspicua fontiū ebullunt fluēta, & multiplex florū producitur gratia, uti sunt uerna prata at horti, florētibus arboribus & flosculis, & defluentibus aqs. Quod si & sonus auditus fuerit, dulcis est, & multā effundit uoluptatē: nā uel aues cātillātes summis arboribus insidiēt, & cicadę, & philomelæ, & hirundines concorditer unā quandam perficiunt musicā: uel zephyrus blandè allidit arborum ramos, in quercubus & pinis stridens etiā olores, imitatur: uel pratū rosas producens & lilia inter se collisa & cōmota, quasi pelagus parū undabundum referunt. Immo multas qs inuenerit similitudi-

nes: nā quando quis rosas aspexerit, itidē putabit uidere: quando aūt uiolas, mare undabundum: quando uerò lilia, cœlū. Neq; spectaculo solo, & aspectu oblactatur tūc talis, sed & ipso corpore: nā & refrigeratur, & respirat, ita ut in cœlo potius q̄ in terra uideatur esse. Est & alius sonus quidā, quando aqua à summa altitudine p tubos suo motu fertur, & blando strepitu subiectis silicib⁹ obstrepit, ita relaxat mē bra nostra uoluptas, ut ēt oculis somnū mēbra fouētem immittat. Libēter audiuistis narrationē, forsan etiā solitudinis facti amatores, sed hac solitudine multò suauior longanimis aīa: nō enim ut pratū describeremus, neq; ut ad ostentationē sermonē ducamus, hanc attigimus similitudinē, sed ut per hanc descriptionē uideremus quanta sit longanimorū uoluptas, & qd multò suauius sit uiro māsueto cōuiuere, maioraq; emolumenta ab illo accipiantur, q̄ si in talibus uersetur locis. Hos imitemini. Quando.n. neq; ualidus uentus ex tali aīa egreditur, sed benigni quidam sermones ac blādi, & zephyro placido rectè cō
parantur, dū admonitiones nihil habent asperū, sed aues cantillantes imitantur. quo igitur hoc non me- E
lius? nō enim corpori accidit sermonis aura, sed aīas reficit. Nō ita statim medicus febricitantē hominem à febribus liberarit sua cura, ut longanimus uir & iracundum, & præ ira flagrantem apprehensum refrigerabit per spiritum propriorū sermonum. Et quid de medicis dico? Neq; ferrū ignitum & aquę intinctū ita statim calorē amittit, sicut si incidat in aiam longanimem homo iracundus. Sicut autē si in forū ingrediantur cantillantes aues, & nugę esse uidētur, ita etiā nostra p̄cepta in animas iracūdas immissa. Non ne suauior mansuetudo q̄ ira & temeritas? & nō hoc solùm, sed etiam hoc quidem diabolus, illud uerò deus imperauit. Videte quòd non temerè dixi, quòd si ēt non esset diabolus, nec deus: illa tamen p̄cepta sufficiant uos ad abducendum. Nam māsuetus qdē sibi ipsi dulcis & aliis est utilis. Iracūdus uerò & sibi insuauis & alijs dānosus. Nihil insuaui⁹ hoīe iracūdo, nihil onerosius, nihil molestius, nihil, fœdius, quēad modum. s. nihil suauius est eo qui nescit irasci. Melius est cohabitare bestiæ, q̄ homini tali: nā illa quidem si semel cicuretur, seruat suam legem, illum aūt quoties placaueris, iterum exasperatur. Sibi.n. habitum quendam talem indidit semel. Quemadmodū F
enim dies cādidus ac lucidus, & hyems plena cōturbatione inter se multū distant, ita etiam iracundi ac mansueti aīæ. Sed nondum quæ ab illis ad alios ueniunt incommoda, sed solū quę sibi ipsis inferūt audiuimus: quanuis & hoc nō paruū damnum, alium damno affecisse. Veruntamē nūc hoc cōsideremus, quis lictor latera sic cōfringere poterit, q̄ uerua ignita sic trāsfigunt & explorāt corpus, q̄ insania sic stupida reddit naturalia p̄cordia, ut ira & furor? Scio multos ex ira morbos natos, suntq; febres illæ acutissimæ. Si aūt corpora ita offendūtur, cogita aīam. Ne enim ratio cineris tecū qd nō uides, sed cogita quod si ille qui accipit malitiā ita offenditur, id quod parit quantū suscipit damnum: multi oculos perdiderūt, multi in morbū grauissimū inciderūt: attamē ille qdē fortiter fert oīa & facilè, quāuis imperet molesta, & horū mercedē ponat gehennā, & diabolus ac inimic⁹ salutis nostrę sit, & magis illi obtēperam⁹ q̄ Xpo q saluator est ac benefactor, talia q̄ dicit, q̄ utiliora & suauiora sunt, & nobis & his qui nobiscū uiuūt

G maximè. Nihil ira deterius profectò, & intempestiuo furore, nō fert longā morā, acutus morbus est. Sępe & uerbū qs per furorē effudit, & perdit quoad ministeriū totius uitæ opus habet, & facit aliqd quod to tam uitā eius subuertit. Molestum.n. hoc est, quòd quis in breui tempore, & uno opere, & unico uerbo nobis ęterna bona aufert, & innumeros labores elargitur. Ideo oro uos, ut oīa faciatis, quò frēnetur hæc bestia. Cęterū hęc de māsuetudine & ira dicta sint. Si aūt & alia qs dicēdos assumpserit, ut auaritiā, despectū pecuniarū: intēperantiā, sobrietatē: inuidiam, benignitatē, & scrutatus fuerit, etiam aliud quid excellentius sciet. Scitote quòd per p̄cepta solū deus diabolusq; mōstrantur. Obtēperemus igitur deo, & ne in barathrū nos ipsos proiiciamus, sed dū adhuc tēpus est ab oībus quæ animam nostram damno afficiūt, nos abluamus, ut ęterna bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu X̄pi, cū quo patri ac spiritui sancto gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Auditis autem illis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrū ac reliquos apostolos:

H *Quid faciemus uiri fratres?*

Homilia septima.

Ides quantum bonū sit māsuetudo. Ipsa pectora nostra magis q̄ uehemens austeritas extimulat, & plaga ferit maiore. Quemadmodum.n. percutiens obdurata corda, non tam facilè sentire facit, ut si eadē prius mollia faciat ac tenera: ita & hoc loco prius oportebat mollire, & tūc pūgere: mollit aūt nō furor, neq; accusatio uehemens, neq; conuitia, sed mansuetudo. Nā ille quidem iracundus auget morbū, hic autem qui mitis est, immi nuit. Atq; ita si uolueris quempiā, qui iniustè egit corripere, magna cū mansuetudine illum alloquere. Vide igitur & hoc loco, quid faciat. Māsuetè in memoriam reduxerat illis sua flagitia, & nihil addidit. Dixit dei donū, adiecit gratiam, quę his facta erāt, testimonium dabat, & ulterius sermonē produxit. Reueriti sunt Petri māsuetudinē, qa his qui dominū suū cruci fixerant, & cōtra ipsos clamarāt, tanquā pater & magister curā gerens loquebatur. Nō simpliciter obediunt, sed seipsos cōdemnarunt, senserunt q̄ fecerant. Nō.n. permisit illos furore intumescere, & mēte obte

I nebrari, sed per modestiā, indignatione quasi nebula turbatis demonstrabat quod perpetratū erat. Etenim sic usuenit, ut siquādo dicimus nos iniuria affectos, illi attentēt demōstrare, quòd nō iniustè egerint: quando aūt dicimus nos, quòd nos iniuria affecti nō simus, sed iniustè egerimus, magis illi cōtrariū faciūt: & ita si uis eū q iniustè egit, reū facere, ne accuses illū, sed reū te constitue. Est enim genus hominū ad contentiones propensum. Hoc Petrus fecit, non accusauit illos seueriter, sed attētauit quantū possibile erat, etiā mansuete defendere, & id circo illorū animos perstrinxit. unde manifestū, qđ compūcti fuerunt? Ex uerbis illis. Quid.n. dicunt? Quid faciemus uiri fratres? Quos.n. impostores uocarant, fratres uocant: non intantū se illis æquabant, quantū ad sui curam ac amorē his uerbis attrahere nitebantur. Et alter, Quoniā illi eos primū ita appellare dignati fuerunt, dicunt, Quid faciemus? Non dixerūt statim, Igitur resipiscamus, sed permiserūt sese illis, quēadmodū in naufragio aliq constituti uel morbo, cōspecto gubernatore uel medico, oia illi concedunt ac obediūt. Similiter & hi fecerūt: Cōfessi sunt se esse in extremis malis, & nullā salutis habere spē. Et uide nō dixerunt, Quo seruabimur, sed quid faciemus? Quid igitur Petrus? *Iterum hìc interrogatis omnibus ipse respondet, Resipiscite dicēs, et baptizetur unusquisq; uestrū in nomine Iesu Christi.* Et nondum credite, sed baptizetur unusquisque uestrum. Hoc.n. in baptismate accipiebant, deinde ostendit etiā lucrum. *In remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti.* Si donum accipietis, si remissionem habet baptisma, Quid futuri estis? Deinde probabiliorē sermonem faciens, subdidit, *Vestra est enim promissio.* Hanc & hìc, quam superius dixerat. *Et filiorum uestrorum.* Igitur & hinc maiº donum est, quod bonorū etiam hæredes habeant. *Et omnium*, inquit, *qui longè sunt.* Multo magis uestri qui propè estis. *Quoscūque uocarit dominus deus noster.* Vide quādo dicit eorū qui procul, tunc quādo illos inuenit suos factos, & seipsos condemnasse. Anima enim quādo seipsam cōdemnarit, non ultrà poterit inuidere. *Aliisq; sermonibus plurimis testificabatur ac obsecrabat dicens.* Vide illum ubiq; submissum, & nec ambitiosum, nec ostentatorē. Testificabatur, inquit, & orabat dicēs. Absoluta & perfecta est doctrina, q̄ & metum incutit, & amorem declarat. *Saluemini à generatione hac peruersa.* Nihil de futuris, sed de præsentibus dicit, quibus maximè aguntur hoīes: & ostēdit, quòd prædicatio nō solū à præsentibus, sed etiam à futuris eripit malis. *Itaque illi libenter accepto sermone eius, baptizati, & appositi sunt die illo, animæ quasi tria millia.* Quo putas hoc nō magis recreasse apostolos q̄ signa? *Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorū unanimiter, et communicatione*, Duę uirtutes, & pseuera re, & unanimiter. Hoc aūt dixit, ut ostendat quod lōgo tempore illos docuerint. *Et communicatione, et fractione panis, & oratione*, Omnia communiter, omnia cum perseuerantia faciebāt inquit. *Obortus est autem omni animæ timor, multaq; prodigia et signa per apostolos gerebantur.* Merito. Neq; enim ut uulgares homines despiciebant, neq; personis intenti erant, sed accensa erat eorū mens. Quoniam autem superius multa fluerant uerba Petri, & ostēderat promissiones ac futura: meritò correpti sunt metu, & testificabātur dictis signa. Itaq; quemadmodū & in Christo primum uidere licebat, signa, deī audiebatur doctrina, & deinde ueniebāt miracula, ita & nūc. *Omnes autem credentes erant coniuncti, & habebant omnia communia.* Vide statim quātū incrementū. Nō.n. in precibus solis erat communicatio, neque in doctrina sola, sed & in administratiōe. *Et possessiones ac substantias uendebant, & partiebantur illa omnibus prout unicuique opus erat.* Non simpliciter quemadmodū apud Grecos philosophi, quorū alij reliquerūt terram, alij multū auri in mare proiecerunt, id quod non erat opū contēptus, sed stultitia & insipientia. Vbique.n. & semper diabolus studuit infamare creaturas dei, qđ qs bene uti pecuniis nequeat. *Quotidie aūt perseuerantes unanimiter in templo.* Hic modum docet quo doctrina fruebantur. Et uide quō nihil aliud uel paruum uel magnum faciebant Iudæi, sed assidui erant in templo. nam qui inter illos erant feruentiores, etiā loco maiorem exhibebāt reuerentiam, neque.n. auellebant illos apostoli, scilicet ne incommodent. *Et frangebant per singulas domus panē, simul accipiebāt cibū in exultatione, et simplicitate cordis laudātes dominū, & habētes gratiam apud omnem populū.* Panem, dicens, uidetur mihi hoc

A loco leiuniū significare, & austeram uitā: simul enim accipiebant alimentū, non delicias. Hinc discito dilecte, quòd non delicijs sed cibis suauiter fruamur, & quòd delicati sunt in mœrore, & nō delicati in gaudio. Vides quòd sermones Petri et uitæ afferebāt tēperantiā? Sic nō est exultatio, ubi nō est tenuitas. Et quo, inquit, habebant gratiā apud oēm populum? Propter ea q̄ faciebant per eleemosynas. Ne.n. attendas oro, inquit, quòd sacerdotes præ liuore & inuidia illis obsistebant, sed uide quòd gratiā apud oēm populū habebant. *Dominus aūt addebat eos qui salui fierent quotidie ecclesiæ. Omnes aūt credentes erant cōiuncti.* Sic ubiq; bonū est cōcordia. *Aliisq; sermonibus testificatus est.* Hoc dixit ostēdens quòd nō sufficiebāt quæ dicta erāt. Vel ēt dic, quòd illa quidē ut ad fidē adducerent, hæc aūt fideles redderent dicta sunt. Et non dixit: In cruce, sed in nomine Iesu Christi baptizetur unusquisq; uestrum, neque continuò illis crucis memoriam inculcat, ut ne opprobrare uideatur: sed simpliciter Resipiscite, inquit, & baptizetur unusquisq; in noīe Iesu Christi in remissionē peccatorū.

B Cęterū longè aliter habent iudiciorum q̄ hìc sunt, leges: nam hìc qui peccauit, quando confitetur, seruatur. Vide quō non pręterijt qđ maius, sed p̄dicta gratia illud subdidit dicens, Accipietis donū spiritus sancti. Dignus acceptione & fide sermo ille, ex his q̄ ipsi iam acceperāt. Iam.n. quod facile dicit, multiplex habet donū, & tunc ad uitam ducit, sciens quòd materia ēt ipsis est studij, iam tanta bona gustasse. Porrò quia auditor desiderabat audire, quòd plurimorū sermonū caput & quænam summa esset, ēt illud apponit ostendens quòd donū sancti spiritus. Cæterū illi accepto sermone, laudauerūt q̄ dicta sunt, quanuis metu plena, & post indulgentiā, ad baptisma ueniunt. Cæterū uideamus iterū quæ dicta sunt. *Erāt*, inquit, *perseuerantes in doctrina*: ex hoc est manifestū quòd nō uno uel duobus diebus, sed multis docuerint, utpote in aliā uitam illos transferentes. *Et obortus est omni animæ timor.* Si omni ēt his qui nō credidērant, ueri simile aūt illis hoc accidisse, quia uiderāt tā tam subitam mutationē, fortasis ēt quia uiderāt signa. Non dixit aūt simul, sed unanimiter. Multi.n. sę

C pe cōgregātur, qui tamen nō sunt unanimes, sed sententijs dissident. Sermonibusq; obsecrabat. Nō dixit doctrinam succidēs. Licebat aūt discere, quòd sicut uouos pueros educabant alimēto spirituali, & angeli repentè facti sunt. *Et diuidebant prout unusquisque opus habebat.* Viderūt quòd spiritualia communia, & nullus alio plus habebat, & statim peruenerunt ad hoc ut sua omnibus distribuerent. Omnes.n. credētes erant coniuncti: non loco fuerunt coniuncti, ut manifestū est ex his, quæ addidit dicens, *Et omnia habebant communia.* Omnes aūt inquit, nō ille quidem habebat, ille uerò nō habebat. Hęc erat angelica respublica, nihil dicere sibi propriū esse. Hinc radix malorum execta est, & per ea q̄ fecerunt, demonstrarūt qđ audierūt. Igitur hoc erat quod dicebat, Seruamini à generatione peuersa ista. Et appositæ sunt die illo aiæ quasi tria millia. Postq̄ tria millia facti sunt, eduxerunt illos foris, q & magna cū fiducia iam agebant, quotidie ascenderūt, & assidui orant in tēplo. Quia & Petrus & Ioannes paulò pòst idē fecerūt. nihil iam Iudaicū mouebant, sed honor ille in locum pertingebat usq; ad tēpli dominū. Vidisti pietatis incrementū, diuitias abiiciebāt & gaudebāt, & multa

D erat lætitia. Maiora.n. erant q̄ accipiebant bona, nullus opprobrabat, nullus inuidebat, non erat fastus, nō erat contēptus, quasi pueri nuper nati, putabant se erudiendos. Quid sicut in obscura dico imagine? Si meministis, quod quādo ciuitatē nostrā cōcussit deus, & oēs erant attoniti, sic afficiebātur, nullus doluosus erat, nullus malignus. Etenim talem faciebat timor, talē tribulatio, nō erat frigidū illud uerbū, meū & tuū. Et ob hoc exultatio erat i mēsa, nullus quasi ex proprijs ederet afficiebatur, nullus ēt quasi ex alienis, quanuis uideatur ænigma esse. Ea.n. quæ fratrū erant, non arbitrabātur esse aliena: erant.n. ut domi norum: neq; propria, sed ut fratrū: neq; pauper confundebatur, neq; diues inflabatur. Hoc est exultare. Et ille q cōmunicabat, quasi beneficiū accepisset læ tabatur, & illi q accipiebant, quasi sit honestati. *Et ualde inter se erant coniuncti*, Quoniā in opū distributionib⁹, & cōtumelias, & cōtristationes, & molestias fieri contingit: pp hoc dicebat apostolus, Ne ex tristitia uel ex necessitate. Vide quantū illis testificetur 2.Co.9.b & tribuat, fidē germanā, uitā rectam, perseuerātiā in auditorio, in precibus, in frugalitate, in lætitia. Duo E erant qui poterant illos cōturbare, ieiunium & pecuniarū erogatio, illi aūt propter utrunq; gaudebant. Enimuero quis sic affectos nō ut patres cōes dilexisset, nihil malī pariebāt inter se, totū permittebant diuinæ gratiæ, nō erat timor, idq; in medijs periculis. Vnde per simplicitatē oēm uirtutē declarauit, q̄ maior ipso ieiunio, diuitiarū erogatione, ac perseuerantia in oratione. Sic aūt & purè laudabāt, imo hoc est laudare deū. Vide insuper & illos hìc statim accipere mercedē. Habere.n. gratiā apud populum, est fuisse quosdam ualde dilectos ac amabiles. Quis.n. nō obstupesceret, quis nō admiraretur hoiem moribº simplicē, uel quis nō se iungeret ei qui subdolus nō est, & quorū aliorū est salus, & quorum magna bona? Nōne pastoribus initiò euāgeliū prędicatū est? nōne Ioseph simplex quidam homo erat, & ita ut nec per adulterij suspicionē perterreretur, quo peccato perpetrando cōsentiret? Nōne agrestes suci expertes elegit? Anima.n. inquit, bene dicta oīs simplex. & iterū, Qui aūt ambulat innocēter, ambulat cum fiducia. Pro.10.b At dicet quis, Nōne & prudentia opus est? Quid.n. F aliud est simplicitas, q̄ prudētia? Quando.n. nihil suspicaris malū, neq; moliri poteris malū, quādo nihil fers molestè, neq; uindictā meditari poteris. Contumelia quis te affecit, nō doluisti: calūniatus est, nihil inde affectus es: odio persequitur, & sic quoq; nihil affectus es. Via quædam est ad philosophiā simplicitas. Quemadmodū.n. in corpore tristis & mœstus & cogitabundus, licèt pulcher sit quis, multū tamē pulchritudini detrahit: hilaris aūt & subridens aspectu, formositatē auget: ita profectò ēt anima. Subdolus licèt inumera habeat bona opa, disperdit ea, cōtrà agit mente liber ac simplex. Et amicū talē quis cū simplicitate fecerit, & inimicū factum conciliarit. Non itē opus habet custodia, & custodiæ custodia, neq; uinculis & cōnexionibus ad hoc, sed multa est illi laxatio, & ijs qui cū eo uiuūt. Quid igitur si in malos inciderit uiros talis? Deus q præcepit esse simplices, porriget manū. Quid simplicius erat Dauide? qđ Saule malignius? Vter igitur superauit? Quid item de Ioseph dices? nōne simpliciter usus est fratribº? nōne propter hoc probatus fuit, eo quòd ipse quidē omnia absq; suspicione loquebatur, illi aūt malignè in-

G si diabātur? Somnia semel ac iterū dixit, & nō sibi ca
uebat, & iterū cauebat, & iterum ad illos abijt cibos
allaturus, & nō sibi cauebat, totum cōmittens deo:
uerū hi erga ipsum tanq̄ hostem affecti sunt, ipse ui-
cissim erga illos ut fratres: & poterat deus illū nō p-
mittere incidere in illos, sed permisit, ut ostendatur
miraculū, & quòd licèt illi qd poterant declarabant,
ille tamen uincat: & sic quāuis plagā accipiat, non a
seipso sed ab alio accipit. Malignus autē seipsum qdē
percutit primū, alium aūt nullū, & sic sibiipsi est ho-
stis. Illius anima plena est mœrore perpetuo, cogita
tionibus semper cōplicitis siue audiendū siue dicen
dum quid sit, oia trahit ad crimē, oia incusat. Procul
ab illis amicitia & concordia, proximæ aūt illis habi
tāt & inimicitię & fœditates, & sibiipsis suspecti sunt
tales, his neq̄ somnus dulcis, neq̄ aliud quippiam.
Quòd si & mulieres habent, papę, q̄ sunt oibus hō-
stes ac inimici, innumeræ æmulationes, timor perpe
tuus. poniros malus aūt para to ponim a laborādo
dictus est, sic scilicet scriptura semper laborē malitiā
Psa.9.e uocat, sic quando dicit, sub lingua eorū fatigatio &
H labor. & alibi iterū, Et qd reliquum illis? fatigatio &
labor. Si aūt admiretur quispiā, unde nā initiò tales
facti sint, & hodie nō sint tales. Discant causam esse
afflictionē, doctricem philosophiæ, matrē pietatis.
Quādo pecuniæ in usu nō erant, tūc neq̄ labor erat?
Etiā, inquit, istuc ipsum. n. rogo, nunc aūt unde tan-
ta malitia, unde illa tria millia & quinq̄ millia statim
uirtutem arripuerunt, & mox adeò philosophi facti
sunt: nunc aūt uix unus inuenitur, tūc aūt sic conspi
rabāt? Quid hoc qd illos tam agiles & excitatos red
debat? quid illos repentè accendit? quoniā cū multa
accedebant deuotione, quoniam honores nō erant
sicut nunc, quoniā ad futura suā mentē cōuerterāt,
& nihil præsentiū expectabāt. Hoc est ignitæ animæ
in periculis uersari, hoc putabāt illi Christianissimum
esse, sed nō nos: nunc in meris dissolutionib⁹ uiuitur,
propter hoc neq̄ quando oportet hæc assequemur.
Quid faciemus interrogabāt, illi condemnantes seip
sos, nos aūt secus agimus. Quid faciemus, dicimus,
uenditātes nos præsentibus, & sublimia de nobis ip
sis sentientes. Illi faciebāt, q̄ sanè facere decebat, nos
I aūt contrarium agimus. Condemnarunt seipsos illi,
desperarunt de salute sua, & pp hoc tales facti sunt,
agnoscebant quantū donū acceperant. Qūo autem
uos eritis tales per oia diuersum qd illi faciebāt, ope
rantes? Illi simul audierunt ac baptizati sunt, nō dixe
runt hæc frigida uerba, q̄ scilicet nos nunc, neq̄ mo-
ras nectebant, quāuis. f. non oia non oēs audierāt iu
stificationes, sed solū, Seruamini à generatione hac
praua, eos nō segnes effecit, sed acceperūt sermones:
& quod acceperāt, operibus declarabāt, & monstra
runt quales essent. Simul n. ut in certamen ingressi,
uestes exuerūt, nos aūt insanientes, cū uestibus certa
re uolumus: pp hoc antagonista noster, laborib⁹ nō
habet opus, sed implicitis in nobis ipsis sæpe deiici-
mur. Idē. n. facimus, quēadmodū siquis athletā, pul
uere aspersum, nigrum, nudum, & ab arena, & à So-
le multū habentē luti, & oleo sudore ac luto simul
deformatū uiderit, ipse unguentū olens acceptis seri
cis & aureis uestibus, & stola usq̄ ad corrigias calcei
demissa, & aureo ornatu in capite ingressus se immit
tat. Qui. n. talis est nō impedietur solū, sed oēm curā
habet, ne inquinetur & disrūpatur uestis, unde & pri
mo aggressu cadet: & id qd timuit, statim patietur
cū plagis & dāno accepto. Tēpus adest certaminis, K
tu aūt fericis indueris: tēpus est exercitationis, tēpus
stadij, tu aūt quasi ad pompā teipsum ornas, & qūo
uinces? Oro ne uideas ad externa sed ad interna. Ho
rū. n. curis, quasi uinculis grauibus ubiq̄ anima colli
gata est, manū non sinens extollere, neq̄ extendere
cōtra hostē, molles faciens ac delicatos. Optandū li
beratū ab oibus posse illam immundā superare po-
testatē, pp hoc & Christus quòd nō sufficiat solarū *Mat.10.i*
diuitiarū abiectio, uide quid dicat, Vēde facultates
tuas, & da pauperib⁹: & ueni, sequere me. Si aūt neq̄
quando deposuerimus opes, nondū securitatē cōse
quimur, sed & alia quadam arte ac diligentia nobis
opus est: multò magis has adhuc habētes, nihil ma-
gni faciemus, sed ridiculi & spectatoribus & ipsi ma
ligno hosti erimus. Nā licèt diabolus non esset, licèt
nullus q impugnet appareat: innumerę tamē uiesunt,
quæ diuitiarū amatores ad gehennā ducūt. Vbi nūc
sunt qui dicunt, Quare diabolus factus est? Ecce hic
diabolus nihil opatur, sed nos totū. Atqui hęc eos q
in montib⁹ sunt dicere oportebat, q post tēperantiā,
& diuitiarū contemptū, & aliarū rerum despectū, pa L
trē ac domos, & agros, & uxorē, & pueros relinque-
re sępissime uolētes, sed illi maximè hęc nō dicūt. Isti
aūt quos nunq̄ dicere oportebat, dicunt. Illa reuera
sunt diaboli certamina, ad hęc aūt neq̄ descēdere di
gnū. Sed istā, inquit, diuitiarū cupiditatē imittit dia-
bolus. Et improba ne approbes homo. Nunc aūt si-
quidē uideres aliquē, à ianua reiicere lutum, deinde
uidere contra se iaci ac stare, & oia capite assumere,
nō solū nō misereris, sed ēt indignareris, & diceres
illū iustè passum esse: Et ne stultus sis, oēs ad illū lo-
querentur. Nūc aūt uides quòd diaboli est diuitiarū
cupiditas, uides quòd innumera mala affert, uides il
lum sicuti luti aceruos facere cogitationes fœdas, &
nudo capite accipiens immunditia illius nō intelligis?
parū declinare oportebat, & ab affectione liberari,
quēadmodū si ille locum declinās liberetur, sic & tu
accipe tales rationes & fugias peccatū, & repellas cō
cupiscētiā. Et qūo repellā, inquit? Si quidē Ethnicus
esses, & p̄sentia solū admirareris, fortassē multà esset
difficultas, quanuis illi id uirtutis exercuerint. Homo
aūt cœlū expectans & ea q̄ in cœlis, dicis, qūo repel- M
lā? si contrariū dicerē, tunc oportebat hæsitare: si di-
cerem, cōcupisce diuitias, & qūo concupiscā diuitias
diceres talia uidēs? dic oro: Si auro proposito & lapi
dibus pretiosis dicerem, cōcupisce plumbū, non igi-
tur opus erat hæsitatiōe? dixisses enim, qūo possum?
Si aūt dicerem. Ne concupiscas, hoc facilius fuisset.
Non admiror despicientes, sed eos q non contēnūt.
Hoc est animæ multa ignauia impletæ, nihil muscis
& culicibus præstantioris, humiq̄ repentis. Quid di
cis, Vitam hæreditaturus es æternā. Et dicis, qūo cō
temnam præ illa præsentē? Nō. sunt æquè amabiles
illæ res, uestem accepturus regiam: dicis, qūo cōtem
nam pannosam. In regis ingressurus domum dicis,
quomodo despiciam pauperē illā casam? Sic nos su
mus ubiq̄ authores, nolētes uel parū excitari. Nam
quotquot uoluerunt, uitā in melius mutarunt am-
plexi uirtutē, fecerunteq̄ illud strenuè, magnaq̄ cū fa
cilitate. Vtinā & nos præsenti admonitione persuasi
rectè agamus, & imitatores efficiamur eorū q bene
egerūt, Gratia & misericordia unigeniti illius filij, cū
quo patri & sancto spiritui, gloria, imperiū, honor,
nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A *Simul autē Ioannes & Petrus ascendebant in tēplum ad horam orationis nonam.*

Homilia octaua.

Cap.III. Bique duo illi inter se concordiā magnam
u habere cognoscūtur, huic innuit Petrus, si-
mul ad sepulchrū ueniūt. De hoc dicit Chri
Ioā.ulti.f sto, Hic aūt quid? Et alia quidē signa non curauit li-
bri huius scriptor: quod aūt magnū afferebat stupo
rē, & oibus nouū uidebatur, dicit. Et uide iterū non
prius consilio capto ad hoc uenisse, adeò ab ostēn-
tatione & honoris cupiditate erāt alieni, & suū imi-
tabātur præceptorē. Cur aūt tunc ascēderunt in tem
plū, nunquid adhuc Iudaicè uiuebant? minime, sed
utiliter hoc faciunt. Fit aūt signum hoc, alios quidē
iterū confirmans, alios aūt attrahens. Et signū qua-
le nondū fecerant, naturalis morbus erat, & maior
arte medica, immo quadraginta annis claudicās fue
rat, sicut in progressu dicit, & nullus illū unquā cura
uit. Scitis autē quòd curatu difficiliora sunt, quæ. s. à
natiuitate insunt. Tam grauis autē erat morbus ille,
ut nec sibiipsi cibū operando parare posset, & insi-
B gnis erat cum à loco, tum à morbo. Et qūo? audi, *Et
uir quidā*, inquit, *claudus ex utero matris suæ gestabatur,
quem ponebant quotidie ad portā templi, quæ dicebatur
Speciosa, ut peteret eleemosynā ab his qui ingrediebātur in
templum.* Eleemosynā utiq̄ accipere quærebat, &
ignorabat, qui nam essent illi uiri. *Qui uisis Petro &
Ioanne ingressuris in templū, rogabat ut eleemosynam ac-
ciperet: ut autē Petrus inspexisset in illum cū Ioanne, dixit,
Respice in nos.* Hoc audit. Ille autē neque sic surgit, sed
adhuc manet interturbās. Hunc. n. paupertas cogit,
ut etiam urgeat dare eos qui negāt. Confundamur
nos qui resilimus, dum orant nos inopes. Vide autē
æquitatē qūo ostendit Petrus statim, ut dixit, *Vide
in nos.* Sic illorū habitus morū facilitatē ostendebat.
*Ille autem intendebat in eos, expectans aliquid ab ipsis
accipere. dixit autē Petrus, Argentū & aurum nō est mi-
hi. Hoc autē quod habeo, tibi do.* Non dixit, Do tibi qd
multo argento pretiosius. Sed quid? *In nomine Iesu
Christi Nazareni surge & ambula, & apprehensa illius
manu dextra fuscitauit.* Ita & Christus fecit, sæpe cura
C uit uerbo, sæpe & opere, sæpe & manū adhibuit ubi
erant infirmiores in fide, ut ne uideatur fieri natura.
Et apprehensa illius dextra manu fuscitauit. Hoc fe-
cit manifestā fuscitationē. Erat. n. resuscitationis ima
go. Et *statim confirmatæ sunt illius plantæ ac tali.* Et *exi
liens stetit et ambulabat.* Tētans forsan seipsum, & ma
iorē probationē faciebat. Nō igitur simpliciter factū
est, quod actū. Infirmi pedes illi erant, non fatigati
non secti. quidam autem dicūt, quòd nescierit am-
bulare. Et *ingressus est cū illis ambulans in templū.* Reue
ra admiratione dignū. non ipsi illū adducunt, sed ip
se sequitur, comitatu benefactores suos testatus. Et
per hoc quòd cū exultatione laudabat deū, nō illos
admirās, sed deū, q per illos sibi benefaceret. Sic gra-
titudinis studiosus uir erat. Sed uideamus iterū quæ
dicta sunt. *Ascendebāt*, inquit, *ad horā orationis nonā:*
Fortassis per tēpus illud gestantes claudū ponebāt,
quando maximè ingrediuntur homines in tēplum.
Vt autē ne putet quis quòd propter aliud quiddam
portabant, & nō ut acciperet, uide qūo hoc manife-
stè astruat in his quæ dicit. Ponebant illū, ut eleemo
synam acciperet ab his qui ingrediebantur in tem-
plū. Et propter hoc ēt locorū meminit, argumētum
dans eorū quæ scribit. Et qūo illū non adduxerunt
Christo? forsan fuerunt in fideles qui templo asside- D
bant, qui quidē neq̄ apostolis illum adduxerunt. Ve
uidit aūt illos ingredientes & miracula facientes ta-
lia, Rogabat, inquit, ut eleemosynā acciperet, quem
admodum illos uiros pios quosdam ex ipso habitu
statim considerabat. Et idcirco intendit in illos. Vi-
de autē qūo & Ioannes ubique tacet. Petrus uerò ēt
pro illo rationem reddit. Argentū, inquit, & aurum
non est mihi: nō dixit, Non habeo hic, qualia nos di
cimus, sed prorsus non habeo. Quid igitur claudus?
Et despicis me orātē? Nō dixit, sed ex his q̄ habeo ac
cipe. Vides qūo à fastu alienus sit Petrus, & nō ósten
tator, ēt neq̄ erga illum cui benefaciebat. Os igitur
& manus totum operabantur. Tales quidam erāt
& Iudæi claudicantes, & opus erat illis petere sanita-
tē, ipsi autem magis opes petebant humi iacentes,
qui & propter hoc templo assidebant, ut ditarētur.
Quid igitur Petrus? Nō despexit illū, non ditantem
aliquē quęsiuit, neque dixit, Etiamsi non fiat illi mi-
raculū, nihil magni fuerit, nec honorē aliquem ab il
lo expectauit, neq̄ præsentibus quibusdā curauit il-
lū. Erat. n. uir in ingressu, non ibi sed intus erat multi E
tudo, sed nihil horū quæsiuit Petrus, neq̄ ingressus
prædicauit, sed solo suo habitu claudum attraxit ad
petendū. Et hoc miraculum, quòd statim credidit.
Qui enim liberati sunt à diutinis morbis: uix credūt
etiam cū uiderint. Et qui sanatus est, deinde cū apo
stolis erat, gratias agens deo. Et ingressus est, inquit,
cum illis ambulans in templo, exultans & laudans
deū. Vide qūo non solus erat præ uoluptate quidē
saliebat, laudabat autē deū ut ora illorū obturaret.
Mihi aūt uidetur, ut ne putetur esse simulatio ipsum
saltasse, quod certè ostendebant non esse hypocri-
sim. Qui. n. omnino ire nō poterat, præsertim cū an-
teà ēt fames cogeret: neq̄ enim uoluisset in gestan-
tes distribui ea quę in eleemosyna uix sibi sufficie-
bant: multò magis tunc. Qūo autem simulasset pp
eos qui eleemosynam non dederāt? Sed gratias age
bat uir etiā post sanitatem. Vtrinq̄ enim fidelis ostē
ditur & à gratitudine, & ex eo quod acciderat. Non
sanè omnibus notus erat, unde & agnoscebant illū.
Et *uidit*, inquit, *illū omnis populus ambulantem ac lau-
dantem deum agnoscebantq̄: illum, quòd hic esset qui ad* F
eleemosynā accipiendā sedebat in Speciosa porta templi.
Et bene dixit, Agnoscebant, qui ignotus postea ob
miraculum esse cœperat. Hoc. n. uerbo utimur in his
quos uix agnoscimus. Oportebat igitur credere, no
mē Christi remittere peccata. Cū aūt sanatus tene-
ret Petrū ac Ioannē, accesit omnis populus ad uesti
bulū, quod uocatur Solomonis & obstupescebat, à
beneuolētia quæ in illos, & amicitia qua ab illis non
seperabatur: Fortasis aūt & gratias agēs illis, & lau
dās. Vt *aūt uidit illos Petrus respōdit.* Iterū ipse & opera
tur ac concionatur. Igitur nuper illos ad audiēdum
excitarat donū linguarū, nunc uerò hoc miraculū:
& tunc quidē initium accepit à crimine, nunc uerò
ab admiratione. Videamus aūt quid differat cōcio
hæc ab illa, & quid cū ea commune habeat. Nā illa
quidē in domo fiebat, cū illi nondum progressi uel
aliquid operati essent, hæc aūt admirantibus omni
bus, sanato propè assistente, nulloq̄ dubitāte. Quē-
admodū tūc quādo dicebāt, quòd musto pleni sint.
Et tūc cum apostolis omnibus existens differebat,
nunc aūt cum Ioanne solo: nam liberè loquitur, & *Sup.2.b*
uehementior fit. Tanta enim res uirtus est, ut initio

G sumpto progrediatur, & nusquã subsistat. Vide aũt & qua dispensatione in tẽplo contigit signũ fieri, ut & alij fidentiores fiant. Neq; n. in angulo operabantur alicubi, uel ẽt occultè, sed neque intus in tẽplo, ubi magna multitudo erat. Quo creditũ esset, iquit, quòd ipse qui sanatus prædicaret beneficiũ, neq; n. mentitus fuisset, neq; si ad alios quosdã uenisset. Igitur ubi latitudo erat, & locus separatus, ibi faciebãt miraculũ. Et uide quid factũ sit: Ad aliud opus ueniunt. Sic & Cornelius, sed ieiunãs orabat, & alia ui
Inf.10.a de, Etenim hactenus ubiq; Christũ Nazarenũ nominant, In nomine Iesu Nazareni, inquit, surge, & ambula. Iam. n. hoc erat quod quærebatur, credi illũ. Ne obsecro ad initiũ fatigemur narrationis. Sed & licèt bonũ quoddã opus dixerit, & desinat, iterũ resumamus initiũ, donec habitũ consequamur: fortasis ad finem ueniemus, fortasis colophonẽ imponemus, Studiũ enim, inquit, studiũ generat, & ignauia ignauiam. Qui parũ quiddam dextrè egit, accipit adhortationẽ, ut ad manus perueniat, immo ut ex illo ultrò concedat. Et sicut ignis ut ligna corripuerit plu-
H ra, hoc fit uehementior, ita & alacritas. Quot. n. excitarit cogitationes pias, hoc magis armatur & cõtra alia, exẽpli gratia dicã: Stant inter nos sicut spinę, per iuriũ, mẽdacium, hypocrisis, dolus, malignitas, cõuicia, scommata, risuũ excitationes, turpiloquia, sales. Iterũ ex alia parte, auaritia, rapina, iniustitia, calũnia, insidiæ iterũ, concupiscentia mala, immunditia, luxuria, scortatio, adulteriũ. Iterũ, inuidia, æmulatio, ira, furor, uindictæ cupiditas, retaliatio, blasphemia, & innumera talia. Si priora probè egerimus, nõ solũ illa rectè facta erũt, sed per illa ẽt posteriora. Fortior enim fit cogitatio ad illorũ subuersionẽ. Vt qui multũ iurauit, amputet diabolicã cõsuetudinẽ hanc, nõ illud solũ ille rectè egerit, sed & alia pietas inducta erit. Nullus. n. non iurantium facilè uolet aliquid mali operari, sed reuerebitur uirtutẽ quã iam operatus est. Quemadmodũ pulchrã uestẽ portans erubescit semetipsum luto uolutare: Sic & ille, Ab hoc ueniet ad hoc, ut non irascatur, nec percutiat, nec contumelia afficiat. Si enim uel semel parua bene operatus fuerit, totũ perfectum est. Contingit aũt sępius
I cõtrariũ. eos qui semel bene aliquid fecerint, in eadẽ peccata ex ignauia iterũ relabi, ita ut inde quasi impossibile reliquũ opus cõstituere, ut si posuimus uobisipsis legẽ nõ iurandi. Virtutẽ exercuimus ad dies, tres, quatuor, post hoc necessitate quadã urgẽte, collectũ lucrũ totũ dispersimus, ac incidimus. Deinde in tantã peruenimus segniciẽ ac desperationẽ, ita ut nõ libeat eadẽ ultra attingere. Et meritò. Nã qui sibi aliquid ædificauit, deinde uidẽs structurã deiectã, ignauior fit ac negligentior, & nõ iam æquus est ad extruendũ. Verũ no oportet negligẽter agere ẽt sic, sed iterum laborem aggredi. Ponamus igitur nobis quotidianas leges, iã à facilib⁹ incipiamus. Malã iurãdi cõsuetudinẽ ab ore nostro auferamus, frẽnũ imponamus linguę: Nullo hic sumptu opus, nullus labor exigitur, nõ indiget magna tẽporis mora exercitatio: Sufficit uelle, & totũ factũ est. Res. n. hæc à cõsuetudine pendet. Etiã obsecro & oro, studium tale afferamus. Dic oro mihi, si iussissem erogare pecunias, nõne alacriter omnes pro uiribus cõtulissetis? Si me in periculis uidissetis extremis, nõne etiã carnisuestræ portionẽ si possibile esset dedissetis? Iam in magno & maximo periculo sum, nec magis dole
rem, etiamsi uel in carcere agerẽ, uel sexcẽtas plagas K exciperẽ, uel in metalla condemnatus essem. Manũ igitur porrigite, cogitate, enim quãtũ periculum, neque hoc minimum est: minimum autem dico, quantũ ad laborem attinet, posse bene agere. Quid dicã, cum arguar, quare tunc non redarguebas, quare non imperabas, quare non legẽ ponebas, quare nõ obtemperantes non prohibebas? Non sufficit mihi dixisse, admonui: Sed & acriore opus erat increpatione, inquit. Quoniã Heli admonebat (sed absit, ut uos illius conferam pueris.) & ille admonebat, & dicebat, Ne faciatis sic filij, malus rumor est quẽ de uobis audio. Sed scriptura pergens dicit, Non admone
bat filios suos. Hoc aũt dicit, quoniam non acriter, 1.Re.2.c
neque cũ austeritate faciebat. Quo igitur non absurdũ, in synagogis quidẽ Iudæorum tam fortes esse leges et si docens imperet omnia fieri, hic autem nos Ibid.3.c
ita contemptos esse ac abiectos? Non mihi mea gloria curæ est, Gloria. n. mea est, uestra probata uita, uestra salus. Quotidie clamamus, insonamus in aures uestras. Qui audiat, nullus est, & nihil egregium
opere declaramus. Timeo ne ob intempestiuã illam L
& multã misericordiã, pœnã in futuro die sustineamus: propterea magna & clara uoce prædico omnibus ac testificor, ita ut eos q sic pręuaricãtur, quique ea q à maligno sunt loquũtur, hoc est. n. iuramẽtum, ne limina ecclesiastica ascendant. Præstitutus autem uobis sit mensis præsens, ut sic corrigamini. Ne. n. mihi dixeris, quòd me negociorũ urget necessitas, quia fidẽ nõ inuenio. Iam remoue mihi illos, q ex consuetudine iurant. Scio quòd multi nos risuri sunt. Atqui melius est nos nũc rideri, quàm olim deplorari. Quis. n. seruans præceptum ridebitur? quòd si omnino ridebunt, nõ nos, sed Christum ridebũt. Horruistis quod dictum est. Scio & ego. Nã si ego quidẽ legẽ hanc induxissem, & ego deriderer. Si autẽ alius legislator est, in illũ transit irrisio. Et consputus est aliquando Christus, & in maxillam percussus est ac alapã tulit. Fert etiam hæc nunc, & nihil' dissimile: idcirco gehẽna parata est, idcirco uermis immortalis. Ecce iterũ dico ac testificor. Rideat qui uoluerit, subsannet qui uoluerit. In hoc positi sumus, ut ri
deamur. s. ac subsannemur, ut oĩa patiamur, purga- M
menta mundi sumus secũdum beatum Paulum. Si- 1.Co.4.d
quis noluerit hoc præceptũ perficere, quemadmodũ tuba quadã per uerbũ denuncio, abstineat à liminibus ecclesiasticis illis, siue princeps sit, siue alius diademate cinctus. Nunquid depositi estis me ab hoc principatu? uel si mansero, nulla me manẽt pericula, Præses:
nõ patiar ut ascẽdã in hãc sedẽ magna nõ faciẽs? Nã quando
si hoc non possibile, satius fuerit infrã stare: nihil. n. inutilis.
miserius præside, subditis nihil utilitatis afferẽte. Adhuc oro attẽti sitis, nec uagemini animis uestris, obsecro, immo cõtendamus dicẽdũ, & omnino aliqd ampli⁹: Ieiunate, orate deũ, & nos uobiscũ, ut illã pernicios am cõsuetudinẽ eiiciamus. Nihil mai⁹ est q̃ fieri doctores orbis, nõ parũ fuerit, ubiq; audiri: quòd nullus in hac urbe sit qui iuret. Si hoc fieret, nõ solũ uestrorum operum accepturi essetis mercedẽ, sed & nostri pro fratrib⁹ studij. nam quod nũc uobis sum id uos toti orbi futuri estis. Omnino & alij imitabũtur uos, omnino futuri estis lucerna super cãdelabrũ posita. Est hoc, inquit, totũ? non hoc est totum, sed hoc est initium aliorũ. qui non iurat, omnino ad pietatem ueniet ẽt aliã, siue uelit, siue nolit & confun-

A ditur ac timetur. At multi sunt qui non ferunt ac resiliunt, sed melior est unus faciens uoluntatẽ domini, quã innumeri peccatores. Ab hoc scilicet oĩa sub uersa sunt, omnia sursum ac deorsum facta sunt, qa quẽadmodũ ĩ spectaculis multitudinẽ desideram⁹, non multitudinẽ probatã. Quid. n. turba, dic mihi poterit prodesse? Vis discere, quòd turba sancti sunt, nõ multi? educite in bellũ centũ myriades, & unum
Eccl.46.a sanctũ: scimus quis plura operetur. Exiit Iesus Naue in bellũ, & solus oĩa operatus est strenuè, & ita alij nihil profuerunt. Multitudo, dilecte, quandoũ uolta tẽ domini nõ facit, nihil differt ab his q nõ sunt. Ora rim sanè, & uellẽ, ẽt libens & præ desideriis eger sim, ut multitudine ornetur eccl'ia, sed multitudine probata. Si aũt hoc fieri nequit, saltem pauci illi probati sint. Non uidetis quòd melius sit habere unũ lapidẽ ptiosum, quã mille obolos? nõne meli⁹ est oculos sanos habere q̃ excęcatis grauitate carnis oneratis? nõne uidetis quòd melius sit habere paucos bonos filios, quã multos malos? Nõ uidetis quòd in regno
B pauci, in gehenna multi? Quid mihi cũ multitudine? quæ utilitas? nulla: sed potius aliis damnũ. Idẽ enim est, ac si cui licet decẽ habere sanos, uel sexcẽtos infirmos, & adiicias illis decẽ innumeros illos. Illi sanè plurimi nihil rectè agent, nihil aliud nobis afferent. quã pœnam tunc, & in præsenti tẽpore ignominiã. nullus enim quod multi sumus dicet, sed cunctis arguent nos tanquã inutiles. Hoc sanè nobis sęmp dicunt quando dixerimus, quòd multi sumus: subiiciunt, sed & mali. Ecce iterũ denũcio, & clara uoce clamo: iocũ null⁹ esse putet. Abarcebo, & prohibebo nõ obtẽperãtes, & quãdiu ĩ hac sede cõsedero, nihil illius iustificationib⁹ præferã. Si me quis deiecerit, posteà sine culpa fiã, donec reus fiã. Non possum despi cere, nõ pp meã pœnã, sed pp uestrã salutẽ, quã plurimum cupio, pro illa lachrymor & doleo: sed obtẽperate, ut & hic & in futuro multam accipiatis mercedem, & communiter æternis fruamur bonis: Gratia & misericordia unigenti illius filij, cum quo patri simul ac spiritui sancto, gloria, imperiũ, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

C *Quo uiso Petrus respondit ad populũ: uiri Israelitæ, quid admiramini super his, uel quid nos intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate effecerimus, ut hic ambularet?*

Homilia nona.

Maiore sermonis fiducia referta est hęc oratio quã superior: non quòd in priore sibi timuerit, sed quoniã homes illi irrisores ac subsannatores, & cõcitatores risus ad tantã orationem
Sup.2.b. non fuissent idonei. Vnde illã quidem incipiens, statim in initio attẽtos facit. Hoc uobis notũ sit dicẽs, & auri⁹ percipite uerba mea: hic aũt nõ habet op⁹ tali præparatione. Nõ. n. segnes erant, quos signum attẽtos fecerat: unde & metu ac stupore plenis, nõ opus erat hinc incipere, sed aliunde, unde illos sibi maximè cõciliabat, repulsa illorũ opinione. Nihil. n. ita prodest, & adducit auditores: ut si nõ solũ nihil magnũ de se dicat disserẽs, sed ẽt superbię suspicionẽ eximat. Sic tamẽ cõtempta gloria magis seipsos glo-glorificabant, interim demostrando non humanũ, sed diuinũ esse quod acciderat: & quod dignũ sit, ut ipsi admirentur cũ illis, & nõ ut in admiratione sint. Vides quàm ab ambitione purus sit, gloriã quæ dei erat urget. Sic & ueteres faciebant, quemadmodũ & Daniel dicebat? Et ego non in sapientia q̃ erat in me D
& Ioseph: Nõnne à deo manifestatio illorũ? Et Da- Dan.2.d
uid, quando ueniebat leo ac ursus, in noie domini Gen.40.
illos discerpebat. Et hic igitur. *Quid intenditis in nos* b
quasi propria uirtute aut pietate effecerimus, ut hic ambu 1 Reg.17.
laret? Neque hoc nostrũ est, inquit, nõ. n. quasi digni d
simus, cõciliauimus nobis diuinũ fauorẽ. *Deus Abrahã, deus Isaac, deus Iacob deus patrũ nostrorũ.* Vide quo subinde progenitores refert, ne uideatur nouum quoddã dogma inducere: & illic patriarchæ Dauid meminit: & illic Abrahæ & Isaac. *Glorificauit filiũ suũ Iesum.* Iterũ humiliter sicut in procœmio, deinde audacior factus quod acciderat, extollit, sed nõ quemadmodũ antea adumbrat: facit aũt hoc magis illos adducere uolens. Quãtò. n. magis reos illos mostrabat tantò magis hoc fiebat. *Glorificauit filiũ suũ Iesum, quẽ uos quidẽ tradidistis, & negastis illũ in cõspectu Pilati, qui iudicarat illũ absoluendum.* Duo crimina, & quòd Pilatus uolebat dimittere, & quòd illo uolente nolebatis. *Vos aũt sanctum & iustũ negastis, & postulastis ut uirũ homicidam donaret uobis: principẽ uerò uitæ interfeci stis, quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos* E
testes sumus. Quasi diceret, pro illo latronẽ petiistis, & ita ualde illis oneros um reddebat sermonẽ: Et qa illos in manu tenebat, deinde acriter cędit. *Principem uerò uitæ* inqt. Hoc loco fidẽ resurrectionis apparat. *Quem deus suscitauit ex mortuis.* Vt neqs dicat, unde hoc manifestũ, nõ iã ad prophetas confugit, sed ad seipsum, quoniã iã fide dignus erat. Nã tunc quidẽ cũ dixisset, quod resurrexisset, Dauidẽ adduxit testẽ: nunc uerò idipsum dicens chorũ apostolicum, cuius nos sumus, inquit, testes: & in fide nominis illius hũc quẽ uidetis & nostis, cõsolidauit nomẽ ipsius: & fides quæ per eũ est, dedit illi integritatẽ corã omnibus uobis. Querens causam dicere, statim signum addit: In conspectu, inquit, uestri omniũ. Quoniam ualde illos carperat, & monstrarat resurrexisse crucifixum: iterũ sermonẽ remittit, dãs illis facultatẽ pœnitentiæ dicens: *Et nunc fratres scio quòd per ignorãtiam feci stis, sicut & principes uestri.* Secundũ ignorantiã feci stis, una est hęc excusatio: altera, sicut & principes uestri. Quemadmodũ Ioseph fratrib⁹ dicebat: Gen45.b
Deus me misit ante uos, imo quod cõtractè illic di- F
xerat: Definito cõsilio, & præscięntia dei expositũ, cũ Supr.2.d
accepissetis per manus iniquorum: hoc illic dilatat. *Deus aũt quæ prænunciauerat per os omniũ prophetarum suorum passurũ Christum, impleuit sic.* Simul ostendit quòd non illorũ sit, si hoc demonstratum anteà, & quòd per uoluntẽ dei factum sit. dicendo aũt: Quę
Ioã.19.b prænunciauit uerba ea quæ in cruce opprobrabant insinuauit. Si uult illum, saluet illum, dicẽtes: Dixit. n. filius dei sum, cõfidit in illũ, descẽdat nunc de cruce. Nunquid nugæ sunt hęc ô stulti? abs sit. sed sic oportebat fieri. Et testimoniũ perhibẽt prophetæ, atq; ita non descendit, non ob suã infirmitatẽ, sed o b suam uirtutẽ. Et ponit hoc in excusationẽ Iudæorum, ut ẽt accipiant. Impleuit itaque sic. Vides quomodo totum illuc refert? *Respicite igitur*, inquit, *& cõuertimini.* Et non dicit à peccatis uestris, sed ut remittantur peccata uestra. Istuc ipsum manifestans, *Vt cũ uenerint tpa refrigerũ à cõspectu domini.* Ostẽdit hoc loco miseros illos factos, & multis malis subiectos. Ideo & sic dixit: Sciẽs hũc sermonẽ patiẽti, & cõsolationẽ q̃renti cõgruere. Et uide qua uia procedit, nã ĩ prima cõcione, paulatim resurrectionẽ, & in cœlos assum-

Universidad de Deusto Biblioteca

G ptionẽ insinuauit: hic aũt, & clarũ aduentũ. *Et miserit Iesum Christum, qui anteà prædicatus est, quẽ oportet quidẽ cœlũ accipere.* Id est, necesse est, usq; ad tempora restitutionis omniũ: Quare nunc non ueniat, causa manifesta est. *Quæ loquutus est deus per os omniũ sanctorum suorum à seculo prophetarum. Moses quidẽ ad patres*
Deu.18.c *dixit: Prophetam suscitabit uobis dominus deus uester de fratrib. uestris mei similẽ, audietis eũ iuxta omnia quæcũq; dixerit uobis.* Illic quidẽ Dauidis meminit: hìc autem Mosæ. Omniũ, inquit, q̃ loquutus est deus: non dicit quæ loquutus est Christus, adhuc adumbrãdo magis illos adducẽs paulatim ad fidẽ. Deinde confugit ad fide dignum illud: Prophetam uobis suscitabit dominus deus ex fratribus uestris mei similem, illũ audietis p omnia. Deinde & pœna magna subditur: *Erit autem*, inquit, *omnis anima quæcunque non audierit prophetam illum, extermin abitur de populo, Quin & omnes prophetæ à Samuele ac deinceps quotquot loquuti sunt, & annunciauerunt dies istos.* Hic bene exterminium posuit. Quando. n. aliquid magnũ dicit, ad prio
H res confugit, & testimoniũ reperit utraque complectens: quemadmodũ illic dixit, Donec ponam inimi
Ps.109.a cos tuos sub pedes tuos. Admirabile enim, quòd si mul hæc duo, & subiectio & præuaricatio & pœna. Sicut me inqt. Quid igitur facitis? *Vos estis filii prophetarũ, & ut uobis dixi, propter uos omnia facta sunt.* Quoniã. n. pp facinus arbitrabãtur se alienos esse factos: etenim nõ erat cõsentaneum rationi, illum nũc crucifigi, & mox ut suos curare: ostẽdit qd & illud iuxta prophetiã: Vos estis, inquit, filij prophetarũ & testamenti, qd testatus est deus erga patres uestros dicẽs
Ge.22.d. ad Abrahã: Et in semine tuo benedicẽtur oẽs familiæ terræ. *Vobis primùm*, inquit, *quum suscitasset filium suum misit. Igitur & alijs, sed uobis primùm qui crucifixistis illum, benedicentem uobis, ita ut unusquisq; uestrũ conuertat se ab iniquitate.* Videamus aũt iterũ diligentius q̃ lecta sunt. Prius instruit quòd ipsi non fecerũt miraculum, dicẽdo: Quid admiramini, & nõ sinit discere dicto, utq; id credibilius faciat, primũ illorũ iudicium deprehendit: *Quid in nos intenditis, quasi propria uirtute aut pietate fecerimus?* Si hoc uos terret ac turbat, discite quis sit qui fecerit, & ne obstupescite.
I Et uide ubiq;, quòd postq̃ ad deũ confugit ac dixit,
Sup.2.d. ab illo omnia facta esse, tunc securè illos perstringit: propterea & superius dicebat: Virũ declaratũ à deo, & exhibitũ erga uos. Et ubiq; memores eos facit facinoris sui, ut & miraculum ostẽdatur, & resurrectio cõfirmetur. Hic aũt & aliud addidit. Non. n. iam Nazarenum dicit, sed quid? *Deus*, iquit, *patrum nostrorum glorificauit suum filium Iesum.* Vide ut alienus est à fastu: Nõ obiecit, neq; mox dixit: Et nũc credite. Ecce homo quadraginta annis quum claudicans esset, in noie Iesu Christi surrexit, Non sic dixit. Contentiosiores. n. fecisset: sed iam laudat, quòd admirãtur factum. Et iterum à progenitore uocat. & non dicit, Iesus illum curauit, quãuis certè ille ipsum curasset, sed ut ne dicant, qũo sunt hæc uerisimilia, num p̃uaricatorem glorificat? idcirco illos memores facit iudicij apud Pilatũ, ostẽdens quòd si uoluissent aiadueuertere, non esse p̃uaricatorem cognouissent. non enim Pilatus illum uoluisset dimittere, nec dixisset quũ uoluisset, sed iudicasset illũ dimittendum, manifestans, quòd eũ quidem q alios occidisset dimittẽdum petieritis: occisos aũt uiuificãtem nolueritis. Et ut ne dicant iterum, qũo nunc illum glorificat, qui tũc nõ adiuuit, adducunt prophetas testificantes, quòd sic K oporteat fieri. Deinde ut ne putẽt dei dispensationẽ, ipsorum excusationem esse, prius illos perstringit. Et negare in conspectu Pilati, non erat fortuitum, quũ illẽ uellet dimittere: & quia si uoluissetis, neq; erat illi possibile eũ uobis negare: Accusat ergo ille à quo petitus. Sic & hoc mira dispẽsatione contigit. Hic impudentiam illorum ostendit, & quòd gentilis quidẽ qui primum illum tunc solum uiderat, liberasset illum, quãuis certè nihil magnum audisset. Illi autem qui inter signa enutriti cõtrarium fecerint. Quòd autem iustè iudicauerit absoluendũ, & hoc non in gratiam fecerit, audi illum alicui dicentem: Cõsuetudo uobis est dimitti unum quẽdam. Vultis igitur hunc Ioan.18.c
dimittam uobis? *Vos autem sanctum & iustũ negastis.* Nõ dixit, Exposuistis uel reliquistis: sed omnino, Negastis. Merito. Sic enim dicebant: Non habemus re- 1 bid.18.c
gem nisi Cæsarem. & non dixit: Non expetistis irreprehensibilem, neq; negastis solùm, sed etiam occidistis. Quando excæcati erant, nihil tale dixit: ubi autem persuasum est animabus illorum, tunc perstrinxit acrius, quando scilicet sentire poterant. Quemad- L
modum & nos ebrijs nihil dicimus: quando autem sobrij facti fuerint, & ab ebrietate reuersi, tunc eos perstringimus. Sic sanè & Petrus agit, quum possent intelligere quæ dicta, tũc & linguam acuit, criminaq; multa numerat, utpote, quòd eum quem deus glorificauit, ipsi tradiderint, quòd eum quem Pilatus absoluit, negarint in conspectu illi⁹, quòd prælegerint latronem. Vide iterum quomodo occultè de potentia illius differit, ostendens quòd seipsum suscitauit, quemadmodum in priore oratione dicebat. Secundum qd non erat possibile illum detineri ab illa. Et hoc loco: *Principem uerò*, inquit, *uitæ occidistis.* Nõ igitur ab alio habuit uitam, quemadmodum princeps malitiæ. Ipse. n. qui malitiam peperit, princeps est malitiæ: & princeps homicidij qui homicidium primus induxit: sic & princeps uitæ, qui à seipso uitã habet. Quem deus suscitauit, inquit. Postquã hoc locutus est, subdidit: *Et in fide nominis illius, hunc quem spectatis, & scitis consolidauit nomen illius, & fides quæ per illũ dedit illi integritatem hanc.* Cæterũ si fides q in illum, operata est totum: & qd in illum credidit, quare non M
dixit: Per nomẽ, sed in nomine: Quia nondum audebãt dicere, In illum fides. Ne aũt sit humilius dictũ, adiicit: Et nomen illius cõsolidauit illum. Et ubi hoc prius dixit, deinde subdit: Et fides q̃ per illũ, dedit illi incolumitatem istã. Vide qũo declarat, quòd etiam illud se paruitati nostræ accõmodans dixerit. Nõ. n. alio habebat opus ad resurrectionẽ, cui⁹ nomẽ clandum à mortuo nihil differentẽ, suscitauit. Cõsidera qũo ubiq; testimonia illorũ adducit: nã superius qui
Sup.2.d. dem dicebat, Sicut & ipsi scitis, Et i medio uestri. Et iterũ: Quẽ spectatis ac uidetis in cõspectu, uestri omnium: quãuis quòd in noie illius factum esset nescirent, sed hoc scierunt quòd claudicans fuisset. Et illi quoq; q fecerũt, cõfitebantur, quòd nõ propria uirtute, sed Xpi cõsolidatus sit. Si autem hoc nõ fuisset, & reuera credidissent resurrexisse, non tam mortui q̃ suam gloriam quæsissent. Hæc dicendo, idq; illis se aspicientibus, deinde perculsas illorum animas, statim fraterna cõsolatione mitigauit. Dicens igitur: Viri fratres. Illic quidem nihil de seipsis dixit, sed solùm de Christo. Certò igitur dicens: Cognoscat oĩs dõmus Israel. Hic autem & admonitionẽ apponit. Illic
Sup.2.d

A expectauit ut illi dicerent, hìc sciebat quantũ facturi essent, utpote magis nũc famliares. Sanè & q̃ suprà dicta, nõ processerant ex ignorãtia: nã quòd latronẽ petiuerint, quòd iudicatũ absolutione dignũ uoluerint, & quòd occidere noluerint, qũo ignorassent? Attamẽ dat eis potestatẽ negandi & pœnitẽdi de factis, immo & defensionẽ pro illis ponit uerisimilẽ ac dicit: Sciebatis qdẽ quòd occideretis innocentem: quod aũt principẽ uitæ, forsan ignorabatis. Et hinc nõ illos solos à criminibus liberauit, sed ẽt prẽcipuos
B malitiæ authores. Nõne cõtentiosiores illos fecisset, siquidẽ sermonẽ ad accusationẽ produxisset? Nam quãdo quis graue aliqd cõmisit, dum accusatur, attẽtat se maiore excusatione defendere, & non dicit ultrà, Crucifixistis, occidistis: sed fecistis, ad ueniã illos admittẽs. Si illi p ignorantiã egerunt, multò magis hi: si illis remittuntur peccata, multò magis his. Hoc aũt admirabile est, qd & suprà & hìc cũ dixisset, illic qdẽ definito cõsilio & p̃scientia dei: hìc aũt, quòd prænũciauerit oĩbus Christũ, nullũ adducit testimoniũ, propterea quòd nullũ sit, *qđ non* cũ multis cri-
Isa.53.c minibus & pœnis contra illos dictũ sit: Et dabo, inquit, impios pro sepultura illius, & diuites pro morte illius. Et iterũ: *Quæ anteà prænũciauit per os omnium prophetarum quòd passurus sit ille, impleuit sic.* Magnum demonstrauit cõsiliũ, quando quidem oẽs hoc dicebant, & nõ unus dũtaxat. Profectò quoniã per ignorantiã facta sunt, præter uoluntatẽ dei facta sunt. Vide aũt quanta dei sapientia, q̃ aliorũ malignitate utitur, prout res postulat. Implent (inquit) sic, ut ne putent posteà omissum esse aliqd, hoc addidit, manifestans impleta esse quæcunq; pati oportebat. Cæterũ ne putetis quia prophetæ illa dixerint, & per ignorãtiam fecerit is, quòd hoc uobis ad defensionẽ sufficiat, nõ dicit sic, sed latius. Pœniteat igitur uos, Qua re⁹ut deleantur peccata uestra, nõ dico illa sola q̃ in
2.Co.5.a crucifigẽdo cõmissa sunt, forsan illa p ignorantiã cõtigerunt: sed ita, ut & alia uestra peccata deleantur. Deinde adiecit, *St quo pacto ueniant uobis tempora refrigerij.* Hic de resurrectione differit obscurè. Reuera. n. illa refrigerij tẽpora, q̃ inquirebat & Paulus dicẽs: Et
C nos qui sumus in tabernaculo, ingemiscimus grauati. Deinde ostendens, quòd ille sit temporũ refrigerij author. *Et misit*, inquit, *prænunciatum uobis Iesum Christum.* Nõ inquit, Expũctũ est peccatũ uestrũ, sed peccata ẽt illud interim insinuãs, *Misit.* Hoc ut dixit, nõ dicit posteà unde ueniat, sed solũ addit, quẽ oportet quidẽ cœlos accipere, adhuc accipere. Et quare non dixit, quẽ cœlũ suscepit? Hoc utpote de superioribus temporibus differẽs dixit: Sic dispensatũ est, inquit, sic cõstitutũ est: de æterna illius existentia nondũ dicit, sed adhuc uersatur i ipsius dispẽsationis modis, & dicit: *Moses quidem locutus est patribus, Prophetam uobis excitabit dominus.* Deinde ut superius dixit, usq; ad tempora restitutionis oium q̃ locutus est deus, per os omniũ sanctorũ illius prophetarũ à seculo, tunc tandem ipsum inducit Christũ. Nam licẽt multa prę dixit, illũ tamen audire oportet, uolens nõ prophetas ita prædixisse siquis peccet. Et aliter uult ostẽdere, quòd eadẽ & prophetæ prædixerunt: & siquis diligenter exquirat, inueniet ẽt in ueteri obscure qdem prædictũ. Dicta aũt sunt hæc clarius nuperrimè. *Prius ænnunciatum* inquit. Hic illos etiã terret, quasi multa adhuc reliqua sint. Qũo igitur dixit: Impleuit ea quę oportebat illũ pati? Impleuit, inquit, nõ impletũ est,

oſtendens quidẽ quòd ea quæ pati illum oportebat D
implerit, quæ aũt futura relinquuntur nondum impleta sunt. *Prophetã excitabit uobis dominus deus ex fra-* Deu.18.c
tribus uestris mei similem. Qd maximè illos cõcitabat dicens? Vides qũo humilia iuxta sublimia seminat? Humile enim & excelsum est, nõ si ascensurus in cœlos similis sit Mosi, ueruntamen tunc magnum erat. Nũquid & in hoc similis Mosi, quòd quisquis illum non audiet, exterminetur ex populo? Innumera & alia dixerit quis, in quib⁹ euidẽter monstratur, quòd ei mãsit similis Moses, atq; adeò magnum quoddã testimoniũ attigit. Deus illũ suscitauit, inquit, ex fratribus uestris. Et quòd Moses ipse interminatus est his qui nõ audiũt. Hæc oĩa satis dicta. *Et omnes quoq;*
prophetæ, inqt, *à Samuele.* Noluit sigillatim tractare, ut ne prolixũ faciat sermonẽ, sed tẽpestiuè Mosaici testimonij memor, ultra mittit illos: *Vos estis*, inquit, *filij prophetarũ, & testamenti, quod testatus est deus:* Testamenti, inquit, filij: hoc est, hæredes. Vt enim ne uideantur hæc ex beneficio Petri accipere, ostendit quòd olim illis debitũ fuerit, ut magis credant, qđ & deo hoc probetur. Vobis primũ, cũ suscitasset, in- E
quit deus, filium suum misit. Non dixit simpliciter, misit filiũ suum, sed ẽt post resurrectionem, & quando crucifixus est: ut enim ne putent quòd ipse quidem hæc largitus sit, pater aũt minimè: propter hoc addidit, Benedicentẽ uobis. Si enim frater uester ipse ẽt benedicet uos, promissio res est: hoc est, tantũ abest quòd nõ uelit uos his cõicare, & horũ socios esse, sed ẽt alijs uos authores ac duces fieri uult. Igitur ne tanquã abiecti uel repudiati uos habeatis. *In*
hoc, ut se conuertat unusquisq; ab iniquitatibus. Sic uos benedicet, & nõ simpliciter. Et q̃ est ista benedictio? magna. nõne conuerti ab iniquitatibus, hoc sufficit & alia soluere? si aũt soluisse non suffecisset, qũo benedictionem exhibuisset? Nunquid enim qui iniustè egit, iam & benedicitur, sed liber fit à peccatis: id mihi uidetur, nisi quis iuxta modum legislationis acceperit, minimè aliter congruiturũ. Illũ audietis inquit, & non simpliciter: Sed ent omnis anima, quæcunq; non audierit prophetam illũ, exterminabitur de populo. Quando illos indicauit, qui peccarũt, & ueniæ participes fiũt, & promisit iucunda: tunc tandẽ ostẽ- F
dit, quòd & Moses idẽ dicit. Et quæ ista cõsequentia dicere, usq; ad tempora restaurationis, & adducere Mosen dicentẽ, quòd omnia audient, q̃ dicet Christus, & nõ simpliciter, sed cũ terribilibus minis: ostẽdit enim quòd & pp hoc obtẽperare debẽt illi. Quid est filij prophetarum & testamenti? heredes, successores. Si igitur filij, quare erga res uestras tanq̃ erga alienas affecti estis? Igitur accusatione quidẽ digna fecistis, poteritis aũt simul ueniam assequi. Deinde ubi dixit hęc rectè, & alia subdit. Vobis misit deus filiũ suũ benedicentẽ uos: non dixit seruantẽ, sed qd maius est, benedicentẽ, ostẽdens quòd crucifixus benedicet illos qui crucifixerunt. Imitemur igitur & nos, eiiciamus animã, homicidij & bellorũ auidã. Nõ. n. sufficit nõ ulcisci. Hoc & in netere lege factũ est, sed oĩa faciamus pro his qui iniustitiã fecerũt, quasi pro amicis germanis, quasi pro uobis ipsis. Illius imitatores simus, illius discipuli, qui postq̃ crucifixus omnia fecit pro his qui crucifixerunt, ẽt cum apostolos emitteret, quanuis certè nos sæpe etiam iustè patiamur: ille autem non solum iniustè, sed etiam ab impijs. Benefactorem enim & eum qui nihil iniustè

A fecit, crucifixerunt. Quare dic oro? pp gloriā? certè ip
Mat.23.a se illos honestabat. Quo? Super cathedrā Mosi, in-
quit, sederūt scribæ ac Pharisæi, oia igitur q̄ dicūt uo
Ibid.3.a bis ut faciatis, facite: secundū opera aūt illorū nō fa
cite. Et iterū in alio loco: Vade, ostēde te sacerdoti:
& cū posset illos perdere, seruabat. Hunc igitur imite
mur, & nullus inimicus cuiuspiā sit, neq; hostis, q̄ so-
lius diaboli. Nō parū ad hoc cōfert ēt non iurare, &
non irasci. Nā ex eo quòd nō irascimur, nec inimicū
habebimus. Abiice hoīs iuramentum, & ēt quæ iræ
sunt abieceris, iramq; extinxeris oēm. Est enim sicut
uentus ira & iuramētū. Sinuamus uela, nulla utilitas
ueli, si desit uentus. Si igitur non clamamus neq; iu-
ramus, neruos succidimus iræ. Si aūt non creditis, pe
riculū facite rei, & sic se habere cognoscetis. Pone ira
scenti legē, ne unquam iuret, & nō opus habebis illi
de mansuetudine sermonē facere, & sic totum perfe
ctum erit. Et neq; peierabitis, neq; iurabitis omnino.
Nescitis in quot fœda hinc uos præcipitetis, necesse
enim uinculo seipsos cōstringentes, & omni conatu
operā dantes, ut ab hoc ineffugibili malo animā suā
B eripiant. Deinde, si nō poteritis reliquum ut in dolo
re agatis & pugnis, & damnū accipiatis ex ira. Num
hæc temerè ac frustra fiūt? Igitur minare, defini, om
nia fac, sed absq; iuramēto. Licet retexere etiam quæ
dicta sunt, & quæ facta si uolueris. Sic hodie necesse
est uobis mansuetius loqui. Quoniā. n. si audieritis,
etiam q̄d uobis reliquum, rectè perfectum erit. Agè,
dic quā ob causam introductum est iuramentū, &
quare cōcessum? dicamus originē eius, & unde natū
sit iterum, & quo & à quibus narrātes, remunerabi-
mus uos, hac oratione pro uestra audiēdi facilitate.
Eum. n. qui iustè facit, necesse est & sapientiæ studio
sum esse, & qui nondū talis, neq; dignus est q̄ audiat
sermonē. Fecit olim pacta Abraham, & immolauit
uictimas, & hostias obtulit, & nondū erat iuramen-
tum. Vnde igitur ingressum est iuramētum? quando
mala creuerunt, quando oīa simul sursum ac deor-
sum facta sunt, quando ad idololatriam inclinarūt:
tunc sanè, quando infideles apparuerūt, deum uoca
bant testē, quasi fideiussorem dātes dictis satisfactu
Iuramen. ū, quid. rum. Iuramentū. n. est fideiussio, ubi mores fidē non
habēt. unde primū taxatur is qui iurat, si ei fides nō
C habeatur absq; fideiussore, & fideiussore maximo: &
quia tam parū hoīes sibi mutuū credunt, nō hoiem
quærūt fideiussorē, sed deum. Secundò idem crimē
est eius qui iuramentum recipit, si pro contractibus
deū ad fideiussionē trahat, & dicat se nō crediturū,
nisi illū accipiat. O excellentē stuporem, ô cōtume-
liam, uermis ac terra ac cinis existēs & fumus, audes
talem dominū tuum in fideiussorem rapere, & illū
cogis accipere? Dic oro, mihi, num si filijs uestris con
tendentibus inter se, & sibi mutuū non habentibus
fidē, dixerit conseruus, nō credendū, nisi cōis domi-
nus fideiussor accedat: nónne illi irrogarentur plagę
multæ, ut discat quòd domino in alijs, non in hisce
uti oporteat? Quid dico conseruū? nam si magis ue-
nerandū uoluerit uirū, nónne contumeliam causā ha
beret? At ego uolo, inquit. Igitur neq; illū coge, quo-
niam & in hominibus hoc fit. Si dixerit, Aliquādo fi-
deiussorē tu ne recipias. Quid igitur? Et perdam, in-
quit, quod datur: nō dixerim hoc, sed deū contume
lia affici ne sustineas. Ideo & q̄ cogit, q̄ qui iurat ma-
gis ineuitabile habet suppliciū. Similiter & qui nullo
postulāte iurat. ēt hoc difficilius est, quòd quis iurat
pro unico obolo, pro paruo emolumento, pro iniu D
stitia. Et hæc sic periculosa, quando nō fuerint periu
ria: si aūt periuria cōmittentur, tunc omnia confun-
dūtur, & in causa sunt, tam is qui dat, q̄ is & qui acci
pit iuramentum. Sed sunt aliqua q̄ ignorantur, obij-
ciunt. Verū hæc prę uidens, nihil temerè facias: si aūt
quid feceris negligentius, pete à te ipso incommodi
pœnā. Melius sic dāno affici, uel aliter. Dic. n. mihi,
rapis ad iuramentū uirū, quid expectās, num quòd
peieret? sed hoc extremæ insipietię. In tuum. n. caput
pœna cōuertetur. Melius erat opes perire, q̄ illū pe-
rire. Quare cū tuo damno hoc facis, & cū contume-
lia dei? Bestiæ est talis anima & uiri impij. Sed expe-
cto, quòd nō peieret. Igitur & absq; iuramēto crede.
Sed sunt multi, aiunt, qui absq; iuramēto audēt frau
dem facere, qui cū iuramento nō item faciunt. Deci-
pis teipsum homo. Homo furari qui didicerit, & ho-
minē iniuria afficere, uellet ēt iuramentū calcare sæ-
pius. Si aūt reuerentiā habet in iurādo, multò magis
iniustè faciēdo. Sed iuitus, ais, hoc patitur? Igitur ue
nia dignus. Sed quid dicā de iuramentis illis, relictis
forensibus? illic. n. nihil tale potes dicere, nā pro decē E
obolis iuramenta fiunt & periuria. Quia. n. fulmē su
pernè non descendit, & non oīa subuertuntur, stas
obstringēs deū. Quamobrē? ut olera accipias, ut cal
ceos, prō paruo argento in testimoniū illum uocas?
nunqd quoniā non punimur, putamus nos neq; pec
care? Hoc diuinæ misericordiæ est, nō nostræ uirtu-
tis. Iura per tuū puerū, iura per teipsum: dic, Sic ne li-
ctor assistat lateribus meis? Sed times. Lateribus igi-
tur uilior est deus? capite tuo contēptior? dic, sic ne
excæcer? At Christus nobis q̄dē parcit, ut prohibeat
etiā per propriū caput iurare. Nos aūt sic despicimus
gloriā dei, ut ubiq; ille trahatur. Nescitis q̄d sit deus,
& quali ore inuocari debeat. Porrò quoties de uiro
aliquo uirtutib⁹ prędito loquimur, dicimus: Laua os Phil.3.b
tuū, & sic memor sis: nunc uerò honorabile nomē, Psa.84.a
q̄d est nomen super omne nomē, q̄d admirabile in
omni terra, q̄d dæmones audientes contremiscunt,
simplr distrahimus, ô consuetudinē, q̄ id fecit contē
ptissimū. Deniq; si imposueris alicui necessitatē iurā
di in domo sancta, q̄ horrēdum iuramentū si sic affi
ceris, iniungis? Nunqd quòd illo qdē simpliciter abu F
timur, hoc aūt minimè? Nónne horrere oportebat, cū
nominatur deus? At inter Iudæos qdem hoc nomē Exo.39.f
tam reuerendū erat, ut in tiarę lamina scriberetur, &
nulli eas diuini nominis literas licebat gestare q̄ soli
summo sacerdoti: nūc aūt temerè ita portamus no-
men illius. Si simpliciter nominare deū nō omnibus
fas erat, hoc certè q̄d in testimoniū uocatur, quantę
audacię? dic oro, quātæ insaniæ? Ecce dico, & testifi
cor uobis, emēdare iuramenta forensia, eos aūt qui
nō obtēperant oēs mihi iudicate: ecce p̄sentibus uo
bis, imperabo his q̄ ad ministeriū segregati sunt do-
muum orationis, & admonebo, & ostēdā nulli iura
re licere, imo neq; aliter. Ad me igitur ducatur, quis-
quis fuerit, quoniam & hæc oportet corā nobis agi,
quasi pueri essetis. Proh pudor, cōfusio. n. est, quod
de quibusdā adhuc opus habetis erudiri. Num sacrā
mēsam tāgere audes, q̄ initiatus nō es? Sed id adhuc
peius, tu qui initiatus es audes sacrā mensam tāgere,
quā nec oībus sacerdotibus tangere licet, & sic iura
re? Et tu quidem pueri caput non tangeres egressus,
mensam aūt contingis, & non horres neq; metuis?
Ad me tales asser, ego iustam pœnam inferam, &

A utroſq; cum gaudio emendabo, q̄d uolueritis facito, legē pono omnino non iurare. Quæ salutis spes, sic uobis oīa contenentibus ac perdentibus? nū propterea accepisti literas & symbola, ut perdas animā tuam? Quid, tantùm lucraris quantū perdis? Peierauit, perdidisti & te & illum. Sed non peierauit: Etiam sic p̄didisti, qui coegeris p̄ceptū transgredi. Expellamus hunc morbum ab aīa, iam à foro illum pellamus, áque oībus mercatorum & opificum officinis, maior labor nobis erit, ne putetis per trāsgressiones legum diuinarū secularia corrigi. At non credit, inqt: Etenim & ego hoc ab aliquibus audiui, quòd si nō iurauero multa iuramenta, nō credetur mihi. Tu horū causa es, q̄ tam p̄ptè ac facilè iuras: quòd si hoc non esset, sed oībus esset manifestū, quòd non iures: crede mihi dicenti, quòd uel solo nutui plus credere tur tibi, q̄ iis qui innumera iuramenta deierāt. Cui igi tur magis creditis, mihi non iuranti, an iurantibus? Sed tu, inqt, princeps es ac episcopus. Quid igitur, si ostēdero quòd nō hoc solū. Cū ueritate respondete mihi obsecro. Si continuò iurassem ac semp, nunqd
B priuilegiū haberet principatus meus? Minimè. Vides quòd non pp hoc. Quid igitur lucraris, dic obsecro mihi, Paulus esuriebat, & tu eligas esurire magis quā transgredi quædā diuina mandata, cur tam infidelis es? Itaq; tu quidem oīa eliges & facere, & pati ut ne iures, ipse autē te non remunerabit? sed periuros quidem & multū iurātes, quotidie pascit: te uerò tradet fami, quoniā audiisti illum? Omnes sciant quòd his qui in hāc ecclesiam cōgregantur, nulli iurare liceat, & ex hoc efficiamur certi, & non sola fide, etiā hoc si gno à Græcis & ab oībus aliis differamus. Signaculum accipiamus ex cœlestibus, ut tanq; regia armēta ubiq; fulgeamus, ex ore & lingua iā noti efficimur, sicut barbari, & sicut ij qui Græcè loq sciunt: Lingua enim à barbaris discernimur. Dic. n. oro mihi, p̄sita ci, unde sunt cognobiles, nónne ex eo quòd loquun
Matt.5.f tur sicut homines? & nos quoq; cognobiles fiamus si loquamur sicut apostoli, & loquamur sicut āgeli. Si dixerit. n. quis, iura: audiat quòd Xps iusit, & non iuro. Hoc sufficit ad omnē uirtutē inducendā. Ianua quædā est pietatis, uia ad philosophiā inducens, palę stra quædā est, hæc custodiamus, ut & p̄sentia &
C futura bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul cū sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper in secula seculorum, Amen.

Loquentibus autem illis superuenerunt sacerdotes ac magistratus templi. Homilia. x.

CAP. 4. Ondū rectè à prioribus respirarant tētatio-
n nibus, & statim inciderunt in alias. Et uide quomodo res dispensentur: primū omnes si mul subsannati sunt, nō parua erat hæc tētatio. Dein de qui præcipui erant, periculis implicabātur: posteà uerò non duo hæc, & uulgaria fiebāt, sed ut prius cō cionibus clarueūt, & post illas miracula opati sunt: nunc deinceps magna cū fiducia, cōcedēte deo, certamina aggrediūtur. Tu autē obsecro cōsidera, quo modo quæsierint Iudæi primū proditorē, qui Christum traderet, q̄d ut factum, manus ipsi iniecerint, nunc audaciores & ipudentiores facti sunt, etiā post crucem. Peccatum. n. quandiu parturitur, habet con fusionē ac pudorem, ubi autē perfectum fuerit, impudentiores facit eos q ipsum patrarunt. Sanè quare hic & magistratus asisitit? Superuenerūt enim illis lo D quentibus sacerdotes, inquit, & magistratus: hoc est, dux militū templi, ut iterū ea quæ fiebant, publico crimine infament, & non ut priuatū aliq̄d ulciscātur, id quod ubiq; ut facerent studebant. *Molestè ferentes eo quòd docebant illi populum.* Molestè ferebant, nō solùm quòd docebant, sed quòd non solū dicebāt illū resurrexisse, sed etiā nos per illum resurrecturos: eo quòd illi docebant, inquit, populū, & annunciabant sub noīe Iesu resurrectionem mortuorū. Tam fortis & efficax est illius resurrectio, ut & aliis iste resurrectionis factus sit author. *Et iniecerunt eis manus, & posuerūt eos in custodiā usque in diem posterum, erat. n. iam uespera.* O impudentiā. Habebant adhuc priore sanguine plenas manus, & nō cessabant, sed iniecerūt illas iterū, ut & alio sanguine impleantur. Nū fortassis ēt timuerunt, quòd illi iā iustæ plebis numerū referrent, & eapp etiā dux militum illis superuenit? Erat enim, inqt, uespera iam. Illi quidē igitur uolentes eos mitigare, hoc faciebant, & custodiebant: apostolos uerò magis audaces reddebat mora tēporis. Et uide qui comprehendātur, apostolorū præcipui, aliis po stea exemplū facti, ut terreantur alij, & non ultra se E
mutuū inqrant, neq; communiter agant. *Multi uerò eorū qui audierant sermonē, crediderunt, & factus est numerus uirorū circiter quinque milia.* Quid hoc? nunqd uiderunt illos honestari? nónne conspexerunt ligari, quō igitur crediderunt? Vides manifestā efficaciam? Cæterū eos qui iā crediderāt, oportebat infirmiores fieri, sed nō sūt ifirmiores facti. Sermo. n. Petri, semina in altam miserat profunditatem, & mentem illorū attigerat. Alij uerò ob hoc succensebant, quòd nihil ipsos illi reuerebantur, quòd præsentia mala nihili faciebant. Si enim crucifixus, dicebant, talia operatur, & claudū suscitauit, neq; nos timeamus illos. Igitur & hoc diuina dispēsatione cōtigit, quòd nunc plures inde crediderunt q̄ prius. Quia lictores idcirco apostolos illis uidentibus ligabant, ut & illos meticulosiores faciant. Factū est secus quā illi uolebant. Idcirco etiā coràm illis istos non examināt, sed priuatim, ut ne libertas qua illi loquebantur audiētes lucrifaceret. *Factū est autē postero die, ut congregarentur principes eorum & seniores, & scribæ in Hierusalem, & Annas princeps sacerdotū, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & F quotquot erant de genere pontificio.* Iterū conueniūt simul. Nā legē iam nō ultrà seruabant, sicut & multa alia mala faciebāt. Et iterum iudicij formā negocio huic adhibent, ut iniusto iudicio reos illos faciāt. Et quū stātuissent eos in medio, interrogābāt qua uirtute, aut quo nomine feceritis hoc uos, quāuis nossent. Molestē. n. ferentes, inqt, eo quòd annunciabāt in Iesu resurrectionē: sanè pp hoc uinxerant eos. Cuius igitur gratia iterrogāt? expectabāt & putabāt, quòd pp multitudinē negatum essent, & propter illā nihil non facturos. Vide sanè, & quid dicant: *In quo nomine feceritis hoc uos? Tūc Petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos:* Oro recorderis nunc sermonum Christi, & quō euenerit quod dixerat, Quando autē tradent uos in Luc.12.b
synagogas, ne soliciti sitis, quō uel quid loquamini, spiritus enim patris uestri est qui loquitur in uobis. Itaq; magna spiritus efficacia freti sunt. Audi itē q̄d dicat: *Principes populi, & seniores Israel.* Vide sapientiā uiri, & quomodo magna cum libertate nihil contumeliosum loquitur, sed cum reuerentia. *Principes populi et seniores Israel, si nos hodie examinamur de eo quòd bene fecerimus homini infirmo, quomodo ille saluus factus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *sit notum sit omnibus uobis, & omni populo Israel.* Satis generosè etiã in proœmio illos perstringit ac carpit, immo illos commonefacit priorũ, quòd de beneficio ipsos iudicẽt, quasi diceret: Omnino oportebat nos pp talia coronari, & ut benefactores promulgari: nũc autẽ etiã iudicamur, quia benefecimus homini infirmo, nõ diuiti, nõ potenti, nõ nobili, quanuis quis hoc inuidisset: magna.n. grauitate sermo ille refertus est. Ostẽditur autẽ hinc, quòd illi seipsos malis immiscuerint. *Quòd in nomine Iesu Nazareni.* Quod
Mat.10.c maximè illos contristabat, apponit. Hoc erat qd illis Christus dixerat, Quod audiuistis in aure, prædicate sup tecta. *In nomine Iesu Nazareni, quẽ uos crucifixistis quem deus suscitauit ex mortuis, per hunc ille astat uobis.* Ne putetis, inquit, quòd occultemus patriã uel passionem eius quẽ uos crucifixistis, quem deus suscitauit ex mortuis, per hunc ille astat corã uobis sanus. Iterum passio, iterũ resurrectio. *Iste est lapis qui reprobatus à uobis ædificãtibus, qui factus est in caput anguli.* In
Mat.21.d memoriã reducit eis uerbum qd terrere illos sufficiebat. Qui ceciderit.n. inquit, super lapidem hunc, confringetur: eum autẽ super quem ceciderit, disilire faciet. *Nec est in ullo alio salus.* Quas putas ex his uerbis
H plagas illos accepisse? *Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat uos seruari.* Hic & sublimia loquitur. Nã quando non est corrigendum aliquid, sed sola libertas declaranda, non parcit. Nõ enim timuerat, ne percuteret. Et nõ dixit simpliciter, per aliũ: sed, nõ est i alio ullo salus, manifestãs quòd hic uos seruare potest. Simul autẽ & uolens illos terrere. *Vidẽtes autẽ Petri libertatẽ, et Ioãnis cõpertoq; quòd essent homines illiterati ac idiotæ admirabãtur, & agnoscebant eos, quòd cum Iesu fuissent.* Et qũo, inqt, illiterati rhetoricati sunt contra illos & summos sacerdotes? non ipsi loquebantur, sed per illos gratia spiritus. Hominem autẽ uidentes stare cum eis qui sanatus fuerat, nihil poterãt contradicere. Magna hominis libertas & manifestũ est, uel ex eo quòd & in ipso iudicij loco illos nõ reliquerit, & ita si dixissent, nõ sic se habere, ille reprehendisset. *Iussis autẽ illis è concilio secedere, conferebant inter seſe, dicentes: Quid faciemus hominibus istis?* Vides ut perplexi sint, & iterũ humano timore oia operantur? Itaq; sicut & cũ Xpo, qd factũ erat subuertere, & tegere nõ potuerunt: sed prohibẽtibus
I illis, ea q̃ fidei, magis crescebãt: sicut & nũc fit. Quid faciemus? ò insipientiã, quòd illos pp gustata certamina perculsos fore existimarunt, immo si pp suam dignitatem quam ita liberè loquentes non curauerant, sperauerunt facturos aliqd. Quantò igitur magis prohibere uolebãt, tantò amplius res crescebãt. *Nam conspicuum signum æditum esse per eos oibus habitantibus Hierosolymis manifestũ est, nec possumus inficiari, sed ne amplius diuulgetur in populũ, minaciter interminemur eis, ne posthac loquãtur sub hoc noie ulli hominũ. Et accersitis illis præceperunt, ne omnino loquerentur, neq; docerent in nomine Iesu.* Vide & horũ impudentiã, & apostolorũ sapientiã. *At Petrus & Ioannes respondẽtes, An iustum sit in conspectu dei uos potius audire quã deũ, iudicate. Non enim possumus, quæ uidimus, & audiuimus non loqui. At illi additis minis dimiserunt eos, non inuenientes qua ratione punirent eos propter populum.* Miracula, ora eorũ cõcludebant, & posteà nõ tulerũt eos implere sermonẽ, sed interrũpentes impediebãt magna cum cõtumelia. Quia oẽs glorificabãt deũ sup eo qd acciderat. *Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum est signum istud sanationis.* Sed iterũ uideK mus quæ dicta sint. *Quid faciemus hominibus istis?* Primùm propter gloriã humanam oia faciebant, nunc etiam pp aliud simulant, ne uideãtur esse homicidæ, quòd post hoc dicebant: Vultis super nos adducere *Inf.5.b* sanguinẽ hominis illius? Prohibeamus illis nõ loqui in nomine hoc. Vides insipientiã? Persuasi quòd resurrexerat, inde sumpta cõiectura quòd deus sit: alij autẽ docere in nomine eius quem neq; mors potuerat detinere, prohibere cõati sint. Quid huic insipientiæ par? Et ne mireris, quòd iterũ attentant, quę non perficiunt. Tantum.n. malum est iniustitia, nihil uidet, sed ubiq; tumultuatur, & in se ipsam ruit. Quasi decepti ac ludificati ita cõsulunt, id qd facere solent, qui se irrisos suspicantur: hoc sursum ac deorsum tractant, qd dixissent, deus illum suscitauit, & in nomine Iesu hic sanus assistit, ostẽdentes quòd resurrexit Iesus. Et aliter: Etiã ipsi resurrectionẽ putabãt, frigidè quidẽ ac pueriliter, putabant tamen, nunc autẽ non credunt, & tumultuantur consulentes qd sibi faciendum. Hoc profectò solũ nõnne sufficiebat psuadere illis, neqd faciant? dum illi tam liberè loquũtur. Qua re non credis, dic Iudæe? Oportebat.n. signa facta & L sermonẽ attendere, non quòd tam multi mali sunt. Et quare non tradunt illos Romanis? Iã malè audiebant apud eos propter ea quæ in Christũ egerãt, atque ita seipsos magis incommodarant imminuẽtes suam æstimationẽ, & sanctimoniæ nomẽ: at nõ itẽ Christo, quẽ media nocte raptũ statim abduxerunt morę impatientes ac multũ timentes propter multitudinẽ. De his autem nullam fiduciam habebãt, neque illos ducũt ad Pilatũ, timentes & suspicãtes propter superiora, ne etiam de illis redarguerentur. *Factũ est autem ut congregarentur ipsorum principes in Hierusalem.* Iterum concilium in Hierosolymis, & iterum illic iniqua perpetrantur, & neq; ciuitatis habetur reuerentia. Non uidisti illorum malitiã, & quomodo attentantes q̃ perficere nequeunt, nõ absterrentur. Vide posteà, oro, & Petri sapientiã, & quid in mediũ progressus illis loquitur: *Si nos iudicamur de eo quòd benefecimus homini infirmo, in quo seruatus est. In quali nomine fecistis hoc?* In quali, quare non dicis sed adumbras? In quali nomine fecistis uos hoc? Etiam dicebat, non nos fecimus. Vidisti sapientiã, non dixit sta
tim, In nomine Iesu fecimus. Sed qd? In nomine eius M hic assistit corã uobis sanus. Et iterum: Si nos iudicamur, quòd benefecimus homini infirmo, perstringit illos, quasi semp eiuscemodi in crimẽ uocantes, & reprehendẽtes qd benefiat hominibus, & priora in memoriã reducit, quòd ipsi ad cædes currãt: & nõ hoc solũ, sed etiã ob beneficia arguunt. Vides quòd pondus habeant uerba? In his.n. exercebantur, & posteà imperterriti fuerunt ex iis, ex quibus ostendunt illis, quòd ipsi magis, tametsi inuiti prædicant Xpm, & diiudicando & examinãdo dogma extollunt. *Quẽ uos crucifixistis.* O magnã libertatẽ. *Quem deus suscitauit ex mortuis.* Id iterum maiorem sermonis libertatem præ se fert. Igitur qd dicit, hoc est, Ne putetis quòd ignominiosã occultemus, q̃ tantũ abest ne celemus, ut etiã liberè prædicemus. Hæc quasi opprobrans illis dicebat: & non simpliciter, sed etiã moratur in sermone. Hic est lapis reiectus dicens, à uobis, deinde ostendens hoc in magnam utilitatem cessisse, addit: *Qui factus est in caput anguli:* hoc est, q natura nobilis & pciosus ac probatus, hic reiectus est. Adeò pro-

A pter signũ magna libertate dicendi utebatur. Tu autem obserua quo quãdo oportet docere, multas ad ducunt prophetias: quãdo autem liberè loquendũ, solùm affirmant: *Neq; enim nomen est aliud sub cœlo datum hominibus, in quo oportebat saluos fieri.* Quia oĩbus hominibus & non illis solis datũ est nomẽ, proinde & illos adducit testes. Quoniam.n. dicebant, In quo nomine fecistis? De Xpo, inquit, non est aliud nomẽ. Quo igitur interrogatis? Sic ubiq; hoc manifestum est. Neque enim nomen est aliud sub cœlo, inquit, in quo oporteat saluos fieri. Hæc sunt animæ uerba q̃ de hac uita desperauit, id qd magna libertas ostẽdit. Hic manifestat, quòd quando etiã humilia loquebãtur de Xpo, non hoc metu, sed attemperatione morum fiebat. Quoniã autem nunc tempus erat, sic loquitur sublimia, quod illo ipso etiã auditores omnes perterret. Ecce & aliud signum non minus priore. *Agnoscebantq; illos quòd cum Iesu fuissent*, non temerè hanc particulã posuit euangelista, sed ut manifestet etiam ubi fuissent, nempe in passione. Illi.n. soli tunc aderant, quãdo etiã uiderunt illos humiles, exilesq;.
B Maximè illos mirari faciebat repentina mutatio: etenim illos uiderãt Annas & Caiphas qd assisterẽt tũc hi, nunc aũt perterruit illos ualde libertas. non enim uerbis solis monstrabant non curare se de qbus iudicentur, & quòd extrema intententur pericula, sed ẽt habitu, & uoce, & aspectu, & in summa oĩbus libertatem apud populũ demonstrabant per ea q̃ loquebantur. Admirabantur aũt fortassis quòd homines & illiterati, & idiotæ essent: quoniã reperire licet illiteratum, qui tamen nõ sit idiota, & cõtra idiotã qui non planè illiteratus: ostẽdit hìc quòd duo illa cõuenerint. *Compertoq;*, inquit. Vnde? ex his quæ dicebãt. Non longos extendit sermones, sed & ab ipsa annũciatione & habitu, libertatem manifestat, ita ut & extrema authoritate mãdassent eis, nisi pśens fuisset homo. *Agnoscebant q; illos, quòd cum Iesu fuissent*, id qd fecit illos credere, quòd ab illo didicissent hæc, & licut discipuli eius hæc fecissent. Nõ minorem autem uocem quã illorum erat, emittebat & miraculum ac signum: quod sanè illorũ ora maximè obturabat. *Si iustũ est*, inqt, *coràm deo, uos magis audiri quàm deũ, iudicate.* Quando timor magis succisus est, nam & interminari nihil aliud erat q̃ dimitti, tunc mansuetius lo-
C quuntur, tam longè facerdotes à temeritate erãt, qa notum signũ erat. Non possumus negare: atq; adeò negasset, nisi ita fuisset, nisi plurimorum fuissent testimonia, omnibusq; fuisset manifestũ, sed talis bestia est impudentia ac temeritas. Minaciter minabimur. Quid dicitis, minando expectatis cessaturã prædicationẽ? Sic ubiq; pricipia ardua ac difficilia, magistrũ interemistis; & non sustulistis prædicationem, etiam nunc minaturi estis, expectatis ut destituatis nos, uincula nõ persuaserunt humiliter loqui, & uos psua debitis? multũ. s. maximè his qui uos licèt minemini, nihili faciunt. An iustum est coràm deo, uos magis
Ma.10.b audire quã deum? Hic deum, inquit, pro Christo. Vidisti quomodo nũc eueniat quod dixit illis, Ecce.n. ego mitto uos tanq̃ oues in medium luporum, neti mueritis illos. Deinde iterum stabiliunt resurrectionem per ea quæ apponunt, dicentes: *Nos nõ possumus non loqui quæ uidimus & audiuimus*, unde nos fide digni testes summus, uos autẽ interminando, iterũ frustra minamini. Oportebat sanè illos mutari, ppea qd populus glorificabat deum; illi autem mortem minantur, sic contra deũ pugnabant. At illi additis mi D nis dimiserunt eos. Hinc magis clari & illustres facti sunt, immo pręter mandatũ iã testificabantur. Quid est qd dicunt, nos non possumus non loqui ea q̃ uidimus & audiuimus? Si falsa sunt, inqt, quę dicimus, reprehende: sin uera, cur prohibes? Tãta res est sapiẽtiæ studiũ: ille in angustia, hi in gaudio: illi multa implentur confusione, hi cum summa libertate oia faciunt: illi timent, hi confidunt. Qui.n. erant, dic oro, q timerentur, dicentes, ne diuulgetur amplius in uulgus: uel dicentes, non possumus q̃ uidimus & audiuimus nõ loq? Erant hi in maiore uoluptate, libertate, ac lætitia q̃ omnes: illi uerò in tristitia confusione ac metu. Populum.n. metuerunt. Quę uolebant loquebantur hi, illi quæ uolebant nõ faciebant. Qui erãt in uinculis ac periculis, nõne hi maximè? Possideam' igitur uirtutem, ne absq; uoluptate quę dicũtur sint, & consolationem nullã afferãt. Non est hoc theatrũ dilecte citharœdorũ uel tragœdorũ, ubi solius uoluptatis fructus est, & cũ prætereunte die, præterit etiã uoluptas, & utinã esset uoluptas sola, & nõ noceret cum uoluptate: attamen inde domũ uadũt singuli, quasi à uico quodã in quo multùm mercati referãt. E Et adulescẽs quidẽ recipit melodias carminis diaboli ci, & quantũ potuit memoria complecti, continuò domi cãtat: senior aũt utpote honestior, hoc quidẽ non facit, oia autem quæ illic dicta sunt uerba memorat. Hinc uerò nihil habentes abitis, & qũo non dignũ confusione? Legem posuimus, immo nõ nos posuimus. Absit. Non.n. uocabitis, inquit, magistrũ *Matt.5.f.* super terrã. Legem posuit Christus, neqs iuret. Quid factum est, oro, cum hac lege? Non.n. cessabo de illa *2.Co.13.a* disserere, ne fortè iterũ ueniens sicut Apostolus ait, non parcã. Nunqd solliciti fuistis in opere? Nunquid adhibitũ est studium à uobis? num iterum iidem sermones sunt attingẽdi? immo siue aliqd feceritis siue non, eosdẽ repetamus, ut in uobis fortiores sint, & alios cohortemini. Vnde igitur nos icipiemus, uultis à uetere lege, sed id in nostrã confusionẽ, quòd ea q̃ in ueteri dicuntur, q̃ excellere oportebat, nondũ custodimus. Nos.n. conueniebat non de his audire. Iudaicæ.n. paruitatis fuerint hæc pcepta: sed illa perfecta, abiice opes, sta uiriliter, animã pro prædicatione impẽdito, ride terrena oia, nihil sit tibi cum præ-
F sente uita cõmune, benefac iqs te iniustè afflixerit, siue defraudatus fuerit benedic, si blasphemarit honora, oĩb⁹ esto sublimior. hæc & talia audire cõgruebat: nunc aũt de iuramẽto differimus, & idẽ fit, quẽadmodũ siquis eũ qui iam debeat philosophari, ab illis doctorib⁹ suis abstrahat, & syllabas ac elemẽta legere faciat. Cogita, oro, quãta sit confusio hoiem quendã cui est grauis pera, & baculus ac pallium, ad Grammaticos cũ puellis proficisci, & eadem quæ illi discere. Nõnne magnus oritur risus, sed maior ex uobis: non.n. tantũ discrimen inter philosophiam & elementa, quantũ inter iudaica & nostra, sed quantũ inter angelos & hoies. Siquis, dic oro, angelum è cœlo deuocet, ac dicat illi, ut hìc stet ac audiat nostros sermones, quasi inde erudiendus sit: nonne ridiculũ foret, & confusione dignum? Si autẽ de his erudiri adhuc ridiculũ, illis non attendere, dic oro, quãta condemnatio, quanta confusio? Et qũo non confusione dignũ, Christianum erudiri debere, nõ iurandum esse? Verũtamẽ reprimamus affectus, ne magis rideamur. Agè igitur de ueteri lege differam⁹ hodie. Quid *Eccl.23.b*

G autem ista inquit, iuramento ne assuescas os tuū, ne que cum noie sancti coassuescas. Quare? nam quem admodū famulus si continuò flagelletur, à cicatrice non purificabitur: sic neq; qui iurat. Vide sapientiam istius sapientis. Non dixit iuramēto ne assuescas mētem tuā, sed os tuum. Quia sciuit totum oris esse, & quòd facile corrigitur. Cosuetudo. n. est, q̄ posthea ēt absq; electione fit, ut sunt multi, qui balnea ingressi simul ut fores transierint, signantur: hoc solet manus etiam pp consuetudinem, etiam nullo iubente. Iterum accensa lucerna sæpe mente aliud quiddā cōsiderante manus signū facit, ita sanè & os non cum aia loquitur, sed ex cōsuetudine, & in lingua totum situm est. Neq; cū nomine sancti, inquit, coassuescas. Deinde posteaq̄ hoc dixit, apponit: nam sicut seruus q flagellatur continuò, à cicatrice non purgabitur, ita neq; qui iurat. Non periurium hoc loco, sed iuramentum amouendū admonet, appositā illi pœna. Igitur iurare peccatum est, talis reuera est aia, talibus plena est uulneribus, talibusq; cicatricibus. An non uides? Hoc. n. graue est, quanuis certè poteris, si uoles uidere. Dedit. n. tibi deus oculos. Talibus oculis uidebat propheta, dicens: Fœtuerunt & putruerūt cicatrices meę à facie insipiētiæ meę. Contēpsimus deū, odio habuimus nomē bonū, cōculcauimus Christū, soluimus pudorem. Nullus cū reuerētia memor est nominis dei. Et tu quidē si dilexeris quempiā, & ad nomen illius excitatior efficeris. Deum aūt sic cōtinuò uocas, quasi nihil. Voca illū ut benefacias inimico, uoca illū in salutē tuæ aiæ, tunc aderit, tunc lętificas illū, nunc autem exacerbas. Voca illum sicut uocauit Stephan⁹. Quid dicēs? Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Voca illū ut uocauit uxor Elcanæ, cum lachrymis, cū lamentis, cū oratione, nō prohibeo, sed & ualde exhortor. Voca illū sicut uocauit Moyses, & clamabat orans pro illis qui ipsum in fugā egerāt. Et tu quidē si alicuius uiri reuerendi memor es sine reuerentia, contumeliam putas: deū autē circunferens, non solū sine reuerentia, sed etiam intempestiuē, nihiline facis rem illā? & quanto supplicio dignus eris? Non prohibeo deū perpetuò habere in animo. Hoc. n. orarim & uelim, sed non præter id quod illi placet, sed si laudas, si colis, magna si hoc cōcesserit nobis bona sunt: si quādo oportet, ac in qbus oportet solū uocauimus illū. Quare dic oro, ī apostolorū ore tot uirtutes, tanteq; fiebāt, in uobis aūt nō? quāuis idē sit deus, idem nomen, sed non est par. Quomodo? quia illi quidē in his quę dixi, ipsum inuocabant solū, uos autem nō in illis, sed in alijs. Si autem ideo iuras, quia non credit, dic quidē crede. Veruntamen si uis iura per teipsum. non legislatori contrariū asserо. Absit. Sit. n. inquit, sermo uester, etiam etiam, nō nō, ut in hoc cōdescendā uobis, ut magis in hos uos inducā, & à tyrānica consuetudine liberē. Quot sunt in alijs admodū probati, & in his rebus totū pdunt? Vultis discere, quare cōcedebāt priscis iurare, peierare enim neq; illis cōcessum erat. quoniam per idola iurabant. nō cōfundemini in his legibus manentes, in quibus uersabantur infirmi? Quia & nunc Græcū si accipio, nō statim illi hoc imperio, sed nūc ut sciatur Christus admoneo. Fidelis aūt & qui didicerit illū, & audierit, si usurus est eadem indulgentia qua Græcus, quæ utilitas, qd lucrū? At ob consuetudinē difficile tibi est, & ab illa ęgrè abstraheris. Igitur quoniā tanta consuetudinis est uis, eam in aliā transfer consuetudinē. Et quomodo, inquit, possibile? qd sæpius dixi, hoc etiā nūc dico. Sint animaduersores eorum q̄ dicuntur multi, stent inquisitores & correctores. Non est cōfusio ab alio corrigi, imo cōfusio est repellere corrigentes, & in damnū propriæ salutis hoc facere. Et tu quidē si uestem induaris inuersam, pmittitis te à puero admoneri, & nō cōfunderis ab illis discēs, quanuis certè in hoc magna cōfusio. Hic autē incommodans, cōfusione est, dic mihi ab alio erudiri? & ornantem quidē te uestibus fers seruulū, & calceantē: ornantē autē animam tuam non fers? & quantæ insipientiæ hæc sunt? Sit & minister horū doctor, sit & puell⁹, sit & uxor, sit & amic⁹, & uicin⁹ & cognatus. Quemadmodū. n. bestia, quę undequaque agitatur, non facilē euadit: Ita fieri nequit, quin is q tot habet custodes, tot obseruatores, tot increpātes, & undiq; affligitur, facilē effugiat, & nō seruetur. Et in uno quidē die difficilē feres hoc & in secūdo, & in tertio. Deinde aūt facile erit, etiā post quartum molestū, ultrà non erit: periculū facitę, siquidē non credideritis. Curā habete oro, non enim uulgare est hoc quod peccatur & corrigitur, sed utriq; magnū, & bonū, & malum. Concedatur hoc bonū fieri gratia, & misericordia domini nostri Iesu Xpi, cum quo patri simul ac sancto spiritui, gloria, imperiū, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dimissi autem uenerunt ad suos, et annunciauerunt illis, quæcunque ad ipsos principes sacerdotum & seniores dixerunt. Homilia. xi.

On uana gloria extimulante narrant, q̄ aliena ab illis erat, sed gratię Christi indicia ostēdunt. Idcirco & quæcunq; illi dixerant narrant, quæ autē per ipsos licēt prætereant, attamen & sic magis fidētes fiunt. Et considera quomodo iterū ad uerū auxiliū cōfugerint, ad subsidium orationis intuictum, iterū unanimiter, & cum studio. Non est enim oratio, quæ simpliciter fit. At illi qui audierant unanimiter sustulerunt uocē ad deum, & dixerunt: Vide q̄ diligenter fiunt illorum preces, quando apostolatu dignum sibi mōstrari petiuerūt, sic dicebāt: Tu domine oīum cordium cognitor ostende: opus enim erat illic præscientia. Hic autē quoniam ora ad uersariorū obturari oportebat, de domino dixerūt, ideo & sic cœperūt: *Domine deus, qui fecisti cœlū et terram, ac mare, & omnia q̄ in illis sunt, qui p os Dauid pueri tui loquutus es: Quare fremuerūt gētes, ac populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes cōgregati sunt simul aduersus dominū, & aduersus Xpm eius.* Prophetiā in mediū afferunt, tanquam pactū à deo exigentes, & seipsos interim consolantes, quòd inuanū hostes meditentur oīa. Hoc autem est, quod dicere uolunt: illa in mediū profer, & ostende quòd uana meditati sint. *Congregati. n. sunt reuera in ciuitate hac, contra sanctū puerum tuū Iesum, quē unxisti, tā Herodes quā Pontius Pilatus, cū gentibus et populis Israel, ut faciāt quæcunq; manus tua & consiliū tuū fieri præsiniuit. et nūc domine uide in minas illorū.* Vides philosophiā, & quomodo his non imprecentur mala. Nō posuerūt aūt minas speciatim, sed solū dicunt quòd minati sint. Abbreuiat. n. conscriptor sermonem. Et uide. Non dixit, Disrumpe illos, deiice illos. Sed quid? *Et da seruis tuis liberè loqui sermonem tuum.* Sic discamus & nos orare. Quanuis quo nō furore impleatur qs, si in uiros incidat, occidere illū tentantes, & id genus comminantes, & quā non hostilitatem admittit? At non ita sancti

A ita sancti isti. *In hoc ut manus extendat ad sanationes, et ut fiant signa ac prodigia per nomen sancti pueri tui Iesu.* Si in nomine illo fiunt efficaciæ ac uirtutes, magna erit fiducia, inqt. *Rogantibus autem illis, motus est locus in quo erant congregati.* Factū est hoc signū, ut audirent illi etiā diuinā uisitationem. *Et impleti sunt omnes spiritu sancto.* Quid est impleti sunt? reaccēli sunt spiritu sancto. Etenim reaccēsum est in ipsis charisma, & loquuti sunt sermonē dei cū libertate. *Huius autem multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* Vides quòd cum gratia dei etiā sua afferebāt. Vbiq;. n. hoc obseruatu dignū est, quod cum gratia dei, & ea quę ab ipsis erant, declarant. Quemadmodū Petrus dicebat, Argentū & aurum non est mihi. Itaq; quod superius dixerat, quòd oēs fuerint ī illo ipso, hoc est simul: iterū hic idem dicēs manifestat, quòd multitudinis credentiū fuerit cor & aia una. Vt dixit autē quod audierunt, dicit posteà & eorum uirtutem. Ingressurus. n. erat narrationem Sapphiræ & Ananiæ: ideo uolens illorū ostendere scelus, prius de aliorū uirtute disserit. Dic, oro, mihi, an charitas paupertatē uel pauptas charitatē pepererit? Mihi uidetur, quòd B charitas paupertatē, quę & illam magis astringit. Audi igitur quid dicat. Omniū erat cor & aia una. Ecce cor & anima idē sunt. *Et nullus aliquid ex his quæ possidebat, proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectiōis domini Iesu Christi.* Ostēdit hoc, quasi eis commissum sit, uel quòd tanq̄ debitores faciant. Et gratia magna erat cū oibus illis, neq; indigus qspiam erat inter eos. Sicut in domo paterna filij, q eiusdem honoris sunt: ita oēs affecti erant. Sed hoc est mirabile, quòd quasi relictis suis negociis, ita enutriebant, ut nō ultrà, quasi ex propriis, sed quasi ex cōmunib⁹ educari uideantur. *Quotquot autē possessores prædiorū uel ædiū erant, uendentes afferebant precia eorū quæ uendiderant, & posuerunt ad pedes apostolorū. Diuidebatur autē unicuique, prout opus habebat.* Magnus honor, quā doqdē nō in manus, sed ad pedes apostolorū ponebant. *Ioses autē qui agnominatus est Barnabas ab apostolis: quod si interpreteris, est filius cōsolationis.* Nō mihi uidetur ille esse q cū Mathia. Ille. n. & Ioses dicebatur & Barsabas: posteà autē agnominatus est & Iustus. Hic autē Barnabas est filius cōsolationis ab apostoC lis. Et uidetur mihi à uirtute assumptū nomē, quasi ad hoc sufficiat & studiosus sit. *Leuites Cyprius genere quū haberet agrū, uendidit & attulit pecuniā, & posuit iuxta pedes apostolorū.* Hic uelim obserues, qūo ostendat legē solui. & qūo iquit, quū esset leuites, Cyprius erat? quia posteà etiam quū migrassent, appellabantur leuitæ. Porrò uideamus iterum quæ dicta sunt. Dimissi, inqt, uenerunt ad suos, & anunciauerūt oīa quę ad ipsos principes sacerdotū & seniores dixerāt. Vide apostolorū philosophiam à fastu alienam. Nō circumeuntes inuulgarunt & dixerunt, qūo sacerdotibus responderint, neque de annunciatione gloriabantur, sed simpliciter ut uenerunt, ea quæ audierāt ab illis senioribus annunciabāt. Hoc loco discimus, quòd periculis seipsos nō iniecerunt, sed potius tēptationes q̄ intentabantur, strenuè tulerunt. Alius autē si quis esset, fortè multitudinis fiducia fretus, licēt cōtumelias loquutus eēt, licēt inumera dixisset inepta: at non hi philosophi, sed oīa mansuetè & benignè. *Qui autē audierant*, inquit, *unanimiter sustulerunt uocē ad deū.* Clamor factus est ex uoluptate, & magna affectione. Etenim quæ tales, efficaces sunt preces, q̄ D tanto sapientiæ studio sunt plenę, q̄ de talibus sunt, quæ in talibus tēporibus, q̄ hoc modo, sicut alię certæ abominabiles sunt ac immundæ. Vide ut nihil superfluū, sed de uirtute illius solū disserūt, immo quēadmodū Christus dicebat Iudæis, Si autē ego in spiritu dei loquor, ita & illi loquūtur per spiritū sanctū. Quid autē sit quod dicunt, audi: *Domine deus, qui per os Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes.* Mos P*sal.2.a.* est scripturę etiā de uno tanquā multis loqui. Sensus igitur dictorū est, Non illi ualuerunt, sed tu q permisisti totum, etiam ad finē perducens, operatus es, q inindustrius quiduis operaris: & sapiens es, q inimicis pro tua uoluntate uteris. Hic. n. de mira illius facultate ac sapientia in operando differunt, manifestantes quòd illi quidē conuenerint, tanquā hostes aio sanguinario, & homicidarum, & aduersarij futuri, fecerint autem quæ tu uolebas. *Vt facerent quæcunque manus tua & consilium tuū præfiniuit fieri.* Quid est manus tua? Hic mihi uidetur manū dicere, potentiā ac consiliū. Sufficit, inquit, tibi uelle solū. Nullus. n. potentia præfinit. Igitur quęcunq; manus tua, hoc est q̄ E cunq; præcepisti. Vel igitur hoc dicit, uel quòd manu operatus est distinctē. Sicut igitur tunc uana meditati sunt, ita & nunc illos frustra meditari facito. Et da seruis tuis: hoc est, ne compleantur opere minæ eorū. Hæc autē dicebāt illi nō detrectantes difficile qddā pati, sed pro prædicatione. Nō. n. dixerunt, Et eripe nos à periculis. Sed quid? *Et da seruis tuis cū fiducia omni loqui sermonē tuum.* Igitur q illa ad finē deduxisti, & hæc deduc. *Quem unxisti*, iquit, Vide quomodo & in precibus passionē distinguunt, & totum in illum referunt, & libertatis in loquēdo illum authorem esse dicūt. Vidisti qūo omnia propter deum petunt, & nihil ad suam gloriam. Itaq; quod suum, promittunt, quòd non perterreantur: digni autē habeātur, qui miracula operentur. In hoc, inquit, ut manū tuam extendas ad sanationē, & ut signa ac prodigia fiant. Bene, nam absq; illis licēt summam præstulissent alacritatem, oia feciſſent inuanum. Annuit eorū petitioni, & manifestum hoc fecit eis, commoto loco, quòd asit ipsorum precibus: *Orantibus enim illis*, inquit, *motus est locus.* Quod autē propter hoc factū P*s.* 103.*d* sit, audi prophetā: Qui aspicit terrā, & facit illam tre- *ibi.* III.*b.* mere. Et iterū: A facie domini mota est terra, à facie F dei Iacob. Et facit deus etiā per maiorem terrorem, & ad fiduciā illos inducens post magnas illas minas & ad libertatē maiorē exercens. Quia. n. initiū erat, & sensibili signo opus habebant, ut illi persuadeantur. Post hoc autē nunquam hoc fit. Tantam cōsolationem assequuti sunt ex precibus. Meritò autē & signorum gratiam petūt. Nusquam aliunde. n. potuissent ostēdere, quòd resurrexisset, quā ex signis. Et ita non solū suam petebant securitatem, sed etiā ne cōfunderentur, uerū liberè loquātur. Motus est locus, etiam illos magis consolidauit. Hoc autē aliquando quidē iræ est indiciū, aliquando uerò uisitationis & prouidentiæ, nunc autē iræ. Porrò in saluatoris passione nouè & præter naturā facta est. Etenim tunc oīs terra commota est, & ita ut ubique agnoscatur crucifixi uirtus, & quòd deus q patiebatur, & nō simpliciter homo. Et aliter: Licēt iræ sit indiciū, uerū ea cōtra illos erat, hos aūt & spiritu ipleuit. Itaq; & apostoli post preces spiritu implētur. Et *magna*, inqt, *uirtute reddebāt testimoniū*, erātq; *gratia* ī *omnib. illis*, neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *enim quispiam indigebat inter illos.* Vides quanta huius rei uirtus, ubi scilicet & illic hac opus erat. Ista est enim bonorũ occasio, cuius & secundò meminit, ad monẽs oẽs de pecuniarũ contẽptu. Superius qdẽ dicens, quòd nullus aliquid eorũ quæ possidebat, sibi dicebat propriũ esse. Hoc autẽ loco, quòd non indigens aliquis esset inter illos. Nã quod fiebat, nõ à solis signis esse, sed etiã à uoluntate illorũ, manifestat Sapphira & Ananias. Nõ sermone autẽ solùm, sed & uirtute reddebant testimoniũ resurrectionis, sicut & Paulus dicit: Et prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientię sermonibus, sed in demõstratione spiritus & uirtutis. Et nõ simpliciter uirtute, sed magna uirtute. Bene autem dixit, quòd gratia erat in omnibus. Propter hoc.n. gratia, quia nullus erat indigus: hoc est, ob magnã dantium alacritatem nullus erat indigus. Non n. partem quidem dederunt, partem autem reconderunt, neq; omnia quidẽ, sed quasi propria: sic inæqualitatẽ è medio eiiciebant, & in multa abundantia uiuebant, & cum multo honore hoc faciebant, neque.n. in manus audebant dare, ne
H que cũ fastu suppeditabãt: sed ad pedes afferebãt, & illos dispensatores permiserunt fieri, & dominos fecerunt, ut quasi ex communibus posteà insumãtur, & nõ quasi ex propriis. Hoc ẽt cõferebat ad hoc, ne uana gloria extollerentur. Hoc si & nũc fieret, utiq; maiore cũ uoluptate uiueremus, & diuites & pauperes, nõ maiorẽ aũt pauperibus q̃ diuitibus hoc uoluptatẽ afferret. Et si placet hoc sermone describamus, & sic uoluptatẽ assequamur, quãdoquidẽ operibus non uultis. maximè autẽ & ex illis manifestũ, q̃ tunc facta, quia uendentes nõ erãt indigi, sed & pauperes faciebant diuites: ueruntamen & hoc nunc sermone describamus, & omnes sua uẽdant omnia, & in mediũ afferant. Hoc sermone dico, nullus turbetur neq; dives, neq; pauper. Quantum putas aurum congeri, ego coniecto, neq;.n. hoc satis euidenter dici potest: quòd si cũcti & cunctæ uniuersas pecunias suas euacuarint, & agros, & domus, & possessiões alienarint, (seruos.n. nõ dixerim: nam & tunc non erant, & dominos suisipsorũ permittebant fieri,) forsan centum decẽ milia librarum auri cõgregarentur, imò bis ac ter tanta. Dic.n. oro mihi: Ciuitas enim nostra promiscuorum hominũ, quãtum implet numerũ, quot uultis esse Christianos, uultis esse centũ milia? quantus autẽ numerus Ethnicorũ & Iudæorũ, quot pondo auri congregata fuerunt, quantus aũt est numerus pauperũ? non opinor supra centum milia paupe-
I res. Hos sanè quotidie pasci quanta liberalitas esset, imò communi alimẽto facto, si simul pascerẽtur, nõ plurimo sumptu esset opus. Quid igitur facturi essemus, insumptis oĩbus? putàs ne tu posse insumi oĩa aliquãdo? nonne mille millies dei gratia auctiora fierent? nõne opulẽte gratia dei effunderetur? qd igitur, nonne cœlũ faceremus terrã? Si hic tria milia & quinque milia intantũ fulserunt, ut nullus eorũ inopiam quereretur multò magis in tanta multitudine. Quis igitur ẽt externus non aliquid adiceret? Vt autẽ ostẽdã, quòd hoc in diuersa duelli, sumptuosum sit, & iopiæ causa, sit domus ubi pueri decẽ, & uxor, & uir, & illa quidẽ lanam operetur, ille autẽ externè afferat emolumenta. Dic, num plus insumant unã habẽtes domũ, uel dispersi? manifestũ quòd dispersi. Dispersi enim decem pueri, decem domiciliis opus habent, decem mẽsis, decẽ ministris, & alio huiusmodi emolumento. Cur autẽ hìc seruorum multitudo nõ est, K nonne quia mensam unã omnes habẽt, ut nõ opus sit magno sumptu? Nõne diuisio semp minora commoda affert: unanimitas autẽ & consensus, incremẽtum? Sic qui in monasteriis nunc uiuunt, quẽadmodum oliũ fideles. Quis mortuus est fame? quis nõ liberaliter educatus est? nũc tamen hoc timent hoĩes, magis q̃ in immensum & inexhaustũ pelagus incidere. Si autem periculum huius faceremus, tunc aggrederemur rem, quantã putas & gratiam fore. Si enim tũc quum nullus esset fidelis, sed solùm tria milia & quinq; milia solùm, quum oẽs qui in mundo, essent hostes, quũ nusquam consolationẽ expectarent, sic aggressi sunt opus: multò magis nũc nihil defuturũ, ubi gratia dei ubicunq; terrarum fideles. Quis enim mansit Ethincus reliquus? nullum eqdẽ opinor, ita oẽs attraximus, & nobis conciliauimus. Veruntamẽ si hac uia progredimur, credo deo quòd & hoc futurum sit. Obtemperate mihi solũ, & p ordinẽ corrigemus negocia: & si deus uitã dederit, credo quòd ista tim in hanc nos recepturi simus uitæ rationẽ. Iam legem illã de iuramento facite & stabilite, & is qui seL uarit eum qui non seruarit, manifestũ faciat, & reprehendat posteà acriter, uehementérque increpet. Præscriptus.n. terminus propè est, & exquirã negocium, & deprehensum segregabo & excludã. Absit autẽ ne quis talis apud nos inueniatur, sed omnes cũ diligentia spirituale hoc seruent symbolũ. Quemadmodũ enim in bello tam commilitones q̃ alieni à signo dignoscuntur, ita etiã nunc fiat (nam & nunc in bello sumus) ut & fratres agnoscamus nostros: quantum bonũ erit nobis hoc signaculũ, & hìc & in aliena terra? quãta sunt hæc arma aduersus diaboli uersutias? Os.n. qd nescit iurare, statim etiã deum in precibus inuocãs cõciliabit, & graui plaga diabolũ percutiet. Os quod iurare nescit, neq; cõtumeliis afficiẽdi consuetudinẽ habebit. Nã quemadmodũ ex domo quadam, ita à lingua hunc ignẽ eiice, & foras trahe. Mini mè illud respirare sinas, ulcus infirmius fac. Etiã obsecro, ut nobis & aliã quandã doctrinam exponat. Nondum.n. hoc non correcto, non ausim ad aliud quiddã uenire. Hoc cum diligentia à nobis corrigatur. Huius correctionis sensum prius accipite, & tunc uobis etiã alias allaturus sum leges: immo non ego, M sed Christus. Plantate in aĩa uestra bonũ hoc, & palò pòst eritis paradisus ac hortus dei, multò melior illo paradiso: neq;.n. serpens apud uos, neque arbor mortifera, neq; aliquid aliud horũ. Figite in profundo hanc consuetudinẽ. Si hoc euenerit, non solũ præsentibus eritis utiles, sed etiã omnibus qui in mũdo: & non his solis, sed & iis qui olim futuri sunt. Cõsuetudo.n. bona semel recepta, & ab oibus seruata, in longũ tempus transit, & nullum tẽpus extirpare eã ualet. Si ligna quidã sabbato colligens, lapidatus est, *Nu. 15.* q multò grauiora collectione illa operatur, & onus peccatorũ colligit (est.n. iuramentorum multitudo, onus) quid non sustinebit? qd non portabit? Magnũ accepturi estis à deo adiutoriũ, si hoc uos rectè correxeritis. Si dixero, Ne cõtumelia afficias, statim furorem mihi profers in mediũ. Si dixero, Ne iuideas, aliã causam dices. Hìc nihil tale poteris dicere, propterea à facilibus incipio, quãdoquidẽ & alij in artibus aliis omnibus idẽ faciunt, ut quis sic ad maiora uentet. Scietis quã sit hoc facile, si corrigentes, etiam aliam accipietis legẽ. Date mihi libertatem loquendi, etiã

A quæ Ethnicis & Iudæis est, & ante omnia quæ dei est. Etiã oro per charitatẽ, p dolorẽ partus, quo uos peperi, filij mei: Quod autem sequitur, non adducã. Quos iterũ parturio, neq; dicam, donec figuretur in uobis Xps. Credo.n. quòd figuratus est Christus in uobis, sed alia ad uos dicam. Fratres mei dilecti & desiderati, gaudiũ & corona mea. Credite enim mihi, quòd non aliter dicam. Siquis innumeras gemmatas coronas meo capiti nunc imposuisset, non tã lęti ficarer quantũ in profectu uestro, immo neq; regem opinor sic gaudere, sicut ego de uobis. Quid dicã? Si oĩbus gentibus aduersarijs expugnatis uictor rediisset, & preciosa corona plures alias pretiosiores accepisset coronas, & diademata uictoriæ symbola: nõ opinor sic illũ gauisurũ in triũphis, sicut ego in profectu uestro: nã quasi innumeras coronas sup caput habẽs, exultarẽ, & meritò. Si.n. diuina gratia hic mos à uobis acceptus fuerit, innumera bella deuicimus, & multò difficiliora q̃ ille, contra dæmones malignos, contra arrogantes & certantes, & pliantes, non gladio, sed lingua & uoluntate. Vide.n. quanta correxe-
B ritis, si quidẽ correxeritis. Primùm, quia consuetudinem difficilẽ execatis. Deinde rationem malam, & unde oĩa mala, nempe quòd putatis nihil referre, & nihil nocere. Tertiò furorẽ, quartò auaritiã. Omnia enim hæc iuràmẽtũ parit. Quin ab hoc & ad alia bona opera magnam accipietis occasionẽ. Quẽadmodum enim qui elemẽta discunt puerilia, non illa sola discunt, sed etiã per illa erudiuntur paulò pòst legere. Ita sanè & uos non ultrà decipiet mala ratio, neq; ultrà à dictis quòd indifferens hoc sit, non ultrà iuxta consuetudinẽ loquemini, sed in oĩbus stabitis uiriliter, ut perfectis per oĩa uirtutibus quæ deo placent ęterna accipiatis bona, Gratia & misericordia unigeniti illius filij, cum quo patri & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ioseph autem qui agnominatus est Barnabas, ab apostolis: quod si interpreteris, est filius consolationis, Ieuites Cyprius genere, quum haberet prædium uendidit, & portauit, & posuit ad pedes apostolorum.

Homilia. xij.

C Arraturus de Anania & Sapphira, & uolens
n ostẽdere uirũ qui pessimè egerat, prius memor est eius, qui bene fecerat. Quia quũ tanta esset multitudo, tanta faciẽs, tantaq; gratia, ac tanta signa, à nullo horũ emendatus, sed semel ab auaritia excæcatus, pernicię illam sibi conciliauit suo capiti, quum esset illi prædiũ, manifestans quòd illud solum possideret: uendito eo, attulit pecuniã, & posuit iuxta pedes apostolorum. *Vir autẽ quidã Ananias cũ Sapphira uxore sua, uendiderat possessionẽ suã, sepossuerat de precio, conscia uxore, & allatã partẽ quandã ad pedes apostolorum posuit* Hoc graue, quòd peccatũ fiebat, simul illis reponẽtibus, & nullo alio cõscio, unde euenit misero illi hoc facere? Dixit autem Petrus, *Anania, quare impleuit satanas cor tuũ, ut mẽtireris tu spiritui sancto, & seponeres de precio prædij?* Vide & nunc magnũ signũ fieri, & priore multo maius. *Nonne manens tibi mãsisset, & uenditum in tua potestate erat?* Hoc est, nun quid necessitas uel uiolentia quædã erat? Nunquid enim iuitos uos trahim? *Quid quòd ponis in corde tuo rẽ hanc, nõ mẽtitus es hominibus, sed deo. Audiẽs aũt Ananias, cecidit & expirauit.* Vides unde maius signum hoc? Ex eo quòd sustulit, & qd cognouit ea q̃ in mẽ D te, & quæ clàm facta. *Factus est autẽ metus magnus, super oẽs qui audierant hæc. Surgentes autẽ iuniores, amouerunt, elatumq; sepelierunt. Factum est autẽ quasi triũ horarũ interuallo, etiã uxor illius, nescięs quid factũ, intrauit. Respondit autẽ illi Petrus, Num tanti agrum uendidistis?* Hãc uolebat seruare. Ille enim dux erat peccati, & pp hoc huic dat fortasse tẽpus defensionis, & potestate pœnitentiæ. Ideo & dicit, *Dic mihi, si tanti prædiũ uendidisti? Illa aũt dixit, Etiã tanti. At Petrus dixit ad illã, Cur cõspiratũ est inter uos tẽtare spiritũ sanctũ? Ecce pedes eorũ qui sepelierunt uirũ tuũ ad ianuam, & efferẽt te. Cecidit aũt statim iuxta pedes illius, et expirauit. Ingressi aũt iuuenes inuenerunt illã mortuã, & elatã sepelierũt iuxta uirum suũ. Et factus est timor magnus, super totã ecclesiã, & super omnes qui audiebant illa.* Posteq̃ factus est timor, maiora signa fecerunt: & q̃ fecerint, audi: *Per manus autẽ apostolorum fiebant signa & prodigia in populo multa, & erant unanimiter omnes in porticũ Solomonis. Aliorũ aũt nullus audebat illis adhærere. sed magnificabat illos populus.* Meritò, etenim Petrus erat iã terribilis, punies, & q̃ in mente erat redarguens, cui & magis adhæserant, tum propter signũ, & primã concionem secun E damq; ac tertiam. Ipse.n. & fecerat signũ primum illud nunc, quod mihi etiã duplex, & non simpliciter unum quoddã ac solum esse uidetur. Vnum quidẽ, ex mente arguere. Secundũ autem, occidere pcepto. *Magis autem apponebãtur credentes,* inquit, *multitudo uirorũ simul ac mulierũ, ita ut in plateas exportarent infirmos, et ponerẽt in lectulis ac grabãtis, ut ueniẽtis Petri uel umbra obũbraret aliquem horum.* Hoc in Christo nõ est factũ, proinde uidere licet re ipsa impletũ esse quod dixerat, Qui credit in me, opera q̃ ego facio & ille faciet, & maiora illis faciet. *Conueniebat autem & multitudo uicinarũ ciuitatum Hierosolymã, afferens ægros ac uexatos à spiritibus immundis, qui sanabantur oẽs.* Tu autẽ considera quo omnis illorũ uita, aduersitatibus cõtexatur: mœror primus erat, assumpto Christo: deinde lętitia, demisso spiritu sancto. Iterũ mœror, subsannantibus ludęis: & mox lętitia, ex fidelibus & signis. Iterũ mœror, qa cõprehendebantur, quẽ excepit excusationis lætitia. Iterum ẽt hic & mœror ac lætitia, F nam lętitia quidẽ erat, quòd sic clarescerent, & quòd illis deus reuelationes faciebat: mœror aũt, qd suos occidebant. Iterũ lętitia, quòd clarescerent: iterũ mœror, à principe sacerdotum: & ubiq; considerãtes, uidere hoc possunt: quod sanè etiã apud ueteres qs inuenerit. Videamus aũt iterum quæ dicta sunt. *Vendebant,* inqt, *& afferebãt precia, ac apponebãt iuxta pedes apostolorum.* Vide dilecte, quomodo nõ permittebãt apostolos uendere, sed ipsi uendebant, & illis precia dabãt. At nõ sic Ananias, sed subtrahit aliqd de precio agri quẽ uendiderat. Ideo & punitur, tãquã non bene in hac re se habẽs, & deprehẽsus rerum propriarum fur. Hic sermo etiam nostri temporis sacerdotes plurimum taxat. Quoniã autem facti conscia erat & illius mulier, ideo & illã examinat. At dixerit fortasse quispiam, quòd ualde acerbè illã tractarit. Dic sodes, *Nu.15.d.* quę est illa seueritas amaræ? Si.n. qui ligna collegerat, lapidatur, quanto magis qui sacra diripit, sacrilegus? Etenim pecuniæ illæ iã sunt sacrę. Igitur q uoluit sua *Proprietas sacrilegii est.* uendere, ac distrahere, iterumq; accepit de illis, sacrilegus fuerit. Si aũt qui de suis accepit, sacrilegus, multò magis qui de alienis. Non.n. quoniam hoc non fit, ut euestigiò sequatur supplicium, putetis impunita

Sup.2.a

1.Cor.2.a

Cap. v. ἐνοσφίσατο. Attende quã graviter animadversum sit in uitiũ proprietatis ipso ẽt initio coruscantis euãgelij. ἐτλώσσην

G derelinqui. Vides, quòd hoc crimẽ imputatur, eo qd pecunias suas accepit, quas cõsecrarat. Nunqd non poteras illis, etiã quum uendideras, tanquã proprijs uti? Nunquid prohibitus es? Quare accipis, postquã promisisti? Vide quo statim ab initio, insidiatus est diabolus, etiam in mediis signis ac prodigijs quę fiebant, immo quo & hic ab illo excæcatus est. Tale
1.Par.21.a quiddã & in ueteri lege accidit, quando Charmi deprehensus est, anathematis fur: attamẽ nosti quantã & ille ut facinus admisit, pœnã luit. Sacrilegiũ enim ualde graue, & magno contemptu plenum. Neq; uẽ dere coegimus, inquit, neq; pecunias, postquam uendidisti, dare. Tu uerò ex tua uoluntate fecisti. Quur igitur furatus es de sacris pecunijs? *Impleuit*, inqt, *Satanas cor tuum*. Et si Satanas hoc fecit, quur illi imputatur? Reus factus est illius operationi parens, & efficacia impletus. At oportebat, inqt, corrigi. sed nõ correctus esset. nã qui talia uiderat, nullumq; lucrũ inde secerat, multò magis nec alia ratiõe lucrifieri poterat. Non oportebat igitur quod fiebat oino contẽni, sed ut putrefactionẽ quãdam excindi, ut ne posteà totũ corpus incommodet: nã nunc quidem, & ille utilita
H tem accipit, ne ultrà pergat in malitia, & cęteri magis studiosi facti sunt. Tũc autem si cõtrariũ accidisset, idcirco primũ arguit & ostendit, quòd non latuit illũ quid factum sit, & tunc condemnat. Quare, inquit,
Quã hodie in Lutheranos exclamaret Chryso. quibus nihil æquè familiare est atq; sacrilegium hoc feci sti? Voluisti habere? Oportebat initiò habere, & nõ promittere. Nũc aũt postq; cõsecrasti, maius sacrilegiũ commisisti. Qui enim aliena rapit, forsan alienarum rerũ desiderio rapit. Tibi autẽ licebat tua retinere. Quur igitur sacra feci sti ea, & posteà accepisti? Id feci sti en magno cõtemptu. Facinus ueniã non habet, excusatione caret. Nullus autẽ offendatur, si q dam etiam nunc sint sacrilegi: si. n. tunc fuerũt, multò magis & nunc quãdo multa mala: sed reprehẽda mus illos in oibus, ut & cæteri metum habeant. Iudas sacrilegus fuit, sed nõ offendit hoc alios discipulos. Vides quanta mala, pecuniarum cupiditas facit. Et *ortus est*, inqt, *timor magnus super omnes qui audiebãt hæc*. Ille punitus est, & alij lucrifacti sunt. Atq; adeò non simpliciter hoc dispensatur, tametsi & alia signa
Psal.9.a. 2.Re.6.b & 2.Par.13.c prius facta fuerint, attamẽ nõ erat talis metus. Sic uerũ est illud, qd cognoscitur dominus iudicia faciẽs. Ita & in arca usuenit. Oza. n. punitus est, & factus est aliis timor. Sed illic quidẽ, territus rex amouerat
I arcam. Hic autẽ illi attentiores facti sunt. Vidisti quo modo nõ uocauit illã Petrus, sed expectauit donec ingrederetur? Neq; alius quispiam ausus fuit annunciare: qd acciderat. Hoc erat, metus magistri, honor discipulorũ, & obedientia. *Trium horarum interuallo.* Et nondum didicerat uxor, neq; aliquis eorum q prę sentes fuerant, annunciarat, quanuis ad diuulgandũ sat tẽporis erat, ueruntamẽ timebãt. Hoc sanè etiam admirans historiæ cõscriptor dicit, quòd ignorãs qd factum, ingressa est. Sanè ex hoc poterat discere, qd sciret ea quæ occulta erant. Quare. n. nullo alio interrogato, uos interrogat? Nõne manifestũ, qd quasi conscia? Sed magna cæcitas non permisit illã crimen deponere: uerùm cũ pertinacia multa respõdit. Putabat. n. quòd cũ homine loqueretur. Graue hoc, qd quasi ex uno cõsilio peccatũ, uel quasi ex pacto quo dam. *Quur igitur conspiratũ est inter uos*, inquit, *tẽtare spiritum sanctũ?* Ecce pedes illorũ qui uirũ tuum sepelierunt, *apud ianuam sunt, et efferent te*. Prius illam docet quid peccarit, & tunc ostendit quòd iustè eadẽ q uir passura sit, quãdo quidem & eadẽ peccarat. Et quo- K modo? inquit, *Statim tecidit ad pedes illius, et expirauit.* Quia propè astabat. Sic illi in seipsos pœnam accersẽ runt. Quis non timuisset apostolũ? Quis nõ admiratus esset? *Et erant simul unanimiter omnes in porticu Salomonis.* Ex hoc manifestum, quòd non in domibus, sed in templo quod occuparant, cõuersabãtur. Neq; ultrà cauebãt sibi, ne cõtingerẽt mortua, sed nihil curãtes, eos attingebãt. Et uide quomodo in suos erãt austeri, in alios autem potentia nõ utebantur. *Magis autem*, inqt, *apponebantur credẽtes domino multitudo tã uirorũ quã mulierũ, ita ut in plateis ponerẽt infirmos in lectis ac grabbatis, ut ueniẽte Petro uel umbra aliquẽ eorum obumbraret.* Magna accedentium fides, & maior quã sub Christo ipso. Vnde autẽ hoc factũ est? Ex eo qd Christus prædixerat. Qui credit in me, opera q̃ ego *Iohã.* facio faciet, & maiora faciet. Manentibus. n. illis illic, & non circumeuntibus, afferebant oẽs in lectis & grabbatis quos habebant infirmos. Et undequaq; illis constabat miraculũ, à credentibus, & ab his q̃ curabantur, à fiducia q̃ erga illos, à uirtute eorũ q non uulgariter crediderãt. Neq; enim quod fiebat, tantũ erat signorum, licẽt & illi modestè se habentes, huic L totũ imputant, dicentes se in noie Christi hæc facere, sed etiã uita & uirtus uirorũ hoc fecit. Considera autem qũo numerum eorum qui crediderũt hoc loco non dicit, relinquens hoc audituri, ut ex seipso coniectet. Sic ad immensam multudinem ea quę fidei sunt, se extendebãt. Hinc & resurrectio magis prędicabatur. *Nullus autẽ audebat se illis coniũgere, sed magnificabat illos populus.* Hoc dicit, quòd non ultrà erãt contemptibiles, sicut & prius, & quòd breui tẽpore ac unico momẽto tãta facta sint à piscatore & priuato. Cœlũ itaq; iam erat terra, tũ propter uiuẽdi rationem, tum ob libertatẽ dicendi, miraculáque oia, & quemadmodum angeli, ita admirabiles erãt ad nihil se conuertentes, non ad risum, non ad minas, nõ ad pericula. Non solũ autem propter hoc, sed etiam quòd ualde humani, & pro alijs soliciti erãt, alios. n. pecunia, alios corporali ministerio iuuabant. *Quare impleuit Satanas cor tuum?* Quasi rationem reddẽs, Petrus puniturus illum etiã alios erudit. Quoniam factum hoc ualde molestum appariturum erat, & pp hoc etiã in illo & in uxore eius, terribile iudicium faciebat. Si autẽ absque uenia peccantes ambo non ta M lem reportassent pœnã, quãtus porrò contẽptus dei fuisset? Quia autem pp hoc, manifestum ex eo quòd nõ statim ad puniendũ progreditur, sed ostẽdit principiò peccatũ. Vnde nullus ingemuit, nullus eiulauit, sed omnes timuerunt. Meritò autẽ, quia fides illorũ crescebat, plura etiã signa fiebãt, & magnus ẽt apud suos metus erat, quoniam non sic externa nos turbant, ut domestica. Simus igitur inter nos cõiuncti, nullus erit nobis inimicus, quẽadmodũ si inter nos dissideamus, oẽs nobis insidiabuntur. Ex hoc & illi posteà fidentiores erant, & cũ magna libertate ẽt in forum se conferebant, & in medio inimicorũ etiam potẽtes erant. Et implebatur illud quod dictũ erat, *Psal.109.* Dominare in medio inimicorũ tuorum: id quod & maioris uirtutis initiũ erat, quia hæc quum comprehenderẽtur ac ligarentur faciebant. Igitur si hæc pa- *In pectiebantur, qui solũ mentiti erant, ij qui peierant, quid* *ros, γνῶμα* nõ patiẽtur? Adde, quòd & mulier simpliciter dicẽs, *cũ exc.* *3.Re.21.b* *Etiam, tanti.* talem dedit pœnam, & non effugit. Cogitate qua pœna digni sunt qui iurant ac peierãt. Tẽ

A pestiuũ fuerit & hodie ex lege ostendere, periurij gra uitatem. Falx, inquit, uolans erat lata cubitis decem. Quòd uolat manifestat pœnę celerrimũ, aduẽtũ, iu ramentis affuturę. Quòd aũt cubitorũ decẽ latitudi ne ac lõgitudine, uehemẽtiã ac magnitudinẽ signat malorũ. Quòd aũt à cœlo, signũ est sniam in cœlesti ferri iudicio. Porrò quòd in falcis speciem ostẽditur, ineffugabilẽ pœnã monstrat. Quemadmodũ. n. falx, q̃ in ceruicẽ immissa, nec in seipsam retracta fuerit, manet quodãmodo iam ẽt resecta ceruice: sic & terribilis quædã pœna est, q̃ super peierantes uenit, nec desistit, nisi prius perfecerit opus suũ. Si aũt iurãtes effugerimus, ne cõsidamus. In malũ. n. nostrum hoc fit, quoniã quid cẽsetis, nõne multi eadem, quæ Ananias & Sapphira cõmiserunt, & nõ eadem passi sunt? Et qũo, inquit, passi nõ sunt? Non qa cõdonatũ est illis, sed quia grauiori malo seruantur. Atq; ita q multũ peccãt, magis timere debẽt si nõ puniãtur, q̃ si puniãtur. Crescit. n. ipsorũ pœna, ex eo quòd deus longanimis non ulciscitur: ne hoc igitur spectemus, quòd nõ punimur, sed si nõ peccauerimus. Si autem
B peccãtes nõ punimur, magis tremere debemus. Dic enim oro, si seruũ haberes, cui semper minareris, & quem nõ percuteres, quãdo magis terretur, quando magis fugit, ac fugitiuus fit: nõne quãdo solũ minaris? quando ẽt mutuum monemus nõ continuò minandũ, ut ne sic terrore animã magis concutiamus, atq; ita non magis discerpamus, q̃ plagis ipsis. Et aliter: Et illic qdẽ temporaria pœna, hic aũt æterna. Ne igitur si nũc nullus patitur ea q̃ falx minatur, sed illud cogita num talia faciat quis. Quoniã multa fiũt nunc, quæ in diluuio, sed diluuium non accidit: gehennæ enim pœna nunc inter minas est. Multi peccant qualia hi qui in Sodomis, sed ignis pluuia non descendit: igneum. n. flumẽ paratũ est. Multi ea quæ Pharao auli sunt, sed non eadẽ passi sunt q̃ Pharao, neq; submersi sunt in mari rubro. Expectat. n. illos pelagus abyssi. Ibi nõ absq; sensu pœna, neq; suffocatio est, sed multò magis puniuntur, cruciantur, stran
C gulãtur. Multi q̃ Israelitæ ausi sunt, sed nõ deuorarũt illos serpẽtes, manet. n. illos uermis immortalis. Multi ea q̃ Giezi ausi sunt, sed nõ sunt lepra percussi: expectat. n. illos pro lepra, quòd dissecentur & ponantur cũ hypocritis. Multi ẽt iurarunt ac peierarunt. Si aũt & effugerint, ne confidamus, manet. n. illos stridor dentiũ, & fortasis ẽt hic patiẽtur & nõ effugiẽt, etiam si nõ euestigio, sed in alijs peccatis, ut grauior sit pœna. Quoniã & nos sæpius sumpta occasione à minoribus, ẽt pro magnis, totã iram explemus. Et ita quãdo uideris tibi aliquid cõtigisse, memor ẽsto illius peccati tui. Hoc. n. in filijs Iob cõtingit. Memini stis fratrũ Ioseph, uendiderant fratrẽ, occidere attentarant, imo quantũ in ipsis erat occiderant, decepe-
Gen.42.d rant, cõtristarantq; senẽ, nihil patiebantur. Itaq; post multos annos extremis periculis laborarunt, & peccati sui recordantur: & quòd nõ cõiectura sit quod dico, audi illos quid dicant: Etiam in peccato. n. sumus pp fratrẽ nostrum. Sic sanè & tu facito. Quãdo aliquid acciderit, dic ẽt, in peccato sumus, quia non audiuimus Christũ, quia iurauimus. Iurandi consuetudo & periuria in caput nostrum reciderũt. Itaq; cõfitẽre, etenim & illi confessi sunt, ac seruati. Quid etiã si nõ statim pœna inuadit? quoniã & Achas pp Nabuthem, non statim post peccatũ passus est ea, quæ
3.Re.21.b passus. Quare autẽ hoc fit? Dat tibi præscriptũ tẽpus deus, ita ut abluaris: quando aũt perseueraueris, ad- D ducit posteà pœnã. Vidistis quid passi sint ij, qui mẽtiti? Itaq; & cogitate quid patiantur ẽt hi qui peierãt. Cogitate & desistite. Non est posibile, quòd is qui iurat, non peieret, siue uolens siue nolens. Non est *γνῶμη* etiam posibile, quòd periturus saluetur. Sufficit unũ *in periu-* periurium ad hoc perficiendum, & totã pœnam no *ros, licèt* bis intentandã. Propterea oro, ut nostri ipsorum cu *utcunque* ram habeamus, ut & pœnã peccatis debitam effu- *uiolentæ* giamus & bona æterna consequamur, Gratia & mi *uideatur.* serationibus unigeniti filij illius, cũ quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Surgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo, quæ est secta Sadducæorum, impleti sunt æmulatione, & iniecerunt manus suas in apostolos, & posuerunt illos in custodiam. Homilia. xiij.

Ihil impudẽtius neq; audacius malitia. Qui
n experti anteà didicerant, quanta illorũ uirili tas ac fortitudo ex his q̃ attẽtarant, attamẽ denuò attentant, & iterum simul consurgunt. Quid E aũt est, *Surgens aũt princeps sacerdotum, & omnes qui cũ illo.* Motus ex his, inquit, q̃ acciderãt excitatus est, & iniecerunt manus suas in apostolos, & posuerũt eos in custodia publica. Nunc uehementius illos infectãtur, nec statim illos iudicarunt, expectantes iterũ, ut illis fiant benigni. Et unde manifestum, quòd illos aggressi sint durius? ex eo quòd posuerũt illos in custodiam publicã. Iterum incidunt in pericula, iterum diuina gratia fruuntur. Et qũo, audi cætera: *Angelus autem domini per noctem aperuit fores carceris, eductisq; illis dixit, Ite & stãtes in templo loquamini populo omnia uerba uitæ huius.* Hoc ẽt in illorũ consolationẽ factũ *Γ τῆς* est, & horũ utilitatem ac doctrinã, & uide ẽt hic fieri, qd & de Christo legimus. Miracula. n. quæ in qui- *ἐκ-* busdã locis facta non sinit illos uidere, sed præparat *τοῦτης* aliqua ex quibus hæc discant: ut in resurrectione sua nõ permisit uidere, qũo resurrexit: indigni enim erãt hanc uidere, sed ostendit ea per q̃ hæc fecit: similiter *Ioan.2.b* etiam in uino quod ex aqua factum, non uident discumbentes: inebriabantur enim, & alijs iudicium permisit. Nam eos qui educebantur, non uident: cõ F iecturam ex qua discere poterant ea q̃ facta sunt, uiderũt. Cur. n. etiam per noctem emisit illos? quia sic magis q̃ aliter eis creditum est. Et aliter dic, quòd licẽt ad interrogandum uenissent, uel alia ratione, ẽt ipsi non credidissent. Sic & apud ueteres accidit, ut *Dan.3.g* Nabuchodonosori, uidit laudantes deum in camino pueros, & tunc obstupescere cœpit. Oportebat igitur & hos interrogare primũ, Qũo egressi estis? Illi aũt quasi nihil factum esset, interrogant, dicentes: *Nõne denunciando denunciauimus uobis, ne loquamini?* Et uide qũo per alios discũt omnia. *Vident enim clausum carcerem cum summa securitate, & custodes stantes ante fores. His auditis autem, ingressi sunt sub ipsum diluculum in templum, & docebãt. Adueniens autem princeps sacerdotum, & qui cum illo, conuocauerunt concilium & omnium cœtum seniorum filiorum Israel, & miserunt ad carcerem, ut adducerent illos. Cum ueniissent autem ministri, non inuenerunt illos in carcere, & reuersi annunciauerunt dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausum cum* *Γὲν πά-* *omni integritate, & custodes ante fores, ut autem aperui-* *σῃ ἀσ-* *mus, intus neminem inuenimus.* Duplex securitas, sicut *φαλείᾳ* & in sepulchro, erat obsignatio & homines. Vide

G quo cum deo pugnabant. Dic oro, erántne hæc humana, quæ cũ illis facta? quis illos eduxit ianuis clausis? quo exiuerunt custodibus ante fores stantibus, ita insanientibus & ebria uerba proferẽtibus? Quos nõ detinuerũt carcer & uincula, fores clausę, hos sperabant se posse uincere, insipientiũ puerorũ rem discẽtes. Ministri sanè illorum, pp hoc adsunt, & factũ cõfitentur, ut omnẽ in illis excludant occasionẽ. Vides signa uaria cũ signis, alia quidẽ ab illis, alia autẽ in illos facta, q̃ & clariora erant? Bene, neq; ipsis statim indicatũ e't, sed prius anxij secum fuerunt, ut cognoscentes diuinã esse uirtutẽ, sic discant oĩa. *Vt autem audierũt sermones illos & princeps sacerdotũ, & dux militiæ templi, & primarij sacerdotes, ambigebãt de illis quidnã futurũ esset hoc. Aduenies aũt quidam nunciauit eis, Ecce uiri quos posueratis in carcere, sunt in tẽplo stantes ac docentes populũ. Tunc abiit dux militiæ cum ministris, adduxit illos sine ui. Timebant enim populũ ne lapidarentur.* O insipientia. Timebant, inquit, turbã. Quid.n. illis prodesse poterat turba? Oportebat timere deũ, H qui tanq̃ uolucres illos semp ex ipsorũ manibus eripiebat: sed magis turbã metuebant. *Et interrogauit illos princeps sacerdotũ, dicens: Nõne etiã atq; etiã præcepimus uobis, ne doceritis in nomine isto, & ecce replestis Hierosolymã cũ doctrina uestra, & uultis inducere sanguinẽ hominis istius?* Quid igitur apostoli? iterũ cũ mansuetudine illis loquuntur, quãuis certè dicere poterãt, Quinã estis uos, qui cotrariũ deo præcipitis? Sed quid? Iterũ tanq̃ admonentes ac cõsulentes cũ mansuetudine respondẽt: *Respondens aũt Petrus & apostoli dixerunt, Obedire oportet deo magis quàm hominibus.* Magna cũ sapientia ostendunt, quod illi cũ deo pugnent. *Deus patrũ nostrorũ suscitauit Iesum, quẽ uos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principẽ & seruatorẽ exaltauit dextera sua, ut det pœnitentiam Israeli, remissionemq; peccatorũ.* Quẽ uos interfecistis, inquit, deus suscitauit. Et uide, quo patri totũ imputauit, ut ne uideatur alienus filius esse à patre. *Et exaltauit*, inquit, *dextera sua.* Non simpliciter hoc solũ resurrectionẽ, sed etiam assumptionẽ manifestat. Vt pœnitentiam det Israeli. Vide hic utilitatem & doctrinã pro defensione exactè absolutam. *Ac nos sumus ei testes eorum quæ dicimus.* Magna libertas. Deinde sermonẽ faciẽs fidelem ac credibilẽ adiecit: *Insuper autem & spiritus sanctus, quẽ dedit deus obedientibus ipsi.* Vides quo nõ solũ suo ipsorũ, sed & spiritus testimonio usi sunt? Et non dixerunt, quem dedit nobis, sed obedientibus, simul & modestiam seruantes, & magnũ illud docẽtes, quod & illi possent accipere. Vide quo & uerbis & operibus eruditurunt, & non attendebãt, ut iusta illis condẽnatio fiat: nam & pp hoc deus sinebat illos in iudiciũ duci, ut & illi erudirentur, siquidẽ discere uoluissent. *Hæc autẽ cum audissent, dissecabantur, & consultabant, ut interficerent illos.* Vide excellentem malitiam, oportebat ex his q̃ audierãt, perterreri: illi autem dissecabantur, & cõsultabant illum ut sine causa occiderent. Sed necessarium est iterũ lecta uidere: *Angelus autẽ domini per noctem aperuit fores carceris, & eductis illis dixit, Ite, & stantes loquamini in templo uerba uitæ huius.* Eductis: nõ ille eduxit eos, sed pmittit, ut & hac ratione ipsi imperterriti essent: qd & ostenderunt, nocte ingressi in tẽplũ & docẽtes. Si aũt emisissent illos custodes, effugissent: siquidẽ persuasi exiissent, immo si eos illi emisissent, neutiquã in tẽplo docuissent, sed fugissent. Hoc aũt nullus est tam insipiens, ut nõ uideat. Nõne ẽt atque etiã præcepimus K uobis? Igitur siquidem & illi uobis obediissent, bene argueritis. Sed quia & tunc dixerunt, se nõ obeditu ros, superfluæ sunt illę correctiones. Vide criminum cõtextum, & magna insipientiam. Voluntates nunc Iudæorũ cædis auidas ostendere uolunt, quòd non propter ueritatem hęc faciant, sed ut sese ulciscãtur. Propter hoc apostoli illis nõ respondent audacter. Doctores.n. fuerunt, quanuis quis est, qui si ciuitatẽ totam reparasset, tantam habens gratiam, non dixisset ac locutus esset magnũ quiddã. At illi non fecerunt, neq; enim irascebantur, sed miserabãtur illos & lachrymabantur: & cõsiderabant, quo illos liberent ab errore & furore, & non iam dicunt illis, Vos iudicate, sed affirmant dicentes: *Quẽ deus suscitauit.* Per hoc manifestãtes, quòd iuxta metẽ ac sententiã dei hæc facta sint. Non dixerunt aũt, quod non dixi mus uobis ẽt tunc: Nos nõ possumus, quæ uidimus & audiuimus non loqui. Non enim erant ambitiosi ac glorioſi. Sed iterũ eadẽ dicunt, crucem ac resurrectionem. Et non dicunt quare crucifixus est, quod pro nobis: sed insinuant quidẽ, nondũ autẽ manifeL stè, iam illos terrere uolentes, Dic oro qualis est hæc rhetorice hoc loco? Nulla. Sic absq; apparatu euãgelium uitæ prædicatur. Dicit & ad quid. nẽpe ut det pœnitentiã, adducẽs & remissionẽ peccatorũ Israeli. At hæc tunc non uidebãtur probabilia, dicũt: Quid dicis? & quo nõ erãt probabilia, quibus neque principes, neq; multitudo contradicere poterat? sed ora quidem illorũ obturabantur, hæc aũt docebantur: *Ac nos, inquit, testes horum uerborũ sumus.* Quorum? quòd remissionẽ ac pœnitentiam promisit. Nam resurrectio quidem erat iam ex cõfesso. Quòd autem remissionẽ dat, nos testes sumus, & spiritus sanctus qui nõ aduenisset, peccatis antea nondũ solutis, atq; adeò argumentũ hoc dubitatione ac controuersia caret. Remissionẽ peccatorum audis miser, & quòd pœnam non exigit, & uis occidere? Quanta est hæc malitia? Quãuis oportuerat falsa docẽtes redarguere, ẽt si non possent persuaderi. Si aũt non uoluissent persuaderi, non occidere, quid.n. opus erat cæde? At illi præ furore, neq; sciebãt quid factũ. Vide, quomodo hic ut recordati sunt facinoris, de remissione etiã M loquuntur: ostendentes facta quidẽ morte digna, q̃ autem dantur, tanquàm relipiscentibus data. Quomodo aliter quis persuaderet illis? Num quasi bene egissent diceret? Et uide malignitatem. Sadducęi illis astãt, q maximè de resurrectione dolebãt, sed nihil à malitia lucrifecerũt. At dixerit fortasse qs, Et quis homo assecutus tãta bona, quãta apostoli, nõ esset magnus? Sed uidere te uelim, quo priusquã hanc gratiã consecuti sint, fuerũt simul perseuerantes in oratione, & fisi sunt superno auxilio. Et tu dilecte, speras regnũ cœlorũ, nihilq; sustines? Et tu spiritũ accepisti, sed nõ talia pateris, neq; periclitaris. Illi aũt priusq̃ à prioribus respirarẽt, iterũ ad illa ducuntur. Illud aũt ipsum, non uana gloria inflari, quantũ est bonũ? Cũ tanta mansuetudine loqui, quãtũ est lucrũ? Non autem omnia gratię miraculorũ erant, sed ẽt studij illorũ magnæ coniecturę. Nam quod in illis, ea quæ gratiæ erãt fulgebant: illorũ diligẽtię erat. Itaq; uide statim ab initio, quã solicitus sit Petrus, quã sobrius & uigilãs: quomodo credẽtes, pecunias abiiciebãt, nihil proprium habebant. In oratione erãt, concordiam præ se ferebãt, in ieiuniis uersabãtur. Hęc quã-

A tæ gratiæ, dic oro. Idcirco & per eos facit fieri reprehensionẽ à ministris illorum, qui ẽt sicut apud Chri Ioan.7.g stũ dicebãt missi: Nunq̃ sic homo locutus est, sicut hic homo. Annunciauerũt reuersi q̃ scilicet uiderãt. Tu aũt considera hoc loco & illorũ consuetudinẽ, quo cædũt, & principis sacerdotũ fictam mentem. Mansuetè enim hinc illis loquitur, utpote timens, & prohibere magis uolebat q̃ occidere, quoniam hoc non poterat, atq; ita oẽs monet, etiam extremũ illis impendere periculũ. *Vultis, inquit, inducere super nos sanguinem hominis illius?* Adhuc homo illis esse uidetur. Sic dixit, ostendens quòd necessariũ illis fuerit pcipere. Sed uide ẽt Petrum quid dixerit: *Hũc deus principem & seruatorem exaltauit dextera sua ut daret pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum.* Hic nõ meminit gentiũ, ut ne det ansam. *Et uolebant, inquit, occidere illos.* Vide iterũ illos in angustia & dolore, istos aũt in lætitia & uoluptate, non simpliciter dolebãt, sed dissecabantur. Hoc est profectò malè habere, quemadmodum & hìc uidere licet: In uinculis erãt Simile. isti, & sistebantur in iudicio, & qui iudicabant erant B anxij, consilijq; expertes. nam sicut qui adamantem percutit, ipse sibi plagã infert, ita & hi. nam uidebant γνώμη. non solũ horum libertatem non impediri, sed prędicationem ẽt magis augeri, & imperterritos illos etiã non data occasione, loqui. Imitemur hos dilecti etiã nos, & imperteriti simus i oibus molestijs. Ei enim qui timet deũ iam nihil graue est, sed sunt grauia in his qui nõ timent. Qui.n. per uirtutem passiones uincit, & res præsentes tanq̃ umbram prætercurrit: quo ab aliquo patietur malũ? quem timebit? uel cur grauia putabit? Itaq; confugiamus ad petrã illam incõcussam. Si quis nobis ciuitatem construxisset, & murum apposuisset, immo si segregasset nos in terrã, in qua nullus obturbat, & oẽm abundantiam suppeditet, nõ sinens nos cũ ullo habere negocium: nõ constituisset nos in tanta securitate, quanta Christus. Sit igitur si placet & ciuitas Aenea, murũ undequaq; habẽs fortem ac inexpugnabilem, nullus illi adhæreat hostis, uberem terrã habeat ac pinguem, asit etiam aliarum rerum abundantia, stent ẽt ciues mansueti C ac amabiles, & nullus illic appareat uir malefactor, fur, manticularius, calumniator, forumq; iudicis nullum, sed solũ cõtractus pacifici, & hanc habitemus ciuitatem: neq; sic tamẽ securè uiueretur. Quare? qa necesse foret, & à seruis, & ab uxore & à pueris differre, multiq; mœroris esset occasio. Hic aũt nihil tale, non enim offenderet ẽt quod mœrorẽ exhibet: sed hoc mirabile, quòd ipsa q negocium uidentur exhibere, illa potissimum, omnis gaudij ac lætitiæ essent causa. Dic oro quamobrẽ illi contristaturi sunt, uel stomachaturi? Vis afferamus quendã in mediũ? Stet quis ex principibus, magnas possideat opes, ciuitatẽ inhabitet regiam, negociũ cum nullo habeat, delicietur solũ, & huic rei soli uacet, sedens in uertice honorum, deliciarum, ac diuitiarũ: opponat aũt illis quis Petrum in uinculis, & sexcentis molestijs si placet, & hunc inueniemus multò magis in delicijs, nã quãdo tanta gaudij abundantia erit sicut oblectari in uinculis, cogita quanta erit gaudij magnitudo. Sicut ij qui in magno sunt principatu, quæcunq; illis grauia accidunt, non sentiunt, sed perdurant in gaudio: sic sanè & hi, propter illa ipsa enim magis gaudebant, neq; enim ratione poterit quis cõprehendere uoluptatem, quantam habent ij qui pp Christum graue quiddã patiuntur: nam multò magis gaudẽt i malis D q̃ in bonis. Siquis dilexerit Christũ, scit quid dicam. Iam qd: securitatis ne gratia, fugituri sunt mala? Sed quis dic, oro, innumeras possidens diuitias tanta pericula posset effugere, cũ tantis gẽtibus cõuersans, si sola reipublicæ administratio transferatur? Hi autẽ quasi ex præcepto regio perficiebant, imo & multò facilius. Nõ.n. sic regũ præceptũ, ut illorum uerba, omnia perfecerunt. Regiũ.n. præceptũ necessario cogit, hi autẽ uoluntarios ac spontaneos, & maximas gratias habentes. Quale præceptũ regium, oẽs pecunias relinquere, animæ persuaserit, ac contẽnere domum, patriã, cognatos, & salutem suam: sed sunt piscatorum ac pellionũ uoces tam potentes, atq; ita ẽt in uoluptate erant & potentiores ac fortiores omnibus. Etiã, inquit, concedo quòd illi, quia signa faciebant. Qui aũt credebant, dic oro, quę signa fecerũt, tria milia & quinq; milia, q & in exultatione magna uersabantur. Meritò. nam omniũ mœrorum sustentatio, diuitiarũ cupiditas exposa erat. Illa.n. & bellorum, & contentionũ, & tristitiæ ac mœroris, & omniũ malorũ causa erat, q̃ uitam facit molestam & tri E stiorẽ, illa est. Et inueniet quis plures qui mœrorẽ habent diuites q̃ pauperes. Si aũt non uidetur quibusdam sic esse, hoc contingit: nõ quòd ea sit rerũ natura, sed quòd talis est eorum opinio. Iam si & diuites habẽt aliquid uoluptatis, haud mirũ est: nam & qui scabie pleni sunt, sunt i magna uoluptate. Quòd aũt & diuites ab illis nõ differant, & sit illis eiusmodi anima, manifestũ inde: contristant illos curæ, attamen uolunt in illis detineri pp uoluptatẽ momentaneã. Qui aũt ab his liberi, in sanitate sunt & extra mœrorem. Vtrum suauius dic, oro, & utrum securius? pro uno, de pane & uestibus esse solicitũ, an pro multis, & seruis, & liberis qui pro seipsis non sint anxij? Quẽ admodũ enim hic pro seipso timet, ita & tu pro his qui à tuo capite pendent. Et quare nam fugienda uidetur paupertas, inquit? Quoniam hoc multis ẽt de alijs uirtutibus uidetur, q̃ sanè per se nõ sunt fugiendæ, sed pp eum qui ægrè operatur. Igitur & illa non est fugienda: sed ita uidetur ei qui ægrè amplectitur, F atq; adeò si quis illã ferre posset, utiq; nõ esset deprecabilis. Quare.n illam apostoli deprecati non sunt? quare multi ẽt eligunt illam? Et non solũ non deprecantur, sed ẽt aduolãt: nam quod reuera horrendũ, nequaquã eligibile est, nisi ab insanis. Si aũt philosophi qui inter hoies sublimiores fuerunt ad hanc uenerunt, quasi ad securum prædiũ & morbis nõ obnoxium, neq; mirabile si alijs non uideatur. Nam dues quidem nihil aliud mihi esse uidetur, quã ciuitas absq; muris in agro sita, & undiq; insidiantib⁹ exposita. Paupertas uerò securũ præsidiũ, æreis muris & expugnatu difficile. At dixerit quis, res cõtrario se habet modo: hi.n. sæpe ad tribunal trahuntur, hi sunt qui sæpe affliguntur, qui malè habẽt. Non pauperes simpliciter, sed pauperes qdẽ qui ditari uolunt. Ego aũt nõ de illis loquor, sed de ijs quibus studiũ est in paupertate uersari. Dic.n. oro mihi, quare nullus eos qui in mõtibus habitant, trahit ad iudicẽ, quanuis si illi qui pauperiores magis trahuntur ad iudicẽ, hos omniũ maximè oportebat? Quare aũt mendicãtes nullus trahit ad iudicẽ? Quare nullus cogit, nullus calumniatur? Nõne quia in securiori loco habitant? Quàm multis autem infœliciſsimum uidetur esse pauperem & mendicare? Quid igitur? Estne bo-

Universidad de Deusto Biblioteca

Gnum mẽdicare? Bonũ inquã, si esset q cõsolaretur & misereretur: si esset suppeditãs, uitã sic ociosam & securam oẽs probarẽt. Ego aũt non hoc laudo, absit: sed ita, ut quis opes nõ desideret. Dic oro mihi, utrũ dixeris magis beatũ, eum qui uirtutis studiosus est, uel eũ qui procul ab ea est? Certũ, quòd studiosum. Vter igitur studiosus ad cognoscẽdũ qd utile ac clarũ in philosophia, hic uel ille? oĩbus manifestũ, quòd hic. Si aũt nõ credis, disce. Ducatur à foro mendicantiũ aliquis, & ille qdẽ sit cæcus, claudus, mãcus: alius uerò quidam, aspectu formosus, corpore robustus, undequaq; delicatus, pecunijs affluẽs, genere ac potẽtia clarus: ducamus itaq; hos in philosophiæ schola, & uideamus uter illorũ doctrinæ sit capacior. Sit igitur primũ præceptũ, humilis sis & mitis: hoc n. Christus præcepit. Vter horũ, magis perficiet qd præ
Mat.5.a ceptũ, hic uel ille? Beati qui lugẽt: uter magis adhibebit dicto fidẽ? beati humiles, Vter magis audiet? beati mũdo corde, beati esurientes ac sitientes iustitiã, beati persecutionẽ passi pp iustitiã: uter facilius hæc amplexabitur? & si uis, adaptemus hæc oĩbus: nõne
H ille quidẽ ardet ac inflatur undiq;? Hic aũt humiliter sapit semper, & per oĩa demissior est? certũ quòd ita est, id quod & externus uersiculus testatur. Seruus quidẽ Epictetus, corpore incuruus, paupertate Irus, & amicus immortaliũ: & ita qdẽ habet pauper. Diuitis aũt anima, oĩbus plena est malis, arrogãtia, uana gloria, concupiscẽtijs innumeris, ira & furore, auaritia, iniustitia, & omni alio. Itaq; certum quòd hęc ad philosophiam magis idonea, q̃ illa. Omnino quæritis discere, utrũ magis suaue? Hoc. n. à multis queri uideo, siquidẽ ista uita suauior, & nec de hoc ambigẽdum: nam qui sanior, idẽ & suauius agit. Vter autem dic mihi de lege q̃ proposita, siquidẽ eam perficere uelimus, magis idoneus? Ipse dico aptiorẽ pauperẽ, q̃ diuitẽ. Vter facilius iurabit, qui iracsitur filijs, an q cum plurimis habet negocium? Nónne qui pro uno de pane ac uestibus est solicitus? hic neq; iuramentis opus habet si uoluerit, sed semper in mansuetudine uersatur: immo qui doctus est nõ iurandũ, is ẽt faciẽ opes contẽnet: & ubiq; illũ uidebit quis uirtutũ sectantem uias, & oẽs quæ ferunt ad mãsuetudinẽ, ad
I opum despicabilitatẽ, ad pietatem, ad cõpositionẽ ac moderantiã animæ, ad copunctionem. Ne simus ergo negligẽtes dilecti, sed iterum oẽm adhibeamus diligentiã: & hi quidẽ qui se correxerint ac bene egerint, ut quod correctũ est cõseruent, ita ut non facilè defluãt, & retrorsum abeant: qui aũt reliqui adhuc, & excitentur ac operam dent, ac posthac impleant. & ij quidẽ qui iam rectè uiuunt, eis qui nondum potuerunt quasi in pelago natantibus, manũ porrigãt in portu, quò non iurent, susçipiãt. Portus enim quidem securus est, nõ iurare. Portus in quo à uẽtis impetuosis qs nõ submergitur. Nã licẽt ira, licẽt furor, licẽt insultus efferuescat, licẽt quidlibet sit, anima in securitate cõstituitur, & ita neq; eiiciat aliquid eorũ
Mat.6.d quæ nõ oportet dicta esse. Non. n. sibi necessariã putauit legem. Vide quid pp iuramentũ facit Herodes, caput præcursoris amputauit, Propter iuramentum enim, inquit, ac discumbentes nolebat illã repulsam
2.Re.21.b pati. Quid propter iuramentũ passæ sunt tribus infestæ tribui Beniamin? Quid pp iuramẽtum passus est
Ioſ.9.c.d Saul? nam ille quidem adiurauit, Herodes aũt etiam homicidium periurio peius cõmisit. Iterum Iesus pp iuramentum Gabaonitis factum, qualia passus est cognouit. Satanæ. n. laqueus est iurare, dissũpamus K igitur funes & facilè contra oẽm custodiam cõsistemus, liberemur à laqueo satanæ. Timeamus dominicum præceptũ, consuetudinẽ optimam nobis uẽdicemus, ut progredientes in uia uirtutum, & hoc & alia mãdata perficiamus, ac assequamur bona promissa ijs qui diligunt illum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legis doctor, in pretio habitus apud totum populum, iussit ut paulisper secederent foras apostoli.
Homilia.xiiij.

h Ic Gamaliel Pauli præceptor fuit, & dignum admiratione, quòd tanto iudicio ualens ac legis doctor existens, nondũ crediderit, nõ poterat ille per oĩa manere incredulus, & manifestũ hoc ex uerbis illius, q̃ consulendo affert. *Iussit enim,* L inquit, *ut apostoli foras secederent.* Vide sapientiam & intelligentiam in concione, & quo illos statim perterruit, ita ut nulla suspicio esset, quòd eadẽ cum illis sentiret. sic ad eos qui eiusdẽ sniæ erat loquitur, neq; magna uehementia utitur, sed ut cũ uiris ebrij, furore ita dicit, *Viri Israelitæ attendite uobisipsis in hominibus illis quid facturi sitis.* Ne simpliciter neq; ita temerè, ait, feramini. *Ante illos enim dies surrexit Theudas dicens sese esse aliquem, cui adhæsit numerus uirorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes qui credebant ei dissipati sunt, & redacti sunt in nihilum.* Exemplis illos castigat, & illum qui plures deficere fecerat, posterius ponit. Itaq; antequã exempla diceret, inquit, Attendite uobis. Postquã aũt ostendit, affirmat dicens: *Et nunc dico uobis abstinete ab hominibus istis, & sinite illos. Post hunc surrexit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit magnum populum post se, & ille periit, & omnes quicunque paruerant illi dispersi sunt. & nunc dico uobis, abstinete ab omnibus illis, & sinite illos. Quia si fuerit ex hominibus consilium istud, uel opus, dissoluetur. Si autem ex deo est, non potestis dissoluere istud.* Quasi diceret, expectate: nam si & illi ex seip sis surrexerunt, nihil prohibebit etiam illos destrui: nequo pacto etiam cum deo pugnare inueniamini. Et sic per impossibile & per inutile auertit illos. Non dixit autem à quo interempti sint, sed simpliciter quòd occisi sint, fortasse in his quæ subdit quasi cõ comitans supponit docens: quod si quidem humanum est opus, nullis est nobis opus negocijs: si aũtẽ diuinum est, quicquid feceritis, nõ poteritis uincere. Sic sanè & sermo sapiens uidetur: Quia & persuasi fuerunt, ut non occiderent illos, sed solũ flagellarẽt. *Persuasi sunt aũt ab illo. & accersitos apostolos flagellauerunt, & præceperunt eis, ne loquantur in nomine Iesu, & dimiserunt illos.* Vide post quot miracula flagellãtur, nihilominus tamen doctrina iterum crescit. Etenim & in domo & in templo docebãt. *Et illi quidem gaudentes ibant à facie concilij, quòd digni habiti sunt pro nomine Christi, cõtumelia affici. Et quotidie in templo, & in singulis domibus non cessabant docere, & annunciare Iesum Christũ. In diebus illis numero discipulorum crescente, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quòd despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ illorum.*

A Non in illis omnino dicit diebus, sed quia hæc est cõsuetudo scripturæ ẽt futura aliquando, quasi deinceps facta dicit. Idcirco sic dixit: Helleniſtas aũt hoc est, Græcos opinor dici qui Græcè loquebantur. Hi enim Græcè loquebãtur, quãuis Hebręi essent. Ecce noua tẽtatio, imo & tu si uis cõsiderare, uidebis & intus & foris, bella iam ab initio esse. *Cæterũ duodecim illi quum iussissent adesse multitudinẽ discipulorũ, dixerunt: Non est placitũ relinquere nos uerbũ dei, & ministrare mensis.* Bene. Ea. n. quę magis necessaria, minus necessariis sunt præferenda. Vide autem quo statim & horum curam habeant, & prædicationẽ non negligunt. Quasi aũt magis uenerabiles illi essent, ideo & præferuntur. *Circunspicite igitur fratres uiros ex uobis spectatæ probitatis septẽ, plenos spiritu & sapientia, quos constituemus in hoc ministerio. Nos uerò deprecationi & ministerio uerbi incumbemus. Et placuit sermo corã omni populo, & elegerunt Stephanum uirum plenum fide ac spiritu sancto.* Vtique & illi pleni fide fuerunt, quos & elegerunt, ut ne eadẽ fierent sicut cũ Iuda, & cũ Anania ac Sapphira. *Et Philippũ, & Prochorũ, & Nicano-*
B *rem, & Timonẽ, & Parmenã, & Nicolaũ proselytũ Antiochenũ, quos statuerunt corã apostolis, & cũ orassent, imposuerunt eis manus, & sermo dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis ualde, multaq; turba sacerdotiũ obediebat fidei.* Sed uideamus iterum quę dicta sunt: *Viri attendite uobis.* Vide, oro hic Gamalielẽ quo cum mãsuetudine loquitur, & nõ dicit antiquas historias, quanuis haberet multas, sed recẽtiores, quæ ad confirmandã fidem dictorum plurimum momenti habebant. Ideo & cum occultatione insinuat dicens, *Nã ante hos dies.* Quasi manifestãs quòd non ante multos dies. Itaq; siquidem statim dixisset, *Dimittite uiros.* Et ipse uisus esset suspectus, & sermo eius non fuisset tam ualidus, cum exemplis autẽ suum robur accepit. Propter hoc nõ unius meminit, sed ẽt alterius, quanuis & tertium potuisset dicere ex abũdantia, & se bene dicere ostendens, & illos abducens à uoluntate sanguinaria. *Absistite ab hominibus.* Vide quã mansuetis moribus, & neq; longum sermonem, sed breuem facit, neque illorũ cum furore meminit. *Et quotquot paruerũt illi, dispersi sunt.*
C Hoc dicens, nihil in Christum blasphemat, sed quod uult maximè corrigit. *Si fuerit,* inquit, *ex hominibus, dissipabitur.* Hic & illos uidetur hortari, ut ratiocinetur ac colligant. Igitur quia non dissipatum est, non est humanũ. Nequo pacto, & cum deo pugnare inuenamini. Hoc dixit, impossibili, & inutili illos compescens. *Si autem ex deo est, non poteritis.* Non dixit, Si fuerit Christus deus. Opus enim hoc declarabat, neque asseruit quòd non humanum, nec quòd non diuinum, sed futuro tempori fidem permisit, ita ut psuadeat. At dicet quis, Si persuasit, quare flagellarũt? Non potuerunt non uidere quã indubitata iustitia, nihilominus tamen furorẽ suum impleuerunt. Et aliter: Et iterum hac ratione territuros se expectarunt. Gamaliel aũt apostolos non præsentes magis conciliabat, & sermonũ suauitate, & eorum quæ dicebãtur iustitia. Persuasit, quasi prædicabat & hic euangeliũ, immo quasi iustã sententiã contra illos proferebat. Credite, quòd non poteritis dissipare. Quare
Infr.23.c nõ credidistis? Tam magna prædicatio, qa & ab inimicis testimoniũ habet. Illic quadringenti surrexerant, & post hac iustã multitudo. Hi duodecim erãt primi. Ne igitur nobis spernenda sit multitudo quæ acceſit. *Si. n. fuerit ex hominibus opus hoc, dissoluetur.* D Poterat & aliũ Aegyptiũ dicere, sed superflua fuisset mentio eius. Vidisti quo terrore sermonẽ conclusit? Ideo & nõ affirmat simpliciter, ut ne uideatur pro illis dicere, sed ab euentu rei ratiocinatur. Non ausus est aũtẽ affirmare, quòd non humanũ esset, neq; ex deo. Quoniã si dixisset, quòd ex deo, contradixisset utique. Si aũt ex hoĩbus, iam iterum propensi fuissent facti ad insurgendum: eapropter iusit ut illi finẽ expectarent, dicens, Abstinete. Illi autem minantur iterũ, scientes quidem, quòd nihil efficiunt, facientes autẽ quod poterant. Talis enim res est malitia: Imposibilia sæpe attẽtat. *Post hunc autem surrexit Iudas.* Hæc si Iosephi historias inspexeritis, discetis euidentius, nam ille horum historiam conscribens, diligenter narrat uidisti quale ausus est dicere, qd ex deo: quando postea à rebus fidem accepit? Reuera magna fiducia, & à personarũ respectu plurimũ alienus animus. Persuasi autẽ sunt ab eo, & accersitos apostolos flagellarunt, ac dimiserunt eos. Reueriti sunt gloriã uiri, ideo & destiterunt ne occiderent apostolos: flagellatos aũt solũ dimiserunt. Itaq; illi profecti E sunt gaudẽtes à facie cõcilij, quòd pro nomine Chri *Sup.5.g* sti digni habiti sunt, qui contumeliam paterentur. Quibus signis hoc non magis admirabile est? Nusquam hoc apud ueteres contigit, quia & Hieremias flagellatus est, propter uerbum domini. Et Heliæ ac aliis minati sunt. Sed hic etiã ab hoc, & nõ à solis signis, uirtutem dei declararũt. Non dixit, quòd nõ dolebant, sed quòd dolentes gaudebant. Vnde manifestum? ex libertate dicendi, quæ post flagella sequebatur. Quocirca id manifestãs, *In templo,* inquit, *ac singulis domibus non cessabant docere ac annũciare Iesum Christũ. In diebus autẽ istis.* Quibus istis? Quãdo hæc fiebãt, quãdo flagella, quãdo minæ, quãdo multiplicabantur discipuli. *Tunc ortũ est murmur.* Hoc fortassis ob multitudinẽ uenit. Non. n. possunt omnia in multitudine tam exactè fieri. *Et magna turba sacerdotũ obediuit fidei.* Quia multi ex his credunt, à quibus Christo mors intentata. *Ortum est,* inquit, *murmur, quòd despicerẽtur in ministerio quotidiano uiduæ ipsorũ.* Itaq; quotidie ministrabãt uiduæ. Et uide quo & hic ministeriũ uocat, & non statim eleemosynam: ne & F hos qui darent, & eos qui acciperẽt, extolleret. Hoc non erat malitiæ, sed multitudinis forsan ignauia. Propter hoc proposuit etiã istud. Non paruum enim malum erat, unde opus ut statim corrigeretur. Vides quomodo principiò etiam mala erant, non foris tantum, sed etiam intus? Tu autem non solũ hoc attendas, quod corrigitur, sed etiam quòd magnũ malum fuerit. *Circunspicite igitur fratres, uiros ex uobis septem.* Non propria sententia faciunt, sed prius rationem reddunt multitudini. Sic & nũc fieri oportebat. *Non est placitum,* inquit, *ut relicto uerbo dei ministremus mensis.* Principiò absurdum ponit, ostendẽs, quòd non possit utrunque fieri accuratè: quoniam & quando Mathiam ordinaturi erant, primùm rei ostendunt necessitatem, eo quòd unus defecerat, & oportebat fieri duodecim. Etiam hic utilitatẽm ostendunt, sed hoc non fecerũt in principio, sed expectarunt, usque dum oriretur murmur, neque etiã expectauerunt, ut hoc supra modum fieret. Vide quod iudicium ipsis permiserunt, & præferũt eos, q omnibus placẽt, & ab oĩbus testimoniũ habẽt. Itaq; cũ Mathias præferẽdus esset, Oportet, dicebãt, ut ex *Sup.1.d*

G his uiris qui fuerunt nobiscū omni tempore. hic autem nō sic. Non enim erat tale negociū. Ideo & hoc non permiserunt sorti, neque cū possent ipsi spiritu moti eligere, hoc faciunt: sed magis statuunt quod multorum testimonijs approbabatur. Nam definire numerū, & ordinare, ēt hoc sibi uēdicant. Eligere au tē uiros illis permittunt, ut ne uideantur ipsi in gra-
Num.16. tiam quorūdam agere. Quoniā & deus Mosi permit
b.&.13.a tit eligere uiros quos ipse sciebat. Etenim sapientia multa opus est in huiuscemodi dispēsationib⁹. Profectò non est existimandū, quoniā rationē non reddiderunt, ideo non opus esse talibus sapientia. Magna enim indigent. *Nos autem*, inquit, *orationi, & ministerio uerbi incumbemus*. Et incipiendo, & finiēdo rationem reddunt. *Incumbemus*, inquit. Sic enim oportebat non simpliciter, neq; sine opera, sed cum perse uerātia incumbere. *Et placuit*, inquit, *sermo corā omni populo*. Et hoc illorū sapientiæ congruebat. Omnes dictum laudabant, & sic sapientia declarabatur. *Elegerunt*, inquit. Iterū illi eligunt. *Stephanum uirū plenū fide ac spiritu sancto, & Philippum, & Prochorū, &* H *Nicanorē, & Timonem, & Parmenā, & Nicolaum proselytum Antiochenum, quos statuerunt coram apostolis, & cū orassent, imposuerunt illis manus*. Ex hoc manifestum, quòd segregauerunt illos à multitudine. Et illi trahunt, non apostoli ducunt. Vide quō cōscriptor nō est superfluus. Non enim dicit, Quomodo: sed simpliciter quòd ordinati sunt per preces. Hoc enim est chirotonia, id est, ordinatio. Manus uiro superponitur, totum aūt deus operatur: & illius est manus, q̄ eius qui ordinatur, caput contingit, si quemadmodum oportet, ordinatur. *Et sermo*, inquit, *dei creuit, & multiplicatus est numerus discipulorum*. Non simpliciter hoc dixit, sed ut ostendat, quanta sit uis eleemosynę ac ordinis bene instituti. Et quoniā narraturus est posteà de Stephano, ideo & causas illorū præmittit. *Et multi*, inqt, *sacerdotes obediebant fidei*. Quoniam. n. uidebant principem ac doctorē hæc affirmasse, ex operibus iam periculū faciebant. Et admiratione dignū est, quòd populus nō scindebatur, in electione uirorū, quo apostoli ab illis non reproba-
I ti sunt. Quantā autē dignitatem habuerūt hi, & qua lem acceperunt ordinationē, necessariū erit discere. Nunquid eam quę est diaconorū? Et profectò hoc in ecclesiis non est, sed presbyterorū est hæc dispēsatio, tametsi nullus adhuc esset episcop⁹, sed apostoli soli: unde neque diaconorū, neq; presbyterorū puto mē esse opinor, quod clarū ac manifestum: sed tunc in hoc fuerunt ordinati. Et nō frigidè ac simpliciter potestas eis cōcredita, sed apprecabantur, ut fieret illis hæc potestas. Vide aūt oro, si septem uiris in hoc opus erat: tantę fortasis affluebāt opes, totq; uidua-
rū erat multitudo. Itaq; nō simpliciter preces fiebāt, sed cū multa attētione: & hoc fiebat, sicut p̄dicatio: plura. n. illis perficiebant. Sic ad spiritualia ista adnumerabantur, sic & ad profectiones mittebantur, sic hi sermonē in manus acceperunt. Et nō dicit, neque extollit illos: sed quòd nō placitū opus datum relinquere. Ita erāt à Mose eruditi, ne oia tractēt. Propter
Gala.2.b hoc & Paulus inquit, Tantū ut memores pauperū essemus. Discę autem, quo & antecesserunt hos: Ieiunabant, intenti erant precibus. Hoc etiā nunc fieri oportebat. Non aūt simpliciter spirituales, sed spiritu philosophia plenos dixit, ostendēs quòd magna philosophia ferebant accusationē uiduarū. Quę. n. utilitas, quando non per furtū, sed nihilominus cuncta pereunt, si despensator uel temerarius sit & exacerbetur? Etenim hoc nomine ēt Philippus admirabilis erat. De illo enim dicit, *Et cū ingressi in domū Philippi euangelistæ, qui unus erat ex septē, mansimus apud illum*. Vides nihil humano more dispensari. *Et crescebat numerus discipulorū in Hierusalē*. In Hierosolymis crescebat multitudo. Mirabile, ibi occisus est Christus, & illic creuit prædicatio, & nō solū non sunt offensi quidā ex discipulis, uidentes apostolos quidē flagellari, alios autē fugari, alios spiritus tentare, alios obmurmurare, sed & sic credētiū numerus augebatur, ita emendabatur, ex eo quod Ananię acSup.5.d
derat, & maior timor illis fiebat. Vide aūt oro, quō creuerit multitudo: post tentationes tunc creuit, nō anteà. Considera aūt, quanta & benignitas dei, ex illis enim principibus sacerdotū, qui ad cædē turbam
Mat.27.f exasperarāt, qui talia clamarāt, & dixerant, Alios saluos fecit, seipsum saluum facere nequit. Ex his multi inquit, obediebant fidei. Illius igitur & nos fiamus imitatores. *Suscepit illos, & emisit*. Ita & nos inimicos, qui innumera nobis mala fecerūt, beneficiis afficiamus: siqdē habere uolumus bona, illis exhibeam⁹, ne benefaciendo prætereamus. Si. n. mala ferēda, dū impletur illorū furor, multò magis ēt si benefacim⁹. Hoc enim illo non est minus. Non est enim idem benefacere inimico, & maiora uoluisse pati, uel uelle, ab hoc etiam ad illa ueniemus. Hæc dignitas est discipulorum Christi. Crucifixerant illū, qui ad benefaciendum illis uenerat, discipulos illius flagellarāt, & posteà in eundē cū discipulis honorē ducit, & similiter sua illis communicauit. Imitatores fiamus oro Christi. In hoc decet imitari illū. Hoc ęqualem facit deo. Hoc plus est q̄ humanū. Vacemus eleemosynę. Hæc pædagoga & magistra illius philosophiæ est. Qui didicit misereri eius qui in calamitate, discet ēt nō reminisci malorū sibi irrogatorū, ac inimicis benefacere poterit. Discam⁹ proximorū malis cōfringi, & cōpati, & discemus ēt illorū mala ferre. illū interrogemus, qui ēt malè erga nos affectus est, an nō cō demnet seipsum, an nō uelit resipiscere, an non totū esse dicat irę uel pusillanimitatis, uel miserię, an uelit esse is q cōtumeliā ferat & sileat, & nō cōtumeliā in-M
ferēs ac insaniēs, & admiratus passum abeat. Ne putes, quòd hoc cōptibiles facit. Cōtumelia afficere nō tā uenerabiles facit, atq; cōtumelias ferre. Ille. n. est cōtumeliosus, hic uerò philosophus: & ille quidē homine peior, hic uerò angelis par. Licèt. n. minor fuerit, eo qui cōtumeliā fecerit: attamē si uoluisset, potēs fuisset ulcisci. Et aliter, Etiā ab oibus misericordiā cōsequetur hic quidē, ille uerò exosus erit. Quid igitur? None hinc ēt ille multò melior erit: illū enim ut insanientē, hunc uerò ut prudētem obseruabunt oēs. Quādo igitur cogeris, ut aliquē crimineris, dic ad illū: Non possum illi malè dicere. Timeo enim, ne fortè sit talis: maximè quidē in mente ne dicas, sed neq; alteri, ne in hoc cū deo pugnes. Si uideris uituperari quendam, adiuua. Dic passionis nō uiri uerba sunt, dic irę non amici, insaniæ non animæ. Hęc cogitemus de unoquoq; peccato. Nē expectes accendi ignem, sed anteà cōprime, ne exacerbes bestiā, sed neq; exacerbari sinas: non enim poteris illum compescere si flamma accendatur. Quid enim dixit, Insipiēs & stulte? Vtri igitur uerè imputatur, dicēti ne an audiēti: nā ille quidē licèt ualde sapiens, in stulti exi-

A stimatione erit: hic ēt licèt insipiens, sapiens ac philosophus habebitur. Vter insipiens dic oro, is ne q alteri dicit ea q̄ nō sunt, an is qui neq; sic mouetur: nam si sapientiæ est, ēt si mouearis non moueri, magnæ utiq; insipientiæ est, si nō mouearis quē plagis afficinondū dico, quis locus pœnæ repositus sit his, q talia opprobrāt & maledicūt. Sed cur ignobilem & exignobilibus, & uilē ac ex uilibus dixit? Iterū i seipsum couertit opprobriū. nam ille quidē uenerabilis apparet ac reuerendus: hic uerò uilis. Talia. n. tanq̄ opprobriū proferre, generis uilitatem inquā, animæ est reuera paruę. Qui aūt magnus & admirabilis erit, utpote q nihil tale sentit, sic afficitur quasi audiuisset, quòd haberet aliqd aliud præcellens. At adulterium ac alia dicet? Hic & ridere oportebat. Quando. n. lacessitur qui nō est conscius, nō habet locū ira. Cogitantes aūt & q̄ in medium producat uerba, neq; sic oportet dolere, id qđ postea unusquisq; discere potebit. Hoc iam reuelauit. Deinde oibus se fide indignū exhibuit, utpote nescіens proximorū mala tegere, &
B pegit, pœnas sibiipsi graues asciuit futuri iudicij, Nō enim hunc ut illū auersantur oēs, qui tegenda reuelat. Tu autē ne dixeris ea q̄ nosti, sed sile, si uis bonū nomen habere, non. n. subuertes q̄ dicta sunt, ac teges, sed ēt aliud facies bonū. Non. n. iam facies cōtra teipsum ferri sniam. Iam quispiam tibi maledicit? dic tu, Si omnia nosset, non hæc sola dixisset. Admirati estis cū stupore qđ dixi, atqui imitari oportet. Ideo enim omnia hęc q̄ ab exteris dicta sunt diximus, nō quòd non habeamus innumera talia in scripturis. Sed quòd magis hi possunt cōfundere, quoniam &
Mat.5.g scriptura nouit ad cōfusionem loqui, sicut quando
Hie.35.g dicit, Nōne & Ethnici hoc faciunt? Propheta aūt Hie
Num.12. remias filios Rechab in mediū adduxit, paternū mā
a datum præuaricari nequaquā uolētes. Maledicebat Maria Mosen, & ab illis statim expetijt pœnam, neq; cōcesit tanto tpe quanto disci poterat iniustū esse. At nos non sic, sed hoc maximè uolumus oēs discere, quòd non absq; pœna abijt. Quandiu de terra spiramus, nō potest ex una solū parte cōstare bellum. Trahes. n. insanientes ex utraq; parte, imo exacerba-
C bis, siue à dextra, siue à sinistra. Extinxisti furorem. Qui uerberat, si quidē habuerit eum qui nō patitur, magis extollitur, Si aūt patientem, magis destruitur, & in ipsum plaga cōuertitur. Nō. n. sic subuertit antagonistæ uim homo certaminum peritus, sicut homo qui iniuria afficitur, & nō uicissim contumelias infert: Confusus enim illo deinde abit & cōdemnatus. Primū quidem à conscientia. Secundum aūt ab omnibus qui uident. Et prouerbiū quoddā est, Qui honorat, seipsum honorat: ita ēt qui contumelia afficit, seipsum cōtumelia afficit. Nullus nos poterat iniuria afficere, iterū dico, nisi nosmetipsos: neq; pauperem me quis faciet, nisi ego meipsum. Age sic cōsideremus: Sit mihi anima pauper, & oēs in me pecunias erogent, qd inde? donec illa nō mutetur, oīa in uanū sunt. Sit mihi anima magna, & cuncti accipiāt pecunias meas, quid inde? donec illā nō feceris pauperem, nullū certè damnum. Sit mihi uita impura, & oēs cōtraria dicant de me: quid hoc? licèt dicāt, sed non ēt in mente suffragijs confirmant. Iterū sit mihi uita munda, & oēs contraria dicant. Et quid inde? Nam in conscientia sua condēnant. Non. n. persuasi dicunt. Nam quemadmodū non oportet celebrati credere, ita neq; accusationi. Et quid dico hęc? nul D
lus nobis insidiari unquā poterit, neq; accusatione ulla circundare si uoluerimus. Videamus aūt & sic, Trahat quis ad forū ac calumnietur, si uis ēt animā efferat. Et quid hoc si paulisper præter dignitatē hęc feras? Igitur hoc quidē istud malum est, quod pp meritum pateris? Sed cur? meritò ne oportebat? Dicam quid iterū. Philosophus quidā externus ubi audiuit, quòd quidam mortuus est, & quidā discipulorū dixit illi, Væ mihi quia iniustè. Ille conuersus, sed quid dicebat, Iustè ne uoluisses? At Ioannes, nōne iniustè ,,
mortuus est? Cui igitur magis ēt misereris, ei ne qui ,,
iustè mortuus, an ei qui iniustè? nōne hunc quidem miserū dicis, illū aūt & admiraris? Quid igitur iniuria affectus est homo, cum ab illa morte non solū magnū lucrum faciat, sed & nihil lædatur: nā si quidē ex immortali se cisset mortalem, fortasis detrimētum esset. Si aūt mortalē & in hac natura paulò pòst moriturum, accelerat, ut cum gloria mortem amplecta tur, quid damni? Sit nobis anima quæ bene compo sita, & nullū forinsecus erit damnū. Sed nō es in gloria? Et quid hoc? nam quod est in pecunijs, hoc etiā E
est in gloria. Si enim fuero magnificus, nullo opus erit. Si aūt uanæ gloriæ cupidus, quò plus cōtinget, hoc plus desiderabo: tūc aūt maximè clarus ero, & maiore gloria fruar, si cōptemsero gloriā. Hæc igitur scientes & gratiam habeamus Christo deo, qui talē uitā nobis largitus est, & ambiamus illum in gloriā illius: Quia ipsum decet gloria cū unigenito patre & sancto illius spiritu, in secula seculorum, Amen.

Stephanus autem plenus fide & uirtute, faciebat prodigia & signa magna in populo.

Homilia. xv.

Ide, quomodo ēt in illis septem unus cęteris
u præferebatur, & primatū habebat. Nā quāuis cōis omnium ordinatio, attamē ille maiorem sibi conciliarat gratiam. Ante illud tēpus nullum fecerat signum, at ubi manifestatus est, ut ostēdatur non sufficere solam gratiā, sed opus ēt ordinatione, ut spiritus sancti augmentum fiat. Quòd si & antè pleni spiritu, at id à lauacro. *Surrexerunt autem quidam ex synagoga*. Iterum uocat surrectionē, illorū F
exacerbationē & iram. Vide & hoc loco magnā multitudinem, immo aliā accusationis figurā. Nam post quàm Gamaliel illos prohibuerat, nequid contra illos attentent, aliam accusationem inducunt. *Surrexerunt autem quidam eorum ex synagoga quæ dicebatur Libertinorum, & Cyrenæorum & Alexandrinorum, & eorum qui à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano, & non potuerunt resistere sapientiæ & spiritui quo loquebatur: tunc subornarunt uiros, dicentes: audiuimus illum loquentem blasphema uerba contra Mosen ac deum*. Vt accusationem instituant, contra deum inquit, & cōtra Mosen loquitur. Idcirco & disputabant, ut cogerēt illum dicere aliquid. At ille postea apertius locutus est. Et forsan solū dicebat quiescere legē, uel non dicebat quidē, sed insinuabat: quoniā si dixisset manifestè, nō opus fuisset uiris subornatis, nec ēt falsis testibus. Variæ aūt synagogæ erant, Libertinorum, & Cyrenensiū. Sed Cyrenenses quidem ultra Alexādrinos siti sunt, qui & illic pro consuetudine q̄ tunc erat, habebant synagogas: fortasis autem & illic manserunt, ne cogerentur continuò migrare. Liber- *Libertini*
tini autē, qui à Romanis libertate donati erant, sic *nis, unde*
appellabantur. Potrò quemadmodum illic mora- *dicti.*

G bātur hoſpites multi,ita & ſynagogas habebāt multas,in qbus oportebat & legē legi,& preces fieri.Tu aūt cōſidera uelim qūo & hic, dum cogitur,docere attentat,& illi iterū per ſigna in inuidiā nō ſolū mouentur,ſed quoniā & legis cognitione ſuperior erat, illiſq; intolerabilis,falſos quoq; teſtes cōſtituūt. Nō uolūt.n.ſimplr occidere,ſed & cū ſuffragio,ut & gloriam ipſorum infament,& illis relictis ſic ad alios ueniant,hac ratione perterrentes ēt illos. Qui ēt non dixerunt,quòd loquatur,ſed quòd nō ceſſat loqui,au ēta ſicq; accuſatione. *Cōmouerunt q; presbyteros & ſcribas,atq; inuadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium,ſtatuerūt q; falſos teſtes,dicentes:Homo iſte non ceſſat loqui uerba blaſphema contra locum ſanctum hunc & legem.* Nō ceſſat,inquit,quaſi ille faciat opus, per hoc manifeſtantes:*Audiuimus enim eum dicentē, Ieſus Nazarenus iſte demolietur locum hunc,& mutabit mores quos tradidit uobis Moſes.* Ieſus,inquit, Nazarenus,magno cū conātu demolietur locū hunc, & mutabit mores.Hoc ēt Chriſtū accuſantes dicebāt:Quid deMat.27.e ſtruis tēplum dei? Multa.n.illis erat reuerentia erga H templū,utpote,& iuxta illud habitare uolētibus,& erga nomen Moſis. Et uide qūo duplex accuſatio. Demolietur,inquit,locū,& mutabis mores. Non ſolū aūt duplex,ſed & amara,& plena periculis. *Et cum inſpexiſſent illum omnes qui erant in concilio,uiderunt faciem illius,quaſi faciem angeli.* Sic poſſunt,& qui in minore gradu ſunt clareſcere. Et quid oro, hic minus habebat apoſtolis? nōne ſigna operatus eſt: nonne magnā dicendi libertatē præſe tulit? Viderūt faciem illius,quaſi faciem angeli inquit. Hoc igitur erat gratia,hoc & Moſis gloria erat. Videtur aūt mihi deus illum feciſſe tantæ gratiæ ac amabilē, ut ſtatim aſpectu terruerit illos. Poſſunt.n.facies & ſpirituali gratia plenæ eſſe,& deſiderantibus deſiderabiles, & odio habentibus reuerendæ ac terribiles. Vel hoc dixit ut
Cap.vij. cauſam,pp quam paſsi ſunt illū cōcionari. *Dixit autē princeps ſacerdotum:Num hæc ita ſe habent?* Vides qūo cum manſuetudine rogat, atq; ſine moleſtia. Eapp & ille benignis uerbis incipit:*Viri fratres & patres, audite,deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, cū eſſet in Meſopotamia, priuſquam moreretur in Charran.* Statim I ab initio opinionē illorum tollit, & per ea quę dicit, abſq; ſuſpicione, iſtruit nihil eſſe quodāmodo tēplū illud & inſtituta, nec uicturos illos prędicationem, deumq; ſemper oīa facere,nullo egentē inſtrumēto. Vide itaq; in his pulchrè contexi cocionē, & demonſtrari,quòd qui fruantur magna miſericordia, diuerſis deum retalient, & alio qui impoſsibilia attentent.
Gen.12.a Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ, & dixit ad illū:Egredere de terra tua, & ueni in terrā quam mōſtrauero tibi. Et tēplum nondū erat, & ſacrificiū nōdum erat,& dei cōſpectū aſſecutus fuit Abrahā, licēt ēt progenitores haberet Perſas, & in aliena terra eſſet. Et quare in principio uocat deū, gloriæ deū? quoniā ignobiles glorioſos fecit,& ut doceat,quòd ſi illos glorificauit,multò magis ipſos. Vides qūo illos à corporalibus abducit,& à loco primū,quoniā de loco ſermo erat. Si gloriæ deus, manifeſtū quòd non opus habet noſtra gloria,neq; ea q̄ eſt per templum. Ipſe.n.eſt fons gloriæ, ne igitur putetis hac ratione ipſum glorificari,& qūo,inquit, ſcriptura hoc non dixit de patre Abrahami? Quia nō eſt multiloqua in his quæ non multū neceſſaria. Hoc ſolū nos docuit,quod uidens abire filium,ierit cū eo: Quod aūt amplius nō enarrauit,eo quòd mortuus eſt,nō K multò poſteaquā habitauit in Charris. Exi à cognatione tua. Hic oſtendit quòd non ſunt ipſi filij Abrahæ. Qūo? quia ille credulus erat: ipſi aūtē incredduli. Immo iubens diſcere ex his quæ faciebat, quòd ille quidem labores ſuſtinuit: ipſi uerò fructus metant, & quòd oēs progenitores fuerint in uariorum malorum tolerantia. *Et egreſſus ex terra Chaldæorum habitauit in Charran, & illinc poſtquàm mortuus eſt pater ſuus, fecit habitare illum in terra hac, in qua uos quidem nunc habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in illa, neq;ueſtigium pedis.* Vide qūo illos à terra abducit. Nō.n. dixit,Dabit: ſed,non dedit: manifeſtās quòd oīa ab illo,& nihil ab ipſis. Venit enim relicta cognatione ac patria. Quare igitur nō dedit? quia figura erat alterius terræ,& promiſit ſe eam daturū illi. Vides quòd nō ſimpliciter iterum ſermonem reſumit. Nō dedit, inquit,illi,& promiſit ēt ſemini illius poſt eum, cum non eſſet illi filius. Iterum potētia dei hinc oſtēditur, & quòd abſque omni adminiculo oīa facere queat. Eum enim qui Perſide erat,ac tantū aberat, dixit ſe Palæſtinæ dominum facturum. Sed iterū uideamus L quæ dicta: *Et intuentes eum omnes,* inquit,*uidebant faciem illius quaſi faciem angeli.* Vnde in Stephano gratia illa florebat? nunquid à fide? manifeſtū quòd ſuprà teſtimonium accepit, quia fide plenus erat. Fieri aūt poteſt,ut fidē quis habeat abſq; ſanationū gratia. Nam alij quidem data eſt gratia ſanationum: alij 1.Cor.12 uerò ſermo ſapientiæ. Hic aūt mihi uidetur inſinuare illum fuiſſe facie amabilem,dicendo: uidi faciem illius quaſi faciem angeli,quod & de Barnaba teſtificantur. Vnde ſcimus ſimplices & innocētes in admiratione eſſe,maximè ſi tam gratioſo uultu ſint. Tūc ſubornarunt uiros dicentes: Audiuimus illum dicentem uerba blaſphema. De apoſtolis quidē dicebāt, quòd reſurrectionem annunciarint, & quòd multa turba affluat. Hic aūt,quòd & ſanabātur. O inſipientiam,pro quibus oportebat gratias agere,pro his redarguebantur,& ijs qui reipſa prævalebant,prævalituros ſe uerbis cōfidebant. Id quod & Chriſto faciebant,& ſemper ad ſermones illos ſe cōuertebāt. Erubeſcebant.n.ita ſimpliciter illos rapere nihil habentes,qđ obiicerent. Et uide qūo neq; illi teſtificantur, M qui iudicabant,reprehenſi enim fuiſſent,ſed ſimpliciter alios cōducunt,ut ne uideatur uiolentū opus. Id quod etiā Chriſto feciſſe eos quis uiderit. Vidiſti prædicationis uim,& qūo dum flagellabantur,& lapidabantur prævalet, atq; ēt dum ad tribunal ducūtur,& undiq; fugantur? Hinc & falſis teſtibus non ſolùm prævalent,ſed neq; hi obſiſtere ualebant, quanuis ualde impudentes, ſic illos uiolenter capit, idq; cū multa non perſuaſibilia & incōuenientia ſicut & contra Chriſtum afferrent,nihil omittētes quod ad mortem illius faciebat,ut omnibus manifeſtum fieret non eſſe humanum bellum, ſed dei cum hominibus. Conſidera autem & quid dicant hi qui ſtatuebant falſos teſtes,hi qui ſanguinaria mente illum in conciliū rapuerant. *Audiuimus illum dicentē uerba blaſphema cōtra Moſen ac deū.* O impudentes opera facitis blaſphema contra deum, & non curatis, & Moſis curam uobis eſſe ſimulatis? Idcirco illis datus eſt eis Moſes, quia ea quæ dei non ualde curæ erant, ſemper autem Moſi meminerunt: Moſes dicentes ille qui eduxit nos, ambiguæ fidei populum irritantes. Iam quomodo homo blaſphemus uince-

A ret? quomodo autē & ſic blaſphemus ſigna faceret talia in populo? At tanta res eſt inuidia,ſtultos effiSup.6.d. ciēs captos,ut neq; cōtueantur q̄ uidēt. Audiuimus illum,inquit, loquentē uerba blaſphema contra Moſen ac deum. & iterū,Hic homo non ceſſat loqui,cōtra locum ſanctū,& legem,adiicientes: Quę tradidit uobis Moſes. Non iam dicunt deus. Vides qūo illum ob auerſam & turbatā rempublicam impietatis accuſant? Quòd autem nō potuerit ille talia loqui,nec fuerit tam audax,omnibus eſt manifeſtū,tam mitis erat,atq; adeò in facie cernebatur. Igitur ubi quidem non calumniabantur, nihil tale inqt ſcriptura. Quoniam aūtē totum hoc loco calumnia eſt, merito illā corrigit deus,atq; adeò ipſo aſpectu. Itaque apoſtoli nō patiebantur calumniā ſed prohibebantur: hic autem & calumniam fert, pp hoc & ante oīa facies ipſa defendit ac excuſat. Fortaſsis hoc & pontificē terruerat. Vt autē dixit,quòd promiſerat,oſtendit promiſsionem ante locum factā, ante circunciſionē,an te ſacrificium,ante templū, & quòd hi ut par fuiſſet, non acceperant, neq; circunciſionē,neq; legē: ſed ter
B ra,obedientiæ ſolius merces erat, ſed neq; circunciſione data promiſsio impletur. Et quòd figura fuerit,ēt patriā relinquere ac cognationē, deo iubente. Illa.n.patria quoquò duxerit deus, & hæreditatē hic nō accepit. Et quod ſiquis diligenter inquirat, Perſæ ſunt Iudæi. Et hic diſce,quòd abſq; ſignis obedire oportet deo,licēt grauia quædā cōtingant. Quoniā & patriarcha etiā relicto ſepulchro paterno, ac oībus obtēperauit deo. Si autē illius pater nō fuit ei ſocius profectionis in Palæſtinā,eo quòd infidelis erat,mulGen.12.b to magis pueri nō erunt ſocij ac participes, licēt ma& 15.d. gnā partē uiq; eant,ſi patris uirtutē nō ſuerint imitati. Et promiſit ut illā daret illi ac ſemini eius, inqt, poſt illum. Magna etiā hic dei miſericordia oſtenditur,ac Abrahæ fides, quòd obedit quū non eſſet illi filius. Hoc oſtendit obedientiā ac fidē. Quanuis ea q̄ facta diuerſum mōſtrabant, utputa,quòd poſtquā uenerſent,nō habuit ueſtigiū pedis: id ſanè fidei contrariū erat. Hæc conſiderantes etiā nos, quæ ſcilicet promiſerit deus, recipiam⁹ etiā ſi aduerſa fuerint ea quę fiunt,quanuis nobis non ſunt aduerſa,ſed ualde congrua. Nā ibi qdē,ſi fuerint promiſsiones,& contraria fierent, reuera ſunt aduerſa: apud nos autē ſecus eſt:
C nam hic quidē afflictionē dixit, illic uerò refrigeriū. Quur confundimus tēpora, quur q̄ ſurſum ſunt,infra facim⁹? Tribularis dic oro,qa in paupertate agis & turbaris propterea? ne turberis, turbatione.n. dignum foret, ſi illic tribulandus eſſes. Hęc.n.tribulaIoan.11.a tio refrigerij cauſa eſt. Infirmitas iſta, inqt,nō eſt ad mortem. Illa tribulatio pœna,hæc diſciplina & correctio. Certamē eſt in pręſenti tempore, unde & opus eſt pugillatione,bellū eſt ac prælium. nullus in prælio quærat delicias, nullus pro diuitiis ſolicitus ſit, pro uxore nullus curā gerat,ſed unus unū ſolū uideat,ut inimicos uincat. Hoc & nos faciamus, & ſi uicerim⁹ & redierimus cum triumpho, oīa nobis dabit deus. Hoc ſolùm nobis curæ ſit, qūo uincamus diabolū, ímò nō noſtri ſtudij opus eſt, ſed diuinæ gratię totū eſt. Vnu nobis curæ ſit,qūo conciliemus nobis illius
Rom.8.f. gratiam, ut trahamus ad nos fauorē illum. Si deus pro nobis,quis contra nos? inquit,unum ſolùm nobis curę ſit, qūo hic nobis nō efficiatur inimicus ut nos non auertat. Non tribulari malum, ſed peccare malū eſt: id fuerit graue,etiam ſi in delicijs fueris,nō dico in futuro,ſed etiā in præſenti. Quomodo.n.pu D tas conſcientias noſtras morderi? An hoc non quouis tormento fuerit peius? Vellē diligenter interogare eos qui in malis uiuunt, nunquā ne ſi in mentē ueniant illis ſua peccata tremant, formident, doleant, & beatos dicant ieiunantes in montibus,& philoſophię deditos. uis refrigeriū inuenire illic? fer hic tribu Sup.5.g. lationē pp Chriſtū, nihil huic refrigerio par, gaudebāt apoſtoli dū flagellarentur. Paulus hoc admonet dicens: Gaudete in domino,& qūo poteſt quis gau- Philip.4 dere,ubi uincula,ubi tormenta, ubi tribunalia? maa. ximè in hoc gauderi poteſt. Qūo autē, diſce. Qui nihil ſibiipſi conſcius eſt,plurimū lętabitur. Ita ut quò maiorē dixeris tribulationem, hoc maiorē dicas uoluptatem. Dic obſecro mihi, miles qui plurimis uulneribus impetitur, & reſiſtit: nónne cū magna redit uoluptate, uulnera ut teſtimoniū libertatis habēs, fulgoris & claritudinis? Et ſi poſſes erūpere i uocē illā quā Paulus protulit: Stigmata Ieſu porto: poteris G.ala.6.g magnus fieri,& clarus,ac probatus. ſed nō eſt perſequutio. Sta cōtra gloriā: & ſi dixerit quis cōtrarium aliqd, ne timeas dici malus pp Chriſtum. Sta contra tyrannidē ſuperbię, ſta contra irę pugnam, ſta cōtra concupiſcentiæ tormentū. Et hæc ſtigmata ſunt ac E tormenta. Quid maius illis tormentis: nunqd ſi aia dolet ac uritur? nā illic quidē licēt corpus diuiditur, hic autē totum illius eſt. Circa illam dolor quando Paſſiones iraſcitur uel inuidet, uel aliud quiddam facit, iuxtà pa animæ. titur: non.n.eſt facere, ſed pati, iraſci, uel inuidere. Vnde & paſsiones animæ dicuntur, & uulnera, & cicatrices. Reuera paſsio eſt, & paſsione difficilius. Cogitate, q iraſcimini, quòd patiendo hoc facitis. Itaq; no patitur, q nō iraſcitur. Vides quòd q contumelia affi citur, nō patitur: ſed is q cōtumelia afficit, id qđ & iā dixi. Quòd enim patitur, manifeſtū eſt ex eo, quòd à paſsione ſic uocetur. Paſsiones enim ab ira naſcuntur, hebetatio uiſus, ſtupor, & innumera alia mala. Sed puerū contumelia affecit, inquit, ſed miniſtrum. ne putes eſſe infirmitatē, quòd nō & ipſe hoc poſsis facere: dic.n.mihi, Bene factúmne eſt? non opinor quod dicas. Igitur ne feceris qđ non bene factū. Scio quòd in talibus iræ naſcūtur. Quid igitur, inqt, ſi cōtemnat, ſi iterū dicat? argue, increpa, obſecra, māſuetudine ira ſoluitur, ut acceſſeris, accuſa. nā in his quidem quę erga nos, neq; hoc faciendū, ſed pro aliis & F neceſsitate. Ne propriā cōtumeliā putes, quòd filius contumelia afficiatur: & ſi doleas pro illo, ne tanq̄ ipſe contumelia affectus. Non enim quoniam puer malè habet, tu cōtumelia affectus es, ſed is q maleſecit. Reſtringe irā, acutus gladius in uagina cōdatur. Si habuerimus illum nudū, ſępe etiā ubi nō eſt opus illo utemur, ab ipſo tracti. Si autē fuerit occultatus, etiā ſi opus fuerit, extinguetur ira, Pro illis non uult nos iraſci Chriſtus: audi.n.quid dicat ad Petrū: Con Mat.26.e uerte gladium tuū in uaginā, & ut pro puero iraſceris? Doce etiā puerum philoſophiā, dic illi paſsiones domini, imitare meū magiſtrum. Quando ignominia aſpergendi erant, nō dixit, ulciſcar. ſed qđ: Si me Ioan.15.e perſequuti ſunt,& uos pſequētur. Igitur ferte fortiter, non.n.eſtis meliores me. & tu ad puerum & ſeruum dic: Nō es domino tuo melior. Sed uiduę, uerba philoſophica iſta uidētur. Hei mihi, quòd ſermone nō licet hoc perſeq, ut rē ipſam expiamini. & ut diſcas: In medio duorū ſimul certantiū ſtans, ſis à parte eorum qui iniuriā patiuntur, & non iniuria afficiunt, ſi

G nō apud teipsum triumphos uideas, si nō claras accipias coronas. Vide quō contumelia afficitur deus,
Gen.4.b. & q̄ mansuetè respondet: Vbi est, inquit, Abel frater tuus? Et quid ille? Num custos ego sum fratris mei? Quid hoc pertinacius, licèt hoc à filio audiisset qs? nā si a fratre, nōne quis dixerit esse ignominiā? At deus iterū mansuetè respondet: Vox sanguinis fratris tui, inquit, clamat ad me. At deus, inqt aliquis, iræ nō est obnoxius. Sed pp hoc descendit filius dei, ut te deū faciat, iuxta humanas uires. Sed nō possum, inquit, quum homo sim. Itaq; hoies tibi adducamus: Et ne putes me tibi dicere Petrū ac Paulū, sed quoslibet illis multò inferiores. puer Heli, Annā cōtumelia affece-
1.Re.1.b. rat dicens: Digere uinū tuū. Quid hoc contumelio-sius. Quid igitur illa? Mulier in amaro die ego sum. Nihil reuera afflictioni par, philosophiæ mater est. Ista ēt æmulā habens, nō affecit illā contumelia. Sed qd? ad deū cōfugit, & orans illius nec meminit, neq; dicit, quoniam opprobriis affecit me quædam, ultor meus esto, adeò philosophię assueta erat mulier. Cō fundamur uiri, quanuis scitis quòd zelo nihil par sit.
H Telones cōtumelia affectus à Pharisæo, non retulit contumelias, quanuis potuisset, siqdē uoluisset. Sed
Luc.18.c. aio philosophico tulit, dicēs: Propitius esto mihi peccatori. Mēphibaal à seruo accusatus, & calumniā passus, neq; dixit, neq; fecit illi aliqd mali, neque de rege ipso. Vis & scorti audire philosophiā? audi Xpm dicē
Mat. 21.c tem, quādo capillis pedes illius terſit. Telonę & meretrices præcedunt uos in regno. Vidisti illā stantē ac lachrymantē, & sua crimina abluentē. Vide quō & contra Pharisæū non irata fuit, quū confunderetur,
Luc.7.f Si sciret, inquit, quòd peccatrix est mulier ista, non p misisset illam. Et non dixit ad illū: Cur nā, dic? Tù ne à peccatis mundus es? Sed magis patiebatur, magis plorabat, plus calidarū lachrymarū emittebat. Si au tē mulieres, & Telonæ ac meretrices philosophaban tur, idcirco faciebant ante gratiā: qua erimus nos uenia digni post tantā gratiam, magis quā si bestiæ expugnarētur, lachrymātes, & recalcitrātes: nihil fœdius furore, nihil uilius, nihil grauius, nihil insuauius, nihil nocentius. Hæc dico non solū ut cū uiris simus māsueti, sed etiā si mulier loquax sit, ut feras. Sit tibi palęstra ac gymnasium mulier. Quo. n. nō absurdum,
I gymnasia ferre nihil lucri afferentia ubi affligimus corpus: gymnasia autem non facere domi, quæ nobis coronas etiā ante agones suppeditant? Cōtumelia afficit mulier, ne fias tu mulier. Muliebre. n. est cō tumelia afficere: Infirmitas est animę, iminutio est, ne putes indignum te esse, quando mulier contume lia te afficit: indignū, quando tu quidē contumelia afficis, illa uerò philosophatur: tunc turpiter te geris, tunc cōtumelia afficis. Si autē cōtumelia affectus feras, erit roboris tui magnū indiciū. Non hæc loquor ut mulieres inducā ad contumelias, absit, sed quādo satana impugnante contingat ut feratis. Fotium uiro rum est ferre infirmos, licèt minister contradicat, philosophare tu: nō qd meretur audire dicas uel facias, sed quod oportet te etiā facere ac dicere. Nunquam puellā contumelia afficiens, uerbū turpe efferas, nūquam ministrum, scelestum dicas. Ille nō cōtumelia affectus est, sed tu. In seipso eū q irascitur, nō est possibile manere purū, quemadmodū neq; pelagus qd fluctibus mouetur, uel fontē, luto in illo alicubi illa pso: sic oia permiscentur, sic omnia sursum ac deorsum mouentur. Licèt pcusseris, licèt disruperis uestę, tu maius damnū sustinueris. Nam illi quidem circa K
corpus & circa uestes plaga, tibi circa animam: illam dissecuisti, illam uulnerasti: aurigam equis subiecisti, supinum trahi fecisti. Et idem fit, sicut auriga alteri succenseat, patiatur trahi, quanuis uerberes, quanuis moneas, & qcquid facias absq; ira & furore: Si. n. uerberans medicus est peccantis, quomodo poterit curare alium, seipsum prius affligens? Siquis, dic oro, medicus iuerit ut curet alium, prius manum suam sauciarit, prius oculos excæcarit, nunquid illum curabit? Minimè. Sic & tu, licèt uerberes, licèt admoneas. Munda uideant oculi tui, ne turbes mentem, aloqui quomodo medicina erit? Non est posibile in ea dem tranquillitate esse, qui non irascitur, & qui irasci tur. Cur igitur doctore à se deturbato, ita loqueris humi iacenti? Non uides iudices, qui iudicaturi consident in sede ac habitu decente? Ita & tu fac. orna animam uestitu iudiciario. Illa est mansuetudo, & tūc in sede iudex sedeto. Sed nō terrebitur, inqt, imò terrebitur? tunc si iusta dicas, furori imputabit minister: si autē cū mansuetudine seipsum cōdemnabit, proficientē autē te suscipiet deus, ut sic posis ęterna L
bona asseq, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritu sit gloria, in secula seculorum, Amen.

Loquutus autē est sic deus: Quòd erit semen illius peregri nū in terra aliena, & in seruitutē redigent illud, & affligent qua dringentis annis: & gentē cui seruiet, ego iudica bo, dixit deus: & post hoc egredientur, & seruient mihi in loco isto.

Homilia xvi.

Ide ante quot annos promissio, & promis-
u sionis modū, & nusquā sacrificiū, nusquam circuncisio. Hic ostendit deū permisisse illos grauiter affligi, & non reliquisse afflictos impunitos. Gentē autem cui seruiet, iudicabo ego, dixit deus. Vi des? qui promisit, qui dedit terrā, prius mala permittit: sic & nunc, licèt regnū promiserit, tentationibus exerceri sinit. Si hic post quadringētos annos libertas, quid mirū si idem in regno fiat? Nihilominus qd deus promiserat præstitit, nec potuit sermonē illius ut falsum, redarguere tempus, tametsi non uulgarē tulissent seruitute. Cęterùm nō est contentus punire illos, sed & bona his promittit. Mihi autem uidetur, M
quòd uelit illis ēt beneficia q̄ acceperant in memoriā reducere. *Et dedit illi testamentum circūcisionis, & sic ge nuit Isaac.* Hic posteà contexit, *& circuncidit quidem il lum die octauo. Et Isaac Iacob, & Iacob duodecim patriar chas, & patriarchæ qui æmulabantur, Ioseph uendiderūt in Aegyptum.* Hoc & in Xpo factū est. Etenim illius figura erat Ioseph. Ideo insinuans historiā per totum enarrat: quum. n. nihil haberent quod illi obiicerent, sed uenientē ut cibum illis afferret, malè tractarunt: & uide etiā hoc loco iterum promissionem magnā, attamen completur. *Et erat deus cum illo*, hoc & pro illis. *Et eripuit illum ex omnibus tribulationibus suis.* Hoc loco ostendit, quòd nescientes cooperati sunt, ut im pleatur prophetia: & quòd ipsi authores fuerunt, & mala in ipsos reciderunt. *Et dedit illi gratiam ac sapiē tiam corā Pharaone rege Aegypti.* Gratiam dedit, idcirco apud barbarum uirū, seruo captiuo, quem fratres q dem uendiderant, ille autem emerat. *Facta est autem fames in omni terra Aegypti, & Chanaā, et tribulatio ma gna, nec inueniebāt cibos patres nostri. Cū audisset aūt Ia cob frumēta eē in Aegypto, misit patres nostros primū: et cū*

A *iterum misisset eos, agnitus est Ioseph à fratribus suis.* Descenderūt empturi, & illius opa uti coacti sunt. Quid igitur ille? non solùm misericordiam declarauit, sed etiam Pharaoni notos fecit, & illos deduxit. *Et immutuit Pharaoni genus Ioseph. Misso autē nuncio Ioseph, accersiuit patrē suū Iacob, & omnē cognationē suam in animabus septuaginta quinq;. Et descendit Iacob in Aegyptū, defunctusq; est ipse et patres nostri, et trāslati sunt i Sichē, & positi sunt in monumēto quod emerat Abraham à filijs Emor filij Sichem. Cū autē appropinquaret tempus promissionis: de qua iurauerat deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto, donec surgeret rex alius, qui nesciebat Ioseph.* Iterum alia desperatio, prima qdē fames: secunda autem incidisse in manus fratris: tertia, pronunciari sententiam à rege ut interficiantur, attamen in his omnibus seruati sunt. Deinde omnipo tentiam dei ostendens, inquit: *In quo tempore natus est Moses, et erat gratus deo.* Et illud miraculum quòd à fratribus uenūdatus: sed hoc magis mirum, quòd rex educauit illum, is qui perditurus erat illum, qui re
B gno dejecturus erat. Vide ubique mortuorum resur rectionem quodammodo præfigurari, quanuis nō sit idem deum facere aliquid, & humano arbitrio quid fieri. Hęc sanè non humana dispositione fiebāt. Hoc dixit, & illum seruatorem, & hos erga benefactorem ingratos ostendens. Igitur quemadmodū tunc à Ioseph qui malè afflictus, seruati sunt: ita & nunc ab eo qui malè tractatus erat, Moses dico, seruati fuerunt. Quid enim, quòd non occiderunt re ip sa? Sermone certè occiderant sicut illi. Et illi quidem è sua in alienam & ignotam terram uendiderant: hi uerò ex aliena in alienam fugarunt. Et illic quidē afferentem cibum: hi autem, cōsulentē ea per quę deo placentia facerent. Ita uerumetiam ex his quæ nunc
Supr.5.g. dispensantur illud quod à Gamaliele dictum. Quod si fuerit ex deo, non potestis illud dissipare. Tu autem dicens eos qui insidiantur, authores salutis fieri insidiantibus, obstupesce dei omnipotētiam ac sapientiam: nam si illi non fuissent insidiati, hi non fuis sent seruati. Fames erat, & nō consumpsit illos. Et nō solùm non perdidit, sed & per illam seruati fuerunt,
C ab eo quòd expectabant, perituros se. Præceptum re giū non perdidit illos, sed magis auxit multitudinē, quādo ille mortuus est q cognoscebat eos. Seruato rem suum uolebant occidere, & neq; sic potuerunt. Vides quòd per quę diabolus attentat impedire pro missionem dei, per ea creuerit? Hoc & illos tunc dece bat dicere, quòd omnia deo facilia sunt, & nos pote rit hinc reducere. Hoc enim diuinæ potentiæ erat, in tanta regis indignatione gentem crescere, quæ seruie bat, affligebatur, trucidabatur, hæc magnitudo pro missionis erat. Si. n. in terra sua creuissent, non tam mirabile fuisset. Et nō paruo tempore in aliena terra fuerūt, sed quadringētis annis. Hinc discimus, quòd magnam philosophiam præ se tulerint. Etenim non sicut seruis domini illis utebātur, sed ut hostes ac ty ranni. Ideo & prędixit, quòd in libertate magna futu ri sint. Hoc. n. est: Seruient mihi, & quòd inde regrediuntur, & non sine ultione. Et ujde, quomodo uidetur quidem aliquid circuncisioni concedere: nihil autem tribuit, quandoquidem promissio: illā quidē præcesit, ipsa autem sequuta est. Et patriarchę, inqt, qui æmulabantur. Hic non incōmodat illos, sed gra tificatur: patriarchas autē uocat progenitores, quoniam & de illis gloriabantur. Et aliter: Ostēdit quòd sanctī non fuerint tribulationum expertes, & quum D
essent in medijs illis tribulationibus, auxilium conse cuti sunt, & illæ non solùm non perdebāt, sed etiam cooperabātur, quum deberēt magis impedire. Itaq; quemadmodum Ioseph clariorem reddiderunt uen dentes, ita rex Moseu, quum iussisset occidi filios: Nā si non iussisset non fuisset hoc factum. Et uide proui dentiam dei. Ille fugat Moseu, deus autē non prohi-bet, quod futurū erat dispensans, ut illic dei aspectus dignus fieret: sic & seruum uenditum illic facit regē, ubi putabatur seruus esse. Quemadmodum aūt hic illic regnat, ubi eū emerant, ita & Christus in morte uirtutem declarauit. Hoc non solùm honoris erat, sed ut etiam sua uirtute fidat. Sed uideamus iterum quę dicta. *Et constituit eum præfectum super Aegyptum,* Ge.46.6.
& totam domum suam. Vide per famem qualia efficit, in septuaginta & quinq; animabus, descēdit, inquit, Iacob in Aegyptum. Defunctusq; est ille & patres no stri, & trāslati sunt in Sichem, & posuerunt in monumēto quod emerat Abraham precio pecunię à filijs Emmor filij Sichem. Ostendit quòd neq; sepulturæ domini fuerint. Vt autem appropiauit tempus pro- E
missionis, quā iurauit deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto donec surrexit rex alius, qui nesciebat Ioseph. Vide quòd neq; in tot an nis auxit, sed quando appropiaturus erat finis, quan uis iam quadringēti anni præteriti erant ac plures in Aegypto. Itaque mirabile hoc est. Hic circunueniens genus nostrum, afflixit patres nostros ut exponerēt infantes suos, ne essent fœtus eorum uitales. Circun ueniens, inquit, insinuādo clandestinā cędem: ideo & subdidit hoc dicens, Vt exponerent infantes suos. Quo tępore natus est Moses, & astios: id est, gratus Exo.2.a.
erat deo. Hoc mirabile, quòd futurus prefectus, neq; post hæc, neq; ante hoc, sed in ipso medio furore na scitur, & educatur mensibus tribus in domo patris: quando igitur humana spem omnem negant, etiam abiecerunt illum, tunc diuina dispensatio clarè fulsit. Expositum autē illum sustulit filia Pharaonis, & eū *Ibidem.*
nutriuit sibi pro filio. Nusquam templum, nusquā sa crificium, quum tantæ dispensationes factæ sunt. Et enutritus est in domo barbarica, & istitutus est Mo- F
ses in omni sapientia Aegyptiorum: erat autem potēs in uerbis ac operibus. Mihi uidetur quòd incipiebat esse admirabilis. Quomodo quadraginta annis fuit illic, & non deprehensus est ex circuncisione, imò quomodo securè agentes sua despiciunt & hic & Io seph, ut & alios seruent? *Vt autem impletum est illi quadraginta annorū tępus, ascēdit in cor eius, ut inuiseret fratres suos filios Israel: et quū uidisset quēdam iniustè affligi ultus est, & fecit uindictā pro eo qui affligebatur, percusso Aegyptio: putabat aūt intelligere fratres suos, quòd deus p manum suam det illis salutem: illi autem non intellexerūt.* Exod.2.e
Vide quomodo adhuc nō uidetur esse molestus, sed tanta concionatur, & adhuc odire illū patiuntur: ita illos gratia uultus trahebat. Putabat, inquit, intellige re fratres suos, & quum re ipsa declararet se esse præ fectum illorum, attamen neq; sic intellexerunt. Vides quomodo cum māsuetudine loqtur, & quomodo demonstrata in illum ira, ostendit in hoc māsuetu dinem. *Et sequēti die uisus est illis litigantibus, et redegit eos in concordiā, dicēs: Viri fratres estis, cur uos inuicē lędi tis? Cæterū is qui iniuriā faciebat proximo, repulit eū di cens: Quis te constituit principem ac iudicem super nos? Nū quid interficere me uis, sicut interfecisti heri Aegyptium.*

G Eadem mente & contra Christum uidẽtur dicere:
Ioã. 16.c. Non habemus regem nisi Cęsarem. Hic mos semper fuit Iudæis, quũ beneficia acciperent. Vidisti insipiẽtiam saluaturum se accusant, dum dicũt: Quomodo occidisti heri Aegyptium? *Et fugit Moses ad dictũ hoc, & factus est aduena in terra Madian, ubi generauit duos filios.* Fugit, & neq; fuga dispẽsationẽ sistit, quẽadmodum neq; mors. *Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto mõtis Sina, angelus domini in flãmeo incendio rubi.* Vides quomodo neq; tempore sistitur dispẽsatio? quum exul esset ac peregrinus, multumq; temporis in terra aliena fecisset, ita ut etiam duos filios generasset, quũ non expectaret ultra reditum, tunc angelus ipsi apparet. Filium dei angelũ uocat, sicut & hominem. Et ubi apparet? in deserto, non in templo. Vides quanta fiunt miracula, & nusquã templũ, nusquam sacrificium. Et neque hoc loco in deserto simpliciter, sed in rubo. *Moses autem ut conspexit, admiratus est uisum. Porrò quũ accederet ut attẽderet, facta est ad eũ uox domini: Ego sum deus patrum tuorũ, deus Abraham deus Isaac, & deus Iacob.* Non solùm hic ostendit, quòd apparens illi angelus, fuerit magni consilij angelus, sed ostendit etiam quantam misericordiam
H deus per apparitionem fecerit. *Tremefactus autẽ Moses non audebat attẽdere: dixit aũt illis dominus, Solue calceamentũ pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.* Nusquam templum, & locus sanctus est: apparitione & efficacia Christi, multò admirabilius hoc, quã locus in sanctis sanctorum. Illic enim nunquam apparuit sic deus, nunquã tremefactus est sic Moses. Vidisti misericordiam? *Videns uidi afflictionem populi mei, inquit, in Aegypto, et gemitũ illorũ audiui, & descendi ut eripiã eos. Et nunc ueni, & mittam te in Aegyptum.* Vide quo ostendit, quòd per beneficia, & per pœnas, & per miracula adduxit illos. Illi autem semper iidem manserunt. Sic hinc discimus, quòd ubiq; præsens est deus. Hæc audientes & nos, in afflictionibus ad illum confugiamus. Nam & gemitum illorum, inquit, audiui. Non simpliciter dixit, audiui, sed propter calamitates. Si autem quis diceret, & cuius gratia illos permisit affligi sic, audiat, quòd oibus maximè iustis afflictiones mercedũ causæ fiunt: nõne & propter hoc illos dimisit affligi, ut illius uirtutem & hinc ostendat claresceret, & illos ea per quæ affligũ
I tur, per omnia philosophari erudiant? Vide igitur quando erãt in solitudine, incrassati sunt, impinguati, dilatati, sed & dereliquerunt deum. Vbique enim remissio malum est delicti. Idcirco & initio Adæ dicebat: In sudore uultus tui uesceris pane tuo. ut igitur ne quũ ex afflictione multa in remissionẽ uenerint, contumelia afficiant, permittit illos affligi. Magnum enim bonũ est afflictio, & quod bonũ, audi Dauidem dicentẽ: Bonum mihi, quia humiliasti me. Si autẽ magni & admirabiles uiri sunt in magna tribulatione, multò magis nos. Si uolueritis autem ipsam, per se examinabimus afflictionẽ. Stet quis gaudens multum, & lætabũdus ac risus effusioris, quid turpius, quid insipiẽtius illo? Stet qs, dolens & mœrens, quid illo magis philosophicũ? Idcirco & sapiẽs admoneꝛ, dicens? Melius est in domum luctus ingredi, quàm in domum risus. forsan & irridetis quæ dicuntur. uerũtamen uideamus qualis fuerit Adam in paradiso, & qualis posteà: qualis erat Cain ante hoc, & qualis postea. Non stat in sua sede aius, sed quemadmodũ à quodam spiritu tollitur à uoluptate & al
Gen. 3.d.
Ps. 118.i.
Eccl. 7.a.

leuiatur, nihil habens firmumi Enimuero & ad promissiones est facilis, & ad pollicẽdum pronus, & magna est turbatio rationũ. Hinc intempestiuus risus. Hilaritas non habens rationẽ, uerborum magna & superflua nugacitas. Et quid dico alios, sanctorum unum in manus accipiamus, & uideamus quis quidem ī uoluptate uixerit, quis autem & in mœrore. Vultis igitur Dauidem uideamus? quando igitur hic in uoluptate erat ac in gaudio, propter multos triũphos, uictorias, coronas, delicias, ac fiduciam, uide qualia & dixit, & operatus est. Ego autẽ dixi, in abũ dantia mea non mouebor in æternum. Postquã autem affligi cœpit, audi quid dicat: Et si dixerit mihi, Nolui te, ecce ego, faciat mecum quod placitum coram ipso. Quid his uerbis magis philosophicũ? quicquid deo magis fuerit gratum, ita fiat. Et iterum Saul dicebat: Si autẽ dominus commouerit te contra me, odoratum sit sacrificium tuum. Et tũc quidem quum esset in tribulatione, etiã parcebat amicis. Ante delicias, nihil iniustè, nihilq; inhumaniter agebat. Item Iacob quũ in afflictione esset, dicebat: Si dederit mihi dominus panẽ ad comedendum, & uestem ad amiciendum. Et filius Noe ante hoc nihil tale fecerat: ubi autem de salute fidentior factus est, audis quã factus sit contumelios us. Et Ezechias quum esset in tribulatiõe, uide qualia faciebat pro salute. Sac cum enim induit, & in terra sedit. Vbi autem in delicijs esse cœpit, cecidit præ altitudine cordis sui. Idcirco & Moses admonet, dicens: Comedẽs & bibẽs, & impletus memor sis domini dei tui. Præceps. n. est locus deliciarum, & obliuionem dei affert. Quando tribulabantur Israelitæ, multò plures fiebant: quando autem illos dimisit, tunc oẽs peribant. Et quid dico ueterum exempla? Videamus de nostris si placet. Ex nostris multi, qui instati sunt in fœlicitate agentes, omnibusq; fiunt hostes, ac iracundi: ubi autem præsens facultas fuerit ablata, mansueti, humiles, mites, ueniunt in cogitationẽ suæ naturæ. Et quòd sic habet, ostendit etiam Dauid, dicens: Tenuit illos superbia in finem, egredietur tanquam ex adipe iniustitia eorũ. Hæc sanè antè dicta sunt, ut ne omnibus modis gaudium quæramus. Et quomodo autẽ Paulus dicit: Gaudete semper? Non simpliciter dixit, Gaudete. Sed appositũ est, in domino. Istud maximũ gaudiũ est, tali & apostoli gaudebant, gaudium lucrum
M afferẽs, quòd à uinculis, quòd à flagellis, quòd à persequutionibus, qd ab obloquutionibus, qd à mœstis omnibus habet principium, & radicem, & occasionem. Vnde & in bonum finem occurrũt. Quod autem à mundo, secus se habet: nam incipit quidem à suauibus, desinit autẽ in tristitiam. Neque ego prohibuerim gaudere iuxta dominum, sed & ualde admonuerim. Flagellabãtur apostoli, & gaudebãt: uinciebantur, & gratias agebant: lapidabantur, & prędicabant. Hoc & ego uelim gaudiũ, quod à nullo corporali habet initiũ, sed à spiritualibus rebus. Non est possibile quòd hi qui secundum mundũ gaudent, simul & iuxta deum gaudeant. Omnis enim qui iuxta mundum gaudet, in diuitijs gaudet, in delicijs, in uana gloria, & in potentia, in arrogantia. Qui autem secundum deum gaudet, in ignominia quę propter illum, in paupertate, in opũ carentia, in ieiunio, in humilitate. Vides quot contraria argumenta? Quotquot extra gaudium sunt hic, & mœroris sunt expertes: & quotquot extra mœrorem hic, etiam extra uo

luptatem.
K
L
Gen. 3.d
4. Reg. 19.a.
Deut. 8.d
Ps. 72.b
Philip. 4.d

A luptatem. Et renera hæc sunt quæ faciunt uerũ gaudium, quoniã illa solum habent nomen gaudij, totũ autem in mœrore situm est. Quantum mœroris superbus habet, quo dum insolẽter alios irridet, in suo facto impeditur: parat autem innumeras sibiipsi cõtumelias, magnum odium, magnas inimicitias, magnam inuidiam, magnam inuidentiam: nam licèt à maioribus contumelia afficiatur, dolet: & si non cõtra omnes surgat, mordetur. Humilis autẽ, in multa est uoluptate, à nullo expectans honorem. Itaque si quidem honoratus fuerit, gaudet: si aũt non honoratur, non dolet, sed diligit quòd non honoratus est. Itaq; in eo quòd non quærit honorem, & honoratur magna uoluptas est. Illic autẽ cõtrario modo fit, & quærit honorem, & non honoratur. Non simiter autem gaudet honore qui quærit, & qui non q̃rit. Hic quantumcunq; acceperit, nihil se accepisse putat: ille autẽ ut minimum dederis, accipit, quasi uniuersum acceperit. Iterum qui in deliciis est, innumeras habet difficultates: etiam si facilè & quasi ex fontibus ipsi commoda affluant, attamẽ formidat ma
B la quæ ex deliciis ueniunt, ac futuri incertitudinem. Hic autẽ semper securus est ac in uoluptate, q̃ assuescit seipsum in tenuitate uictus. Non. n. ideo seipsum censet miserum, quòd non particeps est mensæ lautioris. Quàm delicatè agit, non formidans incertitudinem futurorum. Quę autem ex deliciis sint grauia nullus ignorat: necessariũ autem & nunc dicere: Duplex bellum est, corporis, inquam, & animæ: duplex hyems: duplices morbi. Et non hoc solùm, sed etiã quòd insanabiles & magnas afferunt hæc calamitates. At non habet id mali frugalitas, sed duplex sanitas est, duplicia bona. Somnus sanitatis, inquit, in interna mediocritate. Semper. n. quod mediocritatem custodit, amabile est: quod uerò modum nõ seruat, iniucundum. Vide enim: Scintillæ paruæ magnam lignorum congeriem impone, & non iam ignis erit fulgidus, sed fumum uidebis ualde insuauem. Viro ualde forti, & magno impone farcinam uires eius excedentem, & uidebis cum farcina humi iacẽre. Magnũ onus iniice in nauim, & graue facies naufragiũ.
C Tale autem quiddam est & uoluptas. Sicut enim in nauibus supra modũ oneratis, magna turbatio est nautarum, gubernatoris, eius qui in prora est, eorũ qui ascendunt malum, qui superiora quidẽ proiiciũt in mare, quæ autem inferiora perdũt. Sic sanè & hoc loco: nam quæ superius sunt, euomunt: alia autem inferius. Et seipsos corrũpentes liberantur. Quod sanè turpius est omnibus, quia ipsum os usum recipit postremarum partiũ, & fit illis ignominiosius. Si autem in ore tanta turpitudo, cogita in anima qd? Etenim illic omnia procellæ, omnia tenebræ, multa rationum confusio, quæ apprehẽdunt, quæ affligunt, lingua ipsa iniuriam clamante. Hinc & ipsa uentris mancipia seinuicem arguũt, ægrè ferunt, studentut internum stercus abiiciant, attamen & postquã abiecerint, neque sic turbatio quiescit. Sed & febres hinc & morbi. Etiam, inquit, morbosi sunt & turpes. Sermo frustrà hæc pertractat, morbos nobis enumerans. Infirmus enim sum ego, & laceror ego, & deformis sum ego, qui non habeo quod edam. Hos autẽ in deliciis agentes est uidere bene affectos, lasciuos, gaudentes, gestari in equis. Vę mihi, lamẽtis enim digna sunt uerba hæc. Eos enim qui podagra laborant, & in bigis feruntur, & alligatos, unde uidemus, dic oro? Et si non rem putarent contumeliosam, & D cum contumelia hæc dici putarentur, iam & nominatim percenserem illos. At sunt quidam, aiunt, qui & bene habent. Quoniam non solũ delicijs adhibiti sunt, sed etiam laboribus: alioqui da mihi hominẽ q̃ pingueſcit, & laboribus caret ac iacet, nihilq; laborat, sanum: sed non inuenies: nam licèt sexcentorũ medicorum turba adueniat, à morbis illum nequaquam liberare poterunt: neq; enim hoc natura sinit. Porrò ego & medicorum sermonẽ afferam: nõ quicquid in uentrẽ mittitur, fit alimentũ: quoniam neq; in alimenti natura est, ut totum alere queat, sed partem diuidit in secessum, partem in alimentum. Itaq; da congrua, cõficientur, & suam accipient regionẽ, & quod sanum ac utile in suum regredietur locum: quod autem superfluum & inutile, excernetur & abscedet. Si autem multitudo ciborum sumatur, etiã quod in illis est ad alendũ utile, fiet damnosum: pro exemplo dicã, ut manifestius quod dico uobis, fiat: Frumentũ aliud est similago, aliud farina, aliud furfur. Itaque si mola accipiat, q̃ potest pinsere: hęc oia discernit. Si autem plura immiseris, omnia confundentur. Iterum uinum, si congruam concoctionem habeat, ac temporum temperiem, prius quidem totum simul fit: post hęc autem pars in tęcem desidet, pars in spumam recurrit: eo autẽ quod manet, frui possumus. Et hoc est utile, & nunquã facilè hoc uertetur: prius autẽ neq; uinum est, neque fex, dum oia mistra sunt. Hoc & in mari uiderit quis, quando magna tẽpestas oritur, pisces uidemus mortuos adnantes eos præ frigore, in profundum descendere non ualentes. Ita & apud nos fit. Quando. n. sæpe refluit uoracitatis pluuia, quę omnia commouet, mortuas annare facit cogitationes, quæ iam sanæ sunt, & in nobis quiescunt. Itaque quoniã ex tantis exemplis, uobis relinquitur magnum damnum, cessemus beatos dicere eos, quos deplorare oportebat, & lachrymari uos, propter ea propter quæ beatos uos dicere oportebat, & frugalitatem diligamus. An non auditis & medicos dicentes: Indigentia mater est sanitatis? ego autem non corporalis sanitatis matrem indigentiam dixerim, sed animæ potius. Hæc & Paulus
b clamat uerè medicus. Habentes, inquit, alimẽta, &
c tegumenta, his contenti simus. Obteperemus igitur illi, ut sani existentes faciamus quę oportet facere: In Christo Iesu domino nostro, cum quo patri & spiritui sancto simul, gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

1. Tim. 6.

Hunc Mosen, quem negarunt hi qui dixerunt, Quis te constituit principem & iudicem super nos? Hunc deus principem ac redemptorem misit cum manu angeli, qui apparuit illi in rubo.

Homilia. xvij

Rgumẽto proposito multùm congruit qd
a dicit, Hunc Mosen. Qualem hunc? eum qui plurimùm periclitabatur, qui ab illis contẽptus erat, quẽ negauerant qui dixerant: Quis te constituit principẽ? quemadmodũ & Christo dicebant: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Hunc deus principem ac redemptorẽ misit cum manu angeli, qui dixerat illi: Ego sum deus Abrahæ. Hic & miracula quę facta sunt, per Christum facta esse ostendit. Hic, id est Moses. Hoc loco uide quo pacto clarum ostẽdunt eum quæ sequuntur. Eduxit illos factis signis ac prodigiis, in terra Aegypti, & in mari rubro,

Exod. 2.c
Ioan. 19.c
Exo. 3.d.

G & in eremo annis quadraginta. Hic est Moses, qui di
Deu.18.c xit filiis Israel: Prophetam excitabit uobis dominus
deus ex fratribus uestris, sicut me: hoc est, cõtemptũ
& insidiis appetitũ. Etenim uolebat & hunc tollere
Exo.2.a. Herodes, & in Aegypto seruatus est, quemadmodũ
& ille quum esset puellus insidiis expositus fuit.
Hic est qui fuit in cõgregatione in solitudine cum angelo, qui loquutus est illi in mõte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit eloquia uiua, ut daret uobis. Iterũ nusquã tẽplum, nusquam sacrificiũ: Cum angelo, inquit, accepit, ut daret uobis eloquia uiua. Hic ostendit, quòd non fecit signa solũ, sed etiã legem dedit sicut Christus. Itaq; quemadmodũ hic primùm signa facit, & deinde legem ponit, sic etiã Christus. At non audiuerunt illum, qui semper soliti fuerunt inobedientes esse: etiam post hæc signa, post miracula, post quadraginta annos. Et non hoc solũ, sed contrarium declararũt, qd & manifestãs adiecit: *Cui noluerũt obedientes esse patres nostri, sed repulerũt, & auersi sunt corde suo in*
Exo.32.a *Aegyptũ, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedãt nos. Mosi.n.illi, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Et uitulum fecerunt in diebus illis, & obtu*
H *lerunt sacrificia idolo, et lætati sunt in operib. manuũ suarum. Conuertit se aũt deus, & tradidit illos, ut seruirẽt militiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum: Num uictimas & sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et accepistis tabernaculũ Moloch, & sydus dei uestri Remphan, figuras quas fecistis ut adoretis eas, & transferã uos ultra Babylonem.* Tradidit, hoc loco, idem est quod permisit. Tabernaculũ testimonij erat patribus nostris in deserto, sicut ordinauerat illis loquens ad Mosen ut faceret illud secundum formam quã uiderat. Et quum tabernaculum esset, sacrificia non erant. Quod aut non fuerint, propheta manifestum facit, dicens: Num uictimas & sacrificia obtulistis mihi? Tabernaculum testimonij erat, & nihil proderat, sed consumebantur, neq; ante hoc illis signa, neq; post hæc profuerunt aliquid. Quod & indixerunt, qui successerũt patres nostri. Vides quòd illic locus sanctus est, ubi deus fuerit: propter hoc.n. & in deserto dixit, ut locum loco comparet. Deinde beneficium: *Et induxerunt*, iquit, *patres nostri, qui fu-*
I *cesserunt cum Iesu in possessionem gentium, earum quas expulit deus à facie patrum nostrorum, usque ad dies Dauid, qui inuenit gratiam coràm deo, & petiit ut inueniret tabernaculum deo Iacob.* Petiuit ẽdificare Dauid, sed nõ concessum est illi magno & mirabili, sed ædificat ab iectus ille Solomon. Propter hoc dicit: *Solomon autẽ ædificauit illi domum, at non altissimus in manu factis tẽplis habitat.* Monstratum quidem hoc etiam per ea q̃ iam dicta: monstrat autem & per uocem prophetiEsa.66.a cam. Sicut & propheta dicit: *Cœlum mihi sedes, & terra scabellum pedum meorum. Et qualem domum ædificabitis mihi, dicit dominus, uel quis locus quietis meæ? Nónne manus mea fecit hæc omnia?* Ne admiremini, inquit, si iis qui illius detrectant regnũ Christus benefacit, quandoquidem & in Mose hoc factum est. Et non simpliciter illos eruit, sed etiam in deserto agentes. Vides quòd propter illos & illa signa? Itaque qui cũ deo loquutus est, qui mirè seruatus, qui tanta fecit ac potuit, ostendit quod omnino impleri oporteat prophetiam, & non est sibiipsi cõtrarius. Sed uideaDeu.18.c. mus iterum quæ dicta sunt. *Hic est*, inquit, *Moses qui dixit: Prophetam uobis suscitabit dominus sicut me ipsum.* Huc opinor Christum respexisse, quũ dicet: Ex Iudæis salus est, seipsum insinuans: Hic est qui factus K
est in deserto, cum angelo qui sibi loquebatur. Ecce Ioan.4.b
iterum illum ostendit legem dedisse, quandoquidẽ cum illo erat in congregatione in deserto. Hic autẽ & magni miraculi quod in monte contigit, memor est. *Qui accepit eloquia uiua ut daret uobis.* Vbique mirabilis Moses: maximè autem quãdo lex ferẽda erat. Quid sunt eloquia uiua? uel prophetias, dicit, uel ea quorum fines per sermones mõstrabantur. Deinde crimẽ est in patriarchis, post signa & miracula, post accepta eloquia uiua ei noluerunt, inquit, obedientes esse. Bene autem eloquia uiua dicit, ostendens etiam eloquia esse non uiua, de quibus & Ezechiel Ezec.20.
dicit, sicut quando dicit: Et dedi uobis præcepta d.
non bona. Ad talia igitur respiciens, dicit eloquia uiua. Sed repulerunt & conuersi sunt corde suo in Aegyptum, illuc ingemiscebant, illuc clamabant, unde deum inuocabant. *Et dixerunt ad Aaron, fac nobis deos qui antecedant nos.* O insipientiam. Fac, inquit, ut præcedant nos. Quõ? In Aegyptum. Vides quomodo à moribus Aegyptiorum auelli non poterant. Exo.32.b
Quid dicis? Non expectas eum qui eduxit, sed negas L
beneficium, & benefactorem fugas? Et uide quomodo contumelia afficiunt. Mosi enim illi, inquit, qui eduxit nos è terra Aegypti. Nusquam dei nomẽ, sed omnia Mosi adscribunt. Et ubi quidem illos gratos esse oportebat, Mosen in medium adducũt: ubi autem legi obediendum erat, non iam Mosen. Insuper dixit, quòd ascendit ut legem acciperet. illi autẽ non manserunt quadraginta diebus. Fac nobis deos. Sic insanierunt, non dixerunt deum, sed deos, qa nesciunt quæ dicunt. *Et fecerunt uitulum in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo.* Vidisti magnam insipientiam? Vbi apparuit deus Mosi, illi uitulum faciunt & sacrificant: Et lætabantur, inquit, in operibus manuum suarum. Propter quæ oportebat se abscõdere, in illis lætabantur. Et quid mirum quandoquidem ignoratis Christum, ubi & deum, & Mosen tot signis monstratum? Illi autẽ non solùm ignorarunt, sed etiam conuitiis & contumeliis affecerunt dum idolum faciunt. Conuertit autem deus, & tradidit illos, ut seruiant militiæ cœli. Hinc posteà & mores reliqui, hinc sacrificia. Isti primùm fecerunt sacrificia M
idolis. Hoc & Dauid assignans dicit: Et fecerunt uiExo.32.b
tulum in Choreb, & adorarunt sculptile. Quoniam ante hoc nusquam sacrificij nomen, sed præcepta uiua, & eloquia uiua: nusquam sacrificia, sed miracula & signorum ostensiones. Sicut scriptum est in libro prophetarũ: hoc testimoniũ nõ simpliciter adduxit, sed ut ostendat, non opus esse sacrificiis. Et uide qd, num uictimas & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, & accepistis tabernaculum Mo- Amos.5.b
loch, & sydus dei uestri Remphan, figuras quas fecistis, ut adoraretis eas? Cum emphasi usus est uerbo. Quod autem dicit hunc sensum habet, Nõ potestis dicere, quòd ex eo quod mihi sacrificastis etiam illis, sacrificastis, idque in solitudine, ubi maximè illis præsidebat, & assumpsistis tabernaculum Moloh. Causa sacrificiorum ilta fuit. *Et transferam uos ultra Babylonem.* Sic & captiuitas accusatio malitiæ est. Et quomodo tabernaculum, inquit, testimonij? Sed propter hoc erat, ut testem deum habeant. Igitur ad hoc solum erat? Secundum figuram enim, inquit, monstratum in monte, & ita in monte, depictio facta est. Istud autem in solitudine circungestabatur, & in loco non erat situm. Te-
A stimonij autẽ tabernaculum, non aliam ob causam quã propter miracula & præcepta. Porrò & istud & illi non habebant templum, sed figuram illam, angelus ille dedit. Vsque ad dies, inquit, Dauid. Vsque, Tunc igitur non erat templum, quanuis etiam gentes expulsæ essẽt. De quibus dicit: Quas expulit deus à facie patrũ nostrorũ. Hoc autem dicens ostendit, quòd tunc non erat templum. Quid dico, tanta miracula, & nusquam templum? Sic & primum tabernaculum, & nusquam templum. Et petiuit ut inueniret gratiam coràm deo. Petiuit & non extruxit. Sic non erat magnum quid, templum: quanuis putauerunt quidam Salomonem magnum esse, quia extruxit templum, qui propter hoc & patri suo illum prætulerunt. Quòd autem non melior fuerit patre, sed
neque par, solùm autem iuxta quorundam opinionem, manifestauit id adiiciens: Sed neque qui excelEsa.66.a sus est, habitat in templis manufactis, sicut propheta dicit: Cœlum mihi sedes: terra autem scabellum pedum meorum. Neque enim hæc digna deo, quãB doquidem factura sunt, & manus illius opera. Vide quomodo illos paulatim abducit, ostendens.n. per prophetam, quod indignum sit hæc de deo dicere. Et cuius gratia hìc metaphorico usus est sermone? Magna dicendi libertas erat in morituro. Et enim opinor, illud etiam ex reuelatione cognouisse: *Dura cernice & incircuncisis labijs ac auribus.* Etiam hoc propheticum est, neq; illius proprium. *Vos semper spiritui sanctο restitistis, sicut patres uestri, & uos.* Quando nolebat esse sacrificia, uos sacrificabatis: quando uolebat, iterum non sacrificabatis: quando noluit nobis dare præcepta, requirebatis: quando accepistis, neglexistis. Iterum quando stabat templũ, idol s seruiebatis: quãdo uult absque templo sibi seruiri, i terum contrarium facitis. Non dixit, deo resistitis, sed spiritui. Sic nullum scit in personis discrimen. Et quod maius, Sicut patres uestri, inquit, & uos. Ita & Christus opprobrauit, quoniam semper magna crepabant de prophetis: *Quem prophetarum non sunt persequuti patres uestri? Et occiderũt eos qui prædixerunt de aduentu iusti.* Adhuc iusti dicit, uolẽs illos
C comprimere. *Cuius nunc uos proditores & occisores fuistis.* Duo illis improperat, & quòd ignorarunt, & quòd occiderũt. *Qui scilicet accepistis legem per dispositiones angelorum, nec seruastis.* Quid est hoc? Quidam putant eum dicere illã quæ ordinata fuit ab angelis. Non est autem sic, ubi.n. angeli apparuerunt, ordinantes legem? Sed dispositam legem dicit eam, quæ illi tradita fuit per angelum qui illi apparuit in rubo. Nónne homo erat? Nihil igitur mirabile eos qui illa fecerant, & hæc facere. Si eos qui denunciarant occidistis, multò magis illum. Hic & deo, & angelis, & spiritui, & prophetis, & omnibus ostendit inobediẽ2.Reg.19 b. tes. Sicut & alio in loco, inquit scriptura, Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt. Igitur illi uerbis simulantes se obseruãtes legis dixerunt, In Mosem blasphemauit. Ille autem ostendit, quòd ipsi potius non blasphemant solùm, sed etiam in deũ, & quòd illi anteà similia fecerint, & dissiparint instituta, & quòd nõ opus illis, & quòd improperantes & dicentes se Mosi contrarium, ipsi spiritui sancto contrarij fuerunt: & non simpliciter, sed etiam cum cæde, & iterum habuerunt inimicitias. Vides quòd & Mosi & omnibus ostendit illos es-

se contrarios, legémque non seruare. Quanuis sanè D
Moses dixisset, Prophetã uobis suscitabit dominus, Deu.18.b
& alij hunc uenturum prædixerunt. Et propheta dicens, Qualem mihi domum ædificabitis? Et iterum: Esa.66.a
Num uictimas & sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta? Hęc erat libertas uiri in dicendo, qui crucem ferebat. Imitemur igitur & nos illã, tametsi non sit tempus belli. Loquebar.n. inquit, de testimonijs Ps.118.f.
tuis in conspectu regum, & non confundebar. Si igitur commisceamur cum gentibus, sic illorũ obturemus ora absque ira & absque asperitate. Nam si quidem cum furore hoc fecerimus, nõ iam fiducia, sed affectio esse uidetur. Si autem mansuetè, tunc est uera loquendi libertas. Non.n. possibile est simul idem secundum seipsum & bonum opus esse, ac delictũ. Dicendi libertas bonum opus est. Furor, delictum. Igitur nos liberè dicturos mũdos à furore esse oportet, ut ne illi imputentur uerba: licèt iusta cùm furore dicas, totum perdideris etiam si liberè loquaris, etiam si moneas, etiã si quoduis operatus fueris. Vide uirum illum non cum furore loqui. Neque enim E
contumelia affecit, sed illos prophetici sermonis admonuit. Nam quòd ex furore non fuerit loquutus, ostẽdebat quando in cruciatibus pro illis orabat, & dicebat: *Ne statuas illis peccatum hoc.* Adeò non irascebatur illis, sed dolebat pro illis, & mordebatur hęc dicens, quoniam & de facie illius ideo dicebat: *Viderunt faciẽ illius quasi angeli, ut illos attrahat.* Puri igitur ab ira simus. Non habitat spiritus sanctus, ubi furor. Maledictus furibundus. Nihil sani potest ingredi, ubi egreditur furor. Nam sicut in tempestate maris magnus est tumultus, magnus clamor, & nec ad tẽpus potest quis philosophari: sic neque in ira. Sed si quid philosophicũ uel dicendum, uel faciendum: oportet prius in portu esse. Nõ uides quomodo quãdo uoluerimus, de aliquibus necesserarijs loq, locos à turbatione mundos obseruamus, ibi trãquillitas, ibi silentiũ, ut ne expellamur? Si autem q foris est tumultus impedit, multò magis interna turbatio. Et si P
orat quis, frustra orat cum ira hoc faciens: etsi tacet, iterum simile est: etsi comedat, etiam sic damnũ habet: etsi bibat, non bibat, sed eat, surgat, dormiat: nã & in somnijs talia imaginantur. Quid enim in iracũdo nõ turpe? oculi insuaues, os distortum, membra tremula, lingua infrenis, nullicq; parcens, mens stupida, figura indecens, multa insuauitas. Vide oro dæmoniacorum oculos & ebriorũ, & insanientiũ, quid differunt inter se? nónne nihil est quã in sania? Quid enim si ad tempus hoc fit, nam & insaniens ad tempus detinetur. Hoc autẽ quid peius? & non confundũtur in defensione. Nesciebam, inquit quid dixi. Et quare nesciebas hoc, homo rationalis, rationem habens? Quare ea quæ brutorũ sunt facis, sicut equus ferox ab ira & furore raptus? Profectò defensio hęc, crimen meretur. Vtinam scisses quæ dixisses. Iræ uerba sunt, inquit, non mea. Cuio illius? Etenim ira non habet robur, nisi à te accipiat. Quasi qs dixerit, manus sunt, nõ mea uulnera. Cui putas maximè opus esse ira, nónne bello & prælio? Sed & illic siqd cum ira fit, totum perit ac corrumpitur. Maximè certãtes conuenit non irasci, maximè eos q contumelia afficiuntur conuenit non irasci. Et quomodo certandũ est, inquit? ratione ac mansuetudine. Certamẽ enim est ex aduerso stare. An nõ uides & hæc bella legib & ordinationibus, & temporibus definita? Ira.n.ni-

G hil est quā irrationalis impetus. Nihil autem quod ratione requirit per id qđ ratione caret, geri potest. Quoniam & hic talia loquebatur, & nō irascebatur.

3.Re.18.d Et Helias dicebat: Quousque claudicatis in utrasque coxas? & non irascebatur. Et Phinees occidebat, & non irascebatur. Ira.n.nō permittit uidere, sed quasi in nocturna pugna omnia ligat, & oculos, & aures, & trahit quoquo uoluerit. Liberemur igitur ab hoc dæmone, incipientem illum compescamus. Sigillum tanquam frænum impone pectori. Cuius impudens est ira, sed discat audire legem. Nonne si canis ita in caula ferox sit, ut non obediat imperanti pastori, neque illius uocem agnoscat, omnia pereunt ac corrūpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si illas depascitur, inutilis est ac occiditur. Si didicerit te audire, ale canem, utilis est contra lupos, contra fures, contra latronum principē latrans, non contra oues, neque contra familiares. Si non audiet, omnia corrumpit. Si didicerit contemnere, oia perdit. Quod igitur in te est mansuetum, ne consūmat, sed custodiat ira & pingue faciat: custodiet autē, & i magna securitate

H seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes conficiat, si diabolū persequatur undequaq;. Sic māsuetudo seruatur, quando nunquā imputamus malum quiddam proximo. Sic uenerabiles efficimur, quando non solemus esse impudentes. Nihil.n. ita impudentem facit, sicut mala conscientia. Quare scorta impudentia sunt? quare uirgines pudibundæ? nonne illa pp peccatum, hæ propter continentiam? Nihil.n. sic impudentem facit, atq; peccatum. At dicet quis, quod & de contrario erubescitur: nā illū de se desperare, aliū autem impudentiorem perfrictæq; frontis

Pro.18.a efficit. Qui.n. de se desperat, audax fit. Impius enim inquit, si in profundum malorū ingressus fuerit, contemnit. Qui autem impudēs & roboris expers fuerit, sic audax & pertinax efficitur. Vis discere, ut mansuetudo consumatur? Quando malæ cogitationes illā perdomuerint, quanuis & hoc contingat, qa nō stat canis multū latrans. Neq; sic desperādum. Est enim & nobis fundibula ac lapis. Scitote quod dicitur, Est nobis & lācea, & pera, & sica, qua custodiemus cogitationes illæfas. Si canis aduletur quidē ouibus, ferociat autē contra externos & uigilet, uirtus est canis:

I & licēt esuriat, non tangat oues: & licēt satur sit, non parcat lupis. Talis & ira sit, licēt irritetur, māsuetudinem non amittat: licēt quieta sit, cōtra malas cogitationes insurgat. Suū dominum etiam percutientem non relinquat, sed agnoscat, alienū autem etiā adulātē impetat. Adulatur diabolus sæpe sicut canis, sed sciat oēs alienum esse. Sic sanē & nos uirtuti etiamsi onerosa sit applaudamus, & malitiā etiamsi exhilaret, auersemur. Ne simus deteriores canibus, q flagellati & cōstricti non desciscunt. Si illos autem & pascat alienus, quo non magis nocebunt? Est aliquando utilis ira, sed quando latrat contra alienos. Quid est, qui irascitur fratri suo temerē? Hoc est, ne ulciscere teipsum, neque uindictam exige: si alium uideris pereuntē, porrige manum: non ultra id tunc erit ira, quādo à tua compassione liber fueris. Accepit Dauid

1.Reg.24.b. Saulē, & non iratus fuit: neq; infixit lanceā susceptoinimico, sed ultus est diabolū. Moses quando alienū

Exo.2.b. iniustē agere uidit etiā occidit: quādo autē cognatū, non item, sed fratres conciliauit, ab illis autem & repulsus est: tametsi mitissimū illū scriptura testetur, ni

Nu.12.a. hilominus erat ēt uiuax & alacer. Nos autē non sic, sed ubi mansuetudinem declarare oportebat, omnibus bestiis sumus ferociores: ubi aūt seueros esse, oībus segniores. Igitur quoniā his q̄ in nobis sunt non utimur ut oportet, propter hoc etiam uita nusquam ut oportet instituitur. Sicut & in uasis si alio aliter utatur quis, quàm oportet, omnia perdit: ut si quis accepto gladio nō utatur, ut oportet, sed manu hoc faciat, nihil amplius operabitur, & si ubi manu utēdum, gladiū adhibeat, omnia perdiderit. Sic certè & medicus, non incidens, ubi oportet, & ubi nō oportet incidens, oia corrumpit. Ideo oro ut re hac tempestiuè utamur. Iræ autē tempus nunquam, quādo nosipsos iuuamus: si autē alij corrigendi sunt, tunc ea utendum maximè, ut alios eripiamus. Ita & deo

K equales erimus per oia soliciti, ne iræ simus obnoxij, & futura bona consequemur, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

His autem auditis, dissecabātur in cordibus suis, et stridebant dentibus in illum. *Homilia.xviij.*

Dmiratu dignū est, quomodo ex dictis illis L

a non acceperunt occasionē occidendi illū, sed adhuc insaniunt, & quærunt causam. Ita semper malè habent ij, qui iniustè agunt. Itaq; quem admodū summi sacerdotes secum perplexi dicebāt: Quid faciemus hominibus istis? ita sanè & isti dissecātur. Et profectò ille erat qui succensere debebat, q nihil qdē iniustè egerat, passus autē est calumniā ac uim ab iniustè agētibus. Cęterū calumniatores magis arguuntur etiā hac ratione. Sic uerū est id quod semper dicebā. Malè agere est uerè malè pati, quanuis ille nihil perperam fecerit, sed uirtutem suam demonstrarit. Ita quando contumelia afficimur, dū nō sumus malè cōscij, nihil patimur. Itaq; uolebant quidē occidere, sed hoc nō faciūt, eo quòd causam honestam suo facinori prętexere cupiebāt. Quid igitur? an non erat magna qua redarguebat cōtumelia? Nō illius erat cōtumelia, sed sic accusabat propheta. Nō ne spōte etiam remorabantur, ne uideātur propterea illū occidere, quemadmodum. s. & Christum, sed propter impietatē? Hoc aūt qd Stephanus loquebatur, pietatis erat uerbū. Igitur attentantes etiā illius famā perdere cū morte, dissecabantur. Timebant.n. M ne iterū noui quippiam circa illū fieret. Deinde quod cū Christo fecerunt, id & cū Stephano. Et sicut illic

Mat.5 postq̄ dixit: Videbitis à dextris uirtutis filiū hominis sedētē: blasphemiā esse dicebāt, & testes turbas faciebant: ita ēt hoc loco. Illic disruperūt uestimenta, hic aures cōtinebant: *Quum autē esset plenus spiritu sancto, intētis in cœlū oculis, uidit gloriā dei. et Iesum stātē à dextris dei, et ait: Ecce uideo cœlos aptos, et filiū hominis stātē à dextris dei. Exclamātes aūt uoce magna, cōtinuerūt aures suas, & impetū fecerunt unanimiter in eū, & eiectū eū è ciuitate lapidabāt.* Profectò si mentitus esset, ut insaniens, relinquēdus erat: ille aūt sic loquēs, uolebat illos doceri. Et postq̄ dixit de morte solū, & de resurrectione nondū dixit, ēt hoc posteā opportunè addidit dogma: Ita autē dicit sibi apparuisse, sicut alicubi tractat, ut & sic accipiāt sermonē, qui quoniā dixerat illū sedere, molestū illis erat, nūc illū de resurrectione sermonē mouet, & inquit illū stare. Ab hoc tempore cōiecto, & faciē illius glorificatam. Deus enim quum sit misericors, per q̄ insidiabātur illi, iisdem uolebat prouocare, siquidem nihil amplius factū esset.

A *Et eiectū extra ciuitatē lapidabant.* Iterū extra ciuitatē mors, quēadmodū de Christo. Et in ipsa morte confessio, & p̄dicatio diuulgabatur. *Ac testes deposuerunt uestimenta ad pedes adolescētis, qui uocabatur Saulus, & lapidabāt Stephanū inuocantē ac dicentem: Domine Iesu Christe, suscipe spiritū meū.* Hoc ostēdit simul ac docet illos, quòd non perit. *Et positis genibus, clamauit uoce magna: Domine, ne statuas illis peccatū hoc.* Quemadmodū defendēs, quòd nec priora ex ira dixerit, inquit: Domine, uolēs hac quoq; rōne cōciliare illis: nam re

Cap.xiij. mittere irā ac furorē cedere, purāq; ab affectione seruare aīam, ualde acceptū facit sermonē. *Saulus autē consentiebat in necē eius. Facta est aūt in illa die persecutio magna aduersus ecclesiā q̄ erat Hierosolymis, & cēs dispersi sunt per regiones Iudææ et Samariæ præter apostolos.* Nō temerè cōtigit hęc persecutio, sed singulari dispensatione. Vides quō iterū tētationes pmittit deus fieri? Sed uide oro, hinc ēt quō dispēsantur res. In admiratione fuerūt pp signa, flagellati nihil passi sunt uersati sunt i regionibꝰ, creuit sermo, posteà permittit prohibitionē fieri magnā, & fit pśecutio nō uulgaris, ut

B ita simul & hos fugēt. Timebant.n. audaciores illos factos, ut oībus manifestū existeret, quòd hoies fuerūt q timebātur ac fugerent. Vt.n. ne tu post hæc dicas, quòd p gratiā solū bene egerint, licēt persecutio nē paterentur, & permissi sunt ēt ipsi fieri timidiores ac illi audaciores. Et oēs dispersi sūt pter apostolos, inquit. Itaq; nō frustra dixi, dispēsatione quadā factā persecutionē. Si.n.nō facta esset, neq; discipuli dispersi essent. *Curauerūt aūt unà Stephanū uiri religiosi, et fecerunt planctū magnum super illo.* Vel nōdū erāt perfecti, uel quòd tāta gratia p̄ditus erat, ideo & plāgunt illū. Simul aūt hic ostēdit illos hoies fuisse, non solū metus, sed ēt luctus & plāctus. Quis.n. non ploraſſet uidēs illū mansuetū agnū lapidari, & iacere mortuū? Iustū illi epitaphiū statuit euāgelista. Et positis genibus cū dixisset, clamasseteq; uoce magna. Et fecerunt plāctū magnū super illo. Sed uideamus iterū q̄ dicta sunt: *Cū esset aūt plenus spiritu sancto, intentis in cœlum oculis, uidit gloriā dei, & Iesum stantē à dextris dei, ac dixit: Ecce uideo cœlos apertos: & cōtinebant aures suas, & impetū fecerunt unanimiter in illū.* Quāuis aliās accusa

C tione hęc digna sint, nihilominus cogita quō eū qui talia signa fecerat, q oēs sermone uicerat, q talia dixerat, susciperētes, sicut uolebāt, furorē suū implerūt. *At testes posuerant uestimēta sua ad pedes adolescētis, qui dicebatur Saulus.* Vide q̄ diligēter ea q̄ ad Paulū pertinēt narrātur, ut tibi monstret opus dei, qd posteà factū est cū illo: iam aūt ille non solū nō credit, sed & pluribus illū manibus homicidarū mittit. Ideo & hoc manifestās dicebat, Saulus uerò cōsenserat in necē eius. Non simplr aūt orat beatus hic, sed cū attētione. Positis.n. inquit, genibus. Vnde diuina illius & mors facta est. Nā huc usq; permissum erat animabꝰ in infer-

Mat.10.a no esse. Oēs aūt dispersi sunt p regiones Iudææ ac Samariæ. Absq; metu ac liberē posteà Samariæ se committūt, tametsi audierāt, In uiā gētiū ne abieritis. Veruntamē de apostolis nō dicit, ostēdēs quòd & hac rōne adduci uolētes Iudæos, ciuitatē nō reliquerūr, uelut & alijs fierēt audaciæ authores. *Saulus uerò deuastabat ecclesiam per singulas domus, trahensq; uiros ac mulieres tradebat in custodiā.* Magna insania, & quòd ille solus erat, & quòd in domus ingrediebatur, ita animā suā pro lege dabat. Rapiēs, inquit, uiros ac mulieres. Vide & licentiam, & cōtumeliā, & insaniā. Oēs quos assequebatur, plurimis malis afficiebat, utpote D à cęde factus audacior. Illi igitur dispersi peragrabāt annunciantes sermonē: Philippus aūt ut descēdit i cīuitatē Samariæ, prædicauit illis Christū. Intēdebant aūt turbæ unanimiter his q̄ à Philippo dicebātur, audientes & uidētes signa q̄ faciebat. Spiritus.n. immū di è multis q ab illis tenebātur exibant, clamātes uoce magna. Multi aūt paralytici ac claudi sanati sunt; & factū est gaudiū magnū in illa ciuitate. *Vir aūt quidā nomine Simon, qui antè in ea ciuitate artē exercuerat magicā, ac gentē dementarat Samariæ, dicens se esse quempiam magnū, cui auscultabant oēs à minimo usq; ad maximū, dicētes: Hic est uirtus dei, q̄ uocatur magna.* Vide oro & aliā tentationē q̄ est à Simone. *Auscultabant aūt ei,* inquit, *turbæ eo quòd multo tpe magicis artibus demētasset eos: cū uerò crediderunt Philippo euāgelizāti de regno dei, deq; nomine Iesu Christi, baptizabantur uiri simul ac mulieres: tunc Simon & ipse credidit.* Et *cum baptizatus esset, adhærebat Philippo, uidensq; signa & uirtutes uiri, stupens admirabatur. Cū aūt audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quòd recepisset Samaria uerbū dei, miserūt ad illos Petrū et Ioannē, qui cū descendissent, orauerūt pro* E *ipsis, ut acciperent spiritū sanctū: nondū.n.in quenquam illorū illapsus fuerat, sed baptizati tantū erant sub nomine Christi Iesu. Tunc imponebāt manus super illos, accipiebantq; spiritū sanctū. Cū uidisset aūt Simon, quòd per impositionē manuum apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniās, dicens: Date & mihi potestatem, cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritū sanctū.* Qūo, inquit, Spiritū sanctū illi non receperant? Spiritū acceperant remissionis, spiritū aūt signorū nō receperāt. Et qđ hoc sit quòd spiritū signorū non acceperint, uide qūo hoc cercens. Simon accesit & petijt. Quanuis aūt tunc maximè flagrabat persecutio, attamen deus iterū illos eripuerat, signa illis ut murū præponens. Porrò mors Stephani illorū furorē non restrinxerat, sed magis auxerat: ideo & dispergūtur discipuli, ut doctrina amplius propagetur. Et uide iterū ēt, bona illos accipere & in gaudio esse, Magnū.n. inqt, gaudiū factū est i ciuitate, quāuis & luctus magnus factus esset. Ita semper facere solet deus, & tristibus læta miscere, ut in maiori admiratione sint. Multo aūt iam tpe morbo obnoxius erat Simō, unde neq; F sic ab illo liberatur. Qūo aūt illū & baptizauit? quēadmodū Christus & Iudā elegerat. Hic uidens signa quæ fiebant, obstupescit quidē, nō audet aūt gratū signorū petere, quandoquidē uidebat ēt alios non accepisse. Igitur qūo illū nō occiderunt sicut Ananiā & Sapphirā? quia ēt olim is q in sabbato ligna collegerat, occisus est, ut alij erudirentur: neq; posteà aliꝰ idem passus est. Sic & nūc Petrus facit, & punitis illis hunc non punit, sed dicit ad eū. *Pecunia tua tecū sit in perditionem, quia donum dei putasti pecunijs possideri.* Et quare non acceperūt spiritum sanctū, ij qui baptizarentur? Vel forsan quia Philippus in hoc apostolos breui uenturos honorabat, uel quòd hoc donū nō habebat. Erat.n. ex septē illis, id qđ magis uidetur dicendū. Vnde mea sńia hic Philippus unus ex septem erat sēds à Stephano. Ideo & baptizās spiritū sanctū non dabat, neq; enim facultatē habebat. Hoc.n. donum solorū apostolorum erat. Cōsidera aūt quòd illi nō egresi erant: dispensatū aūt est ut ij egrederentur, qui & gratia posteriores erant, pp hoc quòd nōdum acceperant spiritum sanctū. Nā uirtutem quidē acceperant faciendi signa, non aūt dandi alijs spiritū

G ſanctũ. Igitur hoc erat ĩ apoſtolis ſingulare. Vnde & pręcipuos, & nõ alios uidemus hoc facere. Vt aũt uidit, inquit, Simon, quòd per impoſitionẽ manuum apoſtolorũ datus eſt ſpiritus ſanctus. Nõ ſic dixiſſet, niſi & ſenſibile quiddã factũ eſſet. Hoc & Paulus fecit, quando linguis loquebãtur. Vidiſti ſcelus Simonis? pecunias attulit, quãuis nõ uidiſſet pecuniarum gratia illũ hoc facere, unde nõ ignorantię opus erat, ſed tentãtis, & uolentis accuſationẽ quęrere propter hoc & audit. *Non eſt tibi pars, neq; hæreditas in uerbo hoc. Cor enim tuũ non eſt rectum corã deo.* Iterũ q̃ occulta in animo erant, affert in mediũ, quoniã ille occultum eſſe putauit. *Reſipiſce igitur à malitia tanta, et ora dominum ſi fortaſſe remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & colligatione iniuſtitiæ uideo te eſſe. Reſpondens aũt Simon dixit: Orate uos pro me ad dominum, ut nihil eorum quæ dixiſtis eueniat in me.* Oportebat illũ toto corde pniam agere, oportebat plorare. Ille aũt obiter hoc faciebat. Si fortaſſe remittatur tibi hoc, dixit, non quòd nõ dimiſſum eſſet illi ſi plorafſet, ſed mos ẽt prophetis eſt ſolũ denegare, & nõ
H dicere. Si aũt hoc feceris, cõdonabitur tibi, ſed quod oino erit pœna futura. Tu aũt hoc admirare, quo in tpe calamitatis nihil negligunt, ſed prædicationi incumbunt. Et quodãmodo, ſicut ſub Moſe per cõpationẽ fiunt miracula, ita etiã hoc loco. Magia erat, attamen manifeſta hæc ſigna erãt, quanuis nullum oportebat eſſe illic dæmoniacũ, quandoquidẽ multo tpe dementarat illos: quoniã aũt multi dæmoniaci, multi paralytici, illa nõ erãt uera. Philippus aũt nõ ſignis ſolũ, ſed & uerbis illos adducebat de regno, & Chriſto loquẽs. At Simon, inquit, baptizatus Philippo, non fidei gratia, ſed ut & ipſe talis fieret adhærebat. *Vt aũt illi deſcenderũt, orauerunt pro illis, ut accipiãt ſpiritum ſanctũ. Nõdum enim erat illapſus cuiquam: tunc impoſuerunt manus ſuper illos, & acceperunt ſpiritũ ſanctum.* Vides quòd non ſimpliciter hoc fit, ſed multa opus eſt uirtute, ut detur ſpiritus ſanctus? non enim idem eſt aſſequi remiſſionẽ peccatorum, & accipere uirtutẽ illam. *Vt aũt uidit Simon, quòd per impoſitionẽ manuum apoſtolorũ datus eſt ſpiritus ſanctus, obtulit illis pecunias.* Numqd alios uidit hoc facere? nunqd nõ pu
I tauit illos eſſe eius cuius oportebat eſſe mentis? Ideo bene Petrus & rem donũ uocat, dicens: *Peccatum tuũ tecum ſit in perditionem, quoniam exiſtimaſti donum dei pecunijs poſſideri.* Vides ubiq; puros à pecunijs. *Non eſt tibi pars neq; hæreditas in ſermone hoc, cor enim tuum nõ eſt rectum corã deo.* Atq; ita per malitiam omnia fecit, at ſimplicem eſſe oportebat. *Reſipiſce igitur, nam in felle amaritudinis & colligatione iniuſtitiæ uideo te eſſe.* Magnæ iræ uerba ſunt, nõ punit aũt illum, ut ne poſtea neceſſitatis ſit fides, ut ne res crudelis eſſe uideatur, ut ea q̃ pniæ introducat, uel etiam quod ſufficiebat ad correctionem, arguiſſe & dixiſſe ea q̃ in corde erant: nam in eo quòd dicit, *Orate uos pro me*: Simul cõfitetur ac oſtendit. Vide quo quanuis ſceleſtus ille eſſet, redargutus tamen credidit, quemadmodũ & humilis factus, quando iterũ redargutus eſt. Videns ſigna q̃ fiebant, obſtupuit, oſtendens mendacium fuiſſe quicquid ipſe faciebat. Non acceſſit, dixit, ſed obſtupuit. Et cur nam illud ſtatim nõ facit? Putauit poſſe latere, putabat artem eſſe quod fiebat. Vbi aũt nõ potuit latere apoſtolos, acceſſit. *Spiritus enim immundi è multis qui ab illis tenebantur exibant, clamantes uoce magna.* Hoc egrediendi ſignũ manifeſtum erat,

K ſigna uerò magorum contrario modo ſe habebãt. *Multi aũt paralytici & claudi ſanati ſunt.* Non erat hoc loco deceptio, ſed ambulabãt, & uiuaciter agebãt, ut oportebat. Auſcultabant aũt illi oẽs, dicentes: Hic eſt uirtus dei. Hoc loco impletur quod à Chriſto dictum: Multi uenient pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ in noie meo. Quare non ſtatim illũ redarguerũt? Marc.3.d
contenti erãt quòd ſeipſum condẽnabat. Etenim & hoc doctrinæ erat, quoniã aũt reſiſtere nõ poterat, ſimulat quemadmodũ & Magi quando dicebant, Exod.8.d
Hoc, digitus eſt dei. ut aũt ne iterũ in obliuionẽ ueniat, & obſcurus ſit, ideo & adhæret Philippo, & nõ ſeparabatur. Tu aũt uelim conſideres quanta diſpẽſentur per mortẽ Stephani. Diſpergũtur per regiones Iudææ, ac Samariæ euangelizant uerbũ, prædicant Chriſtũ. Signa perficiunt, paulò pòſt accipiunt hi donum. Hoc duplex ſignum erat. Tunc.n. illis dari, & huic tunc non dari, maximũ ſignũ erat. *Et illi quidẽ teſtificati & locuti ſermonem dei, regreſſi ſunt Hieruſalẽ, & multis oppidis Samaritanorum euangelizabant.* Bene ſic dixit, Teſtificati. Teſtificantur. n. fortaſſe pp illũ, ne decipiãtur, ut poſteà ſecuriores fiant, ne propter L
inexperientiam ſæpe ſimul rapiãtur. Regreſſi ſunt in Hieruſalem. Quare iterũ abeunt illuc? Ibi tyrãnis, ibi principium malorũ, ibi qui maximè clamabãt. Sicut in bellis duces faciunt, & non relinquunt laborantẽ belli partẽ, idem & illi faciũt. Videnõ primò uenientes in Samariã apoſtolos, ſed diſcipulos qui perſecutionẽ patiebantur. Sicut & apud Chriſtum apoſtoli emittuntur ad eos qui iam ex Samaritanis crediderant. *Auditis aũt illis*, inquit, *apoſtoli miſerunt ad illos Petrum & Ioannem.* Quare nam mittuntur? ut liberent illos à Magia, & ita illis doctrinam quã primũ à Chriſto acceperant, in memoriã reducerent. Oportebat igitur aduerſarium petere, ut accipiat ſpiritũ ſanctũ: at ille quoniã hoc ei non erat curæ, ſed ut det alijs petit, quanuis illi non acceperint hunc, ut ita dent. Sed uolebat hic Philippo eſſe clarior, qui ĩter diſcipulos erat. *Argentum tuum ſit tecum in perditionem.* Non imprecantis, ſed erudientis ſunt hæc uerba: Quoniam enim illo nõ eſt uſus ut oportebat. Tibi, inquit, ſit, q̃ talis es: quaſi diceret quis, Cũ uoluntate hac tua ſimul pereat, quòd tam paruũ ſentis de dono dei, quòd M
ſperaſti omnino humanũ eſſe negociũ: nõ eſt hoc. Itaq; ſiquidẽ acceſiſſet ſicut oportebat accedere, & ſi acceptus eſſet, & ſi ut perniciouſus fuiſſet, non latuiſſet. Vides quòd parua de magnis ſentiẽs duplicia peccat? Duo igitur illi præcipit, *Reſipiſce & ora, ſi fortè remittatur tibi cogitatio cordis tui.* Ita erat cogitãs malum quiddã: pp hoc & dixit, Si fortè remittatur tibi, quia ſciebat icorrigibilẽ eſſe. At ille iterũ timuit multitudinẽ, & metuit negare. At ſi nõ turbatus fuiſſet, dixiſſet ſe neſciuiſſe & imprudeter egiſſe, ſed obſtupefactus fuit: primũ quidem quòd captus erat ſignis, ſecũdo quòd manifeſtabatur cor ei⁹. Propterea pro cul poſteà abijt, nẽpe Romã, eo quòd apoſtoli illuc non præuenerant. *Et multis oppidis Samaritanorũ euangelizabant.* Vide quo & itinera illis negocium aſſerebãt, at nõ temerè proficiſcebãtur. Tales ẽt nos oportebat profectiones facere. Et qd dico profectiones? multi oppida habẽt ac prędia, & nõ eſt illis curę: ſed quo balnea fiant, & ut pretia creſcant, & ut aulæ ac domicilia extruantur, multũ ſoliciti ſunt: quomodo autem animæ colantur, non item. Et tu quidem ſi ſentes iuxta ſulcum uideris, ſecas, uris, perdis: &

A ſic terrã liberas à ſuo incõmodo. Videns autẽ illos agros plenos ſpinis, nõ deſecas? Nõ times & horres dic oro, quòd de hoc rationẽ redditurus ſis? Nũ op⁹ eſt, ut unuſquiſq; fideliũ ædificet eccleſiã? & ut credat ſimul ẽt doctor fit? Nunquid ante oía hoc cõſiderandũ, ut oẽs ſint Chriſtiani? Quo dic mihi, Chriſtianus erit agricola, uidens te ſic ſuã negligere ſalutẽ? Non potes facere ſigna, & perſuadere iis quibus illi perſuaſerunt, miſericordia utere, cura, manſuetudine, affabilitate, aliiſq; omnibus. Ac fora quidem ac balnea faciunt multi, eccleſias aũt non item, & oía magis q̃ has. Ideo oro ac ſupplico, & gratiã peto, immo & legẽ pono, ut nullus q̃ habet uillã appareat ca rere eccleſia. Ne mihi dixeris, propè eſt, in uicinia eſt, magnus eſt ſumptus, non magnũ commodũ: ſiqd habes inſumendũ in pauperes, illuc inſume, melius illuc q̃ ibi, educa magiſtrũ, educa diaconũ & ſacerdotalẽ ordinẽ. Quaſi ducta uxore uel ſponſa, uel data uirgine, ſic erga eccleſiã affectus es, dotẽ aſſcribe illi, ita tibi benedictionis prędium multiplicabitur. Quid enim non erit illic bonorũ? Parũ ne eſt oro tor
B cular benedici, parũ ne eſt deũ ex oĩbus frugibus ac decimis prius partẽ ac decimas accipere? Ad pacem agricolarum hoc utile. Venerabilis erit & presbyter poſteà, & ad ſecuritatẽ agri conducet. Preces illic ppetuè pp te, laudes & ſynaxes pp te, oblatio per ſingulos dies dominicos. Quid magis mirandũ, quòd alij extruunt clara ſepulcrha, ut poſteri audiãt quòd ille conſtruxit, an quòd tu eccleſias excitas? Cogita quòd uſq; ad Chriſti aduentũ mercedem habiturus ſis qui altare dei excitaturus es. Dic enim oro ſi rex tibi prępeciſſet domum extruere, ut illic habitet, nõne omnia feciſſes? Nunc igitur regia eſt Chriſti eccleſiæ conſtructio, ne ſumptũ ſpectes, ſed fructũ computa. Illi collunt terram, tu cole illorũ animas: illi tibi ferunt fructus, tu illos infer in cœlos. Qui initium dedit, hic & oĩum aliorũ cauſa eſt. Igitur & te authore, illic erudientur initiandi, ij qui agro tuo uicini, cũ balnea quidẽ molliores reddant agricolas, inſtitorię officinæ, delicatiores, attamẽ facitis hæc pp gloriã. Forũ & prætoria, publica faciunt impudentes. Hic autẽ omnia ſecus fiunt. Quale enim fuerit, uidere ſe
C nẽ, ad exẽplũ Abrahæ incedẽtẽ, canũ accinctũ, & fodientem & ipſum operantẽ. quid illo agro deſidera bilius? Hic maior eſt uirtus. Non eſt laſciuia illic, ſed abacta eſt: non eſt ebrietas, ac uoluptas, ſed elimina ta eſt: non eſt uana gloria, ſed extincta eſt, plus illic fulget beneuolentiæ pp ſimplicitatẽ. Quãta res eſt abire & ingredi in domũ dei, & uidere quòd ipſe illã extruxerit, & quieſcere à uilla ſecurũ, & habere deambulationẽ ſeruientem corpori, & matutinis ueſpertinisq; hymnis eſſe præſentem, ac ſimul prandentem facerdotẽ, ſimul conuerſantẽ, benedictione frui, & Gen.27.d
alios uidere illuc uenientes? Hoc fuerit in murũ ac ſecuritatẽ agri. Hic eſt ager, de quo dicit: Odor agri pleni cui benedixit dominus: quãuis & pter hoc bona ſit uilla, pp quietẽ, pp abundantiã ocij, quòd ſi tẽplum acceſſerit, quid illi cõparabitur? Villa. n. habẽs eccleſiã, paradiſo dei comparatur, non eſt illic clamor, non eſt turbatio, non uarij inimici, neq; ſectæ omnes licet uidere amicos, & participes eorundem dogmatũ. Ducit te in philoſophiam, ab hac philoſophia accipiẽs te presbyter curabit facilè: nã hic quęcũq; dixerimus, forũ excutit: illic aũt quęcũq; audieris fixa habebis in mente. Alius in agro eris per illũ,

D & illis præſidebit ac erit cuſtos, & ut aſsint, & ut cõponãt ſeipſos. Vnde aũt eſt & ſumptus, dic mihi? Fac iam paruã domũ pro tẽplo, q̃ ſequetur te faciet porticũ, qui poſt illum aliam adiiciet, & ſic tibi imputabitur totum. Tu das paruũ, & totius accipis mercedẽ. Igitur initium facito, fundamentũ iacito, imo mutuum ad hortemini, ut certetis in hac re. Nũc aũt domus in quibus paleam & frumentũ, & omnia talia reponi oportet, facilè extruunt: ubi autem colligere oportet animarũ fructus, minimè curant: ſed cogũtur multis ſtadiis ire, & magnas profectiones facere ut in eccleſiã abeant. Quãtum autem eſt bonũ cum multa quiete in eccleſiã ſacerdotẽ uenire, ut accedat deũ, & pro ea quotidie oret ad dominũ? Parũ eſt dico, in ſanctis oblationibus nomẽ tuũ ſemper referri, & quotidie pro uilla preces ad deũ fieri? Quantũ tibi & ad alia hoc conducit? Contingit quoſdã ex uicinis habitare, & habere curatores. Ad te igitur paucos perẽ, non dignabitur ullus horũ uenire: ac presbyterum fortaſsis uocabis, & menſæ participẽ facies. Vides quanta inde erunt bona? Erit tũc uilla ab omni
E ſuſpicione libera, nullus homicidij, nullus furti accuſabit, neq; aliquid ſuſpicabitur. Habent & aliã cõſolationẽ, ſiue morbus, ſiue mors accidat. Non ſimpliciter neq; fortuitò ẽt amicitiæ fiũt eorũ qui illuc eunt, & cõgregationes erũt multò aliis cœtib⁹ ſuauiores: non ſolum aũt congregationes, ſed & illi qui præſunt per presbyterũ ſunt magis reuerendi. Omnino audis quòd Hieruſalẽ olim aliis ciuitatibus honoratior fuerit: ſed nõ ſimpliciter, uerũ pp impietatem quæ tũc præualuerat. Propterea ibi colebatur deus. Nihil eſt mali, multa ſecuritas erit & apud deum, & apud hoĩes. Etiã oro, ne obiter, ſed alacriter opus in manus ſuſcipiatis Qui. n. educit pretioſum à uili quaſi os dei erit, qui tot animabus tam præſentib⁹q̃ futuris, uſq; ad aduẽtũ Xpi prodeſt, quãtã gratiã apud deũ habebit? Præſidiũ extrue cõtra diabolũ. Hoc eſt enim eccleſia. Illinc impetũ faciãt manus ad laborẽ, prius extẽdãtur in precibus, & tũc abeãt ad opus, unde erit corporis robur, ita erit multa agricolatio, ita oía mala erũt foris: non põt uoluptas uerbis tradi, quãdiu opere nondũ fuerit ſuſcepta. Ne hoc uideris, quòd nullã habeat acceſsionẽ ac cõmodũ: nã ſi hoc F
feceris, nihil facies, ſi nõ putas tibi utilitatẽ pdio maiorẽ accedere. ſi nõ ſic affectus es, nõ operaberis, ſi nõ opus hoc cogitas tuis oĩbus pferendũ. Quid hac utilitate maius, animas in areã q̃ eſt in cœlo inducere? Hei mihi, quòd neſcitis quantũ ſit lucrifacere animas. Audi quid dicat ad Petrum Chriſtus: Si diligis Ioan.21.d
me, paſce oues meas. Si oues regias uides uel equorũ armentũ, apud ſtabulũ nõ habere q̃ proponãtur, accipies ipſe, & extrues ſtabulũ & equile, uel pręficies paſtorẽ, quãtis te remuneraturus eſt rex? nunc ouile Chriſti congregas, & paſtorẽ pręficis, & nõ putas magnũ quiddã te facere? Quid dico? ſiquis ſcandalizarit ẽt unum, tantas pœnarũ minas audit, qui tot ſeruat non ſeruabitur? nã quale poſteà habebit peccatũ? etiã ſi habuerit, nõ delebit illud? A pœna eius qui ſcandalũ dederit, diſce præmiũ eius qui ſeruat. Si nõ non curę eſſet deo etiam unius animę ſalus, nõ tam iraſceretur ob illius perditionẽ? Hæc igitur ſcientes, curã habeamus operis ſpiritualis, & me unuſquiſq; uocet, & nos pro uiribus ſimul operabimur. Et ſi quidẽ tres fuerint domini, in commune conferant: ſi autẽ unus, & aliis uicinis ſuadeat tantùm ut hoc

G corrigat soliciti sitis, ut ubiq; bene placẽtes deo ęter
na bona consequamur, gratia & misericordia domi
ni nostri Iesu Christi, cũ quo patri & spiritui sancto
gloria, honor, imperiũ nunc & semper, &c.

Angelus autẽ domini locutus est ad Philippũ, dicens: Surge, & uade Meridiẽ uersus, ad uiã quæ descendit à Hierusalem in Gazam, hæc est deserta: & surgens abiit.

Homilia. xix.

Identur mihi conscripta, de eo qui à Samaria, nõ qui à Hierosolymis uadit. A Hieroso
u lymis. n. nõ itur ad Meridiẽ, sed ad Septẽtrionẽ. A Samaria aũt ad Meridiẽ est iter. Ista est solitudo. Hoc dicit, atq; adeò ut nõ terreatur Iudęorũ sedi
tione. Et nõ interrogauit. Quare? sed surgẽs abiit. *Et ecce*, inquit, *uir Aethiops Eunuchus potens Candacis reginæ Aethiopum, qui erat præfectus omni thesauro eius, & uenerat adoraturus in Hierusalẽ. Reuertebatur aũt, & sedebat in curru suo, legebatq; prophetã Esaiã.* Magnis laudib⁹ p̃dicatur ille, quandoquidẽ & ille in Aethiopia manẽs, & tãtis occupatus negociis, & cũ nõ esset festus dies, ageretq; in superstitiosa ciuitate, uenit ado
H raturus Hierusalẽ. Magnaq; diligẽtia erat, qa ẽt i curru sedẽs legebat. *Dixit aũt spiritus Philippo: Accede, & adhære currui huic. Vt aũt accurrit Philippus, audiuit illũ legẽtẽ Esaiã prophetã, & dixit: Nunquid intelligis quæ legis? At ille dixit: Quõ possem, nisi quis uiã ostenderit?* Vide iterũ aliã pietatẽ, nescięs legebat, & postq̃ legerat, inquirebat. *Rogauitq; Philippũ ut ascẽderet, sederetq; secũ. Cõtinentia aũt scripturæ quã legebat, hæc erat: Tãquã ouis ad occisionẽ ductus, & sicut agnus corã tondente mutus, sic non aperuit os suũ. In humilitate ipsius iudiciũ eius sublatum est. Generationẽ aũt eius quis enarrabit? quoniã tollitur de terra uita eius. Respõdẽs aũt Eunuchus Philippo dixit, obsecro te de quo propheta dicit hoc de se, an de alio quopiã? Aperiẽs aũt Philippus os suũ, & incipiẽs à scriptura ista, prædicauit illi Iesum.* Vide quo res cũ illo gerantur, primũ legit ac ignorat, deinde legit illud potissimũ capitulũ, i quo & passio & resurrectio ac donũ docebantur. *Et dum irent per uiã, uenerunt ad quandam aquã. Et ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?* Vidisti alacritatẽ? uidisti diligentiam? *Iussitq; stare currum, & descenderunt in aquã ambo Philippus & Eunuchus, & baptizauit illum: ubi autem ascẽderũt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippũ, & nõ uidit illũ ultrà Eunuchus, ibat enim per uiã suã gaudens.* Qua re, inquit, tulit illũ spiritus domini? eo quòd & per alias ciuitates transiturus erat, ac annunciaturus. Factũq; est hoc, ut posteà in admiratione sit, & ita ne humanũ aliquid de illo, sed diuinũ existimes. *Philippus autẽ inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatib. cũctis, donec ueniret Cæsareã.* Et ex hoc manifestum, quòd hic unus ex septẽ fuerit. Etenim & posteà illic inuenitur in Cæsarea. Vtiliter igitur rapuit illũ spiritus, alioqui rogasset Eunuchus ut simul cũ illo proficiscatur, quẽ ille cũ nondum tempus esset, renuens ac negans contristasset. Vidisti angelos cooperantes prædicationi, & ipsos quidem non prędicantes, hos autem uocantes? Hoc aũt mirabile ẽt hinc ostẽditur nã quod olim rarum erat & uix fiebat, id hic perq̃ liberaliter fit. Et aliter: Prædictũ erat illos dominaturos alienigenis: nã quòd fideles sint fide digni, sufficit obedięti ę assuetos ẽt ipsos í simulẽ zelũ excitari pp hoc sanè & gaudẽs ibat, atq; adeò si nescisset, nõ esset gauisus. Quid autẽ prohibuisset, inquit omnia illũ diligẽter discere, & i curru exi
Esa.53.c

stentẽ, maximè in deserto? qa res hæc non agebatur K
ad ostẽtationẽ. Sed uideamus iterũ quæ lecta sunt. *Et ecce uir Aethiops, Eunuchus*, inqt, *præfectus Cãdacis reginæ Aethiopũ.* Ex hoc manifestũ, quòd ab ea terra uenerat. Nã olim & mulieres imperabãt, ueteri quadã lege. Sic nescìebat Philippus quare uenisset in soli
tudinẽ, quia & nõ iam angelus, sed spiritus illũ rapit. Nihil aũt horũ Eunuchus adhuc imperfectus uidet, uel quòd & hæc nõ corporis, sed spiritualib⁹ oculis spectãda sint: neq; ẽt q̃ Philippus edocebatur, discit. Et quare nõ ipsi apparet angelus, & ipsum ducit ad Philippũ? Quia fortasis nõ obediisset, sed solũ perterritus fuisset. Vide Philippi philosophiã. Nõ calumniatus est, non dixit, Ignoras, ego te docebo: non dixit, Ego hęc accuratè scio: nec adulat⁹ est, dicẽs: Beat⁹es hęc legẽs, ita à temeritate ac adulatione uerbũ alienũ erat, sed curã sẽ gerere & misericordẽ esse declarabat: oportebat. n. illũ interrogare, oportebat illũ desiderare. Est aũt hoc manifestè insinuãtis, se scire hoc quod ille nesciebat, dum dicit: Nũquid intelligis ea q̃ legis, & simul ostẽdit magnũ i his latere sensum. Et Eunuchus excusat, Quõ. n. inquit possem, siqs mihi L
uiã nõ indicet? Nõ uidit in curru, nõ dixit: Tu qs es, nõ redarguit, nõ insolẽter locutus est, nõ dicit se scire, sed fatetur ignorãtiã, ideo & discit, monstrat uulnus medico. Simul agnoscebat quòd & ille sciebat, & docere uolebat. Vidit alienũ à fastu, neq;. n. claro habitu uestitus erat. Ita erat audiendi auidus, & sermonibus attẽdebat. Quia & in ipso implebatur, Qui quærit inuenit. Obsecrauit aũt, inquit, Philippũ, ut *Matth.*
ascenderet & sederet cũ ipso. Vidisti diligẽtiã? uidisti desideriũ? orat, ut ascendat, ac secũ sedeat. Sic nescìebat quid esset illi dicturus, sed simpliciter putabat se prophetiã quãdã auditurũ. Maior autem honor est, quòd nõ simpliciter ascẽdere facit, sed ẽt orat. Vt autẽ accurrisset Philippus, audiuit illũ legẽtẽ: & cursus, signũ est uolẽtis aliquid discere, & lectio, studij. In eo enim legebat tẽpore, quo Solis calor feruẽtior. Con *Esa.53.c*
tinentia aũt ista erat: Sicut ouis ad occisionẽ ductus est. Et hoc illius in discẽdo cupiditatis indiciũ erat, quòd prophetã aliis sublimiorẽ in manib⁹ habebat. Ideo nõ cũ seueritate illi enarrat, sed mansuetè, ímo neq; sic loqtur prius, donec interrogatus est, donec M
ille obsecrauit. Quẽadmodũ istud iterũ faciẽs, inqt: Oro te de quo propheta dicit hoc. Mihi uidetur, quòd nesciebat quòd de aliis dicunt prophetæ, uel si non hoc, nesciebat quòd de aliis ut de seipsis loquantur. Cõfundamur & pauperes & opulẽti illũ q̃storẽ. Deinde uenerũt ad aquã, inquit: Ecce aqua. Id erat animæ ualde flagrãtis. Quid prohibet me baptizari? Vides illius cõcupiscentiã. Non dicit, Baptiza me neq; silet. Sed medium quiddam inter desideriũ & accipiẽdi pronitatem loquitur. dicens: Quid prohibet me baptizari. Vide quo absoluta dogmata habuit. Etenim propheta omnia continebat, incarnationem, passionem, resurrectionem, assumptionẽ, iudiciũ futurũ. Quę sanè magnũ illi desideriũ ingenerabant. Cõfundamini, quotquot nondũ illuminati estis. Et iussit, inquit, stare currũ. Simul dixit & imperauit. Vt autẽ ascenderunt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippum: Bene, ut diuinũ ostendatur quod factum, & ut ne putetur homo uulgaris. Et iuit, inquit, uiã suam gaudens. Hoc dixit ostendens, quòd contristatus esset, si cognouisset. Itaque præ multo gaudio, quanuis spiritum cõsecutus, neque uidebat præsentia.

A præsentia. Et inuentus est, inquit, in Azoto. Multũ hinc & Philippus lucratus est. Nã id quod audiuit de prophetis, de Abacuk, de Ezechiele ac aliis, uidit in se quoque fieri, qui in minimo tpe expertus sit multum itineris se confecisse, quãdoquidẽ in Azoto inuentus est, & illic posteà stat ubi et illũ euangelizare
Cap. ix. oportebat. *Saulus aũt adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos domini accęsit ad principem sacerdotũ, & petiit ab eo epistolas, quas perferret Damasciũ ad synagogas, ut siquos inuenisset eius uiæ seu uiros, seu mulieres uinctos duceret Hierusalem.* Opportunè de zelo Pauli hìc differit, ut ostẽdat quòd medio zelo uehebatur, nondũ satiatus cęde Stephani, neq; psecutione eccle się impletus ac dispersione, accedit ad principẽ sacerdotũ, ubi impletur quòd à Christo ad discipulos di
Ioan.16.a ctũ, Quia uenit hora, quòd omnis qui occidit uos, arbitratur se obsequium deo offerre. Hic igitur sic faciebat, non ut Iudæi. Abstit: nã quod zelo faciebat, manifestũ est ex eo quòd in exteras ciuitates abibat. Illi autẽ etsi ea q̃ in Hierosolymis erant curabant, solũ ut gloriã obtinerent. Quare autem in Damascum
B ibat? magna ciuitas erat ac regia: timebat igitur ne & illa ciuitas præueniretur. Et uidere licet desideriũ ac ardorem, quomodo legitimè operatus est: nam accedit ad principẽ, petit epistolas ab illo, ut quotquot inueniret esse in uia. Viam eos qui credebant uocat, qui apud omnes sic tũc nominabãtur, fortasis ob hoc quòd uiã secabant ferentẽ in cœlũ. Quare aũt non accepit potestatem illic puniẽdi illos, sed in Hierusalem ducit? ut ita cum maiore potestate ibi pœnã de illis sumat. Et uide quali periculo seipsum committebat, attamen & sic timet nequid mali patiatur. Sanè pp hoc & illos secum accipit, ut fidẽtius quotquot uiros ac mulieres inueniret, uinctos addu ceret in Hierusalẽ. Et aliter: Etiam per uiam ostende re spiritus uoluit omnibus suum totum esse, ita illi non operabantur hoc. Et uide illum etiam in carceres coniicientẽ. Igitur illi quidẽ infirmi erant, hic autem pro alacritate sua erat potens. *Et cum iter faceret, contigit ut appropiaret Damasco, & subitò circunfulgurauit eũ lux de cælo, collapsusq; in terrã, audiuit uocem dicentẽ sibi, Saul Saul, quid me persequeris?* Quare hoc
C non est factũ in Hierosolymis? quare nõ est factum in Damasco? Ita ut non possent istud alij aliter narrare, sed ille fide dignus ut narret qui pp hoc abierat. Hoc sanè dicit & Agrippæ rationem reddens: laborat autẽ & uisu, eo quòd excęllens lumen grauare solet. Habẽt enim suas mensuras oculi. Dicitur autem excellens sonus surdos facere ac attonitos, sed hunc solum excæcauit, & terrorre suo furorem extinxit, ita ut audieret ille ea quæ dicebantur, Saul Saul, qd me persequeris? Nõ dicit illi, crede, neque aliud tale quippiam, sed crimen obiicit. Quid mali, quod aut magnũ, aut paruum tibi feci, quòd hæc facis? *Dixit aũt: Quis es domine?* Iam confessus est se esse seruum. *Dominus autem dixit, Ego sum Iesus quẽ tu persequeris.* Quasi dicat, Ne putes tibi cũ hoibus solis esse certamen. *Qui autem cũ illo erant, uocem quidem Pauli audierunt, nullum autẽ uidebant cui responderet.* Meritò: nam illos minorum rerũ fecit auditores. Nam si uocem illam audissent, nec sic credidissent, & Paulũ uidẽtes respondere admirati sunt. *Sed surge, & ingredere in ciuitatem, & dicetur tibi quid debeas facere.* Vide quo nõ statim omnia illi reuelat, sed solũ illius mentẽ prẽmi tigat: & dum præcipit quid ei faciendũ, statim bonã
D illi spẽ dat, quòd iterum uisurus sit. *Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabant attoniti, audientes, quidẽ uocẽ neminẽ tamen uidentes. Surrexit autẽ Saulus è terra, apertisq; oculis neminẽ uidebat, sed manu ducẽtes illũ introduxerunt Damasciũ.* Spolium diaboli, uasa eius quasi capta ciuitate ac metropoli quadam introducunt. Et quid hoc mirum? illi hostes & inimici introducũt illũ oibus uidentibus. *Et erat tribus diebus non uidens, ac non comedit, neq; bibit.* Quid huic cõparabimus? Cõsolatio ista adducto Paulo cõpẽsabat mœrorẽ quẽ è morte Stephani cõceperãt. Et erat ẽt inde gratũ, quòd ille sic abierat. Sic & Samaritanorũ ciuitates adductę inde multũ recreatę sunt. Et quare, dicit qs, hoc nõ factũ est ab initio, sed posteà? Vt ostẽdatur quòd uerè surrexerit Christus. Qui. n. psequebatur illũ, & non credebat illius mortẽ ac resurrectio
nẽ ẽt discipulos illius persequẽs: hic quãnã ratione credidisset, nisi magna fuisset crucifixi uirtus? Esto illi obtẽperẽt, quid diceres ad hũc? Et aliter: propterea post resurrectionẽ accesit, & nõ statim, ut manifestius illius uideatur certamẽ. Qui. n. sic insanit, ut &
E sanguinẽ effundat, & in carcerẽ coniiciat, statim credit. Nõ sufficerat, quòd nõ fuerat cũ Xpo, sed oportebat & uehemẽter oppugnari ab illo fideles, neque unã insanię excellẽtiam omittebat. Oibus hic acrior erat: ubi aũt exęcatus est, tũc dominationis & misericordię illius coniecturas agnoscit, Vel ẽt ne qs dicat quòd simularit: quo. n. de eo qui sanguinarius, & qui sacerdotes accesserat, q periculis se exposuerat, & ẽt exteros afflixerat ac punierat hoc sentiẽdũ? Hic igitur post hęc oĩa dominationẽ confitetur. Quare aũt nõ in ipsa ciuitate circũfulgurauit illũ lux, sed ante illã? qa multi nõ credidissent, sed irrisissent potius: quãdoquidẽ & suprà cũ audiuissent uocẽ, dicebant, Tonitru est. Hic autem fide dignus erat referẽs q̃ si- *Sup. 2.a. & Ioan. 12.d*
bi acciderãt. Et ligatus introductus est, nõ circuposi
tis illi uinculis, & trahebant illũ qui sperabat se alios tracturũ. Quare autẽ nõ comedit neq; bibit? cõpungebat se propter ea q̃ fecerat, confitebatur, precabatur orabat deũ. Si aũt dixerit quis, hanc rẽ fuisse coa
ctã, iterrogabimus, num & Elymas nõ istud ipsum *Infr. 13.b*
passus fuerit. Etiã, sed mãsit ut habebat. Quo igitur F
nõ coactus est, & quid magis cogere poterat terræ motu, qui fuerat in resurrectione, & militibus qui & multa alia signa nunciabãt, q̃ si uidissent illũ qui resurrexerat? At nõ sunt illa cõpulsiua, sed docẽtia. Iudæi quare nõ crediderũt hæc audiẽtes? quòd uera dixit manifestũ erat. Nunquid cõuersus esset hoc non facto? atq; ita omnes credere oportebat. Nõ minor erat his q resurrectionẽ prędicarãt, ímo fide dignior erat, cũ repentè conuerteretur: nõ præsens apud aliquem fidelẽ, sed in Damasco cõuertebatur, ímo ante Damascũ hoc passus est. Rogo Iudæum, unde dicoro, mutatus est Paulus, tãta signa uidit, & muratus
nõ est? Quis persuasit illi? imo qs repentè illi immisit
tãtã alacritatẽ, ut & anathema optari fieri pro Chri- *Rom.9.a*
sto? manifesta est rerũ ueritas, sed, ut dixi, confunda
mur iã, quòd Eunuchus illuminatur & legit. Videtis quo erat in magistratu, inq; diuitiis, & neque in uia quieuit. Qualis igitur erat ille cum esset domi, cum sic in itinere ocium non admitteret? Qualis erat in nocte? Quotquot estis in dignitatibus audite, & imitemini humilitatem ac pietatem. Quanuis reuerteretur domũ, non dixit intra se, Redeo in patriam, illic accipio lauacrũ, ut sunt multorũ friuola uerba.

G Non opus habebat signis ac prodigijs, per solũ prophetã credulus factus est. Propter hoc plangit seipsum Paulus, dicẽs: At pp hoc misericordiã consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate, & ut in me primo mõstraret Iesus Christus omnẽ longanimitatẽ. Dignũ profectò mirari Eunuchũ illum, non uiderat Iesum Christũ, non uiderat signũ. Vltrà uidebat qs status Hierosolymis, & credidit Philippo. Vnde igitur talis factus est? Solicita erat anima illi⁹, attẽdit scripturis, uacauit lectionibus: cũ & latro uiderit signa, & magi uiderint stellam: hic autem nihil tale uiderat, ac credidit. Tãta res est, ac tam utilis scripturarum lectio. Quid igitur Paulus? An non legem meditabatur? sed mihi uidetur hic quòd oportebat remisisse, pp ea quæ prius dixi, ubiq; uolente Iudæos conciliare Christo: nã si mentẽ habuissent, nihil ita profuisset eis atq; hoc. Nã hoc plus momenti habebat ad conciliandos eos, quã signa & omnia alia. Itaq; quemadmodum nihil ita solet offendere crassiores. Vides igitur dispersis apostolis deum operari signa? Criminabantur Iudæi apostolos, conuicie H bãt in custodiã, adhuc deus miracula facit. Et qũo, uide, educere è carcere, illius signũ erat: ducere Philippum, illius signum erat: Paulũ adduci, illius signũ erat: monstrare se Stephano, illius signum erat. Et cõsidera qũo Paulus quidẽ honoratur, & quomodo Eunuchus. Huic & Christus apparet forsan propter duritiam, & quòd nõ aliter persuasus esset. In his miraculis & nos conuersati dignos exhibeamus nosipsos. Multi nunc etiam ecclesiam ingressi, ignorant quę dicuntur. Eunuchus aũt & in foro, & in curru uectus lectioni scripturarum attendebat. Sed neq; uos hoc agitis, nullus enim uestrum in manibus habet librum, sed omnia potius quàm librum. Quare aũt non uidet illum, antequam egressus è Hierosolymis, sed postea? Non oportebat illum uidere cũ exigeret apostolos, eoq; infirmus adhuc, neq; anteà sic erat facile, sicut quãdo propheta illũ erudiuit. Ita & nunc siquis uestrũ uoluerit attendere prophetis, nõ opus habebit signis. Et si placet ipsam prophetiã uideamus quid dicat. Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & in humiliatione illius iudicium eius sublatum est. I Hinc didicit quòd crucifixus est, quod sublata à terra est uita illius, quòd peccatũ nõ fecit, quòd potuit & alios seruare, quòd generatio eius inenarrabilis, quòd petræ ruptæ sint, quòd uelũ scissum est, quod mortui ẽ sepulchris suscitati sunt. Immò hæc oia dixit illi Philippus, solũ à propheta sumpta occasione. Magna res profectò est scripturarũ lectio. Sic illud ĩ- Deut.6.b pletur qđ à Mose prædictũ est. Sedens & in lecto cubans, & exurgens ac ambulans memor esto domini dei tui. Maximè enim, uię quãdo solitarię fuerint, cogitationibus nostris dant locũ, nullo obturbãte. Et hic in uia credit, & Paulus in uia. Sed hunc nullus trahit quã Christus. Maius hoc erat, quã quod apostoli agebant. Hoc aũt maius, quoniã cũ apostoli essent in Hierosolymis, & nullus esset ex his in Damasco, ascendit illinc persuasus, qui non à Hierosolymis uenerat persuasus: epistolas. n. ferebat, ad hoc ut credẽtes ligaret, sicut medicus optimus, febre adhuc furente auxiliũ illi attulit Christus. Oportebat enim illum inter insanientes comprehendi, tunc potissimũ concidit & seipsum condemnauit, quod gratia attentarit. Iam iterum operępretiũ fuerit sermonẽ q uestri gratia assumptus resumi. Quare dic oro, scripturę. Quantum ad nos attinet, oĩa sublata sunt. K Quare ecclesię? Defodi libros, forsan nõ tale crimẽ, non talis pœna. Siquis defoderit illos in stercore, & non audierit eos, nõ tam contumelia afficit ut nunc fit. Quid enim illic contumelioſum, quòd illos defodit? Quid autẽ hic fit, quòd non audimus illos? Dic oro, uter nã maxime contumelia afficit, qui silenti uel qui loquenti nõ respondet? atq; ita maior nunc est contumelia, quãdo ẽt loquẽtẽ non audis, maior est contemptus. Iudæi dicebãt prophetis: Ne loqua 1.Re.22 mini nobis uetera. Vos aũt pei⁹ facitis. Ne loquamini, non facimus. Nam illi auersabãt eos, sed loquendo quasi speciẽ pietatis ex uoce accipientes: uos autem præ multo contemptu, nec hoc facitis. Credite si manibus iniectis ora nostra obturaretis, non esset tanta contumelia quanta nũc. Dic. n. oro, qui audit ac non obedit, plus contemnit, an qui non audit? Agẽ causam illam de contumelia exquiramus. Siqs illum qui contumelia afficit cõtineat, & os obturet tanquã ægrè ferens contumelias, alius autẽ non curet neque afficiatur, uter magis contẽnit, an nõ hic? Nam ille quidẽ declarat palã, quòd plagã accipit: hic L autẽ quasi os obturet dei. Horretis dictũ, sed audi, qũo etiam hoc fit. Os per qđ deus loquitur, os est dei. Nã sicut hoc os, animæ nostræ est: quanuis anima nõ habeat os, ita & os prophetarũ est os dei. Audite & horrescite. Stat minister, communis minister, alta uoce clamat, ac dixit, Attendamus, & sæpius illam uocem clamat, hæc communis ecclesię est, quã ille emittit, & nullus attendit. Post illam incipit lector prophetiam Esaiæ, & neq; sic attendit quis, tametsi prophetia nihil humanũ habeat. Deinde audi tori pronunciat dicens, Hæc dicit dominus, & neq; sic attendit quis. Quid dico? Horrẽda quædã, & terribilia pertractat, & neque sic est qui attendat. Verũ quid dicunt plerique? Semper aiũnt, eadẽ leguntur. Hoc uos maximè perdit. Itaque siquidẽ sciuissetis illa, neq; sic oportebat ab illis recedere, quoniã & in theatris semper eadem fiunt, attamen nõ satiamini. Quæ eadẽ audes dicere? q neq; prophetarũ nomina scis? & nõ cofunderis dicẽdo, ideo nõ audiẽda, quoniã eadẽ leguntur. Etenim tu cõfessus es, quòd eadẽ dicuntur. Ego si hoc protulissem, te sic accusassem, M te igitur oportebat ad aliã defensionẽ cõfugere, nõ ad hãc tuã accusationẽ. Dic oro, tu nõ admones filiũ tuũ? Si igitur ille dicat, quòd semp eadẽ inculcas: nõne cõtumeliã esse putas? tũc non oportebat eadẽ dicere, quãdo illa & sciuissemus, & operib⁹ declaremus: imo neq; tũc superflua lectio. Attamẽ & illi 1.Tim.4.d Paulus scribẽs dicebat, Attende lectioni & adhortationi: non enim fieri potest ut mentẽ scripturarũ qs exhauriat. Fons enim est immẽsus: Dixerũt deceptus sum, inquit, & tunc recesit à me. Vultis ostendam quòd non sunt hæc eadem? Quot putatis dixisse in euangelia, sed hi omnes nouè dixerũt. Quo magis enim quis uersatur in illis, hoc clarius uidet, tantoq; puriorẽ uidet lucẽ. Ecce quanta dico. Quid est prophetia, dixistis? quid sunt historię? quid est parabola? quid est allegoria? quid est typus? quid est symbolũ? qđ sunt euãgelia? Hoc unũ dicite mihi ąre dicta sunt euãgelia? Quãuis sæpe audieritis, quòd euãgelia nihil habẽt durum, hęc multa austeritate plena sunt. Ignis Mat.9.f illorũ nõ extingu etur, inquit, & uermis non morietur. Tũc dissecabit illũ, & ponet portionẽ eius cum Mat.7.b 25.d hypocritis, tunc dicet, Nescio uos, discedite à me

A qui operamini iniquitatẽ. Igitur ne decipiamus nos ipsos, putantes, hæc uobis more Græcanico dici. Nihilne hæc ad uos, uos aũt surdi facti estis, & uultum deiicitis quasi attoniti essetis. Euãgelia nihil habere debent qđ operandum, sed solũ bona cõsulant: hæc aũt innumera habẽt, q facienda, qualia sanè sunt, & id genus. Siquis non odio habet patrẽ suũ ac matrẽ, Mat.10.d non est me dignus. Et nõ ueni mittere pacem super terrã, sed gladium. Et afflictionẽ habebitis in mundo: Bona scilicet. Nunquid hæc sunt euangelia? Euã Iaã.16.g geliũm. n. hoc est. Hæc tibi erunt bona, quemadmodum & hoies inter se dicere solent, ut tale quiddam, Pater tuus ueniet uel mater tua, nõ dicunt: Hoc fac. Iterum dic mihi, quid differunt hæc à propheticis, quare nõ & illa dicuntur euãgelia? Etenim & illa eadem dicunt: exẽpli gratia, Saliet ut ceruus claudus. Ps.67.c Dominus dabit uerbũ euangelizantibus. Dabo uo- Esa.65.c bis cœlum nouũ & terrã nouam. Quare nõ & hæc dicuntur euangelia? Quare non & hæc prophetia? Si aũt neq; scientes quid sint euãgelia despicitis scriptu rarũ lectionẽ, quid uobis dicã? Dicam quid & aliud. B Quare nõ decem: quare non ui ginti? quare nõ multi aggressi sunt cõscribere euangelia? quare nõ unus? quare discipuli? quare hi qui non discipuli? quare etiã omnino scripturæ, quanuis contrarium dicit uetus. Heb.8.c Dabo uobis testamẽtum nouũ. Vbi sunt qui dicũt semper eadẽ? Si hæc sciuissetis quòd licèt homo pluri mis annis uiuat, non sunt eade, nõ dixissetis hæc. credite, neq; hæc uobis dicerem, nec priuatim, nec in cõmuni: sed siquidem inuenerit quis, annuam: si autẽ nõ, sinam. Sic. n. uos fecerim inutiles semper omnia promptè dicẽtes, & quando oportet, nõ renuentes. Ecce habetis quæstiones sufficientes. Considerate, dicite causam. Quare euãgelia, quare nõ prophetiæ, quare facienda in euangelijs, & si hic definiat, alius quærat. Etiã conferte ea q ipsi inter uos excogitatis, deinde aũt nos silebimus. Nam si dicta uobis nihil profuerint, multò magis neq; si alia apposuerimus. Profectò haurimus in uas perforatũ. Hinc ẽt uobis maior pœna. Igitur propter hoc silebimus? quòd certè ne fiat, in uobis situ est. Si enim uiderimus uestrũ studium, fortasis iterũ loquemur ut & uos amplius C probati sitis, & nos in uobis exhilaremur, in omnibus glorificantes deum ac patrẽ domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, & magnificentia, & honor, cũ ingenito patre, ac sancto illius spiritu, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Erat autem discipulus quidã in Damasco, Ananias nomine, & dixit ad illũ dominus in uisione: Anania. At ille dixit: Ecce domine. Dominus autem ad illum dixit: Surge, uade in uicum qui dicitur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tarsensem. Ecce enim orat, & uidit in uisione uirum Ananiam nomine introeuntem, & imponentẽ sibi manus ut uideat.

Homilia uicesima.

Vare nam per nullum ex præcipuis apostolis, hunc uocauit, neq; misit ad illius institutionem aliquem ex his? quoniam nõ oportebat illũ per hoies, sed per Christũ eruditi. Quoniã & hic docuit quidẽ illum nihil, baptizauit autẽ solũ. Simul aũt cum baptizaretur, accepit magnã spiritus gratiam ob zelum & alacritatẽ plurimã. Quòd autẽ & Ananias ualde insignis fuerit, manifestũ fit ex his quæ ad illum dicit, & quæ ille respondet, dum dicit, *Domine audiui ex multis de homine hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem.* Si igitur cõtra dominũ locutus est, multò magis si angelus missus esset. Et propter hoc, ante hunc, neq; Philippus audit quid futurum, sed solũ uidet angelum, & non dum spiritus iubet accedere, & adhærere currui. Iam aũt hoc loco metum illius minuit, & dicendo, Ecce orat: quasi hoc dicit, Cęcus est, & tu metuis? Ita & Moses timet. Vnde magis uerba sunt timẽtis, q nõ credẽtis. Et audi uerba ipsa: *Domine audiui à multis de uiro hoc.* Quid dicis? Deus dicit, Et tu dubitas? Sic nondũ sciuerunt potentiã Christi. *Et hic habet potestatem à summis sacerdotibus, ut uinciat omnes qui inuocant nomen tuum.* Vnde hoc manifestũ? Verisimile erat illos, qui in timore erant, curiosiores fuisse. Nõ igitur hoc dicit, quasi nesciat Christus: sed dubitat, qũo hæc fiant, cũ illa ita se habeant. Ita & alibi discipuli dicunt, Quis põt Mar.10. saluari? Et uide quot res gerantur, ut credat uẽturo. d In somnio uidit, prædixit illi. Orat, inquit, igitur ne time. Et quare nõ dicit illi, quid factũ sit? Erudit nos, ne prædicemus opera nostra. Immo & timentem ui dens, neq; sic dixit, Ne sis infidelis: Sed quid? *Surge, uade.* E *Vidit enim in uisione uirum qui imposuit illi manus.* Ideo, in uisione: quia cæcus erat. Et neq; miraculi excellentia rapuit discipulum: ita metuit. Attamen per illum, Paulũ cum esset cæcus, uidere deus fecit. *Dixit autem dominus ad illum, Vade, quia uas electionis mihi est hic, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus filiorum Israel. Ego enim monstrabo illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Nõ solùm fidelis erit, inquit, sed & doctor, & magna dicendi libertate utetur. *Coram gentibus ac regibus.* Ita crescet doctrina, inquit, ut & populos & reges omnes uincat. *Abijt autẽ Ananias, & ingressus est in domum, & positis super illum manibus dixit, Saul frater dominus misit me, Iesus qui apparuit tibi in uia qua ibas, ut respicias, & implearis spiritu sancto.* Statim illum familiarem facit nomine: Iesus, inquit, qui apparuit tibi in uia. Porrò hoc non dixerat illi Iesus, sed à spiritu sancto didicerat. *Et statim deciderunt ab oculis illius tanquam squamæ, uiditq; statim, & surgens baptizatus est, & cibo sumpto conualuit.* Solũ illi manus imposuit, & statim squamæ ab oculis illius deciderunt. Has quidam dicunt cæcitatis il- F lius fuisse causas. Et quare non excæcauit illius oculos? Hoc admirabilius erat. Nam & apertis oculis, non uidebat id quod patiebatur à lege, donec nomen appositum est Iesu. *Et statim*, inquit, *baptizatus est, & sumpto cibo conualuit.* Igitur infirmus factus erat, & ex itinere, & ex metu, & ex ieiunio, & ex tristitia. Volens igitur illius augeri tristitiam, cæcum manere permisit, donec uenit Ananias: & ut nequis putet cæcitatem phantasiã esse: propter hoc erãt squamæ. Igitur nõ opus habebat alia doctrina: sed quod acciderat, doctrina erat. *Fuit autem Saul cum his qui Damasci erant discipulis diebus tribus, & statim prædicabat Christum, quòd hic est filius dei.* Vide statim doctor factus est in synagogis, non erubescebat mutationem, neque formidabat destruere ea in quibus anteà clarescebat. Non simpliciter erat doctor, sed etiam in synagogis. Ita ab initijs homo erat & occidens, & ad cædes compositus. Vides ut manifestũ signũ in illo factũ. Hoc ipso & oẽs obstupefacere faciebat. Ideo & hoc manifestãs addit, ac dicit. *Attoniti autem sunt omnes qui audierant ac dicebant, Nõne hic est qui expugnabat in Hierusalẽ inuocãtes in nomine hoc,*

G *Et huc ideo peruenit, ut ligatos ducat ad summos sacerdotes. Saulus aũt magis cõfortabatur, & cõfudit Iudæos qui habitabant in Damasco, conuincens, quòd hic est Christus.* Vtpote in lege edoctus obturabat illos, & nõ sinebat loqui. Liberati à Stephano, putarũt se liberatos ab huius disputatione, & nũc aliũ inuenerunt Stephano potentiorẽ. Sed uideamus iterũ ea q̃ de Anania. Nõ dixit ad illũ, Loquere ac doce illum. Nã si cum dixisset, orat, & uidisset uirum impositis illi manibus, nõ credidit, multò magis si hoc dixisset. Vidit, inqt, in uisione. Et ita ne de hac re dubites, Ne igitur timeas, sed uade. Sic neq; Philippus tũc totũ statim audijt. Quia uas electionis mihi est hic. Ita agit q timorem oẽm excutit, & fidere persuadet, quandoquidẽ de illo sensurus erat melius, quia & passurus erat. Vt aũt dixit, uas: ostẽdit quòd nõ sit naturalis illius malitia. Electionis, addidit, quò ostendat & probatum esse: nam qđ probatum est, eligimus. Ne igitur quis hæc audiens, putet quòd nõ credens his q̃ dicebantur, hæc dicat Ananias, uel putat deludi Christum. Absit. Sed timens ac tremẽs neq; attendebat dictis,

H audito noie Pauli: ita corripuerat metus illius aiam, uel solo nomine audito. Quanuis cũ audisset, quòd excæcasset illũ, oportebat fidere. Et huc ob istuc ipsum, inquit, uenit, ut oẽs inuocantes nomen hoc ligaret. Quasi diceret, Timeo ne fortasse me in Hierusalem ducat. Quid me proiicis in os leonis? Cur me huic prodis? Timet ac hæc dicit, ut discamus undiq; uirtutẽ uiri. Nam hoc à Iudæis dici, haud mirum fuerit, at qđ ab hoc & tam territo, maximum esse indicium uirtutis diuinæ ostenditur. Saul frater, hic & timor factus est magnus, & obedientia maior post timorẽ. Deinde postq̃ uas electionis dictus est, ut ne dicas totũ esse dei, ab ducens te ab hoc, apponit qđ sequitur dicens: Vt portet nomen meum corã gentibus & regibus, filijsq; Israel. Audiuit quod ualde desiderauit Ananias, quòd & Iudæis oppositurus se esset. Ideo & non solũ gaudio, sed & fiducia impletur. Ego. n. ostendam illi q̃ oporteat illum nomine meo pati. Hæc prædicit, simul inhortatur. Nam si ille tanta passurus est, qui adeò insanijt, ille aũt neq; baptizari uult, ut uideat. Bene habet, inquit, dimitte illũ cæ-

I cum esse: pp hoc nunc mãsuetus est, quia cæcus est: quid me iubes illius aperire oculos, ut iterum liget? At ne timeas futurum. Apertione enim non contra nos, sed pro nobis opus erit, ad hoc ut respiciat. Insuper & hæc adiiciantur. Ne timeas. Nihil faciet uobis graue, sed ẽt patietur multa. Et hoc sanè admirabile, quia prius patietur, & tũc incidet in pericula. Saul frater, dominus Iesus qui apparuit tibi in uia, misit me. Nõ dixit, qui excæcauit: sed, qui apparuit. Ita solebat modestè & nihil insolẽtius loqui. Igitur sicut Petrus curato cæco dicebat, Quid in nos intenditis, *Sup.3.b* quasi nostra uirtute uel pietate fecerimus illũ ambulare? Ita & hic Iesus qui apparuit tibi, cũ imponeret manus hæc loquebatur, & duplex cæcitas soluebatur. Vbi aũt dixit, quòd sumpto cibo cõualuit, declarauit quòd infirmatus fuerit, nimio mœrore, cæcitate, timore, & fame. Neq; anteà cibũ sibi dari permittebat, donec baptizatus magnorũ donorum particeps factus est. Et non dixit Iesus crucifixus ille, filius ille dei, qui signa facit. Sed quid? Ille qui apparuit tibi: propter ea quæ illi nota erant: quoniam & Christus ipse nihil amplius apposuit, neq; dixit, Ego sum crucifixus ille, qui surrexi: sed, quem tu persequeris. Non dixit, qui persecutionem passus sum: ut ne pute K tur, quasi per furorẽ ac risum assistat. Qui apparuit tibi, inquit, in uia. Veruntamen nõ apparuit, sed per opera uisus est. & uolẽs sermonis molestiam adumbrare, statim addidit, ut uideas & implearis spiritu sancto. Nunquid quod factum erat improperabat? Non. Sed daturum se gratiã, inquit: Mihi uidetur & hunc & Cornelium, statim cũ dicerentur hæc ad illos, spiritũ sancti gratiæ factos esse participes: tametsi hic is qui dedit non fuerit unus ex duodecim. Ita nihil uel humanum ex oĩbus quæ in illo, uel per hominem factũ est: sed deus aderat, qui hoc faciebat. Interim aũt & illum erudit, ut modestè se gerat, nõ ducens illum ad eximios apostolos. Et ostendit quòd nihil hoc loco humanum, neq; tunc assequutus est spiritum, qui faciebat signa, ut & sic fides illius ostẽdatur: nõ enim miracula fecit. Et statim, inquit, in synagogis prædicabat Christũ, quòd hic est filius dei. Non quòd surrexit, prædicauit. neq; quòd uiuat. Sed quid? Valde euidẽter exponebat hoc dogma, quòd hic est filius dei. Qui aũt hæc audiebãt, adhuc in incredulitate persistebant. Oportebat aũt nõ credere L solũ, sed etiam obstupescere. Et quare nam non simpliciter quòd persecutor fuerit, dicunt: sed quòd expugnet, inuocantes nomen hoc? Valde furibũdum per hoc declarabant: & non dicebant Iesum, præinuidia, neq; nomen audire sustinentes: ita erãt exasperati. Et huc propterea uenit. Non possumus dicere, inquit, quòd prius cum apostolis fuerit. Vide quo p multa testificatio fit, ipsum Paulum esse ex numero hostium. At ille non solũ non confundebatur propter hoc, sed & gloriabatur. *Saulus autem magis corroborabatur, & confundebat Iudæos,* Hoc est, ora eorum obturabat. *Confirmans quòd hic est Christus.* Docebat, inquit: doctor enim statim erat. *Vt autem impleti sunt dies, sat multi conspirauerunt Iudæi, ut occiderent illum.* Iudæi ad ualidum syllogismum redeunt. Non enim iam sycophãtas & accusatores, & falsos testes inquirunt. Neq; enim ultra illos ferunt. Posteà illi per seipsos hoc faciunt. Nam quoniam uidebant rem augeri, neq; iudicium adhibent. *Innotuerunt aũt Saulo insidiæ illorum, obseruantes portas dies ac noctes, ut occidant illum.* Quare? quia signum hoc iam factum, præ om M *Actor.9.c.* nibus intolerabile erat, ẽt eo quòd quinq; & tria mil *& 23.d* lia crediderant, & in summa, oĩbus. Et uide illũ iam nõ gratia seruari, sed humana sapientia, ut discas uirtutem uiri, etiam absq; miraculis clarescentis. *Discipuli aũt acceperunt illum noctu. & dimiserunt per murum, submittentes in sporta.* Merito ut res suspicione careat. Quid igitur? Vt graue periculum effugiat. Nunquid manet? Minimè: Sed uadens hinc, magis illos accendit. Nam quod uerè crediderat, multi adhuc nõ credebant. Propter hoc post dies sat multos hoc fit. Quidnam hoc est? Verisimile illum nõdum uoluisse inde proficisci, multis forsan admonentibus. Vbi autem hæc didicit, tũc permisit discipulis suis. Etenim statim habebat discipulos. Hoc insinuans dicebat, *Præfectus Aretæ regis custodiebat ciuitatem apprehendere me uolens.* Et uide euangelistam, nihil superbè dicentem, neq; claritudinem Pauli dicentem, sed solũ quod excitarunt regem. Igitur illum solum emiserunt, & nullum cum illo, idq; perquam utiliter, ut ipse apostolis in Hierusalem se ostendat, immo illi quidem emiserunt, ut deinde ipse sibi adesset & seseruaret. Ipse uero contrarium faciens, ad insa-

A nientes statim transiit. Hoc est, accensum esse, hoc est magis feruere. Et cõsidera quo sequitur. A primo statim die seruat præceptum quod audierant apo-
Mat.10.g stoli, Nisi quis tulerit crucẽ suã, & sequatur me. Igitur qui post alios uenerat, magis quàm alij feruebat: & opere implebat illud: Cui dimittitur multum, magis diliget. Vnde quò posterius uenit, hoc magis dilexit. Et propter hoc etiam priorem uitã suam suggillans, sæpe seipsum notabat, nihil satis esse putans ad priora occultanda. Confirmans, inquit, hoc est, cum mã suetudine docens. Et uide quòd non dicunt illi, Tu es qui expugnas, quare mutatus es? Confundebãtur enim, sed inter seipsos dicebant. Dixisset. n. & multò iustius. Hoc nos maximè docere oportebat, quoniã & apud Agrippã sic rationẽ reddit. Hunc imitemur oro & nos, & cõtra omnia pericula simus parati. Et quomodo, inquit, ille fugit? Non erat opus timoris, sed custodiebat seipsum uerbo. Si timidus fuisset, nõ uenisset in Hierusalem, neq; statim suscepisset doctrinam, remisisset alacritatem. Atqui non erat timidus, sed prudens, & temporis obseruator, edoctus passio

B ne Stephani. Proinde non putabat magnũ mori pro prædicatione, nisi cum magno lucro hoc fiat: homo neq; Christum uidere uolens, quem maximè omniũ uidere cupiebat, quoniam nondum suum erga homines ministerium impletum erat. Talem oportet esse Christiani animam. Statim ab initio & ianua ostendebatur Pauli effigies, imò & anteà per ea q̃ non secundum scientiã faciebat, sed humana ratione motus. Nã quum post tantum tempus noluit dissolui, multò magis in initio negociationis, nuper è portu egressus. Non eripit autẽ illum periculo Christus, sed permittit: quoniã uult etiam humana industria pleraque fieri. Et aliter: Permittit, ut discamus qđ & illi homines fuerint, & quòd non ubiq; gratia operabatur: alioqui, si hoc nõ fuisset: simpliciter habiti essent stipites, propter hoc & illi in multis dispensabant, & operabantur. Hoc & nos faciamus, & ita fratrũ salutem optemus. Hoc non minus fuerit martyrio, nihil deprecari pati pp multorũ salutem. Nihil adeo lætificat deum. Iterum dicam, quod sæpe dixi, quoniã ual de istud uelim, quoniam & Christus faciebat, de re-
Mat. 5.c. misione admonẽs, ac dicens: Quãdo oraueritis uos
C remittite si quid contra aliquẽ habetis. Iterum Petro
Ibi. 18. d loquens, inquit, Nõ dico tibi, quòd remittas solum septies, sed usq; septuagies septies. Et opibus remisit, quæ in illum delicta sunt. Sic sanè & nos, quoniam scimus scopum Christianismi esse. Semper de illo loquimur. Nihil frigidius Christiano, alios non seruãte.
Luc. 21.c. Non potes hìc paupertatem dicere. Quæ enim duo
Sup.3.a minuta dederat, accusabit. Et Petrus dicebat, Argentum & aurum nõ habeo. Et Paulus ita erat pauper, quòd & sæpe esurierit, & necessario alimento habuerit opus. Non potes ignobilitatẽ dicere, etenim etiã illi ignobiles fuerunt & exignobilibus. Nõ potes prætexere, quòd idiota sis, nã & illi erant illiterati. Licèt seruus sis, licèt fugitiuus, poteris quod tuũ est implere: quandoqdẽ & Onesimus talis erat, sed uide quò
Ad Phile illum uocet, & in quantam dignitatem prouehat. Vt
mo. 1. b communicet mihi, inquit, in uinculis. Non potes infirmitatem dicere, quoniã & Timotheus talis erat, frequentes habens infirmitates. Quod autem infir-
1. Tim. 5. mus fuerit, audi: Vino modico utere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Potest unusquisq; proximo suo prodesse: si uolueris quod D tuum est implere. Non uidetis arbores steriles quòd sint ualidę, quo pulchrę, proceræ, leues, ac sublimes? At si hortum haberemus, uellemus malogranata, oliuas habere frugiferas, & multo magis quã illas. Illa. n. ad uoluptatem magis sunt, quàm ad utilitatẽ. Et utilitas autẽ, parua quædã est. Tales sunt, q solũ considerant ea quæ sua sunt, imò neq; tales: nam hæ ad incendium paratæ sunt, alioqui illa etiam ad ædificium & ad rerum securitatem. Tales fuerunt etiam uirgines, castæ quidẽ & ornatæ ac modestæ: at nulli utiles, ideo & exuruntur. Tales sunt, qui nõ pauerũt Christum. Vide enim horum nulli improperari sua peccata, non quòd scortati sint, nõ quòd peierarint, nihil omnino, sed quod alteri non fuerint utiles. Talis erat qui talentum defoderat, irreprehensibilem q dem exhibens uitam. Qui autẽ alij non est utilis, dic mihi, quomodo erit Christianus? Si fermẽtum commistum farinæ, non commutauerit totum in alium habitum: nunquid fermentum tale est? Quid etiam, si unguentum nõ implerit odore accedentes, unguẽ túmne dicemus? ne dicas impossibile est mihi addu cere alios: nam si fueris Christianus, impossibile est E ut hoc non fiat. Nã sicut ea quæ in natura contradictionem non habent, ita etiã hæc. Etenim in natura Christiani situm est hoc, ne afficias contumelia deũ. Si dixeris, quòd sol non potest lucere, cõtumelia illũ affeceris. Si dixeris, quod Christianus nõ potest prodesse, contumelia affecisti deum, & mendacem dixeris. Facilius enim est quòd sol non calefaciat, neque luceat, quã Christianum non lucere. Facilius est lucẽ esse tenebras, quàm hoc fieri. Ne igitur dicas, quòd sit impossibile. Impossibile enim contrarium est. Ne igitur contumelia afficias deum, si quod nostrũ est rectè perfecerimus, omnino erunt illa, & quasi natu rale quoddam opus sequetur. Non potest latere lux Christiani, nõ potest occultari lampas tã clara. Itaq; ne simus negligentes. Etenim sicut à uirtute lucrum erga nos, & ad eos qui utilitatem capiunt, transit: ita & à malitia duplex damnum, & in nos, & in eos qui offendũtur uenit. Sit quispiã, si uis, idiota, innumera à quodã passus, & nullus illum ulciscatur, sed & benefaciat. Qua doctrina hoc non fuerit ualidius, quibus sermonibus, quibus admonitionibus, quem furorem extinguere & suffocare non ualeret? Itaq; hoc F scientes, possideamus uirtutẽ, eo qđ non possumus aliter seruari, quàm cum his bonis operibus hanc uitam perficientes, ut & futura bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Xpi, cum quo patri simul sanctoq; spiritu gloria, imperium, honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Vt autẽ Saulus uenit Hierusalem, tentauit adhærere discipulis, & omnes timebant illum, non credentes quòd esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos & narrauit illis, quomodo in uia uiderit dominum.

Homilia uicesimaprima.

Ectè hoc loco dubitatur, qũo in epistola q-
r dem ad Galatas dicit, Non abiit Hierusalem *Gala.1.c.*
sed in Arabiã, & Damascum, & quod post tres annos ascenderit, ut uideret Petrum. Hic uero contrarium dicit, quòd Barnabas duxerit illum ad apostolos. Vel igitur hoc dicit, Non abij, ut moram facerem. Dicit enim illic, non acquieui carni & san- *Ibid.*
guini, neque abij ad eos qui ante me erant apostoli.

G Vel si non hoc, quia insidiæ erant in Damasco, postquam ille uenit ab Arabia factum est, inquit. Deinde iterum ascendit postquam inde uenisset. Sanè ipse non abiit ad apostolos, sed discipulis adhærere tẽtabat, utputa non doctor sed discipulus existens. Igitur non propter hoc ascendit, ut abiret ad eos q̃ ante se, neq; enim ab illis quiddã didicit. Vel hunc ascẽsum nõ dicit, sed relinquit: & quum sic esset, abiit in Arabiam, deinde uenit in Damascũ, posteà in Hierusalem, posteà in Syriam. Vel si non hoc, iterum sic: ascendit in Hierusalẽ, dein in Damascum, emissus de inde in Syriam, posteà in Damascum iterum, mox in Cæsaream, & tunc per quatuordecim annos, fortè quando fratres adiit cum Barnaba. Vel si non hoc, aliud dicit tempus: historiographus.n. multa succindit, & multa tempora congerit. Vide quomodo nõ est ambitiosus, neq; narrat uisionem illam sed præterit. Iterum autem sic incipit, ac dicit: *Quum uenisset autem in Hierusalem, tentauit adhærere discipulis, qui timebant illum.* Et ex hoc iterum feruorem Pauli ostendit, non ab Anania, neq; ab his qui illic admirabantur eum, sed ab his qui Hierosolymis erant, neque.n.
H hoc humanæ expectationis erat. Et uide illum non ad apostolos euntem propter modestiam, sed ad discipulos, utpote discipulum existentẽ: nondum.n. fide dignus putabatur. *Barnabas autem assumens illum duxit ad apostolos, & narrauit illis quomodo in uia uidisset dominum.* Barnabas ille mitis quidam & mansuetus homo erat. Filium autẽ consolationis interpretari quis posset ex nomine: unde & amicus Paulo factus est. Quòd autẽ ualde utilis erat & facilis, hoc ex his quæ in manibus, & quæ cum Ioãne aguntur manifestum est: & propterea hic nõ metuit, sed narrat, quomodo in uia uiderit dominũ, & quòd loquutus sit illi, & quomodo in Damasco liberè egerit in nomine domini Iesu. Versimile.n. quòd ille etiã in Damasco audierit de illo: ideo & hæc tanquã præparatoria facit, operibus confirmans ea q̃ dicta erant. *Et erat ingrediens & egrediens Hierusalẽ, & liberè loquens in nomine Iesu. Et loquebatur & disputabat cum Græcis, quoniã discipuli metuebãt illũ: apostoli uerò non credebãt illi, propterea metũ illorũ qui illic: tollit. Loquebaturq; &*
I *disputabat cum Græcis.* Helleniſtas, Græcos dicit, q Græce loquebantur: idq; ualde sapienter. *Neque enim uidere illum uoluerunt Iudæi: alij uerò etiam aggrediebantur, ut interficerent illũ.* Magnæ alacritatis, uictoriæq; potentis hoc indiciũ erat, etiam illos ualde mœstos factos ob id qđ acciderat. *Vt autẽ cognouerunt, fratres, deducunt illũ in Cæsareã.* Propter timorẽ hoc faciunt. *Metuentes enim, ne posteà idem cum illo fiat, quod cũ Stephano, deducunt illum in Cæsaream, & emiserunt illũ in Tarsum.* Licèt propter metũ, attamẽ emittunt, simul & prædicaturum, & securiorẽ futurum in sua patria. Vide autem oro, quomodo nõ omnia gratia fiunt, sed permittit illos deus etiã propria sapientia multa moderare ac facere, humano more. Si enim ab ipso factum est hoc, multò magis ab illis. Permittit hoc ut ignauorum prætextum auferat. *Itaque ecclesiæ per totam Iudæam & Samariã habentes pacem ædificabãtur, & ambulabant in timore domini, & consolatione spiritus sancti implebãtur.* Vt igitur neqs ex timore hoc factũ putet, prius, ut habuerint ecclesiæ, narrat, ostendens qđ persequutionis tẽpore Hierosolymis erat: ubi aũt res ecclesiæ ubiq; in pace, tunc posteà & Hierusalem relinquit: adeò feruens & alacer erat. Non.n. quoniam pax erat, putabat nihil opus suo aduẽtu. Et pro K
pter quid, inquit, hoc facit & nouit, quũ esset pax, & postq̃ Paulus abiit? Quia istos oblectabantur maximè, utpote sæpius commendatos, & multitudini admirabiles, illũ autẽ cõtemnebant, & magis in eũ duri erant. Vidisti quõ pax bellum sequuta? imò uidisti quid fecerit bellum istud? Dispersit pacem facientes per Samariã, confusus est Simon in Iudæa, Sapphira punita est. Igitur non quia pax erat, remissiora erant negocia, sed talis erat pax, ut & cõsolatione haberet opus. *Factum est quum Petrus transiret per omnes, descendit etiam ad sanctos qui habitabant in Lydda.* Quemad modũ dux in exercitu obambulans considerabat, q̃ pars sit coadunata, quę ornata, q̃ suo aduẽtu egeat. Vide ubiq; illum circuncursare, & primum inueniri. Quando eligendus apostolus, hic primus: quãdo loquendũ Iudæis, non apostolos esse ebrios: quando curandus claudus, quãdo cõcionandũ, hic præ aliis est: quando agendũ contra principes, quando contra Ananiã, quando ab umbra sanationes siebãt, hic erat. Et ubi quidẽ erat periculum, hic: & ubi moderatio. ubi autẽ tranquillitate res erant plenæ, conmuniter omnes. Sic non exigit honorẽ maiorẽ. Iterũ L
quando fieri miracula opus erat, ipse prosilit. Et hic iterum ipse per se laborat, ac iter facit. *Inuenit autem illic hominem quẽdam Aeneam nomine ab octo annis decũbentẽ in lecto, qui erat paralyticus, & dixit illi Petrus, Aenea sanat te Christus: surge & sterne tibi ipsi. Et statim surrexit.* Et quare non expectauit fidẽ uiri, neq; interrogauit, uis sanus fieri? Maximè igitur ad multorum consolationẽ factum est hoc miraculum. Itaque audi quantum lucrum. Subdit enim dicens. *Et uiderunt omnes qui habitabant Lyddã & Assaronem, quotquot cõuersi erant ad dominum.* Bene sic dixit. Insignis.n. erat uir, unde argumentum dat signi, ut tollat lectũ. Etenim non solũ ab infirmitatibus liberaui, sed etiam cum sanitate uires contuli. Et aliter: Et tunc nõdum indicia suæ uirtutis exhibuerant: & ita meritò nõ exigebatur à uirò fides. Itaq; quemadmodũ Christus, incipiens à signis non exigebat fidẽ, sic neque illi. Nã in Hierosolymis quidem, merito fides illorum prius exigebatur, unde & propter fidem, quotquot morbis obnoxij erãt, in uiam exponebãtur, nempe ut uenientis Petri uel umbra, quempiã illorũ obũbraret, multa enim facta erant illic signa. Hic autem hoc primum contigit. Nam signa quædam fiebant, ut allicerentur alij, quædam uerò pro credentium consolatione. *In Ioppe autem erat discipula quædam nomine Tabetha, quæ si interpretetur quis, dicitur Dorcas. Itaq; hæc plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autẽ in diebus illis, quòd quũ ægrotasset illa, mortua est. Lotã autẽ illam posuerunt in cœnaculo. Quia autem propè erat Lydda Ioppe, audientes discipuli quòd Petrus esset in illa, miserũt duos uiros obsecrantes, ne differat uenire usq; ad se.* Quare expectauit ut moreretur? quare nõ & ante hoc Petrus rogatus? Indignũ censebãt, pro talibus discipulos solicitos esse, & à prędicatione auellere Quoniã & pp hoc dicit, quòd propè erat: & ita monstrat quòd ut rẽ superuacaneã hoc petiissent. Discipula enim erat. *Surgens autem Petrus uenit cum illis, quem ut uenit, adduxerunt in cœnaculum.* Non orant, sed illi permittunt, ut à seipso uitam illi concedat. Ita hic impletur, quòd eleemosyna liberat à morte. *Et steterũt circa illum omnes uiduæ plorantes, & monstrantes tunicas & uestes, quas fecerat Dorcas quũ esset cũ ipsis.* Ducunt

A Petrũ eò ubi sita erat mortua, fortasse putantes aliquid illi ad doctrinam dari. Vidisti quantũ augmentum factum? Non simpliciter autem datũ est nomẽ mulieri, sed ut discamus quòd ferret nomen ita uigilans ac sobria, ut Dorcas. Multa enim nomina singulari dispensatione indita sunt, ut sæpe uobis dixi. Plena erat, inqt, operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Magnum mulieris encomium, quandoquidẽ utraq; sic faciebat, ut utrisque plena esset: manifestũ aũt quòd primũ illorum, etiã tunc huius faciebat diligentiam. Quæ fecerat, inquit, quum Dorcas adhuc esset cum ipsis. Multa humilitas: non.n. sicut nos agebant, sed communiter omnes erant: magnam eleemosynæ faciebat rationem. *Eiectis autem foras omnibus Petrus posuit genua ac orauit, & cõuersus ad corpus dixit, Tabetha surge. Illa aũt aperuit oculos suos, et uiso Petro resedit.* Cur nam oẽs eiicit? planè ne lachrymis cõturbetur, nec confundatur. *Et positis genibus orauit.* Hoc indicium erat attentæ & ordinatæ orationis. Et *apprehẽsa*, inqt, *manu.* Hic ostẽdit per partẽ, uitam, deinde uirtutem quæ inducebatur: illam per uerbũ,
B hanc per manum. Data autem illi manu excitauit illam, & uocatis sanctis ac uiduis commẽdauit illam uiuentem. Alijs quidem ad consolationem, quòd accepissent sororem, & quòd uidissent miraculum: aliis autẽ ut præesset. *Notum autem factum est per totã Ioppen, & multi crediderunt in dominũ. Factũ est autem, quũ mãsisset ille sat multis diebus in Ioppe apud Simonem quendam coriarium.* Vide humilitatem ac mansuetudinem Petri, quòd non apud hanc manet, neq; apud aliũ quendã insignẽ, sed apud coriarium: per oia nos in humilitatẽ inducens, & neq; uiliores cõfundi permittens, qui & pp hoc censuit transeundum, quoniã illius doctrina opus habebant credentes. Videamus iterum quæ suprà dicta. Tentabat, inquit, adhærere discipulis. Non impudenter accesit, sed submissè. Discipulos autem uocat etiam eos, qui non erãt in choro duodecim, eo quòd omnes tum propter eximiã uirtutẽ discipuli uocabãtur. Erat enim manifesta illorum imago. Et omnes timebant illũ, inquit. Videqũo metuebant discipuli, quomodo adhuc metus uigebat. Barnabas autem apprehensum illum duxit
C ad apostolos, & narrauit illis. Mihi uidetur Barnabas anteà illi fuisse amicus. Ideo & omnia narrat, quæ illi contigerãt. Nihil autem horũ ille dicit: opinor autem quòd & ad alios hoc nõ protulisset posteà, nisi quædã fuisset necessitas. Et erat cum illis ingrediens in Hierusalem, & liberè loquens in noie domini Iesu. Hoc & alijs dabat fiduciam. Vides & illic & ibi alios parantes & urgẽtes, ut ille abiret, & nusquam diuini miraculi gratia illum frui. Itaque sic illius ostẽditur alacritas, atque adeò non uidetur mihi terrestre iter facere, sed ẽt nauigasse: & id quoque singulari dispẽsatione fit, ut ipse & illic prædicet. Vnde & insidię ab illis, & quòd in Hierusalem uenit, similiter singulari dispensatione factũ est, ut credibilia magis sint q̃ ei acciderãt. Loquebaturq; & disputabat cũ Græcis. Et habẽtes, inqt, pacẽ ecclesiæ ædificabantur, & ambulabant in timore domini: hoc est, creuerunt, & ẽt inter seipsas uerã habebãt pacem. Meritò: nam multũ afflixerat eos externum bellũ. Et consolatione spiritus sancti implebãtur. Cõsolabatur illos spiritus & pmiracula & per opera, & absque illis unũquenq; pe-
e. Factũ est autẽ quũ Petrus transisset, ut descendeet in Lyddã. Inuenit illic hominem decũbentem, ac dixit illi, Aenea sanet te Iesus Christus. Nõ hoc ostentantis, sed fidẽtis uerbum est, quod futurũ esset. Mihi autẽ uidetur, quòd huic uerbo credidit infirmus, & factus est sanus. Quòd autẽ absq; factu factũ sit, manifestũ etiam ex sequentibus. Non enim dixit, In nomine Iesu. Verũ ut signũ magis istud narrat. Viderũt autem qui habitabant Lydda, & conuersi sunt ad dominũ. Itaq; non frustra dixi, ut persuaderentur, & cõsolationẽ acciperent, facta esse miracula. In Ioppe autem erat discipula quædã, inquit, nomine Tabetha. Factũ est aũt in diebus illis, qđ illa infirma facta mortua est. Vides ubique signa fieri? non simpliciter mortua est, sed quũ diu infirma fuisset. Ideo & Petrũ nõ uocãt, donec defuncta est. Vbi uerò audierũt discipuli, miserũt obsecrantes ne differret transire usq; ad ipsos. Vide, per alios mittunt ac uocant. Ille autẽ obtẽperat ac uenit: neq; pro indignitate habet uocatum esse. Tam magnum bonum est afflictio. Hoc cõ
iungit animas nostras. Nusquam infirmitas illa, nusquam lamentũ. Lotam illã, inquit, posuerunt in cœ-
naculo. Hoc est, omnia curarunt, q̃ solẽt apud mor E
tuum fieri. Surgens autem Petrus, uenit cum illis, & ascẽdens in cœnaculũ positis genibus orauit, cõuersusq; ad corpus dixit, Tabetha, surge. Non oia permittit deus, eadẽ facilitate fieri: Hoc autem illis prodest. Non.n. solùm curabat salutem aliorum, sed etiã illorum. Enimuero qui tot curarat umbra, nunc tan *Supr. 5. e.*
ta facit ad excitandã illã. Interdum etiã fides accedẽtiũ cooperatur. Hanc igitur primã mortuam excitat, uocans noie. Quę & quasi ex somno expergefacta, primũ aperuit oculos: deinde statim conspecto Petro resedit, & tandẽ cõtactu manus firmatur. Tu autẽ oro, uide lucrũ, quomodo iterũ fructus sit, & nõ ad ostentationem. Sanè propter hoc & oẽs foras eiicit, magistrũ etiã in hoc imitãs. Vbi enim lachrymę, tale mysterium perfici non debet, immo ubi miracula ibi abesse decet lachrymas. Audite oro, quãuis non tale quiddam fit, sed in his qui nunc mortui magnũ perficitur sacramentum. Dic autẽ oro, si sedentibus nobis mittat rex quendã, uocãs in regna: ploraũmne erit ac lachrymandũ? Angeli è cœlo uenerũt illinc missi, ab ipso rege, ut cõseruũ suum uocẽt, & tuploras? Non uides quale sacramẽtum est quod fit? q̃ F
terribile ac horrendũ, & uerè hymnis ac gaudio dignũ. Vis discere, ut scias qđ nõ fit lachrymarũ tẽpus? Hoc diuinæ sapientiæ maximũ est mysteriũ. Nã quẽ admodũ domo sua relicta pergit anima ad suũ festinans maritum ac dominũ, tu autẽ luges? Itaq; & nato puero hoc facere oportebat. Etenim hic partus illo melior. Vadit.n. ad aliã lucẽ, soluitur quasi à uinculo quodã, & quasi à certamine egreditur. Etiã, inquit, de probatissimis rectè hæc dicis. Et qđ ad te homo? Tu.n. hoc neque apud probatissimos agis. Dic oro mihi, cur de puello poteris desperare, cui^e gratia luges illũ? cur nuper illũ natũ? Etenim sicut ille, ita & iste se habet. Quare igitur luges illũ? Nescis qđ sicut sol mundus ascendit, ita & anima relinquens corpus cum pura cõscientia fulget clarè? Non cũ tanto silentio uideri potest, rex ascendens in ciuitatẽ ut anima quæ reliquit corpus, & cum angelis abit. Intellige q̃ sit anima, in quãto tunc stupore sit, in quanta admiratione & uoluptate. Quid luges dic oro? Non.n. in peccatoribus hoc solũ facis. Vtinam hoc esset, & nõ prohiberẽ luctus. Vtinam talis meus esset. Hic luctus apostolicus est, hic luctus & dominicus. Plorauit.n. *Luc. 19. f.*

G & Iesus Hierusalem. Vellem hac lege discerni luctus. Quando autem reuocans naturam dicis & consuetudinem & curam: nonne propter hoc luges? sed considera. Luge, plora peccatorem, & ego deducam lachrymas, & ego magis quàm tu: quanto & maiore supplicio obnoxius ille, & ego plorabo tali animo. Non te autem solùm oportet plorare, sed & ciuitatem totam & omnes occurrentes, tanquam eos qui ad mortem ducuntur. Verè enim mors illa, mala est, mors peccatorum, & omnia confudit. Hic luctus sapientiæ est, multámque habet doctrinam: ille autem pusillanimitatis. Si sic luxissemus omnes uiuentes, illos emendassemus. Igitur si posses prohibere asserentem remedia, fecisses mortem illam corporalem: ita & nunc si quidem hanc luxisses mortem, prohibuisses certè & super te & super illo fieri. Nunc autem ænigma est quod fit, quum sint multi qui possent non permittere hanc accedere, & dimittere ut fiat, ut autem facta fuerit lugere. Verè lachrymis digni, quando assistent tribunali Christi, qualia audiêt uerba? quantas res patientur? Frustra uixerunt hi, im
H mo non frustra, sed etiam in malum. Et de illis tempestiuè diceretur, Vtile erat illis si non fuissent nati. Quæ enim utilitas dic oro, tantum insumere tempus in malum tui ipsius capitis? Nam si frustra solum insumptum esset, non satis fuisset damni. Dic oro, siquis mercenarius factus, uiginti annos perdat frustra non plorabit & lachrymabitur, & uidebitur omnium miserrimus? Et hic quantum uitæ frustra insumpsit, neque unum diem uixit sibi, sed uoluptati, luxuriæ, auaritiæ, peccato, diabolo? Hoc igitur non plorabimus, dic oro? non tentabimus nos ab his periculis eripere? Est enim si uoluerimus illi leue facere supplicium. Itaque si preces pro illo faciamus, continuas, si eleemosynam damus, & si ille indignus sit, nobis deus placatior erit. Si per Paulum alios seruauit, & per alios alijs parcit: quomodo non & propter nos istuc ipsum faciet? Ex illius opibus, ex tuis, unde uolueris, iuua: instilla oleum, immo aquã: non potest suas eleemosynas ostentare, licèt cognatorum. Non habet eas quæ factæ sunt à se, tametsi factas pro se. Ita cum fiducia illum deprecabitur tũc mulier, pretium redemptionis pro illo deponens: quò plurib⁹ peccatis fuit obnoxius, hoc magis opus est illi eleemosyna. Non propter hoc autem solùm, sed quòd neque æqualẽ habet uim nunc, sed multò minorem. Non est autẽ par, quod quis ipse facit, & quod per alium facit. Itaq; quum minor sit, ita multitudine maximam faciamus illam, non circa monumenta, nõ circa sepulchra occupati simus. Assiste uiduas. Hęc erit sepulchralis cura maxima. Dic nomẽ, oẽs iube pro illo facere supplicationes & preces. Placabit hoc deũ, etiamsi non ab ipso factũ sit: sed propter illũ alius author sit eleemosynę. Et hoc dogma est diuinę misericordię. Viduę circunstãtes & lachrymantes, non solũ à præsenti, sed etiam à futura possunt eripere morte. Multi etiam utilitatem acceperũt ex eleemosynis ab alijs pro se factis: nam licèt nõ perfectã, attamen cõsolationẽ quandã inuenerũt. Quoniam si hoc nõ est, quomodo pueri seruãtur: quãuis certè illi nihil afferunt, sed parẽtes totũ, & mulieribus donati sunt sæpius pueri? Multas nobis de⁹ salutis dedit uias, modo ne negligamus. Quid igitur si qs paulũ per fuerit, inquit? Iterum dicam: multitudo eleemosynæ nõ ex his q̃ dantur, iudicatur solùm, sed etiam ex uolũtate: modò ne des min⁹ q̃ facultas tua potest, & totũ exquisiueris. Quid igitur si solitarius fuerit, & peregrinus, & nullum habeat? Quare enim nullum habet, dic oro? Hoc illo dat pœnam, quòd nullum ita amicum, ita uirtute præditum habet. Itaque hoc fit, ut licèt ipsi non simus uirtute præditi, curemus socios & amicos uirtute præditos habere, & mulierem & filium quasi fructum quendam etiam per illos habentes, paruum quidem fructum habentes, attamen aliquem: si curaueris, non diuitem, sed frugalem uxorem ducere, hac consolatione frueris. Similiter si operam dederis, ne diuitem filium relinquas, sed pium, ac filiam honestam: & sic hac frueris consolatione, si hæc curaueris, & talis eris. Et hæc pars uirtutis est, quòd tales elegeris & amicos, & uxorem, ac filios. Non frustra oblationes pro defunctis fiunt, non frustra preces, non frustra eleemosynæ. Hæc omnia spiritus disposuit, uolens ut nos mutuũ iuuemus. Vide enim utilitatem: accipiet ille per te, & tu per illum, contemptis opibus inductus ad faciendũ aliquid generosum: & tu illi salutis ipse uerò tibi eleemosynæ factus est author. Ne dubita, quia erit
L aliquis fructus suauis. Non simpliciter minister clamat pro his qui defuncti sunt in Christo, & pro his qui illorum memoriam faciunt. Non diaconus est qui talem illam uocem emittit, sed spiritus non sanctus inquam, sed donum. Quid dicis? In manibus est hostia, & omnia proposita sunt bene ordinata, adsunt angeli, adsunt archangeli, adest filius dei, cum tanto horrore astant omnes, astant illi clamantes omnibus silentibus, & putas simpliciter hæc fieri? Igitur & alia simpliciter, & quæ pro ecclesia, & quæ pro sacerdotibus offeruntur, & quæ pro plenitudine ac ubertate? Absit. Sed omnia cum fide fiunt. Quid putas pro martyribus offerri, quòd uocantur in illa hora, licèt martyres sint, etiam pro martyribus magnus honor nominari domino præsente, dum mors illa perficitur, & horrendum sacrificium, & ineffabilia sacramenta. Nam quasi sedente rege quæcunque uoluerit, perficit: ut autem surrexerit quæcunque dicit, frustra dicit. Ita & tunc quandiu proposita fuerint mysteria, omnibus honor, maximus in memoria haberi. Vide enim: Annunciatur tunc sacramentum horrendum, quòd pro mundo dedit M seipsum deus, cum illo miraculo tempestiuè memor est ille eorum qui peccarunt. Sicut enim quando regum trophæa statuuntur, tunc celebrantur quidem & quicunque uictoriæ socij fuerunt: dimittuntur autem qui sunt in uinculis per illud tempus. Vbi autem transierit hoc tempus, qui nihil assequutus est, nihil obtinet. Ita sanè & hic. Trophæorum & celebrandæ uictoriæ tempus est. Quoties enim, inquit, 1.Cor.11.d manducatis panem hunc, mortem domini annunciate. Itaque ne simpliciter accedamus, neque fortuitò hæc fieri putemus. Et aliter: Martyrum memores sumus, & hoc in fidem quòd nõ mortuus adhuc est dominus: idq; quia deuicit & occidit mortem signum factum esse illum mortuum. Hæc scientes cõsideremus, quãtas cõsolationes possemus mortuis, pro lachrymis, pro lamẽtis, pro monumẽtis, pstare: nẽpe eleemosynas, preces, orationes, ut & illi & nos assequamur, promissa bona gratia & misericordia unigeniti filij, cum quo patri simul sanctoque spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Vir autem

A Vir autem quidã in Cæsarea, nomine Cornelius, cẽturio, ex
Cap.10. cohorte quæ appellatur Italica, pius ac timens deum, cum omni domo sua, faciẽs eleemosynas multas populo, & orans deum semper.

Homilia.xxij.

Ic non erat Iudæus, neque iuxta legem uiue
h bat, sed prius nostro more uitam egerat. Et uide duos credere nũc, nempe Eunuchum
Sup.8.e. à Gaza, & hunc, quũ ambo sint in dignitatibus, magnamq; pro illis habitam curã. Verũ ne putes, quòd electi sint pp has dignitates. Minimè: sed propter pietatem. Sanè propter hoc dignitates positæ sunt, ut maior pietas ostendatur. Mirabilius etenim, quando quis in diuitiis & potentia agens talis fuerit. Iam magna illius laus, qui tantã peregrinationẽ susceperat, & neq; per illud tempus lectionẽ intermittebat. Et Phi
Ibidem.f lippum quum in curru ueheretur, orabat: & multa alia. Magna aũt & huius laus est, quòd facit eleemosynas ac preces, & pius est in tanto principatu. Vnde & ab dignitate hac uirũ notũ reddit. Et meritò, nequis dicat, scripturarum historiam fallere. Ex cohorte,
B inqt, quæ uocabatur Italica. Spira, cohors est, quę nũc
Νούμερον. uocatur Numerus. Pius ac timens deũ, cum omni domo sua. Hæc dicit, ne putes quòd propter dignitatem illius talia facta sint. Itaque quando Paulum adduci oportebat, minimè angelus, sed ipse dominus apparet: neque mittit illum ad aliquẽ duodecim apostolorum, sed ad Ananiam. Hic autem secus fit. Præcipuũ adducit, sicut & Philippũ, attemperans se illorũ infirmitati, & docẽs quomodo talibus uti oporteat. Quoniam & Christus ipse, qui abiit, apparet sæpe iis qui grauiter patiuntur, & per seipsos accedere non possunt. Vide autẽ oro, hic iterum aliud eleemosynę encomium, sicut illic in Tabetha. Vir, inquit, pius & timens deum cum omni domo sua. Audiamus nos quotquot domesticos negligimus. Hic autem & militum curam gerebat, & faciebat eleemosynã omni populo. Sic & dogmata & uita illius recta fuerunt. Vidit in uisione manifestè, circiter horam nonam diei, angelum dei ingressum ad se, & dicentem sibi, Corneli. Quare uidet angelum? Etiã hoc faciebat ad confirmationẽ maiorem Petri, imuno non illius, sed aliorũ infirmorũ. No
C na autem hora, quãdo curæ dimittebantur, & quies erat, quãdo in precibus & compunctione. Vt autem intuitus est illum, & trepidus factus est, dixit. Vide angelum non statim dicere ad que dicenda uenerat, sed prius soluere metum, & mentẽ illius sublimia contẽplantem. Etenim aspectu territus erat, sed metu moderato, & solum animaduertentẽ faciente. Mox uerba metum soluunt, immo laus in illis dicta q̃ formidinis asperitatẽ mitigabat. Audi aũt & qualia uerba: Preces tuæ ac eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã coram deo. Itaque nunc mitte in Ioppen, & uoca Simonẽ qui agnominatur Petrus. Ne ad alium ueniant, non à solo cognomine, sed etiam à loco manifestat uirum. Et il le est qui hospitatur apud Simonẽ quendam coriariũ, cui est domus apud mare. Vidisti quomodo, qa diligebant solitudines ac silentium, in secretiores urbiũ partes ingressi sunt? Quid igitur si contigisset & aliũ Simonem esse, eundemq; coriarium? Vnde & aliud signũ habebat, quòd apud mare habitabat. Vix autẽ possibile erat tria illa uni competere. Et non dixit quare, ne contristet illum: sed relinquit illum, ita ut desiderium habeat audiẽdi illum. Vbi uerò abiit angelus qui locutus est Cornelio, quum uocasset duos seruos suos, & militem pium, ex his qui manebant apud illum, & narrasset D illis omnia, misit eos in Ioppen. Vides quòd non simpliciter hæc dicit, sed ut oltẽdat, quòd etiã hi q cũ illo, tales essent? Et quum narrasset illis omnia, dixit. Vides q̃ alienus est à faltu? Non dixit, Vocate mihi Petrum: sed ita ut persuaderet, narrauit omnia. Idq; singulari ratione faciebat. Non enim uolebat id sola authoritate præcipere & accersere: idcirco nunc narrat, tam moderatus erat uir: tamtetsi nihil magnum cogitari poterat de uiro qui apud coriarium diuerterat. Sequenti autem die quũ illi in uia essent ac ciuitati appropiarent, ascendit Petrus in superiorem partẽ domus, ut oraret circa horã nonam. Vide quo spiritus cõnectit tempora & neque citius neque tardius facit hoc. Ascendit, inquit, Petrus in superiorem partem domus, ut oraret circa horam sextã, hoc est, seorsim, & in quiete, quasi in cœnaculo. Et quum esuriret ac uellet sumere cibum, parantibus autem illis irruit super eum mentis excessus, & uidit cœlum apertum. Quid est ecstasis? Spiritualis, inquit, cõtemplatio facta est in illo: quasi diceret quis, anima excesit è corpore. Et uidit cœlũ apertum, & de E scendens ad se uas quoddã, uelut linteum magnũ, quatuor initiis alligatũ submitti è cœlo in terrã, in quo erat omnia quadrupedia terræ, bestiæq; & reptilia ac uolatilia cœli. Et facta est uox ad illũ, Surge Petre, macta & uescere. Ait autẽ Petrus, nequaquã domine, quia nunquã edi quicquã commune uel immundũ. Et uox iterũ secundò ad eũ, Quæ deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autẽ factũ est tertiò. Et rursum receptũ est uas in cœlũ. Quid nã hoc est? Symbolum totius orbis fit. Homo ille præputiũ habebat, & nihil commune cum Iudæis. Quoniã igitur accusaturi erant omnes Petrum, tanquã præuaricatorem, & hoc ualde illis frequens erat, necessariò & tempestiuè inquit, Nunquã comedi. Nunquid ipse timuerat? Absit. Sed spiritus ita moderabatur eũ, ut defensionem haberet contra eos qui reprehensuri erant, quòd & contradixerit: nã magna cura illam legẽ seruabant. Ad gentes mittebatur, ut igitur & hæc illum non accusent, sicut iã dixi: hæc singulari dispẽsatione contigerunt, uel etiam ne uideatur spectrum quoddam esse, dixit: Nequaquam domine quia nunquã edi commune uel immundum. Facta est autẽ uox ad illũ, Quæ deus purificauit, tu ne cõmunia dicas. Hoc uidetur P qdem ad illum dicit, totum autẽ Iudæis dicitur: nam si magister increpatur, multò magis hi. Itaq; linteũ, hoc est, terra: bestiæ autẽ in illa, gentiles. Macta uerò & comede, qđ etiam illos accedere oporteat. Tertiò autem fieri, baptisma significat. Minimè domine, nunquam comedi commune uel impurum. Et quare, inquit, contradixit? Nequis dicat, quòd tentauerit illũ deus Gen.22.a sicut Abraham, quando iussit ut filium hostiam offerret, sicut & Philippum quando rogauit, Quot habetis panes? non ut discat, sed tentans illũ. Quin & Ioan.6.a. Deu.12.b in lege Moses distinctè præceperat de mundis ac immundis, tam in terra, quã in mari. Attamen neq; sic sciebat, adeò apud seipsum hæsitat Petrus, quænam esset uisio illa quam uidisset. Ecce uiri qui missi erant à Cornelio percontati de domo Simonis astiterũt ad ianuã. Et uocantes, interrogabant, an Simon qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitiũ. Quoniã admiraretur ac dubitaret Petrus, ueniunt uiri tẽpestiuè dubitationẽ soluẽtes. Quoniã & Iosephũ prius permisit turbari, & tunc archangelum mittit. Facilè. n. anima solutionem accipit, quæ prius dubitauit. Itaque non diutius permittitur hæsitare, neq; anteà, sed commodis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G simo tempore. *Petro uerò cogitante de uisione, dixit spiritus ei, Ecce uiri quærunt te: Surge itaque & descende, ac uade cũ eis, nihil hæsitãs, propterea quòd ego misi illos.* Est hic & alia defensio Petri ad discipulos, ut discat, qđ & hæsitarit didiceritq; non hæsitandũ. Quia ego, inquit, illos misi. Vide quãta spiritus facultas. Quod autem facit deus, hoc spiritus dicitur facere. Verũ angelus non sic. Sed primũ dicens, Preces tuæ ac eleemosynæ tuæ: tunc, inquit, mitte: ut ostendat quòd illinc missus sit. Spiritus autẽ, quoniã dominus, Ego illos misi. *Descendens autem Petrus ad uiros, dixit, Ecce ego sum quẽ quæritis, ob quã causam adestis? Qui dixerũt Cornelius Centurio, uir iustus, ac timens deũ, & testimoniũ habens ab uniuersa gente Iudæorũ, oraculo admonitus ab angelo sancto, ut accerseret te in domũ suã, et audiret. uerba abs te.* Dicunt laudes, ut persuadeant, quòd & angelus apparuit illi. Introò uocatos igitur eos excepit hospitio. Vides unde initiũ sit gentiũ? A uiro pio, q operibus dignus est habitus. Nã si offenduntur Iudæi quũ talis fuerit: si nõ fuisset talis, qd nõ dixissent? Introductos, inquit, illos hospitio excepit. Vide quãta securitas. Intus uocat, nequid graue eis accidat, & fidenter uictitat cum illis. *Sequenti uerò die Petrus pro*

H *fectus est cum illis, & quidã ex fratribus Ioppensibus comitati sunt eũ. Postridie uerò introierunt Cæsaream.* Nobilis erat uir, & in præclara degebat ciuitate. ideo apud illũ oia simul pulchrẽ geruntur, & à Iudæa res accipit initium, utpote quæ non dormienti, sed uigilanti interdiu acciderit. Circa horam. n. nonam. Ita seipsum attendebat. Sed uideamus iterum quæ supradicta: *Et dixit angelus, Preces tuæ ac eleemosynæ tuæ ascenderũt in memoriam coràm deo.* Hinc manifestũ quòd per uocem uocauit angelus, & ita uidit illum: quòd si non uocasset, neq; uidisset. Ita quibus uacabat, erat intentus. Et accersi Simonẽ, qui Petrus cognominatur. Iã quòd ad utilia illum uocet, manifestauit: qualia aũt utilia hæc, non addidit. Sic neq; Petrus dicit totum. Sed ubiq; sunt succisæ narrationes, ut audientes excitent: sic & Philippum solùm uocat in solitudinem: Ascendit autẽ Petrus in superiorem partem domus, ut oraret circiter horã sextam, & cecidit super illum mentis excessus, & uidet uas quoddã quasi linteum. Vide quòd neq; fames cogit illum accurrere ad linteum. Vt autẽ nõ diu hæsitet, audit uocem dicentẽ,

I Surge Petre, macta, & ede. Forsan positis gẽtibꝰ orabat ac uidebat uisionẽ. Mihi uidetur propter prædicationẽ hanc uisam esse. Quòd autẽ & diuinum fuerit quod uidebat, manifestũ quia supernè id quòd uidebat, descẽdebat: & quòd uox inde afferebatur, & ter fiebat, & cœlũ aperiebatur, & quòd illinc ueniebat & illuc rapiebatur, maximum aũt indicium erat diuine fieri. Quare autẽ hoc fit? Propter eos quibus

Mat. 10. a erat narraturus. Quia ipse iam audierat. In uiam gentiũ ne abieritis. Et ne mireris. Si enim circuncisione & sacrificio Paulus habebat opus, multò magis tũc in principio prædicationis, quum essent adhuc infirmiores, illis egebant. Et ecce uiri, inquit, missi à Cornelio astabant ad ianuam, & uocantes, rogabant an Simon, qui cognominatur Petrus, illic habeat hospitium? eo quòd uilis domus erat infra rogabãt, nõ uicinos. Petro autẽ cogitante, dixit ei spiritus: Surge, descende, & uade, nihil hæsitans, eo quòd ego misi illos. Vide, non dixit, Propter hoc. n. uisio apparuit tibi: sed, ego misi illos. ostendens quòd sic persuadere debent nõ exacturi pœnas. Sufficit. n. illi ad omnem probationẽ, audire ab illo, Fac hoc, loquere hoc? & K nihil amplius quærere. Descendẽs autẽ Petrus dixit, Ecce ego sum quem quæritis. Cur nam non statim illos suscipit, sed quærit? Vidit milites eẽ qui astabãt. Ideo non simpliciter rogat, sed prius cõfessus esse se quem quærebant, quærit causam aduẽtus, ut ne putetur propter hoc q̃rere, quasi uelit seipsum occultare. Et rogat ut si quidẽ opus, statim festinet & simul eat. Si autẽ minus, ut hospitio excipiat. Quare autẽ illi dicunt, Accersit te in domum suam? quia hoc illis præcepit. Fortassis autem & quasi rationem pro illo dantes dicunt: Ne desperes, non quasi cõtemnẽs misit, sed præcepit sic. Cornelius autẽ expectabat illos. cõuocatis cognatis suis & necessariis amicis. Meritò: non. n. iustũ fuisset etiã cognatos & amicos non simul adduci. Et aliter, & illic presentes magis q̃ illi audissent. Vidistis quanta eleemosynæ uirtus, & in priore, & in p̃senti sermone. Illic à tẽporali morte liberati, hic ab æterna, & ianuas aperuit cœli. Vide ẽt quãti fecerit quòd credat Cornelius, ut & angelus missus, & spiritus operatus, & princeps apostolorũ accersitus, uisionemq; talẽ uidit, & nihil omnino intermissum est. Quot fuerũt Centuriones & Chiliarchi & reges, & nullus horũ assequutus est quę ille. Audite omnes L qui in militia estis, qui regibus assistitis. *Pius erat, inquit, ac timens deum.* Et qd maius, *Talis erat cum omni domo sua.* Ita erat huic rei intentus ac affectus, ut non solùm sua bene cõstitueret, sed etiam in ministris suis istuc ipsum faceret. Non enim sicut nos qui oia facimus, ut nobis timendi sint ministri, at pij non ita. Et hic non sic, sed cum omni domo sua deum timebat: non solùm. n. quasi communis pater eorũ qui cum ipso erant, sed etiã militum qui ei suberant. Audi autem & qd aliud dicunt. Necessario enim appositum est quod testimonium habebat ab omni populo, nequis dicat: Quid enim, licèt præputium habeat? Et illi, inquit, testimoniũ ei dant. Igitur nihil eleemosynę par est. Immo tam magna rei uirtus est, quando ex penuariis puris profunditur, ut ea quę ex iniustis promuntur cõparentur luto, immisso in fontem: quæ autẽ ex iusto lucro, flumini quòd pellucidũ & purũ in horto, dulce quidem aspectu, dulce ẽt contactu, dans leue ac frigidũ in meridie. Iuxta hũc fontem, non pini & quercus, neq; cypariss: sed plantę illis multo proceriores, amor dei, laus hominum, M gloria quæ in deo, beneuolentia ab oibus, peccatorum abolitio, multa fiducia, opũ contemptus. Eleemosyna aũt per quam charitatis planta nutritur. Nihil enim ita charitatẽ fouere solet, ac dum quis se misericordem exhibet. Hic ramos in sublime erigi facit. Hic melior fons eo q est in paradiso, non in quatuor diuisus initia, sed in cœlum ipsum surgit. Hic parit flumen illud quod salit in uitam ærernam, in hunc si mors inciderit, tanquã flamma à fonte consumitur sic ubi irrorarit, magna opatur bona. Hic, ignis flumen extinguit, ut scintillã. Hic uermem ita suffocat, ut nihil fiat. Qui illum habet, non stridet dentibus. Ab aqua ista si irrorat in uincula, soluit ea: si in canimos inciderit, totas extinguit. Itaq; quemadmodum in horto fons nõ nũc quidẽ profundit flumina, nũc uerò aresc̃it, alioqui non esset iam fons, sed semper scaturit, ita & noster, semp largius profundit flumen in eos qui maximè indigent misericordia, ut maneat fons. Hoc hilarem facit eum qui accipit. Hoc eleemosyna est, non solùm emittere flumen rapidũ, sed etiã

A lympidum. Si uis quasi ex fontibus tibi implui deioleum, & tu fontem habe. Nihil illi par. Si tu huius fontis aperueris ora, fontis dei talia erunt ora, ita ut omnium abyssum uincant. Occasionem solam quę rit à uobis accipere deus, & profundit ex penuariis suis bona. Quando insumit, quando sumptus facit, tunc dite scit, tunc abundat. Magnum illius fontis os, purum eius flumen ac lympidum, si hunc non obturbaueris, neque illum. Nulla sterilis stet apud illum arbor, ut ne humorem illius absumat. Habes diuitias, ne planta salices illuc. Talis est enim uoluptas, multa insumit, & nullum in se ostendit fructum sed perdit: ne plantes populum, ne tiliam, neque aliam talem quandam, quæ sumptum quidem postulant, fructum uerò negant. Tales sunt uestium deliciæ, pulchræ aspectu: cæterum inutiles. Imple arboribus omnia utilia, planta in pauperum manibus, quæcũque uolueris, nihil hac terra pinguius, quanuis parua sit capacitas manus, attamen in ipsum peruenit cœlum arbor quæ plantatur. Iam quod plantatur in terra, licèt non modò, attamen post centum annos fructum affert. Quid plantas arbores qbus non

B frueris? Priusquàm fruaris, præripit te mors. Hæc arbor quando mortuus fueris, fructum tibi afferet. Si plãtas, ne i gastrimargię plantes i uẽtre, ut ne in secessum fructus exeat, sed planta in utero afflicti & ieiunantis, ut saliat in cœlum fructus. Refocilla pauperis animam quæ in angustijs est, ut ne spaciosam tuam arctes. Non uides quòd arbores quæ sine fine ac modo rigantur, à radice corrumpuntur: quæ autem cum modo, crescunt. Sic sanè & tu, ne tuum ipsius uentrem supra modum riges, ne corrumpatur radix arboris, Pota sitientem, ut fructum feras. Quæ in tempore rigantur, non corrumpit sol. quæ autem absque modo, corrumpit. Talis enim Solis est natura. Vbiq; malum, ubi non est mediocritas. Ideo, de mamus aliquid cupiditati, ut & nos assequamur quæ cupimus. In summis locis, fontes dicuntur nasci. Igitur simus & nos anima sublimes, & statim misericordia diffluet. Non potest enim fieri summam animam non etiam misericordem esse, & misericordem non esse summam. Itaque contemnens diuitias, radice malorum superior est. Fontes in solitudinibus sunt magna ex parte. Et nos animam à tur-

C bulentia educamus, & scaturiet apud nos eleemosyna. Fontes quò magis purgantur, clariores fiunt. Sic sanè & nos, quò magis insumemus, tantò magis bona scaturient. Qui fontem habet, non timet. Si igitur & nos habuerimus eleemosynam fontem, non timebimus. Etenim ad potum, ad rigationem, ad ædificium, ad omnia nobis utilis est hic fons. Nihil fonte hoc melius, ille nõ solet ebrietatem inducere. Melius talem habere fontem, quàm auri fontes fluentes aureis glebis. Mulier quæ hoc fert aurum, anima. Non enim in hæc regna, sed in ea quæ sursum sunt, aurum simul concedit, ornatúsque fit ecclesiæ dei. Ex hoc auro gladius efficitur spiritus, gladius per quem draco absecatur. Ex hoc fonte lapides promanant precios, qui ad caput assumuntur regis. Ne igitur negligamus tantas diuitias, sed inferamus eleemosynam cum largitate, ut consequamur misericordiam dei, Gratia & miserationibus unigeniti illius filij, cui etiam gloria, honor, & imperium, cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Sequenti uerò die surgens Petrus, profectus est cum illis. D *Quidam autem fratres Ioppenses comitati illũ, simul ingressi sunt in Cæsareã: Cornelius uerò expectabat illũ, uocatis cognatis et necessarijs amicis suis.*

Homilia. xxiij.

Ostquàm hospitaliter tractauit uiros, profe
p ctus est cum illis. Bene, prius beneuolũ se illis præber, utpote ex itinere fatigatis, & familiares sibi reddidit, & tum tandem proficiscitur. *Sequenti uerò die*, inquit, *surgẽs Petrus, profectus est cũ illis. Quidam autem fratres Ioppenses.* Non solus, sed & alij ueniũt cum eo, id qđ singulari ordinatione contigit, ut essent posteà testes, quando Petro opus defensione. *Cornelius uerò expectabat illũ uocatis cognatis & necessarijs amicis suis.* Hoc amici officiũ, hoc pij, in talibus bonis, necessarios amicos facere socio. Meritò hos cõuocat, quibus fidebat, & cũ quibus de talibus semper egerat, quę frustra cũ alijs tractasset. Mihi aũt uidẽtur amici & cognati ab ipso fuisse instituti. *Vbi uerò aduenit Petrus, occurrens Cornelius illi, & cadens ad pedes, adorauit. Petrus autem erexit illũ, dicẽs, Surge, nam & ego homo sum.* Hoc faciẽs humilitatẽ suam ostendit, & alios docuit, deoq; gratias agit, ac declarat quòd licèt iussus sit, tamen & p se multã habeat E prõptitudinẽ. Quid igitur Petrus? Surge, nam & ego homo sum. Vides qũo præ alijs illos docent nihil de se magnum sentire. *Et ingressus colloquebatur cum illo, et inueniebat multos qui simul aderãt, dixit q; ad illos: Vos scitis quòd non est fas hominẽ Iudæũ adhærere alienigenæ.* Vide ut statim de diuina misericordia differit, monstrans quod magna illis bona deus concesserit. Non solũ autem hoc admirabile hic est, quòd talia differit, sed qd aliquo modo simul & sublimia loquitur, & modestiæ rationem habet. Non. n. dixit, Non dignamur accedere aliquos hoies, & uenimus ad te. Sed quid? Vos scitis quod deus hoc iusserit inqt, iniustũ esse adhærere uel accedere alienigenã. Deinde ut ne in illo gratiam statuat, subdit: *Et mihi deus ostendit nullum communem uel immundum dicendum hominem.* Hoc apponit ne uideatur adulari hoi. *Ideo et absque contradictione ueni accersitus:* Quod quanuis in hoc le gem præuaricaretur, quia ueniat, totum deo imputat. Non solũ non adhærere, sed neque accedere liceat, inqt. Obedio igitur sermoni quo me uocastis. Sciebat enim Petrus totũ ex uisione, sed primũ uult F illos confiteri, & fidei mancipare. Quid igitur Cornelius? non enim dixit: Nonne dixerunt tibi milites: sed Vide quàm mansuetè ac humiliter. *A quarto die usq; in hanc horã eram ieiunans, & nona hora orans in domo mea. Et ecce uir stetit coràm me in uestitu splẽdido. Et inquit, Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ ascẽderũt in memoriam coram deo.* Et nona hora, inqt, orãs. Quid est hoc? Mihi uidetur, & tẽpora uitę religiosæ sibi cõstituisse. Et in aliquot diebus: pp hoc. n. dixit, A quarto die. Vide, quãta sit oratio, quãtũ se in dulserit pietati. Tũc apparet illi angelꝰ. Ille unus dies erat, & quando abierunt missi, iterũ unus: & quando uenerunt, iterũ unus: & quarto die apparuit, ita ut sit secundus dies post quẽ orauerat. Et ecce uir stetit coràm me in uestitu splendido. Nõ dicit angelũ, adeò alienus erat à fastu. Et inqt: Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynę tuę in memoria habitę sunt coram deo. *Mitte igitur Ioppen, & accerse Simonẽ qui cognominatur Petrus, hic agit hospitẽ in domo Simonis coriarij iuxta mare, qui ubi aduenerit, loquetur tibi. Ex*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *hac igitur hora misi ad te. Tu aũt bene feci*sti *qui aduene-*
ris. Nũc ergo oẽs nos corã deo assumis, ut audiamus omnia
quæcũque tibi præcepta sunt à deo. Idcirco dixit, qua ra-
tione accersistis me ut hæc sic dicat uerba? *Aperiens*
aũt Petrus os, dixit, In ueritate comperio quòd non est ps̃o-
narum acceptor deus, sed in omni gente qui timet illum, et
operatur iustitiam, acceptus illi est. Hoc est, siue p̃putia-
Rom.2.b tus sit, siue circũcisus. Hoc & Paulus manifestãs? Nõ
enim est personarũ acceptio apud deum, dicit Nunc
igitur assumus oẽs, inquit, coram deo. Vide quanta
fides, quanta pietas. Sciebat Petrum nihil humani di-
cturum, quum dixisset, Deus monstrauit mihi. Ideo
& assumus ut audiamus oĩa quæ præcepta sunt tibi
à deo, dicit. Quid igitur? Nunqd acceptus illi est is q
in Perside agit? Si fuerit dignus, hac ratione acceptus
erit ut assequatur fidẽ. Hinc etiam Eunuchũ ex Ae-
thiopia nõ despexit. Et quid dicet quis, dicis de his q
deum colunt, & despecti sunt? Absit. Nullus qui deũ
colit, despicitur. Non.n. possibile est, ut quis ulla in gẽ
te despiciatur unquam. In omni enim, in quit, gente,
qui timet deum, & operatur iustitiam. Iustitiam uo-
cat omnem uirtutem. Vides ut deprimat illius arro-
H gantiam ne sublime de se sentiat, dicẽdo. In omni gẽ
te qui timet deũ, acceptus illi est. Quasi dicat, nullũ
repellit, oẽs admittit credentes. Deinde ut ne puten-
tur esse inter abiectos, adiicit: *Sermonem quẽ misit filijs*
Israel, euãgelizantẽ pacẽ per Iesum Christum, hi c est om-
niũ dominus. Hæc dicit propter præsentes, ut & illis
persuadeat. Idcirco facit & Cornelium loqui. *Ser-*
monẽ, inquit, *quẽ misit filijs Israel*. Vide, dat his pri-
uilegium, mox & illos testes adhibet, dicens, *Vos*
scitis uerbũ quod factũ p totã Iudeã, quod incepit à Gali-
lea post baptisma quod p̃dicauit Ioannes. Quòd sic ha-
beat ex sequentibus, firmat: *Iesum Nazarenũ quo-*
modo unxerit illum deus in spiritu sancto & uirtute. Non di-
xit, Scitis Iesum. Nesciebant enim, sed quæ ab illo fa-
cta erant, pertractat. *Qui ambulauit bene faciendo &*
sanando oẽs oppressos à diabolo. Hinc ostendit multas
cęcitates diabolicas & corruptiones corporis ab illo
factas. *Quia deus erat cum illo.* Iterum humilia loqui-
tur, non simpliciter opinor, sed propter humanita-
tem. *Et nos testes omnium quæ fecit, tam in regione Iudeo-*
I *rum, quã in Hierusalẽ. Quẽ & interemerunt suspẽsum in*
ligno: Hic passionem prædicat. *Hunc deus suscitauit ter-*
tio die, & posuit illum ut manifestus fieret, sed testibus his
qui præordinati erãt à deo, nobis s. qui comedimus & bibi-
mus cum illo post resurrectionem à mortuis. Hoc maximũ
resurrectionis argumẽtum est. *Et præcepit nobis prædi-*
care populo & testificari, quòd ipse est qui definitus est à
deo iudex uiuorũ ac mortuorũ. Magnum etiam hoc, ut
demonstret side dignos. At ille etiam testimoniũ ad
hibet, dicens, *Huic omnes prophetæ testimonium perhi-*
bent, quòd remissionẽ peccatorum accepturus sit per nomẽ
illius, omnis qui credit in illum. His quid post hæc futu
rũ prædicebatur: quod ut corroboraret, prophetas
tempestiuè testes adhibet. Sed uideamus iterũ ea q̃
de Cornelio dicta. Misit, inquit, in Ioppen, ut accerse
rent Petrum. Omnino uenturũ credidit, & propter-
ea mittit. Et colloquens cũ illo, dicit, intrauit. Quid
nam colloquens? hæc opinor loquens, q̃ scilicet an-
teà dicta sunt: & quũ cecidisset ad pedes, adorauit. Vi
de sermonẽ ab adulatione alienũ, & per omnia hu-
militate plenum. Hinc dignus monstratur & ille Eu
nuchus. Iussit enim, inquit, Philippũ ut ascendat &
sedeat in curru, quãuis nesciret quis esset. Vides mo-
res sine fastu? Tu aũt oro considera, qũo Petrus di K
uinã suã loquendi audaciã ostendit, dicendo, uos sci
tis quòd non licet. Et quare non dixit statim linteũ?
qa erat ualde alienus à uana gloria, nã dicit quidẽ qđ
missus erat à deo, qũo autem nõ itẽ oportebat, tũc
dixit, Vos scitis quòd nõ licet Iudęo adhęrere, uel ac
cedere ad alienigenã. Ita erat expers uanę glorię. Vos
scitis, hoc dicens, et illorũ sententiam admittit. Quid
igitur Cornelius? Assumus, inqt, corã deo, ut audia-
mus oĩa hæc quæ tibi præcepta à deo: non dixit co-
ràm homine, sed corã deo, ostendẽs sic oportere ac
cedere seruos dei. Vidistis mentem excitatã & uigi-
lem? uidistis illis omnibus dignum? *Aperiens autem*
(inqt) *os, dixit: In ueritate comperio quòd non est acceptor*
personarum deus. Hoc & ad Iudæos p̃sentes defendẽ
di gratia dicebat. Habiturus enim ad illos sermonẽ
hoc tanquã defensionem præmittit. Quid igitur? nũ
anteà personarũ, acceptor erat? Absit, quia & anteà
sic erat. Omnis enim qui timet deũ, & operatur iusti
tiam, inquit, acceptus illi erit. Hoc & Paulus scribens
dicit, Quando enim Gentes legẽ non habentes, na-
tura quæ legis sunt faciunt, etiã dogma adhibet, & Rom.2.b
instructionem. Nã si Magos & Eunuchũ non despe- L
xit, neq; latronem, neq; meretricẽ: multò magis eos
qui faciebant iustitiam & uolebant, omnino non de
spiciet. Cur igitur, quòd sunt humani & faciles ho-
mines, & credere nolũt? Ecce causam dixisti, qđ no-
lũt. Et aliter: Iustum hic dicit nõ simpliciter benignũ
& humanum, sed eũ qui operatur iustitiam, hoc est,
eum qui in omnib⁹ uirtute p̃ditus est. Quis igitur
talis est, ut habeat timorẽ ut oportet, solus deus no-
uit. Vide qũo erat hic acceptus. Mox ut audiuit etiã
obediuit. At dicet quis, Etiam nunc nemo est qui
non obediret adueniente angelo? At nunc multò
maiora sunt signa quã hæc fuerunt, & nihilominus
increduli multi. Deinde doctrinam incipit, & Iudæis
nobilitatẽ seruat. *Sermonem*, inquit, *quem misit filijs Is-*
rael, euãgelizantem pacẽ, hic est dominus omnium. Primũ
de dominatione illius differit multumq; sublimiter.
Quia ad hominem loquebatur eximium iam factũ,
& alacriter suscipientem omnia quæ à se afferebantur. Deinde præparans sermonem quomodo domi-
nus omnium addit ac dicit, Quem misit euangeli- M
zantem, hoc est, ad bona uocantem, non iudiciũ in
tentantem. Hinc ostendit quò hic à deo Iudæis pri-
mùm missus est: deinde ab his quæ per totã Iudęam
facta sunt: hoc simul ostendit & dicit, Vos scitis, uer
bũ quod factũ per totã Iudæam. Etiã hoc mirabile,
quũ incepit à Galilæa post baptisma quod p̃dicauit
Ioãnes. Prius dixit ipsius opus, & tũc fidenter loqtur
de eius patria, dicẽdo, Iesum à Nazareth. Sciebat. n.
quòd patria offendebat. Quomodo unxerit eũ deus
spiritu sancto & uirtute. Iterũ præparat, ut nequis di
cat, unde hoc manifestum addit, dicẽs, Qui ambu-
lauit benefaciẽdo & sanãdo omnes oppressos à dia-
bolo. Posteà cùm bonis q̃ fecerat, ostẽdit ẽt potẽtiã
quòd plurima esset ac magna. Et causa, Quia deus
erat cũ illo, iquit. Propter hoc & Iudęi sic dicebãt, Sci
mus quòd à deo uenisti, magister: nullus enim hęc si Ioann.3.d
gna potest facere, nisi deus sit cum illo. Deinde ubi
ostendit quòd à deo missus, tunc dicit quòd occisus
est, nequid absurdum imagineris. Vides illos nusquã
occultare crucem, sed cum alijs & modum ponere.
Quem & occiderunt, inqt, *suspensum in ligno.* Et posuit
illum ut manifestus fieret non omni populo, sed te-

stibus

A stibus q præordinati à deo, nobis. Quãuis ipse illos
elegerat, attamẽ & hoc refert in deũ. His qui præor-
dinati, inquit. Vides unde resurrectionẽ stabilit, à co
medendo. Quare aũt non resurgens fecit signũ, sed
comedit, ac bibit? Quia & resurrectio ipsa per se ma-
gnum signum erat. Nihil aũt ad ostendendã illã ma
ius, quã comedere ac bibere. Testificari inquit. Hinc
etiam cũ terrore dixit, ne possent ad ignorantiam cõ
fugere: & non dixit, Hic est filius dei, sed quod maxi
mẽ illos terrebat. Hic est præfinitus à deo iudex ui-
uorum ac mortuorum. Deinde ualida est argumen-
tatio à prophetis. Illi enim in magna existimatione
habebantur. Huic oẽs prophetæ testimoniũ dant.
Postquã timore concussit, tunc & addit ueniam, nõ
ab illo, à prophetis dictam. Et hoc quod terrebat,
ab illo dictum: quod autem blandius erat, à prophe
tis sumptũ. Quotquot hanc remissionem assecuti
estis, quicunq; fidem hãc adepti, scitote doni magni
tudine: obsecro, date operã ne bene factoręs cõtume
lia afficiatis. Obtinuimus enim remissionẽ, ut ne de
teriores efficiamur, sed multò meliores ac præstan-
B tiores. Nullus igitur dicat, deus nobis author malo-
rũ est, dum nõ punit nec uindicat. Dic.n. oro si prin
ceps apprehensum homicidam, liberũ dimittat nũ
quid iudicatur esse author sequentiũ homicidiorũ?
Minimè. Et qũo audemus hoc impiis linguis permit
tere ut blasphement? nõ reueremur, nec horremus.
Quid enim non dicunt? quid nõ loquuntur? Ipse il-
lis permisit, aiunt. Eos.n. qui pœna digni erant non
oportebat aut honorare, aut coronare, aut primatu
euehere, sed punire ac ulcisci? At ille nihil horũ illis fa
ciẽs, sed pro his etiam honorans, tales illos efficit.
Oro & obsecro, ne sic loquamini, nullus hanc uocẽ
à nobis emittat. Satius fuerit sexcenties defodi, quã
deũ audire talia per nos. Dicebant ad illũ & Iudæi,
Mat.27.d Qui destruis tẽplũ, & in tribus diebus illud excitas,
& Mar. 15.c saluа teipsum & iterum? Si filius dei es, descende de
Mat.27.e cruce. At hæ blasphemię illis multò grauiores. Absit
Rom.2.d igitur, ne dicatur à nobis, deus malitię doctor, ne sic
blasphemando ipsi rei efficiamur & digni suppliciis
Propter uos, inquit, nomẽ meũ blasphematur in gẽ-
tibus. Demus operã, ut alia de nobis dicantur, uiuẽ-
C tes ut decet illũ, qui nos uocauit, & eos qui adoptio
nis filiorũ baptisma acceperũt. Profectò magna est
baptismatis uirtus, participes doni alios ex alijs facit.
non sinit esse homines, homines. Fac ut credat Paga
nus, quia magna est spiritus potentia ut trãsformet,
mores q; compositos reddat. Cur expectas extremã
respirationẽ, sicut fugitiuus, sicut malefactor, sicut
non debens deo uiuere? Quare sic afficeris, quasi in-
humanũ & crudelem quendã dominũ sortitus sis?
Quid frigidius, quid inferius his qui illuminati onẽ
non accipiunt? Amicum te fecit deus, & omnibus di
gnatus est bonis, ut & ipse facias ea quæ amici sunt.
Dic oro mihi, si multis quempiã contumelijs, & in-
numeris probris proscideris, & in illius incideris ma
nus, ille aũt pro his omnibus te honoret, & omnia
sua communicet, & inter amicos cum contumelia
affectus sit, nihilominus te coronet, & dicat quòd
habeat ut germanũ filium, deinde statim moriur,
nõne damnum putasses? nõne dixisses, Vellem illum
uiuere, ut possem rependere, ut rependam, ut ne in-
gratus uidear erga benefactorem. Iam si hoc homi-
ni facimus, ubi autẽ deo debitor es, uis abire ac mo
ri, ne benefactori pp tot dona rependas? Quin po- D
tius tunc te illi adiunge, quando potes pariã repen-
dere. Cur fugis? cur tremis? cur metuis? Etiã, inquit.
Sed non possum me continere à uitijs. Igitúrne im-
possibilia præcepit tibi deus? Hinc omnia confusa
sunt: propter hoc mundus corruptus est, quòd nul
lius scopus est uiuere iuxta deum. Proinde catechu-
meni hoc curantes, nullum studiũ collocant in emẽ
dandæ uitæ. Qui uerò iam illuminati, alij quidẽ, quo
niam cum paruuli essent, baptismã susceperunt: alij
uerò quum infirmi, carent alacritate uiuendi iuxta
deum, & neque illi studiosi sunt. Qui autem & sani
baptizati sunt, etiam ipsi paruam diligentiam præ
ferunt, & principio quidem præsentes ualde feruи
di sunt, posteà autem & ipsi ignem extinxerunt. Nũ-
quid non potes negociari? nunquid ab uxore te se-
cludo? interdico tibi fornicationem, nunquid iube-
ris patrimonium dissipare? abiice auaritiam & rapi-
nam, nunquid cogeris ut omnia eroges? Pauca quę-
dam ex his quæ tibi abundãt, petuntur indigis. Abũ
dantia nostra, inquit, illorum inopiæ subueniat. Et 2.Cor.8.c
neque hoc persuademus. Non enim cogimus ieiu- Ephe.5.d
E nare, prohibemus autem inebriari, & uentri indulge
ri. Ista amputemus quæ fœditatẽ tibi afferunt, quæ
etiam ante gehennam iam sunt fugienda & odio di
gna. Etiam ipse hoc fateris, num oblectari & gaude-
re simpliciter decet? sed non fœdè nec indignè. Quid
times? quid terreris? qd tremis? Ibi nuptiæ ibi opum
possessio, ibi conuenientes cibi, & quæ nam peccati
occasio? Sanè exteri diuersa imperant, & obedientes
inueniunt. Non enim ex his quæ sũppetunt, exigũt,
sed dicunt, Tantùm dare oportebit, etiam si prætе-
xas paupertatẽ, neq; sic desistunt: Christus autem
non sic, sed iubet ex his dare quæ habes, & in primo
te ordine constituam. Iterũ illi, Si uis, aiunt, clarescę
re, relinquito patrem, matrem, cognatos, & sedulus
adsis in aula regia, in laboribus, in miseriis, in seruitu
te, in uariis occupationibus, & innumera ferens ma
la: Christus autem non sic, Sed sis in domo cũ uxo-
re cum pueris, & illos ipsos institue, & bonis mori-
bus instrue, ut quietã & sine periculis uitã agas. Etiã,
inquit, sed ille opes pollicetur. Atqui hic noster re-
gnum, immo & cum hoc opes. Quærite enim, in- Mat.6.d
quit, regnum cœlorum, & hæc omnia adicientur F
uobis. Et ille quidem, neque in augmenti partem:
hic autem etiam purè concedit. Iunior fui, inquit, Psal.36.c
etenim senui, & non uidi iustum derelictum, neque
semen eius quærens panes. Incipiamus igitur uirtu-
tes, ponamus initium, apprehendamus illam dunta
xat, & uidebis qualia bona. Nunquid enim absque
labore, illa operaris, quòd dum hæc aggredi opor-
tet, mollior & ignauior es? Etiam, inquit, illa absque
labore, hęc uerò cum labore. Absit, minimè ita est:
sed si uerũ dicere oportet, illa cũ labore, & hęc absq;
labore multo si uellemus, perficiũtur. Oro igitur ne
abhorream⁹ à sacris mysterijs. Ne hoc spectes quòd
is qui antè illuminatus, hoc est, baptizatus: improbus
factus est, & à spe sua excidit, & teipso segnior
sias. Quoniam & inter milites uideamus quosdam
militia non ut oportet fungi, quosdã uerò insignes
ac præstantes esse, & non attẽdimus ignauos, sed be
ne operantes imitamur. Apud illos considera, quot
post baptisma angeli pro hominib⁹ facti sunt. Time-
te, quoniã incerti sumus, quid posteà futurũ si nũc
fuerimus negligentes. Sicut fur in nocte, ita ueniet,
mors. Neque simpliciter sicut fur, sed dormientibus 2.Pet.3.d

G nobis insidiatur, desidesq; apprehensos abducit. Idcirco incertum uoluit deus esse quãto tpe duraturi simus, ut expectatione incerta, uirtutẽ amplexemur semper. At misericors est, inquit. Quandiu frigidum hoc & ridiculũ uerbũ dicimus? Ego nõ, quòd misericors sit deus dico solũ, & ibi sermonem sisto, sed quòd nihil sit misericordius illo, & quòd utiliter omnia quæ nobiscũ sunt, dispensat. Quot uides per omnem ętatẽ elephantiasi laborare, quot item à prima ætate oculis orbos usq; in senectam, & alios posteà excæcatos, alios egestate premi, alios in uinculis, alios i metalli fodinis simul cõtumulari, alios in bello interimi? Num sunt hæc misericordiæ opera, dic oro? nõ posset hæc si uellet prohibere? sed sinit. Etiã inquit. Tu autẽ dic oro: Quare qui à prima ętate cæci? Nõ dicã donec pollicearis mihi quòd illumineris, quòd illuminatus uiuas rectè, nõ licet mihi talia inuulgare. Neq; n. uoluptatis gratia sermo est: nã licèt hanc soluã, alia tamen succedet quæstio. Abyssus. n. quæstionũ scriptura est. Vnde non solum docet, ut assuefiamus quærere ut quædã soluantur, sed ẽt ut non quæratur. Quoniã quæstionũ nullus erit finis.
H Ecce. n. si hanc soluero, mille aceruos ostendã quæstionũ. adeoq; discimus magis quęrere quã quæsita soluere. Neq; enim si soluerimus, omnino soluimus. Sed iuxta humanã rationẽ propria horum solutio. Fides est scire, quòd omnia iustè & misericorditer deus ac utiliter facit. Quia possibile nõ est quòd ratio illa capiat. Vna hæc solutio est, & hac nõ est alia melior. Quod. n. dic mihi, solutionis opus? omnino ne ultrà quæras quod solutũ est. Et si hoc tibiipsi persuaseris, quòd prouidentia dei omnia dispensentur, alia quidẽ permittens ob causam sibi cognitã, alia uerò operans, liberaberis à quæstionib⁹, & solutionis lucrũ acceperis. Redeamus aũt ad institutũ. Igitur quoniã uides tot in supplicijs, hæc autem omnia permittit Christus, utere sanitate corporis in sanitatem animæ. Sed dices, Quid mihi opus laboribus & crumnis, licet absq; labore omnia perficere? Hoc sanè minimè manifestũ est. Contingit enim non solũ absq; labore non absolui, sed & mori omnia habentem. Veruntamẽ & hoc manifestũ. Neq; hic sermo tolerabilis est. In certamẽ traxit, arma posita sunt aurea, opus est ut illa in manus accipias. Si autẽ uis sine gloria seruari, & nihil boni operari, dic oro, Si bellum insurgat, & rex adsit, & alios quidem uideas in medias turmas hostiũ irruere, & multa uulnera reciperе, uariaq; facere: alios autẽ in singulare certamen descendere & pugnare, alios saltare, alios in equos se recipere, & laudari à rege, cũ admiratione ac plausu & coronis: Alios uerò iterum, si nihil patiãtur mali, in extremo ordine sedere & quiescere: deinde finito bello, illos quidem uocari ut recipiant donaria magna, & celebrentur: horũ autem ne mentionem quidẽ fieri, sed salutẽ illis pro retributione bonorũ esse: ex quorũ numero esse uelles? nam si lapideus esses, si & insensatis & inanimatis ignauior, nõnne ex illorũ numero multis nominibus magis esse uelles? Profectò oro & supplico, nam si etiã pugnantes cadere oporteat, nõne dignũ ut hoc cum alacritate eligant? Nõnne uides eos qui in bellis istis cadunt, quã sint clari & nobiles, etiãsi moriantur, & ultrà à rege suo non possint honorari? Longè autẽ aliter euenit in hoc bello, assiste cicatrices habens, quas cõcedatur nobis omnibus ostendere, etiã absque persecutionibus: In Christo Iesu domino nostro, cũ quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperiũ, honor, K nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant sermonem, & obstupuerũt qui ex circuncisione erant fideles, quotquot uenerant cũ Petro, quòd etiam super gentes donum spiritus sancti effusum esset: audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Homil. xxiiij.

Ide dispensationẽ dei, non permisit absolui
u sermonẽ, neq; ex præcepto Petri fieri baptismum, sed ubi exhibuerant se mẽte admirabili, quanuis doctrinæ principiũ esset, & crediderũt oino baptisma esse remissionẽ peccatorũ, tũc aduenit spiritus. Hoc autẽ fiebat deo magnã defensionẽ Petro hac dispẽsatione afferente. Nõ simpliciter autẽ spiritum accipiunt, sed linguis loquebantur, id qđ & obstupefecit eos qui simul uenerãt. Iam cur nam res hęc sic cõstituta⁹ pp Iudęos. Etenim illis hoc ual L de molestũ erat: Ideo hoc totũ deus agit, & Petrus ferè simpliciter adest, ut discat quòd oporteat post hac illos accedere ad gentes. Et quòd pp hęc oportebat illud fieri, ne mireris. Vbi. n. post tãta etiam in Cæsarea & in Hierosolymis cõtrouersia fit, quid nõ factũ esset, nisi hęc simul accidissent? Idcirco hęc cũ excellentia quadã fiebãt. Vide aũt qũo & Petrus accepta occasione excusat. Quòd aũt post occasionẽ respondet, audi euangelistam narrantẽ ac dicẽtem. *Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam prohibere poterit quis, ut baptizẽtur hi qui scilicet spiritũ sanctũ acceperũt sicut & nos?* Vidisti quo causam retulit? & quomodo laborauit ut hoc enũciaret hanc dudũ sibi mentem fuisse? Nunquid aquã, inquit, prohibere quis poterit? Ferè enim, hoc est, contradicentis, prohibentibus & dicentibus quòd non oportet hoc fieri. Totũ factũ est, inquit, quod magis necessarium fuit baptisma, quo & nos baptizati sumus. Imperauit illos baptizari in nomine Iesu Christi. Postquã pro se rationem reddidit, tunc præcepit baptizari, docens illos re ipsa. Adeò molestũ erat Iudęis, & pp hoc prius se M defendit, quanuis res ipsæ clamarent, & tunc præcepit. Tunc rogauerunt illum, ut maneret per dies aliquot. Hinc posteà meritò etiam bona fiducia illic permanet. *Audierũt aũt apostoli & fratres qui erãt per Capꝰ xiij Iudæã, quòd & gentes accepissent uerbũ dei. Et quando ascendit Petrus in Hierusalem, expostularũt cũ illo hi qui ex circuncisione erãt dicentes, Ad homines præputiũ habẽtes ingressus es, & comedisti cum illis.* Post hæc contendebant hi qui ex circuncisione erant, non apostoli. Quid est diecrinanto, expostularunt. Offendebãtur inquit, non parũ, & uide quid prætexant: nõ dicũt, Quare annunciasti, sed quare simul edisti. At Petrus non in hoc frigido dicto morabatur. Reuera enim frigidũ erat, sed in magno illo dicens, Si spiritus participes fuerunt & illi, qũo hoc non erat communicandum? Quomodo igitur in Samaritanis hoc non factũ est, sed contrarium? Etenim non solùm antea baptisma factũ non est, sed neq; post baptisma, & non indignati sunt sed magis re audita miserunt aliquos in hoc opus. Verùm neque istud obiiciunt: sciebant enim quòd diuinę gratiæ esset, sed quare simul edisti dicunt. Et aliter, Magnum & ferè infinitũ

A discrimen erat inter Samaritanos & gentes. Vel etiã singulari dispensatione accidit illũ reprehendi, ut hi discãt, nõ enim rem obiter Petrus narrauit. Vide aũt q̃ alienus sit à fastu & uana gloria. Incipiẽs enim Petrus inquit, exposuit illis per ordinẽ dicens: *Ego eram in ciuitate Ioppe orans.* Et non dicit quare, uel quẽ occasione. *Et uidebam in raptu mentis uisionem, descendere uas quoddam, sicut linteum magnum quatuor initijs demissum è cœlo, & uenit usq; ad me. In quod intentis oculis consideraui, & uidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & uolatilia cœli. Audiui aũt uocem dicentem mihi, Surge Petre, mactа, & occide.* Quid per hæc dicere uult? Sufficiebat, inquit, uel hoc persuasisse, spectatũ esse linteum, ueruntamen & uox adhibita est. *Dicebam aũt, Minimè domine, quia commune uel immundum nũquã intrauit in os meũ.* Vides? Feci, inquit, qđ meũ: dicebam quòd nunq̃ comedi. Hoc ad id quod dicebant illi, Ingressus es & simul edisti cũ illis, respõdit, non aũt ad Cornelium, neq; enim necesse erat. *Respõdit autem mihi secundò uox de cœlo, Quæ deus mũdauit, tu ne communia dixeris. Hoc aũt factum est tertiò. Et ite-*
B *rum rapta sunt omnia sursum in cœlum, & ecce mox tres uiri astiterũt ad domum in qua eram, missi à Cæsarea ad me.* Narrat ea quę necessaria erant, alia uerò obticet, immo per hæc & illa probat: & uide qũo rationem reddit, & non uult doctoris authoritate uti, sciebat enim quòd qũo modestius loqueretur, hoc magis eis prodesset. Nunq̃ ingressum est, inquit, in os meũ cõe uel immundum. Et sic totũ negocium defendebatur. *Et ecce mox tres uiri astabant ad domum in qua eram. Dixit autem mihi spiritus, ut irem cum illis nihil hæsitans.* Vides quòd spiritus est legislatio? *Venerunt aũt mecum & sex illi fratres.* Quid humilius Petro, qui ad hoc ẽt fratrum adhibet testimoniũ? *Venerũt aũt mecum sex fratres, & ingressi sumus in domum uiri, & annunciauit nobis, quomodo uiderit angelum in domum suã missum, & dicentem sibi: Mitte in Ioppen uiros, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus, qui loquetur uerba ad*
Sup.10.a *te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua.* Et non dixit ea quæ ab angelo dicta erant Cornelio, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriale coràm deo. Ne scilicet illis tribuat, utpote nihil
C magnũ habentibus. Loquetur uerba ad te, per quæ saluus eris tu & omnis domus tua. Vides qũo festinat pp id quod dixi, Et nihil de humanitate uiri dicit. Igitur cũ spiritus missus sit, & deus miserit, & illinc per angelũ euocatus sit, hinc urgeat & soluat differẽ tiam rerũ quid faciendũ erat. At nihil horũ dicit, sed à posteriore confirmat, quod & iuxta illud testimonium sit omni cõtrouersia carẽs. Et quare dicit? Nõ hoc factũ est solũ ex superabũdantia deo, ut demõstretur ẽt initium non ab apostolo. Si autem sua spõte motus illuc profectus esset, nihilque horum accidisset, plurimùm perculsi ac attoniti facti fuissent. Et sic iterum illorum mentem capit, dicens ad illos, qui scilicet spiritum sanctum acceperunt sicut & nos. Et iterum, *Cumq; inciperem ego loqui, delapsus est spiritus*
Sup.1.a *sanctus super illos, sicut & super nos in initio.* Et non est hoc contẽtus, sed & uerbi dominici mentionem facit. *Recordatus autem sum uerbi domini quod dixit, Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto.* Atq; ita nihil noui accidit, sed id quod anteà prædixit. Sed nõ oportebat, inquit aliquis, baptizari eos, quia iam uenerat in eos spiritus sanctus. Propter hoc nõ dicit, iussi illos baptizari. Sed quid? D Nunquid aquã prohibere quis potest, ut nõ baptizetur? Ex hoc demonstrat sese nihil fecisse. Igitur id qđ habebamus nos acceperunt illi. *Itaque si par donum, inquit, dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum, ego quis eram, potẽs prohibere deum?* Vt ex abundãti illorũ obturet ora, pp hoc adiecit, par donum. Vides qũo eos qui semel crediderunt nõ sinit minus habere. Par donum dedit illis deus, sicut & nobis, qui credidimus in dominum Iesum. Et ita ipse purgat illos, & non dicit uobis, sed nobis, mitigãs etiã hac ratione sermonẽ. Quid igitur indignũ passi estis, quando nos illos socios dicamus? *Auditis autẽ illis quieuerunt & glorificauerunt deum dicentes: Igitur & gentibus deus pœnitentiam dedit ad uitã.* Vides qũo ex concione Petri bene oĩa narrantis totũ fuit? Ideo & glorificarunt deũ, quòd pniam etiã illis dedit. Ita humiliati sunt ab his sermonibus, hinc posteà apertum est ostium ueniendi ad gentes. Videamus autẽ si placet iterum q̃ dicta sunt. Non dixit, quòd expostularit Petrus, sed hi qui ex circuncisione, quoniam ipse sciebat quod parabatur. Etenim illud oportebat admirari, qũo & illi credidissent. Itaq; ubi audie- E runt, ut creduli facti sunt, nihil sunt passi. Verũ quando deus largitus est spiritum, quando Petrus exposuit suam uisionem dicens, Deus ostendit mihi nullum cõem uel immundum dicere hominem. Propterea & pro gentibus sermonẽ instruit, quòd posthac habita fide neq; gentes futuræ sint. Igitur non est mirum, si ante baptismа acceperunt spiritũ. Et in nobis hoc factũ est. Hìc ostendit Petrus, quòd neq; sicut reliqui baptizati fuerint, sed multò meli⁹. Propter hoc aũt sic ex abundantia res gerũtur, ut nihil dicere possint, sed ut sibi pares habeant. *Et rogauerunt, inquit, illum, ut maneret.* Vides qũo uon uulgariter erga illũ affecti fuerunt? uidisti zelum quem habebant pro lege? non dignitatem Petri reueriti sunt, non facta signa, nõ opus illud magnum, susceptũ esse uerbũ, sed propter parua illa expostulabant. Si enim nihil horũ fuisset, non sufficiebat bonũ opus? At non sic rationẽ reddit Petrus. Intelligens enim ac prudens erat, sed non erant prudentiæ illius, immo spiritus uerba. Et ostẽdit in apologia sua se nequaquã authorem, sed omnino deũ, & tantũ non illos sic affatur. Ipse me se F cit in raptu mentis cõstitui, ego enim simpliciter orabam, ipse uas ostendit, ego contradicebam, & neq; sic audiui. Spiritus iussit abire. Et abiens non accurri dicens, quòd deus misit me, & post hæc neq; sic baptizaui, sed iterum deus totũ fecit. Igitur deus illos baptizauit nõ ego. Et non dixit, his oĩbus factis, nõne oportebat post hoc apponi aquã, sed quasi nihil reliquũ? Ego quis eram, inquit, ut prohiberẽ deum? Papæ, qualis defensio. Nõ. n. dixit, Hæc igitur scientes tacete & quiescete, sed quid? Fert illorũ impetũ, & improperantibus rationem reddit. Quis erã? potens prohibere deũ? Valde grauiter hac admonitione defendit se. Non poterã prohibere. Vnde posteà territi tacuerunt & glorificarunt deum. Sic & nos oportet in bonis proximorũ glorificare deũ, & nõ insultare, sicut faciunt quidã ex his qui nuper illuminati sunt, quãdo alios uident baptizari, & mox ex hac uita migrare. Glorificare oportet deum, etiã quòd manere non concedit. Et ita etiam tu si uolueris, maius acceperis donum, non loquor secundum quòd illuminatus es. Hoc enim tuum & illius donum par est, sed quod accepisti priuilegium nobilitatis? Ille

G indutus est stola, & nō est est ei permissum cū illa in turba esse spectabilē. Tibi magnam potestatē dedit deus, nempe uti armis ut oportet, adeoq; illa proba re quantū ualeant. Ille migrat solū fidei habens mercedē. Tu stas in stadio operū, & potes accipere multas retributiones, & intantum illo apparere clarior, quantū sol stellis minimis, quātum dux belli postremo milite, imo quantū rex. Igitur teipsum explora, immo non explora, sed rectē operare semper. Nō. n. sufficit seipsum accusare, opus est, ut & certes: calumniā passus es, grauia passus es, surge, repara teipsum. Adhuc in stadio stas, adhuc theatrum solutū nō est. Non uides, quot certando defatigati postea iterum certarunt? Tantū, ne uoluntarius succūbas. Beatum dicis eū qui mortuus est, multò magis beatum teipsum dicas. Solutus est ille à peccatis, sed si tu uolueris, non solū lauabere à peccatis, sed ēt bona opera habiturus es, id quod illi nō est possibile. Cōcessum est nobis, ut reparemus nos ipsos. Magna pnię remedia sunt. Nullus seipsum condēnet. Ille reuera desperatione dignus, qui de seipso desperat, ille nullā salu-
H tis spem habet. Non graue est uenisse in profundum malorū, sed manere ibi postquā ueneris. Non impiū est uenisse in profundū malorū, sed cōtēnere postq; eò ueneris. Propter quod debebas solicitus esse, dic oro, magis cōtemnis? uulnera tanta habēs cecidisti? Nullum animæ uulnus insanabile, sicut in corpore multa sunt talia. Et pro illis quidem quæ in corpore nullū laborem detractamus, pro his aūt quę in anima curandis desides sumus. Nō uides latronē q̄ breui tpe correctus est? Non uides martyres, q̄ breui tēpore opus totū absoluerunt? Sed nūc non est martyrij tempus, at qui certaminū tempus est, qd sæpius di-
2. Tim. 3. c xi, si uellemus. Qui. n. piè uiuere uolunt in Iesu Christo, persecutionē patientur: & si non ab hominibus, certè à dæmonibus: semper persecutionem patiuntur, qui piè uiuunt. Sanè & grauior est persecutio. Et primū ab ipsis maximè delicijs, hanc ferunt, qui nō sobrij sunt. Num paruā putas esse persecutionem in delicijs? hæc omnium difficillima est, hæc & persecutione grauior. Nā quasi copiosus amnis animā deliciæ resoluunt. Et sicut se habent æstas ac hyems, ita persecutio & deliciæ. Vt autē plenius cognoscas ita rem habere, cōsidera sic: Somnū immittit uoluptas animæ, ignauiā & oscitantiā mox ingenerat, undiq; affectiones excitat, fastū armat, armat uoluptatem, armat iram, inuidiam, uanæ gloriæ studium, æmulationem. At in persecutione, nihil horum interturbare ualet, sed timor ingressus, quasi flagello quodā, percusso cane, oēs affectiones ne gry quidē sonare sinit. Quis in persecutione uanæ gloriæ uacare pōt? quis uoluptatib⁹ deditus esse? nullus, sed tremor magnus ac timor magnā tranquillitatē afferunt, & placidum portū efficiunt, animā piam reddunt. Audiui aliquando patres nostros dicere, Nobis aūt non cōtingat. Non. n. iubemur petere tentationē. In persecutione priscorum licebat uidere Christianos ueros. Nullus enim curābat opes, nullus mulierem, nullus pueros, nullus domum, nullus patriam, unū oībus erat studium suam seruare animā. Alij quidem in sepulchris & monumētis, alij uerò in solitudinibus latebant, non solū aūt uiri, sed mulieres teneræ ac delicatæ tunc occultabantur cū perpetua fame pugnantes. Cōsidera, num desiderium aliquod sumptuum, uel deliciarum, ueniret in mentem, mulieri in fouea latenti & expectāti ministram, ut cœnulam afferat, K timētiq; ne deprehēdatur, & quasi in camino quodam iacenti: nūquid cogitaret, quid deliciæ, quid tus mundus? Vides nunc maiorem esse persecutionem, inuadentibus nos undiq; affectionibus tanq; bestijs? Nunc est grauis persecutio, uel ob hoc, quòd non putatur esse persecutio. Etenim etiam hanc difficultatem habet bellum, qd pax putatur, ut ne contra illud arma sumamus, uel insurgamus, nullus formidat, nullus tremit. Si aūt non creditis, rogate gentiles qui persequūtur, unde sit, quòd res Christianorum accuratius gerantur, unde oēs clariores. Parua horum erat tunc multitudo, magnæ aūt uirtutū diuitiæ cernebantur. Quæ. n. utilitas dic oro, multum esse fœnum, præsentes esse lapides pretiosos, etiā numerum omnē excedentes, at uera multitudo est in probatione uirtutis. Helias unus erat, sed mundus hic erat indignus illo, at qui mūdus innumera milia sunt, imm o non sunt innumera milia, quando neq; uel uni tot adæquantur. Melior unus faciens uoluntatem domini, q̄ innumeri prœuaricatores. Hoc & sapiens quidam insinuans alicubi sic inquit: Ne desideres multitudinem filiorum inutilium. Hi ēt blasphemiam magis inurūt deo, q̄ si nunq̄ fuissent Christiani. Quid mihi opus multitudine? Alimentū amplius igni. Hoc & ex corporib⁹ cognoueris, quòd melior congruus cibus cum sanitate, q̄ cū molestia deliciæ. Hoc alimentum illo amplius, hoc alimentum, illud morbus. Hoc & in bello uidetit quis, melius esse decem peritos belli, & decem uiros q̄ innumeros imperitos. Hi enim præter hoc quòd nihil operantur, etiā alios qui operantur, morantur. Hoc & in naui inuenerit quis, utiliores esse duos nautas nauigare scientes, q̄ magnam imperitorū multitudinem. Hi enim & nauigium submergunt. Hæc dico, non quòd molesta sit multitudo uestra, sed quòd uellem omnes esse probos, & nō confidere multitudinis numero. Multò plures ingrediuntur gehennam, sed maius illa est regnū, etiamsi paucos habeat. Sicut arena maris erat multitudo populi, sed unus seruabat illos. Vnus erat Moses, & plus ualebat quàm omnes. Vnus erat Iesus, & plus poterat sexcentis milibus. Non hoc curemus solùm, ut multi fiant, sed magis ut præclari & M probi. Vbi hoc effectum fuerit, tunc & illud. Nullus domum spatiosam primùm uult facere, sed primùm ualidam, & idoneam, & tunc spatiosam. Nullus mittit fundamenta, ut derideatur. Primùm hoc quęramus, & tunc illud. Hoc si est, facile & illud erit: si illud autem non est, hoc etiam si sit, nulla utilitas. Nam si fuerint qui in ecclesia clari, statim erit etiam multitudo: hi autem si non sint, nunquam erit in ecclesia honesta multitudo. Quot putatis esse in ciuitate nostra qui seruentur? Molestum quidem est quod dicturus sum, dicam tamen: Non est in tot milibus cērestimum inuenire qui seruetur, sed etiam de illis dubito. Dic enim oro, quanta malitia in adolescentibus, quanta desidia in senioribus? Nullus quā oportet diligentiam adhibet in educandis suis: nullus habet zelum, ut seniorem quem uidet, imitetur. Exemplaria disparuerunt, idcirco nulli adolescentes fiunt admirabiles. Ne mihi hoc dicas, in magno numero sumus. Hoc frigidorum hominum est, & de hominibus quidem meritò hoc dicitur. De deo autem, qui non opus habet nobis, non item. Quòd autem & quantùm ad nos attinet, frigidum sit uer-

A bum audi: Qui multos habet ministros, si improbi fuerint, quanta feret mala? Et ei quidē qui nullū habet. hoc uidetur graue, quòd ministeriū illi negatum est. Is aūt qui malos, seipsum unà cum illis perdit, & grauius incōmodatur. Multò sanè difficilius est pugnare cū alijs, & bellū susc̄ipere, q̄ sibiipsi seruire. Hęc dico, ne quis ecclesiā admiretur pp multitudinē, sed ut curemus illam probā efficere, ut quisq; curam habeat, nō solū amicorū & cognatorū, id quod semp dico, & uicinorū: sed & ita ut exteros, si possibile sit, attrahat, orandū. Iacent oēs adolescentes frigidi ac senes, purgamenta magis q̄ adolescentes, rident, subsannant, cauillātur. Etenim & hoc fieri audiui, & mutuum se incessunt scōmatis geniculantes. Tu aūt si assistis iuuenis uel senex & stupenda uides, increpa acriter: si nō fert, uoca ministrū, abige, q̄ tua sunt facito: & siquid ausus fuerit contra te, utiq; multos habiturus es aduturos. Quis. n. ita ratione destitutus, qui si te uiderit pp talia obiurgantē, & illos obiurgari, non malit esse à parte tua? Vade sumpturus mercedem ab oratione in æde dominica. Hos diligētiores
B inter seruos iudicamus, qui nullū uas inordinatum iacēre sinunt. Dic obsecro, num si uideres in domo argēteum uas foras proiici, etiam si nō esses ad hoc deputatus: nōne accideres hoc, & inferres in domū. Si uestem uideres temerè proiectam, etiamsi nō habeas curā, etiamsi inimicus sis eius qui ad seruandā illam deputatus est, tamen pp beneuolentiam in dominum, nōne bene cōponeres? Ita & nunc. Vasa illi sunt, si uideris iacēre absq; ordine, cōponito. Accede ad me, nō detrecto: dic mihi, fac me certiorē, uidere omnia nō possum. Ignoscite. Videtis, quanta malitia orbem terrarū detinet? nunquid simpliciter dicebā, quòd multitudo simus fœni, mare incompositum? Nō dico, quòd illi talia faciunt, sed quòd tanta oscitantia laborant intrantes, ut neq; hæc corrigant. Iterum alios uideo stare & nugari dum preces fiunt, & quidā ex illis, adhuc meliores scilicet, idē facientes, non solū dum fiunt preces, sed ēt dum sacerdos benedicit. O audaciam. Quando erit salus, qūo poterimus deum placare? Si trāsires in ludum, uideres oēs compositè saltantes, & nihil inordinatū. Itaq; sicut
C in lyra maximè cōsona, & uario modo facta, una q̄dam bene sonora symphonia fit ex singulorū quæ simul sita, bono ordine. Sic sanè & hic. Vnā ex omnibus consonam harmoniam fieri cōuenit. Vna. n. facti sumus ecclesia, unius capitis membra per compages decenter cōmissa sumus, unum oēs constituimus corpus: si quid fortè neglectū fuerit, totū neglectum erit ac corruptum. Ita multorum bonam ordinationem unius deordinatio incommodat. Et hoc profectò terribile, quòd nō uenis huc ut saltes in ludo & chorea, & stes sine ordine, nescis quòd cū angelis stas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, & stas ridens? Etenim nō esset mirū si fulmen demitteretur, non solū in illos, sed ēt in nos. Digna enim fulmine sunt hæc. Adest rex, considera exercitum, & tu in illorum conspectu stas ac rides? uel ridentē negligis. Verū quandiu obiurgamus? quandiu reprehendimus? None ut damnosos, ut fures, ut corruptos & pernicioſos tales & innumeris malis plenos, ab ecclesia exigi oportebat? Vnde hi qui horrēda hora ridēt, abstinebunt à risu, unde abstinebunt à nugis, qui in tpe benedictionis garriunt? nō reuerentur presentes, nec deum timent. Non sufficit nobis quòd ipsa men-

te sumus ignaui, neq; quòd orantes aliò euagamur, D sed etiā risum & cachinnos multos afferimus. Nunquid theatrica sunt hæc quæ hic gerūtur, opinor autem quòd id theatris debeamus. Inobedientes enim multos nobis constituunt, & ineptos: quæ enim hic extruuntur, illic subuertuntur: & nō hoc solū, sed & alias immūdicias necesse est theatris studiosis adhęrere. Et perinde fit ac siquis campum uelit purgare, in quem fons luto fluens influat: quantū enim purgaris, tantū influit. Hoc & hic fit, quando enim purgamus à theatro huc uenientes, & immundiciā afferentes, dum illuc iterū abeunt, maiorem cōtrahunt immundiciam, quasi dedita opera sic uiuant, ut nobis negocium faciant, & iterum ueniunt multo luto sordidati, in moribus, in gestibus, in uerbis, in risu, in desidia. Deinde iterum nos fodimus, quasi dedita opera in hoc fodientes, ut puros illos dimissos iterū uideamus luto ac cœno inquinari. Ea propter commēdo uos deo, unde iam & testificor uobis qui sani estis, quòd iudicium uobis erit ac condemnatio, si quis uiderit inordinatè uiuentem, siquis uiderit maximè in illo tpe, non admonuerit nec corripuerit. E Hoc plus est q̄ orasse. Dimitte preces & illū corripe, Ita & illi proderis, & tu lucrum habebis, ita etiā omnes seruari poterimus, & regnum cœlorum assequi, quo contingat nos omnes frui, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri unà cū spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Itaq; hi qui dispersi erant ex persecutione mota ob Stephanum, transierunt usq; ad Phœnicen & Cyprum ac Antiochiā, nulli loquentes uerbum nisi solis Iudæis.

Homilia. XXV.

Aud parum ad uerbi profectū faciebat per-
h secutio: Diligentibus enim deum omnia co- Rom. 8. c
operantur in bonū. Nunquid si dedita opera conati essent instituere ecclesiam, aliud quiddam q̄ hoc fecissent? De dispersione inquam discipulorū. Et uide quorsum se extenderit prædicatio. *Transierunt*, inquit, *usq; ad Phœnicen & Cyprum & Antiochiam, nulli loquētes uerbū nisi solis Iudæis.* Vides quòd F ea quæ apud Cornelium acta, omnia singulari dispensatione gesta sunt. Hoc aūt & ad defensionem Christi, & ad accusationem Iudæorum pertinet. Itaque quando Stephanus interemptus est, quando Paulus bis periclitatus, quando apostoli flagellati sunt, quando sæpius latuerunt, tunc Gētes receptæ sunt, tunc & Samaritani, quod & Paulus clamat dicens, Inf. 13. g Vobis erat necessarium primùm dici sermonē dei: quoniam autem repulistis illum, & non dignos iudicastis uos ipsos, ecce conuertimur ad gentes. Acceſserunt itaque & gentes allocuturi. Erant autem quidam ex illis uiri Cyprij & Cyrenæi, qui scilicet uenerant Antiochiā, allocuti sunt Græcè loquentes euangelizādo dominum Iesum. *Et erat manus domini cum illis, magnusq; numerus qui credidit, cōuersus est ad dominum Iesum.* Vide, Græcis euangelium annunciāt. Veri simile est. n. illos scisse Græcè, & in Antiochia tales multos fuisse. *Et erat manus domini*, inquit, *cum illis.* Hoc est, signa operabātur. Vides quare ēt nūc signorum necessitas fuit? ut credant. *Auditus aūt est sermo in auribus ecclesiæ, quæ est in Hierosolymis de illis: & emiserunt Barnabam ut transiret usque in Antiochiam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quare nã tanta ciuitate suscipiente uerbũ nõ uenerunt ipsi, sed miserunt Barnabã? propter Iudæos. Veruntamen non paruũ quiddã geritur, etiam quòd Paulus huc aduenit, neq; simpliciter, sed & ualde magna cum dispensatione illum auersantur, ut ne includatur in Hierosolymis uox prędicationis, tubaq; cœlorum. Vidisti quomodo ubique malitiis illorum ut opus erat, & quemadmodum uolebat, usus est Christus, etiam odio quo persequebãtur Paulum in ædificationem ecclesiæ ex gentibus congregandæ. *Qui ut uenit & uidit gratiã dei lętatus est, & inhortabatur omnes ut in proposito cordis maneãt in domino. Erat enim uir bonus, & plenus spiritu sanctlo, ac fide, & apposita est turba multa domino. Exijt aũt in Tharsum Barnabas ut requireret Paulũ, & inuẽtũ illũ adduxit in Antiochiã.* Valde utilis erat uir ille, ẽt frugi ac Paulo familiaris. Ideo & uenit ad Athletã, ad ducẽ belli, ad certantẽ singulari duello, ad leonẽ: nec habeo quo nomine dignẽ uocẽ illum, uenit ad canẽ uenaticũ, leones occidẽtẽ, ad taurũ fortem, ad facem claram, ad os orbi sufficiẽs. Reuera in Antiochia, appellati sunt
H nostri propter hoc, uocabulo Christianorum, quia Paulus in ea tanto tempore perseuerauit. *Factum est autem, quòd illi anno integro cõgregarentur in ecclesia, & docerent multum populum, ut primum appellati sint discipuli in Antiochia Christiani.* Non parua autem hæc ciuitatis laus erat. Hoc contra omnes adduci potest, quòd prima omniũ, tanto tempore, illo ore frui cœpit, unde & principiò hoc nomen assecuti sunt. Vides in quantum fastigium ciuitatẽ extulit, &
Supr.2.g clariorem reddidit hoc Pauli opus? Alibi tria milia,
& 4.a & quinque milia crediderunt, hic tanta multitudo. Nihil tale factum ibi, sed adhuc tantùm de uia illa esse dicebantur, hic autem Christiani appellati sunt. *In istis autem diebus descenderunt à Hierosolymis prophetæ in Antiochiam.* Quoniam etiam in illis locis fructum eleemosynę plantari oportebat, utili dispensatione accidit prophetas descendere. Tu autẽ considera & obserua, quo nullus clarus his doctor aduenit. Cyprios enim habebant doctores, ac Cyrenæos & Paulum, quãuis ille antecelleret istos. Sicut Paulus Barnabam & Ananiam, sed nihil ex hoc mi-
I nor fuit. Habebat tamen & Christũ. *Surgens autẽ quidam ex illis Agabus nomine, significauit famem magnam futuram in toto orbe, quæ scilicet & facta est sub Claudio Cæsare.* Necessariò hic famẽ magnã futuram significat, quæ sanè sicut prædicta est, contigit. Vt enim ne putent quidam pp hoc factam famẽ quòd Christianismus ingressus est, uel quòd dęmones deiecti fuerint, prædicit spiritus sanctus quod euenturũ, sicut & Christus prædixit multa, & euenerunt. Non igitur pp hoc, quoniã oportebat ab initio hoc fieri, sed propter mala quæ in apostolos facta: quæ cum & fierent, longanimiter ferebat deus. Cũ autẽ in peccatis perseuerarent, fames magna facta est, significans Iudæis euentura mala. Dicis: Si pp illos erat, propter alios cum esset, oportebat cessare. Quid.n. iniustè egerant Græci, ut propter illos malorũ fierẽt participes, qui nihil mali fecerant? Si autem nõ propter Iudæos, & probari illos magis oportebat, eo quòd Iudæi faciebant pro sua uirili, occidebant, puniebant, mulctabant, ubiq; persequebantur. Et uide quo fit fames, quãdo & Ethnici iam sucepti erãt. At dicis: Si propter mala hæc fiebant, oportebat illos ab alijs seperari. Quare dic mihi? Nonne prius dixit eis Christus: In mundo tribulationem habebitis? K
Tu autẽ hæc dicens, forsan & hęc dices, quòd opor- *Ioã.16.f*
tebat neque flagellari. Sed uide ut illis etiam fames salutis fiat causa, & eleemosynæ occasio, multa concilians bona, atque ita etiam uobis factum esset siquidem uoluissetis, sed noluistis. Prædicitur autem, ut posthac magis præparati sint ad eleemosynam, quia grauiter affligebantur ij q in Hierosolymis. Ante hoc non erant in fame, & mittitur Barnabas ac Paulus qui ministrarunt. *Discipuli autem, prout quiq; abundabant.* Vidisti simul credere, & simul fructum afferre, non his solum qui propè erant, sed etiam his qui à longè. Hoc autem mihi uidetur hic dicere *Gala.2* id quod alicubi Paulus inquit, quòd dextras dederunt mihi & Barnabæ communionis, tantũ ut pauperum memores simus. Intãtùm profuit fames. Et uide illos neque ex tribulatione in lamenta & lachrymas erupisse, sed operi magno & bono sese exposuisse. Cum maiore enim ubertate prædicabant sermonem. Et non dixerunt, Nos cum simus Cyprij & Cyrenæi tam nobili & claræ ciuitati hoc imponemus:
L sed credentes gratiæ dei, etiam illi aggressi sunt doctrinam, & hi non dedignati sunt ab illis discere. Vide per paucos omnia hæc fieri, prædicationem crescere, curam omnium qui Hierosolymis geri, quasi *Supr.8.c* unam domum orbem haberi. Audierant quòd Samaria receperat uerbum, & miserunt Petrum ac Ioannem. Magnum enim discrimen erat, & non oportebat apostolos illinc pridem separari, ne putentur esse fugitiui, & suos fugisse: tunc autem necessariò separantur, quando nulla ratione res Iudaicæ curari poterant, quãdo bello incrudescente perituri erant, quando sententia pronunciata. Quoniam quandiu Paulus in Romam non peruenit, illic erant. Egrediũ tur autem, non bellum formidantes. Et quomodo formidarent cũ ad impugnaturos se abirent. Et bellum illud factum est mortuis apostolis, & quod de illis dictum finem accepit. Peruenit super illos ira in finem. Apostoli autem quò ignobiliores erant, hoc magis fulgebat gratia, paruis cõficiens magna. Sed uideamus iterum quæ dicta sunt: *Inhortabatur omnes*, inqt, *ut perseuerarent in domino, quia erat uir bonus.* M
Mihi uidetur bonũ nunc frugi appellare, & simplicẽ sine fuco ualde cupidũ salutis proximorũ. Non solũ autem erat uir bonus, sed etiam plenus spiritu sancto ac fide. Ideo & proposito cordis omnes inhortabatur. Inhortabatur, hoc est cum præconio & laudibus. Et considera quomodo ciuitas illa quemadmodũ terra pinguis sermonẽ accipit. Quare aũt Paulum à Tharso abducit, & in illam ciuitatem inducit? Non absq; causa, nam hic & amplior ciuitas, & amplior spes, hominũq; frequentior copia. Vidisti gratiam omnia operari nõ Paulũ, & quomodo à paruis res initiũ cepit: ubi autem inclaruit, tunc Barnabam mittunt? Et quare non ante hoc miserunt illũ? multam secum habebant curam? & nolebant improperare sibi Iudæos quòd susciepissent gẽtes, quãuis absque uitatione illis admiscerentur: quoniam futura erat cõtrouersia apud illos, ea quę apud Cornelium acta præcesserunt, & tunc sanè etiam dicunt ut nos in gentes, illi autem in circuncisionem. Et cõsidera quomodo tempestiuè necessitas famis inducit communionẽ illam quam gentes, ad eos qui in Hierusalem, miserunt. Accipiebant enim ab illis, & non sicut nos, in luctibus calamitates addebant,

A sed minore pauore uiuebant, cũ procul fierẽt ab eis qui prohiberẽt, & essent inter hoies qui nõ timebãt Iudæos, qd & ipsum nõ parũm cõducebat, sed & in Cyprũ abeunt ubi minor metus ac solicitudo. *Nulli aũt sermonem*, inquit, *loquebatur, nisi solis Iudæis.* Non propter hominũ metũ, quẽ nihili faciebant, sed legẽ retinentes, & illos adhuc tolerãtes. *Erant aũt quidam in Antiochia Cyprij & Cyrenæi, hi maximè non curabant Iudæos, qui scilicet loquebatur ad Græcè loquentes, & euãgelizabant dominum Iesum.* Fortasis qd nesciebãt Hebraicè, uocabant illos ellinas Græcos. Vt aũt aduenit, inquit, Barnabas, & uidit gratiam dei, nõ diligentiam hominũ. *Inhortabatur illos ut perseuerent in domino.* Forsan in eo quòd laudabant turbã & approbabãt, hoc plures couertit. Et quare nõ Paulo scribũt, sed Barnabã mittunt? Nondũ uiri sciebãt uirtutem, ideo solùm cõstitutum est, ut Barnabas proficiscere tur. Quoniam aũt & multitudo erat, & nemo prohibebat: meritò germinauit fides, & maximè quòd nullam illic sustinebant tentationẽ, & quòd Paulus prædicabat sine fugiendi necessitate. Bene aũt nõ illi de
B fame dicunt sed prophetæ, ne oneros quidã uidean tur. & admiratione dignum, quo non indignati fuerunt, quòd despecti Antiocheni, sed cõtenti sunt magistris, ita oẽs feruebant ad sermonẽ. Qui ẽt non expectarunt donec fieret fames, sed ante illã miserunt prout abundabat quisq. Et uide quòd inter apostolos alij quidã hanc potestatẽ accipiunt, hic aũt Paulus & Barnabas erant, idq; non sine causa cõstitutũ est. Et aliter: Et principium erat, & iam non oportebat scandalizari. Verũ iam nullus hoc facit, tametsi fames sit illa grauior. Non.n. par est cõem ferre calamitatem, & cum abundantia fruuntur pauperiores quosdã fame laborare. Tunc solũ fames erat, & qui dabãt pauperes, Sicut.n. inquit, unusquisq; abundabat: nunc aũt duplex fames, sicut & duplex abundãtia, fames graues, fames non audiendi uerbũ domini, sed educandi per eleemosynam. Tunc & eleemosyna ij qui in Iudæa erant pauperes, potiti sunt: & q in Antiochia, pecunias contribuebant, & hi magis q̃ illi. Nunc aũt & nos & pauperes in fame, nam illi quidem necessario alimento egent, nos uerò rarissimè
C misericordiæ sumus dediti. Hoc aũt alimento nullũ magis necessariũ. Ferre nequeunt mala q̃ à satietate sunt, quod amplius est hoc alimento nõ uadit in secessum. Nihil pulchrius, nihil suauius anima quæ sic pascitur, omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie & ægritudine, nullus illã poterit rapere, sed sicut adamãtinum corpus, nec ferrum cędere ualet, nec aliud quiddã, ita & animã ob eleemosynã confirmatã nihil tollere potest. Quid.n. dic oro, hãc rapere unquã posset? Paupertas? minimè, habitat.n. in regalibus promptuarijs. Num latro & fur? sed illos parietes uullus perfodere ualet: num uermis? sed ẽt hoc incõmodo superiorem habet thesaurum. Num inuidia & odium? sed neq; ab illis capitur: num calũniæ & insidiæ? neq; illæ. Indeprædabilis enim thesaurus est, sed fœdum fuerit, si hæc sola demonstraro q̃ eleemosynę accidunt, & non cõtraria. Non.n. ab inuidentia solũ liberata est, sed ẽt multa benedictione fruitur etiam ab his, quibus nõ est benefactũ: Nam quemadmodũ crudeles ac inhumani non eos duntaxat habent aduersarios, quos afflxerũt, sed ẽt eos qui nihil pasi illis cõdolent: nã & isti accusant & uituperant: Sic qui multa bona fecerunt, non solũ eos quibus benefecerunt, sed ẽt eos quibus nullũ benefi D
cium impenderunt, inueniunt laudatores. Quid dicam liberos ab inuidia & insidiatoribus, & latronibus, & parietũ effractoribus? Non hoc solũ bonũ haber, sed adhuc cũ eo quòd nõ imminuuntur, crescũt etiã opes, & multiplicantur. Quid Nabuchodonosore turpius? quid deformius? quid iniquius? Impius homo erat, plurima signa & iudicia uidit, & noluit resipiscere, sed seruos dei in caminum iniecit, & postea adorauit. Quid igitur propheta? Rex, ait? Consilium *Dan.4.f*
meum placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperũ: forsan erit uenia delictis tuis. Hoc sic dixit, non ambigens, ualde enim persuasum erat prophetę, sed uolens illũ amplius terrere & cogere ut hoc faciat. Si.n. affirmãdo dixisset, negligẽtior factus esset ille. Ita & nos tũc maximè quosdã urgemus, quãdo dicimus, obsecra illũ, & non adijcimus omnino auditurũ sed fortè auditurũ. Metus.n. à dubitatione profectus, magis impellit, & pp hoc certũ & manifestum istud nõ fecit. Quid dicis? tantisne impietatibus erit uenia? Etiam, nõ est peccatũ, qd non possit purgare eleemosyna, E
quòdue non possit extinguere. Omne peccatũ infra illã stat. Remedium est ad omne uulnus utile. Quid Publicano deterius? omnis iniustitiæ fomes est auaritia, sed hanc omnem abluit Zachæus. Vide quo & Christus hoc monstrat, dum curauit & marsupium habere, & portare ea q̃ immitebantur. Paulus aũt di *Gala.2.b*
cit: Tantũ ut memores pauperũ essemus. Et per om *Prou.13.b*
nem ubiq; scripturã super hac re sermo est. Pretium *Mat.19.c*
animæ uiri, inquit, diuitię proprię, Et Christus: Si uis perfectus esse, uende tuas facultates, & da pauperibus, & ueni sequere me. Hæc meritò perfectio est. Eleemosyna aũt nõ in solis sit pecuniis, sed ẽt in operibus, ut exẽpli gratia dicã, est patrocinari, & uiduæ manũ porrigere. Hmõi enim patrociniũ sæpe plures seruauit, q̃ pecuniarum largitio. Igitur in prẽsenti tẽpore omnia misericordiarũ genera exerceamus. Ne sis segnis, potes patrocinari, ne dicas, quoniam pecuniæ mihi nõ sunt. Hoc nihil est dicere, nã & illud magnũ quiddã erit, quemadmodũ si aurũ dedisset, ita affectus esto. Potes ministrare, ẽt hoc facito, utputa
medicus es arte, diligenter cura infirmos, est ẽt hoc F
magnũ. Vales ẽt consilio, hoc oĩbus maius est, melius & amplius, quantò & maius habet lucrum. Nõ enim famem solus, sed difficilem mortẽ. Hoc etiam apostoli abundanter pleni erant. Propterea pecuniarum distributionẽ alijs concrediderunt, ipsi prędicationibus uacarunt. An putas paruam esse eleemosynam animã consilio destitutam, & extremè periclitantem, atq; febrium incendio detentã, morbo posse liberare? Vides amicum ab auaritia detineri, miserere hominis: suffocatur, extingue illius ignem. Quid igitur si nõ obtemperet? Tu quod tuum est facito, & ne sis ignauus. Vidisti illum in uinculis detineri, uincula enim reuera sunt pecunię, abi ad illum, uisita illum, consolare, tenta illum à uinculis eripere. Si audire non uult, ipse feret pœnam. Vidisti nudum & peregrinum, nudus enim reuera & peregrinus est cœlorum, qui uitam bonam negligit? recipe eum in diuersorium tuum, & uesti illum uestimentis uirtutum, fac eum ciuem in cœlis. Quid igitur si ipse nudus sim? inquis, & teipsum primùm uesti: si scis quòd nudus es, omnino etiam scis quòd debes te induere. Si huius nuditatis modum solùm

G nosti,potes facilè scire ēt animę uestitū. Quot mulie
res serica uestimenta ferunt? nudæ aūt reuera sunt à
uirtutū uestibus. Illis eas uiri uestiant, sed has uestes
nolūt,aliasq; petūt. Hoc primū fiat,ut illas principiò
desiderent ac cōcupiscant: ostēde quòd nudæ sint.
Differe de iudicio futuro,dic alibi, non his, sed alijs
opus fore. Quòd si toleratis me dicētē,ēt ego nudi-
tatē ostendā. Nudus in frigore stat,frigore contremi
scit,ac stupescit brachijs seipsum amplexans. In æsta
te nō fit idē. Si igitur ostendā opulētos & opulētas,
hoc magis nudos,quò magis uestiti sunt. Ne sitis dif
ficiles. Quid igitur, dic oro, quādo sermones de ge-
henna mouerimus,& de tormentis illis:nōne magis
q̄ nudi illi,tremiscūt ac stupent?nōne amarè gemūt,
& condēnant seipsos? Quid igitur quando ad aliquē
accedūt,& dicūt: Ora pro me?nónne hæc uerba illis
dicunt?at nunc qdē licēt multa dixerimus, nondum
manifesta est nuditas, erit aūt illic manifestū. Quo?
quando sericis illis uestibus amissis à solis uirtutū &
malitiæ uestibus singuli agnoscētur, quando paupe
res quidē magna gloria uestiti erunt, diuites aūt nu-
H di ac deformes ad tormenta rapientur. Quid delica-
Luc.16.e tius ac luxuriosius diuite illo purpura uestito, quid
etiā Lazaro pauperius? Vter igitur mendicorū profe
rebat uerba?uter abundās factus est? Dic oro: Siquis
domū multis tapetibus ornet,ipse autē intus sedeat
nudus,q̄ utilitas?ita & mulieribus accidit (nā domū
animę,corpus uoco)multis amiciuntur, materfami
liās autē intus sedet nuda. Afferte mihi animæ ocu-
los,& ostēdam uobis animæ nuditatē. Quid.n.est,
uestimentū animæ?uirtus. Quę nuditas?peccatū. Si
cut igitur siquis spoliauerit quempiam liberū,erube
scit & humiliatur ac fugit:ita sanè & anima, si uolue
rimus in illā respicere,q̄ non habet has uestes, erube
scit. Quot putas nunc confundi,& in illud profundū
descendere, & quasi uelamentum quoddā require-
re,ut hos non audiant sermones? Quæ aūt sibi non
sunt malè conscię,oblectantur, gaudent,& glorian
tur in his quę dicuntur. Audi de beata Thecla,illa ut
Paulū uideret,aurum suum dedit. Tu aūt ut Christū
uideas,neq; obolum das. Et admiraris quidē, quod
illa fecit,non imitaris aūt. Non audis quō misericor
I des beatos dicit sermo? Beati misericordes, inquit,
Mat.5.a quoniam misericordiam cosequentur. Quod lucrū
a pretiosis uestibus? Quandiu hanc stolam admira-
mur?induamur gloria Christi,circundemur illa pul-
chritudine,ut & hic laudemur,& alibi æterna bona
consequamur, gratia & misericordia domini nostri
Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto
gloria,imperium,& honor nūc & semper,& in secu-
la seculorum, Amen.

Cap.xij. *Per illud autem tempus,immisit Herodes rex manus*
ut affligeret quosdam ex ecclesia, occidit aūt
Iacobum fratrem Ioannis gladio, & uidens
quòd rem gratam fecisset Iudæis,adiecit
ut apprehenderet etiam Petrum.
Erant aūt dies azymorum.
Homilia. xxvi.

Vale nā tēpus dicit?omnino quod mox se-
q quebatur. Et hic quidē sic intelligere conue
nit,alibi aūt aliter. Quādo enim Matthæus
Mat.3.a dicit,In diebus illis, adest Ioannes prædicans: non
mox sequentes dies intelligit,sed illos, in quibus fu-
tura mox erant ea quæ narrabat. Mos enim scriptu-
ræ est hoc tropo uti, & aliquando quid exponere p
ordinem iuxta quem eueniunt,aliquando autē quæ K
posterius contingunt enarrare, quasi mox fierent.
Bene autem dicit,Herodes rex:hic nō erat, sub quo
Christus passus est. Ecce alia tentatio, & uide id qd
initiò dixi,quomodo per relaxationem & afflictio-
nem contexantur in apostolorum successibus om-
nia. Non iam Iudęi,neq; concilium, sed rex immit-
tit manus ut affligat. Maior potestas, difficilius cer-
tamen & hoc magis, quo gratificari Iudæis magis
studebat. *Occidit autē Iacobum fratrem Ioannis gladio.*
Simpliciter & quasi fortuitò. Si autem quis rogarit,
quare deus permiserit?dicemus, quòd pro illis ipsis,
primū quidem persuadebat illis, quòd præualeant,
licēt occidantur,id quod & de Stephano actū est. Se
cundò dabat Iudæis postquā implessent furorem,
ut reducantur ab insania, & tertiò ostēdebat quòd
hæc permisione fierent. *Videns autem,quòd rem gra-*
tā faceret Iudæis,adiecit ut apprehēderet ēt Petrū. O mi
rā inhumanitatē. Qua in re gratificatur illis? sine cau
sa & simpliciter cædes faciens. *Erat autem dies azy-*
morum. Iterum superflua Iudæorum curiositas. Oc-
cidere quidem non prohibebāt, in tempore autem L
tam sacro talia commitebant. Quem etiam appre-
hensum posuit in uincula,tradens quatuor militum
quaternionibus. Erat hoc & furoris,& timoris. *Occi-*
dit,inquit,*Iacobum fratrem Ioannis gladio*. Vidisti illo-
rum fortitudinē? Nam nequis dicat, quòd sine peri-
culo & metu contemnere audeāt mortē, utpote eri
piente illos deo,idcirco occidi permittit etiā princi-
pes, docens sic eos qui occidebant, quòd neq; ista il
los destituunt & prohibent. *Itaq; Petrus seruabatur in*
custodia,oratio aūt fiebat continua pro illo ab ecclesia apud
deum. Erat enim grauissimum certamen, meticulo-
sosq; illos faciebat, & quòd ille in carcere coniectus
erat,& quòd iste interfectus esset. *Quando autem pro-*
ducturus erat illū Herodes,nocte illa Petrus erat dormiens
inter duos milites ligatus catenis duabus. Et custodes ante
fores obseruabant custodiam. Et ecce angelus domini asti-
tit,& lux fulsit in habitaculo. Percusso autē latere Petri
excitauit illum:dicens: Surge uelociter, & deciderūt cate-
næ illius à manibus. Vide, per illam noctem illum eri-
puit:& lux fulsit in habitaculo, ne putet spectrū esse.
Et lucē nemo uidit prēter illū. Nam licēt etiam hoc M
factū sit, & nihilominus putabat esse phantasiā, eo
quòd sic inexpectatū erat: si hoc non fuisset factū,
multò magis suspicatus fuisset se illudi. Ita ordina-
rat aciem contra mortem. Faciebat hoc quòd mul-
tis diebus illic manserat,& non seruatus erat. Et qua
re,dicit quis,non permisit illum deus, ne caderet in
manus Herodis,& mox tunc eripuit? Quia illud qui-
dem attonitos eos fecisset, hoc aūt pro illis factum
est. Nunquid habiti fuissent homines,si omnia diui-
no more fecisset? Circa Stephanum nihil tale con-
tigit. Nōne ut angeli,faciem illius ostendit? Quare Sup.d
autem omnino dereliquit & in hoc loco. *Dixitque*
angelus ad illum:Prącingere,& subliga sandalia tua. Ite
rum hoc loco ostendit,quòd nō & dolis euasit. Nul
lus enim festinans & euadere effodiēdo uolēs tantā
diligentiā adhibet, ita ut etiam sandalia accipiat,&
se prącingat. Fecit autem sic,& dicit illi: *Circunda te*
uestimento tuo, & sequere me. Et egressus secutus est
illum,& nesciebat uerum esse quod fiebat ab angelo. Vi-
debatur autem sibi uisionem uidere. Transeuntes au-
tem primā custodiam & secundam, uenerūt ad portā fer-
ream quæ ferebat in ciuitatem quæ ultrò aperta est eis.

A Ecce secundū signum. Quando recessit angelus,tūc
cogitauit Petrus. *Et egressi processerunt uicum unum,&*
continuò discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus di
xit: Nunc scio quia uerè emisit dominus angelū suū, & li-
beraūit me de manu Herodis, et omnis expectationis popu
li Iudæorū. Nūc cognoui, inquit, nō tunc. Quare autē
fit hoc,& nō sentit Petrus ea q̄ fiebant, quāuis iam ta
li frueretur liberatione, quando catena soluta repētē
illum liberat: & postquā liberauit, tunc sentire facit.
Quòd autē catenæ ē manibus ceciderant, magnum
argumentū est quòd nō fugerit. *Et ita conscius sibi ue-*
nit ad domū Mariæ, quæ erat mater Ioannis qui cognomi
nabatur Marcus, ubi erant multi cōgregati & orātes. Pul
sante autē Petro ianuā uestibuli, processit ancilla ut subau
sultet nomine Rhode, & agnita uoce Petri præ gaudio nō
aperuit uestibulū. Vide Petrū non statim recedere, sed
prius annunciare lætū nuncium suis. *Ingressa autem*
annunciauit Petrum stare ante uestibulum. Illi autem ad
eam dicebant: Insanis, Porrò hæc confirmabat sic se habere.
Vide & ancillas pietate plenas, præ gaudio non ape
ruit uestibulum. Illi uerò etiam hoc facto renuerūt,
B nam hæc quidē confirmabat sic se habere, at illi di-
cebant: Angelus illius est. *Petrus autem permanebat pul*
sans. Vt autē aperuerunt, agnouerunt illū, & obstupuerūt.
Quū innuisset autē eis manu ut tacerēt, narrauit illis quo-
modo dominus ipsum eduxit ex custodia. Dixit autē: Annū
ciate Iacob & fratribus hæc. Et egressus iuit in aliū locum.
Itaq; iterum uideamus contextū eorum quæ dicta:
Per illud tempus,inquit,iniecit manus rex Herodes,
ut affligeret quosdam de ecclesia, sicuti bestia absq;
omni ratione omnes inuadit. Hoc est quod dicebat
Mar.10.f Christus: Poculum quod bibiturus sum, bibetis:&
baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Occidit
autē,inquit,Iacobum fratrē Ioannis gladio. Et quō,
inquit,Petrū nō mox occidit? dixit causam scriptor:
Dies enim,inquit,erant azymorum, & magis uole-
bat euulgari trucidationem eius. Itaque illi quidem
propter admonitionem Gamalielis continebant se
Sup.5.f.g in posterum à cædibus. Et aliter: Neque causas inue
niebant, & sic adumbrabant per alios sua. Quoniā
aūt & alius Iacobus erat frater domini, propter hoc
assignauit dicens fratrē Ioannis. Vides quòd hi tres
C summi erant, maximè autē Petrus & Iacobus. Hæc
maxima condemnatio illorum erat. Non enim iam
humana prædicatio ostēdebatur,& reuera illud ad-
Psa.43.d implebatur. Reputati sumus sicut oues occisionis.
Vidēs autē quòd gratificaretur Iudæis, adiecit, ut cō
prehenderet etiā Petrum. Grata res Iudæis cædes, at
que iniusta cædes. Magna dementia Herodis, illici-
tis illorū desideriis ministrabat. Debebat diuersum
agere,& illorum impetum morari: ille autem indul-
get sicut carnifex quidā ægrotantium, sed non me-
dicus quanuis innumera exempla habens, & aui &
patris Herodis: & quō ille quidem propter cędē par-
uulorum innumera passus est mala, hic autē Ioanne
occiso graue bellum suscitauit. Quem & apprehen-
sum,inqt,posuit in uincula. Metuebat ne Petrus pro
pter timorē, quem ex morte Iacobi concepisset,sece
deret: & uolens illum securè detinere, coniecit in uin
cula,tantò maiori diligentia custoditum, quò mira-
bilior foret ostentatio. Hoc autem erat pro Petro,
qui hinc probatior factus, & fortitudine suam de-
clarauit. *Oratio autem*, inquit, *continua fiebat*. Magni
amoris indiciū oratio. Patrē omnes quærebāt patrē
mansuetū. Cōtinua, inqt, oratio fiebat pro illo. Audi
te quō affecti erant erga præceptores, non cōminan D
tur, non tumultuati sunt, sed ad preces cōuersi, præ-
sidiū reuera inexpugnabile, ad illud cōfugiebant. Nō
dicebant, humilis ego & nihili homo pro illo orarē?
Quoniā dilectio erat, nihil tale cogitabant. Vis scire
quanta fecerint Iudæi, etiā non uoluntarij? illos clari
ores reddiderunt, hos diligentiores fecerunt. Et uide
in die festo tentationes intentari, ut clariores appa-
reant hi. Quando autem producere illum uoluit He
rodes, nocte illa, inqt, Petrus dormiebat. Vide Petrū
dormientē, & nequaquam in mentis agone constī-
tutum. Ista nocte qua producturus erat illū dormie
bat, causam totā proiecerat in deum: nō simpliciter
autē dormiuit, sed inter duos milites, & catenis uin-
ctus. Inter duos, inquit, milites dormiebat uinctus
catenis duabus. Vides quā diligens custodia. Et ecce
angelus domini astitit, inquit, dicēs? Surge uelociter.
Simul dormientes erāt custodes, ideo quid fieret nō
sentiebant. Lux autē fulgebat, ita ut etiā uidere pos-
set Petrus, ne putet esse phantasiam: & ne sit defes, p
cutitur latus eius. Et nō simpliciter audit, surge: sed, E
uelociter: cum additamēto, ita grauiter dormiebat.
Videbatur autē uisionem uidere, inquit. Transiuit
autē primam & secundam custodiam. Vbi nūc sunt
hæretici, quō transierit dicant nunc, sed nō poterūt,
quanuis propter hoc illum accingi iubeat & calciari,
& hac ratione persuadet ei, quòd non sit phātasma,
& ut excutiatur somnus, & sciat quòd uerum sit. Id-
circo statim etiam catenæ eius de manibus eius ceci
derunt,& audit, Surge uelociter: non turbati est &
trepidantis, sed urgentis ne moram trahat. Et nescie
bat,inquit, quòd uerū esset, quod fiebat per angelū:
uidebatur autē uisionem uidere: meritò, maximæ. n.
res fiebant. Vides quantum signum? quomodo ui-
dentem terret? quō non sinit credibile esse? Si enim
Petro uidebatur tantopere quòd uideret uisionem,
quanuis cinctus & calciatus, quid alius non passus
esset? Transeuntes autem, inquit, primā custodiā &
secundam, uenerunt ad portā ferream, & egressi pro
cesserunt uicum unum, & statim recessit angelus ab
illo. Ea sanè quæ intus gesta erant magis mirabilia
erant, hoc autē iam humanius: recedit enim angelus
quum nihil prohiberet. Non n. per tot obstacula trā F
sisset Petrus, reuera enim stupor erat. Nūc cognoui,
inquit, quòd uerè misit dominus angelum suum, &
liberauit me de manu Herodis, & omnis expectatio
nis populi Iudæorum. Nunc nō tunc quando in car
cere eram. Et conscius sibi uenit ad domum Mariæ
matris Ioannis, qui cognominabatur Marcus. Quid
est, conscius? hoc est reputans ubi esset. Vel igitur hu
ius rei sibi conscius, uel quòd non simpliciter abire
oportet, sed remunerare benefactorem, quòd & cō-
scius uenit ad domum Mariæ. Quis est hic Ioannes?
forsan ille qui semper cum eis erat, nam propter hoc
etiam cognomen eius ponit. Vide quantum bonū
est persecutio, quantū precantes in nocte perficiūt,
quomodo alacres & excitatos illos efficit. Vidisti
quantum lucrum cædis Stephani? uidisti uinculi hu
ius quanta utilitas? Deus enim dum non apud iniu-
stos illos, tanquam reos cōuinci suos, magnū osten
dit & efficax euangelium, sed iniustis ipsis facit appa
rere tribulationes per se magnas, dum nihil horū pa
tiuntur, ne liberationē eorum quæramus omnino,
neq; ultionem. Vide autem quomodo ancillæ cum
illis iam in pari honore sint. Præ gaudio, inquit, non

Gaperuit. Bene etiã hoc factum est, ut ne etiam illi statim uidentes nimiũ obstupescant & minus credant. sed ut exerceatur illorũ mens: & q nobis mos est ut faciamus, inuenta est laborãs & illa: nam ut illa ferat euangelia, studuit. Sic enim erant euangelia. Alij autem dicebant ad illam: Insanis. At hæc confirmabat sic se habere. Porrò illi dicebãt, Angelus illius est. Et hoc uerum est, quòd unusquisque angelum habet. Et unde uenit illis in mentẽ tunc angelum esse? A tẽpore illud coniectabant. Vt autem ille permãsit pulsans, inquit, aperientes uiderunt illum, & obstupuerunt. At ille quũ innuisset manu, silentium magnum fecit, ita ut audirent quæ illi obuenerãt. Desideratior multò posthac fuit discipulis, nõ solùm quòd seruatus est, sed etiã quòd astitit, & statim accesit. Discũt posteà & familiares omnia manifestè, & extranei didicissent, si uoluissent credere. Hoc & in Christo euenit. Annũciate, inquit, Iacobo & fratribus hæc. Vide quõ non est uane gloriosus, Non enim dixit: Vbiq; manifesta facite hęc, sed fratribꝰ. Et abscesit in aliũ locum. Non. n. tentabat deum, neque in tentationes immittebat seipsum. Quia quando etiam hoc iussus fuit, fecerunt. Ingressi enim, inquit, in templum lo-
H quamini populo, audierũt. & statim obedierũt. Hoc autem non dixit angelus, sed silenter abducendo, & noctu educendo dedit copiam secedendi. Hoc autẽ factum est, ut discamus quomodo multa etiam humano modo dispẽsentur ac fiant, atque ita ne iterũ periclitetur. Ne enim dicant, quòd angelus eius sit, postquàm abiret, prius hoc dicunt: & tunc illum uident, subuertentẽ opinionem illam. Angelus si esset, non pulsasset fores, nõ secesisset in alium locũ. Confirmat etiã illos, quòd non in die factum est. Illi autẽ effusi erãt in preces, & is ligatus somno. Num putasset uerũ esse quod fiebat, si territus esset, si non meminisset? Nunc autẽ quasi insomniem esset, inturbatus fuit. Venerunt, inquit, ad portã ferream. Vide etiã quàm fortis fuerit. Transeuntes autẽ, inquit, primã custodiam & secũdam, uenerunt ad portam ferreã. Quare non illos per seipsos, dicet quis, sic liberat? Quare? Etiam hac re honorat illos deus, per angelos eripiens. Cur igitur in Paulo non similiter actum est? Illic meritò, quoniam custodem carceris credere oportebat: hic autẽ liberari duntaxat apostolum. Et
I aliter: Variis modis deus oía dispensat. Illicque Pau-
Inf.16.e.f lus hymnos dicit, hic autẽ Petrus dormit. Ne igitur occultemus miracula dei, sed & in nostrã utilitatem, demus operam, ut inuulgemus ea, & in aliorum ædificationẽ. Sicut enim mirabilis est qui uult ligari, ita etiam mirabilior, non anteà recedit, donec suis oía anteà enarret. Et dixit, inquit, Dicite Iacobo & fratribus. cur nã iubet dicere? ut gaudeant, ne soliciti sint, ut per hos illi discant, non ipsi per illos. Adeò curam gerebat partis q̃ humilior erat. Nihil igitur congrua afflictione melius. Qualem putas illorum fuisse animam? quanta uoluptate plenam? Vbi nũc mulieres quæ tota nocte dormiunt, ubi uiri qui neq; in lecto se uersant? Vides sobriam animã? Cum uxoribus & pueris, & puellis deũ laudabant, puriores cœlo afflictione facti: nunc autẽ paruo periculo uiso concidimus. Nihil ecclesia illa clarius fuit. Imitemur illos, æmulemur, non ideo facta est nox, ut per totam dormiamus, & ociosi simus. Testantur hoc & opifices, nautę, negociatores. Ecclesia dei mediis surgit noctibus, surge & tu & uide astrorũ choreã, profundum silẽtium, magnã quietem, obstupesce dei tui miram K
dispensationẽ. Purior tunc est anima, leuior subtiliorq; que tunc est, sublimia uidet ac expedita est. Tenebrę ipsæ, silentiúmque multum in compunctionẽ indu cere sufficiunt. Si autem & cœlum uideris, quasi innumeris interpunctum oculis, omni uoluptate fruens statim concepta opificis sapientia. Si consideraris eos qui interdiu clamãt, rident, lasciuiunt, saltant, in iustè agũt, auaritię intenti sunt, minantur, innumera mala inferunt, ibi tunc à mortuis nihil distare, condemnabis omnem humanã infirmitatem. Somnus accedit, & naturã redarguit, imago est mortis, imago est consummationis. Si prospexeris in plateã, nullam uocẽ audies: si uideris in domũ, uidebis omnes quasi in sepulchris iacentes. Hæc oía sufficiunt, excitare & inducere animam ad cogitandã mundi cõsummationẽ. Hic sanè mihi & ad uiros & ad mulieres sermo est, flecte genua, ingemisce, ora dominũ, ut tibi misericors sit, immo intẽtius nocturnis precibus, siquando tu quietis tempus, facias lamentorũ tempus. Memor esto regis, qualia uerba dicebat: *Psal.6.b*
Laboraui in gemitu meo, lauabo p singulas noctes
lectũ meum, in lachrymis meis stratũ meũ rigabo. L
Quantúmuis delicatus fueris, non es illo delicatior: quantũuis diues, nõ es ditior Dauide. Et iterũ idẽ dicit: Media nocte surgebã ad confitendum tibi super *Ibi. 118.b*
iudicia iustitiæ tuæ. Tunc nõ interturbat uana gloria, oĩbus scilicet dormientibus, & non uidentibus, tunc non ignauia & oscitantia insidiantur, quandoquidẽ animam tot ac tanta excitant, & alacrem reddunt. Post tales uigilias dulces somni, & uisiones mirabiles. Hoc fac & tu uir, non sola mulier. Sit ecclesia domus ex uiris mulieribusq; constituta. Nunquid. n. quia tu solus es uir, neque quia ista sola est mulier, *Mat.18.c*
putabis impedimentum esse? Vbi enim sunt duo in meo nomine, inquit, congregati, illic sum in medio illorũ. Vbi Christus medius, magna multitudo est: ubi Christus est, necesse est & angelos esse, necesse & archangelos, & alias uirtutes. Non igitur soli estis, omnium uobiscum habentes dominum. Et iterũ audi prophetam dicentem: Melior est unus faciens uo- *Eccl.36.d*
luntatem domini, quã innumeri præuaricatores. Nihil infirmius multis præuaricatoribus, nihil fortius uno iuxta legem dei uiuente. Si tibi etiam filij sunt, *Psa.121.b*
excita & filios, & fiat modis ꝯibus domus noctu ecclesia. Si autẽ teneri sunt, & uigiliam ferre nequeunt, M
unam & alteram orationẽ faciant, & iterum sinito quiescere. Tantũ surge, tantùm in consuetudine cõserua teipsum: nihil hoc promptuario melius qđ tales susçipit preces. Audi prophetã dicentẽ: Si memor eram tui super stratum meum, in diluculis meditabar in te. At dicis: Laboraui per diẽ multùm, & non possum. Cauillum est & excusatio: nam quãtúmuis laboraueris, nõ laboraueris, quantũ faber ferrarius, qui graues folles trahit usq; ad flammam, & fumum toto corpore recipit: attamen ille noctu sæpe multũ negocij insumit. Scitis etiã mulieres, si qua nos necessitas facit ire in agrum, uel ad uigilias progredi, quo modo per totam noctem uigilant. Et tibi igitur officina sit spiritualis, non ut ollas ac lebetes, sed ut animam tuam pares quę ærario fabro & aurifabro melior, ueterem illam factam impone in conflatorium cõfessionis, folles à summo deduc, hoc est uerba cõdemnantia, accẽde ignem spiritus, multò maiorem artem habes, & omni auro preciosiorẽ animã, sicut

Aærifaber uas: non enim corporale uas componis, sed animam liberas ab omni seculari phantasia & solici
Ibid.118.o tudine. Asit tibi lucerna nõ illa quæ flagrat, sed quã propheta dicẽs habuit: Lucerna enim pedibus meis uerbũ tuum. Accende orationibus animam tuam. Si uideris satis habere, educ, accende ad id quod uoles: crede mihi, non sic ignis sordes purgare solet, ut oratio nocturna sordes peccatorum nostrorũ. Si nihil aliud, erubescamus qd nocturni uigiles ac custodes propter hominum leges obambulant in frigore multum clamantes, & in uicis euntes sępe compluũ
C tur, rigentq; propter te ac tuam salutẽ, pecuniarúmque tuarum custodiam. Illi pro tuis pecunijs tantam habent curam, tu autẽ neq; pro anima tua. Sanè ego non cogo ambulare sub dio sicut illi, neq; clamore
Luc.6.b disrumpi, sed in ipso promptuario conclauiq; tuo flecte genua, ora dominũ. Quare ipse Christus pernoctauit in monte: nonne ut typus nobis fieret? Tũc respirant plantæ in nocte dico: tunc & animæ maximè & magis quã illæ rorem susçipiunt. Quæ enim in die sol adusit, eadem nox refrigerat. Nocturnæ lachrymæ quouis rore magis contra concupiscentias & ar
B dores oẽs demittuntur, nec sinunt grauiora pati. Si autem rore illo non frueris, post diem exureris, sed absit ut aliquis uestrum, ignis illius fiat materia. Verũ refrigeremur, & misericordia dei fruamur, ut omnes nos liberemur ab onere peccatorum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre ac sancto spiritu simul sit gloria, imperium, & honor in secula seculorum, Amen.

Facto autem die erat turbatio non parua inter milites, quidnam de Petro actum esset. Herodes autem quum requisiisset illum, & eo non inuento examinauit custodes, & iussit abduci, & descendens à Iudea in Cæsarea commoratus est.

Homilia. xxvij.

Vlti dubitant quo despexerit tunc deus il-
m los seruos, qui propter Petrum occidebantur, quum potuisset illos cũ Petro liberare: at si etiam cũ Petro angelus milites eduxisset, res illa habita fuisset fuga. Cur igitur non aliter dispensauit, inquit? Nam quale damnum factum est nunc, si uideamus quòd iniustè patientes, & grauiter, nihil nocuerunt: non quærimus hæc, quare non dicis etiã de Iacobo, quare illum non eripuit? Et aliter: Nondum erat iudicii tempus, ita ut unicuique detur pro merito. Neq; Petrus iniecit illos in manus Herodis, (Verùm ille multò magis dolebat se delusum esse sicut auũ suum à Magis) imo faciebat illum dissecari, & ridiculum fieri. Bonum autẽ est scriptoris audire uer-
Matt.2.d ba: *Facta*, inquit, *die, erat turbatio nõ parua inter milites, quid nã de Petro actum esset. Herodes autẽ requisiuit eum, & nõ inuento illo, examinauit custodes, et iussit duci.* Quãuis audiuisset ab illis, examinauerat. n. & quòd uincula soluta, & quòd sandalia accepit, & quòd usq; ad noctem illam cũ eis fuerit. Sed quid? simul ne occultati fuerunt? quare non ergo & ipsi effugerunt? Certè illũ oportebat admirari, oportebat obstupescere, atqui posteà manifestũ est omnibus per mortem illorum & dei miraculum, & illius malitia. Et uide quo modo hìc ea non occultat, sed & meminit hostorię ita ut doceat nos. Ee *descendens à Iudea in Cæsareã, ibi cõmoratus est. Erat autẽ Herodes iratus Tyrijs ac Sidonijs, & unanimiter aderãt apud illũ, et persuaso Blasto qui præ erat cubiculo regis, petiuerunt pacẽ, eo quòd illorũ regio, à* D
regia aleretur. statuto autẽ die Herodes induto uestitu regio et sedẽs sup tribunali cõcionabatur ad illos. Populus autem acclamabat: Vox dei. Statim aũt illũ percussit angelus domini, eo quòd non dedit deo gloriã, et erosus est a uermibus, ac expirauit. Verbũ autẽ domini crescebat ac multiplicabatur. Statim ultio inuasit illum, quanuis non propter Petrum, sed propter ipsius magniloquentiã. Dicet quis: Si illi clamarunt quid ad hunc? quia accepit uocem, quia dignum se putauit esse adulatione. Per hunc maximè eruditur q temerè adulantur. Vide igitur iterũ utrosque meruisse pœnam, hunc autem puniri. Non est enim nunc tempus iudicij. Verùm illum q maximè reus erat punit, dimissis illis ut sic lucrum accipiant. Et *uerbum dei crescebat*, inquit, *ac multiplicabatur.* Hoc est, hoc facto. Vidisti dispensationẽ dei? *Barnabas autẽ et Paulus iterũ reuersi sunt Hierusalẽ, impleto ministerio, simul accipientes Ioannem qui cognominabatur Marcus. Erãt autẽ quidã in ecclesia quæ erat An-* Cap. xiij
tiochiæ prophetæ ac doctores, Barnabas q̃; & Simeon qui uocabatur Niger, & Lucius Cyrenæus: et Manaẽ Herodis tetrarchæ collactaneus. & Saulus. Adhuc Barnabę prius meminit, nondũ Saulus clarus erat, nondũ signum
E aliquod fecerat. *Ministrantibus autem illis domino, & ieiunãtibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabã & Saulũ in opus in quod uocaui eos. Tũc ieiunãtes et orãtes & impositis manibus illis dimiserũt.* Quid est, ministrãtibus? pdicãtibus. Segregate, inqt, mihi Barnabã & Saulum. Quid est, segregate mihi in opus? in apostolatum. Vide iterũ à quibus ordinantur. A Lucio Cyrenæo & Manae, imo à spiritu. Quanto enim personæ humiliores erant, tanto purior dei apparet gratia. Ordinatur iam in apostolatum, ut iam cũ potestate prædicet. Quomodo igitur ille dicit, Nõ ab hominibus neq; per homines? dicit nõ ab hominibus, *Gala.1.b.*
ut manifestet, quòd non homo illum uocauit, neq; adduxit. Dicit nec per hominẽ, quòd non ab aliquo missus est, sed à spiritu. Idcirco & sic subdidit: Igitur illi quidẽ missi à spiritu, descenderunt in Seleuciam, & illinc abnauigarunt in Cyprum. Videamus autem iterum ea quæ dicta sunt: *Facto autẽ die*, inqt, *erat turbatio non parua propter Petrum. Et examinatos custodes iussit abduci.* Adeò insensatus est, quòd etiam iniustè punire attẽtat. Ecce sermonem pro illis susçipio. Vincula erant, custodes intus, carcer clausus, nusquã per F
fossus paries, omnes eadem dicebant, uir rapi nõ potuit, quare illos condemnas? Si uoluissent soluere, anteà hoc fecissent, uel simul exissent. Num pecunias acceperunt? Vnde? Qui neq; pauperibus quod daret habebat, his dabat? Neq; enim detritæ sunt catenæ, neque solutæ. Oportebat uidere esse rem diuinã non humanam. Deinde quoniam historiam posteà inserturus erat, propter hoc etiam nomina ponit, ut comprobetur oía uerissimè tradere. Et persuadentes Blasto, inquit, qui præerat cubiculo regis, petebant pacem. Hoc faciunt, quoniã fames erat. Isto autem die quum sedisset Herodes in tribunali, concionabatur, inquit, statim autẽ percussit illum angelus domini, & erosus à uermibus expirauit. Hoc & Iosephus dicit, qđ lõgo morbo implicitus fuerit, multi itaq; hoc nescierunt, Apostolus autẽ hoc ponit. Cæterùm qui hæc morti Iacobi & cædi custodũ imputant, p ignorantiam errant. Vide quando Apostolũ occidit, nihil tale faciebat: & quando alios, nihil de illis traditur, quoniã hæsitabat quid faceret & cõfundebatur.

G Descendit à Iudæa in Cæsareā. Mihi uidetur & illos abducere uolens, defendere factū suum uoluit. Irascebatur enim illis, ut alijs gratificaretur. Vide ut uanę glorię cupidus homo erat. Daturus illis beneficiū concionabatur. Iosephus dicit quòd amictus fuerit uestę splendida: uide & quā adulantes illi fuerint, & apostolorum prudentiā. Quem enim gens tota curabat, hunc hi respuebant. Iterum autē illi multùm respirāt, & multa bona ex illius ultione. Si autem hic quum diceretur uox dei & nō hominis, quanuis ipse non diceret, talia passus est, multò magis si Christus Ioā.14.b non fuisset deus ipse, semper dicens: Verba mea non Ibid.18.g sunt mea: &, Ministri mei utique decertarēt pro me: & alia id genus. Ille autem fœdè ac miserabiliter uitā finiuit, & nihil ex eo reliquum. Vide autē illum quo modo à Blasto iterū mitigatur, utpote homo facilè irascens, & iterum conciliabilis, & ubique seruus uulgi, nihilq; liberum habens. Considera autem & authoritatem sancti spiritus. Ministrātibus autem illis, inquit domino & ieiunātibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi in opus Barnabam & Paulum. Quis non tantæ authoritatis existens, ausus esset hæc dicere, atque ita, cū non essent communiter congregati? Vidit illos habere maiorem uirtutem, & quum multùm ualerent contentos esse. Quomodo autem illis dixit? per prophetas forsan, idcirco præoccupans dixit: Et prophetæ erant ieiunabantq; & ministrabāt, ut discas magna sobrietate opus esse. In Antiochia ordinatur, ibi pdicat. Quare nō dixit, Domino segregate, sed mihi? Ostēdit unam esse potestatem ac uirtutem. Vides quanta res sit ieiunium? ostēdit quòd spiritus omnia faciebat. Magnū quoddam bonum est ieiunium, non termino circunscribebatur. Quando ordinatio erat, tunc ieiunant, & ieiunantibus illis dixit spiritus sanctus: Ieiunium, non hoc solū est, sed etiam abstinere à delicijs ieiunij species est, eatenus imperarim ego solū: Ne ieiunate, sed abstinite, à deliciis. Alimenta quæramus, nō corruptionem: alimenta quæramus, non morborū fomites, morborū; & spiritualium, & corporalium: alimentum quęramus quod uoluptatem habet nō delicias insuauitate plenas. Illud est i delicijs, hoc damnū affert: illud est uoluptas, hoc uerò labor: illud iuxta naturam, hoc præter naturam. Dic.n.mihi, siquis dedisset tibi aconitum bibere, nónne prēter naturam esset? Siquis ligna & lapides, nónne auersareris meritò? utpote præter naturam. Ita se habēt etiam deliciæ. Quemadmodū enim in ciuitate dū obsidetur, multa fit turbatio ac tumultus, hostibus oppugnationem aggrediētibus: ita in aīa fit uino & uoluptate ingrediente. Cui uæ? cui turbationes? cui insuauitates & nugę? cui iudiciū? nónne his qui immorantur uino? cuius sanguinolenti oculi? Verū quicquid dixerimus, non auocabimus eos qui uoluptati sunt dediti, si non contra aliā passionem restiterimus. Et primū quidem contra mulieres nobis sit sermo. Nihil fœdius muliere quæ in delicijs agit, nihil turpius ea q̄ ebria est, obscuratur illi sios uisus, turbatur serenitas & puritas oculorum, quasi nube quadā radijs solaribus succedente. Opus illiberale ac seruile, & omni ignobilitate plenū. Quā insuauis est mulier uinū spirans, quod olet ac corruptum est, dum eructat carnium corruptarū humorem, grauata & excitari non ualens, plus rubicunda quā opus, plena oscitatione & magna nebula. Nunquid quæ à uoluptate abstinet talis est? nō, sed honesta, casta, & formosa: nam & animæ status, corpori suum decorem adiicit. Ne putes à corporalibus liniamentis hoc solū fieri. Da formosam puellam, turbulentam, loquacem, conuiciatricem, ebriam ac sumptuosam: nōne quauis fœda & turpi deformior est? At si erubescat, sileat, modestè loquatur, ieiunijs uacet, duplex pulchritudo, amplior formositas, gratior uultus cōtinentiæ ornatu plenus. Vis iā & de uiris loquamur? qd ebrio turpius? ridiculus est famulis, ridiculus est hostibus, miserabilis apud amicos, odium detestatione dignus. Bestia est magis quā homo: Etenim multis pasci, pardi, leonis, ac ursi est. Meritò. Rationalem enim animam illa non habent. Quin & illa plus quàm opus habent, & mensura naturę illorum poscit ac præscribit pasta, corrumpunt totū corpus. Quantò magis nos? idcirco nobis deus angustū uētrem dedit, ut erudiat animæ curam gerere diligentiorem. Consideremus nostrā constitutionem, & ui debimus unam particulam in nobis eādem habere operationem. Os enim nostrū & lingua ad hymnos deputata sunt, faux ad uocē. Vnde & naturæ necessitas nos intus ligauit, ut neq; inuoluntarij in multā difficultatem incidamus. Quòd siquidem uoluptas labores, morbos, & ægritudines non haberet, horrēdum foret. Nunc autē terminos tibi præscribit natura, ut neque uolens transgrediaris. Nunquid uoluptatem quæris amice? hanc à frugalitate parabis. Nū sanitatem? etiam hanc inde: num securitatem & sollicitudinis immunitatem? etiam hāc: num libertatem? num ualetudinem ac robur corporis? nū bonā constitutionem? nū animæ sobrietatem? num alacritatem? Ita bona omnia hìc. In crapula autem cōtraria, insuauitas, mala ualetudo, infirmitas, illiberalitas, sumptus. Vnde igitur ad illā currimus oēs inquit? ab infirmitate: Dic enim mihi, quare nociuum ęgrotans inquirit, nōne & istucipsum signum est ęgritudinis? Quare claudus non rectè incedit? Istuc ipsum autem nónne ab ignauia, & quòd non uult accedere ad medicum? Rerum enim aliæ rerum uoluptatem habent, & perpetuum supplicium: aliæ contrà, tēporarium laborem, & perpetuam fruitionem. Qui igitur sic dissolutus & ignauus, ita ut præsentes delicias prę futuris non contemnat, statim capitur. Dic mihi Esau unde captus est, unde præsenti uoluptati futuram gloriam nō prætulit? à mollicie & dissolutione. Istuc ipsum autē inquit unde? A nobis ipsis. Et manifestum illinc. Quando enim uoluerimus excitamus nos ipsos, & robusti laborisq; patientes efficimur. Si igitur aduenerit necessitas sæpe etiam contendēdo duntaxat, quod utile sit, conscij sumus. Quando igitur delicijs uacaturus es, cōsidera temporariam uoluptatē, damnū esse. Damnum enim reuera est, cum tuo damno tantas opes insumere, morbosq; contrahere & infirmitates quæ inde oriuntur, & contēnes uoluptatem. Quot uis tibi enumerem mala passos à uoluptate? Noe inebriatus est ac nudatus. Et uide quā ta hinc mala Esau primogenita per gulam amisit, & ad fratris cędē festinauit. Populus Israel sedit ut manducaret ac biberet, & surrexerunt ad ludendū. Propter hoc dicit, Comedens ac bibēs memor esto domini dei tui. In præcipitium enim inciderunt, qui in uoluptatem inciderunt. Vidua, inquit, quę in delicijs agit, uiuens mortua est. Et iterū: Incrassatus est, impinguatus est, & recalcitrauit dilectus. Et Apostol: Carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Non ut

H

I

K

M Gen.25.d

Gene.9.c Ibid.25.d 1.Co.10.b. Deut.6.b 1.Tim.5.a Deu.32.d Rom.13.d

legem præci-

A legem præcipio ieiunium. Neque.n. est qui audit, sed tollo luxum, moror delicias, propter utilitatem uestram. Nā quasi torrens, ita oia subuertit uoluptas. Nihil est quod illā prohibet. Regno eiicit. Quid amplius: Vis deliciari? Da pauperibus, uoca Christum, ut & post mensam tollere possis delicias. Nam nunc quidē non potes. Meritò: Non enim consistunt præsentia, tūc autē poteris. Vis esse in deliciis, ale animā, communica ei cibos quibus assueuit, ne occidas illā fame. Tempus belli, tempus certaminis est, tu autē Eph.6.b. sedes in deliciis? Non uides etiam reges qui sceptra ferunt in externis militiis frugaliter uiuere? Non est uobis certamen cōtra carnem & sanguinem. Tu autem impinguas teipsum certaturus. Stat aduersarius stridens dentibus suis in te, tu autē effusus es, & mensæ addictus es. Scio quòd hæc frustra dico, sed non Luce.8.a omnibus. Qui habet aures audiēdi, audiat. Christus præ fame tabescit, ut autē præ gula teipsum disrumpis. Duo sunt sine mensura. Quid.n. malinō facit uoluptas? sibiipsi aduersaria est, unde nescio quo etiā hoc nomen illi obuenit. Sed quemadmodū gloria, quum sit ignominia, & diuitiæ, ubi paupertas est, ita

B & hìc nomen inuenis uoluptatis ubi insuauitas est. Nunquid.n. sacrificandi sumus quòd impinguamus nos ipsos? Quid suppeditas uermibus tam splendidam mensam? quid amplius facis quàm saniem? cur fontes sudorum & fœtulentias in te deponis? cur te ipsum ad oia inutilem præstas? Vis fieri fortem oculum, corpus fac bene constitutū. Etenim in chordis, crassa quidem & impurior ac incorrecta, inutilis ad omnes modos est. Quæ autē undique depurata, & tracta satis, bene sonora est. Cur defodis animā? cur crassum parietem crasiorē facis? Cur magnum fumum & nebulā? quando quidē uapores quasi nebula quædam undique euaporant. Si nemo alius, certè athletæ doceant te, quòd gracilius corpus, idē & robustius. Igitur & aia frugalitati dedita, firmior est, cōparatur enim aurigæ & equo. Et licet uidere, quemadmodū in hominibus uoluptariis & corpulentis, ita & equos obesiores & plus habētes carnis minus agiles esse, & sæpe aurigæ rem turbare. Sanè qui obsequentē & firmum equum habet, brauium occupare potest. Quādo autē cogitur auriga trahere illum, & dum cadit, sexcenties pungere, neq; sic surgētem, etamsi ualde ille peritus sit, uictoria priuabitur. Ob-

C secro ne despiciamus animā nostrā, quæ per corpus irritatur, sed & illā perspicacioriē efficiamus, alas eius leues reddam⁹ & laxiora uincula, sermonibus illam pascamus, frugalitate ac parsimonia, ita ut sanū sit corpus & ualidū, gaudeatq; & non doleat, ut sic uno biscum bene affecti, possimus summā apprehēdere uirtutem, & ęterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, & honor in sęcula sęculorum, Amen.

Itaque hi quidē emissi à spiritu sancto, descenderūt in Seleuciam, & illinc abnauigarunt in Cyprum, & ut uenerunt in Salaminem, annunciauerunt uerbum dei in synagogis Iudæorum. Habebant autem & Ioannem ministrum.

Homilia.xxviij.

Imul abierunt ordinati, & in Cyprum nauigarunt, eo quòd illic non esset persequutio, & uerbo dei iam sparso, in Antiochia qui-

D dem sat plures erant. Et Phœnicea propè Palæstinā erat, Cyprus autē non item. Vltra non quērit quare? quando spiritu mouētur. Nō.n. solùm ordinati sunt à spiritu, sed etiam emissi. *Et ut uenerunt in Salaminē, annunciauerunt uerbum dei in synagogis Iudæorum.* Vides illos omnium diligētiam facere, & illis primùm annunciare uerbum, ut ne contentiosiores efficiantur? & illi non loquebantur nisi Iudæis solis, & hi in synagogas abierunt. *Transeuntes autem insulam totā usque in Paphum, inuenerunt uirum quendam magnum, falsum prophetam, Iudæum, cui nomen Barieſus, qui erat cum proconsule Sergio Paulo, uiro prudēte, qui uocatis Barnaba & Saulo, inquisiuit ut audiret uerbū dei. Restitit autem illis Elymas magus. Sic enim sonat, si interpreteris nomē eius, quærens auertere proconsulē à fide.* Iterū magus Iudæus sicut Simon, & uide hunc, quando aliis qdē prædicabāt non ualde indignantē, quando autē accesserunt proconsulē, tunc indignati sunt. Miraculū autem est in proconsule, quòd præoccupatus illius magia uoluit audire apostolos. Ita & Samaritani fecerant, & à comparatione uictoria apparet. dum magia uincitur. Vbiq; uana gloria & amor principatus causæ sunt malorum. *Paulus autē qui & Saulus plenus*

E *spiritu sancto, intentis in cœlū oculis, dixit: O plene omni dolo, & omni uersutia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non cessas peruertere uias domini rectas? Et nūc manus domini super te & eris cæcus, non uidens Solē usque ad tēpus.* Hìc nomē illius mutatur cū ordinatione, id qd & Petro accidit. Et uidē, nō hic contumeliis locus est, sed stupori. Impudentes .n. & erubescere nescientes sic appellare cōuenit. O plene omni dolo, inqt, & omni uersutia fili diaboli, hostis omnis iustitię. Hic reuelat quę in mente eius erāt, prætextu salutis pdente proconsulē. Non cessas, inquit, peruertens uias domini? & credibiliter. Non nos, inqt, impugnas, sed uias domini subuertis rectas, & cum laude hoc dicit. Etiam nunc ecce manus domini sup te, & eris cæcus. Quo ille adductus est signo, hoc & hūc uoluit adducere. Vsq; ad tempus, non punientis erat uerbum, sed admonentis. Si enim punientis fuisset uerbū, omnino illum fecisset cæcum. Nunc autē nō hoc agit, sed ad tempus, ut proconsulē lucrifaciat. Mox autem irruit

F super illum caligo & tenebræ, & obambulans quærebat, qui nam manu ducerent. Tunc uidens consul quod factum, credidit obstupescēs ad doctrinā domini. Meritò eum.n. qui prę occupatus erat magia, hac pœna edoceri cōueniebat: ita & in Aegypto magi à muscis instituebantur. Vide autem illos non diu moram trahentes, utpote cōsule iam credulo facto, neque emollitos adulatione & honore, sed statim operi incūbentes, & in diuersam regionē festinātes. *Deducti autem à Cypro qui cum Paulo erant, uenerunt in Pergen Pamphyliæ: Ioannes uero recedens ab eis, reuersus est in Hierusalē. Illi autē transeuntes à Perge, uenerunt in Antiochiā Pisidiæ & ingressi in synagogā die sabbatorū, sederunt.* Iterū in synagogas in persona ludęorum ingressi sunt, ut ne impugnarentur nec fugarentur, ita totū perficiebant: *Post lectionem autem legis & prophetarum, miserunt principes synagogæ, dicentes ad illos: Viri fratres, num est in uobis uerbū exhortationis ad populum? dicite.* Iam hinc quæ cum Paulo acta discemus, non pauca enim de Petro in anteà dictis didicimus. Sed iterum uideamus quæ dicta sunt: Et ut uenerunt in Salaminem, annunciauerunt uerbū dei in metropoli Cypri. Manserunt ad annū in Antiochia, opor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tebat & illinc abire, & non ſemper ibi ſedere: opus erat illis maioribus doctoribus. Vide quomodo & in Seleucia nō perſeuerant, ſcientes quòd à uicina ciuitate fructū habituri eſſent ii q illic: uerùm ad ea q̄ magis proderant, feſtinant & illic. Nam ut uenerūt ad metropolim inſulæ, accelerarunt ut proconſulē corrigerent. Quòd autem non adulanter conuenerint proconſulem ſapientem uirum, à re ipſa diſce, quòd nō opus habuerit multis ſermonibus, & quòd uoluerit illos audire. Et nomina enumerat ciuitatū, oſtendens quòd quoniam nuper ſermonem ſuſceperant, opus fuerit confirmari illos, ut permaneant in fide, unde & ſubinde illas accedunt. Vide quòd nihil ad Magum dixit, quoad ille occaſionē dedit, ſed ſermonem domini ſolùm annunciarunt. Quoniam enim alios ille uidebat attendentes, ad unū hoc perſpectabat, ne principi pſuadeatur. Et quare nō aliud ſignum fecit? Quia nō fuiſſet huic æquale, quòd inimicū raperet. Et uide, prius obiurgat, & tunc punit, ut oſtendat iuſtè illū paſſum, dicēdo, O plene omni dolo: hoc eſt, nihil habens ſanum, inquit. Et bene di
H xit, omnis doli: Simulabat enim. Fili diaboli, Opus enim illius faciebat. Inimice omnis iuſtitiæ, Nam ois iuſtitia illa erat. Mihi uidetur & uitā redarguere illius hæc dicens, & ut oſtendat quòd non erant furoris uerba, propter hoc præmiſit dicens, Plenus ſancto ſpiritu: hoc eſt, efficacia. Et nūc ecce manus domini ſuper te. Minimè ultio erat, ſed ſanatio. Et enim tantùm nō dicebat, Non ego facio: ſed, dei manus. Vide ut alienus eſt à faſtu. Eris cæcus non uidens Solem uſque ad tempus. Hoc dicit, ut det illi pœnitentiam. Nunquā enim uolebant ſupra modum difficiles uideri: nam quāuis hæc erga inimicos fiant, & erga familiares ac domeſticos, meritò: ſed non erga extraneos, ne à neceſsitate ac timore proficiſci res putetur. Indiciū autē eſt cęcitatis quęrere ductores. Dein de uide cæcitatē proconſulis. Et ſtatim credit, & nō ſimpliciter, ſed obſtupeſcens. Vidit quòd nec doliſ fortè credulitatē. nec fallaciis agerent apoſtoli. Vide quantum amorē doctrinæ habuit ab initio: non dixit ad illum, Non ceſſas peruertere proconſulē: ſed, uias domini: quod plus erat, ut ne uideatur adulari. Quid autem quòd Ioannes receſsit ab eis, reuertitq; in Hieruſalem: ut
I pote in prolixiorem uiam mittentibus, quāuis ille eſſet miniſter. Ipſi autem periclitabantur. Iterum uenientes in Pergen tranſeunt ad alias ciuitates. Ad metropolim enim feſtinant Antiochiā. Et uide quomo
ſuccingit. do ſcriptor ſuccindit. Sederunt in ſynagoga, inquit, & die ſabbatorū. Et ita uiam parant ſermonibus, ſed non priores loquuntur, ſed admoniti, & tanquā hoſpites prouocati. Niſi autē expectaſſent, non habitus fuiſſet ſermo. Hic primū prędicat Paulus, & uide illius ſapientiā: nam ubi quidem ſermo erat diſperſus, tranſcurrit: ubi uerò nullus fuerat, diutius hæret ac
Rom.15.c uerſatur: quemadmodum & ipſe ſcribens dicit: Ita
Eſa.25.d. autem adnitens euangelizare, ubi nōdum nominatus erat Chriſtus. Hoc autē magnę fortitudinis erat. Reuera ab initio admirabilis uir ille. Crucifixus, in acie poſitus ſciebat quanta potiretur gratia, æquale adiecit ſtudium. Non ſuccenſuit Ioanni. Non enim huius erat, ſed opera opus habuerat, nō formidauit, non timuit in media multitudine minis abactus. Vide quomodo ſingulari diſpenſatione cōtingit Paulum nō prædicare in Hieroſolymis. Sufficiebat etiā hoc ſolùm audire, quòd credidit. Non permiſiſſent propter odium, & procul digreditur, ubi notus non K erat. Prius redarguit Magnū qualis eſſet: & quia talis erat, ſignū oſtendit, uſque ad tempus patitur, ita ut pœnitentiā agat. Bene autē in ſabbato ingreſi ſunt in ſynagogā, quando omnes fuerunt congregati. Et poſt lectionē legis ac prophetarum, inquit, miſerūt principes ſacerdotum dicentes, Viri fratres: Num eſt uerbū in uobis cōſolationis? ad populū dicite. Vide illos copioſē tunc hoc facere: poſt hoc autē nō item. Si hoc uoluiſſetis, magis oportebat exhortari. Sed ō ambitionem, ô uanam gloriam, quàm ſubuertit ac perdit omnia, contra domum, contra mutuā ſalutē ſtare efficit. Ita cæcitate percutit, ut etiam ductores quærant. Vtinā hoc facerent, utinam ductores quæ rerent, ſed hoc iam non ferunt: ſibiipſis autem totū permittūt, nullum ſinit uidere, ſicut caligo imponit & nebula, non permittens tranſſucere. Qualem ab affectione habebimus defenſionem, propter timorem domini, affectioni nō imperantes? Valde intemperantes ac auari exiſtentes propter pecuniarū parſimoniam refrenarunt uoluptatem: alij contrà, propter uoluptatē contempſerunt pecunias. Iterum qui L uanæ glorię dediti ſunt, utriſq; imperant, opes inſumentes largiter & ſobrij ſine cauſa. Alij iterum uanę gloriæ cupidi quū ſint, deſpexerunt paſſionem multa fœda ſuſtinētes, & propter amores & propter pecunias. Alij iterum, ut iræ ſuæ ſatisfaciant, uoluerunt innumeris damnis exponi, neque illis ullius horum curæ fuit, ut ſolùm uoluntatē ſuam perficiant: & id quod poteſt affectio, nō poteſt apud nos dei timor? Et quid dico, paſsio: id quod pudor hominū ualet, non poteſt dei timor? multa etiam facimus & pecca mus homines timentes, deum autē non timemus? Quot propter confuſionē perdiderunt opes? Quot in malis gratificati ſunt amicis, idq; abſque fructu, ſed magno cum ſtudio? Quot in amicorū gratiam grauiter ſæpe deliquerunt? Si igitur & affectio & pudor hominū poſſunt nos in grauia & opera & pecca ta intrudere: temerè dicimus, quòd non poſſumus. Poſſumus. n. ſi uoluerimus. Velle autem omnes con uenit. Dic autē mihi, Quare non potes gloriam uincere, quum alij eius generis animam, corpus, & figuram ſortiti, & eandē uitam uiuentes poſsint? Cogita deum, cogita ſupernam gloriam, oppone illi præſen M tia, & ſtatim ab hac reſilies. Omnino ſi gloriam quę ris: ueram gloriam quære ac concupiſce. Qualis gloria, quādo fœditates operaris? Qualis gloria eſt, quā do cogeris ab his, qui te inferiores ſunt? Honorē con cupiſcis, & illo opus habes? Honor eſt frui gloria à maioribus. Si omninò gloriā amas: magis ama eam, quæ à deo eſt. Si amaueris illā, hanc deſpicies, uidebis hanc ignobilē. Quandiu illam non uideris, tandiu nec hāc uidere potes, qnām ſit fœda, quamq; ridicula. Quippe ſicut ij, qui malæ cuiuſdam mulieris amore capti ſunt, ſi demonſtretur etiā turpis: quandiu amant illam, non poſſunt turpitudinem uidere. Affectionis eſt, quę obtenebrat iudicium. Ita ſanè & hic, quandiu detinemur ab affectione, nō poſſumus ſimul uidere quale malū ſit. Quomodo igitur liberabimur ab illa? Cogita, quòd plurimos ſumptus ſine utilitate facis, cogita mortuos: q hanc gloriā adepti erant, ut nuſquā illa ſtabilis ſit, ſed perit ac diſſipata eſt. Cogita eſſe ſolū nomen abſque re. Quoniam quid eſt gloria, dic oro? da definitionē aliquā. Admirari, inqt, ab oibus. Iuſtè ne uel iniuſtè? Nam

A ſi quidem iniuſtè, non erit iam admiratio, ſed accuſatio & adulatio, & calumniatio. Si autem iuſtè, hoc non eſt poſsibile. Vulgus enim iudicio recto caret. At qui miniſtrāt concupiſcentijs illius, in admiratione ſunt. Et ſi uoluerit ſcire, attendite eos qui donant ſua ſcortis, aurigis, ſaltatoribus. Iam non hos, inquit, ſed etiam iuſtos dicimus & rectos, & eos qui magna bona operari poſſunt. Vtinam uoluiſſent & ſtatim feciſſent bona. Nunc autem nihil horum faciunt. Quis, dic mihi, laudat iuſtum & rectum nunc? Contrarium uidere licet. Quid autem frigidius iuſto, ſi rem talem faciens concupiſcit à multis gloriam? Hoc enim facit, quòd & pictor optimus exiſtens, & regiam imaginem pingens, ſi imperitorum laudes expectet. Et aliter: Statim homo ad humanam gloriam ſpectans, à bonis operibus deficiet. Si enim ad laudes illas reſpiciet, quę certè illi uolunt, faciet, non quæ ipſe uellet. Quid igitur uobis, ut poſt hac faciatis, conſuluerim? Attendere deum: contentos eſſe laudibus, quæ ab illo: omnia quæ illi placēt,
B operari, & bona facere: non admirari humanas res: quandoquidem hoc & ieiunium, orationes, & eleemoſynam deſtruit, & omnia ueſtra bona euacuat. Quod ne patiamur, fugiamus hanc affectionem. At unum ſolum ſpectemus: Laudem inquam, quæ à deo eſt, & illius approbationem, communiſque omnium domini commendationem, ut cum uirtutibus præſenti uita tranſacta, promiſſa bona cum diligentibus illum aſſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul ac ſancto ſpiritui ſit gloria, imperium, & honor in ſecula ſeculorum, Amen.

Surgens autem Paulus & innuens manu, dixit: Viri Iſraelitæ, & inter uos timentes deum, audite: Deus populi huius elegit patres noſtros, & populum exaltauit in peregrinatione eius in Aegypto, & cum brachio excelſo eduxit illos inde.

Homilia. xxix.

Ide Barnabam ubique cedētem Paulo ſicut
u & Ioannes ubique Petro. Ille abduxit eum à Damaſco, quanuis uenerabilior eſſet, ſed ad communem utilitatem ſpectabant. Et *ſurgēs*, inquit,
C *ac innuens manu*. Mos hic Iudæis erat. Ideo & ipſe iuxta illum eis loquitur. Vide quomodo ſermoni uiam parat, prius illos laudibus extollit, & mōſtrat magnā dei erga illos curam, per hoc quòd dicit, Timentes deum. Sic incipit ſermonem, & non dixit, aduenę: id quod erat calamitatis nomen. *Deus populi huius elegit patres uestros, & populum.* Vide quomodo deum illis ut propriū tribuit, qui omniū cōmunis eſt deus. Et oſtēdit olim maxima ab illo beneficia populo cōceſſa, ſicut & Stephanus. Hæc aūt faciūt, ut doceant illos, quòd nunc quoq; eodem modo filium ſuum miſit. Sicut & Chriſtus dixit de uinea, ita & ille dicit: *Exaltauit in peregrinatione in terra Aegypti, & cum brachio excelſo eduxit illos ex ea.* Sanè contrarium euenit, priuſquàm in multitudinem creuiſſent, ſed miracula propter illos facta ſunt, & prophetæ memores ſunt ubique eorum q̄ in Aegypto acciderunt. Et uide, ut tempora calamitatū præterit, & nuſquam crimina in medium affert, ſed magnā dei miſericordiam, relinquens illa ipſis cogitanda. *Et circiter quadraginta*
Iaſ.14.a. *annorum tempus, mores illorū ſuſtinuit in ſolitudine*, Dein de inhabitationem terræ dicit, Et *deletis gentibus ſeptem in terra Chanaam, ſorte diuiſit eis terrā illarum*. Et D multum interceſsit tempus nempe anni quadringenti quinquaginta. Et *poſt hæc circiter annis quadringentis et quinquaginta, dedit illis iudices uſq; ad Samuelē prophetam*. Hic quia uariè diſpenſet res illorum, manifeſtauit. Et *exinde petierunt regem*. Et non dicit, ingratitudinem illorum: ſed ubique, dei miſericordiam. Et *dedit illis Saulem, filium Cis, uirū ex tribu Beniamin, annis quadraginta: et deſtituto eo, excitauit eis Dauidē in*
&.10.a. *regē: cui et dixit teſtimoniū perhibēs, Inueni Dauid filium Ieſſe, uirū iuxta cor meū, qui faciet omnes uolūtates meas.*

Non paruū hoc, quòd ex Dauid eſſet Chriſtus, Dein de etiam Ioannem inducit teſtificantem, dicens. *Huius è ſemine deus, ita ut promiſerat, adduxit Iſraeli ſeruatorem Ieſuah: quū anteà prædicaſſet Ioannes ante faciē introitus eius baptiſmū pœnitentiæ Iſraeli. Quū autem im* Matt.3.a *pleret Ioannes curſum, dicebat: Quē me putatis eſſe, nō ſum* Ioan.1.c. *ego. Sed ecce uenit poſt me, cuius nō ſum dignus calciamentum pedum ſoluere.* Et Ioannes quoq; teſtificatur, non ſimpliciter, ſed gloriā à ſe repellens, quanuis illi eam omnes tribuerent. Non eſt autem idem repellere talem honorē nullo tribuente, & omnibus illi tribuen E tibus: idq; nō ſimpliciter, ſed poſt talem legationem. *Viri fratres, filij generis Abrahæ, & timentes in uobis deū. Vobis ſermo ſalutis huius emiſſus eſt. Nā habitātes Hieruſalē, & principes illorū hunc ignorauerūt, & uoces prophetarum quæ per omne ſabbatū leguntur, iudicātes, impleuerunt. Et ne una quidē mortis cauſa inuenta petierūt Pilatum, ut interficeretur ille.* Vbique hoc conantur oſtendere, quòd illorum ſit hoc bonū proprium, ne tanquam alieno attendentes, fugiant, eo quòd crucifixerant illum. Hunc, inquit, quū ignorarint, atque adeò erat ignorantiæ peccatum. Vide quomodo etiā pro illis leuiter rationem reddit. Et non hoc ſolùm, ſed qd hoc oportebat fieri, apponit. Et nequis dicat, Vnde manifeſtum quòd reſurrexit? dicit etiam teſtes illius eſſe: & poſteà iterum à ſcripturis confirmat. *Vbi autem perfecerunt omnia quæ de eo erant ſcripta, depoſitum de ligno poſuerunt in ſepulchro. Deus autē illū excitauit ex mortuis, qui uiſus eſt ad dies plures, his qui ſimul aſcenderunt cū illo à Galilea in Hieruſalē, qui. ſ. ſunt teſtes illius ad populū Et nos uobis bonū hoc nunciū annunciamus de promiſſione ad patres noſtros facta, quia illā impleuit deus filiis illorū nobis ſuſcitato Ieſu, ſicut & in pſal* F *mo ſecūdo ſcriptū eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quòd autē reſurrexit ex mortuis, non ultrà in corruptionē conuertendus, ita dixit, Dabo uobis ſanctā Dauid fidelia.* Eſa 55.b. *Ideo & in alio dicit, Nō dabis ſanctū tuū uidere corruptio* Pſal.15.d *nē. Nam Dauid quidē ſua generatione ſeruiens uoluntati dei, dormiuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, & uidit corruptionē. Quę autem deus excitauit, nō uidit corruptionē.* Vide hunc uehementius differentē. Hoc nunquā Petrus dixit. *Itaque notū ſit uobis, uiri fratres, quòd per hūc uobis remiſsio peccatorū annunciatur, et ab omnibus à quibus nō ualuiſtis in lege Moſi iuſtificari. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur.* Deinde etiam hoc terribile eſt. *Videte igitur, ne aſcendat ſuper uos quod dictum eſt in prophetis: Videte contemptores, & aſpicite, & admiremini, et euanescite: quia opus quod ego operor in diebus ueſtris, quod non credetis, ſiquis annunciauerit uobis.* Vide quomodo cōplectitur ſermonem ex præſentibus, ex prophetis, ex ſemine promiſſi. Verum iterum uideamus ea quę dicta ſunt: *Viri fratres filij generis Abrahæ.* Et à patre ſuo illos uocat. *Vobis ſermo ſalutis huius annūciatus eſt.* Hic dicens, Vobis: nō ſeparatim Iudæis dicit, ſed dat

G illis potestatẽ auellendi se, ab his qui cædem patrarant: id quod ex sequentibus manifestum. *Habitantes enim Hierusalẽ, quum hunc ignorarent, et uoces prophetarum quæ per omne sabbatũ leguntur, iudicantes, implerũt.* Magna accusatio, si perpetuò audientes non attẽderunt. Verũ mirũ non est, dicta enim illa quæ in Aegypto ac eremo acciderunt, sufficiunt monstrare illorum ingratitudinem. Et quomodo ignorarũt, inqt, quum Ioannes eis dixerit? Quid miru, ignorantibus eis, licèt prophetæ perpetuò clament? Deinde & alia accusatio: *Et neque una causa mortis inuenta.* Id quod non erat ignorãtiæ. Ponamus enim quòd nõ habuerint eũ pro Christo, cuius gratia etiam occiderunt? *Et petiuerunt*, inquit, *Pilatũ, ut occideret illum. Vt autem omnia perfecerunt quæ de illo scripta, depositũ eũ de ligno posuerunt in sepulchrum.* Vide quãta illi cum sedulitate hoc fecerint, modũ dixit mortis, & Pilatum in medium affert, partim quidẽ ut manifesta passio fiat à tribunali, partim autem ut illi grauius accusentur, q tradiderunt illum uiro alienigenæ. Et non dixit, obtinuerunt: sed, petiuerunt: etiã ne una quidem mortis causa in illo inuenta occidi, ita ut manifestum, quòd gratiam acceperant, illo non uolente: id quod manifestè Petrus dicit, Iudicante illo absoluendum. Valde amabat illos Paulus, & quòd nõ moratur in ingratitudine patrũ, sed ipsis immittit metum. Sanè Stephanus quidẽ meritò hoc facit, utpote occidẽdus, & nõ docens, & ostẽdens quòd iam lex destruebatur. Hic autem non item, sed minatur, & terret solùm. *Deus autẽ excitauit illũ ex mortuis: qui apparuit*, inqt, *ad dies multos, ijs qui cum eo ascenderant à Galilæa in Hierusalẽ.* Vide & hunc utpote ab eodem motum spiritu, plurimũ prædicare passionem ac sepulturam. *Et nos uobis bonũ nunciũ annunciamus de promissione ad patres facta.* Hoc est, patres quidem acceperũt promissionẽ, uos autem rem ipsam. Deinde testem Ioannem quũ adduxisset q dicebat, Ab huius semine propter promissionem adduxit Israeli seruatorem: quũ prius prædicasset Ioãnes ante faciẽ introitus eius baptisma pœnitentiæ Israeli. Deinde iterum inducit illum, dicens: Quem me putatis, non sum. Mox addit etiã apostolos testes resurrectionis, dicens: Qui. s. sunt testes illius ad populũ. Deinde etiam Dauidem idipsum testificantem, dicẽdo: Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Neque uetera per seipsa tam firma esse uidebantur, neq; hæc sine illis: & ita sermonẽ per utraq; credibiliorem facit. Quoniam enim metu tenebãtur, quòd occidissent illum, & conscientia alienabat eos, non ut ad Christicidas disseruit, neq; ut alienũ bonũ, sed proprium bonum illis cõmendauit. Valde gratum illis erat nomen Dauidis, unde & hoc ponit, ut uel sic illũ suscipiant, quasi diceret, à puero illius regnabimini: igitur illi⁹ frenum ne abieceritis. Quid est, Dabo uobis sancta Dauid fidelia? Firma, inquit, quę nunquã pereunt. Et non immoratur his, ut pote uerbo iam credito. Sed minatur pœnã, & transit quod eis gratũ, ostendens legem abrogari, & hæret in eo qd cõducibile, quòd magna bona obedientibus, & grandia mala prœuaricãtibus futura sint. Postea de Dauid iterum dicit, non sine laudibus: *Nam Dauid quidẽ*, inqt, *suo seculo, ut seruiuit uoluntati dei, appositus est ad patres suos.* Sicut & Petrus eius memor dicebat. Licet dicere cũ fiducia de patriarcha Dauide. Et nõ dicit, qd mortuus est: sed, appositus ad patres suos: id quod clarius erat. Et uide, quòd nusquã illorum ponit correctiones, sed ea q̃ habent accusationem. Nam quod petiuerũt & acceperũt, maxima accusatio illorum. Mox beneficia dei enumerat: Elegit, dicens, exaltauit, mores tulit. Hę autem non illorum erant laudes, sed dei. Dauidem autem solũ commendat, quoniam ex illo Christus. Introitum autem, Ioãnes uocat, dicens, Ante faciem introitus illius, in carnationem Christi, & eius cum carne apparitionẽ. Ita & Ioannes euangelium scribens, ad illũ continuo cõfugit. Nomen. n. erat illi magnum in toto orbe. Et uide, Non dicit illud ex seipso, sed illius affert testimoniũ. Vidisti quãto studio ostendat, rem singulari dispensatione geri? Videamus autẽ quid apostoli dicẽtes persuaserint: *Crucifixus est.* Quid hoc impersuasibilius? Sepultus ab illis est, quorũ promisit salutẽ fore. Sepultus remittit peccata, & magis q̃ lex. Ideo etiã non dixit, à quibus non uoluistis: sed, à quibus non potuistis in lege iustificari. In hoc enim omnis credens iustificatur, infirmitatem legis ostendens. Bene autem apposuit etiã, omnis: ut indicet quicunq; fuerit is qui credit. Nulla. n. illorum utilitas, siquis non bene egerit. Idcirco posterius ponit remissionẽ, hinc quod maius est colligẽs ac ostẽdens, & quod impossibile sit legi facere, hoc fecisse per mortem patiendo apparet. Et ita bene dicebat, Qui. s. testes illius sunt ad populum: illum qui occidit, inquit, neutiquam tales, nisi diuina uirtute confirmarentur. Licèt enim ad homines occidẽtes talia testificati sint, nónne ad illos qui interimebãt? Quòd autem dicit, Ego hodie genui te: quasi sciens, quòd ad hoc ẽt alia sequãtur. Et quare non addidit testimonium per qd erant persuadendi remissionẽ peccatorũ per illum fieri? Quia magno studio iã inter eos quærebatur quòd à mortuis resurrexit. Hoc autẽ cõfesso, illud indubitatum fuit, etiã ab illo remissionem peccatorũ fieri. Et aliter: Nolebat illos desiderio tantæ rei duci. Igitur non derelictio erat mors illi⁹, sed prophetię impletio. Meminit historiarum, quas ignorãtes plurima patiebãtur mala. Et hoc insinuat per finem dicẽs, *Videte contemptores, & aspicite.* Et uide quomodo istud asperũ quod succinctẽ dicit, *Ne adueniat*, inqt, *super uos quod dictũ in alijs, Opus ego operor quod nõ credetis, si quis narrauerit uobis.* Ne admiremini, quòd fidem uidetur excedere, etiam hoc olim prædictũ est. Hoc & cõtra nos meritò diceretur. Videte contemptores, dum resurrectionem nõ credimus. Sanè res ecclesiæ pessimè habent, quanuis putẽtur esse pacificæ. Hoc enim graue est, quòd quũ malè habeamus, idipsum ignoremus. Quid dicis? Ecclesias retinemus, possessiones, alia oia, conuentus fiunt, quotidie adest populus, & cõtẽptores sumus? At nõ inde quis ecclesiam probarit. Sed unde? inquit. Si pietas est, si cum lucro domũ redimus quotidie, si fructum aliquem uel magnũ uel parũ capimus. Vter melior est factus, qui toto mẽse semel congregatur, uel qui quotidie? Hoc est quod quęritur, quoniã & istuc ipsum est, quod ad fœlicitatem attinet. Infœlicitas autem fuerit, si dũ illa fiunt, nihil præterea accidit. Igitur utinam quidẽ nihil præterea, nũc autẽ multò deteriores abeunt. Quæ enim utilitas uestra à cõmunionibus, quanuis si quidẽ ullus fructus uobis esset, iã olim sobriæ & continentis uitæ specimẽ ostendere oportuerat, quũ sępe in hebdomada tanti prophetæ, tanti apostoli, tantiq; euangelistæ uobis loquantur: & oẽs salutaria dogmata proponant, & uobis commendent quæcunq; ad cõponendos

A ponẽdos mores sufficiũt. Miles in tyrocinio fit exercitatior in rebus bellicis. Athleta in palestrã uadens, luctæ fit expertior. Medicus doctorẽ accedẽs, diligẽtior euadit, & plura nouit, & plura discit. Tu qd lucri habes, nõ dico de his q ad annũ, sed de his q à principio ætatis nobiscũ cõgregari sunt soliti? Num hoc putatis pietatẽ esse, cõtinuo cõmunioni adesse? Hoc nihil est, nisi qd lucri faciamus, nisi quid colligamus. Melius manere domi. Etenim progenitores nostri ecclesias ædificarũt, nõ ut è domibus cõgregatos, uos mutũ ostendãt. Hoc. n. & in foro & in balneis & in pompa fieret, sed ut discipulos simul & doctores cõgregantes, meliores hos p illos faciãt. Lex simpliciter & segregatio factæ sunt res nostrę. Cõsuetudo nunc est. Venit Pascha, magna turba, non. n. dixerim multi homines. At illa nõ est hoium turba. Abijt festiuitas. Turba minor fit. Silentiũ aũt iterũ sine utilitate. Vigilię multę & sacrę cantilenæ. Et qd amplius? Itaq; deterius quidẽ. Multi ẽt propter uanam gloriã hoc faciũt. Quantũ putatis cruciantur uiscera mea, quasi in cribrũ perforatũ oia procedere uidẽtis? Sed
B oino dicetis mihi, Scripturas scimus. Et quid hoc? si per opera illas declararetis, id esset lucrũ, & utilitas. Ecclesia lucrũ est: si semper abiretis nullã accipiẽtes tinctionẽ, quę utilitas perpetuò hucire, nã maius qdẽ dãnum. Quod accedit ex legibus his q̃ à patrib⁹ acceptæ, ut dicã aliquid. Quidã ex consuetudine habet memoriã matris uel uxoris, uel puerorũ: hoc facit siue audiat, siue ẽt nõ audiat à nobis tactus à cõsuetudine & conscientia. Propter hoc igitur indigna ris, inquit? Absit: quin potius ualde gaudeo. Vellem aũt illũ quid & à nostra cõcione utilitatis habere, & id qd consuetudo fecit, hoc & à nobis fieri, & aliam induci cõsuetudinẽ: alio qui qd frustra laboro & nugor, si semper iidẽ mansuri estis, si cõiones nihil i uobis operantur bonũ? Etiã, inquit, precamur. Et quid hoc si absq; operibus? Audi Christũ dicentẽ, Nõ oĩs qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorũ, sed faciens uoluntatẽ patris mei, q est in cœlis. Sæpenumero silendũ puto, uidẽs nihil lucri accedere uobis ex nostris: uel fortasis est quiddã lucri, mihi aũt insatiabili, & multũ hoc desiderãti idẽ accidit, qd nimium auaris: sicut. n. illi pro nihilo habent, quicquid eis suppetit, ita & ipse quoniam ualde cupidus sum salutis uestrę, donec uidero uos profecisse, nihil laborasse me opinor, eo quòd uellẽ uos perfectos fieri. Vellẽ ita esse, & id à me dici, non ob uestrã ignauiam, sed meã affectionẽ. Timeo aũt, ne forsan bene coniectẽ. Debebatis. n. certiorẽ fecisse, tãto tpe utilitatẽ aliquam, & oportuisset utiq; nos ab his quę dico cessare uerbis, q̃ superuacanea essent. Nã & ita satis dicta sunt, ut & alios possint moderari, si quidẽ absentiũ uobis ulla accessisset utilitas. Quòd aũt nobis necesse perpetuò eundẽ habere sermonẽ, nõ est alterius cuiusp̃iam indiciũ, q̃ quòd res uestrę nõ satis bene se habẽt. Quid fieret, oro, nõ enim obiurgãdũ duntaxat. Obsecro & oro, ne hoc solũ spectetis, quo in ecclesiã ueniatis, etiam quo aliquid inde portãtes domũ reuertamini cũ pharmaco uestrarũ affectionum, etiãsi nõ à nobis, sed à scripturis habeatis consolationem. Medicina. ut pote est quis iracundus, attẽdat scripturarũ lectionibus, & oino pro se aliquid inueniet, uel in historia, uel in admonitione. In admonitione quidẽ, momentũ furoris illius, ruina ipsi. Et uir iracũdus non honesta est forma, & q̃ similia. Et iterũ: Vir linguax nõ dormiet. Et Christus iterũ: Qui irascitur fatri suo temere. Et iterũ propheta: Irascimini & ne peccetis. Et, Maledictus furor illorũ, quia pertinax. In historijs aũt utpote quando audis Pharaonẽ multa ira impletũ, & Assyrium, & pp hoc peccasse. Iterũ si est quẽ uincunt pecuniæ, audiat quòd auaro nihil est iniustius. Hic. n. & animã suam uenalem facit. Et Christũ dicentẽ, Nõ potestis deo seruire & mammonæ. Et apostolum, Radix oĩum malorũ est auaritia. Et prophetã, Diuitiæ, si affluant, ne apponite cor. Et multa alia talia. Et ex historijs, Giezę, Iudã, principes scribarũ. Et quòd dona excæcãt oculos sapientium. Alius est superb⁹, audiat quòd superbis resistit deus. Et principiũ superbiæ peccatũ. Et oĩs sublimis corde immũdus est apud dominũ. Et in historijs, diabolũ, & alios oẽs & oino possibile nõ est enumerare oĩa. Suorũ quisq; uulnerum remedia ex diuinis scripturis eligat, etsi non totũ curat, partẽ, saltẽ hodię, partem cras, deinde totũ abluetis. Quin & de pnia, & de cõfessione, & de eleemosyna, & de iustitia, & de cõtinẽtia, & de oĩbus inueniet multa exempla. Hæc. n. oĩa scripta sunt ad nostrã admonitionẽ, inquit. Si igitur
E ad nostrã admonitionẽ de oĩbus disserit, attẽdamus sicut cõuenit attendere. Quid frustra nos ipsos decipimus? Timeo ne & de nobis dicat quis: Defecerunt in uanitate dies nostri, & anni nostri cũ acceleratione. Quis audiẽs cedit à theatris? quis desistit ab auaritia? quis alacrior fit ad eleemosynam? Vellem scire, nõ uanæ gloriæ causa, sed ut fiam alacrior, uidens egregiũ fructũ laborũ. Nunc aũt attingo labores, tãtos quidẽ imbres uidens dissipare doctrinas, & torcularia nostra manẽt in eadẽ mẽsura, & nõ sunt meliores fructus facti. Cæterum areæ tẽpus aduenit, habens uentilabrũ. Timeo ne totũ fœnũ fiat, timeo ne i caminũ abiiciamur oẽs, pterijt æstas, uenit hyems, sedemus cũ iuuenes, tum senes nostris affectionib⁹ alligati. Ne mihi dicas: Nõ scortor. Quæ. n. utilitas si nõ scortaris quidẽ, sed auarus es? Passer licèt non ex omni parte, à pede tamẽ detinetur solũ, & ita perit, ac in laqueo irretitus stat, & nihil prosunt ei alæ capto pede: ita & tu non per fornicationẽ, sed auaritia captus es: captus certè es, non hoc quęritur quo captus sis, sed quòd captus es. Ne dicat adolescẽs: non
F sum auarus, sed forsan scortaris, & q̃ iterum utilitas? Non. n. possibile est, quòd per unã ætatem, oẽs affectiones nos insestent, sed discretæ sunt, & hoc pp dei misericordiã. Et iterum nõ simul imposita difficili⁹ euincuntur, & grauius certamẽ exhibẽt. Quantę erit ignauiæ ẽt separatis nõ imperare affectionibus, sed per singulas ætates uinci & sublime sapere ex his q̃ non sunt à nostro studio, sed ab ætate afferũtur. Nõ uidetis aurigas, quãta diligẽtia & exercitatione, quãtoq; labore & cibis alijsq; utuntur, ne deiecti à curribus distrahãtur? Vide quãta sit ars. nam uir quidem fortis, ne unũ quidẽ equum magistratur: adulescẽtulus aũt arte sæpe duos coniungit, agit, & moderatur facilè. Et i India magna illa bestia & terribilis elephãtus puero quindecim annorũ cũ magna alacritate cedit. Quare aũt hæc à me dicta sunt? Quia si elephãtes & equos feroces studijs cõstringimus, multò magis possemus affectiones, q̃ in nobis, à quibus trahimur per totã uitam. Nunq̃ artem illam curauimus, nunq̃ uel per ocium, cum nondũ esset certamen de his locuti sumus nobis ipsis, quidnam utile sit. Tũc nos inexercitatos super currum stare uiderit quis,

Universidad de Deusto Biblioteca

G quando certamẽ adest. Quare igitur ridiculi sumus? Nõne dixi sæpe, exerceamur apud domesticos ante tentationem? sed apud pueros domi sæpe exasperamur: uincamus illic animi ipetũ, ut dextrè illo apud amicos utẽtes appareamus. Et in alijs oibus, si exerceremur, nõ fieremus ridiculi. Nunc aũt sunt arma, exercitia, studia, in alijs artibus & certaminib⁹: in uirtutibus minimè. Non ausus est agricola uineam tangere, non antea bene in re rustica exercitus: neq; gubernator amplustre trahit, non prius edoctus bene. Nos aũt absq; exercitatione omni primam palmam habere uolumus, oportebat silere, oportebat nulli cõicari, uel uerbo, uel negocio, donec possemus bestiam quæ i nobis cõpescere. An nõ quouis grauius contra nos militant, & furor, & cõcupiscentia? Ne uadas cum his bestijs in forum, donec bene imponas eis frenũ, donec ipsas manuefacias, & manũ tuã sequãtur. Non uides hos qui manſuetos leones circũducunt, quantũ lucri faciant, & quanta sint in admiratione, quia in feroci bestia talem manſuetudinem operati sint: si aũt subitò ferociat ille, omnis turba q̃ in foro ſubmouetur, & periclitatur postea homo q circunducit illũ, & perditionis aliorum factus est author. Et tu igitur leonem manſuefacias prius, & tũc circunducito, nõ ut pecuniam accipias, sed ut lucrũ cui nullum par est lucrifacias. Nihil. n. par est iustitię quæ & posſidentibus & utentibus ualde utilis est. Hanc igitur sectemur ut posſimus uirtutis uiam diligẽter ambulantes æterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi cum quo patri simul ac sancto spiritu sit gloria, imperiũ, & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Egreſsis autem illis orabant ut loquerentur eis interim usq; ad ſabbatum uerba hæc.

Homilia. xxx.

Idisti Pauli sapientiam? Nõ tunc solũ in admiratione fuit, sed etiã desiderium immisit illis, ut secundò audire cuperent, cũ dixisset semina quædã, & nondũ absoluisset ac cõsummasset sermonem, ita ut illos sibi conciliaret, ac familiares redderet, & non cõgerendo simul oia in illorum animos minus idoneos faceret. Dixerat, quòd remissio peccatorũ per hunc uobis annunciatur: quo autem, nõ manifestarat. Post hæc sui ipsius ipse memoriam facit primũ. Vides quanta alacritas? Sequebantur illos, inquit. Quare illos non baptizauit statim? Non erat tempus. Persuadere oportebat, ut sic firmi maneant. Soluta aũt congregatione secuti sunt multi Iudæi & pij aduenæ Paulum & Barnabã, qui scilicet allocuti eos, persuaserũt ut maneãt in gratia dei. *Et ſequente ſabbato, quaſi tota ciuitas congregata eſt, ut audiat ſermonem dei. Videntes autem Iudæi turbas, impleti ſunt Zelo: & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, contradicentes ac blaſphemantes.* Vide malitiam ut uerberatur dum alios uerberat. Hoc magis faciebãt claros, quòd cõtradicebant illi. Itaq; primũ quidem sponte obsecrabant. Contradicentes, inquit, ac blasphemantes. O impudentiã. Contradicunt in his pp quæ illos commendare oportebat. *Cum fiducia autẽ loquentes Barnabas ac Paulus, dicebant: Vobis oportebat primũ dici ſermonem dei: quoniam autem repellitis illum, & non dignos iudicatis uos æterna uita, ecce conuertimur ad Gentes.* Vides quo contentione facta magis propagarunt prædicationem, & ratione reddita se contulerunt ad Gentes? Et nõ dixit, Indigni estis: sed, iudicastis uos ipsos indignos: sermonẽ faciens onerosum. *Ecce conuertimur ad Gentes. Ita enim præcepit nobis dominus, Posui te in lucem gentium, ut ſis tu in ſalutẽ uſq; ad finem terræ.* Nam ut gentes nõ cõtristentur, quasi ex illorum diligentia, bona non assequantur, addit prophetiam dicens: Posui te in lucẽ gentiũ: hoc est, ut sis in salutem: usq; ad extremum terræ. *Audientes autem Gentes.* Hoc & illos alacriores reddebat, quia quib⁹ auditis hi debebãt frui, his illi fruũtur. Et illos magis mordebat. *Audientes autem Gentes*, inquit, *gaudebant & glorificabant ſermonem domini, & crediderũt quotquot erant præordinati ad uitam æternam:* Id est, præfiniti à deo. Vide quo ostendit utilitatis acceleratione nem. *Differebatur autem ſermo ille per totam regionem:* Hoc est, in diuersa ferebatur, & diuulgabatur. Non cõtenti erant zelo, sed et opera adiecerunt: Vide iterum quo persequẽtes alia efficiunt magna per æmulationem. Effecerunt enim, ut hi liberius loquerentur, & ad Gentes uenirent. Et audi quo: fidenter aũt loquẽtes Paulus & Barnabas dicebãt, *Vobis*, inquit, *oportebat primùm dici ſermonem dei: quoniam autem repulſtis illum, ecce conuertimur ad Gentes.* Igitur egressuri erant postea ad Gentes. Sed uide et in hac dicendi libertate seruatũ modum. Et meritò. Nã si Petrus ratione reddebat, multo magis & his defensione opus erat, cum nemo illos illuc uocasset. Dicens autẽ, primùm ostendit quòd & illis oportebat: dicens q; fuisse necessarium ac oportuisse, ostẽdit quòd & illis necessarium. Quoniam aũt auẽi samini, non dixit, Væ uobis: nec dixit, Puniamini: sed, Cõuertimur ad Gentes'. Vides quantam habet mãsuetudinem iunctam sermonis libertas? *Iudæi aũt extimulantes mulieres pias & honeſtas, & principes ciuitatis, & excitarunt ſeditionem apud Paulum & Barnabam, & eiiciũt illos è ſinibus ſuis.* Vides quantũ perfecerint, qui aduersabãtur prædicationi, in quantam turpitudinem illos ducunt? *At illi excuſſo puluere è pedibus ſuis ſuper illos, uenerunt ad Iconium.* Hic terribile hoc faciebant, quod præceperat Christus, dicens: Et siquis uos non acceperit, egressi excutite puluerem à pedibus uestris. Illi autẽ non simpliciter hoc fecerunt, sed postq̃ abacti sunt ab eis. Veruntamen neq; hoc discipulis nocuit, sed multò magis perseueraruntin uerbo, id quod manifestat, addens: *Diſcipuli autem implebantur gaudio & ſpiritu ſancto.* Passio enim præceptoris, fiduciam illorum non minuebat, sed alacriores reddebat discipulos. *Factum eſt autem in Iconio, cum introiſſent illi in ſynagogam Iudæorum & loquerentur ita: ſicq; crederet Iudæorum & Græcorum magna multitudo.* Iterum in synagogas ingrediuntur. Vide q̃ non fuerint meticulosi facti. Cum dixissent, Cõuertimur ad Gentes: ex abũdantia tamen suam defensionem tollunt. Ita ut crederet Iudæorum Græcorumq; magna multitudo. Verisimile enim illos, & cum Græcis diſſeruiſſe. *Qui uerò increduli erant Iudæi, concitarunt & corruperunt animos gentium erga fratres.* Simul iam et gentes concitabant, quasi non satis esset quòd ipsi obsisterent. Cur igitur illinc non exierunt? Non ferebant persecutionem, sed impugnabantur solùm. *Multo igitur tempore demorati ſunt cum fiducia loquentes per dominum, qui teſtimonium dabat ſermoni gratiæ ſuæ, & dabat ſigna ac prodigia fieri in populo.* Hoc faciebat fiduciam, immo fiduciam faciebat illorum alacritas: nam propter hoc aliquandiu nusquam signa faciebant. Quòd autem credebant audientes, ex signis

habebant. Itaq; conducebat aliquid & dicendi libertas. *Sciſſa eſt autem multitudo ciuitatis, & alij quidem erant cum Iudæis, alij autem cum apoſtolis.* Non parum facit ad accusationem, et istud scindi. Hoc erat quod dicebat Christus: Non ueni mittere pacẽ, sed gladium. *Cum autem factus eſſet impetus Gentium pariter ac Iudæorum cum principibus illorũ, ut uim afferrent, & lapidarent eos, re comperta confugerunt in eas, quæ in circuitu ciuitates Lycaoniæ, Lyſtran & Derben, & finitimam regionẽ, & illic erant euangelizantes.* Iterũ quasi dedita opera propagare uolẽtes prędicationẽ, postquã creuissent, illos iterum expellunt. Vide ubiq; pſecutiones magna bona facere, & pſequentes uinci: eos aũt qui persecutionem ferunt, clariores apparere. Nam ut uenit in Lystra, facit magnum miraculũ etiam claudo sanato, & magna uoce. Et quomodo, audi: *Et uir quidam*, inquit, *in Lyſtris ſedebat infirmis pedibus, qui nunquã ambularat, hic audiuit Paulum loquentem, qui intuitus illum, & uidens quòd fidem haberet, & fore ut ſaluus fieret, dixit magna uoce: Surge in pedes tuos rectus. Et exiliit, & ambulauit.* Quare magna uoce? Vt turbę credãt. Vide aũt, attẽdebat diligẽter ea q̃ à Paulo dicebantur. Hoc. n. est qd audiuit. Vidi sti sapientiæ studium, nihil impediebat claudicatio, quin diligenter audiret uerbũ. *Qui intuitus illum, & uidens quòd fidem haberet fore, ut ſaluus fieret.* Iam prędelectione, assumptus familiariter erat, quãuis in aliis contrarium factum fuerit. Prius enim curarũt corpora, & tunc curarunt animas. Hic autẽ non sic. Mihi uidetur Paulus ad animam illius respexisse. *Et exiliit*, inquit, *& ambulauit.* Saltatio, perfectæ sanitatis indicium. *Turbæ uerò cũ uidiſſent quod fecerat Paulus, ſuſtulerunt uocem ſuam Lycaonicè, dicentes: Dij in ſpecie hominũ deſcenderunt ad nos, & uocabant Barnabã Iouẽ, Paulum uerò Mercurium, quòd is eſſet dux ſermonis. At ſacerdos Iouis cũ eſſet ante illorum ciuitatẽ, tauros & coronas ad ueſtibula afferens cũ turbis uolebat ſacrificare.* Sed hoc nondũ erat manifestum, sua. n. uoce loquebantur, quòd dij in specie hominũ descenderũt ad nos. Idcirco nihil illis dicebant. Vbi aũt uiderunt coronas tunc egressi, diruperunt uestes suas. *Cum audiſſent autẽ apoſtoli, Paulus & Barnabas diſruptis ueſtibus ſuis, inſiluerunt in turbam clamando ac dicendo: Viri, cur hoc facitis? Et nos ſimiliter ut uos paſsibiles ſumus homines.* Vide illos ubiq; à gloriæ studio mũdos, quã non solum non desiderabant, sed & cũ daretur, repellebant. Sicut & Petrus dicebat, Quid in nos respicitis, quasi propria uirtute uel pietate fecerimus ambulare illum? Et illi idẽ dicunt. Ioseph aũt dicebat de somniis, Nõne à deo manifestatio somniorũ? Et Daniel similiter: Et mihi non in sapientia, quæ est in me, reuelatum est. Et Paulus ubiq; hoc dicit, ut quãdo dicit: Et ad hęc quis sufficit? Et iterum: Non sufficim⁹ à nobis ipsis cogitare, quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Videamus autem iterum quę supradicta: Non simpliciter illis appositæ sunt turbæ sed quo? Rogabant, ut ipsis eadẽ iterũ loquerentur, & operibus studium declarabãt. Vide ubiq; obsecrantes, non recipientes simpliciter, nec adulantes. Idcirco dicebat, Qui. s. colloquentes cũ illis suasserunt, ut perseuerarent in gratia dei. Quare ante hoc non cotradicebant? quia tunc nõ increduli tacebãt. Vides, quòd ubiq; affectionibus mouebãtur. Et nõ cõtradicebant solum, sed & blasphemabãt. Etenim malitia nunquam sistit, sed uide dicendi libertatem. Vobis erat, inquit, necessarium primũ dici sermonẽ dei, quoniã autem repulsistis illum. Nihil cõtumeliosè dictum. Quòd sanè & prophetis faciebant. Ne loquamini nobis, inquit, locutione. Quoniam autem repulsistis illum, inquit, non nos. Non enim contumelia nostra, uestra tantũ est. Ne enim quis pietatis esse putet, dicit: Indignos iudicastis uos ipsos. Quocirca primùm dixit, Repulsistis illum: & tunc, conuertimur ad Gentes. Verbum hoc mansuetudine plenũ est. Non dixit, de relinquimus uos: ostendens quòd posſibile sit se iterum huc conuerti. Et hoc nõ propter uestram contumeliam factum est. Sic enim præceptum est nobis. Itaque oportet adire Gentes, ueruntamen hoc non ex nobis facimus. A uobis autẽ factum est, quod à nobis oportebat. Sic. n. præcepit nobis dominus. Posui te in lucem gentium, ut tu sis in salutem: hoc est, in cognitionem quæ est in salutẽ & non simpliciter gentiũ, sed omnium. Hoc sanè manifestat dicendo, Quotquot ordinati sunt in uitam æternam. Et hoc indiciũ est, quòd illi iuxta uoluntatem dei assumãtur. Ordinati autem, inquit, ut nõ ostendat, quòd per necessitatẽ. Quos enim prægnouit, inquit, & præfiniuit. Non iam in ciuitate dispersi sunt, sed etiam in regione. Nam cũ audissent ij qui ex gentibus etiam ipſi paulò pòst accesserunt, Iudæi autem cõcitabant religiosas mulieres, & excitarunt persecutionem. Vide etiam quòd mulieribus illis authores sui furoris fiunt. Et eiecerunt illos, inquit, à finibus suis: Nõ à sola ciuitate, sed ab omni regione. Deinde hoc terribilius. Discipuli autẽ, inqt, implebantur gaudio & spiritu sancto. Persecutionem patiebantur magistri, & illi gaudebant. Vidisti quãtam uirtutem natura euãgelij habet? Afflixerũt, inquit, animas Gentiũ contra fratres: hoc est, calumniati sunt apostolos, & innumera mala contra illos dixerunt, & cum sine fuco essent malignè affecerũt. Et uide quomodo semper deo totũ adscribit: *Multo tempore*, inquit, *morati sunt, cum fiducia loquentes per dominũ, qui teſtimonium dabat ſermoni gratiæ ſuæ.* Num hoc imminutionis esse putas, quando enim dicebãt Qui testimonium dedit, inquit, sub Pontio Pilato? tunc loquendi libertas ostendebatur. Hic autem de populo dicit: *Non expectabant igitur, ſed uidebant impetum & confugerunt in ciuitates Lycaoniæ, Lyſtran, & Derben, & ſimitimam regionem.* Hic minimè feruorem illorum extinguere licebat. Et ita etiam in regionib⁹ & non in solis ciuitatibus aggressi sunt. Vide etiã Gẽtium simplicitatem, & Iudæorũ malitiam, operib⁹ declarabant se dignos qui audirent, & ita ob sola signa illos honorabãt. Illi quidem ut deos colebãt, hi uerò ut sceleſtos persequebantur. Et illi nõ solũ non offendebantur prædicatione, sed etiam dicebant: *Dij in ſpecie hominum deſcenderunt ad nos. Iudæi aũt offendebantur. Vocabant autẽ*, inquit, *Barnabã quidem Iouem, Paulum autem Mercurium.* Mihi uidetur etiam ab aspectu uenerabilis fuisse Barnabas. Etiam hæc tentatio non parua, ab immodica obseruandi nimietate prodiit, uerum & hinc apostolorum uirtus ostenditur. Et uide quomodo ubiq; omnia tribuũt deo. Hos & nos imitemur. Nihil nostrum esse putemus, quandoquidem & ipsa fides nõ est nostrum opus. Quòd autem nõ sit nostrũ, sed magis dei, audi Paulum dicentem, Etiam hoc nõ ex nobis, dei donum. Ne igitur sublime sapiamus, ne inflemur, cũ simus homines, terra ac cinis, fumus & umbra. Dic enim

G oro, quare superbis? Eleemosynas dedisti, & pecunias expendisti. Et quid hoc? Cogita, si non uoluisset deus te facere diuitem. Cogita eos q inopia premuntur. Immo cogita, quot ēt corpora impēderūt: & postq̄ plurima erogarūt, seipsos miseros dixerūt, Tu autē pp te ipsum dedisti: Christus non te opus habet. Vide quā incerta futura. Et ne superbi, sed time, ne uirtutē arrogantia pessundet. Vis re ipsa bonum aliquod opus facere? Nunquā præsumas tanquam de magnis operibus. Num uirgo es? Sed & illæ, cū uirgines essent, nullū à uirginitate, pp inhumanitatē ac crudelitatem fructum reportarunt. Nihil conferendum humilitatis uirtuti. Ipsa enim mater est ac radix, & alumna, & fulcimentū, & uinculum bonorum. Sine illa, abominabiles & scelesti & immundi sumus. Esto enim quis mortuos suscitet, ac claudos sanet, leprosos purget, cū superbia: nihil eo contaminatius, nihil magis impium, nihil sceleſtius. Nihil tui ipsius esse puta. Industria uales, & docendi gratia: ne propterea putes, quòd plus alijs habeas. Id circo maximè humiliari, ac modestia uti debes, qa
H plura assecutus es dona. Cui. n. plus remissum est, plus diliget. Igitur & modestia opus est, quòd alijs p̄teritis te respexit dominus. Time ob hāc rē. Sępe. n. tibi & perditionis causa fit, nisi sobrius sis. Cur superbis, quòd doces sermonib⁹? Perquā facile est philosophari uerbis. Doce me uita tua. Hæc doctrina optima est. Dicis, quòd opus est modestia: & tu procul ab hoc sermone recedis, & rhetoricaris, nullo prohibēte, uerbis diffluens. Sed te melior ille, inquit, q opere ribus docet. Non. n. sic insident aiæ uerba ac opera. Quoniā si nō habueris opus bonū, nō solū nō proderis loquendo, sed ēt plus nocebis, utiliusq; fuerit tacere. Quare? Quia opus mihi proponis, ac si impossibile foret. Cogito. n. mecum, Si tu qui tanta loqueris nō facis, multò magis ego uenia dignus sum,
Psa.49.c nihil tale dicens. Idcirco, inquit propheta, Peccatori, inquit deus, ut quid tu enarras iustificationes meas? Maius. n. hoc dānum, quando bene quis docet uerbis, & operibus doctrinam impugnat. Hoc multorū in ecclesia malorū causa est. Ea pp & ueniam date, oro, quòd prolixior sum in hac causa. Multi ut in
I mediū procedant, multa faciunt: & ut longū sermonem facere possint: & si applaudentem multitudinē habent, quasi regnum adepti sint, gaudēt: si aūt cū silentio claudatur sermo, tristitia maior illis è silentio, quā ex gehēna. Hoc subuertit ecclesias, quòd & uos non quæritis audire sermonem, qui cōpungere possit, sed qui oblectet, & tinnulo strepitu, & uerborū cōpositione, quasi citharœdos & cātores audiētes: & nos frigidē & miserè facim⁹, nostras affectiones sequētes, quas eiicere oportebat. Et idē fit ac si pater uidēs puerū, quē supra modum tenerē amat, ęgrotū: illi frigida & quæcunq; oblectant, porrigat, quę aūt utilia, minimè curet. Deinde quādo obiurgatur à medicis, rationē reddat, dicens: Quid patior uidēs flētē puerū, ferre nequeo. Miser & ęrumnose ac proditor, neq;. n. talem patrem dixerim. Et quantò satius fuerit paruo tpe tristitia affectū, perfectæ sanitati restitui, quàm temporariam illam gratiā perpetuæ tristitiæ causam fieri? Hoc etiam nobis accidit. Flosculos uerborum & compositionē & harmoniā curiosius sectamur, ut canamus, non ut prosimus: ut simus in admiratione, nō ut doceamus, ut oblectemus non ut cōpungamus: ut plausu & laudibus obtentis abeamus, non ut mores cōponamus. Cre
K dite mihi, non dicerē alioquin, quoniā quādo inter dicendū plausum excito, per illud quidē tēpus, humanū quiddā mihi accidit. Cur. n. uerum quis nō dicat, & distrahor & diffundor: ubi aūt domū redeo, & intelligo plaudēres sine fructu abiisse, & si fructū accipere poterant, à plausu & laudibus periisse: ploro, & gemo, & lachrymor, & quasi frustra omnia dixerim sic afficior, mihiq; ipsi dico: Quæ sudorū meorū utilitas, si auditores è uerbis meis nullū fructum accipere uolunt? Et sępius cogitaui ponere legē plausus prohibentem, & suadentē, ut cum silentio & cōuenienti decētia audiatis. Sed sustinete oro, & credite mihi, & si placet hanc nunc legē firmabimus, ne quis auditor plaudat quandiu nos loquimur. At si uoluerit admirari, admiretur silens, nemo est qui prohibet. Omne autem studiū & alacritas in id collocetur, ut quæ dicuntur, accipiātur. Quare applausistis? De hoc legē pono, Vos aūt nec audire potestis. Multorū bonorū causa erit philosophię; schola. Differebant & exteri philosophi, nec tāmen plau-
L su excipiebātur unquā. Et apostoli concionabātur, & nunquā hoc accidit, quòd auditores dicētē plausibus interturbarint. Magna ex ea lege nobis utilitas, sed stabiliamus illam, cū silētio oēs oia audiam⁹ & dicamus. Nam si quidē post plausus abierimus habētes ea q̄ audium⁹, maximè profectò neq; sic laus erit utilis. Verū non inuestigarim accuratius, ne me quis rusticitatis accuset. Quoniā aūt nihil ultra reliquum, nisi damnū, soluamus impedimētum, tollamus plausus incōpositos, eiiciamus uincula animæ. Sed nullus qd dicat, donec finiatur sermo. Christus concionatus est in monte, & nullus quippiam dixit, donec sermonē finiuisset. Nihil damni affero his qui uellent plaudere, sed magis admirari faciam. Multō melius est cum silentio audientē, propter memoriā omni tempore plaudere, & in domo, & in foro, q̄ amissis omnibus redire uacuos domum, & nescire plausus causam. Quomodo auditor ille non ridiculus? Quomodo nō adulator & irrisor putabitur magis? Dum asserit quidem, doctorem bene dixisse, nescire autem se quid dixerit. Hoc adulationis est. Ei
M qui citharœdos & tragœdos audit, meritò id accidit, utpote similem orationem dicere nescienti. Hic autē nec modulationis, nec uocis ostentatio est, sed sensuum ac philosophiæ potentia, quæ cuiq; dicere ac annunciare non difficile. Quomodo non dignus uituperatione, qui nō potest dicere causam propter quam laudauit dicentem? Nihil ita decet ecclesiam, ut silentium, ut morum compositio. Turbationes ad theatra pertinent, & balnea, & pompas, & fora. Hic autem de talibus dogmatis doctrina, tranquillitas & silentium, & boni mores, & portus magnus esse debet. Hæc oro & supplico, ut omnes sciant. Conor enim etiam ego omnigenos modos inquirere, quibus uestris animabus prodesse queam. Est autē & ille non minimus. Non uobis solis proderit, sed etiam nobis. Non sinet excidere, neque laudes & gloriam diligere, neque oblectantia loqui, sed utilia: neque in compositionem & ornatum uerborū, sed in sensuum uirtutem omne temporis momentū collocare. Ingredere in pictoris officinam, & uidebis multū illic silentium. Igitur & hic sit. Etenim etiam hic regias pingimus imagines, & nullā priuati hominis, propter colores uirtutis. Quid hoc, iterum plaudi-

A ditis? Num facilis res uidetur, idq; nō natura, sed cōsuetudine multa, nondū didicisse istud facere? Stylus igitur, est nobis lingua. Artifex autē, spiritus sanctus. Dic oro, num in sacramentis tumultuatio quędam, uel turbatio? Quando baptizamur, quādo alia omnia facimus, nōne silētium & quies alia oīa detinet? Hæc in cœlo pulchritudo dispersa est. Hanc ob rem & apud gentes malè audimus, quasi ad ostētationē omnia faciētes, & ad gloriæ studiū. Sed si hoc prohibeatur, ēt primarum sedium amor extinguetur. Sufficit si quis laudes amat, quòd eas postq̄ auditus est assequitur, quando fructus colligit. Valde oro firmemus hanc legē, ut oīa facientes, prout domino placet, illius misericordiā mereamur, gratia & miseratione unigeniti illius, dominiq; nostri Iesu Christi, cui cū patre simul & sancto spiritu gloria, honor, imperiū nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Auditis his apostoli Barnabas & Paulus disruptis uestibus suis exilierunt in turbam, clamantes ac dicentes:
Viri, cur hæc facitis? Nos similiter passibiles uobis
B *sumus homines, euangelizantes uobis, ut ab*
his uanis conuertamini ad deū uiuentem
qui fecit cœlum ac terram & mare, &
omnia quæ in illis. Homil. xxxi.

Ide ut apostoli oia magna cū uehemētia fa
u ciunt, disruperunt uestimēta, insiluerunt, clamarūt, oīa ex affectione aiæ procedūt, auer
santur ea q̄ facta, & luctus signa faciunt. Luctus. n. erat uerè luctus nō admittens consolationē. Si quidem pro dijs haberi uoluissent, itroduxissent idololatriā quam destruxerant, q̄ diaboli opus. At illi non tacent. Et quid dicunt? Etiā nos uobis similiter passibiles, hoies sumus. Statim ab initio subuerterunt uitium. Nō dixerūt simpliciter homines, sed sicut uos. Deinde ne uideantur deos honorare, audi quid adjiciunt: *Euangelizantes uobis, ut ab his uanis conuertami-*
Ps.145.a *ni ad deum uiuentem, qui fecit cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis.* Vide quòd hic nunq̄ propheta rum sunt memores, neq; dicūt, cuius gratia is q omnium est conditor, gentes reliquit propria lege frui. *Qui in præteritis generationibus permisit omnes gētes ire*
C *in uijs suis.* Dicit quidē quòd permisit. Quare aūt permisit non iam addit, sed in hoc ad quod festinabat, subsistit, nusquam Christi nomē ponēs. *Quanquam non expertem testimonij seipsum esse sinebat, beneficia de cœlo conferens uobis, dans pluuias ac tempora fructifera, implens cibo ac lętitia corda uestra.* Vide non uult accusationem eorū exaggerare, sed magis docet eos, ut totū in deum referant. Didicerant. n. non tantam habendā dicendi curam dignum aliquid de deo, quantam ut auditoribus utilia dicantur. Vide q̄ latenter accusationē ponit, quanuis etsi palàm taxasset, probè egisset. Oportebat. n. puniri illos qui tantis bonis fruebantur, & nutritorē suū non agnoscebant. Non dicit aūt manifestè, sed insinuat: Cœlitus nobis pluPsal.4.a uias, inquit, dans. Ita & Dauid dicebat: A fructu frumenti, & uini, & olei sui multiplicati sunt. Et sæpe de cōditione disserens, hęc in mediū affert. Quin & Hieremias de primo opificio, & deinde de pluuijs narrans prouidentiam dei cōmendat. Atq; ille inde edoctus, inquit, Implens alimento & lætitia. Cum largitate alimentū, & non solū ad frugalitatem ac usum. Et hæc dicentes uix cōpescuerunt turbas ne sibi immolarēt. Et hoc maximè admirati sunt. Vides quòd hoc contenti sunt, quòd turbā ab hac insania libera D runt? *Superuenerunt autem ab Antiochia & Iconio Iudæi quidam, qui cum persuasissent turbis ac lapidassent Paulum, traxerunt eum foræ portam, putātes illum mortuum esse.* Reuera diaboli filij. Non in ciuitatibus suis solū, sed ēt extra illas hæc faciebant, tantoq; studio anhelabant tollere prædicationem, quanto apostoli erigere moliebantur. Et cū persuasissent, inquit, turbis, & lapidassent Paulum, traxerunt foras portā. Hic im- 2.Co.12.b
pletur, Sufficit tibi gratia mea. Virtus. n. mea in infirmitate perficitur. Maius hoc erat q̄ claudum sanare. Gentiles quidē ut deos putabāt, hi aūt traxerūt persuadentes turbis. Non. n. uerisimile erat admirari illos. Et uide, In ciuitate illa, in qua tam admirabiles fuere, in eadem grauia patiebantur. Id quoq; uidentibus proderat. Quòd aūt etiam propter hoc permit 2.Cor.12.
tebantur pati, audi hoc ipsum manifestantē ac b
dicentem: Nequis me putet esse supra id quod uidet me, uel audit aliquid ex me. *Vbi autem discipuli circumdederunt eum, surgens ingressus est in ciuitatem.* Vides alacritatem? Vides desiderium feruens & successum? Iterum in illā ipsam ciuitatem ingressus est, & ut mō E
stretur quòd si alicunde & secesserit, uelle per hoc seminari uerbū, & non extinguendum propterea esse illorum desiderium. Hæc non minus claros reddebāt, quàm signa, magisq; gaudere faciebant. Nusquam autem dicit quòd reuersi sunt, ubi signa fecerūt: sed ubi meruerant pro nomine illius ignominiosi habeLuc.10.c
ri. Nam ēt hoc à Christo didicerant dicente, Ne gaudete, quòd dæmonia uobis subijciuntur. Etenim reuera gaudium & purū est, pati aliquid propter Christum. Deinde in ciuitates oēs redierunt, in quibus pericli tati fuerunt. Et *postero die exijt cum Barnaba in Derben, cumq; euangelizassent ciuitati illi ac docuissent multos, reuersi sunt in Lystram, et Iconium, & Antiochiā, confirmantes animas discipulorū, obseruantes ut maneant in fide, & quòd per multas afflictiones oporteat intrare in regnum dei.* Hoc dicebant, hoc monstrabant. Confirmantes, inquit, animas discipulorum, atq; ita confirmati fuerunt, immo appositi sunt. Prædicebāt igitur ne offendantur. Atque tam discipuli q̄ apostoli, operam dant, ut discant statim ab initio prædicationis uirtutem, & quòd ēt ipsos oporteat talia pati, & F
ut generosè stent, non solū signa stupentes, sed multò magis tentationes. Idcirco & ipse dicebat: Eundē agonem habentes sicut uidistis in me & audistis. Vbiq; prælia, pugnæ, lapidationes. Qualis adhortatio, statim ab initio afflictiones proponere. Sequitur & alia cōsolatio: *Cum autem suffragijs delegissent illis seniores per ecclesias, orassentq; cum ieiunijs, commendauerunt illos domino in quem crediderant.* Vidisti feruorem Pauli, cū orassent, inquit, cum ieiuniis commendauerūt illos domino. Vide cum ieiunijs fiunt ordinationes. Iterum ieiunium, purgatio est animarū nostrarum. *Et cum pertransissent Pisidiam, uenerunt in Pamphyliam, & cum locuti essent sermonem Pergæ, descenderunt in Attaliam.* Ira cundis quidem illis cedit, mitigatos autem accedit. Vides quòd non omnia per mira culorum gratiam, sed etiam propria diligentia multa dispensabant. *Et illinc soluerunt in Antiochiam, unde erant traditi gratiæ dei in opus quod impleuerunt.* Quare iterum ueniunt in Antiochiam? ut annuncient q̄ illic facta. & aliter: Etiā hoc loco magna res agitur. Oportebat enim cū fiducia iam prędicare gentibus, ueniunt igitur ut hæc annuncient, & scire possint.

G Et agebatur hoc tunc, ut hi qui prohibuerant conuersari cũ gẽtibus, magna nũc sumpta fiducia à Hierusalem abeant. Vel ẽt aliter: Ostendit illorũ mores non pertinaces. Veniunt igitur magnã præ se ferentes fiduciã, quòd ẽt absq; illis gentibus prædicassent, & obedientiam quòd illis referunt, non.n. arroganter gloriabãtur talia se fecisse. Vnde erant traditi, inquit, gratiæ dei. ẽt spiritus dixerat: sed q̃ sunt spiritus, sciebat esse filij. Vna.n. potestas, sicut una natura & filij spiritus. *Vbi autem aduenerunt & congregauerunt ecclesiam, annunciarunt quæcunq; fecit deus cum illis, & quòd aperuit deus Gentibus ostium fidei. Commorati aũt sunt illic tempore non paruo cum discipulis.* Meritò, magna enim erat ciuitas, & doctoribus egebat. Videamus iterũ quæ sunt dicta. Isto spectaculo terruerũt eos disruptis uestibus. Hoc & Iesus Naue fecerat in populi strage. Ne igitur putes indignũ illis esse, & ipsorum moribus. Etenim nõ aliter cõpressissent illorũ impetũ, nec aliter incendiũ extinxissent. Quando igitur opus fieri talia, & nos quoq; ne detractemus. Si igitur & post hęc uix persuaserũt, nisi hoc fecissent
H quid factum fuisset? Nam nisi sic egissent, putati fuissent superbi esse, & talẽ honorem cocupiscere. Et uide sermonẽ in medio stupore, q̃ moderatus fuerit, miraculoq; plenus & stupore. Hoc maximè illos prohibuit qđ dicunt, Et nos sumus similiter ut uos passibiles hoies, euãgelizantes uobis quod à uanis illis conuertamini ad deum uiuentẽ. Quasi dicerent, Homines quidẽ sumus, inquit, his aũt maiores, hæc.n. mortua. Vide illos nõ confutare solũ, sed ẽt docere,
Ps.145.a & nihil de inuisibilibus loqui. Qui fecit, inquit, cœlũ ac terrã, & mare, & omnia quæ in illis. Testes illos dicit, an nos? O insaniam Iudaicam. Ausi sunt ingredi ad populũ qui tãtum honorẽ apostolis dederat, & lapidare Paulum? Extra aũt portam traxerũt, forsan timẽtes illum. Et adorantes, inquit, cum ieiunijs, cõmendarunt illos domino. Et ieiunandum docuerũt in tentationibus. Non dixerunt, Quæcunq; ipsi fecerant, sed quæcunq; deus fecerat cũ ipsis. Mihi uidentur tentationes dicere. Non simpliciter uenerunt illuc, neq; quiescẽdi gratia, sed miro spiritus sancti ductu, ita ut prędicatio gentium cõfirmetur. Et quare,
I inquit, in Cypro non fecerunt presbyteros, neq; in Antiochia? Quia illa quidẽ erat apostolis, ista autem propinqua Antiochiæ. Et uerbum inualescebat. Hic aũt multa opus erat cõsolatione, maximè enim qui ex Gentibus erant, multũ doceri debebant. Venerũt docentes, unde meritò ordinati fuerunt à spiritu. Et uide feruorẽ Pauli. Nõ rogat an oporteat loqui Gen-
Gala.1.c tibus, sed statim loquitur, idcirco dicit: Nõ acquieui carni & sanguini. Magnum bonum est persecutio, & magnæ ac generosæ animæ opus. Quot post hoc crediderunt, & nullis sic fulsit, ita nobis ubiq; alacritate opus est, & multo feruore, anima ad mortẽ parata, neq; aliter regnũ acquiritur, nisi crucifixus. Ne decipiamus nosipsos. Si enim in bello seruari impossibile est, delicatè agẽtem, & lucri cupidiorem, negociantemq; & ignauum, quantò magis in hoc prælio? An non putatis nunc esse bellum, difficillimum omnium? Non est nobis, inquit, certamen contra carnẽ
Ephe.6.b & sanguinem. Et prandentibus, & ambulantibus, & lauantibus adest inimicus. Nescit enim quietis tẽpus nisi somni, immo & tunc sæpiùs oppugnat, & cogitationes immittit immundas, & à somnijs intemperatiores reddit. Nos aũt quasi parua res sit, propter quã ille prælietur, non sumus sobrij, neq; excitamur, K neq; uidemus in multitudinẽ aduersariarum nobis potestatum, non cogitamus quòd istuc ipsum maxime infelicitatis est: at dum in tantis periclitamur, agimus ac si pax esset. Credite mihi, grauiora nũc sunt quàm ea quæ Paulus ipse passus est. Miserunt tũc la- Hic sup.
pides in Paulũ, at nunc impetunt uerbis q̃ lapidibus grauiora. Quid igitur oportet facere? Id quod ille fecit. Eos qui lapidarunt, odio nõ habuit, sed cũ extra xissent ipsum, iterum ingressus est in ciuitatẽ, benefacturus his qui iniuria affecerant. Sic tuleris & tu asperum conuiciatorẽ, & iniustitia te opprimentem, lapidersq;. Ne aũt dicas, nihil iniustè feci. Quid enim iniustè egit Paulus? regnum annunciauit, ab errore depulit, deo adduxit. Hæc coronis, hæc prædicatione, hæc innumeris bonis digna, nõ lapidibus, attamen cõtraria passus est. Ista.n. clara uictoria est. Et traxerunt illũ, inquit. Et te sępius trahunt, sed ne irascaris, sed prędica sermonẽ in mansuetudine. Contumelia te affecit, tace & benedic, si potes, & sic prędicasti ẽt tu sermonem, docuisti iustitiam, docuisti mansuetudinem. Scio plerosq; non ita uulneribus, ut uerborũ L
plaga sauciari: nam illud quidẽ uulnus corpus suscipit, hoc aũt anima, sed ne doleamus, immo dolẽtes sustineamus. Non uideris athletas saucio capite, stridentes dentibus strenuè ferre dolores? hic autẽ non opus stridore & morsu dentium. Memor esto domini tui, hoc pharmacũ statim imposuisti memoriæ. Memor esto Pauli. Cogita quòd qui cæderis uincis, ille aũt qui cædit uincitur, & totum per hoc curabo. Momentũ est, ne simul rapiaris, & totũ statim effeci sti, ne mouearis, & totum extinxisti. Magna consolatio est aliquid propter Christũ pati. Nõ prædicas sermonem fidei, sed prædicas sermonẽ philosophię. At quando alius, dicis, magis me mansuetũ uidet, hoc magis infestat. Igitur propterea doles, quòd magis tibi merces crescet? Sed inutilis erit mansuetudo, inquit. Hoc tuę pusillanimitatis excusatio est, aliter inutilis fit, si ulciscaris. Ignorabat nẽ deus iniustis inutile, si non sumatur ultio? Si sciuisset, non præcepisset. Verũ dixit, Ne ulciscaris teipsum. Sciebat utiq; quòd hoc magis conducit. Ne pone deo legẽ contrariam, obtempera illi, non es tu melior eo qui fecit nos, Di M
xit, cõtumelia affectus fer. Tu dicis, retaliabo, ut nõ fiat inutilis. Tu igitur maiorẽ curam habes q̃ ille. Affectionis, & asperitatis arrogãtiæ uerba hæc sunt, & quòd contra deũ lex ponatur. Nã licẽt damno afficeretur, num obedire oportebat, quando deus aliquid præcepit, ne ponamus nos legẽ cõtrariam? Responsio, inquit, submissa auertit iram. Itaq; hoc facit submissa non aduersaria. Si tibi prodest, & illi prodest: si aũt tibi nocet, quî correcturus es illum? Medicẽ, cura teipsum. Dixit malè, lauda tu: conuicia dixit, Luc.6.d
dic tu præconia: insidiatus est, benefac tu, diuersis illi retalia, siquidem omnino illius salus curæ tibi est. Et ne uelis ob tuas affectiones ulcisci. At dicis: Sæpius lõganimitatẽ expertus, deterior factus est. Hoc non apud te, sed apud ipsum. Vis discere quanta pas- 3.Re.19.b
sus est deus? Altaria illius subuerterant, prophetas occiderant, & oia ferebat. Non poterat fulmen supernè demittere? Sed quãdo prophetas misit, & occiderunt illos: tunc Iesum misit, quando maximè impiè agebant, tunc plurimũ benefecit. Et tu si uideris exasperari, tunc magis cede, maiore enim cõsolatione furor ille indiget, quantò molestioribus contu-

A meliis insequitur, tãtò maiore mãsuetudine illi opus est. Et sicut incendiũ quãdo maximè flat, tũc magis opus, ut cedatur: ita & ira flagrantem bestiã, quando maximè effera est, oẽs effugimus, ita nos & irascentem. Nec putes hoc esse honorẽ, alioqui & bestiã honoraremus, & furibundos honoraremus, si deuitaremus. Ignominia est & cõtumelia, imo non ignominia & cõtumelia, sed & misericordia & humanitas. Nõ uides nautas, quãdo uehementer flat uentus detrahere uela, ne subuertatur nauis? Eques quãdo se equi simul rapiunt, laxat, & nõ retinet frẽnum, ne sua sponte uim euacuet? Hoc & tu fac. Ignis est furor, flamma acuta est indiga materiæ, ne supetas igni materiã, & statim extinxeris malum. Non habet à seipsa robur ira, nisi alius sit q̃ illã alat. Nullã excusationem habes, ille detinetur furore, & nescit quid facit. Tu considerans illũ, quando in eadẽ incides, & neq; illius exemplo sapientior efficeris, qualis uenia? Si in conuiuio quis factus uideret in uestibulo aliquem inebriari & turpiter agere, deinde ipse iisdem uitiis irretiatur, nonne post illum hic multò
B minus uenia dignus fuerit? Sic & hic, ne putemus defensionem dicere: Ego nõ cœpi. Hoc cõtra nos est, quia neque illius turpitudine uisa tẽperatiores facti sumus. Quemadmodũ si dicat qs ego nõ prim⁹ occidi. Eaproprer pœna dignus es quòd neq; exẽplo uiso melior factus teipsum continuisti. Si uideris ebriũ uomere, dilacerare, disrumpere, oculis toruis uidere, immundicia mensam implere, omnes illum fugere: deinde in illam ipsam incidas ebrietatem, nonne magis eris odibilis? Talis est etiã qui iascitur, plus quam uomens, inflat uenas, incendit oculos, disrumpit uiscera, uomit uerba, illa immundicia magis impura, omnia non commanducata, sed cruda loquitur, nihilq; perfectum. Non enim sinit ira. Sed sicut illic sæpe humorum nimietas, stomachum perturbat, omniaq; euacuat: ita & hic caloris nimietas, perturbat animam, nec sinit latẽre quæ silere deceret, sed dicenda ac non dicenda effutit, non audientes, sed seipsum confundens. Sicut igitur uomẽtes fugimus, ita & irascentes. Quid faciendum? Puluerem super uomitum illorum ponemus, tacendo
C canes uocemus, ut & illa euomita deuorent. Scio quòd hæc audientibus uobis nauseam cient. Verùm tunc sic uos affici uelim, quando illa fieri uidetis, & tunc non oblectari. Conuiciator enim immũdior est cane, qui ad uomitum suum reuertitur. Ille enim ut semel euomuerit cessat, nec erit sicut ille: & si iterum eadem uomit, manifestum, quòd eadẽ edit. Quid igitur illo abominabilius? quid immundius illo ore, quod eosdem cibos uomitos manducat? quanuis hoc naturæ opus: illud autem minimè, immo & hoc & illud præter naturam est. Quo? Non enim sẽdm naturam est, sine causa conuiciari, sed præter naturam. Igitur nihil quidem ut homo loquitur, sed alia ut bestia, alia uerò ut furibundus. Itaque sicut corporum morbꝰ præter naturã est, ita & hoc: & quia præter naturam est, si in illo moretur, paulatim perit. Mallem assidere homini lutum edẽti, q̃ talia loquenti. Non uidetis porcos stercora deuorare, & suauiter glutire? ita & illi. Quid.n. fœdius quã uerba quæ contumelioſi conuiciatores loquũtur? Nullum autem illis studiũ est, uel sanum, uel mundum aliquid dicere sed quicqd fœdũ, quicquid turpe hoc & facere & loqui solent. Hoc sanè grauius, quòd dũ seipsos magis confundunt, alios cõfundere putant, D
& manifestum est inde. Ne.n. mihi dixeris illos mendacia dicere, sed sit quædam insignis meretrix, uel alius quispiam è fornice, & faciat cum illo pugnam: postea ille huic hæc loquatur, & hic iterũ illi similiter, uter magis contumelia affectus erit: nam ille quidẽ, ea quorum reus est, audit: hic autem, ea quorũ non est reus: & ita illi quidẽ, nihil accesit ad confusionẽ sermonis, huic autem plurimũ. Iam sint quædã iterum per opera facta, & solus ille qui contumelia afficit, ea sciat: & qui anteà siluerit, per conuicia nunc diuulget: etiam hic pp hoc magis conuicio sese infamabit. Quo? præco malitiæ factus, in suspicionem uenit, quòd malè conscius & fide indignus loquatur, uidebitq; oẽs statim se obiurgare, & talia ubiq; dicere. Si enim homicidij conscius erat, omnino anteà enunciare oportebat, & hunc quidem quasi nõ sit homo auersantur, odẽre bestiamq; esse dicũt esseram & crudelem: huic aũt magis quã illi ignoscunt. Eos enim qui uulnera habent, horremus, si tegere cogantur & monstrent: ita & hic contumelia afficit, non illum, sed etiam seipsum, & audientes, & cõmu- E
nem hominum naturã, uerberauitq; auditorem, & nihil boni fecit. Idcirco Paulus inquit: Siquis bonus *Eph.4.g*
sermo ad ædificationem, ut det gratiam audientibꝰ. possideamus linguam honestã loquentẽ, ut simus desiderabiles ac amabiles. Verũ eousq; malitiæ peruenerunt omnia, ut q̃ potissimũ uelare oportebat, in his plerique glorientur. Multi.n. in hunc modum minantur: Nõ potest lingua mea ferre uerba uxoris uetulæ ebriæ ac fœde agentis, & eorum qui in foro exibilãt, & traducunt. Nihil his uerbis deformius, nihil minus uirile. Nihil muliebrius est, q̃ robur in lingua habere, & in conuicijs superbire, sicut qui in põpis, sicut mimi, & parasiti, & adulatores. Porci magis sunt q̃ hoies, quotquot in hoc gloriantur. oportebat teipsum occultare, oportebat siqs alius hęc de te restaretur, fugere testimoniũ quasi hostile & non uirile. Tu autem conuiciorum præco efficeris. At nihil eũ qui malè audit, nocere poterit. Ideo obsecro ut considerantes quãta malitia sit, quòd & gloriantur quidem, resipiscamus, emẽdemus eos qui sic insaniunt, tollamus hos è ciuitate cœtus, ornemus lin F
guã nostrã, liberemus eam ab omni accusatione, ut purificati à peccatis, supernã beneuolentiã nobis cõciliare, & dei misericordiã mereri possimus, Gratia & miserationibus unigeniti illius, cũ quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperiũ, honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Commorati autem sunt illic tempore non paruo cum discipulis. Et quidam descendentes à Iudæa docebant fratres: Si non circuncidimini more Mosaico, nõ potestis seruari. Cap.xv.

Homilia. xxxij.

Ide ubiq; transitũ ad gentes, necessariũ initium à Iudæis habere. Ante hoc qui obiurgabatur, rationẽ reddebat, & ad defensionem omnia loquebatur, id qđ sermonẽ magis gratũ reddebat, quòd Iudæis auersantibus uenit ad gẽtes. Hic iterũ uidẽs aliũ excessum oriri, legẽ statuit. Quoniã.n. utpote à deo docti apostoli, sine discrimine oĩbus loquebãtur: & hi q ex Iudęis erãt ad zelũ prouocabãtur, nec docebãt simpliciter circunci-
u sionẽ, sed sine illa saluari non posse. Cuius contrariũ tempestiuè nunc dicitur: Si circuncidimini, non po

G testis seruari. Vides cõtinuas tentationes intus & foris? Pulchra autẽ dispensatione hoc agitur, Paulo prę sente ut contradicat. Et non dixit Paulus: Quid? nõ merebor fidẽ à tantis signis? sed dissérit p̃ illos. Et uide ut iam oẽs discunt, quæ contigerant inter gentes, ẽt Samaritani & gaudent. *Itaq; facta seditione, & disputatione non parua Pauli & Barnabæ contra illos, statuerunt, ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis ad apostolos & seniores in Hierusalẽ super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phœnicẽ & Samariam, annunciantes conuersionẽ gẽtiũ, & faciebant gaudiũ magnũ fratribus omnibus. Vt autẽ uenerunt in Hierusalẽ, susceptí sunt ab ecclesia, & apostolis & presbyteris, annunciantes quæcunq; deus fecit cũ illis.* Vide quãta ordinatione singula facta sunt. *Surrexerunt aũt quidã ex secta Pharisæorũ, qui crediderant, dicentes, quòd oportet circuncidere illos, & præcipere eis ut seruent legẽ Mosi. Cõgregati sunt aũt apostoli & seniores, ut dispicerent de sermone hoc. Multa autem disceptatione facta, surgens Petrus dixit ad illos:* Viri fratres, *uos scitis quòd à diebus antiquis deus in uobis elegit per os meũ, ut audiant*
H *gentes sermonẽ euangelij, & credãt.* Vide Petrũ hactenus separatũ à negocio, & Iudaizantẽ: Vos scitis, inquit. Aderant forsan ex his quocauerũt illũ ad Cornelium olim, & ingressi cũ illo, & propterea adducit illos testes. A diebus antiquis in uobis elegit deus. Quid est, In uobis? Hoc est: In Palestina, inquit, uel prẽsentibus uobis. Per os meũ. Vide ut ostedit deũ per illum loqui, & nihil esse humanũ. *Et cordiũ cognitor deus testimoniũ dedit illis.* Ad spiritus testimonium ducit illos. *Dãs illis spiritum sanctũ sicut & nobis.* Vide quomodo ubiq; æquat gentes, & nihil diiudicat inter nos & illos. Fide purificatis cordibus illorum. A sola fide, inquit, illa assecuti sunt, & non operibus uel circunciſione. Etenim hæc non dicunt solũ pro gentibus rationem reddentes, sed etiam illos à lege abducere cupientes. Verũ iam hoc nondum dicunt. *Itaq; nunc quid tentatis deum', ut imponatis iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neq; nos potuimus portare, sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus seruari, quemadmodum & illi.* Quid est, tentatis deum? Cur increduli estis, inquit, deo? quid ten
I tatis illum quasi non possit seruare fidẽ? Itaq; infidelitatis est legem inferre. Posteà ostendit etiã illis non fuisse utilem, & totum in legem, non in illos reijcit, & accusationẽ sistit ac moratur. Quod non potuimus nos & patres nostri portare, sed per gratiã domini nostri Iesu Christi credimus seruari quemadmodũ & illi. Quanta uirtute plena sunt uerba hęc, q̃
Rom.4.a sanè Paulus multis i epistola ad Romanos dixit: hęc & hìc. Si enim Abraham, inquit, ex operib⁹ iustificatus est, habet gloriationẽ, sed non apud deũ. Vides quòd magis hęc docet, q̃ quòd gentes defendit? At si quidem absque occasione hæc dixisset, forsan minimè obseruatus fuisset. Initio autem sumpto hinc, deinde intrepidè loquitur. Et uide ubiq;, quòd oia quæ inimici mouerunt, illis profint. Nam si illi non mouissent, hæc nequaquam dicta fuissent, neque ẽt ea quæ posteà. Hinc discunt, quod si gentes adducere uoluissent, non tamẽ despicere debuerint. Videamus aũt iterũ quæ dicta sunt. In nobis, inquit, elegit deus, & à diebus antiquis. Hoc dixit, ostendẽs quòd olim non nunc. Non parum autem est, quòd etiam Iudæi credentes hoc auersantur. Duob⁹ quod dicit confirmatur tempore & loco. Et quod elegit, bene, sicut in ipsis. Non dixit, uoluit: sed elegit. Vnde hoc K manifestum? A spiritu inquit. Deinde ostendit non gratiæ simpliciter, sed uirtutis testimoniũ hoc fieri, & nihil minus illis exhibitum. Nihil enim diiudicauit inter nos & illos. Igitur corda omnino oportet ingrere. Et opportunè dixit? Cordiũ cognitor deus, testificatus est illis sicut etiã illic. Tu domine cordium cognitor omnium ostende. Nam quòd hoc uoluerit, uide quid dicat. Nihil discreuit inter nos & illos. Quando dixit illorum testimonium, tunc magnum hoc locutus est, id quod Paulus inquit? Neq; circun *1.Cor.1* cisio aliquid operatur, neq; præputiũ. Et ut duos cõ dat in seipso. Omnium horum semina in concione Petri sita sunt. Et non dixit. Inter circunciſos, sed inter nos, hoc est apostolos. Deinde ne uideatur contumelia ex nihilo esse: addit, Fide purificatis cordib⁹ illorum. Et per hoc suspicionem ausert. Expurgauit priorem sermonem, & tunc ostendit non malam legem, sed illos infirmos. Vide quam terribilis finis, nihil ex prophetis narrat illis, sed ex rebus præsentibus quarum ipsi testes erant. Meritò & illi post hac testificantur, & sermonem roborant his iam factis. L
Et uide, in ecclesia permittit primum inquisitionem & disputationem fieri, & tunc ipse dicit: Igitur quoniam non memorat circunciſos, sed gentes. Hoc.n. quod paulò antè inducitur, fiebat firmius: fuisset autem tentantis dicere, num posit etiam post legem seruare? Vide quid facit, ostendit illos esse in periculo, quandoquidem id qđ non poterat lex, potuit fides: quòd si ab hac exciderint, necesse est illos interire. Et non dixit: Increduli estis, id quod fuisset molestius, prẽsertim causa posita. Itaque in Hierosolymis nulli quidem erant ex gentib⁹, sed uerisimile est fuisse Antiochiæ. Quapropter ueniunt, & commorantur illic non paruo tempore. Surrexerunt autẽ quidem Pharisæorum, adhuc ambitionis morbo laborantes, uolẽtes sibi asciscere eos qui ex gentibus. Nõ patiebatur autem hoc Paulus. Postq̃ aut illuc uenit, dogma euidentius factum est. Si enim hi qui in Hierosolymis sunt, nihil tale imperant, multò magis hi. Vides? Quotquot ambitione nõ tenentur, gaudent in fide. Itaq; non narrabantur ea q̃ ad ambitionem, uel ad ostẽtationem pertinebant, sed reddebatur ra M
tio prędicationis erga gentes. Ideo etiã nihil dicunt eorum quæ euenerãt Iudæis. Magna pertinacia Pharisæorum, etiam post fidẽ, adhuc legem tuentur, & non credunt apostolis. Sed uide quã mãsuetè, & nõ cum authoritate loquuntur. Nã quæ talia amabilia, & magis aio figuntur. Vides nusquã sermonum, sed operum & spiritus ostentationem. Attamen etiã tantis muniti orationibus adhuc manſuetè loquuntur. Et uide non ueniunt accusaturi eos qui Antiochię, sed illinc iterum sumũt occasionẽ. Sic meditabãtur quidam prędesse alijs, qui & apostolis nescientibus reprehensi sunt. Attamen nihil horũ isti prætulerunt, at ubi satis probarũt, tũc uehemẽti⁹ scribũt. Etenim æquitas magnũ ubique bonum. Aequitas dico, nõ frigiditas, æquitas non adulatio. Multum.n. hæc interse distant. Nihil exasperabat Paulũ, nihil Petrum. Quãdo habes certa testimonia, quid irasceris? num ut etiam illa infirma reddas? Impossibile est, ut iracũdo persuadeatur. Etiam heri de ira disseruimus, nihil autem prohibet, quin & hodie: proficit .n. plurimũ continuatio. Etenim pharmacũ quòd uim habet mederi uulnus nisi cõtinuo ponatur totũ perit.

A Ne oro putetis quòd desperẽ de uobis, qa subinde de iisdem rebus dissero: nam si desperaremus, planè nihil loqueremur: nunc autẽ quia spes est, quòd multum lucri faciatis, hæc loquimur: Vtinã perpetuò de iisdem loquamur, utinã non sit alia quædã occasio uel cura, sed ut affectionib⁹ nostris imperemus. Quo modo enim non absurdum? Regibus quidem in deliciis uiuentibus, ac tanto honore, nullum alium esse sermonem, uel in mensa, uel in aliquo alio tempore, quàm qũo hostibus queat prẽualere, & propter hoc quotidie cõuentus facit, & capitaneos, & milites delígit, ac tributa petit. Etiã in ciuilibus causis opinor hasce duas rationes necessarias, ut & hostibus imperent, & suos in pace contineant. Nos autẽ neq; somniamus uelle talia dicere. Sed ut seruos quidẽ emamus ac agros, & ut facultates ampliemus, quotidie loquendo nulla satietate oneramur. De rebus autẽ nostris, & uerè nostris, neq; ipsi loqui uolumus, neque alios loquentes sustinemus. De quo igitur, dic mihi, loqui uis? De prandio? sed hæc coquorum sunt uerba. De pecuniis? sed hæc mercatorũ & institorũ sunt. De structuris? sed hæc architectorũ sunt & ædi-
B ficantium. De terra? sed hæc agricolarum. Nostrum autem nullum est opus, quã ut opes animæ acquiramus. Non igitur super illis nobis perpetuò sermo esset? Quare nullus accusat medicos semp de re medica differentes, neq; alios opifices de sua arte loquentes, Quòd si sic nostras affectiones moderaremur, ne admonitione opus meritò quis nobis obiiceret ostentationẽ & ambitionẽ: immo neq; sic: nã etiãsi emendatæ essent, etiã sic collo quendum, ne succumbamus: quoniã & medici nõ ægrotis solũ, sed & medicis loquuntur, & sunt eis libri super ea re, ut & morbos curent, & à morbis præseruent. Et ita licèt sani simus, neque sic desistendum, ut etiam cõseruemus sanitatem. Quando autẽ & ægrotamus, duplex sermonum necessitas: una quidẽ ut liberemur à morbo, alia autem ne liberati recidamus. Itaq; curatiuã methodum proponamus infirma curaturi. Qũo igitur huic affectioni malę quis medebitur, quomodo acutã hanc comprimet febrem? Videamus unde nata est, & causam tollamus. unde nasci consueuit? Ex arrogantia & magna superbia. Causam igitur hanc tollamus, & simul auferetur etiã morbus. Quid autẽ
C superbia? unde nascitur? fortasse iterum ad aliud initium ire conandum. Igitur quam sermo dabit eam uiam ibimus, ut radicitus malũ euellatur. Vnde igitur arrogantia? Ex eo quòd nõ spectamus q̃ nostra sunt, sed de natura quidẽ terræ, quanuis non simus agricolę, curiosẽ inquirimus, & de natura arborum, & de natura auri, quãuis non simus negociatores & de uestibus, & de domibus: de nobis autẽ & de nostra natura nunq̃ sustinemus hoc fieri. Et quis ignorat, inquit, suam naturã? Multi, fortasis omnes: certè pauci. Et si uultis hinc faciamus argumentũ: dic oro mihi: quid nam est homo, si quis roget, qua re differt ab irrationalibus? quomodo cognatus est his qui in cœlis sunt? Quid potest ex homine fieri? Num potetis rectè respondere? Equidẽ non opinor: quemadmodum enim licet loqui de materia quadã, ita & de homine: Materia quidẽ est homo: fieri autem potest & angelus, & bestia. Igitur non uidebitur extraneus esse hìc sermo? quãuis & sæpe illũ in scripturis audi-
Mal.2.b stis. Nã de quibusdam hominibus dictum est: Ange-
Ibid. 3.a lus domini est, & ex labiis eius requirunt iudiciũ. Et iterum: Emittam angelũ meum ante faciem tuam. D
De quibusdam aũt, serpentes, progenies uiperarum. *Mat.12.a*
Iam sanè apud eos qui totũ depingunt, potest fieri ẽt homo deus. Quid dico angelus? & dei filius: Ego *Psal.81.b*
enim dixi, inquit, dij estis, & filij sublimis omnes. At hoc certè maius, qa ut fiat & deus, & angelus, & dei *Ioan. 1.b*
filius, potestatẽ ipse accepit, & est homo angeli conditor. Forsan uos turbauit uerbũ, sed audite Christũ dicentem: In resurrectione neq; nubent, neq; nuptui *Luc.20.f*
tradentur, sed sunt sicut angeli. & iterum: Qui potest capere, capiat. Attamen si uirtus angelos facit, utiq; *Mat.19.b*
angelos possumus facere: etsi non natura, certè proposito & electione: Nam hoc quidem absente, nulla utilitas est angeli esse naturam, id quod diabolus indicat, qui anteà angelus erat. Hoc autem præsente, nullum damnũ est esse hominẽ natura, ut in Ioanne & Helia perspicuum est, qui in cœlum ascẽdit, & oẽs abituri sunt illuc. Nam hi quidem licèt corporei, nõ prohibiti sunt inhabitare cœlum: illi autem quum incorporei essent, nõ potuerũt manere in cœlo. Nullus igitur doleat, nullus indignetur de natura quasi impediat, sed de sua electione ac uoluntate. Leo ille *1.Pet.5.b.*
E factus est ex incorporeo, Ecce enim, inquit, inimicus uester sicut leo rugiens obambulat, quærens quẽ deuoret, Nos angeli à corporibus. Quemadmodũ siqs inuenta pretiosa materia, quum non sit artifex, contempta illa, magnũ damnum accipiat, utpote margarito uel cõchiliis, uel alio tali quopiam reperto & neglecto. Sic & nos si ignorauerimus nostram naturam, ipsam ualde contemnemus: si autẽ sciuerimus, multum adhibebimus studium, & maxima lucra facienus. Ex hac regium fit indumentum, ex hac domus fit regia, ex hac membra fiunt regia, oĩa regia. Ne abutamur in damnũ nostrum natura nostra. Parumper ab angelis minores fecit nos, morte inquã, sed & hãc accepimus breuissimã. Nihil igitur prohibet nos angelos fieri statim, si uoluerimus. Velimus igitur uelimus, & si disposuerimus nosipsos, gloriam referamus deo patri, & filio, & spiritui sancto, nũc & semper, in secula seculorum, Amen.

Postquam autem illi siluerunt, respondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me: Symeon narrauit, quomodo primũ deus uisitauit, ut sumeret ex gentibus populum in nomine suo, & huic consonant sermones prophetarum. F

Homilia.xxxiij.

Ic erat episcopus ecclesiæ Hierosolymitanę.
h Et impletur nũc quòd in ore duũ uel trium *Deu.17.a*
testium confistat omne uerbum. Vide autẽ & huius sapientiam, ex prophetis nouis ueteribusq; consummantis sermonem. Non.n. poterat ostendere aliquid, sicut Petrus uel Paulus. Et bene cõstitutũ est, ut per illos hæc facta sint, qui non habitaturi in Hierosolymis: hic autem doceat, ne esset reus, néue sententia eius confutetur: Et quid inqt: Viri fratres, audite me, Symeon narrauit. Quidã hũc esse dicunt illum à Luca dictum, alij autẽ alium eiusdem nominis: siue autẽ hic, siue alius est, nõ opus est sermone exquisitiore, sed solũ quòd susceptu necessaria quæ narrauit. uiri, inqt, fratres: Magna æquitas uiri, & perfectior ista concio, ubi scilicet & finem imponit opibus. *Quemadmodum primùm uisitauerit deus, ut assumat ex gentibus populum nomine illius. Et huic consonant omnes sermones prophetarum. Quoniã ille ob tempus quidem notus erat, sed non tã insignitæ fidei, eo quòd nõ erat anti-*

G quius: addit etiã ueterem prophetiam dicens, Sicut scriptũ
Amos.9.c est: Post hæc conuertã, & reædificabo tabernaculũ Dauid quod cecidit, & diruta illius reædificabo, et corrigã illud, ut hi qui ex hominibus relicti requirant dominũ, & oẽs gẽtes super quas inuocatũ est nomen meũ, dicit dominus, qui facit hæc omnia. Quid igitur? susc itata est Hierusalem, an non magis diruta est? Sed nõ de hac ab illo dicta sunt hæc. Et quam dicit susc itationem? Eam quę est post Babylonẽ. Nota à seculo sunt deo omnia opera eius. Posteà ponitur quã dignus fide sermo, quia nihil nõ uũ, sed ab antiquo hæc p figurata fuerunt. Et iterũ sententia: Propter quod ego iudico non esse obturbandum illis qui ex gentibus cõuertuntur ad dominũ, sed scribendũ illis, ut abstineant ab inquinamentis simulachrorũ, & fornicatione, & suffocato, & sanguine: Moses n. ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum p dicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Quoniam nõ audierant legem, meritò hæc imperat de lege, ne uideatur abrogare illam. Et uide quomodo nõ abducit illos à lege, hæc audiendo: Censeo, inquit, nõ ab
H auditu legis. Posteà commune dogma fit. Tunc uisum est apostolis & presbyteris cum tota ecclesia, electos uiros ex ipsis mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam qui agnominabatur Barsabas, & silã, uiros primarios inter fratres, quũ scripsissent p manũ eorũ in hunc modum. Vide illos non simpliciter legem ferre, sed ita ut dogma fiat fide dignũ, mittũt hos à se. Et ne Paulus ultra suspectus esset. Et uide quã grauiter accusantes illos, scribant: Apostoli, & presbyteri, & fratres, his qui Antiochiæ, & in Syria, & in Cilicia fratribus, qui ex gentibus, Salutẽ. Quoniã audiuimus quòd nonnulli ex nostris turb arunt uos sermonibus labefactãtes animas uestras, dicentes, ut circũcidamini, & seruetis legẽ quibus nõ præcepimus. Sufficiẽs erat accusatio tẽeritatis illorũ, & digna apostolis nihil maius ultrà dicẽtibus: Visum est nobis cõgregatis unanimiter, electos uiros mittere ad uos, cũ dilectis nostris Barnaba et Paulo, hominibus qui et tradiderũt animas suas p nomine domini nostri Iesu Christi. Atq; ita ostenditur, quòd non uiolentè agat, quia oibus hæc placent: nã cum consideratione hæc scribunt. Electos, inqt, uiros ex nobis, ne uideãtur esse ex subornatione Pauli & Barnabæ missi. Vides laudes illorũ. Hominibus, inqt, qui & tradiderũt animas suas
I pro nomine domini nostri Iesu Xpi. Misimus igitur Silam & Iudã, & illos qui per sermonem hæc annunciabant. Visum est enim spiritui sancto & nobis. Igitur non humanũ, si spiritui hæc placent. Vt nihil amplius oneris imponeremus uobis. Iterum onus legem uocat. Deinde etiam de illis rationem reddit. Nisi necessaria hæc, abstinere ab idolothytis & suffocatis, et fornicatione, & sanguine, à quibus si conseruaueritis uosipsos, bene facietis. Hæc noua lex non præcipit. Nusquam enim de his disserit Christus, sed à lege hæc sumunt. Et suffocato inquit. Hic cædem cohibet. Itaque dimissi uenerunt Antiochiã, & congregata multitudine reddiderũt epistolã. Qui quu legissent, gauisi sunt sup consolatione. Posteà manifestans, quòd & illi eos hortati sunt, addit: Et Iudas & Silas etiam ipsi prophetæ cùm essent, sermone copioso hortati sunt fratres, & confirmarũt, cõmorantesq; illic ad tẽpus, dimissi sunt cũ pace à fratribus ad apostolos. Non iam seditiones & pugnæ: ideo & confirmatis illis abierunt cum pace. Contentiosius autẽ erga Paulum erant affecti. Vltrà & Paulus docet, ita nullus fastus erat in ecclesia, sed bene composita oia. Et uide posteà Petrũ Paulus loquitur, & nullus os eius obturat. Iacobus fert, & non resilit, illi erat principatus
K concreditus. Nihil Ioannes hìc, nihil alij apostoli loquuntur, sed silent, & non indignantur, adeò puræ à uana gloria erant illorum animæ. Sed uideamus iterum quæ dicta sunt: Postquàm autẽ siluerunt illi, inquit, respondit Iacobus dicẽs. Simeon narrauit quẽadmodum primùm uisitauerit deus. Ab initio uehementius quidẽ Petrus loquebatur, hic autẽ mitius. Ita semper faciendum est his qui in magna potestate sunt, ut onerosa illa aliis permittant: ipsi autem mansuetius agant. Bene dixit: Simeon narrauit, quasi & ille aliorum dicat sententiã: uide ut hoc ostendit esse antiquũ. Vt assumat ex gẽtibus populum, inquit, nomini illius. Non simpliciter electus est, sed nomini illius, hoc est, glorię illius. Nõ cõfunditur nomẽ illius, dum assumptionẽ gentiũ, gloriã uocat. Hęc. n. maior gloria. Hìc aliquid ẽt magnũ insinuatur. Quale hoc? quia dicit, ante oẽs hi. Post hæc conuertam, & reędificabo, inquit, tabernaculum Dauid quod cecidit. Si quis diligenter considerarit, nunc regnum Dauidis stare inueniet, regnãte illo qui ex eo prognatus. Vbique stat hoc. Quid opus domiciliis & urbe, quũ nõ L
sint obedientes? Quale damnũ ex destructione ciuitatis, quũ omnes etiam animas suas impendere uelint? Et ita non solũ stat, sed etiam clarissimũ omniũ factum est. Vbique enim nunc hæc canuntur, illud euenisse: igitur etiam hoc euenire oportet. Vt autem dixisset: Et reędificabo, addit causam illius: quare dicat, Vt requirant qui reliqui sunt homines dominũ. Si igitur propter hoc, erecta est ciuit. s propter illum, qui ex ipsis: manifestũ quòd ædificatæ ciuitatis fuit causa gentium uocatio. Qui sunt reliqui? qui tunc relinquebantur. Sed uide illum, etiam ordinem custodire, & secundos illos inducere. Dicit dominus, qui facit omnia hęc. Non dicit solùm, sed etiam facit. Igitur dei opus est gentium uocatio. Aliud erat quod quærebatur, id quod & manifestius. Petrus dicebat: Non oportet illos circuncidi. Quid igitur hæc cõciinaris? Sanè non hoc dicebant, quòd non assumendi sint credentes, sed quòd post legem, etiã hoc Petrus bene concionatus est. Sed quoniam turbabat hoc omnium maximè auditores, etiã hoc iterum curat. Et uide. Id qđ oportebat lege caueri: nõ seruandã legem Petrus adducit. Quod autem nostrum est, id & M
olim susceptũ, hoc hic dicit, & uersatur in eo de quo nihil. scriptum erat, ut curata illorũ mente, concedẽdo tempestiuè inducat etiam illud. Ideo ego iudico non obturbandum esse illis, qui ex gentibus cõuertuntur ad dominum: hoc est, nõ auocandos esse. Si enim deus uocauit, ille autẽ traditiones subuertunt. Pugnamus cum deo. Et bene dixit: His qui ex gentibus cõuertuntur, manifestans supernã dei erga illos curam, & obedientiam ac crudelitatem illorum in uocatione. Quid est iudico ego: id est, cum potestate dico esse scribendum illis. Vt abstineãt, inquit, ab immolatis idolorũ, & fornicatione, & suffocato, & sanguine. Hæc enim licẽt corporalia, sed obseruatu necessaria, quoniã magna procurãt mala. Et nequis obiiciat: Quare nõ & Iudæis eadẽ scribimus, addit: Moses ab ætatibus antiquis p singulas ciuitates habet eos qui ipsum prædicant. Hoc est, Moses illis cõtinuò loquitur. Hoc est enim qđ per omne sabbatũ legitur. Vide quantùm se attemperat. Hic nihil nocuit, instituit illis doctorem, & concesit beneficium nihil obstans, admonitis Iudęis ut audiant illum per

A oia, & abductis his qui ex gentibus. Et per quæ uoluit illũ honorare & commendare eis, per ea ab illo gentes abduxit. Quare igitur non ab illo discũt? propter suam incredulitatem. Hinc ostendit, quòd & hos nihil amplius oportet seruare. Quòd autem nõ scribemus, non est quòd illi debeãt aliquid amplius præter hæc seruare, sed quòd habent, dicentẽ. Et nõ dixit: Ne offendamus illos, néue subuertamus, id qđ
Galat.1.a & 5.b dicit Paulus Galatis: Sed, non obturbandũ: id quod nullum ostendit esse opus, sed solã obturbationem, quæ totum negocium perderet. Et uidetur quidem etiam legẽ seruare, eo quòd hæc ex illa sumpta sint: soluit autem illã, hæc sola accipiendo: quanuis sanè sæpe eis de illis dictum, ut uideatur etiam legem honorare: idq; nõ quasi à Mose dicẽs, sed quasi ab apostolis, & multa faciens mandata, unũ discerpsit. Hoc maximè illos quietos fecit. Mira autẽ dispensatione facta est contradictio, ut post cõtradictionẽ firmius sit dogma. Tũc uisum est apostolis, inquit, uiros primarios inter fratres mitti. Non fortuitò assumptos, sed primarios electos mittũt. His q Anthiochiæ erãt,
B & in Syria ac in Cilicia. Ibi morbus natus erat. Vide ut nihil molestũ contra illum dicunt, sed ad unum solum spectãtes, ut extirpetur quod natũ. Hoc enim & eos qui illic seditiosi erant, confiteri faciebat. Non dixerunt: Impostores illi & pestilentes, & aliqua id genus conuicia, quãuis alioqui licuissẽt. Facit istud Pau
Sup.13.d lus, sicut quando dicit: O plene omni dolo. Hìc autẽ errore correcto, non erat opus. Et uide: Non ponũt quod quidam ex uobis iusserunt uos legem seruare, sed turbauerunt uos sermonibus labefactãtes. Nulla magis propria dictio erat, nullus ita dixit: Animas q̃ iam firmatæ erant: inquit, labefactãtes, sicut in ędificatione, qui transferunt ab allijs facta. Quibus, inqt, nõ præcipimus. Visum igitur nobis, congregatis una nimiter cum dilectis. Si dilecti non contemnãt illos: si. n. tradiderunt animas suas, & ipsi sunt fide digni. Misimus igitur, inquit, Iudam, & Silã, & illos sermone annunciantes eadem. Oportebat enim non epistolam adesse solũ, ne dicãt, quòd dolo extorserint, quòd alia pro alijs dixerint. Laus illa Pauli erat, obstruebat illorũ ora. Propter hoc enim, neque Paulus uenit solus, neque Barnabas, sed etiam alij ab eccle-
C sia, ne suspectus sit, quoniam ipse susceperat dogma, & non soli hi qui à Hierosolymis. Ostẽdit quomodo fide digni sint, non extollunt seipsos, inquit, non ita insaniunt. Ea propter etiã apposuit: Hominibus qui tradiderũt animas suas pro noĩe domini nostri Iesu Christi. Et quare addidit: Visum est spiritui sancto & nobis, quum suffecisset dicere, spiritui sancto? ne putent humanum aliquid esse. Quod autem addit: Nobis, ut doceant etiam se acceptos esse, tametsi in circũcisione sint. Nihil oneris amplius imponendũ uobis. Hæc dicunt: Quoniã ad infirmos homines sermo erat, & qui timuerãt. Idcirco & hoc adiectũ est. Cæterũ ostendit non esse sermonem ad gratificandum compositum, neq; ad parcendum illis quasi infirmis, sed contrarium. Magnus. n. & doctorum pudor fuisset, superfluumq; fuisset onus. Vide breuem epistolam nihil abundans habere, neq; epicheremata, neq; syllogismos, sed imperium. Erat enim legislatio spiritus. Sæpe uocant onus. Et iterũ: Congregata multitudine reddiderunt epistolam. Post epistolam etiam ipsi sermonibus exhortantur. Nam & hac re opus erat, ut & ita oĩ suspicione liberentur. Et ipsi, inquit, quum essent prophetę, sermonibus multis ex D
hortabantur fratres. Ostẽdit hic fidelitatem illorum. Potuisset enim & Paulus, sed hos decebat. Cõmorantes autem ad aliquantum tempus, dimissi sunt cũ pace. Non iam seditio, nec auersio. Hìc mihi uidetur, quòd ipsi dexteras acceperint, sicut ipse inqt. Dexteras dederũt mihi, & Barnabæ communionis. Posteà Gala.2.b
dicit, quòd nihil mihi contulerunt. Sententiã enim illis confirmarunt, laudarũt illã, & admirati sunt. Ostẽdit quòd etiam humanis rationibus liceat hoc conspicere, & non solũ à spiritu, quia peccarant peccatum correctu difficile. Huiusmodi. n non egent spiritu. Ostendit quòd alia nõ necessaria, sed superflua, siquidem hæc necessaria. Ab his si conseruaueritis uosipsos, bene facietis, inquit. Ostendit quòd nihil illis desit, sed hoc sufficiat. Potuissent certè & absque literis, sed epistolam mittunt, ita ut sit lex scripta. Et iterũ, ita ut credant legi, & illis dicebant. Et illi hoc faciebant, ac cũ pace. Porrò ne offendamur propter hæreticos: uide enim in principio prædicationis quã ta offendicula, non dico ea q̃ ab his quæ foris. Hæc
E enim nihil erant, sed quæ intus: ut pote primũ Anania, deinde murmur, posteà Simon magus, mox illi qui accusabãt Petrum propter Cornelium. Accesit illius fames. Super hæc oia istuc ipsum ut caput malorum. Impossibile enim est bonũ aliquid fieri, quin simul etiã pullulet malum. Itaque ne turbemur, si q-dam offendũtur, sed & pro his gratias agamus deo, quia clariores nos efficit. Et enim non solæ afflictiones, sed etiam tentationes clariores nos reddunt. Si enim nullus esset deceptor ueritatem inuadens, non foret uehemens & feruidus ueritatis amator. At illi quum multi abstrahant, ualde claresc it. Quid igitur? pp hoc fiunt offendicula? nõ dico, quòd deo hoc faciente. Absit, sed quòd ille etiã per illorum malitiam benefaciat nobis, alioqui nunquàm fieri uoluisset. Da illis, inquit, ut unum sint. Postquàm autem sunt Ioã.17.b.
scandala, nihil nocet illis, sed etiam prodest. Sicut et hi qui ad martyrium trahunt, uel nolentes martyribus prosunt. Non certè à deo ad hoc impellũtur: sic utique & hoc loco. Ne uideamus, quòd offendãtur plerique. Hoc enim indicium est, dogma esse eximiũ, si multi simulent ac imitentur: non. n. nisi bonum esset, simularẽt: & hoc iam faciã uobis manifestum. F
Vnguenta quæ fragrantia sunt, habẽt multos qui ea adulterent: nullus autẽ simulatione exprimere conabitur eum qui improbè agit, sed eũ qui singulari uita clarus est: Quid ergo respondebimus gẽtibus? Venit enim gentilis ac dicit: Vellem fieri Christianus, sed nescio cui adhæream, multæ inter uos sunt pugnæ, seditiones ac tumultus, nescio quod dogma eligam, quod præferam: singuli dicunt, Ego uerũ dico. Cui credam nescio, quũ ego scripturarum sim ignarus, & illi utrinq; idem prætexũt. Sanè hoc multùm pro nobis: nã si quidem diceremus nos rationibus credere, meritò turbareris, sed quum scripturas accipimus, & illæ simplices sunt ac ueræ, facilè tibi fuerit iudicare. Siquis illis consentit, Christianus est: siquis contra illas pugnat, procul est ab hoc canone. Quid igitur si ueniens ille dicat, Hoc habere scripturam: tu autem aliud dicas, aliter. Si enarrando scripturas mentem illarum pro te trahens? Tu igitur dic mihi, mentẽ ne habes & iudicium? Et quomodo possem, inqt, nesciẽs iudicare uestra? Discipulus fieri uellẽ: tu autem me doctorem facis. Si hęc dicat, quid respon

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dendum inquit, quomodo illi persuadendum? Interrogabimus, an hoc illi cauillū sit? item non condemnet gentiles? Omnino aliquid dicet. Non enim suis non condemnatis, ad nos diuertet. Rogabimus quā ob causam sua condemnet. Non enim temerè condemnat, manifestum quòd dicet, eo quòd creaturæ sunt, & non inconditus deus. Igitur hoc quidem inuenies apud alias hæreses: cōtrarium autē apud nos. Quam ob causam? Omnes fatemur Christū deum. sed uideamus utri hoc oppugnent. Nos dicētes deū: digna deo etiā loquimur, quòd potestatem habeat, quòd non sit seruus, quòd liber sit, & à se oia faciat. Ille autem contrarium. Iterum rogo: Si medicinā discere uelles, num obiter & ut euenit quę dicuntur, suscepturus esses, tametsi multa apud illos sint dogmata? Certè nō est uiri accipere simpliciter oia quæ audit: at si iudicium habueris ac mentem, oino quod bonum est, scies. Filiū dicimus nos, & uerè dicimus. Illi autem dicunt quidem, sed nō fatentur. Vt autem manifestius dicā: Illi habent quosdam à quibus appellātur, prout enim hæresiarchę nomē, ita & secta uocatur. Nobis autē nullus uir nomen dedit, sed fides ipsa. Porrò cauillū est ac prætextus. Quare enim?
H dic oro: si quidē empturus uestem, quanuis artis textoriæ imperitus sis, hęc uerba non dicis? Nescio eme re, illudunt mihi, sed facis oia ita ut discas. Etiam si qd aliud emere uis, omnia facis, & curiosè inquiris: hic autem hæc dicis, quasi propter hanc rationem nihil suscepturus sis. Sit autē quis, nulli omnino dogmati addictus, si etiam ille dicat, id quod tu de Christianis dicis? Tanta multitudo hominū est, & uaria habent dogmata: nam ille quidē Ethnicus est, alius autem Iudæus, & iterū alius Christianus, nullū dogma amplecti oportebit, quia inter se pugnāt. Ego discipulus sum & iudex esse nolo, nullūq; dogma condemnare potero. Non iā ille prętextus locum habet: nam quemadmodum potuisti adulterinū refutare, ita poteris etiam huc ueniens quod nam utile sit probare: nam ille quidem nullo dogmate condemnato facilè hoc dicet: qui autem cōdemnarit, etiamsi nō non ualde eximius sit: si pergat, poterit uidere, quánā re opus sit. Itaq; ne cauillemur, ne ptextus quęramus. Hæc enim facilia sunt. Vis tibi ostendem, quòd hæc prætextus sint? Scis quæ facienda, & q̄ non facienda? quare igitur facienda non facis, sed ea q̄ non
I facienda. Facilla & recta ratione quære à deo, & ille
Sup. 10. b tibi oino reuelabit. Non est personarum acceptor, inquit, deus, sed in omni gente, qui timet illū, & operatur iustitiā, acceptus illi est. Nō est posibile, quòd is qui absque acceptione personarū audit, non persuadeatur. Nam sicut si regula esset, secūdum quam oēs dirigi oportebat, non multo opus prætextu, sed malè metientem facilè deprehenderemus: ita & nūc. Quomodo igitur non uident? Multa facit etiā imaginatio humanæq; causæ. Hoc etiam de nobis, inqt, illi dicunt. Quomodo? Nunquid scindimur ab ecclesia? nū hæresiarchas habemus? nū ab hominibus cognomen habemus? nunquid nobis dux quidā est, sicut illi Marcion, & illi Manichæus, huic Arius? alteri uerò alius hæreseos dux? Quòd si & nos agnominationē cuiusdā sortimur, sed non ut ab hęresium principibus, sed ut ab his qui præsunt nobis, & gubernāt ecclesiā. Non habemus doctores super terrā, absit, unum habemus in cœlis. Et illi, inquit, eadem prętexunt. Sed assistit nomen accusans illos, & obturans nomina. Multi fuerunt gentiles, & nullus hæc rogauit. Et apud philosophos erant hęc, & nullus prohibitus est eorū qui hæresim rectā habent. Quare non dixerunt, quando hęc mouebant, quia & hi & illi Iudæi: cui oportet nos credere? sed crediderunt sicut oportebat. Igitur & nos credamus diuinis legibus, & oia faciamus, prout illi placet, ut cū uirtute, præsente uita transacta, bona quæ diligentibus illū promissa assequi ualeamus, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperiū, honor, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Paulus autem & Barnabas uersabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum aliis multis sermonem domini. Post aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam: Agè conuertamur, & uisitemus fratres per singulas ciuitates, in quibus annunciauimus sermonem domini, quomodo habeant.

Homilia. xxxiiij.

Ide iterum, quanta humilitate cum alijs ser-
u monem communicant. Et iam quidem reliquorum apostolorum cōsuetudinē descripsit Lucas, ostendens quòd unus quidē tenerior, & ad condonandū propensior: alter autem exactior & austerior. Varia. n. sunt dona. Quòd autem & hoc donum sit, sed illud quidem alijs hominū moribus congruit: hoc autem alijs: & si cōmutentur, inutilia futura sunt. Et uidetur quidem esse exaperatio: omnia autem singulari dispensatione cōtingunt, ita ut unusquisque congruum locum sortiatur, quod & factum est. Et aliter: Etiā oportebat nō omnes in equali honore esse, sed alium quidem præesse, alium uerò subditum esse, & hoc suam dispensationē habet. Nā Cyprij nequaquā se tales exhibuerant, sicut Antiocheni & reliqui. Et alij magis opus habebant teneritudine, alij uero seueritate, *Barnabas autem uolebat simul assumere, & Ioānē qui uocabatur Marcus: Paulus uerò uolebat, ut is qui ab illis defecerat à Pāphylia, & nō ierat simul ad opus, ne simul assumeretur. Facta ē igitur exacerbatio, ita ut separarentur alter ab altero. Et tūc Barnabas assumpto Marco nauigaret in Cyprū, Paulus uerò allecto Sila egressus est, et traditus gratiæ dei à fratribus.* Sic & i prophetis inuenim⁹ uarias sentētias, & uarios mores. Frat Helias auster⁹, Moses uerò mitis. Et hic quoque asperior est Paulus: sed uide etiā hoc loco illius
M māsuetudinem. Volebat, inquit, ut his qui defecerat ab illis à Pamphylia, ne simul assumeretur. Sic dux quidam belli non uellet baiulum semper esse sordidum, & inter lixas: Ita neq; apostolus. Hoc etiā alios docuit, & illum emendauit. Dicet igitur quis: Malè igitur fecit Barnabas? Minimè. Quoniā & ualde absurdū putare hoc esset. Et quomodo nō absurdū, ob rē paruam dicere illum malū? Sed uide, quia primum quidem malum nullum fuit si cōtenti saluis gētibus, auulsi sunt alter ab altero, sed etiam magnū bonū, quoniā nisi hoc fuisset, haud facilè relicturus fuisset alter alterum. Tu autem admirare hunc, quòd neque hoc celarit: sed dicis, quanuis illos separari oportuerit, id tamen sine exacerbatione fieri debebat. Itaque maximè hinc ostenduntur humana: nam quum in Xpō hoc oportebat fieri, multò magis hic. Et aliter: Exacerbatio non fuerit mala, quādo pro talibus unusquisq; contendit, idq; iusta cum ratione. Itaque siquis illorum exacerbatus, quòd suū, & quòd in suā gloriam quæsiuisset, bene: si autē uterq; uolebat docere & in-

A cere & instituere, & hic quidē hanc, ille autem aliam uiam ingressus est: quale hoc fuerit crimē? Multa etiā humana ratione faciebant. Non enim fuerunt lapides, uel ligna. Et uide Paulum etiam accusantem, & causam dicentem: Reuerebatur enim Barnabā præ magna modestia, utpote, quia in talibus sibi communicarat, & cū ipso fuerat, sed nō sic reuerebatur, ut propterea qđ oportebat curare, negligeret. Vter igitur melius cōsuluerit, non est nostrum pronuncia re, sed quòd magna fuerit dei ordinatio, quādoquidem hi quidem secundā uisitationē assequuti sunt, illi autē nullam. Non simpliciter commorati sunt in Antiochia, sed docebant. Quid docebant, quid nam euangelizabant? alios quidē esse fideles, alios uerò nondū: nā plurima oriebantur offendicula, propter quæ opus erat ipsorum præsentia. In hac quęstione audiendum, non quòd diuersi fuerint in sententiis, sed quòd alter alteri morē gesit: unde ex discessione maius bonum fuit, & res hinc occasionem sumpsit. Quid igitur? Inimici ne inter se discesserunt? absit. Vides. n. quòd Barnabas posteà multū à Paulo in epi-
B stolis celebratur. Exacerbatio, inquit, facta est, non inimicitiæ, neq; contentio. Tanta autē fuit exacerbatio, ut separarentur. Et meritò: nam uterq; studebat esse bonæ frugis. Hoc posteà non accidisset propter communionem cum illo. Mihi uidetur etiam disertē separatio illa facta, & quòd inter se dixerint: Quoniā ego nō uolo, nec tu uis, ne pugnemus, distribuamus prouincias: & ita sibi inuicem multùm cedētes hoc
Gala. 2. a facerunt. Volebat enim Barnabas non deiici quod à Paulo erectum. Idcirco & secesit, uolebat similiter & Paulus, non infirmare quod illi uisum. Eapropter & ipse idem facit ac secedit. Vtinam & nos tales secessiones faceremus, & sic ad prædicandum abiremus. *Paulus uerò electo Sila egressus est, traditus gratiæ dei à fratribus.* Admirabilis est hic uir, & ualde magnus, plurimúmque profuit Marco pugna hæc. Seueritas enim Pauli cōuertit illum: benignitas uerò Barnabæ fecit, ne porrò relinqueretur. Et ita certant quidem, ad unum autem finem tendebat utilitas. Etenim uidens Paulum uelle diuelli, ualde territus est, & condemnauit seipsum. Et iterū uidens Barnabā sic sibi opitulantem, ualde illum dilexit, corrigebaturq; discipulus præceptorum pugna: tantùm absuit, ne offenderetur. Etenim si hoc propter honorem suiipsorum fecissent, meritò offensus fuit: quum autē propter alterius salutē, & propter unum contendunt, ita
C ut declaretur eum, qui illum honorarit, bene consuluisse: quid absurdum? Vide sapientiā Pauli, non prius transit ad alias ciuitates, priusquàm eas quæ accepe
Cap. 16. rant uerbum, uisitasset. *Perambulabat aūt Syriam ac Ciliciam confirmans ecclesias. Peruenit autem & Derben ac Lystram. Etenim insipientiæ est temerè currere.* Hoc & nos faciamus: Primos primū instruamus, ne illi sint impedimento posterioribus. Visitemus, inquit, fratres, quomodo habeant. Et hoc ignorabat meritò, ut ueniens fratres inuisat. Vide illum semper alacrem solicitum esse, non desidem sedere, tametsi plurima ferret pericula. Vides non formidinis fuisse, in Antiochiam uenisse? Etenim ut medicus ad ęgrotātes abit. Etiam necessitatem uisitationis manifestauit, dicēs: In quibus annunciauimus uerbum. Recessit Barnabas, & nō ultrà simul profectus est. Assumpto, inqt, Sila, & traditus gratiæ dei. Quid hoc est? Orauerunt, inquit, rogauerunt deum. Vide ubiq; orationem fratrum magna posse, & nunc pedes ambulabat, & in D
itinere uidere uolentibus proderat. Meritò: nā quando festinabant, nauigabant: nunc autem non item. *Et ecce discipulus quidā erat illic nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patris aūt Græci, qui testimonium habebat à fratrib. in Lystris & Iconio: hūc uoluit Paulus secū egredi, & assumptū circūcidit illū propter Iudæos qui erāt in locis illis. Sciebant enim omnes quòd pater eius Græcus erat.* Dignum est ut obstupescamus Pauli sapientiā, qui tantopere pugnauit propter circuncisionem, qui omnia mouerat, & non prius destitit, quàm correxisset confirmatum dogma. Circūcidit discipulum, nō solū alios non prohibet, sed etiam ipse hoc facit, & ita omnino ad utilitatem spectabat, & nihil cum animi præcipitatione agebat. *Hunc uoluit*, inquit, *secum egredi.* Mirabile hoc quòd & illum assumit, propter Iudæos, inquit, qui erant in illis locis. Hæc est causa circuncidendi: Non enim ferebant audire uerbū abincircunciso. Et cur? Vide opus: Circuncidit ut circūcisionem tollat. Dogmata enim prædicabat apostolorū. Vides pugnā, & per pugnā, ędificationē, nō per alia impugnant, sed etiā ipsi cōtraria faciūt: ita eccle- E
siam ædificabāt, dogma afferebāt, nō circuncidēdi, Et circuncidit. *Et abundabant numero quotidie.* Vidisti utilitatē circuncisionis? Deinde nō diutius moratur in illis locis. Visitandi. n. gratia aderat. Sed quid ultrà procedit? *Cùm autē trāsirent p ciuitates, tradebāt eis seruāda decreta, q̄ erant constituta ab apostolis & presbyteris, qui erāt in Hierusalē. Itaq; ecclesiæ confirmabātur fide, & abundabant numero quotidie. Quū pertransissent autem Phrygiā & Galaticā regionē, prohibiti sunt à spiritu sancto, ne loquerētur sermonē in Asia. Relicta Phrygia & Galatia in mediterraneā festināt. Vt aūt uenerūt p Mysiā, tētauerūt in Bithyniā pficisci, & nō permisit illos spiritus.*

Quare igitur prohibiti fuerunt? Nō dicit. quod autē prohibiti fuerint dicit, docens nos quærere solū, & non inquirere causas. Et ostendens quòd multa etiā humano more faciebant. *Vt autē transierunt Mysiam, descenderunt in Troadem, & uisio per noctem apparuit Paulo. Vir quidam erat Macedo, stans, & obsecrans illū ac dicens, Transiens in Macedoniam, iuua nos.* Quare uisio, & spiritus sanctus nō prohibuit? Voluit illos etiā sic attrahere, alioquin & sanctis non est rarum uidere uisiones. Et ab initio ipse uisionem uiderat. Virum F
ingressum & imponentē sibi manus, posteà propter hoc illum trahit illuc, ut diffundat prædicationem. Etiam propter hoc prohibetur morari in aliis ciuitatibus, Christo ipsum urgente. Nam hi quidē fruituri erant Ioanne multis temporibus, & forsan non multum habebant opus. Illum autē abire oportebat, & in diuersum posteà transiens proficiscitur. *Vt autē uisionē uidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniā, certi facti, quòd aduocarit nos dominus ad euangelizandū illis. Vt autē soluimus à Troade, rectò cursu uenimus in Samothracen, & sequēti die Neapolim, & inde Philippos, q̄ scilicet est prima Macedoniæ ciuitas colonia: Eramus autē in illa ciuitate cōuersantes diebus aliquot.* Hic illi etiam Christus apparet, dicens, Quia Cęsari oportet te assisti. Deinde dicit etiam locos, utpote historiam narrans, & ostendens ubi moram traxerit, indicātque quòd diutius in maioribus ciuitatibus, alias aūt præterierit citius. Dignitas ciuitatis est esse coloniam. Sed iterum uideamus quæ dicta sunt: Necessitatem Barnabæ iniungit, dicens, Visitemus ciuitates in quibus annunciauimus sermonē, quum nō oportuerit

G rogare illum, quẽ postea accusaturus erat. Hoc autẽ & de deo ac de Mose legimus: hic quidem rogat, ille
Nu.12.d. autẽ irascitur, ut quando dicit, Num pater eius spuit
Exo.32.b in faciẽ eius? Et iterum, Dimitte me, & iratus delebo
1.Re.15.g populum hunc. Et Samuel quãdo luget Saulem. Per utrunq; enim magna bona fiunt. Ita sanè & hic ille quidem irascitur, sed non iste. Hoc etiã apud nos fit. Et *exacerbatio*, Meritò ut ille instruatur, & ne uideatur fabula, esse quod agitur. Non enim qui ubique cedit, hic non cessisset, & qui sic Paulum dilexit, ut etiam anteà quæsierit illum in Tarso, & adduxerit illũ ad apostolos, & communem fecerit eleemosynam, & quod ad dogma attinet, communiter susceperit. Ita que non propter hanc rem iratus fuisset, sed separantur alter ab altero, ut sic erudiant & perfectiores reddant per suam separationem eos qui doctrina ipsorum habebant opus. Quemadmodum ergo & alibi
Heb.12.a facit, dicens, Vos autẽ ne defatigemini bonum facientes. Et increpat quidem alios, iubet aũt benefacere erga omnes. Hoc etiam cõsuetudo habet. Hic mihi uidentur etiam alii simul indignati esse Paulo. Et
H postea seorsim etiam illis acceptis omnia facit, & admonens, & exhortans. Multũ potest concordia, multùm charitas, etiamsi pro re magna roges, etiãsi indignus sis, propter propositum audieris, ne time. Perambulabat itaq; ciuitates, & ecce erat discipulus, nomine Timotheus, qui testimonium habebat à fratri
Sup.16.a. bus in Lystris ac Iconio. Magna fides Timothei, qa ab omnibus testimoniũ habet. Quãdo discedit Bar
2.Ti.1.b. nabas, alium illi conferendũ inuenit. De hoc inquit, Memor lachrymarum tuarũ, & fidei tuæ nequaquã simulatæ, quę sanè fuit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Et assumptum illũ, inquit, circuncidit. Quare autẽ ipse addit, dicens, Propter Iudæos qui erant in locis illis, propterea illũ circuncidit, uel etiam propter patrẽ. Gentilis igitur quum esset, mansit. Igitur non erat ex circuncisione. Videiam legem solui. Quibusdam autẽ uidetur post prædicationem illum natum esse. Sed forsan hoc nõ est. Ab infantia enim, inquit, sacras literas nosti. Igitur illud est dicẽdũ, uel si nõ hoc, quia futurus erat episcopus, & non decebat incircuncisum esse. Iã gentibus nihil tale seruandum. Neq; hoc paruum erat, ubi scilicet post tantum tẽpus hoc illos offendebat. Initium destructionis erat, quòd gentes hæc nõ seruabant, & nihil incõmodabantur, neq; minuebantur in fide, uoluntariè enim posthac desistebant. Igitur prædicaturus, ne dupliciter uerberet Iudæos, circuncidit illum, quãuis ex dimidio esset: natus enim est ex patre gentili, matreq; fideli. Attamẽ quia magnum erat opus hoc qd inter gentes, non curabat illud. Sermonem.n. oportebat dispergi, propter hoc & ipse illum circuncidit. Vide etiam hoc loco, magnũ quiddam fieri, dum sibi cõtraria uidetur facere. & quod factum bonum? & abundabant numero, inquit. Vide quòd nõ solũ nihil nocuit circũcisio, sed etiam plurimum profuit. Vt autẽ uisionẽ uidit, statim inquit, quęsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quòd aduocarit nos deus. Vide quòd iã non p angelũ monetur, sicut Philippus & Cornelius: Sed quomodo? Per uisionẽ apparet illi, aliquãtò humanius, & nõ iam diuinius. Nam ibi quidẽ facilius creditur, & humanius apparet, illic autẽ uiolentius ac diuinius. Nam ubi quidẽ solũ ut prædicaret festinauit, ad hoc somnium apparet ei: ubi uerò non permittitur prędicare, ibi spiritus reuelat. Sic & illic Petro, Surge, descẽde. Non.n. facilia operatur spiritus, sed sufficit illi somnium. Quin & *Sequitur* Iosepho facilè credenti somnium apparet, aliis uerò uisio. Ita & Cornelio, & illiipsi. Et ecce, iquit, uir Macedo, stans, obsecrans, ac dicens. Non dixit imperãs, sed obsecrans: hoc est, pro illis qui indigebãt hac cura. Quid est simuiuazontes, hoc est, coniectantes & certiores facti? Nã quia Paulus & nullus alius uidit, & quòd prohibitus est à spiritu, & quòd apud terminos erãt: ex his omnibus hæc collegerunt, quid faciẽdum. Et aliter: Etiam nauigatio hoc declarabat. Nõ enim erat multũ temporis ex quo in illã radicem Macedonię uenerãt. Et ita exacerbatio illa inter eos utiliter facta esse cõprobatur. Alioqui spiritus sanctus non sic operatus fuisset, nec Macedonia sermonem suscepisset, tãtusq; profectus: Signum ex eo, quòd nõ humanũ quiddam factum, quanuis etiam non dixit, qđ Barnabas exacerbatus sit, sed inter eos fuit exacerbatio. Si hic non exacerbatus est, nec ille. Hęc scientes, oro ne simpliciter hæc eloquamur, sed discamus & doceamus: nõ.n. temerè scripta sunt. Magnũ malum est ignorare scripturas, si à quibus utilitatẽ
L capere oportebat, ab his incommodamur. Ita & remedia sæpe naturam habentia curatiuam, nesciẽtibus his qui utuntur bene uti illis, corrũpunt ac pessundant. Et ab armis quibus se qs posset tutari, si nullus sit qui rectè circumponat, damnũ accipi potest. Causa autẽ est, quia omnia magis quærimus quàm animę utilitatẽ, & aliena magis cõsideramus quãm nostram utilitatem. Et domum quidẽ ut consistat sæpe quærimus, & non ferr emus uidere illã uetustate, uel tempestate subuersam uel collapsam. De anima aũt nulla est cura, sed licèt fundamenta eius uideamus putrefieri, & structurã ipsam, & ædificium: nullam tamen eius rei habemus rationẽ. Iterum armenta habẽtes, quid illis prosit quærimus, & equis suos pastores ac medicos, & omnia bene prospicimus. Et domus curamus, & de cõcreditis admonem°. Ita ut non simpliciter neq; temere abigamus, neque onus imponamus, neq; intempesta nocte educamus, neq; alimẽta uendamus, & apud nos sunt multæ leges de bestijs curandis, de anima autẽ nullus est sermo. Iterum quid dico de bestiis q̃ nobis utiles? Sunt multi M
I qui passeres nullã utilitatem habentes pascant, sed solũ delicias, & multæ etiã de illis leges, nihilq; omittitur uel negligitur. Et omnia magis curam°q̃ nosipsos. Sic omnibus sumus ignobiliores. Et siquis per cotumeliã nos dicat canes, dolemus: nos autẽ quãdo nosipsos contumelia afficimus, non uerbo, sed opere, haud tantam adhibemus diligentiã animę quantã scanibus, & nihil graue nos ferre putamus. Videtis quantis cuncta tenebris plena sunt? Quot sunt q curant canes, ne plus quã par est impleantur, & ita ut efferi præ fame & esurie uenentur, seipsos aũt non curant: & ita docent non deliciari, ut & bestię philosophiam discant: seipsos autẽ permittunt in ferinam ꝙuiciem degenerare. Aenigma dixisse uideor. Nã ubi sunt animalia philosopha? An non uidetur tibi esse magnę philosophię, quãdo canis q mordet p̃ fame, postquam in uenatione arripit & uenatur, à presenti esca abstinet, & mensam uidens propositã, etiã fame urgente expectat dominũ? Erubescite à uobisipsis, docete uentres uestros ut sint philosophi. Nulla uobis defensio est, q potest indere naturę brutę, q̃ neq; loquitur neq; rationẽ habet, tantam philosophiam,

A multò magis potest sibiipsi. Quia.n. diligentiæ humanæ est, & non naturæ, oporteret alioqui oẽs canes hoc habere. Fiatis saltẽ sicut canes. Vos me cogitis inde similitudines afferre. Oportebat.n. à cœlestibus. Quoniã autẽ si dixero tale quid, dicitis, quòd illa magna sunt, propter qđ nihil dico cœleste: Et si dixero Paulũ, dicetis quòd ille apostolus fuerit: si dixero hominẽ, dicetis quòd ille potuit: Propter hoc neque hominẽ dico, sed bestiam. Et bestiã quę hoc nõ habet à natura, ne dicatis quòd natura, & nõ electione hoc fecit. Et hoc profecto mirabile, quòd nõ sua electione, sed tua diligentia: nõ quòd fatigata, nõ quòd cursũ dilacerata, non quòd suis laboribus apprehendit considerat, sed oibus illis foras missis, domini præceptum seruat, & uentre fit superior. Etiam inquit, expectat enim laudari, expectat maiore frui mẽsa. Dic igitur & tibiipsi, quòd canis spe futurę uoluptatis presentem contemnit, tu autem non uis spe futurorum bonorum, presentia despicere: sed ille qui dem scit quòd si intempestiuè & secus quã domino
B placet alimentũ degustat, etiam illo priuatur, & neq; constitutos cibos accipit, sed plagas pro alimẽto. Tu autem neq; hoc potes uidere, & id quod à consuetudine didicit ille, hoc tu per rationem tuam non corrigis. Imitemur canes. Hoc dicuntur facere & Aquilæ & Accipitres. Et sicut se gerunt canes in feras & capreas: ita illę in uolucres, & idipsum ab humana institutione. Hæc nos condemnare possunt. Hæc nos trahere. Dicã & aliud, Equos agrestes & indomitos apprehensos, licèt recalcitrent ac mordeant, in tam breui tempore ita periti eruditi unt, ut eques ex cõposito incessu, insidens oblectetur. Animam autem, quum absque ordine graditur, nullus curat, sed & saltat & calcitrat, & humi trahit, sicut puellus, & multa fœde agit, & nullus illi adhibet psalides & retinacula pedũ, & frenos, neq; insidet peritus eques, Xp̃m dico. Propter hoc oĩa confusa sunt. Nam quia etiam canes doces imperare uẽtri, & furorẽ in leone domas, & ferociã in equo, doces etiam loqui aues: qũo non absurdũ brutis naturis rationalia indere opera: in rationalẽ autẽ, brutorũ ingenia & affectiones introducere? Nulla nobis est uenia. Oẽs qui bene agunt, nos
C accusant, tam fideles quàm infideles. Nam & infideles bene agunt, & bestiæ, & canes, & non soli hoĩes, sed & nos nosipsos accusabimus, quando quidẽ uoluerimus bene agere. Si autẽ ignaui fuerimus, exibilabimur. Et enim qui excellẽter mali sunt, multi sępe quia uoluerunt mutati sunt. Causa autẽ hæc quam dixi, Quia obambulamus quærentes q̃ nostra sunt, non quæ proximorũ. Si domum extruxeris magnificam, domus utilitatem, nõ tuã uidisti: si equum bonum curaueris, similiter. Nullus solicitus est, ut sit aia bona: quanuis ubi hæc bona fuerit, nõ est illis opus: si autem non, neq; ex illis utilitas est. Sicut & de sponsa dicitur, licèt thalami sint ex uelaminibus aureis, et si assunt chori mulierum pulcherrimarum, etsi rosæ ac corollæ, etsi sponsus pulcher sit, etsi ministræ, etsi amicæ, etsi oẽs decentes sint, illa autem deformitate plena, nulla utilitas: sicut neque damnum, si illa pulchra sit, ex illis. Quin & contrarium est, nam si deformis est, ab illis deformior apparet, ab istis autem pulchrior fieret. Ita certè etiã anima habet, quando pulchra est, non solũ non opus habet illis, sed etiam obumbrat pulchritudo illius. Philosophum.n. non sic uidemus in diuitijs, ut in paupertate fulgentẽ, nã illic quidem multi opibus adscribũt uirtutẽ, & quia D non indiget pecunijs. Quãdo autem in paupertate agit, & per omnia claresci t, & nihil turpe admittit, iã nulla corona afferri potest eiusce modi. Hãc igitur ornemus, si quidẽ uoluerimus ditari. Quæ utilitas, quãdo mulæ quidẽ albæ sunt, & pingues ac obesæ: tu autem insidens, macer, scabiosus es, ac deformis? Quæ etiam utilitas, si lecti quidem molles, & uariè ornati: anima autem pannosa, nuda, ac deformis? Quod lucrum, quãdo equus quidem compositè ambulat, & saltanti q̃ gradienti similior est, & cũ saltatione ornatus mũdo nuptiali, insidẽs magis claudicet claudis, & ebrijs, & insaniẽtibus, distortisq; sit pedibus ac manibus? Dic sanè mihi, siquis tibi daret equum bonũ & corpus uulnerasset, quæ utilitas? Nunc animam distortam habes, & non est tibi curæ. Curemus nosipsos aliquãdo, obsecro, oro, ne nos exibeamus ignominiosiores ac fœdiores q̃ illi sunt, & siquidem uerbis conuicia in nos iactet quis, mordemur ac dolemus, re autem ipsa nosipsos cotumelia afficimus & nõ cõuertimur. Resipiscamus uel tardè, ut posimus E etiam animæ magnam curam facientes, & uirtutem amplexãtes, ętерna bona assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Die autem sabbatorum, egressi sumus ciuitatem ad flumen ubi putabatur oratio esse, & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et mulier quædam, nomine Lydia, purpurarum uenditrix, ex ciuitate Thyatiris, cuius cor dominus aperuit, ut attenderet his quæ dicebantur à Paulo.

Homilia.xxxv.

Ide iterum Paulum Iudaizãtem, temporisq; u acloci rationẽ habentem. Vbi putabatur, inquit, oratio esse. Non.n. solum ubi synagoga erat, sed etiam foris precabantur, ita ut locum segregarent, quoniam crassiores erant Iudæi. Die autem sabbatorum, quando uerisimile erat & turbam concursuram. *Et sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant Et mulier quædã, nomine Lydia, purpurariũ uẽditrix, ex ciuitate Thyatiris, colẽs deũ audyt, cuius dominus aperuit cor ut attenderet his quæ dicebantur à Paulo.* P
Vide iterum, ut est alienus à fastu. Mulier & humilis ista. Et manifestũ ab arte, sed uide quantæ sapientię fuerit: Principiò quidem datur ei hoc testimonium, quòd coluerit deum. Deinde quòd ipsa uocarit apostolos. *Vt autem baptizata est illa et domus illius, obsecrauit, dicẽs: Domini mei, si iudicatis me fidelẽ deo esse, ingressi in domum meam manete, & coegit nos.* Vt autẽ baptizata est, inquit, illa, & domus illius. Considera quomodo omnibus persuasit. Deinde uide sapiẽtiã quo modo blandè loquatur apostolis, quãta humilitate plena sint uerba. Si iudicatis me fidelem domino. Nihil cotemptibile in his. Quẽ non mollirent hæc uerba? non rogauit simpliciter, nõ permisit dominos esse, sed & coegit ualde. Hoc.n. est coegit nos, id est, his uerbis. Vide qũo statim fructum facit, & magnũ lucrum putat, uocationem. Quòd autem fidelem iudicaueritis, manifestum ex eo quòd concredidistis mihi talia sacramenta, quæ nequaquã tradidissetis si me iudicassetis indignã. Et non ausa fuit anteà uocare, quã baptizata fuit, manifestũ faciens, quòd nõ aliter persuasisset. Quare autẽ Paulus & sui primùm non assenserunt, ita ut etiã coegerentur? uel quòd illã

G prouocabant ad maiorē alacritatē, uel quoniā dixit Christus, In quācunque ciuitatē ingressi fueritis, quis sit dignus interrogate, & illic manete. Atque ita oīa singulari dispensatione fiunt. Factum est aūt eūtibus nobis ad orationem, ut puella quædā habens spiritū pythonis occurreret nobis, quæ quæstū magnū præstabat dominis suis diuinādo. Hęc subsequuta Paulū ac nos clamabat dicens, Isti homines, serui dei altissimi sunt, qui annunciant nobis uiā salutis. Quid? Nunquid & dęmō hęc loquebatur, & Paulus prohibuit? & ille malignē agebat & hic prudenter. Voluit enim hunc non esse dignum fide. Si enim admisisset illius testimoniū Paulus, multos etiam fideles decepisset, utpote ab illo approbatus. Propterea sustinet q̄ per se dicunt, ut finem illi faciat. Et ipse permissione quadam usus ad illius interitum. Igitur primū quidem admisit Paulus, & respuit, non uolens simpliciter inii cere signis. Vbi aūt perseuerauit hoc dicere diebus multis, & opus mōstrabat: Hi homines, inquit, serui dei altissimi sunt, qui sanē annunciāt nobis uiam salutis. Tunc præcepit illi ut exiret, *Sed molestē ferēs Paulus & conuersus, spiritui dixit, Præcipio tibi per nomē Iesu Christi, ut exeas ab ea, et exīt in illa hora. Videtes aūt domini eius, quòd actum esset de spe quæstus sui, apprehēsum Paulū ac Silā traxerunt in forū ad principes, & offerētes eos magistratibus, dixerūt: Hi homines turbarūt ciuitatem nostrā, quū sint Iudæi, et annunciarūt mores, quos nō licet nobis susciperę, neq; seruare quum simus Romani.* Vbique malorum causa pecuniæ. O Paganorū inhumanitatem, ut augeāt pecuniam, puellam à dæmonijs uexari uolunt. Arrepto Paulo & Sila dixerunt, inquit: Hi homines turbarunt ciuitatem nostrā. Quid nam fecerunt? Quare igitur antehac non attraxistis? Iudæi, inquit, quum sint. Ita nomen cauill abātur. Et annūciāt nobis mores quos nō licet nobis susciperę, neq; facere quū Romani simus. Maiestatis læsæ crimē dicunt. Et simul insurrexit turba cōtra illos. O inconsiderantiam, non exquisierunt, neq; cōmunicarūt sermone, quāuis tāto miraculo facto, adorare oportebat ut seruatores ac benefactores habere: nā si pecunias uolebatis, quare his diuitijs inuentis, non accurristis? Posse dæmones abigere clariores reddit, quā ipsis credere, Ecce & hīc signa, sed pecuniarū cupiditas plus ualuit. *Et militū principes disruptis uestibus suis, insserunt eos uirgis cædi, cumq; multas plagas eis imposuissent, coniecerunt es in carcerē, præcipientes custodi carceris, ut diligenter custodiret eos.* Itaque Paulus quidem totum fecit, & miracula & doctrinam, periculorum autem & Silas particeps fuit. Quid est molestē ferēs Paulus? Malitia, inquit, dæmonis uisa, sicut ipse alibi dicit: Non.n. illius uersutias ignoramus. Quare non dixerunt, quòd dæmonem eiecerunt, quòd in deum impiē egerunt, sed maiestatis læsæ crimen faciūt, und de & uictos se declarant. Ita & de Christo dicebant: Non habemus regē, nisi Cęsarē. Omnis qui seipsum regē facit, contradicit Cęsari. *Et coniecerunt illos*, iquit, *in carcerem. Magnus furor. Qui quum tale præceptum accepisset, coniecit illos in interiorem carcerem, & pedes illorum diligenter asseruauit ad lignum.* Vide, & ille iterum in interiorē carcerem illos coniecit. Et hoc singulari dispensatione contigit. Quoniā enim magnum miraculū erat futurum, idoneus locus ad auditoriū ille qui extra ciuitatē iudicatur, liber à tentationibus ac periculis. Vide ut historiæ scriptor illorū studia enumerare nō erubescit: Vtpote quū esset ocium magis auscultabant his q̄ dicebātur, & neq; ciuitas ista Philipporū magna erat. Hęc sanē sciētes & nos, neminē erubescam⁹. Apud Coriariū manet Petrus, apud purpurariam Paulus, Vbi fastus? Igitur deū oremus ut aperiat cor. Deus autem aperit corda quæ uolūt, est enim & excæcata corda uidere. Sed uideamus iterū quæ dicta sunt: *Mulier*, inquit, *purpurarium uendatrix cuius dominus aperuit cor, ut attēderet his quæ dicebātur à Paulo.* Itaq; aperire dei est, attendere aūt illius, & ita erat diuinū ac humanū. Vt aūt baptizata est, inq;, obsecrauit, dicēs: Si iudicaueritis me. Vide, & baptizatur, & accipis apostolos cum tanta supplicatione, multo maiore q̄ Abrahā. Et non dixit ullā aliā comēctura, sed illud per qđ seruata fuit. Non dixit si magnam mulierē, si piam iudicaueritis me. Sed qđ? fidele domino. Si domino, multò magis uobis, nisi dubi tetis. Et nō dixit apud me, sed i domū meā manete, ita ut ostēdat hoc cū magna faciendū alacritate. Re uera fidelis mulier. Dic oro mihi, quis hic est dæmō? Deus, inquit, Python, A loco sic dicitur. Vides qđ & Apollo dęmon est? Et quoniā uolebat in tētationes illos iniicere, atq; ita magis manifestauit exacerbare & dicere, O scelestę & scelestissime. Si igitur scis quòd uiā salutis annunciant, quur nō egrederis cedens: sed id quod Simon uolebat, dicens: Date mihi ut cui imposuero manus, accipiat spiritū sanctū. Hoc & ille sciebat. Quoniā uidit clarescere, ēt hoc loco simulat. Hac ratione expectabat se relinqui in corpore, quòd hæc prædicaret. Si aūt de hoie dictū, quòd non est pulchra laus i ore peccatorū, multò magis de dęmone. Si ab hominibus testimoniū nō accepit Christ⁹, neq; à Ioanne, multò minus ab dæmone. Hoc.n. prędicare nō hominū, sed spiritus sancti est. Quoniā igitur arrogantius faciebāt clamantes, clamore obstupefieri putarunt, dicentes: Hi homines turbāt nostrā ciuitatē. Quid dicis? persuades dæmoni? quare nō & hic ille dicit, *Filij dei excelsi?* Tu dicis quòd turbāt nostram ciuitatē, ille dicit, quòd annunciant uobis uiā salutis. Tu dicis, tradunt nobis mores quos nō licet susciperę. Vide illos neq; dęmoni auscultātes, sed unā auaritiam. s. spectantes. Traxerunt q̄ illos, inquit, in forū ad principes, & simul insurrexit turba contra illos. Vide illos non respondere, neq; defensionē dare ut maiore digni miraculo fiant. Quando.n. inquit, infirmor, tunc potēs sum. Sufficit tibi gratia mea, potentia mea in infirmitate perficitur. Ita ēt ob māsuetudinem admirabiles erant. Quantò diligētior custodia fuit, tantò miraculū clarius: forsan seditionē illic uoluerunt sedare, quoniā uidebāt turbā assistentē, & plagis quidē furorē iam sistere uolebant. Quia autē in carcerē coniiciunt, & præcipiunt diligenter seruandum, uolebant causam audire. Et diligēter asseruare uoluit in ligno, quasi dicat quis, in neruo. Quantis lachrymis prosequi oportet præsentis seculi statū? Illi quidē passi sunt, quęcunq; s. passi sunt, nos autem in delicijs, nos i spectaculis. Vnde & perimus, & submergimur, remissionē & oblectamēta ubiq; sectātes, & neque patimur, uel probro, uel sermone aliquo pp Xpm cōtristari. Horū exēplorū oro cōtinuā habeamus memoriā, quanta passi sint, quāta sustinuerint, quo nō turbati sint, quo nō offensi sint. Dei opus faciebāt, & hæc patiebātur. Nō dicebāt. Quur hoc pdi camus, & nō affert nobis præsidiū deus? Verū & per hoc illis proderat, & absq; præsidio constantiores ac fortiores reddebat. Tribulatio, inquit, sustinentiā

A operatur. Obsecro igitur ne fluxā & remissam quæramus uitā: nam quemadmodū hic duplex bonū, quòd & fortes fiunt, & magna sunt præmia: Ita illic duplex malū, & quòd molliores efficiūtur, & quòd in nullo bono sed in malo uersantur. Nihil.n. inutili⁹ fuerit homine, qui omne tēpus in delicijs & remissione cōsumit. Vir enim, inquit, non probatus, ēt reprobus. Reprobus non in his certaminibus, sed in alijs oībus. Desidia res inutilis est, & in ipsis delicijs nihil ita fructu carens, ut delicatē agere. Habet.n. suam satietatem, neq; tanta alimentorū, neq; remissionis uoluptas est, sed oīa friuola fiunt ac diffluūt. Agē ne inquiramus hanc. Si.n. considerare uoluerimus uter suauius agat, qui laborat, & in ęrumnis uiuit, uel qui in delicijs uersatur, illum magis inueniemus: nā primò, corpus quidē eius qui talis est, enerue & ineptū est: deinde & sensus corporis nō sunt tam synceri ac sani, sed molles ac languidi: ubi aūt illi nō sunt, neq; sanitatis uoluptas apparet. Quis equus utilis est, is q in delicijs, uel qui exercetur? Quæ nauis, eāne quæ nauigat, uel quæ in littore manet? Quæ aqua, eāne

B quæ fluit uel quæ stat? Quod ferū, an quod moue tur, uel quo nemo utitur? nōne illud quidem splēdet ac argento simile est: hoc aūt rubigine consumitur, & ubiq; inutile est, ac ēt aliquid suæ materiæ amittens? Tale quiddam sit ēt in ociosa anima. Rubigo enim quædā apprehendit illam, & consumit splēdorem ac alia omnia. Itaq; qua nam re detergetur rubigo illa? Cote tribulationum. Illæ utilem facient animam, & ad omnia accommodam. Quo enim poterit affectiones scindere, acie hebetata & quasi plumbea esset, flexili? Quo diabolum fauciabit? Cui autē non est onerosus homo, aqualiculum pinguissimū parans, & quasi bellua marina trahēdus? Nō loquor de his qui natura sunt tales, sed de his qui ex delicata uita, corpora sua effecerunt talia. Oritur sol, & claros ubiq; diffundit radios, excitat singulos ad opera. Agricola arrepto ligone egreditur, faber ferrarius suos folles apprehendit, & singuli opifices quod sibi congruit, & inuenies unumquenq; sua instrumenta in manus sumere. Mulier fusum uel contexta. Ille autem quasi porci statim à matutinis horis ad pascendum uentrē egreditur, quærens ut mensam præsumptuosam instruat, tametsi hoc solū sit brutorū, primo mane pasci, quoniā ad nihil utilia sunt q̄ ad mactandum. Illa autem quę dorso gestant, & operibus apta, etiā ipsa à noctu ad opus egrediuntur. Hic aūt à lecto surgit, Sole iam totū implente forum, & omnibus labore satiatis. Surgit aūt sese distendens, sicut sus ipsa quæ impinguatur, optima diei parte in tenebris cōsumpta. Deinde sedet longo tpe in lecto, præ hesterna crapula inuenire uestes & alia non ualens, & consumpta magna parte in illis, tum seipsum comit ac ornat, & procedit turpitudinis spectaculum, nihil habens hominis, sed omnia quę sunt bestiæ, in humana forma apparent, oculi lippiunt, uinum os olet, misera anima quasi in lectum coniecta, ob uarietatem ciborum sine modo infusorū, pōdus carnium circunferens sicut elephas: tandē ueniēs sedet in locis, dicit, facitq; talia, ut melius esset illū adhuc dormire q̄ uigilem esse. Si pericula grauia denuncian tur, quāuis puella trepidior fit: si utilia, puello quouis laxior ac mollior est. Vultus eius oscitationibus plenus est, oībus adhæret qui uolunt malè agere, & si non ipsis hominibus, certè illorum affectionibus.

Et ira talem facilè excitat, & concupiscentia, & inui- D dia, & omnia. Oēs adulantur, oēs ministrant, molliorem q̄ est facientes animā, & quotidie prodit cū insigni quadam noui morbi accessione. Vbi in rerū inciderit difficultatem, cinis & puluis fit, & nihil ei sericæ uestes prosunt. Hæc à nobis non sine causa dicta sunt, nequis dissolutē & inutiliter uiuat. Ociū.n. & uoluptas ad operationes inutiles, ad gloriam solùm, & ad delicias respiciūt. Quo non oēs talem cōdemnabunt, & domestici, & amici, & cognati? Quis aūt non iustus dicet, Onus hic est terrę, frustra aduenit in mundum talis, immo non frustrā, sed in malū sui capitis, in damnum proprium, in detrimentum aliorum? Quid igitur uidetur dulcius, hoc enim nūc quæritur, ocio & feriatione? Et quid fœdius homine qui non habet quod operetur, quid laboriosius, quid miserius: nōne hoc plurimis uinculis deterius? toto die in foro quotidie oscitare & spectare homines prætereuntes. Animę enim natura est, ut semper moueatur & quiescere nequeat. Deus hoc animal condidit operationibus deditum, & ex natura eius est operari, & præter naturā eius, esse ociosum: ne ab E ægrotantibus causam probemus, sed à re ipsa experimentum capiamus. Nihil uacatione molestius, nihil ocio. Ideo necessitatem operandi indidit nobis deus. Omnia.n. ab ocio damnū accipiunt. Etenim & oculus & os & uenter, & unumquodq; membrorū nisi quod suū est operetur, in extremū incidit morbum. Hoc aūt maximē in anima est: nam sicut ociū mala res est, ita & operatio, quæ nō congruit. Sicut enim si quis nō comedit, dentibus nocet: ita quę comedit quæ non accommoda, stupere illos facit: Ita sanē & hoc loco, si uel non operatur, uel operatur quæ non cōuenit. Igitur utrunq; fugere studeamus, & ocium, & opus ocio deterius. Et quod est illud? auaritia, ira, inuidia, & reliquæ affectiones, ab his uacemus, ut eterna nobis bona promissa cōsequamur. Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac spiritu sancto sit gloria &c.

Media autem nocte Paulus ac Silas orantes, laudabant deum, & audiebant illos uincti. Repentè autē terræmotus factus est magnus, ita ut mouerētur fundamenta carceris. Apertæ sunt autem statim ianuæ, F *& omnium uincula soluta sunt.*

Homilia. xxxvi

Vid illis animabus cōferendū? Multis plagis acceptis flagellati sunt, contumelijs affecti sunt, extremē periclitati sunt, in neruum cō iecti sunt, inq; carcerem interiorē, & neq; sic dormire poterant, sed tota nocte uigilant. Videtis quantū bonum sit afflictio? nos aūt & in mollibus lectis, & metu territi, totas noctes dormimus, fortasis propterea insomnes manserunt, quoniā in periculis fuerunt. Nunqd somni tyrannis illos cepit? nunquid dolor inflexit? nunquid metus consternatos reddidit? Atqui hæc q̄ illos excitabant alacresq; faciebant, ēt magna uoluptate iplebāt. Media aūt nocte, inquit, orantes laudabāt deum, audiebant aūt illos uincti. Nouum enim uidebatur esse ac admirabile. *Repentè autem terræmotus factus est magnus, ita ut commouerentur fundamenta carceris, apertæ autem sunt statim omnes ianuæ, & omnium uincula soluta sunt.* Terræmotus factus est, ita ut custos ē somno excitaretur, & ianuæ apertæ sunt, ut factum fieret mirabile. Hęc uincti nō uidebant, alioqui fugissent oēs. *Experrectus autem cu*

G stos carceris, milẽs apertas ianuas carceris, arrepto gladio seipsum interempturus erat, putans effugisse uinctos: clamauit aũt uoce magna Paulus, dicẽs, Nihil mali tibiipsi feceris, omnes enim hic sumus. Admiratus magis est humanitatẽ Pauli, obstupuit fortitudinem, quia & fugere cũ posset, non fugit, & se à cæde prohibuit. Petito aũt lumine, irrupit ac tremefactus procidit ante Paulũ & Silã, et dixit, Domini, quid me oportet facere, ut saluus fiam? Vidisti quanta illũ cepit admiratio? Illi aũt dixerunt, Crede in dominum Iesum Christum, & seruaberis tu ac omnis domus tua, & locuti sunt illi sermonem domini & omnibus qui in domo eius erant. Quia statim locuti sunt ei, declararunt misericordiam erga illum. Et assumptis illis in eadem hora noctis lauit à plagis, & baptizatus est ipse & omnes qui illius erant continuò. Et cũ perduxisset illos in domum, apposuit mẽsam, & exultauit cum tota domo, credens deo. Abluit eos redditurus illis gratiam, & honorans eos pp ea q̃ fecerat. Die autem facto: miserunt militum principes lictores, dicentes, Dimitte homines illos. Cognouerant fortasse factum, & non audebant per seipsos dimittere. Annũciauit aũt custos H carceris sermones Paulo, dicens, Miserũt militum principes ut dimittamini, nunc igitur egressi ite in pace. Paulus uerò dixit ad illos, Cæsos nos publicè, indicta causa, homines Romanos coniecerunt in carcerem, & nunc clàm nos eiiciunt. Non profectò, sed ueniant ipsi, & educant nos. Annunciauerunt autem militum principibus lictores uerba hæc, & timuerunt, cum audissent Romanos esse. Et egressi orauerunt illos, & eductos rogabant ut egrederentur è ciuitate. egressi autem è carcere, intrauerũt ad Lydiam, uisisq; fratribus, exhortati sunt eos & profecti sunt. Etiam principibus militũ denunciantibus Paulus nõ exit, forsan propter Lydiam & alios fratres, uel ẽt terret illos, ne putentur digni esse q̃ perirent: Et ut ẽt alios confidẽtiores facerent. Triplex delicti crimen erat, quòd Romanos, & nõ audita causa, & publicè coniecerãt in carcerem. Vides quòd ẽt multa humano more agebãt. Exquiramus ad illã noctem noctes nostras. Ibi conuiuia, & ebrietates, & libidines. Ibi somnus nihil à morte differens, ibi uigiliæ somno molestiores: nã alij quidẽ dormiunt ita ut nihil sentiant, alij aũt uigilant miserabiliter ac miserè, seruos percutiendo, pro I pecunijs curas gerendo, cogitãdo ut ulciscantur eos qui se læserant, inimicitias meditando, uerba contumelioſa per diem obiecta enumerãdo, & ita ignem iræ succendendo, intolerabiliaq; faciendo. Considera quo Paulus dormiuit, mirè & singulari dispensatione hoc factũ fuit. Angelus.n. aderat, & nullũ oportebat uidere qd factũ erat. Iam aũt & hoc bene factũ, quòd prohibetur custos carceris seipsum occidere. Et quare, nõ aliud miraculũ factum? quia hoc sufficiebat ad illiciendum illũ, quod nisi euenisset, ẽt ipse in periculum uenisset. Non.n.ita trahunt miracula ulla, ut ea q̃ ad salutem nostrã attinent. Et ne uideatur à seipso factus terræmotus, & naturalis, secutũ est hoc testimoniũ quod illud cõfirmet. Et in nocte apparet: Nihil.n.ad ostentationem, sed omnia ad salutem aliorũ faciebant. Non erat malus carceris custos. Coniecerat illos in interiorẽ carcerem, mandato sic accepto, & nõ à seipso. Et quare non anteà clamauit Paulus? Tumultu ac turbatione plenus erat homo, & non suscepisset uerba. Idcirco ubi uidit illũ sibiipsi mortem uelle cõsciscere, præoccupat ac clamat, dicẽs, Oẽs sumus hic. Eapropter & petito lumine irrupit & procidit ante Paulũ ac Silam. Ad pedes uincti cadit custos, & præmittit illos foras ac dixit: E Quid mihi faciendum est ut seruer? Quid nam dixerunt? Vide illum, non ob hoc diligere, quia seruatus erat, sed quia uirtutem obstupescebat. Vidisti quid illic factũ, & quid hic? Illic puella liberata est à spiritu, & in carcerem cõiecerunt illos, quòd liberauerũt illam à dæmonio. Hic solũ mõstrarunt portas carceris apertas, & aperuit portas cordis illius. Soluit uincula duplicia. Accendit illic lumen, nã & in corde illius lux fulsit. Et irrupit ac prõcidit. Nec iterrogauit, Quo hoc factum est? Sed statim dicit, Quid mihi faciendũ est, ut seruer? Quid igitur Paulus? Crede in dominum nostrũ Iesum Christum, & seruaberis inquit tu, ac domus tua. Maximè hoc hoſes cõciliat, quòd etiam sua domus liberanda sit. Et locuti sunt ei sermonẽ, & oibus q̃ in domo illius. Lauit illos & abluit. Illos quidem à plagis abluit, ipse aũt à peccatis lotus est. Alluit & pastus est. Exultauit, inqt, quanuis nihil erat, sed uerba solũ & bona spes. Hoc signũ erat, quòd ipse credidit, se ab oibus liberatum. Quid carceris custode peius? quid crudelius? qd ferocius? attamẽ cum multo illos honore suscepit, & lætatus F est, non quia saluatus est, sed quia credidit deo. Crede, inquit, in dominum. Idcirco dixit, Qui credidit deo. Et ne uideatur quasi reus ac peccator perire, propterea dicunt: Cæsos nos publicè, & indicta causa coniecerunt in carcerem, ut non solũ gratię, sed ẽt ipsorum sit opus. Vide ut uaria dispẽsẽt gratia. Quo ille egressus est, quo hic: tametsi uterq; apostolus. Timuerunt, inquit, quòd Romani essent, non quòd iniustè coniecissent in carcerem. Et rogauerunt illos ut exirent ex ciuitate. Hanc gratiam pertiuerunt. Illi autem, ut uenerunt ad Lydiam, & confirmauerunt illam, sic tandem profecti sunt. Non enim hoſpitem illam dimittere oportebat in agone & solicitudine. Egressi aũt sunt non illis obtemperantes, sed ad prę dicationem festinãtes, utilitate per hoc miraculum sufficiente ciuitati data. Non.n.ultrà oportebat ibi manere. Et enim miraculũ magis claresçit, ubi abierint illi qui ipsum operati sunt. Et fides custodis carceris pro uoce erat. Quid huic par? ligatur & soluit. Ligatus soluit duplici uinculo, eum qui ligauit soluit per hoc quòd ligatus est. Reuera hæc gratiæ opera M sunt: Nunc igitur, inquit, egressi ite in pace, hoc est, cum securitate, nihil timentes. Et aliter: Et hũc extra dicunt, Cæsos nos, cõiecerunt in carcerem, quia miracula operati sumus. Neq;.n.illa attendissent, sed qd maximè illorum mentes concutere potuit: Indicta causa, inquit, & cũ Romani simus. Semper memores simus huius custodis carceris, & non miraculi. Quid dicent Gentiles, quo cũ esset uinctus, persuasit uincienti? Et quem dicit persuaderi oportebat, num scelestum hominem & miserum, & non habentem mentem, innumeris malis plenum, & facilè adducibilem? Addunt & hęc, Quis ille uel coriarius, uel purpurarum uenditrix, Eunuchus, custos carceris? Serui & mulieres crediderunt. Quid igitur dicere poterunt, quando & eos qui in dignitatibus constituti sunt, adducemus Cẽturionem, proconsulẽ, eos qui ex illo usq; in hunc diem, ipsosq; imperatores ac reges? Ego aũt aliud dico, qd hoc maius est. Illos contemptiores uideamus. Et ubi, inquit, hoc miraculũ? Profectò miraculum est. Nam si quidẽ crederẽt quis de rebus uulgaribus, non esset miraculum: quan-

A do aũt de resurrectione, de regno cœlorum, de uita philosophi, popularib⁹ loquitur quis & persuaserit, mirabilior erit, q̃ si sapientibus persuaderet. Quãdo enim non est periculũ & persuaserit quis, bene insipientiã in mediũ afferunt. Quando aũt dixerit quis seruo sicut tu es, Si credideris mihi, periclitabere, omnes hostes tui erũt, oportebit te mori & innumera mala ferre, & deinde ceperis animam illius, neutiquã hoc erit insipientiæ: nã si hęc dogmata uolupta tẽ habuissent, meritò quis hoc diuisset. Si autẽ id qd non didicerũt philosophi, seruus discit, utiq; magnũ est miraculũ. Et si placet coriarium illum in mediũ afferamus, & uideamus qd illi narrarit Petrus: uel si uis, illum hunc carceris custodem. Quid igitur illi dixit Paulus? Christus resurrexit, inqt. Est resurrectio mortuorum, est regnum, & persuasit facilè credulo. Quid igitur, de uita nihil dixit? dixit utique, quòd tẽperatẽ uiuendũ, quòd pecuniis imperandũ, quòd cauenda crudelitas, quòd propria danda alijs: nunqd & de his persuaderi erat paruæ sapientiæ, & non magnæ animæ? Esto aũt quòd illi dogmata per insipiẽ B tiam receperint, uitam ita philosophicam agere: nũquid insipientiæ fuerit? Atque ita quantò insipiẽtior est cui persuadentur ea quæ neq; philosophi philosophis persuadere potuerunt, tanto maius fit miraculum, maximè autem quando & mulieres ac serui persuadentur, & operibus id declarant ea quæ Platones & omnes illi persuadere nequiuerunt. Et quid dico, quòd nulli persuaserint, cũ neq; sibiipsis? Quòd enim Plato non persuasum habuit cõtemnendas pecunias, hinc habes, quòd tantas facultates, aureosq; annulos, ac phialas possedit. Itẽ uanã gloriã non esse expetendam, Socrates qui omnia faciebat ad gloriam spectans, neutiquã ostẽdit. Et si quidẽ illius sermones noti essent uobis, longũ super ea re mouerẽ sermonem, & ostenderẽ multã apud illũ esse ironiã, siquidẽ credendũ est his quæ discipulus eius de eo dicit, & quomodo à uana gloria, omnes eius literæ argumentum habent? At illis relictis, nobisipsis loquamur. Nam cum his q̃ dicta sunt, etiam hoc est dicendum, quia & cum periculis hæc persuadebantur. Ne igitur impudens sis, sed cogita illam noctem, ner C uos, hymnos. Et hoc studeamus etiam nos facere, 3.Reg.17 & 18.a & aperiemus nobis non carcerẽ, sed cœlũ. Si orauerimus, & cœlum aperire poterimus: Elias ẽt clausit ac aperuit cœlum oratione. Est etiam in cœlo carcer. Mat.16.c Quæcunq; ligaueritis in terra, erunt ligata in cœlo. Luc.18.a Oremus per noctẽ, & soluemus hæc uincula. Nam ibid.11.a quòd preces peccata soluant, persuadeat nobis uidua, persuadeat nobis ille amicus, qui intẽpesta nocSup.10.a cte perseuerat ac pulsat: persuadeat nobis Cornelius, Orationes tuæ, inquit, & eleemosynæ tuæ ascenderunt corã deo. Persuadeat nobis Paulus, dicẽs. Quæ 1.Tim.5.a autem uera uidua est, & solitaria, sperauit in deũ, & adhęret precib⁹ die ac nocte. Si de uidua ille hęc dicit de infirma muliere, multo magis de uiris. Et iam dixi, & nũc dico, excitemur nocte, etiãsi non multas pces facias, unã fac cũ sobrietate & sufficit, nihil amplius peto, etiãsi nõ sit media nox, saltẽ sub ipsum diluculũ. Ostẽde quòd nõ corporis solũ est nox, sed ẽt animę. Ne sinas illã ociosẽ transire, sed da domino hoc donum, immo & ipsum ad te redeat. Dic.n. oro, si in graues incidissemus facultates, quẽ nõ rogaremus: si forsan petitionis cõpotes fieremus, respiramus. Quis tibi daret, ut paratus sit is qui rogatur ad habendũ tibi gratiam, quod rogas? Quis tibi daret ne obambules & queras quẽ nã roges: sed inuenias paratũ? Ne alijs opus habeas p quos roges, ut p illos preceris. Quid hoc maius? Hic enim tunc maximè facit, quãdo nõ alios rogamus, sicut amicus ger manus, & nos tunc maximè obiurgat quasi nõ fidamus illius amicitia, quãdo alios oramus, qui pro nobis ad illum intercedant. Ita etiã nos facimus, quando aliqui nos rogant, tunc potissimũ illis largimur, quando per seipsos & nõ per alios nos accesserint. Quid igitur, inquit, si offenderim? Cessa offendere, & lachrymas funde, & ita accede, & statim in primis inuenies illũ propicium. Dic solũ, offendi, dic ex animo & pura mente, & soluta sunt omnia. Non adeò cupis dimitti peccata tua sicut ille cupit peccata tua dimitti. Quod.n.non concupiscis tu, cogita, quia neque uigilias suscipis, neque pecunias effundis: ipse autẽ ut dimittat peccata nostra, unigenito suo non pepercit, germano eiusdemq; solij ac potestatis filio. Vides quòd ipse magis cõcupiscit dimittere peccata tua? ne segnes simus, ne moras nectamus. Misericors est ac bonus, solũ occasionẽ illi demus, idq; ne E nos inutiles fiamus ac ociosi, quãuis & absq; illa absolueret, sed sicut nos multa in ministris nostris sormamus & cõponimus, ita & ipse multa in nostrã facit salutẽ. Præoccupemus faciẽ ei⁹ in cõfessione, quò Psa.94.a niã bonus est ac suauis & misericors. Si aũt nõ inuocaueris ex ueritate, neq; uolueris ex corde loqui, Dimitte, sed ex ore, quid ille faciet? Quid est in uerita te inuocare? Cum electione uoluntatis, cũ alacritate cũ mẽte syncera: sicut de unguentis dicũt, uerũ esse, si nihil habet adulterinũ, ita & illic reuera illũ inuocat: & qui reuera illũ inuocat, tandiu assidet, nec desistit, donec assequatur. Qui aũt obiter defungitur, & sic legẽ impler, non inuocat in ueritate. Quisquis ergo fueris, ne dic, Peccator sum solũ, sed etiam da operam, ut ab hac existimatione te liberes: nec dic solũ, sed & dole: si doles, operã adhibes: si nõ doles, operã non adhibes: si non doles subsannas. Quis dicens Aegroto, non facit etiam omnia ut liberetur à morbo. Magna arma sunt preces. Si uos, inquit, sci- Luc.11.b tis bona dona dare, multò magis pater uester. Qua re non uis accedere, amat te: plus omnibus potest. F Et uult & potest. Quid prohibet? nihil. Igitur acceda mus cũ fide, accedamus dona afferentes quę uult, ultionis obliuionem, benignitatẽ, mansuetudinem. Et si peccator fueris, cum fiducia ab illo petes peccatorum remissionẽ, qui potest ostendere tibiipsi. quòd hoc tibi concessum sit. Sin iustus fueris, & nõ habes ut ab ultione desistas, nihil profuerit. Nõ est possibile, quod homo q̃ dimiserit proximo, non plenam remissionem assequatur. Incõparabiliter: magis misericors est deus quã nos, hoc omnibus manifestum est. Quid dicis? Si dixeris, iniuria affectus sui, iram domui, furoris uim pertuli propter tuum præceptum, non dimittet etiam ille? omnino utiq; dimittet. Et ita si purificauerimus animam ab ultionis cupiditate, sufficiet nobis, ad hoc ut audiamur, & cum sobrietate & multa sedulitate oremus, ut obtenta ab eo copiosa misericordia, bona promissa consequamur; gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

G *Transierunt autẽ per Amphipolim & Apoloniam, Ca.xvij.*
& uenerunt in Theſſalonicam, ubi erat ſynagoga
Iudæorũ. Pro more autẽ ſuo Paulus intrauit ad illos,
& per ſabbata tria loquebatur illis de ſcripturis,
aperiens & allegans quòd Chriſtum oportebat pa-
ti, & reſurgere ex mortuis, & quòd hic eſt Chriſtus
Ieſus, quem ego annuncio uobis.

Homilia xxxvij.

Terũ paruas ciuitates tranſeunt, & ad maiores feſtinant, unde quaſi ex fontibus quibuſdã, i uicinas diuulgãdus ſermo. Pro more autẽ ſuo intrauit Paulus in ſynagogã Iudæorum, quanuis dixerat, Conuertimur ad gẽtes: nõ relinquebat illos, magno.n. amore proſequebatur eos. Audi enim illum dicentem, Fratres, expectatio quidẽ cordis mei, & oratio ad deũ pro Iſrael eſt, ut ſeruetur, & orauí anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Faciebat autem hoc propter promiſsionem dei ac gloriam. Et ne offendiculum eſſet gẽtibus. *Et ſabbata tria loquebatur illis de ſcripturis, aperiens & allegans quòd Chriſtum oportebat pati, & reſurgere ex mortuis.* H *Et quod hic eſt Ieſus ille Chriſtus, quem ego annũcio uobis.* Vides quòd ante omnia paſsionẽ prædicat. Sic de illa nõ cõfundebantur, ſed prædicabant ut ſalutarẽ. *Et quidam ex illis crediderunt, & adiuncti ſunt Paulo ac Silæ. Et religioſorũ Græcorum multitudo magna, mulieresq; primariæ non paucæ.* Summã dixit ſermonũ alienus ab omni ſuperfluitate, nõ ubiq; cõciones totas dicẽdo. *Zelo autem commoti Iudæi increduli, & aſſumptis quibuſdã forenſibus uiris malis, & turba coacta concitauerũt ciuitatẽ. Et urgentes domũ Iaſonis, quærebant illos ut ducerent ad plebẽ. Non inuẽtis aũt illis, traxerũt Iaſonẽ & fratres quoſdã ad principes ciuitatis, clamantes: Hi qui orbẽ terrarũ cõcitarunt, huc quoq; uenerunt quos hoſpitio excepit clàm Iaſon. Et hi oẽs contra decreta Cæſaris faciunt, regem alium dicẽtes eſſe Ieſum.* O accuſationẽ. Iterũ accuſant uiolatę maieſtatis, & reipublicæ. Dicentes, inqt, regem alium eſſe Ieſum. *Concitauerunt aũt turbam & principes ciuitatis audientes hæc, & accepta ſatisfactione à Iaſone & àcæteris, dimiſerunt illos.* Admirabilis erat uir ille, dimiſit illos, & periculo ſe expoſuit. *Fratres autẽ ſtatim per noctẽ emiſerunt ſimul Paulũ & Silã in Berrhœam. Qui cũ aduenissent, intrauerunt in ſynagogã Iudæorũ.* Hi aũt *qui erant generoſiſsimi Theſſalonicẽſiũ, qui receperant uerbũ cũ omni alacritate quotidie diiudicãtes ſcripturas, num hæc ita ſe habeant.* Generoſiſsimi inqt erant, hoc eſt, humaniſsimi. Et uide non ſimpliciter ſed cum diligentia ſcrutabãtur ſcripturas. Hoc.n. eſt diiudicantes, uolebant enim & à ſeipſis certiſsimam perſuaſionem habere de paſsione. Iam.n. crediderãt. Itaq; multi ex illis crediderunt, ẽt Græce mulieres honeſtæ, & nõ pauci uiri. *Vbi autem cognouerunt Theſſalonicẽſes Iudæi, quòd & in Berrhœa à Paulo annunciatũ eſſet uerbum dei, uenerunt & illic concitauerũt turbas: ſtatim aũt tunc Paulũ emiſerũt fratres, ut iret uelut ad mare, Manſerunt Silas & Timotheus illic.* Vide illũ & cedẽte & urgentẽ, & multa humano cõſilio faciẽtẽ. *Porrò qui proſequebantur Paulũ duxerunt illũ uſq; ad Athenas, & accepto mãdato, ad Silã & Timotheum ut quã celerrimè ad illum ueniant profecti ſunt.* Videamus autẽ iterũ quæ dicta ſunt: Per ſabbata tria, inquit, loquebatur illis, aperiens ex ſcripturis. Bene, quando uocabant, hoc & Chriſtus faciebat, multũ de ſcripturis diſſerens, & nõ ſemper ſigna faciens. Quoniã enim illi aduerſabantur, & eum ut impoſtorem & incãtatorem calumniabantur, ideo & ipſe de ſcripturis K diſſerit. Qui.n. ſolis ſignis attentat perſuadere, meritò ſuſpectus eſt. Qui aũt ex ſcripturis perſuadet, non uenit in eã ſuſpicionẽ. Et ubiq; inueniemus illum doctrinis pſuadere. Sed & cũ in Antiochia doceret, congregata eſt ad ipſum ciuitas. Ita magnum quoddã etiam hoc eſt, & non paruum ſignũ, ſed uerè ualde magnum. Et ne putent quòd ipſi poſſent totũ, permittit illos deus expelli. Duo.n. inde proueniebant, nẽpe quod quaſi depoſiti non ſuperbiebant, & iterum quòd neque ut rei terrebantur, ita ẽt ſingulari ordinatione uocabantur. Religioſorum Græcorum inquit magna multitudo, & Græcarũ mulierũ credi derunt, ẽt uiri non pauci. Illi autem contrà faciebãt. Quomodo aũt dicẽs, Vt nos ad gentes, ipſi autẽ ad circunciſionẽ, loquitur ludęis? Hoc ex ſuperabũdan tia faciebat. Quoniã ſi Iudæis. oqui non oportebat, quomodo dicebat iterum, Qui enim cooperabatur illi in circunciſione, cooperatus eſt & in me gẽtibus. Quemadmodum enim & illi gentibus locuti ſunt quanuis ad circunciſionem ſegregati? Ita & hic. Et quanuis amplius hos curabat, non tamen illos negligebat, ne uideantur diuiſi eſſe. Et qũo, dicet quis, prius ad ſynagogas ingreditur? Græcis perſuadebat per Iudæos dum Iudæis loquitur. Sciebat.n. quòd hoc ad gentes cõciliandas multũ ualebat. Idcirco dicebat, Quoniã ego gentiũ ſum apoſtolus. Et epiſtolæ illius oẽs cõtra Iudæos pugnant. Quòd Chriſtũ, inquit oportebat pati. Si pati oportebat, omnino & reſurgere, multò magis mirabile hoc quàm illud. Si enim illũ qui nihil iniuſtè egit morti expoſuit, multò magis ſuſcitauit illum. Iudęi aũt increduli, aſſumptis forenſibus quibuſdã, turbarunt ciuitatẽ, inquit: Ita cum plures eſſent Græci, aſſumebant quoſdã. Quoniam non putauerunt Iudæi, ſe ſufficere ad ſeditionem mouendam, nec iuſtam cauſam habebãt, tu multu ſemper talia perficiũt, idq; aſſumptis uiris malis: Non inuentis aũt illis, inquit, traxerunt Iaſonẽ. O tyrãnidẽ, ab ædibus ſine cauſa illos extrahũt. Hi omnes cõtraria decreto Cæſaris faciũt, Regem, inquit, dicentes eſſe Ieſum. Quoniam nihil contrarium dicebant decretis, neque commouebant ciuitatem, in aliud crimen illos ducunt, & læſæ maieſtatis ac reipub. accuſant. Et quid timetis, ſiquidẽ mortuus eſt. L Vide perſecutiones ſemper prædicationem promouere: Itaque hi erant, inquit, generoſiſsimi Theſſalonicenſium, hoc eſt, nihil mali facientes, ſed alij quidem crediderunt, hi aũt contrarium faciunt turbãtes illos. Igitur multi quidem crediderunt ex illis, etiã Græcæ mulieres: Iterum hic credunt Græci. Tu autẽ uide qua diſpenſatione fugerunt metuẽtes. Nõne ſi ceſſaſſent prædicare, ẽt amplius exacerbaſſent? Duo fiebant, & illorum furor extinguebatur, & prædicatio creſcebat. Meritò aũt & illorũ malos mores ponit. Venerunt & illuc cõcitãtes turbas, irrefrænabilẽ inſaniam illorum inſinuat. Statim autem emiſerunt Paulum fratres, ut iret inquit quaſi ad mare. Hic iam Paulum ſolum mittunt. Metuebant nequid ipſi mali accideret, qui caput illorum omnium erat. Sic non ubiq; gratia operabatur, ſed ſinit illos etiam humano conſilio agere, exuſcitans illos, & in ſolicitudinẽ immittens. Vide ſaltem ut Philippis ſeruarit ſolum, hic non item. Et accepto mandato, inquit ad Silã & Timotheũ, ut quã celerrimè ueniant ad ipſum, profecti ſunt. Et hoc meritò, Nam licèt Paulus erat, attamen

A men illis opus habebat. Igitur bene in Macedoniam à deo impellebantur. Clara.n. tum erat Græcia, alioqui & alia præter neceſsitatẽ faciebat: Chriſtus præcipiebat ex euãgelio uiuere, hic aũt hoc non faciebat. Chriſtus nõ miſit illũ baptizare, hic aũt baptizabat. Vide qũo cõferendus omnibus erat: Petrus in circũciſione, hic ad gentes, & in maiorẽ partẽ. Et accepta ſatisfactione à Iaſone dimiſerũt illos. Vide qũo ſatisfaciens Iaſon emiſit Paulum, & ita animam ſuã pro Paulo expoſuit. Hi, inquit, erant generoſiſsimi Theſſalonicenſes, hoc eſt, uirtutibus & fide erga deũ præditi. Qui ſcilicet ſuſceperunt ſermonẽ cum omni alacritate, inquit, quotidie diiudicãtes ſcripturas, ſi hæc ſic habeant. Non ſimpliciter impetu, neque zelo. Et quia maior ciuitas erat forenſes hoſtes erant in illa. Mirabile aũt non eſt, ſi in maiore ciuitate deteriores ſint, Immo maximè ueriſimile eſt, in maiore eſſe peiores, ubi multæ tumultuum occaſiones: nam ſicut in corpore, quãdo difficilior morbus fuerit, plus habet materiæ & alimenti: Ita certè hoc loco, id quod & in Iconio factũ eſt, & egreditur Paulus, ut & perdi
B tionis aliorũ pœnã dent. Idcirco & Paulus dicit prohibentibus nos loqui gentibus. Et quare non manſerunt, inquit, ibi? quare non ſigna fecerunt? Si.n. illic ubi lapidatus eſt, manſiſſet multo tpe, multò magis ibi. Quare? Deus nõ ſemper uoluit illos facere ſigna. Non.n. minus ſignum eſt, uincere abſq; ſigno eos q perſequuntur q̃ ſigna facere, atq; ita ſicut nunc abſq; ſignis prævalet, ita & tunc ubiq; uolebat potẽs eſſe.
2.Cor.1.d Itaq; nec apoſtoli ubiq; ad ſigna cõfugiunt. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum ſigna quęrẽtibus, & ſapientiam. Hæc dedimus quæ neq; ſignis perſuaderi poſſunt. Et perſuademus, adeoq; magnũ hoc ſignum erat. Igitur uide ubi extenta prędicatio, qũo ſtatim ad ſigna accurrunt: oportebat.n. poſteà propter eos qui crediderãt maiora eſſe ſigna, q̃ quæ alijs fiebant, ideo & fiunt, ſed recedendo & accedendo ea faciebant. Emiſerunt illũ quaſi ad mare. Quare? ut non poſsit facilè deprehendi. Ita enim illũ eripere uoluerũt, quaſi per hoc magni quippiam perfeciſſent. Vide quanto ſtudio, & reliqui diſcipuli erga præcipuos apoſtolos uſi ſunt, & nõ quemadmodũ
C nunc ſeparati ſumus. Separamur enim inter nos parui & magni. Alij qdẽ extollimur, alij aũt inuidemus, propter hoc & illi inuident, quia nos inflamur & nõ patimur cum illis æqualiter ſalutari. Idcirco in corpore eſt moderatio qualitatũ & harmonia, quia nõ eſt inflatio: non eſt aũt inflatio, quia membra ita cõſtituta ſunt, ut ſeipſis inuicem utantur neceſſariò, & caput pedibus eget, & pedes capite. Et nobis hoc fecit deus, & neq; ſic fieri ſuſtinemus. Etenim etiã ſi hoc non eſſet, oportebat charitatẽ ac pacem habere. An non auditis illos qui foris calumniantur nos? Quando dicunt, Vtiles amicitiæ, laici nobis opus habent, & nos iterũ pp illos ſumus. Ita & doctor & princeps non eſſet, niſi etiam diſcipuli eſſent ac ſubditi, neq; facerent quæ ſua ſunt, ſicut terra opus habet agricolis, & agricolæ terra: ita & hic. Quam.n. habet mercedem doctor, non habens cui oſtendat edoctos? quã etiam hi qui docentur, ſi non optima fruantur doctrina? Et ita iterũ ſimiliter alter altero opus habet, & principes his qui reguntur, & duces ſubditis. Principes enim multorum gratia ſunt. Nullus enim ſufficit per ſeipſum aliquid operari, ſiue ſuffragia dare oportet, ſiue cõſilia & ſententias honeſtiores ſiunt

à cõgregatione & multitudine. Exempli gratia, pau- D peres dantibus egent, dantes accipientibus. Iterum conſiderantes, inquit, mutuũ, ad incitationem dilectionis ac bonorũ operum, propterea maiora pót communitas eccleſiæ. Quæ per ſeipſum nullus pót, cum alijs poteſt, Propterea maximè neceſſariæ fiũt preces hoc loco pro uniuerſo orbe, pro eccleſia q̃ in finibus, pro pace, pro his qui in calamitatib⁹. Et hoc Paulus manifeſtat, dicens: ut quod in nos beneficiũ, 2.Cor.1.c in multa perſona, per multos gratiæ dicãtur pro nobis: hoc eſt, ut multis cõcedatur. Et ſæpe preces illorum petit. Vide ẽt de Niniuitis quid dicit deus: Ego Ionæ ult. aũt non parcerem ciuitati, in qua habitant plures, q̃ d duodecim myriades. Vbi duo uel tres ſunt congre- Mat.18.c gati, inquit, in meo noĩe, illic ſum in medio illorum. Si autem duo magna poſſunt, multò magis plures: quanuis unus ſis, multum ualeas, ſed non ſimiliter. Quare aũt & unus es, & non facis multos? quare nõ es author charitatis? quare nõ concilias amicitiam? Maximum uirtutis encomium ſcis. Sicut.n. deũ magis exacerbat, per cõſpirationẽ eſſe malos, ita magis illum lętificat in concordia eſſe bonos. Non eris, in- E quit, cũ multis in malum. Oẽs declinauerũt, inutiles Pſa.13.b facti ſunt, & facti ſunt quaſi fœtẽtes in malitijs ſuis. Fac tibi amicos præ domeſticis, præq; omnib⁹ alijs. Siquis pacificus eſt, idẽ filius eſt dei, utiq; multò magis & is qui amicos parat. Si is qui reconciliat, filius dei dicitur, quo nomine appellandus eſt qui eos qui reconciliantur amicos facit? Hanc negociationem exerceamus. Amicos faciamus inter ſe qui inimici erant, & eos qui inimici, & nec amici cõgregemus quidem & hos, & ante oẽs, nos ipſos. Sicut.n. qui in domo inimicitias habet, & cum uxore ſua diſsidet, non eſt fidedignus, quòd alios conciliet, ſed audiet: Medice cura teipſum. Ita profectò & hic dicetur. Quę Luc.4.d igitur ſunt noſtræ inimicitiæ? anima diſsidet cũ corpore, malitia pugnat contra uirtutẽ. Has ſoluamus, hoc bellũ componamus, & tunc cum pace etiã alijs loquemur, cumq; multa fiducia, non reprehendẽte nos cõſcientia noſtra. Pugnat ira cũ manſuetudine, pugnat auaritia cum cõtemptu diuitiarum, pugnat inuidia cum benignitate. Diſſoluamus hos bellum, hoſtes inimicos deiiciamus, hoc ſtatuamus triũphos. F In ciuitate noſtra præparemus pacem. Ciuitas enim nobis eſt, & adminiſtratio, & ciues, & peregrini multi, ſed peregrinorum eiectionẽ faciamus, ita ut neq; domeſticos corrũpamus, neq; alienum & adulterinum dogma introducatur, neq; carnalis ſenſus. Nõ uidemus quod ſiquis hoſtium in ciuitate aliqua capitur, quaſi orator iudicatur. Igitur peregrinorũ eiectionem faciamus, immo nõ ſolũ peregrinorum, ſed ẽt hoſtium, ſi quem uiderimus, tradamus principi, menti inquam cogitationem illam quæ barbara quidem eſt, ſed ciuili ueſte induta. Multæ apud uos cogitationes tales ſunt, natura quidem inimicę, amicæ autem ouillo uellere: Sicut Perſæ Tiara ſublata, & gladijs peculiaribus quos anaxyrides uocant, & calciamentis barbaricis dimiſsis, alieno in habitu regionem noſtrã ingrediuntur, & raſi in corpore & familiari lingua loquentes, habitu bellum occultant. Si autem tormenta ſtatim adhibueris, eum qui latet deprehendes. Ita & hic, examina ſæpius talem cogitationem, & ſtatim uidebis barbaricum ſenſum. Vt autem in exemplo tales exploratores oſtendã, quos præmittit diabolus, ut uideant, quomodo res no-

G ſtræ habeant: Agè unum deſpoliemus, & in tribu-
nali diligenter examinemus: Et ſi placet quoſdam
2.Col.2.d ex his quos Paulus deprehẽderat, adducamus. Qua
lia ſunt inquit, quæ rationem quidem habẽt ſapien-
tiæ per ſuperſtitionem & humilitatem animi & ab
ſtinentiam corporis, non per honorem aliquem ad
ſatietatem carnis. Exempli gratia: Iudaiſmum indu-
cere uult diabolus, itaque ſi inde adduceret, nihil
perſuaderet. Vide igitur quomodo illum efficiat.
Oportet, inquit, abſtinentiam habere corpus, hoc
ad philoſophiam & bonam uitam pertinet, ne ad-
mittas cibum, ſed ut caueas. Humilis ille ſenſus eſt.
Et nunc iterum hæreticorum quis uolebat uos ad
creaturam abducere. Vides igitur quomodo præpa
rauit dolum. Si dixiſſet. Creaturam adora, captus
eſſet. Sed cur? Reſponderetur enim, Deus conditor
eſt. Porrò exerceamus iuxta ſententiam diiudican-
tium ſcripturarum apoſtolicarum mentem, illuc eũ
ducamus, ipſi agnoſcent & prædicationem, & lo-
quacitatem. Multi lucra magna lucrifaciunt, ut ha-
beant quod dent pauperibus. Iniuſta lucra, & hæc
H cogitatio moleſta, ſed exoneremus eam, & explore
mus, redarguamus, ne capiamur. Cæterùm effugiẽ
tes omnes uerſutias diaboli, ut cum diligentia ſana
dogmata retinere ualeamus, ſecuréque præſentem
uitam tranſigere, ęternaq; bona aſſequi, gratia & mi
ſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti; cui cum patre
ac ſancto ſpiritu ſimul ſit gloria, nunc & ſemper, &
in ſecula ſeculorum, Amen.

*Paulo aũt expectante illos Athenis, exacerbabat ſpi
ritus illius in ipſo, cũ uideret idololatriæ dedi
tã eſſe ciuitatẽ. Diſputabat igitur in ſy
nagoga cũ Iudæis & religioſis, et
in foro quotidie cũ his qui
ipſum fortè adiſſent.*

Homil. xxxviij.

Ide quòd maiores tentationes habet apud
u Iudæos quàm apud gentes. Athenis enim
nihil tale patitur nihil enim præter riſum paſ
ſus eſt. Apud Iudæos autem multæ difficultates,
adeò erant iritati. Ideo & dicit: Paulo autem expe-
ctante illos Athenis, exacerbabat ſpiritus illius in ip
ſo, cum ſpectaret ciuitatem idolis obnoxiam. Me-
ritò. Vix enim alibi tot uidebantur idola. *Diſputabat
igitur in ſynagoga, & in foro quotidie cum his qui fortè
ipſum adiſſent.* Vide iterum diſſerit apud Iudęos, un-
dique obſtruens ora eorum, qui dicebant quòd
Iudæos reliquiſſet, propterea quòd ad gentes ſe con
uertiſſet. Mirum eſt, quòd philoſophi ſic illo loquen
te non ſtatim deriſerunt eum, cum contumelijs, ne-
que à prædicatione reſilierũt, dicentes: Procul à phi
loſophia abeſt, quia nihil faſtus habebat. Et aliter:
quia neque cogitabant, neque intelligebant ea quæ
dicebantur. Quomodo enim cum alij ex eis corpus
dicebant deum, alij uerò uoluptatem fœlicitatem.
*Quidam autẽ Epicurei ac Stoici philoſophi conflictabantur
cum eo, & quidam dicebant. Quid uult uerbiſator ille
dicere? Alij uerò: Nouorum dæmoniorum annunciator eſſe
uidetur, quia Ieſum & reſurrectionẽ euangelizabat.* Et e-
nim reſurrectionẽ deum quẽdam eſſe putabant, qa
& fœminas colebant. *Apprehenſum autẽ illum ad Ario
pagum duxerunt, dicentes: Poſſumus ne ſcire, quæ nam no
ua iſta quæ à te docetur doctrina, noua enim quædã inge
ris auribus noſtris. Volumus igitur ſcire quidnã uelint hæc
eſſe.* Duxerunt illum ad Ariopagum, non ut diſce-
rent, ſed ut punirent. Ibi erãt iudicia ſanguinis. Vide K
igitur quo etiam ſub ſpe diſcendi ubiq;, nouam do-
ctrinam obijciunt. Loquaciũ ciuitas, ciuitas illa erat.
*Athenienſes autẽ omnes, & hoſpites qui illic uerſabantur,
ad nihil aliud uacabant, quàm ut dicant & audiant ali-
quid noui. Stans autẽ Paulus in medio Ariopagi, dicebat:
Viri Athenienſes per omnia ferè ſuperſtitioſiores uos uideo.
Tranſiens enim & contemplans culturas ueſtras, inueni
& aram in qua inſcriptũ erat, Ignoto deo.* Quid eſt hoc?
Athenienſes, quia per multa tẽpora acceperãt deos
etiam extraneos, utpote templum Mineruæ, & Pa-
nẽ, & alios aliunde, timentes ne forſan & alius qui-
ſpiam eſſet, quem ignorarent, ipſis quidem nondũ
cognitus, qui tamen alibi colatur, propter maiorem
igitur ſecuritatem ẽt illi altare erexerũt: & quoniam
non erat manifeſtus deus, inſcriptũ eſt, Ignoto deo.
Hunc igitur Chriſtum Ieſum eſſe Paulus dicit: *Quem
igitur ignorantes bene colitis, hunc ego annuncio uobis.* Vi
de quomodo oſtendit, quod ipſum præoccuparit.
Nihil extraneum, inquit, nihil nouum affero. Multũ
illi obiiciebant: Quæ eſt iſta quæ dicitur à te doctri-
na? Noua enim quædam ingeris auribus noſtris. Sta L
tim igitur ſuſpicionem illorum aufert, ac dicit: *Deus
qui fecit cœlum & omnia quæ in illo, hic cœli ac terræ do-
minus exiſtens.* Deinde ne putent unum ex multis eſ-
ſe, corrigens deinceps ſubdit: *Non in manufactis tem-
plis habitat, nec manibus humanis colitur, aliquo indi-
gens.* Vides quomodo paulatim philoſophiam indu
cit, quomodo deridet errorem gentilium? *Dans uitã
& ſpiritum, & omnia, fecitq; ex uno ſanguine omne ge-
nus hominum, quod habitat ſuper omnem faciem terræ.*
Hoc dei proprium. Vide igitur num hæc & de filio
dic poſſint. *Præfinitq; præſtituta tempora, præfixitq; ter
minos habitationis eorum, ut quærerent deum, ſi forta ſſis
palpent ac inueniant eum, tametſi non longè abſit ab uno
quoque noſtrum. In ipſo enim uiuimus & mouemur, & ſu
mus, ſicut & quidam ex Poetis ueſtris dixerunt. Nam hu-* Aratus
ius & progenies ſumus. Hoc Aratus poëta dixerat. Vi- poeta.
de probationes adhibet etiam ab his quæ apud il-
los fiebant ac dicebantur. *Progenies igitur cum ſimus
dei, non debemus putare auro uel argento, uel lapide arte
ſculpto, & inuento humano deum eſſe ſimilem.* Et certè
propter hoc, inquit aliquis, debemus? Minimè. Quã- M
doquidem neq; nos illis ſimiles, neq; animæ noſtræ.
Cur autem non recta iuxta philoſophiam ingredi-
tur, dicens: Deus natura incorporeus eſt, inuiſibilis,
& infigurabilis: Quia ſuperfluũ uidebatur iam hæc
dicere ad homines quidem nondum edoctos unũ
eſſe deum. Propter hoc illa dicere omiſit, ſed in quæ-
ſtione conſiſtit, ac dicit: *Et tempora quidem huius igno
rantiæ cum diſſimularit deus, nunc annunciat hominibus
omnibus ubique ut reſipiſcant, eo quòd ſtatuit diem in
quo iudicaturus eſt orbem in iuſtitia in uiro cui decreuit,
fide præſtita omnibus, reſuſcitando illum ex mortuis.* Vi-
de, concuſſa mente illorum dicendo, Statuit diem,
& territa, tunc opportunè adiicit hoc, Reſuſcitan-
do illum ex mortuis. Sed uideamus iterum quæ di-
cta ſunt: Paulo autem expectante illos Athenis,
exacerbabat, inquit, ſpiritus illius in ipſo. Non ira
hoc loco, neque indignatio eſt exacerbatio uel in-
candeſcentia, ſed excitationem ac zelum ſignifi-
ficat. Sicut etiam alibi: Facta eſt, inquit, exacer-
batio inter illos: Et uide, ſingulari ordinatione
euenit, quòd illic expectans illos inuitus manſe-
rit. Quid igitur eſt paroxyneto? exacerbabat, pro

A eo quod dicimus, excitabatur. Procul enim eſt ab
ira & indignatione, donum ſpiritus. Nõ ferebat, ſed
mordebatur. Itaque diſputabat quidem in ſynago-
ga cum Iudæis, inquit, ac religioſis. Vides, ut ille ite-
rum cum Iudęis diſputat? Religioſos aũt, proſelytos
dicit. Diſperſi enim ſunt Iudæi ubique ab aduentu
Chriſti, nam ſimul & lex ab illo tẽpore ſoluebatur,
& docebãt homines pietatẽ, etiamſi ipſi nullam acci
perent utilitatem, quã quòd habebant ſuarum cala
mitatũ teſtimonia. Quidã aũt Epicurei & Stoici phi
loſophi conflictabantur cum illo. Non iam legibus
ſuis utebantur Athenienſes, utpote Romanis iam
ſubiecti. Et unde uoluerunt hi coſiectare? quoniã ui
debant & alios conferentes, & hominẽ exiſtimatio-
1.Co.2.d nis cuiuſdã. Et uide ſtatim cũ contumelia aggrediũ-
tur. Animalis enim homo non capit ea quæ ſunt ſpi
ritus. Nouorũ dæmoniorũ uidetur, inquit, annũcia-
tor eſſe. Dęmonia deos ſuos appellabant. Erant. n.
ciuitates illæ idolis plenæ. Apprehenſum enim illum
ad Ariũ pagum duxerunt, dicentes: (Quare in Ariũ
pagum illum traxerunt? ut perterreretur. Ibi enim ca
B pitales cauſas iudicabant, & homicidia.) Poſſumus
ne ſcire, quæ noua illa quæ à te dicitur doctrina? No
ua enim quędã ingeris auribus noſtris. Athenienſes
autẽ omnes, & peregrini qui illic uerſabantur ad ni-
hil aliud uacabant, quã ut dicerent uel audirẽt quip
piam noui. Hîc illud aſsignatur, quòd quanuis ſem-
per occuparentur in eo quòd audirent uel dicerent
aliquid noui: attamen illa noua putabant, utpote q̃
nunquã audierãt. *Stans aũt Paulus in medio Arij pagi,
dixit: Viri Athenienſes per omnia ferè ſuperſtitioſiores uos
uideo. Tranſiens enim & conſiderans culturas ueſtras.* Nõ
dixit dæmones ſimpliciter, ſed uiam parat, ſermoni,
propter hoc dixit: Superſtitioſiores uos uideo, pp al
tare. Deus, inquit, qui fecit mundũ, & oĩa quæ in il-
lo: locutus eſt uocẽ unam, per quã omnia quæ phi-
loſophi tradebant, ſubuertit. Epicurei. n. prouiden-
tiam dei negantes, omnia per ſe ferri dicebãt, & exa-
tomis cõſtituta eſſe, Stoici aũt corpus & ſeruorẽ. Il-
le uerò dicit, opus dei eſſe mundũ, & oĩa q̃ in illo. Vi
des q̃ ſuccinctus ſit & q̃ dilucidę breuitatis. Et uide
quę erãt q̃ auribus illorũ ingerebat, nẽpe quòd deus
C mũdũ fecerit. Quę ẽt plebeij nunc ſciunt, hoc igno
rabant Athenienſes, & Athenienſium ſapientes. Si. n.
fecit, manifeſtum quòd & dominus. Vide quid dicit
deitatis eſſe indicia, nempe eſſe cõditorẽ, id quod &
filius habet. Et enim prophętę ubiq; hoc dicũt, dei eſ
ſe creare mundũ. Non ſicut illi alium quidem eſſe fa-
ctorẽ, ſed non dominũ, ponentes materiam ingeni-
tam. Ibi nunc latẽter dogma ſuũ aſſerit, & illorũ dog
mata refutat. Non in manufactis, inquit, templis ha
bitat: nam habitat quidem in templis, ſed nõ in tali-
bus, ſed in anima humana. Vide, corporalem ſuſtulit
cultũ. Quid igitur? non habitabat in tẽplo, quod in
Hieroſolymis? Minimè, ſed operabatur. Quo igitur
colebatur manibus, humanis apud Iudæos? non à
manibus, ſed à mẽtib⁹. Quia illa nõ quęrebat, quaſi
Pſa.49.c opus illis habeat. Nunquid. n. inquit, comedam adi
pes taurorũ, uel ſanguine hircorum potabo? Alioq
neq; hoc ſuſſe ciſſet quòd nullo indigeat, id qđ affir-
mabat. Nam diuinũ quidem & hoc, ſed oportebat
etiam aliud accedere, adiicit: Ipſe dans omnibus ui-
tã & ſpiritũ, & omnia. Duas coniecturas deitatis oſtẽ
dit. Et quòd ipſe nullo egeat, & quòd omnia cũctis
ſuppeditet. Cõfer cum his omnia quæ de deo Pla-
Sup.17.b

to philoſophatus eſt, quęcunq; & Epicurus, & nuge D
apparebunt. Dans, inquit, uitã & ſpiritũ. Ecce etiam
animæ opificẽ illũ facit non genitorem. Vide iterum
quomodo deſtruit ſermonẽ de materia. Fecitq; ex
uno ſanguine omne genus hominũ, ut habitet ſup
omnẽ faciẽ terræ. Hæc meliora ſunt quã quæ illi tra-
dunt, & confundunt atomos ac hylen. Hic etiã oſtẽ
dit, quòd non eſt portio, neq; anima hominis deus,
quod etiã illi dicunt. Non eſſet enim hoc eſſe cõdito
rem. Dicens aũt, non humanis manibus coli deum,
inſinuat quòd mente ac corde ei ſeruitur. Hic inquit,
cœli ac terræ dominus. Igitur nõ ſunt dęmones Me-
rici ac prouinciales, quorum partes ac prouinciæ
quædam propriæ in quibus domini ſunt. Deus qui
fecit mundum & omnia quæ in illo. Oſtenſo quo-
modo cœlũ factũ, oſtendit quòd non in manufa-
ctis habitat: quaſi diceret, Si deus, omnia. ſ. fecit: ſi
autẽ nõ fecit, neque deus eſt. Dij qui cœlũ & terram
nõ fecerunt, pereant. Multò maiora quã illi dogma
ta inducit, tametſi nõdũ adhuc magna dixiſſet. Nõ-
dum enim tẽpus, ſed tanq; pueris loquitur de condi-
tione mundi, & dominatione dei cui nulla re opus E
eſt. Vbi aũt dixit, quòd omne genus hominũ ex uno
ſanguine fecit: manifeſtauit omniũ bonorũ author-
rem. Quid huic ſublimitati par? Nam mirabile eſt,
quòd ex uno fecit tot: quòd aũt oĩbus ille ſimul im-
perat, adhuc mirabilius. Dans. n. inquit, omnibus ſpi
ritum ac uitam. Quid eſt, cũ prefinierit tempora pre
ſtituta, præfixeritq; terminos habitationis illorum,
ut quærant deũ, ſi forſan palpẽt illum ac inueniant?
Quia nõ coactus eſt quis, inquit, obãbulare & quę-
rere deum. Vel ſi non hoc, qa decreuit ut queratur
deus. Sed nõ ſemper hoc finiuit, ſed præſtitutis tem-
poribus. Hoc autẽ dicit oſtendẽs, quòd neque nunc
qui quæſiuerunt inuenerint, quanuis ita manifeſtẽ
inueniri queat, quemadmodũ ſi quid in medio poſi
tum palpemus. Neque ibi quidẽ cœlũ eſt, alibi non,
& in hoc tempore fuit, in alio non. Et ita omni tem-
pore, & in omnibus præfixis terminis habitationis
noſtræ poſsibile eſt quòd inueniamus illum. Ita. n.
pulchra diſpenſatione inquiſitionem ordinauit, ut
neque loco, neque tpe prohibeamur. Certè & iſtuc
ipſum maximè illis conducibile fuiſſet, ſi quidem uo F
luiſſent, quòd ubiq; ſit cœlũ, & ſtet in omni tempo-
re. Idcirco & ſic dixit: Quanuis nõ longè ſit ab uno-
quoque noſtrum, ſed propè ſit omnibus. Quod au-
tẽ dicit, hoc eſt: Non ſolũ dedit uitam ac ſpiritum &
omnia, ſed ẽt quod eſt ſumma omniũ, duxit ad ſui
notitiam, dando hæc per quæ poſſemus illum inue
nire ac comprehendere, ſed noluimus quęrere, quã-
uis ante pedes eſſet. Non longè, inquit, ab unoquo-
que noſtrum cũ ſit. Papæ, omnibus propè eſſe dicit,
q̃ in toto orbe ſunt. Quid hoc maius? Vide cũ Me-
ricos dæmones refutat. Quid dico procul? Tã pro-
pè eſt, ut abſque illo non uiuamus. In illo enim uiui
mus, mouemur, ac ſumus. Hoc dicit quaſi corpora-
li exemplo. Sicut impoſsibile eſt ignorare aërẽ ubiq;
diffuſum, & non longè ab unoquoque noſtrum exi
ſtentem, immo etiã in nobis exiſtentẽ, ita profectò
& omnium opificem. Vide quomodo omnia illius
dicit, eſſe prouidentiam, illius eſſe dicit ac conſer-
uationem eſſe ab illo, operandi uim, actum habe-
re & non perire. Et non, dixit per illum, ſed quòd
propius fuerit, in illo, Nihil tale dixerat Poeta ille,
dicens: Huius enim & genus ſumus. Sed ille quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

C de Ioue dixerat, hic uerò de oium opifice assumit, & nõ illum hoc dicto intelligẽs. Absit, sed q̃ propriè de uero deo dicta ei adscribes. Quoniã & altare huius dixerat, non illius quem colebant. Dicta enim sunt quædã, & fiunt huic, & nesciunt Græci quòd fiant ei, sed ea ipsi de alio intellexerũt. Dic enim, de quo dicitur propriè: Ignoto deo? De conditore omnium, an de dæmone, cũ & illum ignorarint, hũc uerò scierint? Similiter etiam quòd omnia fecit, cõgruent de deo dictum esse, non de Ioue scelesto quodam homine & abominabili ac mago. Ita ẽt Paulus non similiter sicut ille dixit. Huius.n. & genus sumus. Absit, sed alia mẽte. Genus.n. dei nos esse dixit, hoc est, familiares, proximos, & quasi quis dicat, Proximè habitantes ac uicinos. Vt enim non iterũ dicant: Noua ingeris auribus nostris. Nihil.n. hominibus contrarium, ducit poëtam in medium. Et nõ dixit, Non debetis putare auro uel argento deũ esse similem, ô scelesti ac impij: Sed humilius, Hoc nõ debemus putare, inquit. Sed super hoc. Quidnam est, Super hoc deus sed neque hoc. Est.n. efficaciæ nomen: uerum
H iam hoc, nisi quòd non dicimus huic deũ esse similem. Quis.n. diceret? Vide quo incorporeum introducit, Mens.n. quando suspicatur corpus, etiã distantiam imaginatur. Genus igitur existentes dei, nõ debemus, inquit auro uel argẽto, uel lapidi sculpto arte & figmento hominis, deũ esse similẽ putare. Iam dixerit quis: Non hoc putamus, quare igitur hęc dicit? Sed ad multos loquebatur ille, unde & bene dixit. Nã si nos simus illis similes iuxta animã, multò magis deus. Tunc abducit illos à suspicione. Non solũ aũt sculpturæ artis deus nõ est similis, sed nẽq; alteri cupiã humanę cogitationi subiicitur. Nã uel ars, uel mẽs inuenit. Idcirco sic dixit: itaq; si id quod ars humana uel mẽs inuenit, hoc deus, & in lapide substantia dei, quomodo in illo uiuimus, & nõ inuenimus illũ? Duplex obiectio. Et quòd illũ non inuenerunt, & quòd tales inuenerunt, minimè per seipsam fide dignas. At ubi cõcussa illorum anima ostendit eos esse inexcusabiles, uide, quid subdit: Tempora q dem ignorãtiæ dissimulans, nũc annunciat hominibus oibus ubiq; ut pniam agant. Quid igitur? Nullus
I horum punitur? nullus qui pniam uult agere? de his dicit, nõ de his qui defuncti sunt, sed quibus annunciat. Non exigit à uobis rationem, inquit: non dixit, ille despexit: non dixit, permisit, sed uos ignorastis, dissimulauit: hoc est, nõ exigit pœnã, quasi digni sitis pœna. Ignorastis, & non dixit, spõte malè egistis, sed per hoc superiora monstrauit, ut ubiq; pœnitentiam agãt, dicens: Hic totũ orbẽ insinuãt. Vide quo illos abducit à Mericis, hoc est, prouincialibus diis.
Merici. Quapropter statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in iustitia. Vide iterum orbẽ dixit, sic hoies uocans in uiro cui decreuit suscitando illũ ex mortuis. Vide quo iterum passionem manifestauit, memor factus resurrectionis. Quod autem uerum sit iudicium, manifestum ex resurrectione? Simul enim prẽparata sunt. Et quòd omnia uera sint, inquit, manifestum ex eo quod resurrexit. Et resurrexisse illũ ex mortuis omnibus hanc fidẽ adhibet, Idq; iam manifestum. Hæc quidem dicta sunt ad Athenienses, tẽpestiuum autẽ etiã uobis dici, omnibus ubiq; agendam esse pœnitentiam, quia præfiniuit diẽ in quo iudicaturus est orbẽ. Vide quo & iudicẽ illũ inducit, & cum prouidentia gubernantem mundum, & misericordem, & condonantem ueniam, & potentem ac K
sapientem, & omnia simpliciter quę sunt conditoris habentẽ. Confirmationem dictorum ponit, quoniã ille resurrexit ex mortuis. Pœnitentiã igitur agamus: Omnino enim iudicari oportet: si non surrexit Christus, non iudicamur: si aũt surrexit, omnino iudicamur. In hoc enim & mortuus est, ut & mortuorum ac uiuorum dominus sit, inquit. Et iterum: Omnes *Rom.14.* enim astemus tribunali Christi, ut unusquisque *b* portet secundum ea quæ operatus est. Ne aũt putes *Ibidem.* hæc esse solum uerba. Ecce & de resurrectione omniũ introduxit sermonẽ. Neque.n. aliter iudicatur orbis. Etiam hoc quòd suscitauit illum à mortuis, de corpore est dictũ: hoc enim & mortuũ erat, hoc & cecidit. Apud gentes, sicut creatio, ita & iudicium reprobarur. Hæc aũt puerorum cõmẽta sunt, & ebriorum hominum. At nos q de his melius instructi sumus, faciamus utile aliqd, & studeamus familiarissimi esse Xpo. Hactenus inimici ei? fuimus, hactenus minus suauiter erga illũ affecti fuimus. Absit dicet quispiam, cur hæc dicis? Non uellem hæc dicere, nisi
L ea fecissetis uos. Nunc autem quæ utilitas, si sermones taceantur, & res cum omni claritate sic clamẽt, Itaque quomodo illum diligemus? Dixi qui quidem sexenties, dicam tamen & nunc: modum unum uenisse mihi uideor maximum & mirabilẽ, nempe ut cum eo quòd recogitamus innumerabilia & maxima beneficia, quę coiter cum aliis à deo accepimus & pro quibus gratias habemus: recogitemus etiam singuli, quid sibi peculiariter datũ sit recogitemus autem id quotidie. Igitur quòd magnã hæc habeãt uim unusquisque nostrum apud seipsum recogitet, & diligenter scrutetur. num aliquando in periculum prolapsus, hostium manus effugerit, & beneficia dei quæ conscribi præ multitudine nequeunt, tanquam in libro habeat: utpote si fortè ante lucẽ egressus in uiam, periculũ euasit: si fortè incides in malos homines, eos uicit: si fortè morbo correptus, desperantibus omnibus iterum conualuit. Multũ enim & hoc ualet ad conciliandũ nos deo. Sanè si Mardochæus ille ita habuit subsidiaria bona opera quæ ab ipso facta, cũ uenissent in memoriã regis, ut ad illam gloriæ claritudinẽ peruenirẽt, multò magis nos si me- M
mores fuerimus. Et duorum istorum operũ diligens faciamus examen, quid nos quidẽ peccauerimus in deũ, & qd boni ille nobis fecerit. Ita & grati erimus, & omnia effundemus. At nullus hæc recogitat, sed quemadmodũ de peccatis loquimur, esse nos peccatores peccata non in specie memorantes & exquirẽtes, ita & de beneficiis dei, quòd benefecerit nobis deus dicentes, non speciatim illa examinamus, non dicimus ubi, & quanta, & in quo tẽpore: sed ex præsenti magnã faciemus diligentiã. Nam si quis etiam uetera repetere potest, oia diligenter consideraret, grandem inuenturus est thesaurũ. Hoc etiam nobis utile est, ut non desperemus. Nam quando uiderimus, quòd sæpe nobis præsidio fuerit: non desperabimus, neq; putabimus nos abiici, sed ingẽs illius pignus accipiemus, suã erga nos prouidentiam ac curam cogitantes, quòd peccantes nõ punimur, sed ẽt præsidio fruimur. Dicam autem quiddam & ego, quod à quopiam audiui: Erat puer quidam quẽ cũ matre contigit, cum nondum decimũ & quintum ageret annũ, in agro, aëre perquàm corrupto, febribus laborare. Erat autem post autumnũ. Et mater

A quidẽ festinauit ingredi in ciuitatem: puer uerò illic iubẽtibus medicis & mansit, & quũ flagraret febris, cœpit gargarizare, inde abstinẽtiam meditans, imò ignem extingui putãs. Nisi autẽ mox quod optabat acciperet, utputa puer existens ob intempestiuã contentionẽ, postea non accipiebat. Vbi autem uenit in ciuitatẽ proposita sunt ea quæ illius linguæ erant ac sermonis, & ualde diu fuit non loquens, & nihil artículatum pronuncians, sed legebat quidẽ, & doctores multo tempore inuisebat, & simpliciter absq; signis erat, & abiecta fuit de eo spes omnis: eratq; mater dolore plena, & plurima adinuenerant medici, multa etiã alij, sed nihil horũ proderat: donec miseri cors deus linguæ uinculũ sanauit, & tunc conualuit, & pristinã loquendi facilitatem ac claritatẽ accepit. Narrauit aute illius mater, quòd etiam quũ paruus esset puer in naribus habuerit morbum, quem poly
pum io t, & iterum medici desperauerũt, orauitq; mater ut moreretur, & pater illi maledicebat. Adhuc enim uiuebat, & iterum omnia facta sunt difficilia. Et ille statim unguibus fricans à foramine narium,
B bestiolam illã impetu spiritus à naribus erasit, & oẽs difficultates solutæ sunt. Hoc autem sedato, fluxus per oculos acutus & uiscosus cõtinenter fluebat, magnasq; & crassas lemas efficiebat, ita ut pupilla oculi obducetur pellicula se interponente, & grauem cæcitatem afferebat, oẽsq; dicebãt actum esse, sed etiã ab hoc morbo statim per gratiam dei liberatus est. Et hæc quidem sunt quæ audiui, quæ aũté ipse scio, narrabo uobis. Mota est olim me adhuc adulescentulo, magna tyrannorum hostilitas, militibus etiam foris extra ciuitatẽ ad insidias positis, fortè fortuitò libellos quærebant incantatorios & magicos. Et qui scripserat librum, nondũ perfectum in flumen abiecerat, & captus, quũ postularetur ab eo, reddere nõ poterat, sed ducebatur per totã ciuitatem uinctus. Et ita quũ accusaretur dedit pœnã: tunc ego in martyris ædem proficisci uolẽs, transibã per hortos iuxta flumen cum alio quodã: ille autem uiso libro, qui in superficie fluebat, primũ quidem putabat linteũ esse: propior autẽ factus, agnouit esse librum, & descendens recepit. Ego autẽ cõtendebam ut de communi inuento, & ridebã. Sed uideamus, inquit, quid
C nam hoc sit, reuoluit partem paginæ, & inuenit scripta magica. Accidit autẽ eodẽ tempore militem trãsire, qui hoc animaduertens abiit, & timere nos fecit. Quis.n. credidisset, quòd è flumine sumptũ sustulissemus, quum oẽs tunc etiam qui nõ suspecti detinerentur: & abiicere nõ audebamus, ne uideremur. Idem etiã periculum erat, si diuideremus. Concesit igitur deus, & abiecimus, & postea à periculis sumus liberati. Et innumera dicere possem, si oia enumerare uellem. Et hæc propter uos dixi, ut etiã si nõ talia, sed alia quædã habetis, in perpetua memoria sint: ut si lapis quidam illatus in te tortus, super te nõ uenit. Hoc semper habe in memoria. Magnã hęc nobis cum deo amicitiam faciunt: si enim memores beneficiorum ab hominibus acceptorum, multũ dolemus quòd non possumus illis aliqd rependere: multò magis hoc in his q̃ à deo accepimus. Si igitur uo-
Iob.2.b. lumus non cõtristari, dicamus oro: Si bona suscepimus à domino, mala nõ sustinebimus? Et Paulus pp
Ge.48.c hoc dicebat, unde liberatus sit. Vide & Iacob, quo modo hæc in mente habebat. Ideo etiã dicebat: Angelus qui eripuit me à natiuitate mea. Et nõ solũ qd D
eripuit, sed qnomodo & etiam in quo cogitemus. Vi de igitur & illum seorsim, memorem esse beneficiorum. In baculo meo, inquit, transiui per Iordanem.
Ibid.32.c Iudæi autem etiam eorum quæ patribus euenerãt, memores semper erant, repetentes subinde ea quæ in Aegypto facta sunt. Igitur multò magis nos propria, quę nobis acciderunt, quoties in pericula & angustias incidimus, & si deus manum non adhibuisset, olim periissemus. Hęc cogitantes omnes & quotidie recensentes nobiscum gratias perpetuas habeamus deo, & omnes communiter gloriam ei demus, & glorificantes illum ne deficiamus, ut offeramus ei cum gratitudine magnã retributionem, gratia & miseationibus unigeniti filij eius, cum quo patri simul ac sancto spiritui gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Audita autem resurrectione mortuorũ, alij quidem irridebant, alij uerò dicebant: Audiemus te iterum super hac re. Et sic Paulus exiuit de medio eorum.

Homilia.xxxix.

Vrnam Paulus, quũ sic persuaserit, ut & A-
c thenienses dixerint: Audiemus te iterum su- E
per hac re, quumq; pericula non essent, festinat relinquere Athenienses? Fortasis sciebat se non magnũ lucrũ facturum. Et aliter: Etiã à spiritu in Corinthum ducebatur. Quidam uerò uiri adhærentes ei, crediderũt, in quibus erat Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cũ illis. *Post hæc au-* *Ca.xviij*
tẽ separatus Paulus ab Athenis, uenit in Corinthũ, & in uento Iudæo quodã: cui nomẽ Aquilas, qui & genere Ponticus erat, nuperq; ab Italia uenerat, & Priscilla uxore illius, eo quòd præcepisset Claudius separari oẽs Iudæos à Roma: accesit illos, eo quòd eiusdẽ opificij essent: mansit apud illos, & operatus est. Erat ars illorũ texere tabernacula. Merito in Corinthũ à spiritu dicitur, i qua manere oportebat. Athenienses.n. quãuis nouæ doctrinæ amatores essent, attamen non attendebant, neq; enim hoc curabant, sed ut semper haberẽt noui aliquid quod fabularentur, studebant. Nisi.n. hic mos illorum fuis- *Sup.17.d*
set, non dixissent, Nouorũ dæmoniorum annunciator uidetur hic esse. Sed hæc erant illis admodũ obscura. Attamẽ persuasit Dionysio Areopagitę & aliis quibusdã. Nã illi forsan, utpote uitæ moderatioris, citius acceperunt sermonem, alij uerò non item. Igi- F
tur uerisimile uisum est, quòd iam seminariũ ac fundamentum iecerit. Iam enim potior pars uitæ illius iam processerat. Sub Nerone.n. occisus est. A Claudio autem nunc bellum Iudęis inferri cœpit, procul adhuc, ut etiam sic castigentur. Etiã à Roma ut scelesti abigebantur. Et hoc dispensatione factũ, ut uinctus illuc ducatur, & ne tanquã Iudæus expellatur, sed tanquam sub militibus agens illic asseruetur.

Et mansit, inquit, *apud illos*. Papæ, quam iustitiã inuenit ut cohabitaret? quoniã illic potissimum non oportebat accipere. Et in quo gloriantur, inueniantur sicut etiam nos. Disputabat autem in synagoga per omne sabbatũ, persuasitq; Iudæis & gẽtibus. Vt autẽ descẽdit à Macedonia Silas ac Timothe⁹, coarctabatur spiritu Paulus, testificans Iudæis, quòd Iesus esset Christus, hoc est, urgebant illũ, & illi quidem molesti erant. Quid autẽ Paulus? Relinquit eos, multúmque terret. Non ultrà, inquit, uobis erit necessariũ dicisermonem: hoc tamen obscurius eis loquitur. *Contradicẽtibus autẽ illis et blasphema loquẽtibus excussis uestimentis, dixit ad illos: Sãguis uester sup caput uestrũ. Mũ*

H dus ego ab hoc tempore, ad gentes uadã. Et digressus inde uenit in domũ cuiusdã nomine Iusti colentis deũ, cuius domus erat cõtigua synagogæ. Crispus synagogæ princeps credidit domino cũ tota domo sua. Et multi Corinthij audientes crediderunt, ac baptizati sunt. Vide quomodo iterũ licèt dicat ab hoc tempore ad gentes ibo, neq; sic tamen illos negligit, adeoq; illud dixisse uidetur, illos excitandi ergo. Et posteà uenit ad Iustum, cuius domus synagogæ contigua, ut etiã sic si uellent ex uicinia zelum haberent. Crispus autẽ, inquit, princeps synagogæ credidit domino cũ tota domo sua. Et hoc plurimũ faciebat ad illos adducendos. *Dixit autẽ dominus per uisionẽ in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere, et ne fileas, eo quod ego sum tecũ, & nullus adorietur te ut afligat te, eo quòd est mihi populus magnus in hac ciuitate.* Vide quot rationibus illi pluadet, & qũo id qd maximè placebat ei, ultimo loco ponit. Et dicet: Qũo igitur simul aggressi sunt eum? Profectò non preualuerunt, sed ad proconsulem duntaxat adduxerunt. *Sedit q; annũ & menses sex, docens inter illos sermonẽ dei.*

Cæterum quũ Gallio ageret proconsulẽ Achaiæ: insurrexerunt unanimiter Iudæi contra Paulũ, & duxerunt illũ ad tribunal, dicentes: Quia cõtra legẽ hic psuadet hominibus colere deum. Vides quare illi semp publicas accusationes texebãt, uide saltẽ hic. Quum illi dixissent, quòd contra legẽ psuadet hominibus colere deũ, nihil horum curæ fuit proconsuli, sed magis defendit Paulũ, & audi quomodo respondet. Si qua esset iniuria, uel quod facinus malum contingens ciuitatem ô Iudęi, meritò sustinerem uos. Iustus ille homo mihi esse uidetur, & manifestum est ex his quæ respondet. Quũ autem Paulus aperturus esset os suũ, dixit Gallio ad Iudæos: Si quidem esset iniuria, uel facinus malum ô Iudæi, meritò sustinerem uos. Si autem quæstio est de sermone & nominibus, & lege uestrate, uideritis ipsi. Iudex. n. ego huius esse nolo. Et abegit illos à tribunali. Omnes autem Græci apprehensum Sosthenem synagogæ principẽ uerberabant ante tribunal, neq; quicquã eorum Gallioni curę erat. Et hinc iterũ iustitia uiri mõstratur: nam quum ille uerberaretur, I non censuit priuatam iniuriam esse. Adeò impudentes erant Iudæi. Videamus autẽ iterũ quæ lecta sunt: Audita autem resurrectione mortuorum, alij quidẽ subsannabant, alij uerò dixerunt: Audiemus te iterũ. Quàm magna & sublimia audierant? & nec sic attẽdebant, sed irridebant, resurrectionem autem irride-
1. Cor. 1. d bant. Animalis enim homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus. Et ita, inquit, exiit Paulus è medio illorum. Ita. Quomodo? aliis quidem persuasis, aliis uerò non credentibus. Separatus autem ab Athenis, inquit, uenit in Corinthum. Et inuento quodam Iudæo, cui nomen Aquilas, qui genere Ponticus nuper uenerat ab Italia, mansit apud illos & operabatur. Vide qũo lex incipit iam solui. Iudæus enim quum esset rasus posteà in Cenchreis, in Syriam proficiscitur cũ Paulo, neque in Hierusalem, neque in uicina ire festinat, sed ualde procul. Apud illum igitur manet, & non confunditur manere, sed manet: imò propter hoc ipsum manet, quia commodũ diuersoriũ nactus erat, & quauis regia magis idoneũ. Nec rideas dilecte. Sic enim palęstra pugili magis utilis quàm molles lecti, & militi ferreus gladius magis quam aureus probatur. Et operabatur prędicans. Erubescamus nos, qui etiã absq; prædicatione uiuimus ociosẽ. Disputabat autẽ in synagogis per omne sabbatũ, persuasitq; Iudæis ac Græcis. Contradicentibus autem eis ac blas- K phema uerba dicentibus, discessit. Hac ratione expectans illos discesset, ut magis attraheret. Quare enim elegit illa relicta migrare in domũ synagogæ contiguam, nõnne propter hoc? neq; enim periculum uidebat ibi. Testificans illis, inquit, non iam docet, sed testificatur. *Contradicentibus autẽ illis*, inquit, *excussis uestibus dixit: Sanguis uester super caput uestrum.* Hoc facit, ut non solo uerbo, sed etiam opere terreat, & uehementius differit, utpote multis persuasis. *Mundus sum*, inquit, *ego. Ab hoc tempore ad gentes ibo.* Igitur & nos rei sumus sanguinis eorum, qui nobis cocrediti sunt, negligẽtes illos. Atq; adeò quando dicit: In posterum negocium mihi nullus facessat. Nõ enim sic illos terrebat pœna, ut hoc cruciabat. Et digressus illinc uenit in domum Iusti. Transit uolẽs illis persuadere quòd ad gentes festinet. Crispus autem archisynagogus credidit, inquit, cum omni domo sua. Vide fideles cum tota domo hoc facere. Hoc autẽ facto statim & alij multi credentes baptizati sunt. Hunc di- 1. Cor. 1. d cit synagogæ principẽ, de quo scribens, inquit: Nullum alium baptizaui, nisi Crispum & Caiũ. Opinor L autẽ hunc etiam Sosthenem dici, qui intantum fideliș fuerit, ut etiam percusserit & Paulo semper affuerit. *Dixit autẽ dominus per uisionem in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere.* Eapropter multo tempore manet illic. Nam persuasit quidẽ illi & multitudo, & familiaritas Christi amplior. Maius. n. periculum fuit posteà etiam pluribus credentibus & synagogæ principe. Ne timeas, inquit. Hoc ad excitandum sufficiebat, qa redargutus est timens, uel non redargutus, sed confortatur quasi nihil passurus. Non enim semper illos affligi sinit, ne infirmiores fiant. Nihil enim ita cõtristabat Paulum atq; increduli quasi contradicentes. Hoc etiam periculis eis grauius fuit. Et ne fileas, inqt, eo quòd mihi populus multus est i hac ciuitate. Fortasis etiam propter hoc illi apparet Christus. *Quum autem Gallio ageret proconsulem Achaiæ, insurrexerunt unanimiter Iudæi contra Paulum.* Vide post annum & sex menses aggrediuntur, quando nõ iam poterant propriis legibus uti. Hoc maximè ĩstauit Corinthios, qd maximè persuadebãtur: qa neq; princeps sese demittit. Non. n. idem erat ex contentione cõtendere, M & docere illos: quia neque curæ erant illi negocia. Et considera quàm sapiens ille fuerit. Non enim statim dixit respondens: Non est mihi curæ, Sed quid? Igitur si qua iniustitia, uel quod facinus malum ô Iudæi, meritò sustinerem uos. Si autem quæstio est de sermone & nominibus, decq; lege uestrate, uos uideritis. Iudex enim horũ ego nolim esse. Separauit illos à tribunali. Clara facta est uictoria. Apprehẽsum autem Sosthenem synagogæ principem percutiebant corã tribunali, Et nihil horum Gallioni curę erat. O cõsusionem qua confusi sunt. Et nihil horũ, inquit, Gallioni curæ erat, quãuis hoc totum in ipsius cõtumeliã fuerit, sed quasi inde potestate accepta percutiũt ipsi faciẽtes indiscreti furoris per confusionẽ opus. Et quare ille non repercussit, quũ & ipse potestatem habuerit, sed docebãtur modestè & patiẽter uiuere, & nõ referire, ut & iudex discat quis sit mansuetior. Non parũ hoc profuit præsentibus. Docuit enim horum æquitas, & illorũ temeritas, quòd talia iudiciariam sententiã postulant. At hi omnia citra ordinem faciunt. Et nõ dixit: Non oportet, ne percutiant, illũ sed nolim. Iudex enim horũ, inquit, ego esse nolim-

A Adeò æquus erat uir. Hoc & Pilatus dicebat de Xpo:
Ioã. 18. f. Accipite illum uos, & iuxta legem uestram iudicate. Ille quidẽ secũdum legem uolebat iudicare eos: ipsi autem quasi ebrij, & insanientes affecti erãt. Propter hoc digressus est ab Athenis, quoniã populus multus erat illic. Verberabatur, & nihil dicebat. Hunc & nos imitemur. Referiamus percutientes mansuetudine, silentio, longanimitate. Difficiliora sunt hæc uulnera. Maior plaga & onerosior. Grauius enim est per cutere animam quã corpus. Multos percutimus, sed ut amici, & delectantur: sed quẽ percusseris cum cõtumelia, quoniam cor tetigisti, ualde contristasti. Ita magis cor illorum percutimus. Quòd autem mititas magis uerberet quã temeritas, agè demonstremus quantũ possibile est sermone. Manifesta enim demõstratio per opera & experientiam est. Si autẽ uidetur etiam sermone examen faciemus, quanuis sæpius ẽt fecerimus. In contumelijs nihil ita nos contristat, ut eorũ qui nos uident sententia. Non enim æquale est publicè contumelia aspergi & priuatim, sed illas quí dem priuatas cõtumelias facilè ferimus, quãdo in so
B litudine, quãdo nemo cõscius, & sine teste hoc patimur. Vt si quidem quis honoret corã omnibus, contumelia afficit priuatim, ẽt gratias habebamus. Itaq; quod triste, non est ex natura cõtumeliæ, sed in sententia spectantiũ, ut ita non uideatur contemptibilis esse. Quid igitur, si hæc pro nobis sit? nõnne qui contumelia afficit, ignominiosus fit quando pro nobis sententias fert? Vtrũ cõtemnunt ptentes, eũ q contumelia afficit, an eũ qui cõtumelia afficitur, & silet? Furor enim suggerit quicquid in eo qui cõtumelijs afficitur, desideratur: nũc aũt quãdo puri ab affectione sumus, sciamus, ne tũc simul rapiamur. Vtrum igitur cõdẽnam⁹ oẽs? manifestũ qd cũ q cõtumelia afficit: & si minor qdẽ sit, insanire illũ dicemus: sin par honore, desipere: si aũt maior, neq; sic approbabimus. Vter enim approbatione dignior, is ne qui tẽpestatibus agitur, in turbulentia uersatur, exasperatus erga communem naturam sic afficitur, uel qui in trãquillitate & portu, ac bona animi cõstitutione sibi imperat? Nõnne hic quidẽ angelo, ille uerò nec homini similis est: & ille neq; propria mala ferre potest, hic ẽt
C aliena: hic seipsum ferre non potuit, ille & alium: ille naufragatur, hic securus nauigat, naue eius secundis uentis fruente. Non. n. in uela sua irruere furoris spiritum permisit, qui mentis nauem subuertat, sed afflantur illa à tenui blandaq; aura, quæ est patiẽtiæ spiratio, ipsum ad philosophiæ cursum cũ magno silentio ducens. Et sicut nautæ in naufragio nescĩũt q abiiciũt, si à suis & ab alienis deposita receperint, sed oĩa quæ posita in naue similiter eiiciunt, tam pretiosa, quàm non pretiosa: Vbi autẽ cessarit tempestas, tunc cogitãtes quanta eiecerint, lechrymãtur, & propter iacturæ damnum serenitate non gaudent: Ita & hic, quando ira spirat, excitaturq; animi tẽpestas, nesciunt q suo ordine eiicere debeant: ubi uerò ira cessauerit, tunc cogitãtes, qualia effutiuerint, cõsiderãt damnũ, & quietem non sentiunt, memores uerborum, ex his per quę confuderunt seipsos, damnumq; maximum passi sunt, non in pecunia, sed in existimatione mansuetudinis ac humanitatis. Profectò ira te
Psal. 13. a nebrosa est. Dixit enim insipiens in corde suo, nõ est deus. Forsan & de eo q ira exasperatur hoc dicere tẽpestiuè poterit quis. Dixit iratus, non est deus: nã ob nimiam iram suam illũ non quærit. Pia enim cogitatio ingressa, oẽs repellit, & abiicit sinistras. An non D tu magis doles, quã is qui contumelia afficitur? Cõtumelia proscinde. alium qui nihil improperat, an nõ cõscientiæ tribunal te propter multa flagellabit? Quã do. n. audis, quòd is qui contumelia afficitur, nullũ malũ uerbũ loquutus est: nõnne hac ratione tu magis doles? Dic oro, quomodo mansuetum, humilem & æquum innumeris abluere conuitijs ausus es? Hęc subinde dicimus, sed non uidemus eos qui id opere præstent. Homo enim quum sis, hominem cotumelia afficis, seruus conseruum? Sed quid hoc admiror, quandoquidẽ multi sunt, qui & deum cõtumelia afficiunt? Hæc uobis qui contumelia afficimini, cõsolatio est. Contumelia afficimini, cõtumelia afficitur & deus: exprobramini, exprobratur & deus: conspuimini, sanè nobiscum communicauit etiã dominus noster. Nunquã autem contumelia affecit, neque iniustè egit. Et ita nos simus qui communicamus Xpo, non uos. Ferre enim eũ qui cõtumelia afficit, dei est: contumelia autẽ afficere immeritũ, dæmonibus cõgruit. Videte duas partes, dæmoniũ habes, dictũ est E Christo. Alapa cæsus est à seruo principis sacerdotũ. Ioan. 8. f. Itaq; qui contumelia afficiunt, cum illis stant. Meritò. Nã si Petrus & satanas dictus est propter unũ uer Ibid. 18. d bum, multò magis hi Iudæi dicentur, si eadem q Iu Marc. 8. d dęi faciunt. Sicut & illi diaboli filij, quoniã opera diaboli operabãtur. Cõtumelia afficis. Quis existẽs, dic oro, immo pp hoc contumelia afficis, quoniam nihil es. Nullus. n. qui homo est, contumelia afficit. At que ita quod in bellis dicitur: Tu q es, ediuersõ oportebat dici. Contumelia affice. Nihil enim es. Et nunc dicentibus uobis, quasi aliquis sis cõtumelia afficis, quasi melior te sit per oĩa auditur, quãuis contrariũ dicendũ erat. At quoniã nos malè rogamus propter hoc, & illi malè respondent, atq; adeò nos authores sumus, quasi magnorum uirorum sit contumelia afficere, sic dicimus, quis tu qui contumelia afficis: Idcirco & illi sic respondent: Cõtrarium dicere oportebat, contumelia afficis, contumelia affice, nullus. n. es. Ad eos autem qui contumelia non afficiũt, Quis es tu, dicere oportebat, q contumelia nõ afficis? Trãsgressus es humanam naturã. Hoc esset nobilitas, libertas, nihil illiberale loqui, etiam de eo qui mere- F tur asperius tractari. Dic autẽ oro, quot sunt qui nõ indigni ut occidantur? Attamen per se iudex hoc nõ facit. Si autẽ iudex non dignatur per se loqui homini malo, sed per præconem quendã hoc agit: multò magis nos eos qui in pari honore sunt, cõtumelia afficere nõ oportet. Non enim contumelia afficiendo illis meliores sumus: ut si doceamur: quòd ipsos nos contumelia afficimus. Itaque malos propter hoc nõ oportet cõtumelia afficere: bonos autem etiã aliam ob causam, quia nõ merentur, & tertia, quia non decet esse contumelioſum. Nunc autẽ uide quæ fiant. Homo cõtumelia afficitur & iritatur: est etiam homo qui iritat, & sunt spectantes homines. Quid igitur? Oportebat bestias in medium producere & dissolui. Hoc enim officium erat. Quando enim qui oblectantur iniustitia, homines essent, bestias recõciliari curarent. Igitur sicut dominis pugnantibus in domo, seruorum fuerit illos conciliare. Hoc enim rei natura petit, licèt hac ratione facilè nõ fiat: Ita & hoc loco contumelia afficis. Meritò. Neq; enim homo es. Ea propter magnũ aliquid uidetur esse contumelia, & uidetur magnis cõgruere. Seruis autem magis cõ-

G gruit, sicut bene loqui liberos decet. Sicut enim malè facere illorū est, ita & bene facere horum. Contume
Actor. 9.c lia est ancilla fur, quæ clàm ea q̄ sunt domini surripit? & quasi dicat quis, sicut fur qui ob hoc unum ue
nit, ut ubiq; sublegat, circunspicit ut ubique aliquid exportet. Forsan & alio quopiam exemplo depinge
mus: Quemadmodū siquis uasa immunda furetur è domo, & ea coram oibus educat, non confundūt
furtim sublata intantū, quantùm ipse seipsum. Ita & accidit conuiciatori. Eiectis enim coram oibus im
mūdis uerbis, non alios cōfundit, sed seipsum p uerba, productis talibus & coinquinata ipsius tum lin
gua, tum mente. Idem.n.fit, quando cū malis pugna
mus, ac siqs sterquilinio obuolutū percutiat, qui dimissis in lutum manibus suis, dum illū ferire studet,
sese coinquinat. Hæc sanè, oro, oia cogitantes, fugia
mus damnū quod inde oritur, & modestam habeamus linguā, ut puri existentes ab omni contumelia,
possimus præsentem uitam diligēter perficere, & bo
na diligentibus deum promissa, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul ac
H spiritui sancto, gloria, imperium, honor, nūc & sem
per, & in secula seculorum, Amen.

Paulus autē expectans dies multos, ualedicto fratribus abnauigauit in Syriam, & cū Prisc illa ac Aquila, postquàm raserat caput in Cenchreis: habebat enim uotum.

Homilia xl.

Ide quomodo lex soluta est, uide quō con
u scientia detinebantur: Iudaicum erat capita
radi ex uoto, ueruntamen oportebat etiam sacrificium fieri, quod non est factum post uerberatum Sosthenem. Oportebat abire illum, ideo & festinat, & quū orarēt ut apud ipsos maneret in Epheso, non annuit. Quare igitur iterum in Antiochiā uenit. Digressus enim, inquit, & salutata ecclesia peruenit in Antiochiam. Tenebatur humana quadā affectione erga ciuitatē illam. Ibi enim appellati sunt discipuli Christiani. Ibi traditus est gratiæ dei, ibi negocium dogmatis absoluit. Et ipse quidem in Syriā abnauigat: hos autē reliquit in Epheso. Meritò, utputa
I docturos, quia tanto tēpore secum uersati erāt, multa didicerant. Attamen illos nondū à Iudaica consuetudine abduxerat. Ecce & mulier idē quod uiri, facit ac docet. Propterea prohibetur in Asiā uenire: opinor quia ad ea q̄ urgebāt, impellebatur. Vide saltem hoc loco, & rogatum illū ut maneat, & nō morem gerentem: quoniam festinabat abire. Certè non simpliciter illos dimisit, sed cū promissione. Et quo pacto audi. Deuenitq; Ephesum, & illos ibi reliqt. Ipse autem ingressus in synagogam disputauit cum Iudeis. *Rogātibus aūt illis, ut ampliore tēpore maneret apud illos, nō annuit, sed ualedixit eis, dicēs: Oportet me omnino festū quod instat, agere in Hierusal. Iterum autē reuertar ad uos deo uolēte, & soluit ab Epheso. Et ut peruenit in Cæsaream, ascēdisset q; & salutasset ecclesiam, descēdit Antiochiā. Et factō multo tēpore, exiuit, trāsiuit deinceps p Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans oēs discipulos.* Vide iterum uenit ad loca in quibus anteà erat.

Iudeus autē quidā Apollo nomine Alexādrinus genere, uir eloquēs, deuenit in Ephesum potēs in scripturis. Ecce et erudiri emittitur p̄dicare, & discipuli esse in ipiū. Vides incremētū prædicationis? Hic erat edoctus utiq; domini, et fervens spiritu loq̄batur ac docebat diligēter de domino, sciēs solū baptisma Ioānis. Hic cœpit liberè annūciare in synagoga. Audientes aūt illū Priscilla & Aquila, assumpserūt eū,

Universidad de Navarra Biblioteca

& diligenter prædicauerunt uiam dei. Si ad baptisma Io K
annis solum crediderat hic, quō spiritu feruebat? nō
dum enim datus erat sic spiritus. Si autem qui post illū, opus habuerunt baptismate Christi, multo magis ille. Quid igitur dicendum: neq; enim utrunque simpliciter ponit scriptor. Mihi uidetur ille esse unus ex centum uiginti, qui cum apostolis baptizati. Vel si nō est hoc, factum est idē cū hoc quod & cū Cornelio, sed nō baptizatur antequàm diligentius ei exposuerunt. Hoc autem esse mihi uerū uidetur, quia & baptizari illū oportebat, quoniam duodecim alij nihil perfectum sciuerunt, neq; ea quæ de Iesu. Meritò autē & ille baptizabatur. Veruntamen si illi post baptisma Ioannis iterum baptizabantur, oportebat etiā discipulos hoc facere. Volente autem illo transire in Achaiam, exhortati sunt fratres, & scripserunt discipulis ut reciperent illū, qui ut aduenit, contulit multū his qui crediderant per gratiam. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, monstrans per scripturas Iesum esse Christum. *Factum est aūt quū Apollo* Cap. xiiii.
esset in Corintho, ut Paulus superagratis superioribus partibus, ueniret in Ephesum, et inuentis discipulis quibusdā, L
dixit ad illos: Num spiritū sanctū accepistis, posteaquā credidistis? Illi autē dixerunt ad illum: Sed neq; an sit spiritus sanctus audiuimus. Dixitq; ad illos: Ad quid igitur baptizati estis? Illi aūt dixerūt: In baptisma Ioānis. Dixitq; Paulus: Ioānes quidē baptizauit baptismo pœnitētiæ populo dicēs ut in eū qui post ipsum uēturus esset, crederēt, hoc est, in Christū Iesum. Vt autē audiuerūt, baptizarunt in nomine domini Iesu Christi. Et postquā imposuit Paulus illis manus, uenit spiritussanctus sup illos, loquebāturq; linguis, et prophetizabāt. Erantq; oēs uiri quasi duodecim. Multum hi ab illo differebant, neq; spiritum sanctum esse sciētes. Hi igitur qui & diligentius illi exposuerant uiam domini, præmittunt etiam literasq; addunt. Igitur uolebat & ille in Achaiam uenire. Anteà autem quā exhortati sunt fratres, & literas dant ei, non recedit. Qui ut uenit, inquit, contulit multùm his qui crediderunt. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per scripturas esse Christum Iesum. Hinc quàm potens erat in scripturis Apollo ostendit. Nam Iudæis quidem ualde os obturauit. Hoc enim est quod, inquit, reuincebat: unde & fideles confidentiores magis fiebant, & stabiliores in fide. M
Factum est ut Paulus transiuit per superiores partes, uenit in Ephesum. Hæ autem sunt quæ iuxta Cæsaream & ciuitates reliquas. Et inuentis quibusdam discipulis, dixit ad illos: Num spiritumsanctum accepistis postquàm credidistis? Quod neque in Christum credidерant hi, manifestum ex eo quòd Ioannes dixerat, ut credant in illum qui post ipsum uenturus. Et non dixit: Nihil est baptisma Ioannis, sed imperfectum: & neq; hoc addidit simpliciter, sed ut doceat ac persuadeat illis in nomine Iesu baptizari, quod & faciūt & spiritum accipiunt, impositione manuum Pauli. Impositis enim, inquit, illis Pauli manibus, uenit spiritussanctus super illos. Et ita hi quibus manus ponit, spiritum accipiebant. Verisimile igitur illos spiritum habere, sed non apparére, sed efficacia, & linguarum loquutione nunc declarabant. Sed uideamus iterum quæ lecta: Paulus abnauigauit in Syriam, inquit, & cum illo Priscilla & Aquilas, quos etiam ut peruenit Ephesum reliquit ibi: uel quòd nō uolebat circunducere illos, & propter hoc reliquit, uel magis ut doctores maneāt Ephesiis. Ipsi autem

posteà

A posteà habitarunt in Corintho, quibus etiā testimo
niū dat. Romanisq; scribens. Vnde mihi uidetur po
steà illos Romā uenisse, utputa conuersantes multū
in illis locis, unde eiecti sub Nerone. *Et descendens,* in-
quit, *in Cæsaream ascenditq; & salutatis ecclesiis per ue-*
nit in Antiochiam, factoq; ibi tempore quodam exiit, tran-
siens Galaticam per ordinem regionem ac Phrygiam. Mi-
hi uidentur adhuc & fideles illis congregari. Neq; n.
statim relinquit. Vide autem quomodo ad illos festinat, & ad has regiones iterum transit, & ita aduen
tu suo discipulos firmat. *Iudæus autem quidā,* inquit,
Apollo nomine, peruenit in Ephesum, qui potens erat in scri-
pturis. Valde alacer erat, unde & legationem pro illo
ipso mittit. Qui ut uenit, inquit, in Achaiā, uehemēter reuincebat Iudæos publicè. De hoc scribens dice
bat: De Apollo autē fratre. Nam publicè quidem re-
darguere, libertatē eius in dicendo monstrabat: uehementer uerò uirtutē manifestabat: ex diuinis autē scripturis, exercitationem comprobabat. Neq; enim dicendi libertas aliq̄d conducit, ubi nō est facultas,
neq; facultas, ubi non est fiducia. Itaq; non sine cau
B sa reliquit Aquilam in Epheso, sed pp Apollo forsan hoc spiritus disposuit, ut & fortior ascēderet in Corinthum. Et cur nam huic quidē nihil fecerūt, Paulo autē insidiantur? Sicebāt.n. quod ille princeps esset, uel quòd magnum nomen uiri erat. Assumentes autem, inquit, illum Priscilla & Aquilas diligentius ei ex
ponebant uiā domini. Vide quomodo omnia fide fiebant, & nusquā odium, nusquàm inuidia. Aquilas docet, imò autē & hic docetur. Etenim simul aliquā to tempore conuersantes, sic edocti fuerunt, ut etiā ad alios docendos fierent idonei. Quū igitur uellet transire in Achaiā scripserunt discipulis, ut susciпiant illum. Cuius gratia literas mittunt, interpretatur. Vt illum, inquit, susciпiant. Et unde manifestum, quòd illi quum in Epheso essent baptisma Ioannis habuerint? quia rogati, in quo baptizati estis? In Ioannis dicunt baptismo. Forsan tunc peregrè iuerant in Hierosolyma, & abierunt, & baptizati sunt: sed etiā baptizati Iesum non crediderunt. Et non dicit illis: Creditis in Iesum. Sed quid, Num spiritum sanctum accepistis? Sciebant enim quòd non habebant, & uult illos
C fateri, ut agnoscant qd ipsis desit & petāt. Et quum imposuisset, inquit, Paulus illis manus, uenit spiritussanctus super illos, & loquebantur linguis ac prophetabant. Ab ipso baptismo prophetant. Hoc aūt Ioannis baptismus nō habebat. Ideo & imperfectus erat. Vt autē talibus digni fierent, prius illos præparauit atq; hoc uolebat Ioannes baptizans, ut crederent in eū qui post se uenturus. Hinc ostenditur dogma magnum quòd pfectē purgantur à peccatis q̄ baptizantur. Nisi.n. purgarentur, non accepissent illi spiritum, non tam statim consequuti essent charismata. Et uide quòd duplex donū fuerit, & linguæ, & prophetię. Bene autem dixit: Baptismata pœnitentiæ, quod Ioānis est, & non remissionis, adducens illos & suadēs, quòd absq; ea sit illud. Posterius enim dati baptisma
tis opus, est remissio. Et quomodo q̄ acceperāt spiritum non docebant, sed Apollo nondū accepto spiritu? Quia nondū erant ita feruentes, neq; initiati: ille autem & edoctus erat, & ualde feruens. Mihi autē uidetur, quanuis multa esset libertas uiri, diligenterq; loqueretur ea quæ de Iesu, attamen opus ei erat adhuc exactiore doctrina. Sic quanuis nesciret oīa, ob alacritatem spiritumsanctum consequutus est, sicut etiam Cornelius. Forsan multi desiderant, utinam & D
nūc esset, Ioannis baptisma: at sic multi neglexissent uitā uirtutibus clarā, uel etiā approbaretur propter donum hoc, & non propter regnum cœlorū. Et alter, Multi facti essent pseudoprophetæ, & non ultrà ualde probi apparuissent, neq; beati habiti essent, q
fidem simpliciter suscepissent. Igitur quemadmodū Ioā. 20.g
ij qui non uiderunt & crediderūt, beati: ita & qui absque signis crediderunt. Dic oro mihi, nōne exprobrans Iudæis dicebat Christus: Nisi uideritis signa, nō credetis? Igitur nihil damni erit nobis, si attēdere uoluerimus nobis ipsis. Summā bonorū habemus p 1.Ibid.4.g
baptismum, remissionē peccatorum accepimus, sanctificationem, spiritus participium, adoptionem, uitam æternā. Quid uultis magis? signa? sed abolētur.
Fidē habes, spem, charitatem, hæc manent: hæc quę 1.Co.13.d
re, hæc signis sunt maiora. Nihil æquale charitati: maxima omniū charitas, inquit. Nunc autē periclitatur, nomen enim illius reliquū est, opus minimè, sed diuisi sumus inter nos. Quid igitur qs fecerit, ut charitate aliis cōnectatur? Nā reprehendere quidē facilè E
est, sed id dimidium & imperfectum est. Oportebat igitur ostendi, quō amicitia afficiatur. Hoc enim est, quòd nobis curæ, quomodo membra diuulsa congregemus. Non.n. hoc est quod quæritur simpliciter, an unā ecclesiam habeamus uel dogma: sed hoc graue est, quòd in aliis quidē communicamus mutuum: in necessariis autē, nō item. Et cum omnibus pacem habentes, inter ipsos seditiosi sumus. Non.n. hoc specta, quòd non quotidie prælia cōmittimus, sed quòd neque charitatem habemus synceram & immobilem. Nobis opus esset & uulnerum obligationibus & oleo. Consideremus signū esse, quo discipuli Christi internoscuntur charitatē, sine hac nihil ualere alia, rem hanc si uoluerimus, minimè molestā esse. At dicis: Scimus quidē hæc, sed qua ratione huc peruenimus, ut illa corrigantur, & cōstet inter nos amicitia? Primū abiiciamus è medio ea quæ charitatē tollunt, & tunc etiā hanc firmabimus. Nullus sit qui ultionē desideret, & malum alteri meditetur, nullus sit inuidus. Hæc.n. dilectionē prohibent. Alia autem sunt, quæ illam nobis exhibēt. Nec sufficit tollere quod obest, sed ahibenda etiam sunt quę F
eam constituant. Itaq; Sirach dicit, ea quæ illam auferunt, & non ea quæ conciliant: Exprobratione dicens, & arcanorū reuelationē, & dolosam plagā. Sed Eccl.22.d
ab illis, utpote carnalibus, meritò prouemunt talia. Absit autē ut apud nos hæc fiant. Non ab his, sed ab aliis uos inducemus. Nihil nobis est absq; dilectione suaue, licèt sint innumera bona, sed quę illorum utilitas? Sint diuitię, sint delicię absq; amicitia, & qd lucrū? Nulla possessio etiā in secularibus negociis honestior, q̄ hæc: quemadmodū scilicet nihil molestius
his qui hostili in se sunt ańo. Charitas multitudinem 1.Pet.4.b
peccatorū tegit: inimicitiæ autē, etiā ea quæ nō sunt suspicātur. Non.n. sufficit non esse inimicū, sed oportet etiā amare. Cōsidera qd Christus iusserit, ac sufficit hoc. Et iā afflictio facit amicitias & cōgregat. Quid igitur, inquit, nūc? Quia.n. afflictio non est, quomodo erimus amici? Nō habetis, dic oro, amicos alios? quomodo illorum estis amici? quō permanetis? Iam nullus nullū habeat inimicū. Nō est hoc paruū, nullus iuideat. Nō potest q nō inuidet calūniari. Vnū habitamus orbē terrarū oēs, iisdē alimur fructib⁹. Sed hæc parua sunt iisdē, sacramētis eiusdem spiritualis

G cibi alimur. Hæc sanè amicitiæ symbola sunt, & dilectionem requirunt. Quo igitur, inquit, feruentius inter nos afficiemur? Quid facit amorem corporum? Corporis luculentia & formositas, itaque & animas faciamus pulchras & luculentas, & erimus inter nos mutuum amatores. Non enim solū oportet amare, sed etiam amari. Primùm hoc curemus, ut amemur, eritq; secūdū factu facillimū. Simus pulchri ac boni, & hoc efficiemus, & ita semper habebimus amatores. Nullus curet pecunias possidere, seruos, domus, sed cura una sit, ut diligatur, utq; nomen bonum ha
Pro 22.b. beat. Melius est. n. nomen bonum, q̄ diuitiæ multæ, quandoquidem illud quidem manet: hę autē dispereunt, & has quidē possidere possibile est, illud aūt difficile. Nā qui semel infamia laborare cœpit, ægrè illam abluet. Pauper autem facilè nomen diuitis habebit. Sit qui multas talentorū myriades possideat, abundantior illo erit, cui centū sunt amici. Ne igitur hoc obiter curemus, sed ut negociationē quandam utilissimā. Et quo possumus, inquit, Faux dulcis multiplicat amicos, & lingua gratitudinis studiosa. Possi deamus mores puros, & os bene loquens: nec erit possibile, ut is qui sic afficitur, lateat. Vide quanta ex
H terni amoris conciliabula excogitarunt, adoptionē, uiciniam, cognationē, proles. Sed his oībus, ea quæ apud nos, sunt maiora. Mensa ista magis reuerenda est. Multi aūt ex his qui accedimus, neq; nos mutuū nouimus. Multitudo, inquit, hoc facit? Minimè. sed
Sup. 2.g. & 4.i. nostra ignauia. Tria milia erant, & quinque milia: & omnes habebant animā unam. Nunc autē unusquisque fratrem ignorat, & nō erubescit, multitudinem prætexens. Iam qui multos amicos habet, à nullo capi potest. Hic omnino tyranno fortior est, non sic regem lancearij custodiunt, ut hunc amici, & est hic illo multū clarior: nam ille quidē à seruis custoditur, hic autē ab his qui in pari honore sunt: & ille quidē ab inuoluntariis & metuentibus, hic autē à uolentibus, & nihil metuētibus. Et est uidere mirabilē rem, in multis unum, & in uno multos. Et ut in cithara uarias quidē uoces habes, unam autem harmoniā, & unus musicus est, qui citharam in manū sumit: Sic hoc in loco, Cithara quidem est charitas ipsa, uoces loquentes uerba, quæ ad charitatē conciliandā pertinent, omnes in unam suauem conspirant consonā
I tiam. Musicus uerò est charitatis uis, illa dulcem melodiam pulsando affert. Vellem te ducere in ciuitatem talem, si quidem possibile, ubi anima una esset, & uideres quomodo quauis cithara & tibia consonantius ac suauius omnia sonent, nihilq; absurdi sit. Hęc melodia & deum & angelos lætificat. Hoc totū in cœlo spectaculum excitat, hoc & dæmonū furorem compescit, & affectionū demulcet impetus. Hęc melodia non solū affectiones cōpescit, sed nec exurgere sinit, magnumq; silentiū facit: quemadmodum etiam in spectaculo musicorum chorus: omnes. n. tum cum silentio audiunt, & nemo interturbat. Ita & inter amicos dum charitas citharam pulsat, oēs affectiones silent ac dormiscunt, quasi bestię blāditiis demulsæ ac mitigatæ. Igitur sicut in inimicitiis, contrà eueniunt omnia, sed de illis nūc nihil loquamur, de amicitia dicamus solùm. Si dixeris aliquid temerarium, nullus est qui assumit, sed omnes ignoscunt: si feceris, nullus suspicatur, sed magna est condonatio: omnes cadenti, manum alacriter porrigunt, omnes prompti sunt, ut sistant. Verè amicitia murus est, qui
K non rumpitur, & nec à diabolo capitur, nedū ab hominibus. Nō potest in pericula incidere, cui plurimi sunt amici. Nō est possibile, ut sit occasio ire, sed ubi q̄ne materia suauitatis offertur. In risu semper est ac deliciis. Nullus etiam inuidiæ fomes est, uel ultionis inferendæ, cupiditati locus. Vide, ut talis & spiritualia & carnalia facilè corrigere pōt. Quid igitur huic conferendum? Quasi ciuitas quædam mœnibus undique cincta, talis est: alius autem est, quasi sine muris ciuitas. Magnæ sapientiæ est, posse esse amicitiæ conditorem. Tolle amicitiā, & omnia sustuleris, oía confuderis. Si autem imago amicitiæ tantā uim habet, ipsa ueritas quid nō ualebit? Oro igitur, ut multos amicos nobis paremus, & hanc unusquisque habeat artem. Sed ecce, inquit, ego quidē ualde hoc curo, sed nō idem etiā aliis placet. Itaq; maior tibi merces erit. At dicis: Verum est: sed difficultas etiam amplior. Quo, dic oro? Ecce testificor, ac dico: Si decem soli sic firmiter coniungeremini, & ut apostoli opus prædicationis, ut prophetæ doctrinæ opus habent: ita etiam uos opus faciendi amicos in manus accipe
L retis, merces futura esset magna. Regias nobis imagines faciamus. Hoc. n. symbolum est, quo noscuntur discipuli, & quodā modo nō minus operamur, quā si uirtutē illis excitandi mortuos daremus. Diadema & paludamentū ostendit regem: & si hæc nō sint, licèt aureas uestes habeat, nondū rex est manifestus. Ita etiam nūc, fac hoc symbolū, & facies tibi, & aliis amicos. Discamus quo contemperentur colores, p quos illa imago constituitur. Exhibeamus nos ad colloquium faciles, ne expectemus proximos: ne dicas si uidero aliquem expectantem, deterior eo efficior: sed magis quando uideris assume, & extingue eius affectionem. Vides ægrotantem, & auges morbum? Hoc maximè ante omnia faciamus, ut præueniamus mutuum honore. Itaque si præueneris honore, teipsum honore magno ornasti: accelerans, ut magis honoreris, ubiq; primatus aliis concedamus, nihil eorum quæ erga nos facta sunt malorum cogitemus, sed si quid bonum. Nihil sic facit amicum, ut lingua gratitudinis studiosa, os bene loq̄ solens, aia sine fastu, contemptus uanæ gloriæ, cōtemptus honoris. Si hæc fecerimus, poterimus fieri incomprehē
3 sibiles à diaboli laqueis, & bene hac uita transacta, bona diligentibus deū promissa assequi, gratia & mi M sericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Ingressus autem in synagogā liberè loquutus est ad menses tres, disserens & suadens ea quæ de regno dei.

Homilia. xli.

Ide ubique, ut seipsum in synagogas intru-
u dit, & sic egreditur. Semper enim, ab illis uolebat occasionem sumere, ut dixi. Nam & gentes extimulabat iam, & alacriter susc̄ipiebant eū. Iudæi autem susc̄ipientibus fidem gentibus, pœnitudine ducebantur. Volebat discipulos illinc abstrahere, & inde facere initium, magis quàm congregentur illic. Et non simpliciter hoc faciebat. Propter hoc differebat illis continuò, quia persuadebat. Ne igitur quoniam libertatem dicendi audisti, asperitatem putes. De utilibus rebus disputabat, de regno. Quis nō audisset? *Quia autem quidam indurabantur, & non*

A *persuadebantur malè loquētes de uia domini corā multitudine, digressus ab illis segregauit discipulos quotidie disserens in schola tyranni cuiusdā. Hoc autem factum est per annos duos: ita ut oēs, qui habitabant in Asia, audirent uerbum domini Iesu, tam Iudæi, quàm Græci.* Viā domini, prædicationē meritò uocabant: uerè enim uia est, quæ ducit in regnum cœlorum. *In schola*, inquit, *tyrā ni cuiusdā disputabat. Et hoc factū est per duos annos: ita ut oēs audirent sermonem, tam Iudæi, quàm Græci.* Vides quantū profuit continuò urgere? Et Iudæi, & Græci audierunt. *Virtutesq; non uulgares faciebat deus per manus Pauli. Et ita, ut ēt sup infirmos auferrēt à corpore eius sudaria, & semicinctia, & liberarentur ab infirmitatibus suis, egrederenturq; ab eis spiritus immundi.* Nō ferentes tangebant solū, sed & accipientes apponebant. Idcirco Christus non permittit illum abire in Asiam, obseruās, ut equidē opinor, tempus hoc. *Attentauerunt aūt quidā ex Iudæis, exorcistis, qui obambulabāt, nominare super eos qui habebāt spiritus malos, nomē domini Iesu, dicētes: Exorcizamus uos per Iesum quē Paulus prædicat.* Ita omnia faciebant, negociationis ac lucri gratia. Noluerunt quidē credere, sed per nomen uoluB erūt eiicere dæmones. Pape, quantū erat nomē Pauli. *Erant filij Sceuæ Iudæi principis sacerdotum, septē, qui hoc faciebant. Respondens autē spiritus malus, dixit eis: Iesum cognosco, & Paulū scio. Vos autē qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat spiritus malus, inualuit contra eos, ita ut nudi ac sauciī effugerent de domo illius. Hoc autē notū factū est Iudæis, Græcisq; omnibus, qui habitabāt in Epheso.* Igitur clam faciebant. Posteà diuulgata est eorū infirmitas. *Et irruit timor super omnes illos, & magnificatū est nomen domini nostri Iesu Christi. Et multi eorū qui crediderant, uenerunt, confitentes ac annunciantes opera sua.* Quoniam autem tantam potestatem habebant, ut etiam per dæmonia talia facerent, meritò hæc fiūt. *Multi autē erant ex his, qui curiosas artes exercuerant, qui cōportatos libros exusserunt corā omnibus, & computauerunt pretiū illorū, & repererūt quinquaginta milia numorum.* Ita ualidè sermo domini creuit, & inualuit. Videntes aūt, quòd nihil illis posteà utilitatis esset, exusserunt libros. Quando & ipsi dæmones hæc faciūt. Non igitur nomen aliquid facit, si nō cum fide dicatur. Bene igitur dicebat: Qui credebat in me, has umbras insinuans. Vide quomodo armis contra seipsos
C usi sunt. *Et disputabant*, inqt, *in schola tyrāni cuiusdam, ad annos duos.* Vbi fideles fuerunt, ualdeq; fideles. Ita nihil magnū putabant esse Iesum, quia & Paulum addiderant, quia & ipsum hac ratione magnū quiddā esse putabat. Dignū est hic admiratione, quomodo dæmon ille non cooperatus est errori illorum, sed refutauit eos, & omnē dolum eorum manifestauit. Mihi uidetur ualde succensuisse, quemadmodū siquis extremè periclitetur, à miserabili & ærūnoso quodā refutetur, & omnē in illum remittere uelit furorem. Vt enim ne uideatur contemni, nomen Iesu prius cō fessus est: & tunc accepit potestatem. Quòd enim nō nominis fuerit infirmitas, sed omnino à deceptione illorum, quare hoc ipsum non etiam Paulo accidit? *Et insiliens*, inquit, *homo in illos*. Fortasis disrupit illorum uestes, & dedolauit illorū capita, Hoc enim manifestauit, dicendo, Insiliens: atq; adeò satis erat hoc facere: Quid est: Digressus ab illis, segregauit discipulos? Impediuit illorum maledicentiam. Hoc autem facit digrediens: quia noluit illorū inuidiam accendere, neq; in maiorem incitare rixam. Quod autem
D dicit, Liberè loquutus est: manifestat & ad pericula promptū fuisse, & non adumbratis dogmatis apertè disseruisse. Hinc discimus, quòd nos immiscere non debemus maledicentibus, sed abeundū ab eis. Quū *1.Cor.4.c* maledicereturnon maledixit ēt ipse, sed potius quotidie disputabat: & hāc ob causam potiśimum sibi familiares faciebat, quòd quanuis malè audiret, nō tamen recederet, neq; resiliret. Et obserua, postquam tentatio ab extraneis cessauit, à dæmoniis incipit. Vides cæcitatem Iudaicā. Vestes illius uidebant efficaces, & nō attendebāt. Quid hac re maius fieret? Alij, gentes inquam, omnino secus agebant. Siquis Græcorum non crederet, uidens umbrā hæc operari, crederet. Sic dum illi ab his separantur, alij quidem maledicendo & calumniando dogma, uincuntur. Hoc enim uocauit uiam. Ipse autem digressus est, ne discipuli secederēt, & ne illi in furorē concitarentur: ostēdens semper, quòd salutē repellant. Et iam hic neq; defendit illos, utpote ubiq; gentibus credentibus: ac differit, nō simpliciter inquisito loco, sed ubi schola erat, ut commodius illic congregentur. Papæ, quāta eorum qui crediderant uirtus, quæ & alijs eadem facere concedit? Quanta autē cæcitas illorum, etiam E post demonstrationem uirtutis adhuc manentiū in infidelitate? Igitur quemadmodū Simon propter lucrum quęrebat gratiā spiritus, ita & hi propter idipsum hoc faciebāt. Quanta cęcitas? Et quidnā ad hęc Paulus? Non increpat. Quia habitū opus intuidię, propter hoc singulari dispēsatiōe hac utitur. Hoc & Xps egit. Sed tunc quidē non prohibebatur. Principium enim rerum erat, quoniam & Iudas fur non prohi-
bebatur. Ananias autē & Sapphira etiam occisi sunt. *Ioan.12.a* Et multi quidem Iudæi etiam insurgentes, nihil patiebantur. Elymas autem magus excæcatus est. Nō *Sup.5.a.b* enim ueni, inquit, ut iudicem mundū, sed ut seruetur *Sup.13.a* mūdus. Vide impietatem pollutissimam. Iudæi quū *Ioan.2.b.* adhuc manerent in impietate, per ipsum nomen negociari uoluerunt: atque sic omnia faciebant ad uanam gloriam & lucrū. Vide ubique, quòd nō sic homines cōuertuntur per utilia, sicut per terribilia. Vbi de Sapphira mētio fuit, irruit timor super ecclesiam *Suprà.5.a* & non audebant adhærere illis. Hic sudaria & semicinctia accipiunt, & sanant. Et post hæc uenerūt cōfitētes peccata sua. Ex eo quòd insiliebat, ostēditur F dæmonū magna quędam uis esse, quam contra insideles habent. Et quare nō dixit spiritus malus: Quid est Iesus? Sed dixit, magis inutilia uerba. Terrebatur, ne & ipse pœnam det. Sciebat. n. concedi ei, illos ulcisci quos huius nominis illusores fecerat. Quare autem & miseri non dixerunt illi: Credimus? Timuerūt Paulum, quanuis certè multò clariores fuissent, siqdem sibi familiarem illum fecissent. Et aliter: Etiam hoc quod in Philippis contigit, & illos castigauit. Tu autem uide, ut scriptor hic minimè sit molestus, & historiam solùm scribit, & non accusat. Hoc apostolos faciebat admirabiles. Sed cuius fuerint filij, nomen dicit & numerū, dans his qui tunc erant, indicium quā certa scribat. Quæ autem & obambulabant? Lucri, & nō annunciandi uerbi, gratia. Quomodo enim? Bene autem currebant, posteà prædicātes, propter ea quę patiebantur. Vnde hoc manifestās dicit: *Et factum est*, inquit, *notū omnibus tam Iudæis, quàm gentibus, qui habitabant in Epheso*. Nonne hoc ēt eos, qui obdurescebāt cōuertere debuit? Dic oro. Sed nō conuertit, & ne mireris. Malitiæ enim nihil est quod

G persuadeat. Agè & istucipsum, quãta uidelicet sit ex orcistarum malitia, uideamus. Quare hoc nõ Christo ipsi accidit, alterius, & non præsentis temporis q̃stio fuerit. Verũ quòd bene hoc factũ sit, & utiliter. Mihi enim uidentur illi per irrisionem feciſſe, unde & puniuntur. Et ita etiam ne postea ausit quis nomen illud nominare tam temerè terrentur alij, & magnum argumentum habent deũ scire omnia: maximum argumentum erat, priusquã à dæmonibus redarguerẽtur, seipsos accusabant, terrentur, ne eadem patiantur. Quando.n. aduitores illorũ dæmones accusare illos cœperunt, & non iam adiuuabant, qualis iam spes ultrà, q̃ per opera confessio? Vide autem qualia paulò pòst mala fiunt', factis fignis? Talis.n. est hominum natura. Statim beneficiorum obliuiscitur. An non meministis, quòd in ipsis quæ nobiscum facta, idem accidit? Nonne superiori anno concusit deus ciuitatem totã? Quid igitur? Nõnne oẽs ad illuminationem currebant? Nõnne scortatores & molles & effœminati, dimissis possessionibus & locis in quibus cõuersabantur, cõuersi sunt & facti religiosi? Vbi autẽ tres dies transierunt, iterũ redierunt ad suam malitiam. Vnde hoc factũ? Ex magna ignauia. Et quid mirum, si ubi res transierint, quum.s.& perpetuò manẽtibus signis idem fit, ut est in Sodomis. Dic enim oro: Nõne perpetua sunt? Quid igitur? Nunquid uicini ppea meliores facti sunt? Minimè. Quid & Noe filius? Nõnne idem permãsit? Nõnne in montibus uidens tantam solitudinem malus erat? Ne igitur admiremur, quomodo non crediderunt, qui tales facti: ubi.s. ipsa fides dum negare non possunt sæpe in diuersum eos compulit, nempe in malitiam, ut quando dæmoniacum dicũt filium dei. An nõ uidetis etiam nunc hæc fieri? & multos homines similes serpentibus esse incredulos & ingratos, q & ipsi sicut serpẽtes, quãdo beneficia acceperint, & ab aliquib⁹ humaniter tractati fuerint, benefactoribus infesti fiunt. Hæc à nobis dicta sunt, nequis miretur, quare non oẽs conuersi fuerint. Vide oro, quæ & nostris acciderunt tẽporibus: & apud Babylæ martyris sepulchrum, & in reparatione templi Hierosolymitani per Iudæos, & q̃ in destructione tẽplorũ, & non omnes conuersi sunt. Quid oportet referre uetera, su

I periore anno dixi uobis, quanta res acciderit, & nullus attendit: sed iterum paulatim defluxerunt, & collapsi sunt. Stat semper cœlũ clamans, quòd dominũ habeat, & à quo sit opifice. Dico aũt totum mundũ. Et dicunt quidã quòd non, ut Theodorus ille, facta sint superiore anno. Quẽ non concussit: attamen nihil amplius factũ est, sed ad tempus facti religiosi, iterum redierũt, unde facti sunt religiosi. Hoc etiam Hebræis tunc contigit. Proptera propheta quoque di-

Psal.77.d cebat. Quando occidebat illos, tunc inquirebãt illũ, & conuersi sunt, & manè surrexerũt ad deum. Et qd referũtur generalia, quot incidunt in morbos, quot promittunt, si surrexerint pœnitentiam se acturos & conuersuros, & illi ipsi manent? Maximè ostẽdit nobis esse electionem & libertatẽ nostræ naturæ: Repẽtina mutatio. Si enim naturalia essent mala, neq; natura facta esset. Ea enim quæ naturæ sunt ac necessaria, nõ possumus mutare. Certè, inquit, etiam mutamur. Nõnne uidemus quosdã natura uidere, à timore autem excęcari? Quoniã & hoc naturæ est sic humiliari, & in angustijs fieri, quãdo natura alia accesserit: & ita natura nobis accidit, quãdo terremur, ut non uideamus. Secundum naturam autem, ẽt quan K
do maior metus aduenit, alius euadit. Quid igitur, si & temperantia, inquit, secũdum naturã quidem fit, metus autem inualescens illam eiiciat? Quid igitur, si ostẽdero quosdam, neq; tũc temperatiores fieri, sed etiam in ipsis malis esse impudentes. Nunqd hoc naturale est? Dicã uetera? Sed noua. Quot manserunt in illis ipsis malis ridentes, subsannãtes, & nihil tale sentiunt? Dic oro: Pharao nõnne statim mutatus est, & ad pristinam malitiam recurrit? Hoc autem loco, in his qui dæmonia habebant, quanuis ipsi nõ ignorarent, adiecerũt simpliciter, dicẽtes: *Per Iesum adiuramus uos, quem Paulus prædicat*. Per q̃ enim defenduntur, ostenditur quod sciunt. Iesum uero dicunt illum simpliciter: oportebat dicere, Seruatorem orbis, qui resurrexit, Sed noluerunt dicere gloriam ipsius. Ideo & reprehendit illos dæmon, insultans in eos, & dicẽs. *Iesum cognosco, & Paulum scio*. Quasi diceret: Vos non creditis, sed abutẽtes hoc nomine, talia dicitis. Igitur desertum templũ, & facilè expugnabilia arma estis: & ita non estis pcones, sed mei, inquit, estis. Magnus furor dęmonis. Potuiss ẽt hęc illis facere apostoli, sed L
non faciebant nunc. Nam qui imperabãt illis, q̃ hæc faciebãt, multò magis & ipsi facere potuissent. Vide, quomodo illorũ mansuetudo monstratur. Quia illi quidẽ exigebantur, qui talia faciebant. Dęmones autem quibus seruiebant, planè contrà. Iesum, inqt, cognosco. Confundamini igitur uos, qui ignoratis. Et Paulum scio. Bene & hoc. Sciebat.n. & præconem esse. Mox insilit in alios, & disrumpit uestes, per ea quę faciebat ipsis: hoc solũ dicit, ne putetis, quòd contenens illos, hęc dico. Magnus timor dæmonis, & quare absque uerbis iltis non disrumpit illorũ uestes? sic ẽnim & furorem impleuit, & errorẽ statuit. Timuit, id quod dixi potestatem inacceſſam: & nõ tantũ potuisset, si non hoc dixisset. Vide ubiq; gratiores dæmones, quã Iudæos, & non audentes contradicere, Matt.8.d
neq; accusare, uel apostolos, uel Christũ. Illic dicũt: Marc.5.a
Scimus te quis sis, & quur uenisti huc ante tempus torquere nos? Et iterum: Scio te qui sis, filius dei. Hic autẽ: Hi homines, serui dei excelsi sunt. Et iterum, Iesum quidem cognosco, & Paulum scio. Omnino.n. formidarunt, & timuerunt sanctos illos. Forsan quis M
nos audiẽs, cupit in hac esse potestate, ne possint dæmones cõtra ipsum obtinere. Et beatos dicit sãctos illos, ptopter hoc quòd tantã habuerint potestatẽ. Sed audiat Christũ dicẽtem: Ne gaudete quòd dæ- Luc.10.c
monia uobis subiiciuntur. Quoniã sciebat oẽs hoies maximè uana gloria gaudere. Si enim quod deo placet quæris, & quod communiter prodest, alia maior est uia. Non est ita magnum à dæmone liberari ut eripi à peccato. Dęmon nõ prohibet regnum cœlorũ assequi, licèt cooperetur, inuitus quidẽ: Cooperatur autem faciens habentem se continentiorem, peccatum autem eiicit. Iam forsan dicet quis: Absit, ut sic assequar continentiam. Neque ego uellem, neque alius est q uelit. Omnia ob amorem Christi facienda sunt. Si autem hoc, quod absit, contingat, & pro hoc orandum. Si igitur hic quidem non eiicit, illud autem eiicit: liberare à peccato maioris beneficij est. Igitur ab hoc curemus liberare proximũ & ante proximum nos ipsos. Videamus, ne dæmonẽ habeamus. Scrutemur nos ipsos exactè. Peccatum grauius est dæmone: Nam ille quidem humiles facit. An nõ uidetis dæmoniacos, quando resipuerint à morbo,

quàm

A quàm sint submissi, q̃ tristi uultu, quanta erubescentia uultus illorũ pleni sunt, quo neq; obtueri audẽt? Vide absurditatem'. Illi quidem propter ea quæ patiuntur, confunduntur: Nos aũt neq; pro his q̃ operamur, confundimur. Illi iniustitia affecti, erubescũt: Nos iniustitia afficientes, non erubescimus: quanuis causa illorum, non sit confusione digna, sed misericordia, & humanitate, & uenia & magna admiratione, multisq; laudibus: quando & cũ tali certant dæmone, & omnia cum gratiarum actione ferunt. Res autẽ nostræ profecto nisu, confusione, accusatione, supplicio, pœna, extremisq; malis, & gehẽna, nullaq; uenia dignæ. Vides, quòd peccatum dæmone gratuius sit. Et illi quidem ex his quæ grauiter ferunt, duplex lucrum reportant. Vnum quidem, quòd humiliores & modestiores fiunt. Alterũ, quòd pœnas hìc suorum peccatorum dantes, puri ad dominum migrãt. Etenim de hoc sæpe disseruimus, & ostẽdimus, quòd eos qui hìc puniuntur, si benignè ferant ueriſi mile est multa peccata deponere. A peccatis aũt duplicia grauia sunt: Vnum quidẽ, quòd impingimus:

B Alterum, quòd deteriores efficimur. Attendite, oro, quod dicimus: Non in hoc solũ lædimur à peccato quòd peccamus: sed & aliud grauat, quòd anima recipit habitum: sicut in corpore per exemplum manifestius uidere licet. Sicut enim qui febre laborat, non in hoc solũ læditur, quòd ægrotat, sed ẽt quòd post morbũ infirmior fit, licèt à morbo diutino ad bonam ualetudinem redeat. Ita sanè & de peccato dicendum, licèt sanemur, adhuc tamen egemus magna fortitudine. Vide enim oro, quendam qui cõtumelia affecit, & non supplicio affectum: nõ propter hoc solùm debet lachrymari, quia non contumeliæ dat pœnam, sed etiam propter aliam causam, ut lugeat dignum. Et qualis hæc? Quia impudẽtior facta est anima. Nam unumquodq; peccatum, ubi patratum fuerit, & ad finem peruenerit, relinquit in anima uenenum. Non audis quosdam dicentes, quando à morbo confirmati fuerint: Non ausim aquam bibere? quanuis sanus sit, sed ita morbus læsit. Et illi quidem malè affecti, gratias agũt. Nos aũt bene habentes, blasphemamus deum, & offendimus. Plures

C enim inuenias in sanitate ac diuitijs hoc facientes, q̃ in paupertate & mala ualetudine. Stat enim dęmon quasi lictor, reuera, uehementer minax: & sicut pædagogus quidam lorum intendens, & nusquàm diuertere sinens. Si autem quidam, neq; sic sobrij sunt, itaq; illi dant pœnam. Non paruum autem & hoc. Nam quemadmodum stulti, quemadmodum insanientes, quemadmodum pueri nõ dant pœnas, sic neq; hi. Ex his enim qui insciẽnter agunt, nullus tam crudelis, ut supplicium exigat. Nõne peccantes deterius affecti sumus, quàm dęmonio uexati? sed quòd non spumamus, neq; pupillas distorquemus, neque manus, utinam in corpore hoc pateremur, & non in anima. Vis tibi monstremus animam spumabundam, immundam, & distortos oculos mentis? Cogita irascentes, ac ebrios: à furore, qua saliua non immũdiorà uerba eiiciunt, profectò fœtidum sputum eructant. Et sicut illi nullum ex prẽsentibus norunt: ita neq; hi. Obumbrata est enim eorum mens, & distorti sunt oculi: non amicum, non inimicum, non reuerendum, non contemptibilem, sed omnes simpliciter uident. Non uides hos tremere sicut illos? Non cadunt in humum, sed anima illorũ humi sita

D est, & cadit turbine acta. Si enim recta staret, nequa quàm pateretur illa quæ patitur. An non uidetur tibi esse animæ abiectæ, & suam perdentis sobrietatẽ? Etiam ea dicunt & faciũt, quæ ebrij furore. Est quędam & alia insaniæ species hac grauior. Qualis nam illa, quando neq; remitti iram sustinent: sed apud seipsos alunt familiarem scilicet lictorem, se torquentem, ulciscendi, inquam, cupiditatem? Ipsos.n. ulciscẽdi auidos primũ perdit ultionum meditatio, ut futura præteream. Nam quantum putas tormentũ esse hominis afflictæ animæ, quotidie cogitare ut ulciscatur inimicum? Prius teipsum puni, qui talis es. Et punitur instatus contra seipsum pugnans & incensus. Necessarium enim semper apud te flagrare ignẽ, & incendium intantum extendens, non finis decrescere, cogitans inferre alteri malum quiddã. Ipse aũt teipsum mordes, semper flammã uigescentẽ ferens, & animam interquiescere non sinens, sed semper in exasperatione, & in turbatione, & in tempestate mẽtem habẽs. Quid hac insania molestius? Semper, inquã, contristari, & inflari, & ardere. Tales enim sunt

E animæ eorũ, qui ultionem meditantur. Nam ubi uiderint eum quem uolũt ulcisci, statim perculsi sunt: Si uocem audiant, conciderunt, tremunt: Si in lecto fuerint, innumeras pœnas apud se scribunt, dilacerãtes, toquentes illum inimicum: Ad hæc si illum clare scere uiderint, papæ, ô pœnas, Remitte illi peccatũ, & libera teipsum à tormẽto. Cur perseueras, semper ut te punias, ut illum semel flagelles, & in eũ animad uertas? Quid paras tibi ipsi morbũ? Quid animum tuum liberari uolentem detines? Ira neq; usq; ad ue- Ephe.4.f
sperã maneat, inquit Paulus. Sicut.n. putredo quędã ac tinea, ita mentis nostræ radicem arrodit. Quare bestiam in uiscera tua includis? Melius esset uiperam uel serpentem in corde positam esse, q̃ iram, uel inuidiam. Nam illæ quidem, statim nos liberarent: hæc aũt manet semper, dentes fortiter infigẽs, immissoq; ueneno, pessimarum cogitationũ exercitus producit. Sed hęc facio, ne derideat, ne cõtemnat. Miser homo & ærumnose, non uis à conseruo deridere, sed odio haberi à domino tuo? Non uis contẽni à conseruo tuo, & contemnis dominum? Non putas indignari deum, quòd illum contemnis? & quòd illũ de F
ridens, non uis ei obtemperare? Quòd aũt neq; te de ridebit, manifestum est hinc. At siquidẽ sic pergas, magnus erit risus, magnusq; contemptus: pusillanimitatis enim opus est. Si aũt cessaris, magna erit admiratio: hoc enim magnanimitatis est. At ille, inqt, ignorat. Sciat deus, ut maiorem habeas mercedem. Vsuram.n. accipitis ab his, inquit, à quibus nõ sperabatis uos recepturos. Ita & benefaciamus his, qui non sentiunt quòd eis benefit: ne nobis laudem, uel quidlibet retribuant, mercedemq; imminuant. Nihil enim ab hominibus recipientes, à deo maiora recepturi sumus. Quid aũt magis ridiculũ, & quid frigidius, anima q̃ semper irascitur, & uult ulcisci? Muliebris, ac puerilis uoluntas est. Nã ut illa ẽt contra inanimata irascitur, etsi nõ percutiat pauimentũ, nõ dimittit iram: Ita profectò & hi. Volunt ulcisci de his q contristarant. Igitur ipsi risu digni. Et enim iræ imperium ferre, puerilis animi est: imperare aũt, fortitudinis fuerit. Igitur nõ nos ridemur, si sapiẽter agamus, sed illi. Ab affectione non uinci, nõ est contemptibilium hominũ. Ita autem timere externum risum, ut propter hunc affectioni propriæ subiacere, & deum

G offendere, ac teipsum ulcisci uelis, utiq; contemptisi morũ fueris. Hæc reuera digna sunt risu. Igitur hęc fugiamus. Dicat, quòd inumera mala nobis, licèt exhibuerit, nihil tamen passus sit. Dicat, quòd & iterum nos si cõuicijs incessant, nihil patiantur. Non aliter nostram prædicasset uirtutẽ, non alia exquisiuisset uerba, si nos laudare uoluisset, q̃ hæc quę dicit, dum putat nos affligere. Vtinam oẽs de me hoc dicerent, Inutilis & miser homo est: oẽs in illum contumelias iaciunt, ipse aũt fert: Omnes insiliunt, ipse aũt nõ ulciscitur. Vtinam apposuissent. Neq; si uellet, posset: ut mea laus sit ex deo, & non ex hominibus. Dicat, Propter timiditatem & ignauiam nõ ulciscimur. Nihil hoc nobis nocet, quando deus scit: sed thesaurus noster tantò fidelius obseruatur. Si ad illa spectabimus, omnibus destituemur. Videamus, nõ quid dicant, sed quid nos deceat. Aliqui aũt dicunt, Ne me deriseris, & gloriantur quidam. O insipientiam. Nullus me lædens derisit me, inquit, hoc est, ultus sum. Quin ob hoc derideri mereris, qa ultus es. Vnde hęc uerba introducta? Quæ confusio, perditioq; uitę nostrę sunt? Nõne illa quæ licèt deo aduersa sunt, loquimur? Non ulciscì enim deo facit ęqualem. R sumne hoc putas. Nõnne propter hoc rideri meremur & à nostris & à gentibus, ita contradicẽtes deo? Narrare uolo aliquid apud ueteres gestum, nõ de ira, sed de pecunia. Erat cuidam prædium, occultum thesaurũ continens, nescio domino, quod ille uendidit. Qui autem emerat effodiendo, ut plantaret & curaret, occultum thesaurum inuenit. Vt is qui uenderat, resciuit, uenit & coẽgit eum qui emerat, reddere thesaurum. Prædium enim uenditum dicebat, non thesaurum. Quem ille iterum repulit, dicens: Agrum cũ thesauro uenditum esse: & se hoc non curare. Peruẽtum est utrinq; in disceptationem: Et ille quidẽ accipere uolebat, hic aũt contendens non dare. Et nacti hominem quendam ei exponebãt, ac rogabant, cui nam adiudicandus thesaurus. Ille uerò non pronunciauit. Dixit aũt, cõtentionem eorum esse tollendã: quòd ipse horum sit dominus. Et accepto thesauro, quẽ illi sponte permiserunt: innumera posteà mala sustinuit, & re ipsa didicit, meritò illos ab hoc abstinuisse. Hoc & de ira fieri oportet, ut & nos contendamus non ulcisci: & qui contristarunt, contendãt, ut dent pœnam. Sed forsan & hæc cuipiam ridicula erunt. Quãdo enim insania supra modũ inualuerit, ridentur modestè agentes. Et inter multos qui insaniunt, insanire uidetur, qui non insanit. Ideo oro, ut resipiscamus, & similes fiamus illis, qui purificati à pernicioſa affectione hac, regnũ cœlorum assequamur: gratia & misericordia unigeniti illius filij, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperium, & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Impletis autem his, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, proficisci in Hierusalem, dicens: Postquàm illic fuero, oportet me & Romam uidere. Missis autem in Macedoniam duobus qui sibi ministrabant, Timotheo, & Erasto, & ipse mansit ad tempus in Asia, ortus est autem tempore illo tumultus non parus de illa uia.

Homilia xlij.

At diu conuersatus in ciuitate, uult iterum aliò trãsire: unde etiam mittit Timotheum ac Erastum in Macedoniam: ipse uerò manet in Epheso. Quo autem ab initio uolens in Syriã abire, iterũ reuertit in Macedoniam, ostẽdens quòd omnia non sua uirtute faciebat: iam prophetat, dicens: Oportet me etiam Romam uidere. Hoc aũt dicens, fortasis consolatur eos quòd non abfuturus, sed breui iterũ rediturus, & prophetia discipulorum excitat mẽtes. Hinc mihi uidetur scribere Corinthijs ab Epheso, ac dicere, Nolim uos ignorare fratres de afflictione quæ accidit nobis in Asia. Quoniã enim promiserat se uenturum in Corinthum, rationẽ reddit, quòd moretur. Et dicit, Vltra tentationem narrans quæ cum Demetro acta sint. Quã hìc insinuat, tumultum nõ paruum dicens de uia hac factũ esse. Iterum, periculum: iterum, tumultus. Vides claritudinem? Facta sunt signa duplicia, illi autẽ contradicebant. Ita ubiq; contexit opera. *Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius, qui faciebat delubra argentea Dianæ: præstabat artificibus non exiguum quæstum. Quibus conuocatis & ijs qui similium rerum erant opifices, dixit: Viri, scitis, quòd ex hoc opificio quæstus noster est: & uidetis, & auditis, quòd non solũ Ephesi, sed etiam totius Asiæ, Paulus hic persuasit, & auertit turbam multam, dicens: Non esse deos manu factos. Non solũ autẽ hæc pars nobis in periculum uenit, ne reprobetur, uerùm etiam magnæ deæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, destruturq; maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.* Faciebat, inquit, delubra argẽtea. Et quo possibile erat fieri delubra argentea? Fortasis ædiculas & coopercula, quæ Ciboria uocãt. Magnus enim erat honor illius in Epheso, ubi etiam templũ illorũ succensum ita contristauit eos, ut eum qui succendisset, ne nominari quidem uellent. Vide ubiq; idololatriam à diuitijs fieri. Et illi propter pecunias. Et hìc propter pecunias dolent, non quòd illis pietas periclitetur, sed quòd materiam lucri non habituri sint. Et considera malignitatem uiri. Abundans ille erat, Et ipsi quidem non tantum damnũ inde futurum: illis autem plurimũ, utpote pauperibus, qui & quotidiano opificio uictitabant. Attamen hi quidem nihil dicunt. Ipse autem, eos qui erãt socij artis, socios assumit & tumultus. Deinde etiam periculum exaggerat, addens, Periclitatur nobis portio hæc, ne reprobetur. Hæc enim fore manifestat, quòd periculum sit famem passuros huius artis opifices. Et quanuis hæc dicta sufficiebant, illos ad impietatem adducere, sed miseri quidam ac uiles cum essent, insistunt magis: & non considerant, quòd si homo hic ualet tantũ, ut omnes conuertat, & periclitentur dij: qualis illius deus: Et quòd multò magis illa nobis dabit, propter quæ timemus. Iam præoccupauerat illorũ animos, dicens: Non esse deos, ab hominum manu factos. Vide pro quo indignantur gentes. Quoniam dixerat, quòd ij qui ab hominibus facti, nõ sunt dij: semper in artem refert sermonem. Deinde, quod maximè illos contristabat, subdit, dicens: Non solùm autem hęc pars periclitatur nobis. hoc est, Aliorum nobis nulla sit ratio. Sed etiam magnæ deæ Dianæ maiestas in periculo est, ne destruatur. Deinde ne uideatur lucri gratia dixisse, uide quid apponit, Quam orbis colit. Vides quòd ostendit maiorem Pauli uirtutem, omnes miseros & æruminosos illos uocans? siquidem homo qui fugabatur hincinde, & tabernaculorum factor tanta potest? Vide ab inimicis testimonia dari apostolis. Illic quidem dicebant: Ecce implestis Hierusalem doctrina uestra. Hìc,

quod destruenda est Dianæ maiestas. Tunc dicebãtur commouisse orbem terrarum, quod hi & hic peribant. Nunc, quòd periclitatur nobis portio nostra: ne reprobetur, & abeat. Sic & Iudæi de Christo dicebant, Videtis quòd mundus post illũ uadit. Et, Venient Romani, & tollẽt nostrã ciuitatem. *Auditis autem his impleti sunt furore.* Vnde furor factus est? Quando de Diana audierunt: quãdo de lucri iactura: tales enim uulgarium mores sunt, facilè corripi & accendi solent. Eapropter cũ inquisitione facienda sunt hæc omnia. Vide aũt quã contemptibiles fuerint, qui ad omnia sic afficiebãtur. *His auditis impleti sunt ira,* inquit, *& clamauerunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorũ. Et impleta est ciuitas tota cõfusione, impetũq; fecerunt unanimiter in theatrũ. Et correptis Gaio & Aristarcho Macedonibus Pauli comitibus traxerũt illos.* Simpliciter iterũ inuadunt, sicut Iasonẽ Iudęi, & semper similiter afficiuntur: ita nullũ, uel gloriæ, uel honesti respectũ habebant. *Paulo autem uolente intrare ad turbam nõ permiserunt fratres. Quidam autem ex Asiæ primoribus, cum essent amici eius, miserunt ad eũ. Et obsecrabant, ne cõmitteret se theatro.* Obsecrãt quia populus incõpositus irrationabili impetu, oĩa audet. Et Paulus obtẽperat. Non. n. erat uanæ gloriæ cupidus, neque arrogans. Igitur alij quidẽ, aliud quiddã clamabant: erat. n. congregatio confusa, & plerìq; nesciebant qua ex causa cõuenissent. Talis enim turba simpliciter sequitur, sicut flamma in fomitem cadens. *Ex turba aũt protraxerunt Alexandrũ propellentibus illũ Iudæis.* Propellebant illũ Iudæi singulari dispensatione, ut nihil possent posteà contradicere. Hìc & protruditur & loqtur. Et quid? audi: *Alexander aũt manu silẽtio postulato, uoluit rationem dare populo. Agnoscentes aũt quòd Iudæus esset, uox facta est una omnium quasi ad duas horas clamãtiũ, Magna est Diana Ephesiorũ.* Puerilis reuera cogitatio, quasi timentes ne extingueretur cultus illorũ, continuò clamabant. Ad duos annos sederat illic, & uide quot adhuc Pagani. *Cum autẽ sedasset scriba turbam, dixit, Viri Ephesii, quis est hominũ qui nesciat Ephesiorũ ciuitatem Neocorum esse magnæ deæ Dianæ, & diopeti?* Hoc primũ furorẽ illorum restinguit. Et diopetus, hoc dicit, quasi non sit manifesta res. Sacrum autem aliud sic uocabatur diopetus, uel idolũ Dianæ: sic dicebat, quòd ex Ioue testa illa delapsa, & non ab homine facta, uel aliud idolum apud illos sic dicebatur. *Cũ igitur his nemo cõtradicat, oportet uos sedatos esse, & nihil præcipitanter agere. Adduxistis enim uiros hos neque sacrilegos neque cõtumeliosos in deã uestrã.* Hoc igitur totũ mendacium est. Ista autem ad populum sedandũ dicebat: *Itaq; si Demetrius, & qui cũ illo sunt artifices, habent aduersus aliquẽ causam, cõuentus forenses aguntur, & procõsules sunt, accusent inuicem. Si aũt quid de alijs rebus quæritis, in legitima congregatione dirimetur. Nã periculũ est, ne seditionis hodiernæ fiamus rei: cũ nulla sit causa, unde poterimus rationẽ reddere istius concursus.* Et his dictis soluit concionem. Legitimam congregationem uocat, eo quòd tres conciones iuxta legem quolibet mẽse fierent. Illa aũt erat præter legem. Ad hęc terruit illos, dicens: Periculũ est, ne seditionis accusemur. Sed uideamus iterum lecta: *His autẽ impletis,* inquit, *posuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia in Hierusalem proficisci.* Nõ iam hoc humana ratione facit, sed spiritu, quo etiam decreuit transire. Hoc est enim, Posuit: & hunc sensum habet sermo. Quare autẽ mittit Timotheũ & Erastũ, non dicit. Mihi uidetur etiã de hoc dicere, In spiritu: ut non ultrà lateant. Statuerunt, ut relinquerentur Athenis soli. Et uide, Duos qui sibi ministrabant, mittebãt, ut aduentum suum significent, & alacriores reddãt. Maximè in Asia uersatur. Meritò. Illic enim erat magna fraternitas philosophorum: & ut uenit: iterum loquitur illis. Etenim magna erat illic superstitio. Demetrius enim quidã faber argentarius, collectis iis qui eiusdem opificij erant, dixit, Viri, scitis & uidetis, & auditis. Ita manifestum erat quod fiebat. Hic, inquit, Paulus persuadens, conuertit magnam turbam. Et ita non uiolenter, si persuasit. Ita persuadendæ sunt ciuitates. Deinde adducit, id quod illis dolebat, Non esse deos, qui manibus fiunt. Quid est hoc? Subuertit, inquit, artẽ nostram. Et ne cogitent ac dicant, quòd solus homo talia posit: & si tantũ posit, ei fit credendum: subdidit, Quam tota Asia & orbis colit. Vocẽ illorũ putabant, diuino spiritui obfuturã. Verè pueri Græci. Ex hoc, inquit, opificio uictitamus, & lucrum nostrum est. Et si ex hoc opificio quæstus noster est, quo persuasit uilis homo? Quomodo tantæ consuetudini præualuit? Quid faciendo, uel quid dicendo? Non est Pauli, non est hominis. Et hoc sufficit dixisse, quòd non sunt dij. Itaque si sic tam facilè deprehenditur impietas, olim cõdemnatam esse oportebat. Si autẽ fortis, non tam statim tollenda. Non solum autẽ hæc pars nostra periclitatur. Sic sanè aliqd maius dicens, hoc subdidit. Auditis aũt illis, impleti furore clamabant, Magna Diana Ephesiorũ. Singulæ enim urbes suos habebant deos. Et ita afficiebãtur, quasi uocibus cultũ eius reparaturi, & quæ facta erant retexturi. Vide incompositam multitudinem. Paulo autem, inquit, uolẽte ingredi ad plebem, non permittebant eũ discipuli. Itaq; Paulus uolebat ingredi, ut concionetur. Nam persecutiones ad doctrinam assumebat, sed discipuli non sinebant illũ. Et considera, quanta erga illum usi sunt prouidentia ubiq;, & ab initio illum eduxerunt, ne letalẽ acciperet plagam: quanuis sanè audiuissent, quòd oportebat etiam Romam uidere: attamen prohibent: cũ singulari autem dispensatione prænunciat, ne post factum turbentur, ita neque pati illum aliquid uolebant. Et quidem principes Asiæ obsecrabant illum, inquit, ne intraret in theatrũ. Scientes eius promptitudinem obsecrabant, sic omnes illum amabant fideles. Et quare, inquit, Alexander uoluit rationem reddere? Nõne ipse intrusus erat? Vt & data occasione confutaret totum, & furorem populi extingueret. Vidistis furorem omni carentem ordine. Bene & cum increpatione scriba. Quis est, inquit, qui nescit Ephesiorum ciuitatẽ? Sic dixit, id qđ timebãt. Quasi diceret: Nõnne colitis illam? Et non dixit, Quis est enim, qui non nosci Dianam: sed, ciuitatem nostrã: curans illos. Cũ igitur his cõtradici nequeat, oportebat uos modestius agere. Hæc sanè obiurgat, quasi dicens: Quid igitur quæritis, quasi incerta sint? Manifestum quòd contumelia ad deum pertingit. Ex pietate, auaritiæ prætextum quærunt. Deinde clam perstringit illos, ostendens quòd absque ratione cõ uenerint. Et nihil, inquit, præcipitanter facere, ostendens quòd temerè ac precipitanter egerint. Hoc dixit. Itaq; si Demetrius & qui cum illo sunt, habent causam quandam, proconsules sunt. Et hoc obiicit, ostendẽs, quòd nõ oportebat, priuatorũ criminum

G causā congregationē generalē facere. Etenim periculū est,inquit,ne accusemur. Hoc dicto,in magnas angustias eos coniicit,cum nulla causa subsit, unde non poterimus rationē reddere concursus istius. Vide quā prudenter increduli rationē reddunt, quāq; sapienter. Sic extinxit furorē:nā ut facilè accenditur, ita etiam facilè extinguitur. Et his dictis dimisit concionem. Vides deū permittere tentationem, discipulosq; excitare,& excutere eis somnū, & sic alacriores reddere? Oro ne succūbamus tentationibus. Ipse.n. exitū quoq; dabit,ut possimus sufferre. Nihil ita animos facit ac coniungit,ac tribulatio. Nihil nobis doctoribus sic utile uti audiātur, quæ à nobis dicūtur. Auditor enim quando in delicijs agit, oscitās est ac ignauus,& à loquēte quodam interturbari uidetur. In afflictione autē & tribulatione, in magnum audi torij desiderium incidit. Nam cū anima angustiatur undiq; consolationē afflictionis inuenire querit. Nō paruā autē consolationem affert sermo. Quid igitur inquit, Iudæi cum affligerentur præ pusillanimitate non audierunt? quia Iudæi erant, qui semper infirmi
H ac ærumnosi. Et aliter, Quia & illic magna afflictio erat,nobis autē de moderata sermo est. Vide enim, Expectabant liberari à malis quæ illos detinebant, & in plurima inciderant mala. Hoc autē non uulgariter animos perplexos reddit. Afflictiōes abstrahūt nos ab affectione erga præsentem mundum. Itaque statim mortē petimus,& non sumus amatores corporis, quæ sanè maxima philosophiæ pars est, non deditum neq; adstrictum esse præsenti uitæ. Anima quæ affligitur non uult in multis esse occupationibus, sed solū resocillationem & quietem amat. Facilè est ei à præsentibus liberari, etiam si nihil aliud sit. Quemadmodū corpus quod laboribus fatigatum & exhaustum, non diligi uult, neque uentri indulgere sed requiescere,& silenter iacēre: ita & anima plurimis onerata, in quiete ac silentio esse festinat: quæ in resocillatione est ac delicijs, respuit, turbata est, superba est. Illa quæ nihil habet fluxū & effusum, tota constringitur,& aliena est ab omni superbia: & hæc quidē uirilior est, hæc aūt puerilior,& hæc quidē grauior, illa aūt leuior. Et sicut siquid lapsum fuerit in
I multas aquas, quod leuius est turbatur: ita & anima ubi multis gaudiis impleta fuerit,& maxima qs peccata uiderit à nimijs gaudijs prouenisse. Et si uolueri tis domus duas depingemus: unā habentiū nuptias alterā in luctu agentium. Ingrediamur consideratione utranq;, uideamus utra melior: inuenietur enim lugentis domus, plena philosophiæ: domus autem nuptiarum, referta fœditate. Vide enim turpia illic uerba, risum incompositū, sessiones magis incompositas, uestē & gressum plenum turpitudine,& gestus stultitiam & insipientiā præ se ferentes, omnia illic risum & ridicula: nō ipsas nuptias dico, absit, sed ea quæ in nuptiis fiunt. Insanit tunc natura, præsentes pro hominibus bruta fiunt, & alij quidē ut equi hinniūt, alij uerò ut asini calcitrāt, magna diffusio, magna dissolutio, nihil maturum, nihil generosum. Magna ibi diaboli pōpa, cymbala, tibiæ, & cantica plena scortationum ac adulteriorum. At nō ita agitur ubi luctus, sed ibi omnia bene cōposita: magnū enim silentiū, magna quies, magna submissio, nihil sine moderatione, nihil incompositū, si quis etiam aliquid locutus fuerit, oīa quę loquetur philosophiā sapient. Et hoc profectò mirū, quòd per illud tēpus nō uiri soli, sed ēt mulieres ac domestici philosophā- K
tur. Talis est enim natura luctus. Et uidentur quidē consolari lugentem, plurima autem philosophiæ de creta narrant. Preces statim quę hactenus intermissę audiuntur,& ad consolandū afflictos sufficiunt. Et enumerabimus innumera id genus dicta deplorantium. Quid est enim homo? naturę nostræ inquisitio. Quid igitur est homo? uitę & nostrę paruitatis ac cusatio, comemoratio eorū quæ in futuro iudicio. Vnusquisq; domū redit,à nuptiis quidē tristitia affectus, eo quòd ipse minus fœliciter agat,à luctu autē seipsum consolans, concupiscentiarū igne restincto quòd talia passus non sit. Sed quid? Vis carcerem & theatrū conferamus? Ille quidem afflictionis, hoc autem uoluptatis est locus. Agè igitur, uideamus ea q̄ ex utrisque contingunt. Illic philosophia multa est. Vbi enim mœstitia, & philosophia. Qui anteà opibus inhiabat, qui ualde inflabatur, & uix permittebat uulgarem hominem sibi loqui, is tūc humilis fit quasi igne quodā in animā eius illapso, & duriciem molliēte metu ac tristitia, tunc mœstus fit, tūc seculārem mutationē sentit, tūc fortis fit ad omnia. At i L
theatro oīa cōtraria, risus, turpitudo, pōpa diabolica, effusio, insumptio tēporis, & expensio dierū inutilis, concupiscentiæ absurdæ præparatio, adulterii meditatio, scortationis gymnasiū, intemperantiæ schola, adhortatio turpitudinis, occasio risus, turpitudinis exēpla: sed nō sic agitur in carcere, ubi humilitas animi, exhortatio, & extimulatio ad philosophiā, cōtemptus rerum secularium, omnia conculcata & despecta. Et quasi pedagogus puero metus assistit, ad omnia quæ oportet illū cōponēs. Sed si uis iterum aliter inquiremus illa loca. Vellē te occurrere uiro à theatro uenienti,& alteri è carcere egredienti: & uideris illius animā fastidientem, turbatā, uereq; constrictam: huius autē solutam, promptam & ferè alatam. Nam ille à theatro recedit, oculis mulierum quę illic adstrictus, quouis ferro grauiora ferens uincula: nēpe loca quæ illic, uerba habitus. Qui autē à carcere, ab omnibus liberatus, non iam putabit se aliquid graue pati, sua cū alienis cōparans, quòd nō est ligatus gratiam nunc habet, contemnit humanas res, multos diuites uidēs in calamitatibus, mul-
ta & magna potentes & ligatos illic, etiamsi iniustè M
quid patiatur, etiam sic fortis est. Quin & illius loci multa exempla in cogitationē ducent futuri iudicij, & horrebit loca ea ibi iam uidens. Sicut enim ibi qui in carcere conclusus, mitis erga omnes est: ita & illi ante iudiciū, ante futurum diem, erga mulierē, erga pueros, erga domesticos erunt æquiores. Sed à theatro non sic reditur, iniucūdius enim uir aspiciet mulierem, & importunus ministris erit, exacerbabitur erga pueros. Magna mala theatra efficiūt ciuitatib⁹, magna & neq; hoc scimus quòd magna. Si aūt non fatigaremini, etiā loca risus, sympoſia dico, inquirerem⁹. Ibi parasiti adulatores & magnæ delicię. Et loca alia ubi claudi & cæci. Iterū illic quidem ebrietas & deliciæ, & hilaritas, hic aūt contrarium. Vide & in corpore, quando phlegmate abundat, quando ualde incolume est, facilius in morbū cadit quando autem castigatum fuerit, non sic. Vt autem manifestius uobis faciam quod dico, sit corpus habēs multum sanguinem, & carnes multas, ac in deliciis agēs. Hoc etiam à fortuito euentu febrē pārere potest, si simpliciter doluerit. Sit autem aliud fame ac tribula-

tione

A tione magis firmū, hoc uix à morbo cōprehēdetur ac fatigabitur. Sanguis licèt sanus sit in nobis, sæpe tamē multitudine morbū attulit: si aūt modicus sit, & non sanus, facilè cōpesci potest. Ita profectò & de anima dixerim. Quæ.n. in delicijs & resocillatione, ualde propensos ad peccatū habet impetus. Stat.n. propè arrogātiam & uoluptatē, & uanā gloriam, & inuidiam, & insidias ac calumnias. An nō frugalitas in afflictione, & ab oīb⁹ illis libertas? Ecce q̄ magna est nostra illa ciuitas. Vnde igitur nascuntur mala, nōne ab opulentis? nōne à gaudentibus? Qui in uincula trahunt, qui facultates dilapidant, qui miseri & abiecti, nōne qui multū inflantur ac gaudent? Non
Rom.5.a potest ab afflicta anima aliquid mali fieri. Nouit illius uirtutem Paulus, & pp hoc dicit: Tribulatio patientiam operatur, patientia aūt probationē, probatio aūt spem, spes uerò non confundit. Oro ne succumbamus afflictionibus, sed in oībus gratias agamus, ut qd magni lucrifaciamus, ut probemur deo, qui tentationes permittit. Magnum bonum est affli
B ctione nulli utilia discunt. Nos autē magis q̄ illi egemus afflictione. Nā si illi cū affectiones eis desint lasciuiunt, multò magis nos,& maximè tantis iam obnoxij, unde nobis magis op⁹ erat pędagogis. A pueris.n. non tam magna peccata fiūt, quin à nobis maxima. Noster aūt pædagogus est afflictio. Igitur tribulationē futurā ne nobis ascisca mus, præsentē strenuè feramus, quò diuina gratia bona diligentibus deū reposita assequamur i Christo Iesu domino nostro, cū quo patri simul ac spiritui sancto gloria, ipe-
riū, honor, nūc & semper, & in secula seculorū, Amē.

Cap.xx. *Postquàm autē cessauit tumultus, uocatis ad se Paulus discipulis, complexusq; illos profectus est, ut iret in Macedoniam.*

Homilia. xliij.

B hoc tumultu, multa consolatione opus
a erat. Hoc sanè & facit,& ut consoletur discipulos, uadit in Macedoniam, deinde in Grę ciam. Et quòd multùm illos consolatus fuerit, audi: *Cum aūt perambulasset partes illas,& exhortatus fuisset eos multo sermone, uenit in Græciam. Et ibi peractis mensi*
C *bus tribus, cum esset illi structæ insidiæ à Iudæis, soluturo in Syriam, habebat in animo, ut reuerteretur per Macedoniam: Comitatus est aūt eum usq; ad Asiam Sosipater Berrhœensis, Thessalonicensiū uerò Aristarchus & secundus, & Gaius Derbæus & Timotheus. Asiani uerò Tychicus et Trophimus. Hi prægressi expectarunt nos in Troade.* Iterū persecutio fit à Iudæis,& uenit in Macedoniā. Quo autem Timotheū Thessalonicensem dicit? Nō dicit hoc. Sed prę occuparant hi, inquit, & prius uenerant in Troadē uiam eò parantes. *Nos uerò abnauigauimus post dies azymorum à Philippis, & uenimus ad eos Troadem intra dies quinq;, ubi demorati sumus diebus septem.* Etenim mihi uidetur dies festos celebrasse i magnis urbibus. A Philippis abnauigat, ubi facta ea quæ de carceris custode habes. Tertiò aūt nunc in Macedoniam uenit,& magnū testimoniū dat Philippensib⁹, ideo & demoratur illic. *In die aūt sabbatorum congregatis nobis ut frāgeremus panem, Paulus disserebat eis, profuturus die abiturus, protraxitq; sermonem in mediam noctem.* Vide ut oīa adiuncta sunt prædicationi: Pentecoste tunc erat,& dies dominicus, & usq; ad noctis dimidium sermonē extendit, adeò salutē discipulorū cupiebat, quod neq; per noctē silebat, sed tūc pp silen-

D tium magis differebat,& ad ipsum cœnę tempus. At cōturbauit festū diabolus quantū potuit, demergēs somno auditorē ac deprimens, & ut aūt contigerit, interpretatur addens: *Erant aūt lampades multæ in cœnaculo in quo erant congregati. Sedens aūt quidam adolescens nomine Eutychus, in fenestra cum degrauaretur somno profundo, disserente diutius Paulo, magis depressus à somno decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Cum descendisset, aūt Paulus, incubuit super eū, & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim eius in ipso est. Cum ascendisset aūt, fregisset q̄; panem ac degustasset, diu collocutus est usq; ad diluculum, ita demum profectus est. adduxerunt aūt puerum uiuentem, & lætati sunt non mediocriter.* Vide oro spectaculū ut erant coadunati. Cōgregatis.n. discipulis, inquit, ēt signū. In fene
E stra.n. inquit, sedebat, & intempesta nocte. Tantum erat audiendi desideriū. Cōfundamur nos, qui neq; in die hoc facimus. Sed Paulus dicis, differebat tūc. Quid dicis: Etiāmnū Paulus differit, imo neq; tunc, neq; nunc Paulus, sed Christus, & nullus audit, non fenestra nunc, nō fames, nō somnus interturbat, attamen nō audimus, nō angustia loci, nō aliquid ho
E rum. Et hoc sanè miraculū, quòd ēt ille cū esset adolescens nō erat ignauus, & cū somno grauaretur nō recessit, neq; timuit periculū, ne delaberetur. Ne mireris, non.n. ab ignauia dormitauit, sed à necessitate naturæ. Tu aūt uide oro, promptitudinem, quòd ēt in tertio cœnaculo erant. Nondum.n. erat ecclesia. Ne turbemini, inquit, anima illius in ipso est. Non dixit, resurget, excitabo enim illū: sed quid? ne turbemini. Vide ut fastu caret, & prompte consolatur. Et ut ascēdit, fregit q̄ panē, inquit, ac gustauit. Hoc sermonem interpellauit, non offendit. Vides sine superfluitate cœnā. Et ut gustauit, inquit, diu collocutus est usq; ad diluculū, & ita exijt. Vides quō pernoctarint, quales mensæ fuerint? q̄ sobriè iterū auditores abierint, q̄ studiosi ad audiēdū fuerint. Quid nos à canibus distamus? Videtis quantū discrimen. Adduxerūt aūt puerū uiuum, & consolationem habuerunt nō uulgarem. Magna hęc consolatio, & quòd uiuum recipiunt, & quòd miraculū factū est. *Nos aūt conscensa*
F *naui soluimus Assum, illic expectaturi Paulū. Sic enim constituerat, ipse per terrā iter facturus. Cū aūt cōueniss emus Assum, recepto eo uenimus in Mytilenen.* Vbiq; à discipulis segregatur Paulus. Ecce.n. ipse quidē pedes uiam ingreditur, illi aūt nauigio uadunt, permittit illis qd leuius, eligens sibi quod molestius. Pedes uadit, partim multa gerens sapienter, partim docens illos à se non separari. *Et inde nauigantes sequenti die uenimus cōtra Chium. Postridie uerò appulimus Samum, & cōmorati Trogyllij, proximo die uenimus in Miletum.* Vides quō sestinante Paulo pergunt,& nō morā trahunt, sed præ tereunt insulas. Propositum enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. *Festinabat enim, si possibile esset, ut die Pentecostes ageret in Hierusalem.* Quid uult festinatio illa? nō erat pp sestum, sed propter multitudinē, interim hoc Iudæis dabat quasi colat festiuitatem, & rapere uolens inimicos, festinabat sermonē annunciare. Vides igitur quantū lucrum omnibus præsentibus? Et aliter: Ne Ephesii negligātur, interim dispensat & curat. Sed iterum uideamus quæ lecta sunt: *Et complexus,* inquit, *discipulos, exijt profecturus in Macedoniam, & exhortatus est illos sermonibus multis, ac uenit in Græciam, & hac ratione illos iterum resocillauit, magnam consolationem illis dans.*

G Vide ut ubiq; sermonibus, non signis omnia corrigit. Soluturo aũt in Syriam. Continuò nobis ostẽdit illum festinantem in Syriam. In causa erat ecclesia & Hierusalẽ, adeò desiderabat etiam ea q̃ illic erãt corrigere. Quanuis non magna Troas sit. Cur igitur septem diebus illic manent? magna forsan erant iuxta fidelium numerũ. Et cũ dies septem ibi mãsissẽt, noctem sequẽtem insumpsit in doctrinam. Ita ægrè ab illis ipse auellebatur. Congregatis aũt nobis ut frangeremus panem. Per illud tempus quo monstrabatur esurire, & non erat intempestiuum. Principiò sermo sumptus productus est. Et ita nõ simpliciter docuit, sed conuenerant quidẽ ad frangendũ panem, inciderant aũt in sermonem, ac doctrinã productio rem fecerant. Vide quõ & mensæ Paulinæ oẽs socij erant. Mihi uidetur quòd ẽt ad mensam sedens docuerit, erudieritq;, ut nos omnia reliqua pro parergis & accessorijs habeamus. Cõsiderate aũt nobiscum domum illam ubi lampades erant, ubi turba, ubi Paulus medius disserebat, ubi & fenestras multi occupabant, ut audiant turbam illã, & amabilem uultum intueantur, & quantam hinc uoluptatẽ accepe
H rint. Quare aũt in nocte disserebat? quoniam exituri erant, & nõ iam in nocte illũ uisuri, sed hoc quidem illis nõ dicit, utpote infirmioribus, alijs aũt dicebat. Interim & noctis istius memoriam cõseruabat miraculum istud insigne. Magna uoluptas auditorũ erat, quòd & iterpolatus sermo magis productus est. Et ita pro doctore casus fuit. Et aliter: Etiam oẽs ignauos ipse increpiturus erat, q propter hoc mortuus, ut Paulum audiat. Et quare, inquit, enumerat singula & quò ierunt, & unde abierunt, & ubi quidẽ morati sunt, quæ ẽt loca prẽternauigarunt? Vt ostendat nunc ociosius illum nauigare, idq; humana ratione & prætернauigare. Statuerat enim prætернauigare Ephesum, ne diu tempus, inquit, tereret in Asia. Bene. Illuc enim ueniens non potuisset prẽternauigare, quoniam noluisset contristare eos, qui se intantum expectabant. Vel igitur hoc est quod dicit, uel etiam quòd festinauit. Dicit enim: Festinabat si possibile esset, ut diem Pentecostes ageret in Hierusalẽ. Vnde non poterat manere. Vide illum ẽt humana ratione
I moueri, & cupere, ac festinare, & sæpe non assequi. Fiunt aũt hæc ideo, ne putemus quòd sint super humanam naturam. Sancti. n. & magni uiri illi, eiusdẽ naturæ, cuius & nos, participes erant, nõ eiusdẽ uoluntatis. Ideo & magnam gratiam consequebantur.
1.Cor.9.b Vide igitur quanta etiam per seipsos gerant. Ea pro-
2.Co.6.a pter dicebat: Ne demus offendiculũ his qui uolunt. Et iterũ: Ne infametur ministerium nostrũ. Ecce & uita irreprehensibilis, & magna submissio. Hoc dicimus dispensationem uenire in fastigiũ, & excelsę uirtutis, & modestiæ submittentis se ad aliorũ mores. Et audi quõ absq; præceptorum Christi trangressio
2.Cor.9.c ne, hic iterum omnium humillimus fuit. Omnibus omnia factus sum, inquit, ut oẽs lucrifaciam. Idem
2.Co.6.a etiam in pericula se mittit, sicut alibi dixit: In patientia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in uinculis, & magnus erat amor ei? erga Christum, sine quo omnia superflua, & humilis in rebus gerendis ordinatio, & irreprehensibi-
Ibid.11.g lis uita, & pericli tatio. Quis infirmatur, inquit, & nõ infirmus sum ego? Quis offenditur, & nõ uror ego? Hęc obsecro & nos imitemur uerba, & in pericula iaciamus nos pp fratres, siue ignis, siue ferrum fuerit. Abiice te ipsum dilecte, ut tuum membrum eruas. K Abiice te ipsum, ne timeas. Discipulus es Christi, qui propter fratres animam suam posuit. Condiscipulus es Pauli, qui innumera mala pati pp eos qui se impugnabant inimicos, uoluit. Implere zelo, imitare Mosen, uidebat iniustè læsum, & ultus est, regiasq; delicias contempsit, & factus est propter ęrumnosos illos exul, erro destitutus cognatis, & domo, inq; alie na terra longo tpe uersatus est, & non reprehendit seipsum, nec dixit hæc uerba: Regnũ contempsi, honoremq; tantum & gloriam, uolebam ulcisci eos, q iniustè affligebãtur, & despexit deus. Et non solũ nõ reduxit me ad pristinum honorem, sed quadraginta annis in aliena terra uersor. Bene scilicet. Nõ enim mercedes accepi, sed nihil horũ uel dixit, uel cogitauit. Ita & tu, etiamsi malũ quid patiaris, benefacias, etiamsi multo tempore, ne offendaris neq; turberis, omnino retribuet tibi retributionem deus. Quantũ differtur merces, tantũ usuræ augentur. Igitur habeamus animam compassioni deditam, habeamus mẽtem condolere scientem. Nihil sit uobiscum uel crudele, uel inhumanum, etiamsi nihil possis afferre, la- L chrymare, ingemisce, dole in his quæ fiunt, neq; erũt hæc frustra. Si his qui à deo puniuntur condolere oportet, multò magis his qui ab hominibus iniustè patiuntur. Non egrediebantur, inquit, Senan ad plorãdum domum suam uicinam, accipient dolorem, propter quæ extruxerũt in derisionem. Hoc accusat Michęas, quòd non condoluerũt. Quid dicis ô propheta? Deus punit, & ego condolerẽ his qui puniuntur? Etiam. Hoc enim uult ille qui punit, neq; enim ipse qui punit oblectatur. Quoniam igitur neq; is qui punit lætatur: igitur & tu quoq; ne læteris. Sed si iustè quidem, inquit, puniuntur, non oportet dolere. Etiam propter hoc est dolendum, quia digni suppli cio uisi fuerunt. Dic obsecro, quando uideris filium tuum uri uel secari, nõne doles? Manifestum, quòd doles. Et non dicis tibiipsi, Cur hoc? Ad sanitatem se ctio spectat, pro liberatione est ustio. Attamẽ quando audieris ululantem, nec ferentem dolorem, & nõ sufficit illa sanitatis spes ad auferendam naturæ con fusionem: Ita & in illis, etiamsi ad sanitatem punian tur, attamen fraternam declaremus nos affectionẽ M erga illos, paternamq; uolũtatẽ. Sectiones & ustiones sunt pœnæ dei, sed propter hoc debemus flere, quòd ægrotarunt, quòd tali opus habuerunt medicina. Siquis propter coronas hæc patiatur, tunc non dole, ut Paulus ac Petrus. Quando aũt in pœnã iure Exe.9.d fert, tunc plora, tunc ingemisce. Tales fuerunt prophetæ. Idcirco & quidam illorum dicebat: Hei mihi domine. Delebis tu reliquias Israel? Homicidas uidemus sæpe ac scelestos uiros qui sæpe puniuntur, & cruciamur ac dolemus & non dicimus, quòd supra modum philosophi sumus, misericordes fiamus, ut misericordiam consequamur. Nihil illi bono conferendũ est. Nihil ita humanũ ostendit charactẽrem, ut misereri, & humanum esse. Propter hoc & leges lictoribus totum permittunt, uolentes iudicem usq; ad pronunciationem sententiæ punire, educunt aũt illos ad opus. Ita etiam si iustè fiat, nõ est animæ uirtutum studiosæ punire, sed aliquo alio hoc habet opus. Quia & deus nõ per seipsum punit, sed per angelos. Lictores igitur sunt angeli? Absit, nõ hoc dixerim. Sed absq; ultione etiam uirtutes sunt. Quando Sodoma subuersa sunt, propter illos facta sunt oĩa

A similiter & ea quæ in Aegypto acciderunt, per illos
Psa.77.e acciderunt. Immissionem. n. inquit, per angelos malos. Igitur quãdo seruare oportet, per seipsum hoc facit. Ita filium misit in salutẽ generis, Et iterum. Tũc,
Mat.25.d inquit dicam angelis: Congregate facientes iniquita tẽ, & proiicite in caminũ. De iustis uerò dicit non sic:
Luc.9.f Sed, q uos suscipit, suscipit me, Et iterum: Ligate illius
Mat.22.a pedes & manus, & mittite in tenebras exteriores. Vide illic seruos qui ministrãt. Quando aũt beneficijs opus est, seipsum benefactorem uocat. Venite bene dicti patris mei, percipite præparatum uobis regnũ.
Ibid.25.c Quando loquendũ cũ Abrahã, ipse adest: quãdo in Sodoma abeundum, seruos mittit, sicut iudex quis
Mat.25.c exuscitans puniendos. Et iterũ: Euge serue bone &
& Luc.e fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te con-
19.c stituam. Et hũc quidẽ ipse benedicit, illũ autem malum non ipse, sed serui ligant. Hæc scietes nõ gaudeamus in his qui puniuntur, sed etiam doleamus, ploremus eos, ut etiam hinc mercedẽ accipiamus. Nũc autem multi etiam in his qui malè patiuntur iniustè
B gaudent, sed non nos, immo nos omnẽ compassionem declaremus, ut & ipsi diuinam assequamur, gratia & misericordia unigeniti dei cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A Mileto missis Ephesum nũcijs, accersiuit presbyteros ecclesiæ, qui cũ peruenissent adipsum, dixit eis, Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiã, quo uobiscũ per omne tẽpus fuerim, seruiẽs domino cũ omni animi humilitate, cũq; multis lachrymis ac tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum, ut nihil suffugerim eorum quæ essent in rem uestram quin annunciarem uobis, & docerem, uos publicè ac per omnes domos, testificans Iudæis, simul ac Græcis, eam quæ erga deum est pœnitentiam, & fidem quæ est in dominum nostrum Iesum.

Homilia. xliij.

Ide ut ille urgeat quò propius adnauigetur, u & non despiciat, sed totũ probè dispenset, accersens principes, & cũ illis quæ dicta sunt tractãs. Et admiratione dignũ est, quòd quando necessitas adigit, tam eximia de se ipso dicere attentat,
C omni modestia utens. Sicut enim Samuel traditurus
1.Regũ. Sauli principatũ de ipso dicit: Nũquid à uobis accepi, uos testes ac deus. Et Dauid cũ fides nõ haberet
1.Re.17. tur ei, dicit: In ouili erã pascẽs oues patris mei, & quã
d do uenit ursus manibus illum discerpsi. Et ipse Pau-
2.Co.12.c lus Corinthiis dicit, Insipiens fui uos me coẽgistis. Et deus quoq; istuc ipsum facit, non simplr de seipso dicẽs, sed quãdo ei nõ creditur beneficia profert. Vide igitur & hic qd facit? Primũ ipsorũ testimoniũ offert, ne putes superba esse uerba, ẽt auditores adhibet in testes eorũ q̃ dicũtur, quòd minimè ipsis mentiatur. Hæc doctoris uirtus est, quando suorũ operũ testes habet discipulos. Et mirabile est, quòd nõ unã & alterã diem in hoc opere perseuerauit, sed plurimis annis. Vos enim, inquit, scitis, quo uobiscũ omni tpe egerim. Vult igitur illos exhortari ut fortiter serant oia, & separationem suã & futuras tentationes. Quemadmodũ & de Mose ac Iesu legimus. Et uide quid addidit ut dixit quo uobiscum fuerim omni tẽpore, seruiens domino cum omni animi humilitate. Memor humilitatis est, quæ his qui præsunt maximè congruit, eo quòd facillimè in arrogantiã tollũtur. Hæc uirtus bonorũ est hypothesis, & fundamẽtum quemadmodũ. s. & Christus dicebat: Beati pau D
peres spiritu. Non simpliciter autẽ humilitatem di- Mat.5.a
xit, sed cum omni humilitate. Multa. n. sciebat pertinere ad humilitatem. Est enim humilitas i sermone & in opere erga eos qui præsunt, & erga eos qui subditi sunt, Vultis uobis modos dicã humilitatis? Sunt quidam qui erga humiles exiſtunt humiles, erga sublimes autẽ sublimes, quod tamen nõ est humilitatis. Sunt iterum alij non tales, sed erga utrosq; humilitatem & sublimitatẽ seruant, quod ẽt maximè humilitatis est Docturus igitur illos talia, ne uideatur arrogans esse prius fundamentũ iacit, suspicionẽ tollens. Si enim cum omni humilitate factus sum, inqt non ex insipientia loquor quæ dico. Deinde mansuetudinẽ narrat: Vobiscũ, inquit, fui, seruiens domino: Socios operũ ostendens illos. Ita ubiq; societas bona est. Communia igitur facit opera, & nihil suũ ponit eximiũ. Quid enim, inquit? Neglectõne deo arrogans esse potuit? Etiã multi sunt, qui non laudantes deũ arrogantes sunt. Is aũt nihil pter discipulorũ laudem sibi arrogat. Doctoris opus est, suis operibus discipulos moderari. Deinde suã fortitudinem ostenE
dit, quam & ipsam eleuat ac imminuit: Cum multis lachrymis ac tentationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorũ. Vides quòd dolet in his q̃ fiebant? Hic autem suam compassionem uidetur significare. Afficiebatur enim sic pro his qui peribãt, quiq; hoc faciebant: nã pro his q̃ sibi fiebãt, gaudebat. Erat. n. ex illorum choro, qui gaudebant quòd digni habiti sunt, qui pro nomine illius contumeliam ferant. Et Sup.5.g
iterum alibi dicit: Et nunc gaudeo in passionibus 2.Co.4.d
meis, nam momentanea leuitas afflictionis nostræ mirè supra modũ æternũ põdus glorię operatur nobis. Verũ hæc ex modestia dicit, hic aũt ostẽdit fortitudinẽ suã, & non tantũ fortitudinẽ, quantũ patiẽtiam quasi diceret. Malè quidẽ patiebar, sed uobiscũ. Etiã hoc graue est, quod à Iudæis. Vide oro hoc loco charactẽrem doctrinæ, & dilectionẽ ponit ac fortitudinẽ. Quòd nihil subterfugerim, inqt, pr̃optitudinẽ ac sedulitatẽ suã ostẽdit. *Eorũ quæ in rẽ uestram essent.* Erant. n. quædam, quæ discere nõ oportebat. Vnde sicut inuidiæ est quædam abscondere, ita insi
F pientiæ omnia dicere, pp hoc addidit: Eorum quæ in rem uestram: non quasi illa ipsa cum damno subtraxerim docui, inquit, non locutus sum. Et hoc ita esse docent sequentia, subdit. n. Publicè & per singulas domos, ostendens magnũ laborem, sedulitatẽ, ac perseuerantiã. *Testificans Iudæis simul ac Græcis.* Nõ uobis solũ, sed etiam Græcis. Hic est illa dicendi libertas. Etiam licẽt nihil profuissemus, dicere oportet. Hoc est. n. propriè, Testificor: quãdo nõ attendẽtibus loquimur. Ita Moses ait: Testificor cœlũ ac terram. Et nunc ille: Testificans Iudæis simul ac Græcis pœnitentiam agãt & cõuertãtur ad deũ. Neq; enim Iudæi illũ sciuerũt, eo quòd silũ ignorarint, & opera ac fidẽ non habuerint erga Iesum Christum. Quare igitur hæc dicis? quare hæc cõmemoras? qd accidit, nihil habes quod obiũcias? Prius concussa illorũ mẽte, deinde subdit: *Et nunc ecce ego alligatus spiritu, uado in Hierusalẽ, ea q̃ in illa mihi occursura sunt ignorans, nisi quòd spiritus sanctus p singulas ciuitates mihi testificatur dicẽs, quod me uincula & pśecutiones expectẽt. Verũ nihil me mouet, neq; anima mea charior est mihi, ut consummẽ cursum meum cum gaudio, & ministerium, quod accepi à domino meo Iesu, ut testificer euangelium gratiæ dei.*

G Præparat illos, ut ſemper parati ſint ad pericula tam manifeſta, quã non manifeſta. Oſtendẽs aũt, quòd ad magna accedat niſi quòd ſpiritus ſanctus, inquit, mihi per ſingulas ciuitates teſtificatur, ut monſtret quòd ſponte ſubeat: & ne uincula uel neceſsitatẽ putes, per ſingulas ciuitates dixit, deindeq; ſubdit: Nõ habeo pretioſiorẽ meipſo animã, ut conſumẽ curſum meũ cũ gaudio, & miniſteriũ quod accepi à domino. Vides quòd non plorantis uerba ſunt, ſed moleſtẽ loquentis ac docentis illos, ac cõpatientis in his quę fiebant. Non dixit, dolemus, neceſſe aũt eſt ferre: ſed neq; cenſeo. Hoc iterum dicit, nõ ſeſe extollẽs ſed illos docens, per priora quidẽ humilitatem, per hæc autẽ fortitudinẽ, dicendiq; libertatem, quaſi diceret: Non amo illam præ hac, pretioſius arbitror conſummare curſum ut teſtificer: nõ dixit, ut prædicem, doceã. Sed quid? Vt teſtificer euangeliũ gratiæ dei. Grauius quiddam dicturus. Mundus ego a ſanguine omniũ: ideo prius præparat & oſtẽdit quòd nihil omiſerit. Igitur quoniã illis erat omne põdus, ac ſarcinã impoſiturus, prius emollit mẽtẽ illorũ, dicẽs:

H Et nunc ecce ego ſcio, quòd non ultrà uidebitis faciem meam. Deinde hoc ſubdit. Mundus ego ſum à ſanguine omnium. Duplex triſtitia, tunc faciẽ illius ultrà non conſpiciendã, & ab ipſis omnibus. Non. n. ultrà, inquit, uidebitis faciẽ meã uos oẽs, inter quos tranſiui prædicans regnũ, & meritò cõteſtor uobis, utpote non ultrà affuturus. Mundus ego à ſanguine omniũ. Nõ enim ſubterfugi quo minus annunciem uoluntatẽ omnem dei. Vides qũo terret, & laborantes illorũ animas ac contritas atterit? Bene, quia neceſſariũ erat. Non enim ſubterfugi, ut non annunciẽ uobis, inquit, omnem uoluntatẽ dei. Igitur qui non dicit, reus eſt ſanguinis, hoc eſt cædis. Nihil hoc terribilius. Oſtendit quòd & illi, ſi non faciant, rei ſunt ſanguinis. Et uidetur quidẽ rationẽ reddere, illos autem terret. *Attendite igitur uobis ipſis & gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos, ut paſcatis eccleſiã dei,*
1.Co.9.d *quam acquiſiuit per propriũ ſanguinẽ.* Vides, duo præcipit. Igitur neq; alios corrigere ſolũ, habet quiddã lucri: Timeo. n. inquit, ne aliis prædicãs ipſe reprobus efficiar: neq; ſui ſoli curã habere. Qui enim ſeipſum
I amat, & quæ ſua ſunt quærit, ſimilis eſt ei qui talentum defodit: non quòd præeligenda ſit noſtra ſalus gregi, ſed quia quando nobis ipſis attendimus, tunc & grex lucrũ habet. In quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos, ut paſcatis eccleſiã dei. Vide quantæ neceſsitates. A ſpiritu ſancto ordinationẽ habetis, inquit. Hoc. n. eſt, poſuit, una eſt iſta neceſsitas. Deinde ut paſcatis eccleſiã dei, ecce & ſecunda: Quã, inquit, acquiſiuit per propriũ ſanguinem. Multũ oſtendit, dum dicit, pretioſam rem, & non paruum eſſe periculũ, quandoquidẽ dominus pro eccleſia neq; ſanguini ſuo pepercit: nos autẽ fratrũ ſalutem contemnimus. & ille quidẽ ut inimicos conciliet, ẽt ſanguinem effudit, tu autẽ neq; amicos factos potes retinere. *Ego enim ſcio hoc, quòd ingredientur poſt abitum*
Ephe.6.b *meum lupi graues in uos, non parcentes gregi.* Iterũ aliunde illos admonet à futuris, ſicut quando alicubi dicit: Non eſt uobis certamen contra carnem & ſanguinem. Quia ingredientur, inquit, poſt abitionem meã lupi graues in uos. Duplex malum, & quòd ipſe non adeſt, & quòd alij imponẽt. Quid igitur abis, ſi hoc præuidiſti? Spiritus me trahit, inqt. Et uide non ſimpliciter dixit lupi, ſed appoſuit, graues, uehementiã & impudentiã illorũ inſinuãs. Et quòd grauius, K quia illos ex ipſis ſurrecturos dicit. Quod & ualde graue eſt, quando ẽt domeſticũ bellũ fuerit. Et bene dixit, attendite, oſtẽdens rem eſſe curatu perquã neceſſariam. Eccleſia enim eſt, & magnũ periculum: ſanguine enim illam redemit, & quòd duplex eſt bellum. Hæc igitur manifeſtans dixit: Et ex uobis ipſis ſurgent uiri loquentes peruerſa, ut abſtrahant diſcipulos poſt ſe. Quaſi à quopiã rogatus dicente: Qũo igitur cuſtodient? Vigilate, memores quòd triennio nocte & die nõ ceſſauerim cum lachrymis unũquẽque admonere. Vide quot inſolita dicit, cum lachrymis: & noctes ac dies: &, unumquenq;. Non enim ſi multos uidiſſet, eis pepercíſſet, ſed ſciebat etiam pro una anima facienda omnia. Itaq; ſic illos etiam coniunxit. Quod autẽ dicit, hunc habet ſenſum: Sufficiunt ea quæ à me ſunt acta, triennio manſi. Satis cõfirmati fuerunt, ſatis radices fixerunt. Cum lachrymis, inquit. Vides quòd pp hoc lachrymæ? Hæc faciamus & nos. Non dolet malus, dole tu, fortaſsis & ille dolebit. Quemadmodũ ſiquando æger uiderit
L medicũ ſumentem cibũ, etiam ipſe incitatur: ita certè & hic erit: ſi uiderit te plorantem, emollietur bonus uir, ac mitis erit, Neſciens, inquit, quæ euentura ſint mihi. Quid igitur? Propter hoc abis? Minimè, ſed & probè ſcio, quod uincula & tribulationes expectant. Itaq; ſcio quòd expectãt me tentationes: non ſcio aũt quales, id qd erat difficilius. Ne igitur deplorantem putetis me hoc dicere, non habeo pretioſiorem me ipſo animã. Vt excitet illorũ mentẽ hæc dicit, & perſuadeat, non ſolum ne fugiant, ſed etiã ſtrenuè ferãt. Propter hoc curſum & miniſterium opus uocat, curſu dignitatem, & miniſterio debitum inſinuans. Miniſter, inquit, ſum. Nihil amplius habeo. Conſolans autẽ illos, ne doleant pp quæ affligitur: poſtquàm dixit cũ gaudio ſe hæc expectare, & mõſtrauit fructum, tunc triſtitiã addit. Hoc aũt facit, ne mentem illorum obruat. Et unde hæc? Quia dicit: Ex uobis ipſis ſurgent uiri loquentes peruerſa. Quid igitur, dixerit quis, Tantũ te ipſum reputas ut ſi proficiſcaris, moriamur? Nõ hoc dico, inquit, quod mea abſentia hoc faciat. Sed quid? Exurgent quidam inter uos, non propter abitionem meam, ſed poſt abi M tionem meam, hoc eſt, profectionem, quanuis etiã iam hoc factum ſit. Quod ſi factum, multò magis poſthac fiet. Deinde & cauſa ponitur, ut trahant diſcipulos poſt ſe. Et ita propter nihil aliud ſectæ, quã propter hoc. Subiungitur & conſolatio: Quã acquiſiuit, inquit, per proprium ſanguinem. Si autem proprio ſanguine acquiſiuit, omnino defendet. Noctes & dies nõ quieui, cum lachrymis admonẽs. Hæc ad uos meritò dicerentur, & uidetur quidem ſermo prior ad doctores, eſt autem communis, etiam ad diſcipulos ſpectans. Quid enim ego quidem, nocte ac die dico & obſecro, & lachrymor, diſcipulus autem non perſuadetur? Vt enim ne putet, quis, ſufficere ad defenſionem eſſe diſcipulũ, & nõ opus obedientia, propterea ut dixit: Teſtificor, ſubdit, non enim ſubterfugiunt non annunciare uobis. Igitur hoc ſolum doctoris, annunciare, prædicare, docere, non ſubterfugere, nocte ac die, orare. Quando autem dum hæc fiunt, nihil proficitur, ſcitote quid reliquum. Deinde & alia defenſio, quia mundus ego ſum à ſanguine omnium. Ne putetis oro, hæc nobis ſolis dici, etenim ad uos quoque ſermo hic eſt, ut

A attendatis quę dicantur, & ne ab auditorio recedatis. Quid faciam? Ecce quotidie clamans diſi umpor, ut recedatis à ſpectaculis, & multi rident nos. Sępius moneo, ne iuretis, ne auari ſitis, & nemo audit. Sed noctu hoc non agis. Vellem etiam nocte hoc facere, & ad menſas ueſtras, ſiquidem liceret & plurimis occupato, adeſſe uobis & colloqui. At dum per hebdomadã ſemel uocamus uos, & ignaui eſtis, & alij quidẽ nõ aduenitis, alij autẽ præſentes ſine lucro abitis: quid non faceretis, ſi cõtinuò hoc faceremus? Quid faciemus? ſcio multos etiam irriſuros nos, eo quòd ſemp eadẽ loquimur, tanta uos noſtri tenet ſatietas, nos aũt in cauſa non ſumus, ſed auditores: nã qui benefacit, ſemp cupit eadẽ audire, eo quòd laudes ſuę dicuntur. Qui autẽ bene agere non uult, etiã obturbari uidetur, etſi alium audiens ſolũ ſæpius uidetur audire. Mundus ego ſum à ſanguine omniũ, inquit. Hoc Paulo quidem cõgruebat dicere, nos autem nõ audemus hoc dicere, multorũ nobis cõſcij, eo quòd ille ſemper uigilabat & aſsiſtebat, & omnia
Exo.32.c pro ſalute diſcipulorum faciens ſuſtinebat, nos autẽ
B hoc Moſę dicemus: Iratus eſt mihi dominus propter uos, quia í multa peccata adduxiſtis etiam nos. Quã do enim mœremus uidentes uos nõ proficere, nõnne quod reliquũ eſt uirium noſtrarũ cõcidit? Quid enim, dic oro, factum eſt, quid profecimus? Ecce. n. per gratiam dei & nos triennium iam habemus, no ctesq; & dies: nõnne per tres dies, ſæpe etiam per ſeptem exhortamur? Quid amplius aſſequimur, quàm quòd reprehẽdimus, increpamus, lachrymas fundimus, dolemus, etſi non foris, ſed in corde. Illę autẽ ſępe internis lachrymis leuiores ſunt, nam illę quidem mœrentibus conſolationem quãdam afferunt, quã hæ augent ac cõſtringunt. Ita ut quãdo quis in mœſtitia fuerit, & dolorẽ annũciare nõ poterit, ne uideatur uanæ gloriæ ſectator eſſe, maiora patietur, q̃ ſi illum annunciet. niſi quis iudicaret ſupra modum honoris cupidum, uidiſſetis quotidie fontes lachrymarum me emittere, quarum conſciæ ſunt domicilium & ſolitudo. Credite enim mihi, de ſalute quidẽ mea deſperaui, & res ueſtras deploraui, nõ uacat mea mala deplorare, adeò totus deditus ſum uobis: & ſi ſen
C tio uos obtẽperantes, p̃ gaudio nõ ſentio mala mea: & ſi uideo minus obtemperantes, præ dolore iterũ intermitto mea. Glorior in ueſtris bonis, etiãſi ego plurimis grauer: & lugeo in ueſtris difficultatibus, etiamſi multa bene agam. Quæ. n. ſpes doctori grege corrupto? Qualis uita? qualis expectatio? cum qua fiducia ſtabit apud deum? Ponamus enim, quòd neq; reprehendatur, neq; det pœnã: ſed ſit mundus à ſanguine omnium, etiã ſic incurabilia patietur. Quoniã & patres licẽt pro pueris non redarguantur, attamẽ dolent ac cruciantur. Et nihil ne, inquit, hoc prodeſt eis, nec patrocinatur, quòd ipſi uigilant pro animaHeb.13.c. bus noſtris? ſed uigilant ut rationem reddituri: & uidetur mihi hoc quibuſdam eſſe terribile, me autem uobis perditis hoc non mouet: nã ſiue dem rationẽ, ſiue non dem, nihil mihi utile eſt: utinam ſeruarem ini uos, & dans ego pro uobis rationem, audiã uos q dem ſeruari, me autem officium non per omnia impleſſe. Non. n. cura eſt, ut uos per me ſeruemini, ſed ſolũ ut ſeruemini. Neſcitis uim ſpiritualium in partu ritione dolorum, quàm malit ſexcenties defatigari qui talem partum enititur, quàm unũ ex his qui natũ ſunt uidere perditũ ac corruptum. Vnde nobis patiemur? nuſquã certè aliunde, à factis iudicabimus D oia ueſtra. Poſſumus & nos dicere, quòd nihil ſubterfugerimus, nihilominus dolemus: & quòd dolemus, manifeſtum ex his quę toties apparamus & excogitamus. Quãuis poſſem uobis dicere, Quid mihi curæ eſt? ego quod meum eſt feci, ego mundus ſum à ſanguine, ſed non ſufficit hoc ad conſolationẽ. ſi q dem liceret cor noſtrum diſrumpere ac oſtẽdere, uideretis intus eſſe in magna latitudine, uos omnes mulieres, pueros, ac uiros. Tanta enim charitatis uis
2.Co.7.A eſt, ut cœlo latiorem faciat animam. Capaces noſtri eſtote dicebat Paulus, neminem læſimus, non angu ſti eſtis in nobis. Hoc dicimus nunc & nos, capaces eſtote noſtri. Totam Corinthum habebat ille in corde ſuo, & dicebat: Dilatamini, & uos non anguſti eſtis: ſed ipſe nõ poſſem dicere hoc. Bene enim ſcio,
2.Co.6.c. quòd etiam uos me diligitis ac capitis. Sed quod lucrum uel meæ charitatis, uel ueſtræ, quando in diui nis non proceditis, amplioris triſtitiæ inde occaſio. Nihil poſſum reprehendere uos. Teſtificor enim uo- Gal.4.b. bis, quòd ſi poſsibile fuiſſet, effoſſos oculos ueſtros E dediſſetis mihi. Viciſsim uellemus non ſolùm euangelium, ſed etiam animas noſtras dare uobis. Amamus & amamur, ſed hoc non eſt quod nunc quæritur. Amemus igitur principiò Chriſtum, primum. n. mandatum eſt: Diliges dominum deum tuum. Se- De.6.a.et cundum autem ſimile ei, Et proximum tuum ſicut Mat.22.d teipſum. Secundum habemus: primo opus eſt mihi & uobis ualde, habemus illud, ſed non ut oportet. Diligamus illum. Scitis quanta repoſita eſt merces his q dilexerunt Chriſtũ: diligamus illum cum feruore animæ, ut fruentes eius gratia, effugiamus ſpẽtis uitæ procellas, & bona illum diligentibus promiſſa aſſequi mereamur, gratia & miſericordia unigeniti ſi lij, cui cũ patre ſimul ac ſancto ſpiritu ſit gloria, imperiũ, honor, nũc & ſemp, & in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

Nunc commendo uos fratres deo & uerbo gratiæ eius, qui potens eſt uos ſuperſtruere, & dare hæreditatem uobis inter omnes ſanctificatos.

Homilia xlv.

Vod in epiſtolis, hoc & in conſiliis agit. Ab
q admonitione in preces deſinit. Quoniã. n. illos ualde terruit, dicens: Lupi graues ingre- F dientur ad uos, ne conſternatas reddat animas, ac p dat: uide conſolationẽ. Et nunc inquit: Sic dixit, manifeſtans per hoc, quòd quaſi ſemper hoc agat. Cõmendo uos fratres deo & uerbo gratię eius: hoc eſt, gratiæ illius, & bene ſic dixit. Sciebat enim quòd gratia ſaluat. Subinde illos memores facit gratiæ, quaſi debitores ſtudioſiores faciens, & cõſidere ſuadens. Qui potens eſt uos ſuperſtruere. Non dixit, extruere, ſed ſuperſtruere, oſtẽdens quòd extructi eſſent. Deinde ſpei futuræ meminit dicendo: Et dare uobis hęreditatem inter omnes ſanctificatos. Subditur iterum admonitio: Argentum, inquit, uel aurum, uel ueſtẽ nullius concupiui. Radicem malorum auaritiã ſuſtulit. Argentum, inquit, uel aurum: non dixit, non accepi: ſed, neq; cõcupiui. Nõdum magnum hoc. Quod autẽ poſt hoc, magnum: *Vos ſcitis, quòd neceſsitatibus meis, et his qui mecum ſunt, miniſtrarunt manus iſtæ.* Oia oſtendi uobis, qd ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Vide illũ opere manuario uſum: & nõ ſimpliciter, ſed cum fatigatione. Neceſsitatibus meis, & his qui mecum ſunt miniſtrarunt manus iſtę. Hoc p admonitionẽ dixit. Et uide quàm meritò. Nõ enim

G dixit, pecuniis fuisse meliores: sed quid? oportet suscipere infirmos, non simpliciter oēs, sed infirmos: ac meminisse sermonis domini Iesu, inquit, quem dixit: Beatius est dare, quā accipere. Vt nequis putet ad illos dictū esse, se ponere in exemplar, id quod alibi
Dan.13.b dicit: Exemplar dātes uobis, subdidit sententiā Christi dicentis: Beatū est dare magis, quā accipere. Orabat quoque super illis admonendo, operēq; idipsum ostendebat. Et his dictis ac positis genibus suis cū illis adorabat: nō simpliciter, sed cū magna compunctione. Magna consolatio. Et dicendo, Commēdo uos domino, obsecrabat. *Et factus est fletus magnus omniū, & ruentes in collū Pauli, deosculabātur illū, dolētes, maximè ob sermonē quē dixerat, quòd amplius faciē eius non essent uisuri, deducebāt autē illum in nauim.* Dixerat, ingressuri sunt lupi rapaces. Dixerat, mūdus sum à sanguine omniū. Hæc utraq; terribilia, & ad cō tristandum sufficientia. Maximè autē hoc omnium dolebat, quòd ultrà illum uisuri uon essent, & hinc agonis istius difficultas. Deducebant autē illum ad nauē, sic diligebant eum, sic affecti erant erga eum.

Cap.xxi. *Quum autē factum esset, ut soluissemus auulsi ab eis, recto cursu uenimus Coū, & sequenti die Rhodū, & inde Pata-*
H *ram, & nacti nauē traiicientē in Phœnicen, ea cōscensa soluimus. Vbi autē apparuit nobis Cyprus, relicta ea, ad sinistrā nauigauimis in Syriā, ac uenimus Tyrum.* Vide, uenit in Lyciam, & traiicies in Phœnicē, relicta Cypro in Tyrū nauigauit, nam illic nauis exoneranda erat. Et hęc erat causa nauigandi in Tyrū. Et inuentis fratribus permanserunt ibi ad dies septē, qui scilicet dicebant Paulo per spiritum, ne ascenderet in Hierusalem. Vide prophetabant & illi afflictiones. Singulari dispensatione fit, ut etiam per illos dicatur, ut nequis putet alios simpliciter dixisse, Paulumq; gloriatum esse. Iterum & illic orantes, se mutuum relinquunt.
Diebus autem expletis, profecti ibamus deducentibus nos omnibus cū mulieribus ac liberis, usq; extra portā, & positis in littore genibus, orauimus, & cōsalutatis nobis inuicem, ascendimus in nauim, illi autē reuersi sunt in propria.
Nos uerò uanigatione explicita à Tyro, uenimus in Ptolemaidē, & salutatis fratribus mansimus die uno apud illos. Sequēti aūt die egressi uenimus in Cæsareā, & ingressi in domū Philippi euangelistæ, qui erat unus ex septē, māsimus apud illū. In Cæsareā, inqt, ut uenimus, māsimus
I apud Philippū, qui erat unus ex septē. Huic erāt filiæ quatuor prophetissæ, sed nō istæ p̄dicūt Paulo, quanuis prophetissæ essent, sed Agabus. Et quō, audi: *Et quū p̄maneremus dies complures, uenit à Iudæa propheta nomine Agabus: & quū uenisset ad nos, & tulisset zonam Pauli, ligasseteq; illius manus & pedes, dixit: Hæc dicit spiritus sanctus, uirū cuius est zona ista, sic ligabūt in Hierusalē Iudæi, & tradent in manus gentiū.* Qui olim famē prædixerat, hic, Virū, inquit, cuius est zona ista, sic ligabunt. Quod prophetæ faciebant, ante oculos futura p̄scribebāt, quādo de captiuitate dicebāt, sicut
Exech.12. Ezechiel: hoc & iste fecit. Et hoc profectò graue, qđ in manus gentium tradent. *Vt autē audiuimus hæc, obsecrauimus nos & qui loci illius erant, ne ascenderet ipse in Hierusalē. Et multi orabāt ne abiret, & neq; sic audit. Respondit autē Paulus: Quid facitis flentes & affligentes cor meum, ego. n. non solū ligari sed etiam mori in Hierusalem paratus sum, pro nomine domini Iesu. Quū uerò illi nō persuaderetur, acquieuimus dicētes: Voluntas domini fiat.* Vides? ut ne audiēs, putes uel necessitatis eē, Alligatus,
Sup.20.e inquit, spiritu proficiscor, uel ignorantię in periculū incidisse, propter hoc ista prædicit. Sed alij quidē flebant, ipse autē obsecrabat, dolens super lachrymis illorum: Quid facitis. n. inquit, flentes ac discerpentes cor meum? Nihil Paulo in amore indulgentius, quia uidebat lachrymantes dolebat, qui in propriis tētationibus non patiebatur. Me læditis hoc facientes, inquit. Nunquid enim ego doleo? Tunc acquierunt, quādo dixit: Quid facitis affligētes cor meū? Super uos ploro, non meā passionē, pro illis enim & mori uolo. Videamus autē iterū quæ lecta sunt: Argentū uel aurum, uel uestē, inquit, nullius concupiui: istud scitote, quòd necessitatibus meis, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Igitur non in Corintho hoc solùm fecerunt, qui corrumpebāt discipulos, sed etiam in Asia. Et Corinthiis dicit: Non periit
2.Co.11.d gloriatio mea in regionibus Achaiæ. Et non dixit: Non dedistis mihi argentum uel aurum, uestimentū non concupiui, ne uideatur esse ex eo quòd illi non dederint. Et non dixit nullius concupiui necessaria, ne uideatur iterum accusare illos: sed hoc insinuat, quòd meritò non concupiuit, quādo & alios pauit. Vide quō operabatur cum diligentia, homo nocte ac die differens cum lachrymis, unumquemq; admonens. Oia ostendi uobis, quòd sic laborantes oportet susciperе infirmos. Hoc dicto iterum terruit, uult autem sic dicere: Non potestis ad ignorantiā confugere, quòd sic laborantes oporteat operari. Et non dixit, Malum esse accipere, sed melius, non accipere. Memoresq; esse sermonis, inquit, domini, quem dixit: Beatius est magis dare quā accipere. Et ubi dixit? Forsan absque scriptura tradiderant apostoli, uel ex aliis quis colligere poterit. Etenim ostēdit fiduciam quā in periculis, compassionem quam cum subditis, doctrinam quā cum fiducia, humilitatem, pauperta
Luc.18.d tem. Hoc autē & paupertate maius. Si enim illic: Vēde tuas, inquit, facultates, si uis perfectus esse: quādo cum eo quòd nihil accipit etiam alios pascat, quid huic conferendū? Primus gradus igitur est abiicere propria. Secundus, seipso contentū esse. Tertius, & alios pascere. Quartus, prædicare & habere potestatem accipiēdi, & non accipere. Et ita multis pauperibus hic p̄stantior erat. Et bene dixit, Sic oportet susciperе infirmos. Nā hoc quidē compassionis erga infirmos, quòd ex propriis det. Si autē ex alienis, non solū non est bonum, sed etiam periculosum. Et ruen
M tes, inquit, in collum illius, flebant. Hoc affectionē quam erga illum gerebant, ostendit. Ruerūt autem super collū, utpote postremis complexibus compleuxuri, & magnas à concione amoris illecebras hauserant. Si. n. nos quando simpliciter discedimus, ingemiscimus, tametsi iterū nos mutuum reuisuri: quo igitur illi tunc citra animi molestiam à Paulo auulsi essent? Ego & Paulum opinor flere. Auulsi, inquit: monstrat etiam uim, dicendo auulsos ab illis. Et meritò, alioquin maritimo itinere pergere nō potuissēt. Quid est recto cursu uenimus in Coum? Hoc est, nō obambulauimus, neq; in aliis locis morati sumus. Sequenti autē die, inquit, in Rhodum. Vide illum festinantem. & nactus nauigium traiecit in Phœnicen. forsan illic morati, qa nō occurrebat alia nauis, qua conscensa irent in Cæsareā. Vt autem apparuit Cyprus, relicta ea ad sinistram. Hoc non simpliciter dictum est, sed ut monstret quòd neq; illi propiare uoluerit: recta nauigantes in Syriā, ita festinabat. Deinde & uenimus in Tyrum, inqt, & inuentis discipulis

A mansimus apud illos. quū essent propè Hierusalem, non iam currunt, sed etiam manent apud fratres septem diebus. Vide obsecro nunc & dies. Post azyma in Troadem uenerūt diebus quinque, deinde ibi fecerunt dies septem, & habes dies duodecim. Deinde in assum, in Mitylenē, contra Chium in Trogylium, in Samum, in Myletum, & erūt decem ac octo dies. Posteà in Coum, in Rhodum, in Pataram. Et uiginti & unum dies. Deinde illinc per dies quinque in Tyrum, ut sint dies uiginti sex. Mox illic morantur diebus septem, colliguntur̄q; triginta & tres dies. Posteà in Ptolemaidem uno die pertingunt, & fiunt triginta ac quatuor dies. Deinde Cæsareæ manet plurib⁹ alijs diebus, & tunc inde eos adducit propheta, & sic cōplentur dies Pentecostes, & ibi illam facit. Vide illum quando spiritus non prohibebat persuaderi. dicebāt: Ne des teipsum in theatrum, & non dedit. Sæpius illum eduxerūt ac persuasus est, per senestram iterum effugit: & nunc, ut sic dicā, innumeris rogātibus tam in Tyro quā in Cæsarea, & flentibus, & plurima gra
B uia prædicentibus, non sustinet. Etiā non simpliciter gratia prædicebant, sed per spiritum prædicebāt. Si igitur spiritus iubebat, quare contradicebāt? quia nesciebant ea quæ uidebantur spiritui. Et aliter: Neque admonitionem per spiritum faciebāt. Nō enim simpliciter illi grauia prædicebant, sed quia ascēdere nō oportebat, parcentes ei. Postquā autem perfecti sunt dies, hoc est impleti. Dies autē dicit constitutos. Deducentibus nos omnibus cū mulieribus ac liberis. Vide quanta consolatio erat. Et iterum orātes diuelluntur. Etiam in Ptolemaide unum diem manent, in Cęsarea uerò plures. Et quādo audijt, quòd innumera grauia debuit pati, tunc festinat, nō in periculum seipsum coniiciens, sed indicans esse præceptum spiritus. *Post dies autē hos, sublatis sarcinis cōscendebamus Hierusalem, hoc est, receptis iis quæ ad iter necessria. Venerūt autē unà quidā ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducētes cū quo hospitaremur, Mnasonē quendā Cyprium antiquū discipulum. Et quū uenissemus Hierusalē, libenter excęperunt nos fratres.* Et uide, non dixit Agabus quòd Paulum ligaturi sint, ne uideātur ex pacto dicere, sed uirū cuius est zona ista. Igitur & zonā habuit. Quoniam non poterant persuadere, idcirco flebāt, & posteà tacuerunt. Vides philosophiā? Vides amoris ue-
C hementiā? Tacuimus, inquit, dicentes: Fiat uoluntas domini. *Ducentes, inquit, apud quem hospitaremur.* Igitur non in ecclesia. Nā tunc quidē quando pro dogmatibus ascenderūt, in ecclesia manserunt: nunc autem, apud discipulum quendam antiquū. Ostendit iam fuisse longum prædicationis tēpus. Vnde mihi uidetur ille in actis multos annos succidere, tantùm quæ urgebant, dicēs. Quid est, uolūtas domini fiat? Dominus, inquit, quod placitū est in conspectu suo faciat. Tacent autem illi, & non cogunt, fortasse consci qđ esset uoluntas domini, ex alacritate Pauli hoc coniectantes: nam Paulus alioqui ad pericula nō tā alacer fuisset, neq; deus permisisset, qui semper in periculis illum eripuit. Ita nō uolūt grauare ecclesiam, quum esset alius qui hospitio susciperet, neq; authoritatem exigebant. Libenter nos, inquit, susceperunt fratres. Res enim pacificæ erant apud Iudæos, & nō ut prius bellum erat. Ducentes, inquit, apud quē hospitaremur. Paulum hospitio susscepit ille, forsan quis uestrum dicet: Siquis & mihi Paulum daret hospitem, susciperem promptè magnáque cum alacritate. Ecce Pauli dominum licet tibi hospitio susciperе, D
& non uis. Nam qui susscipit unū ex minimis, me susci Mat.18.b
pit. Quātò minor fuerit frater qui susscipitur, hoc maior Christus per illum aduenit. Qui. n. magnum susci
pit, non raró uanæ gloriæ se obnoxium facit: qui autem paruum, is illū purè, propter Christum. Licet tibi etiam patrem Christi hospitio excipere, & nō uis.
Peregrinus enim erā, inquit, & collegistis me. Et ite- Ibid.25.d
rum: Inquantum uni minimorum fecistis, mihi feci- Ibidem.
stis. licèt non sit Paulus, fidelis tamen est ac frater, tametsi minimus, Christus per illū aderit. Aperi domum, recipe. Qui recipit prophetam, inquit, mercedem prophetæ recipiet. Igitur qui & Christum susci- Ibidē.10.d.
pit, recipiet mercedem eius qui Christum susscipit. Ne
discredas uerbis illius, sed esto fidelis. Ipse dixit, per illos assum. Et ne incredulus sis, etiā pœnas decernit his qui non susscipiunt, & honores his qui susscipiunt: quod nequaquam fecisset, nisi aut honore, aut cōtumelia affectus ipse esset. Susscepisti me, inquit, in tuū diuersorium, accipiam te in regnū patris mei. Famē meam soluisti, soluā tibi peccata. Vidisti me ligatū, uideri te faciam solutum. Vidisti me peregrinum, fa- E
ciam te ciuem cœlorum. Dedisti mihi panē, do tibi
regnū integrum, ita ut hæres sis ac possideas. Veni- Mat.25.e
te enim, inquit, in hæreditatem possidete paratū uobis regnū. Non dixit, accipite: sed, in hæreditatē possidete, id quod in his qui propriè possederūt dicitur, sicut quando dicimus, hoc in hæreditatē possedi. Misericordiam fecisti in me in occulto, ego prædicabo in manifesto. Et alia qdē tua dico, quòd gratię sint: mea autem, quòd debiti: nā quoniam tu, inquit, cœpisti, ego sequar, non erubesco confiteri beneficia in me collocata, neq; à quibus me liberasti, fame, & nuditate, & errore. Vidisti me ligatū, nō uidebis ignem gehennæ, non uidebis tormentorum loca neq; pœnas. O manus reuera benedictę, quę talibus ministe
rijs seruiunt, q̄ dignantur ministrare Christo. Pedes in carceres euntes propter Christum, facilè contemnunt ignem. Non sentiunt uincula manus, quę ligatum illum uiderunt. Induisti uestimentum, & indueris uestę salutari. Fuisti in carcere cum illo, & eris in regno cum illo. Hæc confiteris, nō erubescens, sed ui
dens qđ inuisisti, nesciebat angelos hospitio excipiēs Gen.18.a
patriarcha, & hospitio excepit. Erubescam⁹ obsecro, F
in meridie sedebat, existens in terra aliena in qua ne-
que uestigiū pedis habebat. Peregrinus erat, & peregrinos hospicio excipit peregrinus, ciuis. n. erat cœlorum. Idcirco neque quum super terram esset peregrinus erat: nos magis quā ille peregrini sumus, qui non susscipimus peregrinos. Non habebat domū, & diuersorium erat ei tabernaculum, & uide liberalitatem, uitulum mactauit, & fermētauit farinam. Audi & alacritatem, per seipsum & uxorem hoc facit. Considera etiam quòd alienus est à fastu, adorat & obsecrat. Oia illa habere oportet hospitio excipientem, alacritatem, festiuitatem, liberalitatē. Hospitis anima erubescit & confunditur, si non cū excellentia declaretur gaudium, abalienatur, & mox deterius fuerit quàm non esse susceptam, sic esse susceptam. Idcirco adorat, idcirco sermone susscipit, idcirco & cathedrā ponit. Quis enim dubitarit, sciens quòd hoc opus ei fit? An nō in terra aliena sumus nos? sed si uoluerim⁹, poterimus illū imitari. Quot hospites sunt fratrum? Est domiciliū commune ecclesia, quam hospitalem uocamus. Curiosius inquirite etiā uos, considete ad

H fores, uenientes susçipite, & si non in domus uestras uoluerit, sed aliter ea q̄ usibus seruiunt. Quid enim ecclesia nō habet, inquit? habet, sed qd hoc ad uos? Num à communibus ecclesię pecunijs pasci, hoc uobis prodesse poterit? nunquid si alius precetur, tu nō debes precari? Quare nō dicis? Ego quid precor? Sed ego, inquit, do ei qui non potest uenire illuc, da etiā
1.Tim.5.a illi. Quod enim quærimus, hoc est oīno dari. Audi quid inquit Paulus, ut uiduis quę reuera uiduæ sunt sufficiāt, & ne grauetur ecclesia. Vt uis, fac, solū, fac. Ego aūt non dico, ne grauetur ecclesia, sed ut tu nō graueris. Ratione enim hac nihil operaris, oīa permittens ei, propter hoc commune domiciliū ab ecclesia segregatū, ne hæc dicas. Sed habet sumptus ecclesia, inqt, opes, habet & redditus. Dic oro, sumptus nō habet, redditus quotidianos nō habet? Quid igitur, quum non adiueris minimo? Confundor qdē hæc dicens, sed nō cogo. Si quis putat lucrū esse quæ dicūtur, faciat sibiipsi xenodochiū in domo, statuat illic lectulū, statuat illic mensam ac lucernam. Quomodo enim non absurdum, si quidem milites uene
H rint, ut habeant uobiscū ordinata domicilia, & multam faciant curam, & omnia suppeditentur eis, quoniam iuuant uos in hoc sensibili bello, hospites autē non habent, ubi maneant? Vince ecclesiam. Vis nos rubore perfundi? hoc fac, sis excellētior liberalitate, habe domū in quā uenit Christus. Dic: Hæc cellula Christi est, domus ista ei segregata est, licèt profundū sit ac uile, nō despiciet. Nudus & peregrinus Xps obambulat solū tecto egens, & iā hoc suppedita ne crudelis sis ac inhumanus, neq; in rebus secularibus ita uehemēs sis, & in spiritualibus frigidus. Sit etiam inter ministros fidelior, cui hoc concreditum, cęcos, pauperes, & sine tecto introducat. Hęc dico ad cōfusionem, nā oportebat quidem sursum in domo illos recipi. Si autē non uis, licèt infrà etiam ubi muli, etiā ubi ministri, accipe Christum. Fortasis horretis audientes. Quid igitur, quādo neque hæc facitis? Ecce adhortor, ecce dico, Sit uobis hoc summo studio. An non uultis sic? Igitur aliter facite. Sunt multi pau
I peres & multæ, segregate omnino, ut ibi maneat aliquis. Sit, licèt, custos domus pauper. Sit tibi murulus & sepicula, scutum ac lancea, ubi eleemosyna, nō audet accedere diabolus, neq; aliud quiddam graue. Oro ne despiciamus tātum lucrum. Nunc autem uehiculo quidem locus est segregatus & curribus, Christo autem erranti nullus. Abrahā ubi ipse manebat,
Gene.18. ibi & hospites susçipiebat, & uxor ut ancilla stabat, illi autem ut domini erāt. Nesciebat quòd Christū susçipiebat, nesciebat quòd angelos: quòd si quidē sciuisset, erogasset omnia. Nos autem quanuis scientes quòd Christum susçipimus, haud tantū declaramus studium, quantū ille putans homines susçipi. At impostores multi sunt, inqt, & ingrati. Et huius tibi maior erit merces, quando propter nomen Christi susçipis. Nam si quidem scires esse impostoras, non acceres in domum. Si autē nescis, cuius simpliciter accusas. Propter hoc dico eant in xenodochium. Quę autē defensio, si neq; hos quos scimus susçipimus, sed occludimus omnibus fores? Sit Christi generale receptaculū domus nostra, exigamus ab illis mercedē, non argentū, sed ut faciant nobis receptaculū Christi domum: circuncursemus, undiq; trahamus, rapiamus feram, maiora beneficia accepimus, q̄ damus. Non iubeo mactare uitulum, panem da esurienti. Vt autem ne hæc prætexas, sit domicilium commune, K ecclesia, illuc mittito, & tu susçipies. Quia etiam ille qui per ministros misit, habuit mercedem. Ita erant etiam eruditi Abrahæ, currebant, & non murmurabant, sicut nostri. Honestos enim ac pios illos quum fecisset, ad bellum sumpsit, & nō murmurarunt, adeò bene instituti erant: Omnium enim similiter curam gerebat, sicut sui ipsius. Tantúmnon enim sicut
Iob.33.d Iob dicebat, Similiter formati sumus in eodem uentre. Igitur & nos curemus nostram salutem, & magnam faciamus ministrorum curam, ut sint boni, & sit etiam minister uester edoctus ea quæ sunt dei. Non erit posthac nobis uirtus minus recta, si illos composuerimus, sicut in bello: quum milites sunt bene ordinati, dux facilè pugnat. Contra autem fit, quando hoc non erit. Nautis enim simul idem uolentibus, gubernator facilè gubernaculum manu regit: ita & hic, si sic fuerint eruditi ministri, non exacerbaberis facilè, non obiurgabis, non irasceris, non conuicia proferes, & fieri potest, ut ministros reuerearis, si sint admirabiles, & simul adiuuabunt te, & laudabunt iucundè. Ab his omnibus omnia erunt L quæ deo placent: & sic omnis domus benedictione implebitur, & ea quę deo probantur faciētes, magno superno præsidio adiuuabimur: quod cōtingat omnibus nobis asseq, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sequenti autem die ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobū, & omnes presbyteri aderant, quibus salutatis narrabat per singula, quæ deus fecisset inter gentes per ministerium suum.

Homilia.xlvi.

Ic frater erat domini, & episcopus Hieroso-
h lymitanorum hoc tempus, uir magnus & mirabilis, ad hunc ingreditur Paulus, sicut & antè etiā ad illū mittebatur. Et quomodo, audi: Sequenti autem die, inquit, ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum. Vide quàm alienus est à fastu: omnesq; presbyteri aderant, quibus salutatis, narrabat per singula q̄ fecisset deus in gentibus per ministerium illius. Iterum illis quę apud gentes acta sunt, M narrat: nō uanę gloriæ studio, absit, sed dei uolēs misericordiā declarare, & multo illos implere gaudio. Vide igitur quomodo audientes etiam glorificarint deum, non Paulum extulerunt, neq; admirati sunt, sed deum glorificarūt. Sic enim narrauit, ut pote deo acceptum ferens. *At illi quū audissent, glorificabāt deū, dixeruntq; ei, uides frater quot sunt milia Iudæorum qui crediderunt, & hi oēs zelotæ sunt legis. Edocti sunt de te, quòd defectionē doceas à Mose, oēs qui inter gentes sunt Iudæos, dicens non debere eos circuncidere filios, neq; his ritibus incedere.* Vides & illi cum quanta submissione loquuntur: non quia episcopus cū magna authoritate loquitur, sed illum in consilij sociū assumunt, quasi statim & ab initio rationē reddentes: Te renuente non uellemus, sed uides negocij necessitatem? Vides, inquit, quot sunt milia Iudæorū qui crediderūt? Et nō dixerūt, Quot milia à nobis edocta sunt. Nec dicit, Audiuimus esse: sed, sunt. Et hi oēs, inquit, zelotę sunt legis, hoc est, studiosi sectatores. Duę causę sunt: Et multitudo, & propositū. Neque enim si pauci fuissent, contemnendi erant: neq; si multi, & non omnes legē amplexi essent, multitudo erat curanda

ualde.

A ualde. Accedit & tertia causa: Edocti sunt, inquit, de te, quòd defectionē doceas à Mose, omnes qui inter gentes sunt Iudæos, dicens, non debere eos circunci dere filios, neq; his ritibus incedere. Nō dixit, Audierunt: sed catachethesan, hoc est, edocti sunt: & credi derunt, quòd defectionē à Mose doceas, dicens, nō debere eos circuncidere filios, neq; his ritibus incede re. Postquàm hæc dixit, subdidit, *Quid igitur est? Omnino congreganda est multitudo: audiēt. n. quòd uenisti: hoc igitur fac, quod tibi dicimus.* Quasi simul cōsulētes hæc dicunt, nō quasi imperantes. *Sunt nobis uiri quatuor uotū habentes super se, His assumptis purifica te cū illis, & impende super illis ut radantur caput, & sciant oēs quòd q̄ edocti sunt de te, nihil sunt: sed ambulas & ipse custodiens legē.* Consulunt ut re ipsa & opere non sermone defensionē afferat. Vt radantur, inqt, caput, & sciant oēs, quòd quæ de te edocti sunt, nihil sint. Non dixerunt, quòd doces: sed iterum catachethesan, id est, edocti sunt: p hoc manifestans, & quòd incedis, hoc est ex abundantia etiā ipse custodis. Non enim hoc solū fuerit, quod quæritur, si non alios doceat, B sed etiam an ipse seruet. Quid igitur? gentes si cognouerint, nūquid offendētur? sed quomodo, ubi & nos qui Iudæorum doctores misimus ad illos. *De his autem qui crediderūt ex gentibus, nos scripsimus, decernētes, nequid huiusmodi obseruēt illi, nisi ut caueāt ipsi ab his q̄ sunt immolata simulachris, & à sanguine, & à suffocato, & stupro.* Hic reuerenter loqtur. Vult autē sic dicere, Quēadmodū nos illis imperabamus, tametsi Iudęis prędicantes, ita tu quāuis gētibus p̄dicans cooperare nobiscum. Vide Paulū: Non dicit, Possum utiq; & Timotheum adducere quē circūcidi, & possum hoc persuadere sermonibus, sed obtemperauit eis, & oīa fecit. Sic enim conducibile erat. Non enim idem erat rationem uerbis reddere, & nullo conscio hæc facere. Suspicione carebat etiam impendi. *Tunc Paulus assumptis uiris, & sequenti die cum illis purificatus, ingrediebatur in templum, denuncians expletionē dierū purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.* Di angellon hoc est, denunciās, & ita ipse seipsum manifestum facit. *Dum autē septem dies iam essent implēdi.* Vide quomodo potissimùm in illis moratur. *Hi qui ab Asia erant Iudæi, quū uidissent eum in templo, conturbarūt totum populum, & iniecerunt in illum manus, cla-*
C *mātes, Viri Israelitæ succurrite. Hic est ille homo qui aduersus populū & legem, & locū hunc, oēs ubiq; docet. Insuper Græcos induxit in templū, et prophanauit sāctū locū hūc.* Vide mores illorū ubiq; turbulētos & ī medio temere clamātes. *Erāt. n. qui uiderāt Trophimū Ephesiū in ciuitate cum illo, quē existimarunt quòd in templū introduxisset Paulus. Commotaq; est ciuitas tota, & factus est concursus populi. Et apprehensum Paulū extraxerūt ex tēplo, & statim clausæ sunt fores.* Viri Israelitæ succurrite, inquit, Hic est homo, qui contra populū & legem & locum hunc. Ea proferunt illi, quæ maximè eos turbabant, nempe legem & templum. Paulus autem quāuis tanta passus, nō reprehendit eos, quòd ipsi essent horum causa: Adeò erat magnanimus. Traxerunt illum, inquit, extra templum, & statim clausæ sunt fores. Volebāt enim illum occidere, & propterea extrahebant, quò cū maiore audacia hoc faciant. *Quærentibus autem illis occidere eum, ascendit rumor ad tribunū cohortis, quòd tota Hierusalē cōturbata esset, qui ex illa assumptis militibus ac cēturionibus decucurrit ad illos. At illi quū uidissent tribunū ac milites, cessauerūt percutere Pau-*
D *lū. Tunc accedens tribunus apprehendit eū, & iussit ligari duabus catenis, & interrogabat, quis nā esset, et quid fecisset. Alij autē alia clamabāt in turba.* Et quare interrogaturus illū iusśit catenis ligari? Volebat populi furorē mitigare. *Et quū non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et quū uenisset ad gradus, contigit ut portaretur à militibus, propter uiolentiā turbæ. Sequebatur. n. multitudo populi, clamans, Tolle eum.* Quid est, Tolle illum? Mos erat Iudæis contra condemnatos sic loqui, ac dicere, Tolle illū: hoc est, ne sinas illū uideri ultrà inter homines: sicut de Christo dicebāt. Sunt quidam qui uolunt, Tolle illum, idem esse cum eo, quòd nos iuxta Romanam consuetudinem, Immitte illum in signa. *At Paulus in castra inducendus dicit tribuno. Num licet mihi dicere ad te?* Quū gestaretur in gradibus, petit quiddā loqui tribuno, & uide quā mansuetè. Nū licet mihi loqui ad te? inquit. *At ille dicit, Nosti Græce? Nōne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies concitasti seditionē, & eduxisti in solitudinem quatuor milia sicariorū?* Hic Aegyptius uir quidā erat qui nup
E prodierat, & seditiosus. Sanè ad hoc ratione reddit Paulus, tollitque dictis suis suspicionem eius. Sed uideamus iterum quæ lecta sunt: *Sunt nobis uiri,* inquit, *quatuor, uotum habentes super se, his assumptis purifica te cum eis.* Hic Paulus nō obnititur, sed obtēperat: unde manifestum, quòd nō necessariò hoc erat faciendū, ideo & persuadent ei, sed quia per dispensationem & attemperationem morū, non fuit ad remoramentū prædicationis, ubi scilicet etiam ipsi, eiusmodi legē illis tulerant. Hoc igitur cum dispensatione quadam etiam ipse Petro obiicit. Nā quod hic ipse facit, hoc illic Petrus, tacens & statuens suum dogma. Et nō dixerunt, quòd nō oporteat eos qui inter gentes docere: neq; sufficiat quòd non prædicetur illic, sed etiam aliquid amplius est faciendū, ut credant illi, quòd seruales legem. Res ad morum attemperantiam geritur, ne terrearis. Vide, non prius persuadent illi, donec dispensatio primū dicatur & lucrum. Et quia in Hierusalem hoc faciendū, tolerabile. Facigitur hoc hic, ut illud extra ciuitatem tibi facere liceat. Tunc Paulus assumptis uiris, inquit, sequenti die. Non distulit, sed opere monstrans, se persuasum, assumit eos cum quibus erat purificandus. Itaque res hæc magni seruoris erat. Et quomodo, inquit, Iudæi qui in Asia uiderunt illum in tēplo. Verisimile est quòd illi aliquot F diebus ibi uersati fuerint. Vide item, quomodo hoc singulari ratione contigit. Nā postquàm Iudæis persuasit, tunc aggrediuntur. Meritò ne & illi simul aggrediantur. Adiuuate, inquit, uiri Israelitæ. Quasi incidisset in manus ipsorum incomprehēsibilis, & quem uenatione sua assequi nō possent, clamant: Succurrite. Hic omnes ubique docet, Non hic solùm, inquit, sed ubiq;. Subditur etiam maior accusatio à præsentibus. Ad hæc etiam, inquit, prophanauit templū, inductis uiris Græcis. Quin & ubi de Christo agitur, leguntur ascendisse adoraturi. Sed hi dicunt, eos q no lebant adorare. Et apprehensum Paulū traxerunt foris. Iam enim neque leges, neq; tribunalia uerebantur. Ita per omnia apparent illi audaces, & impudentes. Ille autem tunc quidem non reddidit rationem, posteà uerò. Meritò: Tunc enim non audissent eum. Timebant ne effugeret. At uide quanta cum submissione tribuno loquitur Paulus. Quid enim dicit? Nū licet mihi loqui aliquid ad te? Adeò humilis erat, ut ubique modestè agere sciret. Nōne tu es Aegyptius

G ille? Vide malignitatem diaboli. Impostor erat, & magus ille Aegyptius, & attentabat p hoc adumbrare, & suorum criminum socios facere Christum & apostolum, sed non potuit. Attamen adhuc fulgidior facta est ueritas, nihil à diaboli machinationib⁹ offensa: sed magis illustrata. Nam siquidē nō fuissent malefici, deinde hi uicissent, forsan suspicio fuisset. Quādo autem & illi apparuerunt, & hi uincūt, nimirum res est mirabilis. Idcirco & manifestari nō prohibentur, ut & sic magis fulgeant. Tale quiddam etiā erat qđ Gamaliel dicebat. Ante hos dies surrexit Theudas. Hos uerò sicarios, uocant quosdā à gladiis recōditis quos gestant. Sicæ enim id genus gladiorum à Romanis dicūtur. Alij putant esse unam ex sectis Hebræorum. Tres enim sectæ illis erant, Pharisæi, Sadducæi, & Esseni, qui etiam Osij, id est, sancti dicūtur. Hoc enim uult nomen Essenorū à uitæ honestate. Illi ipsi & sicarij dicti, eo quòd essent zelotæ. Ne igitur doleamus quòd sectę sint, & pseudochristi, et Christo insidiari uoluerunt ante hoc, & post hoc, ut ueritatē adumbrent, sed illa magis fulget, manifestaq; H est ubiq;. Hoc & sub prophetis fuit, fuerunt pseudoprophetæ, & ex comparatione magis claruerūt. Etenim morbus sanitatē manifestā facit, & tenebræ lucem, & tempestas tranquillitatē. Non possunt dicere Græci, quòd prophetę & apostoli impostores ac magi fuerint. Illi.n. redarguti sunt. Hoc & Mosi accidit. Permisit deus aliquid Magis, ne magus putaretur esse Moses: permisit illos docere oēs, quantū magica imponit sensibus: ultrà autē nō deceperunt, sed ipsi se uictos cōfessi sunt. Nihil nobis nocēt impostores, sed meliores potius reddunt, si quis rectè consideret. Quid igitur, quando eandē cum nobis habent gloriam? Non apud nos, sed apud eos qui iudicium non habent. Nobis ne curæ sit quid multi sentiant, neq; ultrà q̄ oportet de gloria soliciti simus. Deo uiuimus non hominibus. In cœlo ciues sumus non super terram. Illic præmia & brabia nostrorum laborum iacēt, illinc expectamus laudes, illinc coronas, eatenus curemus hoies, ne eis offendiculo, & damno simus. Si autē nos illis offendiculum non damus, & illi uoluerint simpliciter, & absq; causa nos uituperare, rideamus, ploremus. Tu prouide bona coram deo & hominibus. Si te prouidēte bona, ille incessat, ne sis adhuc solicitus. Habes exempla in scripturis. Nunqd enim in hominibus suadeo, an deo, inquit? Et iterū: Hominibus suademus, deo aūt manifesti sumus. Et Christus sic in his qui offendebantur, dicebat: Sine illos, duces sunt cæci cæcorū. Et iterū, Væ uobis, quā do bene de uobis dixerint oēs homines. Et iterum, Luceant opera uestra, ut uideant homines, & glorifi cent patrem uestrum, qui in cœlis. Quòd autē alicubi dicit, qui scandalizarit unū ex pusillis istis, conducit illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundum maris, ne mireris. Non sunt enim hæc contraria, sed potius ualde consonant: nā quandoquidē apud nos sit, Vę nobis: quando autē non apud nos, nō item. Et iterum: Vę uobis propter quos nomē dei blasphematur. Quid igitur, si ego qdem facio quod decet, & alius blasphemat? Nihil ad te, sed ad illū. Nā propter illū blasphematur. Et quomodo posibile est aliquē facere quod oportet, & esse aliis dānosum? Vnde uultis à præsentibus uel à preteritis uobis exemplū afferā? ne ostentatores simus, uultis ut id qd nunc in manibus est, dicamus? Iudaizat Paulus in Hierusalem, & non in Antiochia. Iudai K zabat & offendebantur: sed non iustè offendebātur illi. Dicitur salutasse Neronis pocillatorem, & concubinam. Quanta putatis contra illum propter hoc dicta esse, sed non iustè? Nā siquidem ob lasciuiam salutasset, uel ob mala opera. Meritò. Si aūt ob uitam rectam, quare? Dicam aliquid, quod uni familiariū meorum accidit. Irato aliquando deo, quum ille ad modum iuuenis esset, & in diaconorū ordine ministraret, abesseteq; per illud tēpus episcopus, & nullus presbyterorum curā haberet, sed simpliciter faciebāt simul multa milia in una nocte baptizari, & simplici ter baptizabantur omnes nihil scientes. Quod ut ille intellexit, priuatim simul centum ac ducentos docebat: nihil autē, quàm quòd ad sacramenta attinebat, ne sic migrarent nō initiati. Hoc pleriq; putabāt illum ex ambitione feciſſe, uerūm ille nō attendebat sic censentes. Cæterùm non ultrà huic rei inuigilabat, sed statim cessabat. Quid igitur? Nūquid ille author offendiculi? minimè mea sententia. Nam siquidē nulla causa fuisset, meritò illum reprehendissent: etiā si iterum produxissent. Contemnendum est propter L aliorum offendiculum, si prohibeatur quod deus approbat. Tunc autem curandum, quando non cogimur propter illum offendere deum: alioq; dic mihi, si iterim quòd nos differimus & ebrios taxamus, offendatur quis, desinam ne ego loqui? Audi Christū Ioan.6.g. dicentem, Num & uos uultis abire? sic neq; contennere, neque ualde curare oportet, multorum infirmi tatem. An nō uidemus etiam medicos hoc facere, & quando quidē conceditur gratificari laborantibus, quando autē quod fit in gratiam illorum damnum operatur, non iam parcendum: Vbiq; pulchrum est ,, modum obseruare. Multi blasphemarant ob doctri ,, nam, puellam quandā formosam quæ uirgo manse rat, scommatis incessebāt illam & instituentes eam. Quid igitur, num propter hoc illi recedere debebāt? Minimè. Nihil enim operabantur cōtrarium, sed rem ualde gratam deo. Ne igitur uideamus, nū offendan tur quidā, sed si iustè & non cum nostro damno. Si 1.Cor.8.d cibus, inquit, offendit fratrem meū, in æternum non comedam carnem. Meritò. Nihil enim nocet non comedisse. Siquidē offendit illum quod renunciare uo M lo, non iam curandum. Et quē, inquit, hoc offendit? Multos equidē scio. Quando res indifferens fuerit, prohibitio fiat: alioqui si ad unū hoc attendere uolumus, à multis abstinere oportet. Itaq; sicut è diuerso, si contempturi sumus, multos perdemus, quoniā & Paulus præcauit offendiculū. Et quomodo? audi, Ne abūdantia hac qua ministratur à nobis. Nihil.n. nocebat suspicionē tollere, quando autem in talem inciderimus necessitatē, ita ut magna fiant mala propter alterius offendiculū, ille quidē sibi ipsi author, nos autē iam non sumus rei. Nō potuit sine damno illi parci. Multi offensi sunt, quòd in tēplo cubabant fideles quidam, quoniam no oportebat ibi cubare: sed malè. Nullum enim inde damnum. Offendeban Gala.2.b. tur, quòd comedebat cum gentibus Petrus: sed ille quidē parcebat: hic autem non item. Vbique sequi nos decet legem dei, magnumq; studium adhibere, ut nullam occasionē præbeamus offendiculi, ut & ipsi nō simus rei, & à deo misericordiā assequamur, gratia & misericordia unigeniti illius, cui cum patre simul ac sancto spiritu, gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Supr.5.f. Sicæ.

I Gala.1.b

2.Cor.5.b Mat.15.b

Luc.6.b. Mat.5.b. Ibid.18.a

Rom.12.d et.2.Pet. 2.a.

A *Dixit autem Paulus, ego sum homo quidē Iudæus, Tarsensis Ciliciæ non obscuræ ciuitatis cuis. Rogo autem te, Permitte mihi loqui ad populum. Et quum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem: & magno silentio facto, adloquutus est lingua Hebræa, dicēs.*

Homlia.xlvij.

Ide illum quando cum exteris loquitur, nō u detractat, etiam legalibus uti adiumentis, ita memor ciuitatis suæ illum nunc à temeritate auocat: sicut etiam anteà dicebat, uerberatos Sup.16.g nos publicè, indicta causa, homines Romani quum simus, coniecerunt in custodiam. Quoniam enim interrogabatur, Tu es homo Aegyptius? Ego sum, inquit, homo Iudæus. Vt sic dixit, statim illum à sua abduxit suspicione. Et deinde ne putetur ex gente Iu 1.Cor.9.c dæus, dicit religionem. Etenim & alibi dicit, se seruū, & sub lege Christi. Quid hoc est? Paulus mentitur? Absit. Quid igitur? Non negauit? Absit, Iudęus enim erat & Christianus, quæcunque oportebat custodiens. Quoniam & lege maximè omnium ipse persuadebatur Christo credēs. Et cum Petro differens, Gala.2.c. B inquit, Nos natura Iudæi. Oro autem te, permitte mihi loqui ad populum. Etiam hoc indicium est quòd non mentitur, siquidem omnes adducebat testes. Et considera illum cum magna mansuetudine differentem. Et hoc erat maximum argumentum, quòd nulli crimini erat obnoxius, quòd sic paratus erat ad dandam rationē, uolebatque sisti ad respondendum Iudæis. Vide instructum uirum, uide dispēsationem, nisi tribunus uenisset, nisi ligatus fuisset, non rogasset concedi sibi sermonem ad defensionem, non tantum obtinuisset silentium. Permittēte autē illo, Paulus stabat in gradibus, & à loco æditio re loquēdi facilitas magna erat ligato. Quid huic spectaculo par uidere Paulū duabus catenis ligatū concionantem? Quo non turbatus est? quomodo non confusus est, tantum populum exasperatum uidens astante præside? Primū sistit furorem illorum, deinde narrat. Et uide quā prudenter, id quod in epistola ad Hebræos fecit. hoc & hìc, primū cognatione uocis illos allicit, mox & māsuetudine. Proinde & hoc manifestans dicit, Adloquutus est, inquit, Hebraica lingua, dicens: *Viri fratres ac patres, audite meam ad uos ex* Ga.xxij. *cusationem.* Vide etiam ab adulatione liberum sermonem, iustitiamq; habentem. Non enim dixit domini, C neque heri, sed fratres, quod maximè amabāt, quasi diceret: Non sum alienus ego à uobis, nec cōtra uos. Viri fratres ac patres, inquit. Hoc honoris, illud germanitatis est. Audite meam quā nunc ad uos habeo excusationem: nō dixit doctrinam, neq; cōcionem, sed defensionem, sitq; ut humiliter orans. *Quum autē audirēt quòd Hebraico idiomate alloqueretur eos, magis attenti fuerunt.* Vides ut capit illos, uocis patriæ agnitio? Habebant enim reuerentiam quandā linguę illi. Vide autem quomodo etiam uiā paret sermoni sic incipiens & dicens: *Ego quidē sum uir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, educatus in ciuitate ista ad pedes Gamalielis, eruditus autē accurate in patria lege, sectator existens dei, sicut oēs uos estis hodie.* Ego qdē sum, inquit, uir Iudæus, quod maximè omniū auditu illis gratum, Natus in Tarso Ciliciæ: ne putent ob gentem aliam religionem, addidit, educatus autē in ciuitate hac ad pedes Gamalielis: ostendit sibi ingens erga religionem fuisse studium, quandoquidē tam clara patria quęq; tantum distat relicta, amore legis ibi uoluit educari. Vide quomodo iterum in honore habet legem. Hęc D autem ad illos loquitur, non solū ut se defendat, uerùm etiam ut ostendat se non humano more, sed diuina uirtute ad prædicationē adductum. Non enim sic eruditus statim factus esset, nisi fuisset eximius qdam, uerisimile erat hoc suspicari. Quia autē doctissimus erat ī lege, minimè uerisimile, nisi maxima necessitate illum mutatum fuisse. Dixerit quis, nihil ad rem facit, quòd ibi educatus est: qd enim si ob negociationem uel ob aliam causam quandā ibi uersatus esset? ut igitur ne tale quid putetur, addidit, apud pedes Gamalielis. Et non simpliciter dixit, Ad Gamalielem, sed apud pedes, cōstantiam, sedulitatem, studiū in audiendo, & reuerentiam erga uirum monstrans. Eruditus accuratè in patria lege: nó simpliciter lege, sed patria lege apponit, ostendēs se olim talē fuisse, & non uulgariter sciuerat legem. Hæc quidem uidentur pro illis dici, sed contra illos erāt, quādo quidem & sciens illam reliquit. Quid igitur, si exactè quidem scieris legem, non ames tamen illam? zelotes, inquit, existens dei: hoc est, non simpliciter sciens, sed etiam E ualde æmulans pro illa. Posteà quū magnas suas laudes prædicasset, communes laudes facit, dicēs, Sicut uos oēs estis hodie. Ostendit enim illos facere non hominum respectu, sed diuino zelo. Hoc autē dicit, gratificans illis, & præoccupans illorum mentem, & detinens, in his, in quibus damnū nō erat. Posteà et coniecturas apponit. *Qui hanc uiā persequutus sum usque ad mortē, alligans ac tradens in carceres uiros ac mulieres, sicut et princeps sacerdotū testatur mihi, et totus presbyteroyum ordo.* Vt nullus dicat, & unde hoc manifestū, testes adducit principem sacerdotum & presbyteros. Et dicit quidem mulcens, zelotes existens sicut uos, hoc est, æqualis uobis. Ostendit autem per opera quòd illos excelluerit. Non enim profectò expecta bam donec mihi iniungeretur, sed ipse sacerdotes excitabam, & peregrinationem suscepi. Et non solùm uiros capiebam, sicut uos, sed etiam mulieres, & alligans oēs & in carceres coniiciens. Indubitatum hoc est testimoniū, & irrefutabile à Iudæis. Vide quot testes adducit, presbyteros, principem sacerdotū, eos qui in ciuitate. Vide autē illius etiam defensionem, non esse à formidine, sed à doctrina magis & eruditione. Nisi enim lapides fuissent auditores, ausultas- F sent his dictis, nam usq; huc illos habuit testes, reliqua autem testimonio carentia. A *quibus etiam epistolis ad fratres acceptis Damascū pergebam adducturus et illinc qui ibi erāt uinctos in Hierusalē, ut punirentur. Factū est aūt mihi iter facienti & appropinquanti Damasco circiter meridiē, ut subitò de cœlo circunfulguraret me lux multa, cecidiq; in solū, & audiui uocē dicentē mihi, Saul, Saul, quid me persequeris? Ego aūt respondi, Quis es domine? Dixitq; ad me, Ego sum Iesus ille Nazarenus, quem tu persequeris.* Igitur maximè & hæc digna fide esse oportebat ex his quæ præcesserant. Quid igitur, si gloriāter loquitur? Minimè. Dic oro, quare se tam repetè in tātum zelum iniecisset: honorem expectans? Certè cōtraria acciderunt. Num spectabat uoluptatem? neq; hanc obtinuisset. Sed quid aliud, nihil inuenire ualet ratio. Hæc igitur quum reliquerit, apparet quid sectatus sit. Mihi iter facienti, inquit, Damascum circiter meridiem, repentè ex cœlo circunfulgurauit me lux multa, cecidiq; in solum. Vide quanta excellentia luminis: & quòd non arrogās loquor, testes sunt q me cum fuerunt, qui manu duxerunt, qui lucē uiderūt: Supr.9.a.

Universidad de Deusto Biblioteca

G qui autē ſimul mecum lucem quidem uiderunt, & exterriti ſunt, uocem autem non audierunt loquētis
Sup.9,b. mihi. Nihil mireris, ſi hic quidem ſic dicit, alibi autē, Steterunt, uocem quidem audientes, nullum autem uidentes. Non ſunt hæc contraria. Voces enim duæ erant, una Pauli, altera domini. Vocē igitur illic Pauli dicit: hic uerò etiā addidit, dicens, Vocem non audierunt loquentis mihi. Igitur dum dicit, nullum uidentes, ſignificat nō uidere, ſed audire. Non enim dicit, uocem non uidebant: ſed, nullum uidentes ſtetere runt: hoc eſt, loquētem. Meritò autem hoc factū eſt. Illum enim oportebat uocem illā obtinere. Si enim audiſſent etiam illi, non tantum fuiſſet miraculum: quoniam igitur craſsiores uiſione magis perſuadentur, propter hoc lucem illi uiderunt ſolū, id quod ſatis erat ad perſuadendum illis, unde etiam exterriti ſunt. Et aliter: Non eſt tantū operata lux erga illos, quantū erga hunc. Etenim excæcauit illius oculos. Quo euentu, illi ſi uoluiſſent, illuſtrari poterant. Itaq; mihi uidetur, etiam ſingulari ordinatione illos non credere, & ita eſſe teſtes fide dignos. Dixitq;, inquit, ad me, Ego ſum Ieſus Nazarenus, quē tu pſequeris.
Bene etiam ciuitas appoſita eſt, quò magis cognobi
H lis fieret eis. Et apoſtoli ſic dicebant, Ieſum à Nazareth. Vide & ille teſtatur, qd pſequutionē pateretur. *Illi autē qui mecū erant, lucem uiderunt, & exterriti facti ſunt, uocē aūt non audierunt loquentis mihi. Dicebā autē, Quid faciā domine? At dominus dixit ad me, Vt ſurrexeris uade in Damaſcū, & illic tibi dicetur quid te oporteat facere. Et quū non uiderē præ gloria luminis illius, ad manū deductus à comitibus qui erāt mecū, ueni ad Damaſcū. Ananias aūt quidā uir pius, ſecundū legem, teſtimonio probatus, illic habitantiū Iudæorum ueniens ad me, & aſtans*
Ibidem.b *dixit mihi, Saul frater recipe uiſum. Et ego eadē hora, recepto uiſu, uidi illum.* Ingredere, inquit, in ciuitatem, & illic tibi dicetur quid te oporteat facere. Ecce iterum alius teſtis, & uide quomodo illum ēt fide dignum faciat. Ananias autem, inquit, uir pius ſecūdum legē, teſtimonio probatus ab oībus Iudæis, ingreſſus ad me & aſtās dixit mihi. Vide, ſic nihil ſine teſtimonio. Et ego eadem hora uidi. Iungitur teſtimonium à rebus ipſis. Et uide quomodo perſonę & actiones pulchrē inter ſe nectātur, perſonęq; proprię & extraneę. Perſonæ, ſacerdotes, presbyteri, comites, opera q̄ fe-
I cit quæq; paſſus eſt, & opa operibus teſtimonia dāt, non perſonæ ſolùm. Vel & aliter: Alienus Ananias: deinde ponitur uiſio ipſa, mox prophetia. Ille aūt dixit, Deus patrum noſtrorū præparauit te, ut cognoſceres uoluntatem ſuam, & uideres illum iuſtum. Bene dixit, Patrum noſtrorum, ut oſtendat illos non eſſe Iudęos, ſed alienos à lege, & inuidia, nō zelo agere: ut ſcias, inquit, uoluntatem illius, & uideas iuſtū illum. Igitur hæc uolūtas eius. Vide ut narratio doctrinæ loco eſt. *Et audias uocem ex ore illius, quia eris teſtis eius apud oēs populos ſuper his quæ uidiſti & audiſti.* Et ut uideas iuſtū illum, nūc hoc dicit, Si autem iuſtus, illi rei. Et audias uocem ex ore illius. Vide ut rem extollit. Quia eris, inquit, teſtis illius. Igitur propter hoc non amittes uiſum & auditum. Super his q̄ uidiſti & quæ audiſti. Vtriſq; illis ſenſibus datur nobis ſcientia. Et nunc quid cunctaris? ſurgens ut baptizeris & abluas peccata tua, inuocato nole illius. Hic magnū quiddā loquutus eſt. Non dixit, ut in nomine illius baptizeris, ſed inuocato nomine Chriſti, per quod monſtrat illum deum eſſe. Neque enim alium quàm deum inuocare fas eſt. Poſteà oſtendit ēt ſe non coK ctum, dum dicit, Dominus autem dixit ad me, Vade in Damaſcum, & ibi tibi dicetur, quid te oporteat facere. Nihil ſine teſtimonio, ſed ciuitatis totius teſtimonium adducit, quæ. ſ. etiā uiderat illum ad manus duci. Vide etiam prophetiam egreſſam, quā audiuit, ſe teſtem fore domini. Reuera enim teſtis illius fuit, & qualem eſſe oportebat, & per ea q̄ operatus eſt, & quæ loquutus eſt. Tales & nos oportet eſſe teſtes, & non prodere ea q̄ concredita ſunt uobis, nō de ſolis dogmatis, ſed ēt de uita loquor. Vide enim quod uidit, quodq; audiuit, teſtatur cunctis mortalibus, & nihil prohibuit illū. Et nos audiuimus quòd eſt reſurrectio, & innumera bona. Igitur debem⁹ hoc teſtificari oībus hominibus. At dicet quis, Nónne teſtificamur, & credimus? Quomodo dum contraria agimus? Dic oro mihi, Siquis ſe diceret Chriſtianum, deinde deficiens ſaperet Iudaica, nunquid ſufficeret teſtimoniū illud? Minimè. Nam ab operibus teſtimonium quærerent. Ita certè & noſtra eſt cauſa. Si dicimus quòd reſurrectio eſt ac innumera bona, deinde etiam contēnimus ea, & indigna hæc preſentia præeligimus, qs nobis credet? Omnes enim animaduer- *Supr.9.c.*
tunt non quæ dicimus, ſed q̄ operamur. Teſtis eris, L inquit, apud omnes homines, nō apud domeſticos duntaxat, ſed etiā apud infideles. Teſtium enim eſt perſuadere nō ſcientibus, ſed neſciētibus. Fiamus igitur fide digni teſtes. Quomodo autē erimus fide digni teſtes? A uita. Inſidiabantur illi Iudæi, inſidiātur nobis paſsiones, quæ iubent nō annunciare teſtimonium. Sed ne pareamus. Teſtes ſumus à deo miſsi. Iudicatur apud homines quoſdam, deus, nō eſſe deus. Miſit nos teſtificaturos ſibi. Teſtificemur & perſuadeamus cōtendentibus. Si nō teſtificabimur, ſumus & nos erroris illorum rei. Si autem in ſecularium negociorum iudicio nō ſuſcipitur teſtis, multis flagitijs notatus, multò magis hic, ubi de talibus rebus cōſideratur. Nos dicimus quòd audiuerimus Chriſtū, & crediderimus his quæ annunciauit: dicunt illi, Oſtēdite hæc per opa. Vita ueſtra cōtraria teſtatur quòd nō creditis. Vultis ne in uſurarios, auaros & rapaces uideamus? in lugētes, plōrantes, ædificātes, omniaq; agētes, quaſi nunquā morituros. Si igitur quòd mortamini non creditis, qua re nihil certius: quomodo uobis credā teſtantibus? Sunt enim multi homines M
ſic affecti, quaſi nunquā morituri. Nam quum in lōga ſenecta incipiunt extruere, quando mortē affuturam putabunt? Non parua pœna nobis quidē ad cōfeſſionē uocatis, ſed teſtari nō ualentibus ea quæ uidimus. Vidimus & nos oculis angelos, & manifeſtis his q uiderūt. Igitur teſtificabimur Chriſto. Etenim non illi ſoli martyres, ſed etiam nos. Eapropter illi dicuntur martyres, quia quū iuberentur confiteri, oīa ſuſtinuerint, ut ueritatem dicant: & nos quando affectiones noſtrę iubent confiteri, ſuccumbimus. Au-
rum dicit, dic quòd Chriſtus non eſt deus: ne igitur *Titū 1.d.*
audi tu q aſi deum, ſed contemne illius præcepta. Cōcupiſcentiæ malæ idē dicunt, ſed tu ne perſuadeare: ſta fortiter, ne etiā de nobis dicatur, deum confitentur ſcire, operibus autē negant. Hoc enim non eſt teſtium, ſed aduerſariorum. Et quòd alij quidē negāt, non eſt mirabile: quòd autem nos qui ad cōfeſſionē uocati ſumus, negam⁹, ualde graue eſt & onoroſum. In teſtimoniū illis eueniet, inquit. Sed quando non reſiliemus, ſed cōſiſtimus, dicētes, uelle nos teſtimonium dare

A nium dare Chriſto, forſan pſuadebimus Græcis plurimis. Multū momenti in uita eſt dilecti, licèt ſit quiſpiam ualde efferus, ēt ſi per dogma non condemnetur, ſed clam approbat, laudabit, & admirabitur. Et unde dicis, erit uita optima? Non aliunde q̄ à diuina operatione? Quid igitur, cum & Græci ſint tales, alij natura, alij uanæ gloriæ ſtudio? Vis diſcere quātùm ualeat uitæ claritudo ac honeſtas? Multi hęretici fortes fuerunt, licèt corruptiſsimis dogmatis imbutti eſſent. Multi homines dogma non quæſiuerunt quòd uitæ talis eos puderet. Alij quos propter dogma cōdemnauerunt, propter uitam reueriti ſunt, licèt non bene fecerint: hoc tamē eis euenit: hoc religionis noſtræ honeſtatem redarguit: hoc omnia ſubuertit, quòd nullus rationem & curam uitæ habet: hoc religionem peſſundat. Dicimus deum eſſe Chriſtum, & cū alijs etiam hoc, quia perſuaſit omnibus rectā uitam, quā in paucis uidere licèt. Reſurrectionis dogma lædit uitæ improbitas, dilacerat immortalitate animarū, & iudicium, & multa alia: inducit fatum, neceſsitatem, negationem prouidētiæ. Anima enim
B multis malis immerſa, has ſibi conſolationes excogitare attētat, ut ne cogitans eſſe iudicium contriſtetur, & ſitum eſſe in nobis facere bonū & facere malū, negat. Vita talis operatur innumera mala, beſtias facit ex hominibus, & beſtijs ſtupidiores. Nam quæ in ſingulis beſtiarum ingenijs habes, ea ſæpe in uno homine congregat, & totū ſubuertit. Idcirco fatum introduxit diabolus, idcirco abſq; prouidentia dixit mūdum gubernari: idcirco ponit naturas bonas & malas: idcirco malū abſq; initio & materiale ſubiicit. Ideo omnia agit, ut uitam noſtram corrumpat: neq; poſsibile eſt, eum qui ſic uiuit reſipiſcere, uel in ſana fide permanere: Sed magna neceſsitas eſt hæc aſſumere. Equidem opinor nō facilè reperiri, non rectè uiuentē, nó innumera ſatanica ſentire: utpote quòd tribuat aliquid natiuitatibus, & quòd temerè fiant omnia, & quòd omnia confuſè ac ſine ordine diſpēſentur. Ideo oro habeamus curā bonæ uitæ, ne mala dogmata ſuſcipiamus. Cain reportauit, quod tremeret ac gemiſceret. Illi⁹ ſimiles ſunt mali, & ſibi malè conſcij plurimorum malorū. Sæpenumero è ſom
C no excitantur, turbulentę ſunt cogitationes eorum, turbati oculi, ſuſpicionibus plena ſunt omnia, metu, & graui expectatione referta eſt anima illorum, formidine terrorecq; turbatur, & imbellis fit, nihil anima illa mollius, nihil inſipientibus, & ut lunatici inſtabiles. Vnde igitur illa quæ tanta laborat cæcitate ad cognitionem ſui ueniet: & certè ſi tranquillitatem haberet, ac ſerenitatem, poſſet agnoſcere ſuam nobilitatem: quando autem omnia terrent ac turbant, & ſomnia, & uerba, & habitus, & minimæ ſuſpiciones, quomodo poterit ſeipſam uidere ſic turbata ac inquieta? Soluamus igitur illius metum, diſrumpamus uincula. Nam ſi non eſſet pœna, qua pœna non ſunt hæc grauiora, ſemper uiuere in timore, nunquam fidenter agere, nunquam refocillari? Hæc omnia exactè ſcientes, in tranquillitate nos ipſos ſeruemus, & uirtutē curemus, ut & ſana dogmata habentes, & uitam rectam ſine offendiculo, ita hāc uitam perficiamus, quò bona diligētibus deum promiſſa aſſequamur, gratia & miſericordia unigeniti eius, cui cum patre ſimul ac ſancto ſpiritu, gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Tomus tertius.

D *Factum eſt autem cum eſſem reuerſus Hieruſalem, & orarem in templo, ut fierem in ecſtaſi, & uiderem illum dicentem mihi feſtina, & exi uelociter ex Hieruſalem, eo quòd non ſuſcipient teſtimonium tuum de me. Et ego dicebam, Domine, illi ſciunt quòd ego coniiciebam in carcerem, & percutiebam in ſingulis ſynagogis credentes in te: & quando effundebatur ſanguis Stephani teſtis tui, etiam ipſe aſsiſtebam & conſentiebam cædi eius cuſtodiens ueſtimēta occidentium illum.*

Homilia. xlviij.

Ide quomodo ſe in pericula coniicit. Subdit
u enim, *Factum eſt autem, cum eſſem reuerſus Hieruſalem.* Hoc eſt, ueniſſem poſt uiſionem illam in Hieruſalem iterum. *Et cum orarem in templo, ut fierem in ecſtaſi, uideremq; dicentem mihi, Feſtina & exi uelociter ex Hieruſalem, eo quòd non ſuſcipient teſtimonium tuum de me.* Vide, neq; hoc ſine teſtimonio agitur, ſed ab euentu eſt teſtimonium. Dixerat, quòd non ſuſcipient teſtimonium tuum. Et non ſuſceperunt. Certè ex coniecturis diuinare licebat, quòd eſ-
E ſent ſuſcepturi. Ego enim eram coniiciens in carcerem, & percutiens, inquit: unde uel propter hoc ſuſcipere debuerant, & nihilominus non ſuſceperunt. Ideo & hoc in ecſtaſi dicit, quòd nō erant ſuſcepturi. Hic duo præparat, & quòd non poſsint excuſari: Nam præter meritum, & præter rationē ipſum perſequebantur: & quòd deus eſſet Chriſtus, ea quæ præter expectationem prophetizans, & non in ea quæ facta ſunt reſpiciens, ſed præſciens futura. Quomodo igitur dicit, corā gentibus, & regibus filijsq; Iſrael portabis nomen meum? Portabis, inquit, non aūtē omnino perſuadebis. Et iterum, Iudæi alibi quidem *Sup.7.g*
perſuadebantur, hìc autem non. Et quando effundebatur ſanguis Stephani martyris tui, etiam ipſe aſsiſtebam & cōſentiebam cædi illius. Vide iterum quò ſermo deſinat, nempe in ualidum caput. Monſtrat enim quòd ipſe fuerit perſecutor, & non perſecutor ſolùm, ſed etiam multis manibus occidens Stephanum. Memoriæ illorum ſuggeſsit graue homicidiū. Quod ſanè minimè ferebant, ſic de illo reprehendi. Et iam prophetia implebatur. Zelus igitur magnus, & accuſatio uehemens, & teſtes ueritatis Chriſti fi-
F denter loquentes erant ualde, ſed Iudæi non permit tebant ultra audire totam concionem, ſed ultra accenſi furore clamabāt. *Et dixit ad me, Vade, quia ego ad gentes procul mittam te. Audiuerunt autem eum uſque ad hunc ſermonem atque ſublatis uocibus dicebant, Tolle de terra hominem iſtiuſmodi, non enim fas eſt eum uiuere. Clamantibus autem illis, & proijcientibus ueſtimenta, & puluerem mittentibus in aerem, iuſsit tribunus ut induceretur in caſtra, dicens, flagris eum examinandum, ut cognoſceat propter quam cauſam contra illū clamant.* Oportebat hic tribunum etiam illos ipſos rogare, an ita res habeāt. At ille nihil amplius faciens, flagris illum præcipit examinari. Iuſsit enim illum, inquit, induci in caſtra: & deinde, ut dixit, flagris examinandum eum, ut ſciat propter quam cauſam ſic contra illum clamarent, id quod ab inclamantibus diſcere oportebat & rogare, an aliquem ex dictis apprehēderint, ſed ſimpliciter utebatur poteſtate, & faciebat in gratiam illorum. Non enim hoc quærebat quomodo iuſtè aliquid faceret, ſed quomodo illorum iniuſtū furorem placaret. *Vt autem aſtrinxerunt ipſum loris, dixit aſtanti centurioni: Num hominem Romanum & in-*

G demnatum licet uobis flagellare? Non est mentitus Paulus se dicēs Romanum hominem. Absit. Romanus enim erat. Ideo & tribunus eo audito, territus est. Et cuius, inquit, gratia timuit? Si etiā nihil aliud, timuit ne capiatur, & maiorem pœnam det. Et uide. Non simpliciter, inquit, Nunquid licet uobis? Duo crimina, & absque iudicio, & hominem Romanum. Magnum habebant priuilegium qui sic merebantur appellari, & non omnes hoc assequebātur. Ab Hadriano enim aiūt omnes Romanos esse dictos. Hoc autem uetus, non sic habebat. Vel etiam Romanum se uocabat, ut pœnam effugeret. Cōtemptior enim factus fuisset flagellatus, nunc autem hoc dicto maiorem illis incutit metum. Si autem flagellassent, & aggrauassent rem uel etiam occidissent illum, quod nunc effugit. Vide quomodo deus concedit etiam humano more multa fieri, & in illis & in alijs. Tribunus autem respondens, quòd multa summa ciuilitatem illam compararit, ostendit esse suspicionem prętextus, quòd Paulus diceret se esse Romanum, & forsan hoc suspicabatur ob uilitatem quæ in Paulo ap-
H parebat. *Quo audito, centurio accedens tribunum annunciauit, dicens: Vide quid facturus es. Homo hic Romanus est. Accedens autem tribunus dixit ei, Dic mihi num Romanus es? Ille autem, inquit, Etiam. Respondit tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc emi. Paulus uerò*, inquit, *Ego autem & natus sum. Statim autem recesserunt ab eo qui examinaturi erant illū. Tribunus quoque timuit ut cognouit quòd Romanus esset, & quòd ligasset illum.* Ego autem, inquit, etiam natus sum. Igitur & patre erat Romano. Quid igitur posteà? solutum deducit ad Iudæos. Sic non erat mēdacium dicere se esse Romanū, eo quòd & à uinculis propterea solutus est. Et quomodo, audi: *Postero autem die uolens scire certum quam ob causam accusaretur à Iudæis, soluit illum & iussit simul uenire principes sacerdotum & totum concilium, ac deducĕs Paulum sistebat coràm illis: Intentis autem oculis in concilium dixit.* Non iam ad tribunum,
Caput XXIII. sed ad omnem populum omnemq; multitudinem loquitur. Et quid dicit? *Viri fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum coràm deo usque in hunc diem.* Vult dicere, Non sum mihi ipsi conscius, quòd uos
I læserim, nihil dignum hisce uinculis commisi. Quid igitur princeps sacerdotum? Oportebat compungi propter ea quæ in ipsorum gratiā iniustè passus est. Ille autem & magis affligit & iubet eum uerberari, quod etiam manifestum ex his quæ addidit. Princeps autem sacerdotum Ananias, his qui astabāt ei, præcepit, ut percutiant os eius. Bonus scilicet & māsuetus pontifex. *Tunc Paulus ad illum dixit, Percussurus est te deus paries dealbate: & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti. Illi autem astantes dixerunt, Principi sacerdotum dei maledicis? Et dixit Paulus, Nesciebā fratres quòd esset summus sacer*
Exo.22.d *dos. Scriptum est enim, principi populi tui, ne maledicas.* Itaque quidam dicunt, quòd sciens irreserit. Mihi autem uidetur, quòd neque omnino scierit quòd esset princeps sacerdotum, alioquin & honorasset. Ideo & defendit quasi accusatio sit. Et addit, Principi populi tui non dices malè. Quid igitur dicit? Nam si nō princeps esset, aliūmne simpliciter contumelia notare oportuerat? Minimè. Sed etiam is qui contumelia afficit, magis ferendus est. Digna autem quæstio
1.Cor.4.c est, Quomodo idem alibi dicēs: Cum maledicimur, benedicimus: dum persecutionem patimur, sustinemus: Hìc sanè contrarium facit, & non solùm conui K cijs lacessit, sed etiam maledicit. Absit, neutrum horum feciſſet apparet, sed rem exactius consideranti, magis uerba sunt liberè loquentis, quàm iracundi. Et aliter: Non uolebat contemptibilis uideri tribuno. Si enim ille quidem tribuno pepercisset flagellari Iudæis exposituro, quòd à seruis cæderetur, magis illum audacem fecisset. Propter hoc non ad ministrum sermonem uertit, sed ad eum qui iusserat adornans. Quod autem dicit, Paries dealbate, & tu sedens iudicas me secundum legem, dixit, quasi hoc ei dicens: Reus existens, & multis plagis dignus. Vide saltem quomodo ad illius libertatem in dicendo populus territus fuerit, oportuerat totum conuerti. Debacchantur autem magis, sed ipse etiam legem legit. Quoniam uult ostendere, quòd nō ideo hæc dixerit, ut terreat, uel ut indignum qui audiat, sed lege etiam hìc persuadens. Et ualde credo, quòd nescierit eum esse principem sacerdotum, eo quòd post longum tempus redierit, neque continuò fuerit cum Iudæis, sed uiderit illum etiam cum multis. L Nō enim iam manifestus erat princeps sacerdotum. Cum igitur multi essent ac uarij, ita mihi etiam hæc in alios torsisse uidetur, ostendens quòd legi credat, & per hoc rationem reddit. Videamus autem iterum quæ lecta sunt: *Cum orarem*, inquit, *in templo, factum est, ut fierem in ecstasi.* Vt manifestet non simpliciter uisionem fuisse, propter hoc apposuit, Cum orarem ego. Festina & egredere uelociter, inquit, eo quòd non suscipient tuum testimonium. Hìc ostendit, quòd non timore periculorum ab illis fugerit, sed quòd non erant suscepturi testimonium eius. Quare autem dixit, Ipsi sciunt quòd ego eram alligans illos? Non contradicens Christo dicit, sed uolens discere tam mirabile opus. Vade, inquit: quia ego ad gentes procul mittam te. Vide nō docuit illum Christus quid oporteat facere, sed iussit solùm abire, & obtemperat, adeò erat sequax. Et extulerunt uocem suam, inquit, dicentes, Tolle illū, non enim cōgruit ut uiuat. O audaciam. Immo uos non congruit ut uiuatis: non hunc deo per omnia obedientem. O scelesti & homicidæ. Et excutientes uestes, inquit, puluerem mittebant: quod faciebant M ad maiorem seditionem mouendam, uel etiam terrere uolentes principem. Et uide, non dicunt causam, quoniam nihil poterant dicere, sed clamoribus concussuros se putant. Attamen oportuerat ex accusatoribus causam cognoscere. Et tribunus timuit, inquit, cognoscens, quòd Romanus esset. Non erat mēdacium Paulum esse Romanum. Et soluit illum à uinculis, inquit: & deductum statuit in concilium. Hoc oportebat facere ab initio, & neque ligare, neque uelle flagellare, sed dimittere eum qui nihil tale fecerat, uinculis dignum. Et soluit illum, inquit, & deductum illis sistit. Hæc res maximè anxios fecit Iudæos. Intentis autem oculis Paulus in concilium, inquit, Viri fratres. Hìc fiduciam suam in loquendo ostendit irreprehensibilem: sed uide etiam illorum impudentiam. Addidit enim, Princeps autem sacerdotum Ananias, præcepit ut uerberetur os eius. Quare percutis? quidnam dixit cōtumelia dignum? O impudentiam, ô audaciam. Tunc, inquit, ad illum Paulus dixit, Percussurus est te deus paries dealbate. Papæ, libertatem. Simulationis & præuaricationis illum suggillat. Vnde ob hoc etiā humiliatur. Et

A ipse quidem anxius, nihil audet dicere: sed qui iuxta illum, non ferebant illius libertatē. Ita uidebant hominem moribundū, & non ferebāt. Nesciebam, inquit, quòd summus sacerdos sit. Nunquid ignorātiæ increpatio erat? Nam si hoc nō fuisset, etiam accepto illo abiisset, & non siluisset, licèt exposuisset illis illum tribunus. Hìc ostendit quòd uoluntarius patitur q̄ patitur: & sic rationē reddit cum illis, legi se obedire, non illis, demonstrare uolens, alioquin & illos ualde condemnabat. Propter legem igitur rationem reddit, sed non propter populum. Meritò: Eum enim q nihil iniustè fecerat occidere, præsertim innocentē, contra legem erat. Igitur contumelia nō erat quod
Mat.23.c dictum est: nisi quis ea quoque contumeliam esse dixerit, quando dicit, Væ uobis scribæ ac Pharisæi, quia similes estis parietibus dealbatis. Etiam, inquit. Sed si antequàm uerberatus esset, hoc iussisset, non fuisset iræ, sed magnę libertatis. Dixi autem causam, quòd noluit contemptibilis esse. Quoniam & Christus contumelia notauit Iudæos, ipse contu-
Ioan.5.g melia affectus: Sicut quando dicit, Ne putetis quòd
B ego accusem uos. At non est hoc afficere contumelia? Absit. Videte igitur, cum illis quanta mansuetudine loquitur. Nesciebam, inquit, quòd summus sacerdos sit dei. Hoc dixit, & nesciebat: sed ostendit quòd nō irrideat: ac subdit, principi populi tui non maledices. Vides quo etiam principē ipsum adhuc uocat. Discamus igitur & nos æquitatem, ut in utrisque simus perfecti. Multa enim diligentia opus est, ut discamus quid hoc scilicet sit, & quid illud. Sunt enim uitia cognata uitiis illis: & iuxta dicēdi libertatem pullulat temeritas, & iuxta æquitatē mollicies. Et probè considerandū, nequis uirtutem putet possidere, qui uitia apprehendit: quemadmodū siquis opinetur se iungi dominæ, & iūgitur ancillæ. Quid igitur est æquitas, quam epiciam uocant? Et quid mollicies illa nō uirilis anādria dicta? Quādo alij quidem iniustè læduntur, nō ulciscimur, sed silemus ipsi: molliciei est. Quando aūt nos malè affecti toleramus, æquitatis erit. Quid autem dicendi libertas est? Iterum illud ipsum dico, Quādo pro alijs certamus? Quid uerò temeritas? Quando nos
C ipsos ulcisci meditamur. Atq; ita simul iunguntur magnanimitas, & dicendi libertas: Etiam temeritas iterum, ac mollicies. Qui enim pro seipso non dolet, uix pro alio nō dolebit. Qui aūt seipsum non ulciscitur, difficilè alios non iuuabit. Quando puri nobis fuerint mores ab affectione, accipiunt & uirtutem. Sicut purū corpus à febrē accipit robur: ita certè & anima, si non ab affectionibus corrūpatur. Magnæ uirtutis indicium est æquitas. Eget enim æquitas nobili prædaraq; anima. An parum putas esse, affligi, & nō grauatim ferre? Et non quis peccarit, curā pro proximo, fortitudinem uocans. Qui enim tam potentes fuerit, ut tantam possit uincere affectionem, ualebit etiam aliam uincere: utputa, duæ affectiones sunt, timor, & ira. Si iram compescueris, manifestum quòd & timorem. Irā autem uinces si æquus fueris. Igitur & timorem si uiceris, eris fortis. Iterum si non uiceris iram eris temerarius. Hanc autē si non uiceris, neque timorem superabis, itaque & timidus eris. Et hoc fit, ut si corpus imbecillum, ita erit malè temperatum, ut nulli labori obluctari ualeat: & statim uel à frigore, uel à calore consumitur. Ita enim habet corpus, qualitatib⁹ eius malè temperatis. Vbi autem bene temperatæ sunt, omnia subsistunt. Ite- D rum est uirtus magnanimitas, & iuxta eam pullulat prodigalitas. Virtus dispensatio est, & omnia probè dispensare facit. Pullulat iuxta eam sordicies, & parsimonia. Agè igitur, uirtutes iterum congregemus. Igitur non magnanimus est intemperans. Quomodo? Qui ab innumeris capitur affectionibus, quomodo magnæ esset animæ? Non enim pecuniarum ille est contemptor: sed ab aliis affectionibus imperium accipere paratus: Quemadmodum siquis latronibus pareat, illorum mandatis pariturus, non esset liber. Non enim ex contemptu pecuniarum fit consumptio: sed ex eo quod malè, ubi non oportet, dispensatur: alioqui siquidem liceret & habere & frui illis, utique uellet. Qui autem insumit ubi opus est, pecuniam: hic magnanimus est. Magna enim reuera est anima, si affectioni non seruit, quæ nihil putet esse pecunias. Iterum dispensatio bonum quiddam est: ita & dispēsator esset optimus, si, ut oportet, eroget, & non simpliciter non dispenset. At de parsimonia non est idem dicendū. Nam ille quidem omnia, ut oportet, dispensat: qui parcus autem, neque si neces- E sarius postulet usus, pecunias attingit. Dispensans igitur, ut oportet, magnanimi frater est: igitur magnanimum affirmabimus etiam dispensatorem probū, & prodigum etiam sordidum: utrisque enim ex pusillanimitate accidit. Igitur sicut & illi à magnanimitate, ne obsecro magnanimum uocemus eum qui simpliciter erogat, sed erogātē ut oportet: neque dispensantem ut oportet, sordidū & parcum, sed tempestiuè parcentem pecuniis. Quāta diues ille insumpsit, qui indutus byssum & purpuram, sed non erat magnanimus. Anima enim eius à crudelitate uexa- Luc.16.e batur, & à uariis uoluptatibus: quæ autem talis est, quomodo esset magna? Magnanimus erat Abrahā, Gen.18.a in pauperibus suscipiendis multa insumens & uitulū occidens, & ubi oportebat nō solū non opibus, sed neq; animæ suæ parcebat. Si igitur uiderimus quendam qui precioſam apposuerit mensam, habeatq; scorta & parasitos: ne magnanimum uocemus hūc, sed ualde sordidum. Vide quot affectionibus seruit ac subiectus est, gulæ, uoluptati absurdæ, adulationi. Eū autem qui tantis obnoxius est, & nec ab uno F effugere potest, quō quis magnanimū uocarit? atq; adeo tūc ipsum maximè uocamus sordidū, quando plurimum insumit. Quantò enim plura insumit, tantò magis manifestat tyrannidē suarum affectionū, quæ si nō ualde imperassent ei, nō tanta insumpsisset. Iterum si uiderimus aliquem horū nulli quicquā dare, sed pascere pauperes, & suppeditare his qui indigent, ipsum autem habere mensam uilē, hunc ualde magnanimū dicamus. Verè enim magnæ animæ est suam despicere quietem, & curare alienā. Dic oro mihi, Si quem uideris contemnentem quidē omnes tyrannos, & nihili facientē illorū præcepta, eos autem qui ab illis uim patiuntur eripientem, ac eos qui malè habent: nōne putaueris hoc magnū? Hoc sanè & hìc cogitemus: Affectiones, tyranni sunt: si igitur contēpserimus illos, magni erimus: si autem & alios eripiemus, multò maiores. Meritò: qui enim sibi ipsis nō sufficiunt solis, sed etiam aliis, maiores his, sunt qui neutrum faciunt. Si autem imperium, quis accipit à tyrāno, ut & subditos percutiat, & alios pertrahat, alios cōtumelia afficiat, nunquid hūc dicemus magnanimum? Minimè, & tātò magis quātò maior

G fuerit. Ita in proposito est. Nūc enim proponitur anima quę cū sit nobilis ac libera, hanc autē prodigus iussit percuti ab affectionibus. Igitur eū qui seipsum percutit, hunc ne magnanimum dicemus? Itaque discamus, quę nam sit magnanimitas, quæ prodigalitas. Quæ sit dispensandi iustitia, & quæ parsimonia sordida: quę sit equitas, & quæ mollicies: & quę i dicendo libertas, & quæ temeritas, ut hæc inter se discernentes, posimus, placentes domino præsentem uitam transigere & futura bona assequi, gratia & misericordia unigeniti filij cui cū patre simul ac spiritu sancto sit gloria, imperium ac honor, nūc & semper & in secula seculorum, Amen.

Sciens autem Paulus quòd una pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, Ego Pharisæus sum, Pharisæi filius, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hoc dixisset: facta est dissensio inter Pharisæos ac Sadducæos, & dissecta est multitudo. Nam Sadducæi, quidem dicunt, non, esse resurrectionem, neq; angelū, neq; spiritū. Pharisæi aūt utraq; confitētur.

H Homilia. xlix.

Terum humano more differit, & non semper gratia fruitur, sed ēt permittitur à seipso aliquid afferre, quod sanè & facit. Et in hoc & in sequenti sermone rationē reddit, uolens scinde re multitudinem in malū conspirantem. Et non mē titur etiam hic, Pharisæum se dicēs. Pharisæus enim erat ex progenitoribus, propter hoc & sic rationem reddit. Pharisæus ego sum, Pharisæi filius, & de spe ac resurrectione mortuorum ego iudicor. Quoniā enim illi nolebant dicere, quare non iudicant illum, cogitur iam ipse enunciare. Pharisæi autem, inquit, confitentur utraq;. Sanè cum tria sint, quomodo dicit utraq;? Vel quòd spiritus & angelus unum sit, uel quòd nō solùm dictio illa de duobus, sed etiam de tribus accipitur. Itaque abusiuè sic locutus est, & non propriè. Et uide, quādo pro illis stabat, tunc rationem reddunt pro eo. *Factus est enim*, inquit, *clamor magnus, & cū surrexissent scribæ partis Pharisæorū depugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in hoc homine. Quod si spiritus locutus est ei uel angelus, ne repugnemus deo.* Et quare nō anteà rationē pro illo reddiderunt? I quia illis nondum commistus erat, neq; manifestū erat priusquàm rationem redderet fuisse Pharisęum. Vides quando affectiones abscedunt, quomodo ueritas inuenitur? Quod autem dicunt, hoc est: Quale crimen si angelus ei loquutus est aut spiritus, & ab ipso edoctus sic de resurrectione docet? Igitur desistamus ab illo, ne si contra eum pugnauerimus, etiam inimici dei inueniamur. Vide sapienter illos rationem dare etiam Paulo nullam dante occasionē. *Magna autē facta seditione, ueritus tribunus ne discerpatur Paulus ab eis, iussit exercitū descendere & rapere eū de medio illorum adducereq; in castra.* Timetq; nunc tribunus ne discerpatur, quoniā dixerat quòd Romanus sit. Vnde & non carebat res periculo. Vide quòd iustè cōfessus est se esse Romanum. Nónne si etiam nunc non timuisset tribunus, & milites Paulum rapuissent? Iudęi uerò quicquid reliquū perpetrassent, cum uoluissent quidem & anteà, licēt prohiberentur. Ita non subsistit malitia, tametsi tāta re morentur, quanuis etiam adeò multa dispensata sint, ut & furor demulceretur, & discerent per quę respiscant: nihilominus instant, unde magna est defensio illa quòd discerpturi erant hominē, qui raptus est ut tāta pericula effugeret. *Sequenti autem nocte, assistens ei dominus ait, Bono animo esto Paule: ut enim testificatus es de me Hierosolymis sic te oportet et Romæ testificari. Facto autem die, Iudæi facta collectione anathematizarunt se, neque esuros, neque bibituros, donec occiderēt Paulū. Erāt autem plures quā quadraginta, qui hāc coniurationem fecerant.* Anathematizarūt seipsos, inquit. Vide ut sunt uehementes, & ultionis cupidi in malitia. Quid est anathematizarunt? hoc est, dixerūt se esse extra fidē in deum, nisi quod decreuerant contra Paulum, implerent. Igitur semper sunt anathematizati illi, non enim occiderunt Paulum. E quadraginta simul conueniunt. Talis autem gens est, ut quando in bonum conueniendum neque duo concurrunt: quando autem in malum, populus totus, & accipiunt socios ac principes. Ideo & hoc manifestans addit, *Qui accesserunt ad principes sacerdotum ac seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nosipsos nihil degustaturos donec occidamus Paulum. Nunc ergo uos significate tribuno & cōcilio, ut cras producat illum ad nos tanquam aliquid certius cogniturus de eo. Nos uerò priusquam appropinquet, parati sumus interficere illum. Cum autem audisset filius sororis Pauli insidias, uenit & intrauit in castra, nunciauitq; Paulo. Accersito autem Paulus uno ex centurionibus dixit, hunc adolescentem perduc ad tribunū. Habet enim quod renunciet illi. Et ille quidem assumens adduxit ad tribunum.* Iterum per humanam seruatur prouidentiam. Et uide, Paulus nullum sinit discere, neque centurionem, ne manifestum fiat negocium. *Et ueniens centurio annūciauit tribuno dicens, Paulus uinctus accersito me rogauit ut hunc adolescentem ducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa autem manu illius tribunus, secessit cum eo seorsum, & percontatus est illum: Quid est quod habes significandum mihi? Ille autem dixit, Iudæi conspirarunt ut rogarent te, ut in crastino die educeres Paulum in concilium, quasi aliquid certius cogniturus sint de illo: tu uerò ne morem gesseris illis. Insidiantur enim ex his uiri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt, ne uel edant uel bibant, donec interficiant eum, & nunc parati sunt expectantes ut permittas. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens, necui effutias, quòd hæc ad me retuleris.* Bene tribunus iubet M occultare, ne fiat manifestum. Et tunc dicit centurionibus, quando & fieri oportebat, & mittitur posteà in Cæsaream, ut & illic differat in maiore spectaculo, & clariore auditorio, ne possint dicere Iudæi, si uidissemus Paulum, credidissemus si audiuissemus docentem. Hæc illis occasio sublata est posthac. Et astans, inquit, dominus ei, dixit ei, Bono animo esto Paule, nam ut testificatus es de me in Hierusalem, ita oportet etiam Romæ testificari. Vide etiam postquàm apparuit ei iterum permittit ei humano more seruari. Et dignum fuerit cum stupore admirari Paulum quomodo nō turbatus fuit, neque dixit, Quid enim hoc est? nunquid deceptio est à Christo? sed nihil tale cogitauit, uel accidit ei, sed solùm credidit. Certe nō quoniam credidit somniculosus fuit, sed quæ per humanam, sapientiam contueri poterant protulit. Considera autem, quomodo illi necessitatem quandam sibiipsis iniungūt per anathematismum. Ecce ieiunium homicidij mater, sicut & Herodes etiam iuramento necessitatem Mar.6.d sibiipsi iniunxerat, ita & illi. Tales sunt uenandi artes diabolo qui prætextu pietatis laqueos tetigit.

Hęc

A Hæc non sunt sacerdotum sed latronum, hæc non principum sed facinorosorum. Et uide malitiam excellentem, non sunt contenti, quòd se mutuum corrumpant, etiam principem una cum ipsis corrumpere attentant. Et idcirco hæc ita acciderunt, ut & ille disceret insidias illorum: isti autem nō solom ex eo quòd nihil poterant dicere, sed ēt ex eo, quod clàm moliebantur, arguerunt sese nihili esse. Verisimile autem est illos, postquàm Paulus amandatus est summos sacerdotes accessisse, & sic confusos esse, & re infecta dimissos. Meritò autem hoc facit tribunus. Nolebat enim uel gratificari uel annuere: Et inquit, credidit uera esse quæ nunciauit adolescens? Ex his quæ iam euenerant coniectabat, quia & hoc facturos illos uerisimile erat. Et uide malitiam, quemadmodum necessitatem etiam principibus sacerdotū attulerunt, & ne mireris: nam si intantum illi seruebant, & omne periculum sustinuissent, multò magis & istos hoc facturos uerisimile erat. Vides quomodo exterorum sententia esse innocens Paulus perhibetur, sicut & Pilatus Christum excusat. Vide etiam

B ut malignitas seipsam perdit: nam tradiderunt quidam illum, ut occiderent ac condemnarent, sit autē contrarium, & seruatur & innocēs reperitur. Si enim non sic, etiam discerptus esset: si nō sic, etiam periisset, etiam condemnatus esset. Non solū autem tribunus liberat illum ab hoc impetu, sed & iuuat illum, ut in tanto discrimine etiam absq; periculo seruetur. Et quomodo nam? Audi, subdit enim: *Et accersitis duobus quibusdam centurionibus, Parate mihi ducentos milites, ut proficiscantur in Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis, & iumenta præbete, ut impositum Paulum saluum perducant ad Felicem præsidem, scriptis literis in hanc formam: Claudius Lysias potentissimo præsidi Felici salutem. Virū hunc comprehensum à Iudæis, cum iam interficiendus esset ab eis, superueniens cum exercitu eripui, cognito, quòd Romanus esset, uolensq; scire causam, ob quam accusarent illum, deduxi eum in concilium eorum, quem comperi accusari de quæstionibus legis eorum, nullum dignum morte aut uinculis habentem crimen Et cum indicatum esset mihi de insidijs quas ponerent illi, misi eum ad te, præcepto dato etiā*

C *accusatoribus, ut quæ habent aduersus eum, dicant apud te. Vale.* Vide & epistolam habere excusationem pro illo. Nullum enim, inquit, inueni habere crimen, & accusationem cōtra illos & contra hunc, sic anxius erat. Et primū quidem, inquit, quòd interficiendum à Iudæis eripuerit: deinde addit, quòd deduxi illum ad eos, & neq; sic inuenirent illi quod obiicerent. Et oportebat ob priora territos fieri, & confundi, & iterum attentāt occidere, ut iterum pro illo clarior sermo fiat. Et cur nam accusatores mittit? Vt pro tribunali ibi hæc diligentius exquirātur, & innocens fiat. Videamus iterum quæ suprà sunt dicta: *Ego*, inquit, *Pharisæus sum.* Hoc dixit, ut etiam illos conciliet, deinde ne uideatur adulari, subdit: De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Ab accusatione & calumnia illorum se continet. Nam Sadducæi quidem neque angelum esse neque spiritum dicunt. Nihil incorporeum sciunt Sadducæi, fortasis neque deum, quia tam crassi sunt, unde neque resurrectionem credendā esse putant. Et seditione orta, inquit, scribæ depugnabant dicentes: Neque malum inuenimus in homine isto. Vide, audit & tribunus quòd istum à criminibus excusarēt Pharisęi, & sententiam tulit pro illo, & maiore cum fiducia eripit eum. Et D hæc quæ dicta à Paulo, plena erant sapientiæ. Sequēti autem nocte astans illi dominus dixit, Bono animo esto Paule, sicut enim testificatus es de me i Hierusalem, ita oportet etiam in Roma testificari. Vide quanta consolatio, Primò illum laudat: deinde non sinit incertam profectionem illius in Romam, quasi diceret, non abibis solū illuc, sed etiam erit tibi libertas in loquendo. Hinc non manifestatur quòd seruetur, sed quòd in magna ciuitate cum magna corona testificaturus sit. Quare autem nō priusquam incideret in periculum apparuit illi? Quia semper in tribulationibus consolatur deus. Tunc enim desiderabilior apparet, & in periculis exercet nos, & aliter: Tunc quidem in refocillatione erat liber à uinculis, nunc uerò grauia susципienda erāt. Quia anathematizauimus nosmetipsos, inquit, non esuri neq; bibituri. Papæ quanta insania? seipsos anathemati sine ratione obnoxios faciunt. Vt deducant illum, inquit, ad uos, quasi aliquid certius cogniturі de illo. Quid dicitis, nónne secundò uobis concionatus est? nónne Pharisæum se esse dixit? Quid igitur reliquum? Ita ni- E hil reuerebantur, non tribunalia, non leges. Ita nihil ab illis inattentatum remansit. Et sententiam intentant, & actionem denunciant. Cum audisset autem filius sororis Pauli insidias. Hoc iam diuina fit dispēsatione, illos non esse cōscios quòd audiantur. Quid igitur Paulus? Nō turbatus est, sed cōscius sibi, quòd opus dei esset, & omnia in illum proiiciens, salutem habuit ex ea re. Et obserua quomodo deus omnia in bonum ordinauit. Dixit adolescens insidias, credi tum est ei, & ita posthac seruatur Paulus. Et si libera tus est inquit, à causa, quare accusatores misit? & ut exactior fiat inquisitio, & uir magis perfectus appareat. Tales sunt diuinæ ordinationes, ut per quæ offendimur, per eadem utilitatē accipiamus. Ita Io- Gen.39.b seph insidijs petebatur à domina, & putabat quidē illa se insidiari, sed insidiando securum fecit illū à bestiola illa, domus educabatur, & illi carcer multò mitior erat, nam cū illic esset, quanuis famularetur, cōtinuò tamen in timore erat, nequādo insidiaretur ei domina, & urgebat illū timor carcere grauius. Post accusationē autem in securitate erat ac quiete, libe- F ratus ab illa bestiola, & turpitudine, & insidijs. Iucūdius enim ei erat uiuere cum ærumnosis hominib⁹ quàm cum insaniente domina. Itaque ibi consolabatur seipsum quòd propter continentiam iniectus esset, illic aūt timebat ne in anima plagam ferret: nihil enim molestius iuueni muliere, cui nō assentitur, nihil scelestius, nihil grauius, atq; adeò non incidit in carcerem, sed carcerem effugit: inimicum illi fecit dominum, sed conciliauit deum: familiariorem ipsum reddidit uero domino, priuauit præsidio domestico, sed addixit domino. Iterum fratres uendiderūt, sed liberarunt à contubernalibus inimicis, inuidia & odio magno ac quotidianis insidijs, longè fecerunt eum ab odio habentibus. Quid enim hoc deterius, quando quis cohabitare cogitur cum fratribus inuidia laborantibus, quando suspectus est, quando insidijs expositus? Ita & alia faciebant, cùm hi tum ista, alia aūt & magna à deo pro iusto ordinabātur: quando erat in honore, tunc erat in periculo: quādo erat in ignominia, tunc erat in securitate: nō memores erant illius Eunuchi, & bene, ut clarior fieret eua dendi occasio, ne humanę gratiæ, sed diuinę uirtuti

G totum adscriberetur, ut tempestiuè in usum constituendus educeretur, ne benefaciens, sed beneficium accipiens, è carcere Pharao illum educat: nō oportebat seruile fieri donum, sed necessitate regē premi, oportebat manifestam illius fieri sapiētiam: pp hoc obliuiscitur Eunuchus, ne in obliuionē ueniat Aegyptus, ne ignoret illum rex. Si tūc eductus fuisset, forsan in terrā suam redire desiderasset, propterea multis necessitatibus fit obnoxius, primū domino, deinde carceri, tertiò regno, ut hæc sic ordinentur. Quēadmodum. n. generosum equū uolentē ad suos exilire, retinuit deus ibi, propter gloriosas causas: nam quòd desiderarit patrē uidere, & à dolore liberare, manifestum est ex eo quòd illuc uocarit. Vultis etiā aliās uideamus insidias, quòd pro nobis fiant, non solū quòd mercedem habent, sed ēt quòd in tempore isto pro nobis faciant? Insidiabatur illius patri patruus huius, & patria eiicit. Quid igitur? etiam ipsum procul à periculis amouit. Factus est & ipse securus, fecit magis philosophum, fecit uidere somniū. Sed seruiuit in aliena terra? & ad illos profectus accipit
H sponsam, & dignus uidetur socero. Iam decipit autē & ille, sed etiam hoc in bonum tendit euentum, ut multorum puerorum fieret pater. At uolebat insidiari, uerū etiam hoc in bonum cedit, ut in terram suam posteà redeat. Si enim fuisset in fœlicitate, non sic desiderasset patriam. Vltrà abstulit mercedē, at illa magis creuit. Sic semper quò magis insidijs erant obnoxij, hoc amplius res eorū florebant. Si nō adultiorem duxisset forsan, haud fuisset factus tot puerorum pater, sed in peregrinatione multū temporis contriuisset, & mœstus fuisset quemadmodū & mulier. Illa enim meritò mœsta erat, eo quòd non esset facta mater. Hic aūt habet consolationem, unde illā & repulisset. Iterum si non fraudasset ipsum mercede, non desiderasset uidere terram suam, non declarata fuisset uirtus uiri, nō magis familiares factis essent ei. Vide enim quid dicunt, Deuorando deuorauit nos & argētum nostrū. Et ita hinc prodijt, amoris causa. Seruas ferè habuit pro mulieribus, & diligebatur ab eis, cui possessioni haud poterit conferri aliquid. Nihil enim honestius q̄ amari ab uxore &
I amare. & sapiens inter beatos ponit, quibus amabilis quæ amat uxor obuenit: ibi enim uerè diuitiæ, & multa abundat fœlicitas. Igitur si illud non sit, nulla aliorum erit utilitas, sed omnia turbantur, omnia in suauitate & confusione plena sunt. Igitur & nos hoc ante omnia quæramus. Pecunias quærens, non hoc quærit. Hæc quæramus, q̄ firma esse possunt, ne nuptias ab opulentis, ne immodicæ diuitiæ uxori superbū afferant sensum, & inde corruptionē. Non uides, quid fecit deus, cūo illam subiecit? Quare ingratus es, quare insensatus? id quod tibi natura concessum, hoc tu ne corruperis adiutoriū, & ita nō oportet te diuitem quērere, sed ut habeamus cōem sociā ad liberos procreādos: nō ut pecunias afferat uxor illam dedit deus, sed ut sit adiutrix. Quæ autē pecunias affert, ēt insidiatur, & domina sit pro ministra, uel forsan bestia pro muliere, uolens propter diuitias sapere magna. Nihil turpius uiro qui sic uult ditari. Si enim istuc ipsum ditari tentationibus plenū est, sic aūt ditari quid non afferet? Ne enim hoc attēdas, si id quibusdam accidat rarò: nam & in alijs negocijs, quibus præter expectationē fruuntur quidā, non spectatur quòd plerique fortunatiores sint, sed id uideamus quod ratio docet. Si multa insuauia tibi K erunt, non solus in ignominia eris, sed etiam pueros confundes, pauperes relinquens, si prior moriare, & ei multas occasiones das ut mox secundum quērat maritum. Non uides multis hanc fuisse causam secundarum nuptiarum, ut non contemnantur, & ut quærant eos qui rebus suis præsint. Itaq; ne hæc operemur mala propter opes, sed omnia relinquamus, & animam inquiramus bonam, ut & dilectionem assequamur. Hæ sunt magnæ diuitiæ, hæ sunt magnus thesaurus, hæc sunt innumera bona. Quæ nos omnes assequi, ut oportet, & iuxta leges dei uiuere, ut etiam futuris bonis frui possimus, concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Itaque milites ut præceptum erat eis assumpto Paulo, duxerunt per noctem in Antipatridem, & postero die relictis equitibus qui erant cū illo, reuersi sunt in castra. At illi ut uenerunt Cæsaream, & reddiderunt epistolam, duci statuerunt etiam Paulum. L

Homilia quinquagesima.

Educunt quasi regem quendam lancearijs
d stipatum cū tanta multitudine & in nocte, timentes irā & impetum populi. Igitur postquàm eiecerunt illū è ciuitate, tunc desistunt. Nō autem tribunus cū tanta illū securitate emisisset, nisi & ipse in nullo eum condēnasset, & illorum sanguinariam sciuisset mentem. *Vt aūt legit & rogauit, ex qua prouincia esset, & cognoscens quòd ex Cilicia: Audiam te,* inquit, *quando & accusatores tui uenerint, iussitq; illum in prætorio Herodis custodire.* Iam pro illo ratione dederat Lysias, attamen & sic Iudæi insidiantur, & præoccupant auditorem: & iterū in uincula mittitur, & audi quomodo: *Post quinq; autem dies descendit princeps* Caput
sacerdotum Ananias cum senioribus & rhetore quodā Ter XXIIII.
tullo, qui & comparuerunt apud præsidem cōtra Paulum. Vide quomodo neq; sic destiterunt, sed utuntur uarijs prohibitionibus, quanuis prohibeantur, atque adeò sicut illic confunduntur. *Vocato aūt illo, cœpit Tertullus accusare dicens, Cum in multa pace agamus per* M
te, & multa bona opera fiant huic populo per tuam prouidentiam semper & ubiq; suscipimus præstantissime Felix cum omni gratiarum actione. Sed ne diutius te morer, oro ut paucis nos audias pro tua humanitate. Profectò uos hoc feciſtis, oratore qd opus erat? Vide qūo hic statim ab initio, quasi rerum nouatorē, & seditiosum calumniari uult, & iudicem laudibus præoccupat. Deinde quasi multa possit dicere, ptercurrit, & unū hoc dicit. Vt autē ne diutius te detineam, Vide qūo iudici puniendi desiderium immittit, utpote cōprehēsuro orbis turbatorem, & quasi in magno bono opere gloriantur. *Inuentum enim uirum hunc pestilentem, & mouentem seditionem omnibus Iudæis in uniuerso orbe, sectæ Nazaræorum præstitem, qui etiam templum attentauit prophanare quem etiam apprehendimus et uoluimus secundum legem nostram iudicare, superueniēs Lysias tribunus magna cum ui, ex manibus nostris abduxit, iubens accusatores eius ad te uenire, ex quo potes ipse diiudicans de his omnibus cognoscere de quibus nos accusamus eum.* Vt pestilentem iam, & ut communem hostem gentis accusant, & præstitem sectæ Nazaræorum: uidebatur hoc q̄ gnominiosum, quòd Nazaræorum.

A Ideo & hoc allegarūt, & ab hoc iterū accusant eum. Nazareth enim cōemptior erat, & inuentū inquit. Vide malignè qūo ut fugientem calumniantur, & uix se illū assecutos, quanuis septē diebus fuerit in templo. Apprehendimus & secundū legem nostrā iudicare uoluimus. Vide qūo & legem contumelia afficiunt. Neque enim hoc legis erat, percutere, occidere, insidiari. Additur & Lysiæ accusatio: Superueniens autē Lysias tribunus magna cū ui, ex manib⁹ nostris abduxit. Nō conueniebat illi rem hanc facere quam tamen fecit. Ex quo poteris diiudicans de his omnibus cognoscere, de quibus nos accusamus illum. Adiecerunt autē & Iudæi dicentes, hæc sic habere. Quid igitur Paulus? nunquid ad hæc tacet? minimè, sed liberè loquitur, iterum & respōdet, idq; uolente præside. Addidit enim: *Respondit autem Paulus innuēte ei præside ut dicat: Sciens multis annis te iustum iudicem huic genti esse, æquiore animo de rebus meis satisfacio. Cum possis tu cognoscere, non esse plures quam duodecim dies ex quo ascendi Hierusalē adoraturus, & neque*
B *in tēplo inuenerunt me cū aliquo loquentē aut cōcursum facientē turbæ, uel in synagogis, uel in ciuitate, neque probare possunt ea de quibus me accusant.* Non sunt hæc adulationis uerba, testificare iustitiā iudici, sed illa magis quòd multa pace potiantur per eū. Quur igitur iniustè seditiosi estis? Obserua aūt, Ad iniustitiā impellebant: hic quod iustum, quærebat. Ideo & dicebat, Aequiore animo de rebus meis satisfacio. Deinde & à tpe cōfirmat. Sciens te multis annis iustū iudicē. Et quid hoc ad demōstrationem conducebat? Ostendit sanè quòd & ipse sciat, nihil se eorū feciſſe quorum accusabatur. Si autē concursum turbę unq̄ cōcitasset, utiq; iudex ipse cognouisset, nec ei qui tantus erat occultum fuisset. Deinde quoniam accusator, nihil potuit mōstrare in Hierosolymis, uide, qd dicit, Omnibus Iudæis in uniuerso orbe: mendaciū confingēs. Idcirco Paulus hinc illum abstrahēs, Adoraturus ascendi, inquit: Quasi per hoc rationem reddens. Quia tantùm abest, ne seditionem concitem. & in hoc iusto, quod certè ualidum erat, immoratur: subdit enim, Neque in templo, neque in ciuitate neque in synagoga inuenerunt me cum aliquo lo-
C quentem, id quod & uerum erat. Et ille quidem prę stitem, inquit, quasi in bello aut tumultu: hic autem uide ut humaniter respondit: *Confiteor autem hoc tibi, quod iuxta uiam quam uocant Sectam, sic colo patrem deū, credens omnibus quæ in lege ac prophetis sunt scripta, spem habens in deū, quā & ipsi amplexantur, futurā resurrectionem iustorum & iniustorum.* Vide, seiungebant hunc illi, hic uerò se adiungit & legi, per ea quę respōdet, addictum declarat, cōfirmansq; iterum quod dixerat, addit: *In hoc aūt & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere erga deum, & erga omnes semper. Post annos autem plures acceſi, eleemosynas exhibiturus in gentem meam & oblationes, in quibus compererunt quidam me purificatum in templo, haud cum turba, neque cum tumultu.* Quur igitur ascendisti? quur uenisti? adoraturus, & eleemosynas daturus inquit, id quod nō erat seditiosi. Deinde deiicit illorum quoq; personam, dicens sine discrimine. *In quibus me compererunt quidam eorū qui ex Asia erant Iudæi, quos oportebat tecum adesse & accusare si quid habeant contra me, uel hīpsi dicant, quid inuenerint in me iniustū, cū in concilio uel de una hac uoce qua clamaui inter eos stans, De resurrectione mortuorū ego hodie iudicor à uobis.* Hæc erat abundans iustificatio, non fugere ab accusatoribus, sed paratū esse, D ad reddendam rationem omnibus. De resurrectione mortuorum ego hodie, inquit, iudicor. Et nihil dixit eorū, quæ meritò poterat dicere, quòd insidiati sint, quòd comprehēderint illū, quòd insidias struxerint: hæc. n. ab illis dicuntur facta esse, ab hoc autem nihil periculi erat, sed tacet, & tantū rationem reddit, quanuis plurima dicere potuisset. Hoc illū & in Cæsarea clarū reddebat, quòd cū tanto uenerat agmine. In quibus inuenerunt me purificatum in tēplo. Quo igitur prophanauit? Non est hoc unius & eiusdem, purificari & adorare, & propter hoc uenire & polluere. Hoc etiam pro firmāda causa aliquid faciebat, quòd sermonem non sinit esse prolixiorem, & gratificatur iudici: mihi autem uidetur & illi satisfactionem contrahere, sed uideamus iterum dicta: Quouiam anteà multū cōcionatus erat Tertullus, ostendens quòd breuitati studeat, non dicit, audi causam: sed ne te diutius morer, oro ut audias pro tua humanitate. Fortasis sermonem sic instituit per humilitatem, uel etiam uerè hoc humanitatis indi- E cium erat, si possint multa dici, non interturbare si pauca quis dicat. Inuenimus enim uirum illum pestilentem, Qui, inquit, & templum tētauit polluere. Igitur non polluit. Quid igitur si aliās hoc fecit? minimè, alioqui etiam dixisset, nunc autem dicit, attentauit quidem. Hoc autem quomodo, non apponit, & sic causam Pauli exaggerauit, suam uerò minuit. Quem & apprehēdimus, inquit, & uoluimus, iudicare iuxta nostram legem. Superueniens autem tribunus cū multa ui à manibus nostris abduxit. Hic ostēdit quòd coacti ad peregrina tribunalia ueniunt, & quòd obturbassent eum nisi coēgisset ille, & quòd non fuerit officij illius abducere uirum: nam cū iniustitiæ apud nos fuerint, & iudicium apud nos fieri oportebat. Et quòd ita sit, uide qd deinceps dicat, Cum multa inquit ui. Vis erat. Ex quo potes cognoscere. Neque accusare audet. Erat enim ad ueniam dandam facilis uir, neque simpliciter aderat. Deinde iterum ne uideatur mentiri, Paulum suiipsius accusatorem adhibet. Et quo, inquit, potes diiudicans cognoscere. Mox & testes dictorum adsunt. Adiecerūt autem & Iudæi dicentes, hæc sic habere. En testes, F qui & ipsi accusatores. At Paulus respondet, Sciens te multis annis esse iustum iudicem. Non igitur peregrinus, neque extraneus, neque nouator erat, quandoquidem à multis annis cognoscebat iudicem. Et bene addit, Iustum, ne ad principem sacerdotum respiciat, neque ad populum. Vide quomodo nō prouocatus est ad contumeliam, neque erga accusatorem quanuis etiam necessitas sit. Credēs inquit, omnibus quæ in lege: hoc dixit, ostendens nullū hominem, qui resurrectionē futuram credit, tale qd unq̄ facturū quam & illi approbāt. Nō dixit de his quòd credunt hic quæ in prophetis sunt scripta, neq; enim credebant: sed his omnibus credebat, non illi: quomodo autem, longum esset nunc dicere. Tanta dixit, & nusquàm Christi meminit. Ibi autem credens ut dixisset etiam de Christo addidit, Sed nunc moratur in resurrectionis sermone, utpote in cōi dogmate, quod omnem seditionis suspicionē tollebat. Subditur & causa ascensus: Eleemosynas, inquit, & oblationes facturus in gētem meā ueni, idq; per annos plures: qūo igitur obturbaret eos, quibus ut eleemosynā faceret, tāta uenerat uia? Non cum tur-

G Ba, inquit, neque cum tumultu. Vbiq; seditionē inficiatur. Bene autem uocat etiam accusatores eos qui ab Asia, quos oportebat, inquit tecū accusare, siqd in me habeant. Ita confidit mūdus esse ab his de quibus accusabatur, quòd & illos aduocat, & non solū eos qui ab Asia sed etiā eos qui ex Hierusalem accusatores non reiicit. Quin & hos aduocat iterum adiciens, Vel hi ipsi dicant. Etenim ob hoc ab initio defatigati sunt, quòd resurrectionē prædicaret. Et bene sic faciebat. Hoc enim ostenso facilè etiam subiiciet, Christū resurrexisse. Quid inuenerūt, inqt, in me iniustitiæ, cū starem in concilio? In cōcilio dixit, ostēdens quòd nihil inuenerint, nō priuatim inquisitione facta, sed presente multitudine, & diligenter diu dicante. Quòd autem hæc uera dico, testes sunt qui de hoc accusant. Idcirco etiā dicebat, In hoc autem studeo, ut sine offendiculo conscientiam habeam erga deū & erga hominē. Perfecta est.n. hæc uirtus, quando neq; hominib⁹ damus occasiones, & apud deum curamus esse sine offendiculo. Qua uoce clamaui in concilio. Etiam uim illorum manifestat dū
H dicit, clamaui. Non possunt. dicere quòd prætextu eleemosynæ hæc fecerim, neque.n. cum turba, neq; cum tumultu hæc faciebam. Et aliter, Etiam inquisitione facta de hoc, nihil amplius inuentū est. Vidisti in periculis humilitatē? uidisti honestam linguā? & qūo id unū quærit, ut sua excuset, neq; illos criminibus implicet, nisi quando defensio cogit, quē-
Ioan.8.f admodū & Christus dicebat, Ego dæmoniū nō habeo, sed honoro patrem meū, uos autem non honorastis me. Hunc imitemur & nos, quoniam & ipse Christi imitator fuit. Si ille his qui usq; ad mortem ac cedem ceperant nihil locutus est durum: nos qua uenia digni erimus, qui ad conuicium & contumeliæ uerbum exasperamur, scelestos ac flagitiosissimos uocantes inimicos nostros, & quā excusationē habebimus dum nobis sunt inimici? Non audis, Qui honorat, seipsum honorat, nos aūt nosipsos contumelia afficimus? Accusas quòd contumelia affectus es, quare igitur & ipse in hoc crimen incidis? Cur teipsum percutis? mane sine affectionib⁹, mane inuulnerabilis: non uolens aliū uulnerare, & teipsum inijcis in malum? Nō sufficit nobis aliās animæ tumultus, qui nullo concitante oritur, ut cōcupiscentiæ illicitę, mœrores, tristitia, & quęcūq; id genus, ut alios etiam super alios cumulemus? Et qūo, inquit, possibile est, eum qui contumelia afficitur ferre? quomodo autem nō possibile dic oro? Vulnus nobis nascitur ex uerbis? cicatrices in corporibus? quantū igitur nobis erit damnū? atq; ita si uoluerimus, possumus ferre. Ponamus nobis legē, ne doleamus: dicamus nobisipsis, non est inimicus, infirmitatis est, uerè.n. ex infirmitate est. Quoniam quòd nō sit inimicitię, neq; malignitatis morū, uolebat etiam ille continere, quanuis multis nominibus læsus sit. Si hoc consideraverimus solū, quod infirmitatis est, portabimus & ueniam dabimus illi, conabimurq; ne & ipsi cadamus. Cæterū rogo omnes qui presentes estis num sic philosophari poteritis? equidem opinor. Itaque inuitus te cōtumelia affecit, & nō uolēs, sed ab affectione coactus. Cōtineas te, nō uides dęmoniacos? quemadmodū ille non ab inimicitijs, quātū ab infirmitate patitur, ita & nos nō à natura cōtumelia rum mouemur, quantùm à nobipsipsis: alioqui quomodo feremus insanientes, similes cōtumelias ferentes. Item si amici essent qui conuiciis nos impe- E
tunt, uel etiam maiores, & sic ferremus. Quomodo igitur non absurdum, cum tres sunt, amici, insanientes & maiores, & ferre possumus: pares aūt honore uel inferiores, & nō toleramus? Sæpe dixerunt, momentanea res, & ad ictum oculi durans. Parum fortes simus, & totū perfecimus: quantò maiore contumelia afficitur, tātò infirmior est illa. Audisti quādo oporteat dolere: quando nos contumelia afficimus, & ille silebit, tunc ipse quidē fortior est, nos aūt infirmi. Si autē diuersum fiat, etiam gaudere oportet, coronatus es, prædicatus es, & nec in palęstrā deductus absq; Sole & radio & puluere inimicitias ferens, neq; cōplicitus illi, neq; datis ansis. At si uolueris solū, siue sedēs siue stans, accepisti magnā coronā & non simpliciter magnā, sed multò maiorē quā illi. Nō est.n. par & inimicū prosternere oppugnantē, & tela iræ uincere: Vicisti neq; data ansa, prostrauisti affectionē quæ in te est, occidisti bestiam cōmotam, & rabidi furoris ora obturasti, quemadmodū pastor optimus. Domesticum bellum futurum erat & intestina pugna: nam sicut qui mœnia proximi L
obsident foris, intestina curant oriri bella, & sic uincunt: Sic & qui contumelias iacit, si non excitarit affectiones nostras, non poterit uincere, si nō ipsi nos incederimus. Ille profectò nullū robur habet, apud autem nos est iræ scintilla, ut tempestiuè accēdatur, non cōtra nosipsos, neq; ut multis malis immisceat. Non uidetis in domibus ignem reconditum, & non pasim sparsum, neq; in fœno, neque in uestibus, ēt flante uento non accendi? sed licēt ministra lucernā habeat, etiam si coquus accendat, denunciatur ne iuxta uentum, neq; iuxta tabulam, neque in nocte hoc faciat: sed quando ingruit nox, sopimus illum, timentes ne fortè dormientibus nobis, cum nullus sit qui iuuet accendatur, & omnes exurat. Hoc etiā in ira fiat. Ne omnino dispergantur nostræ rationes, sed in profundo mentis seruentur, ut neq; uentus à uerbis aduersarij facilè pertingat, sed à nobis suscipiatur uentus scientibus congruè illū tutò mouere. Si deforis uentū accipiat, nescit modū. Sæpe ēt dormientibus nobis uētus ille incidit & omnia quie
I scere facit. Sit igitur sic ut nobis solū lucē accendat: M
accendit enim lucem ira, quando decenter fit. Et faces habeamus alias contra eos qui iniustè lædunt, contraq; diabolum, ne omnino iaceat, neq; abiiciatur scintilla. In cogitationib⁹ humilib⁹ sopiamus illū, non semper illo opus habemus, sed quando operari quid oportet, & mollire, quādo obstinationē domare opus fuerit, quādo cōdemnāda est anima. Quāta mala fecerunt ira & furor? Et hoc graue, quādo in diuersa excitamus, non iam illius sumus domini, sed alios expectam⁹. Vnusquisq; cōsunditur & erubescit ut ueniat ad placandū alium. Vide diuidere quidē & discindere nō erubescit, sed fit mali dux, accedere autem & diuisum coniungere confunditur. Et idem accidit, ut siquis abscindere quidem mēbrum non grauetur, congregare autē erubescat. Quid dicis homo, multū lęsisti, & ipse author fuisti pugnę? Itaq; iustus eris si prior abeas & cōcilies, utpote q causam ipse prębueris. At læsus est, & ille author est? Igitur ēt propter hoc, ut magis te admirentur, ut cum primò & secundò primatum habeas, ut qui non fueris inimicitiarū author: ita neq; tu extendas ultrà inimicitias, forsan ille multorū conscius secū cōfundetur

A ac erubescet. Sed superbus est? uerū hanc ob rem ne sis tardus ad accedendum. Etenim duplex illius affectio est, nempe ira & superbia. Tu causam dixisti, pp quam prior accedere illum debes, quia sanus es, & uidere potes. Ille in tenebris est. Ita enim se habēt ira ac superbia. Tu autem qui ab his liber & sanus accede, ad infirmum medicus. Nequis dicat medicorū, quoniā infirmus est non uado, sed propter hoc maximè uadat, quū uiderit eum qui non potuit uenire. Eos enim qui uenire possunt, minus curāt, eo quòd minus infirmi sunt, non sic agunt cum decumbentibus. An non uidetur tibi infirmitate difficilior esse superbia & ira? Nonne hæc quidē ualido igni comparatur, illa autem inflato & languido corpori? Cogita quantùm sit ferre febrem & inflationem. Vade extingue ignem, potes.n. per gratiam dei, quemadmodū aqua compescere incendium. Quid igitur si hoc ipso magis extollatur, inquit? Nihil ad te, nam tu quidem quod tuū est fecisti, ille autē sibiipsi imputet, ne condemnetur nostra conscientia, quasi pp nos aliquid omissum sit. Pasce inimicum tuum, hoc enim faciēs
Ro.12.d. B accumulabis carbones ignis super caput eius. Attamen quum hoc sit, iubet abire & conciliare & benefacere, non ut carbones ignis accumulemus, sed ut ille hoc sciēs compescatur, ut tremat, ut terreatur beneficiis magis q̄ inimicorū amicitijs uel insidijs. Non enim inimicus ultionis auidus, ita incōmodat odio habentem, sicut qui prodest ac benefacit. Etenim q ultionis est auidus, uel parū uel nihil incommodat. Qui autem bene facit, congerit carbones ignis super caput eius. Igitur non est faciendum, ne accumulentur carbones? Sed alioqui in caput tuum uis carbones cumulari. Etenim hoc facit ultionis auiditas. Sed iubes amplius extendam? Minimè: tu enim hoc non facis, sed ille bestia asperior: nam si tu benefeceris, & honoraris, & concilies, seruat ille inimicitias, sibiipsi ignem accendit, ipse suum exusit caput. Tu autem nihil senties, ne sis deo magis misericors, innumera alioqui feres mala. Immo neq; si uolueris poteris, neque in paruo: nam quantū distat cœlum à terra, tantùm hominum consilia à cōsiliis nostris. Et iterum:
Matt.7.b Si uos, inquit, quum sitis mali, scitis dona bona dare filiis uestris, quātò magis pater uester? Sed excusatio est ac cauillum. Ne cauillemur præcepta dei. Et quo
C modo cauillamur, inquit? Dixit: hoc faciens, carbo-
Ro.12.d. nes ignis cumulabis super caput eius: tu autē dicis, Timeo inimicū, quia ualde me læsit. Non hæc dicis? Quomodo autē omnino habebas inimicum? times eum qui iniustè læsit, teipsum autē non times. Vtinā tui ipsius curā gereres, ne fac hoc animo, sed magis alio. Sed non facis, nō dico quòd carbones ignis cumulabis tibi, sed etiā aliud amplius quiddam tibi dico. tantū fac. Hæc enim omnia ut te prouocet Paulus dicit, Spe pœnæ soluite inimicitias. Quoniam ita bestialibus moribus præditi sumus, ut non feramus diligere inimicos, nisi ut aliqd patiātur expectemus, sicut bestiæ porrigit hunc panē. certè apostolis non
Matt.5.g hoc dixit Christus. Sed quid? ut sitis similes patri uestro cœlesti. Et aliter, Fieri non potest ut benefaciēs & beneficia accipiens, maneant inimici. Idcirco hæc posuit, Quur tu in uerbis philosopharis, in operibus autem modum non seruas? Bene, non pascis illū, ne carbones ignis coacerues ei. Igitur ne parcis, igitur amas & mente hoc facis? Scit deus an mente hoc dicas. Certè sermonibus agis nobiscum sophistā. Curam geris inimici, & times ne puniaris? Igitur extin- D
xisti iram. Qui enim sic diligit, ut suam utilitatem cōtemnat propter ea quæ illi conducunt, non habet inimicum. Poteris hoc dicere, quandiu ludimus in rebus non iudicris, & ueniam non habentibus. Ideo depositis illis prętextibus, ne contemnamus leges diuinas, ut posimus beneplacentes domino, uitam præsentem de ducere, & promissa bona asseq, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Distulit autem, inquit, Felix illos probè tenens quæ de uia illa, dicens, Quando Lysias tribunus descenderit, pernoscā uestram causam: iussitq; centurionē ut custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet ministrare uel accedere illum.

Homilia.li.

Ide quanta probatio, primùm quidē à multis, deinde multo tēpore probatur, ne dicere possint sublata iudicia: nam quoniā orator meminerat Lysię, dicens quòd ui abduxerit illum, subdit tempestiuè Felicis uerba, & inquit, Distulit autem Felix illos probè tenens quæ de uia illa: E
hoc est, dedita opera distulit, non opus habens ut discat, sed uolens repellere Iudæos, noluit dimittere propter illos. Punire iterum non poterat, impudens enim fuisset. Ideo & distulit dicens, *Quando Lysias tribunus desc enderit, pernoscam uestram causam, iussitq; cēturionem ut custodiret Paulum, sineretque eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet ministrare, uel accedere illum.* Sineretque illum, inquit, relaxari. Ita ipsum & ille à criminibus liberauit. Cur igitur si reliquit, detinet? illis gratificans, uel etiam expectans pecuniam se accepturum. Idcirco & reuocat Paulum. Et quòd ob hoc reuocarit, manifestum nobis facit scriptor addens ac dicens: *Post aliquot autem dies quū aduenisset Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulum & audiuit ab eo fidem quæ est in Christum. Disputante autem illo de iustitia & temperantia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respōdit, In præsentia abi, cæterum opportunitatē nactus accersamite, simul & illud sperans fore ut pecunia daretur à Paulo ut solueret ipsum. Propter quod & frequenter accersens ipsum, loquebatur cum eo.* Vide quomodo ueritatem habent quę dicta. accersit autem illum subinde, non admirans illum F
neque laudans quæ dicebantur, neque credere uolens. Sed quid? Expectans dandas sibi pecunias. Vide quomodo non occultat hic iudicis mentē, quanuis si condemnasset, nō hoc fecisset, neq; si uoluisset audire accusatorem & maleuolum. Et uide Paulū quāuis cum principe loqueretur nihil dicere, eorum per quæ uerisimile erat refocillari animā illius, sed talia ē quibus etiam terretur & mente concutitur. Disputāte enim, inquit, de iustitia, temperantia & futuro iudicio, tremefactus est Felix. Tanta erat uerborum Pauli uis, ut & principem terreant. Et hic quidem accipit successorem, & relinquit hunc ligatum, quāuis certè non oportebat, sed finis erat imponēdus: gratificans autem Iudęis reliquit illum, qui sic urgebāt, ut iterum assequantur, tametsi nullum apostolorū sic persequebantur, urgentes tamen iterum abscedunt. Singulari dispensatione recedit è Hierusalem, sic se erga bestias illas habens, attamen uolunt illum iterū duci illuc iudicandū. Verū & hoc loco statim dispē sauit deus, non permittens principi. Verisimile enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

G illum nuper ad principatum euectũ uoluisse gratificari,sed non permittit deus. Postquam autem desce derunt,tum impudenter & grauiores fecerunt accusationes.Et quum non posset propter legem illũ occidere,iterum ad solitam consuetudinem suam confugiunt, sicut & Christũ accusabant reum Cæsareæ maiestatis læsæ dicentes. Paulum enim rationẽ reddere de peccatis in Cæsarem manifestũ hoc erat, unde & ipse interpretans, subdit: *Impletis autẽ annis duobus, accepit successorem* Felix Porcium Festum. *Volẽs autẽ gratiam præstare* Iudæis, reliquit Paulum uinctum. Festus
Cap.25. *ergo susceptа prouincia post triduum ascendit* Hierusalẽ, *ab urbe Cæsarea. Significaueruntq; illi principes sacerdotum, ac primores* Iudæorum de Paulo, *& rogabant eum postulantes fauorẽ aduersus eum, ut accerseret eũ* Hierusalẽ, *insidias intendentes, ut interficerẽt eum in uia. Festus aũt respondit, ut seruaretur quidẽ* Paulus Cæsareæ, *se uerò breui illò profecturũ. Qui ergo inter uos*, inqt, *potentes sunt, unà nobiscum escendant, & si quod est in hoc uiro crimen, accusent eũ.* Demoratus autẽ inter eos diebus plus quã octo,
H *descẽdit Cæsareã, & postero die sedit pro tribunali, iussitque* Paulũ adduci. *Qui quũ perductus esset, circunsteterũt eũ qui à Hierusalẽ descẽderant* Iudæi, *multa & grauia crimina intẽdentes in* Paulũ, *q̃ non poterant probari* Paulo *p se rationẽ reddente, quòd neq; in legẽ* Iudæorũ, *neq; in templum, neq; in* Cæsarẽ *peccasset. Porrò* Festus Iudæis *uolens gratificari, respondens* Paulo *dixit, Vis* Hierusalẽ *ascendere, & illic iudicari apud me?* Vide quomodo & ille Iudæis gratificatur. Propter hoc iterum etiã illum perterret humanis utens armis, & audi quo: Dixit autẽ Paulus, *Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari,* Iudæos *nihil læsi, sicut & tu melius nosti. Si enim nocui, & dignum morte feci aliquid, nõ detrecto mori. Si uerò nihil est eorũ de quibus hi me accusant, nullus me potest illis do-*
Sup.23.c. *nare,* Cæsarem *appello.* At hic dixerit qs, Et quare quũ audierit quòd etiã Romę debebat testificari de me, quasi non credens hæc faciebat? Absit,sed ut ualde credens. Imò magis tentantis fuisset fidere illa sententia,& innumeris seipsum immittere periculis, & dicere, Videamus nũ possit deus etiã sic eripere me:non facit autẽ hoc Paulus, sed affert quicquid ipse poterat,at totũ permittit deo. Ex cuniculis autẽ & princi
I pem interim perstringit sic se defendens: Quasi hoc dicat,Si quidem iniustè ago,tene:si autẽ non iniustè ago, quid me exponis? Nullus me,inqt,potest donare. Metum ei incutit,ut non possit etiam si uellet donare. Quin etiam contra illos ualuit defensio ob appellationem. *Tunc Festus loquutus cũ concilio, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis.* Vide,rem hanc cõmunicat Agrippę,ut iterũ alij fiant auditores,& rex, & exercitus, & Bernice. Deinde iterum subditur defensio: *Et quũ dies aliquot transacti essent, Festus regi retulit causam Pauli dicens, Vir quidã relictus est à Felice uinctus, de quo quũ uenissem* Hierusalẽ, *significarũt mihi principes sacerdotũ & seniores* Iudæorũ *postulãtes aduersus illũ sententiã: quibus respondi, Nõ est Romanis mos ob gratiã donare aliquẽ hominẽ, ut pereat, priusquã is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locúq; defendendi de crimine habeat. Quũ ergo huc cõuenissent sine ulla dilatione, sequẽti die sedens p tribunali iussi adduci uirũ. De quo*
Cap. 27. *quũ stetissent accusatores, nullũ crimen intendebant super hisce rebus, de quibus ego suspicabar: sed q̃stiones quasdam de sua superstitione habebãt aduersus eũ, et de quodã Iesu defuncto, quẽ affirmabat Paulus uiuere. Hæsitãs autẽ ego de huiusmodi q̃stione, dicebã, num uellet ire* Hierusalẽ, *&* K *ibi iudicari super istis. Paulus aũt quũ appellasset ut seruaretur* Augusti *cognitioni, iussi seruare eũ, donec mitterem eum ad Cæsarẽ. Agrippa autẽ dixit ad eum, Volebam & ipse hominẽ audire. At ille*, inquit, *cras audies illum.* Vide iterũ accusari,non à Paulo,sed à principe. Significarunt,inquit,principes sacerdotum,& seniores Iudęorum,petentes contra illum sententiam, q̃bus ego respondi: Vide & quid respondet ad illorum confusionem: Non est mos Romanis donare aliquẽ hominẽ ob gratiã, ut pereat, priusquã ille rationẽ det. Impossibile est ita simpliciter donare. Vt autẽ iuxta cõsuetudinem egit, nõ inuenit causam, unde de hac re anxius sit, & manifestum hoc per ea quæ subdidit dicens, Hęsitans autẽ ego de huiusmodi quęstione. Sic dixit adumbrans suum peccatum. Et ille quidem adumbrat. Agrippa autẽ cõcupiscit uidere illum. Vide quòd semp repellunt principes inimicitias Iudaicas, & præter id quod iustum erat coguntur facere, & dilationis quærunt prætextus. Non enim ignorans differebat,sed sciens. Agrippa autem non solũ nõ repelL lebat,sed etiam audire uult, quod & admiratione dignum est. Vnde autem in desiderium uenit, ut hominem uidere uellet, qui licèt iniustè accusatus esset. L Ita & hoc singulari dispensatione accidit. Idcirco & mulier eius simul audit,& auditu nõ priuatur. Et nõ simpliciter audit,sed cũ magno honore. Tanto fere batur desiderio: non.n. nisi concupiuisset, quæsiuisset audire, neq; uxorem sociam fecisset auditionis, ni si magna de illo sensisset. Mihi autem uidetur etiam illam magno desiderio petiuisse. Et uide Paulum nõ de fide solũ & remissione peccatorum, sed etiam de operandis differere. Sed uideamus iterum quæ dicta sunt: In præsentia abi, cæterũ opportunitatẽ nactus accersam te. Vide cęcitatem. Talia audiens pecunias expectabat se sumpturum ab eo. Et non hoc solùm graue,sed etiam quum colloquutus esset nõ reliquit illum. sed ubi ad finem principatus uenit, reliquit illum uinctũ, ut gratificetur Iudæis, & ita non diuitias solũ,sed etiam gloriam diligebat. Quomodo pecunias scelestę ab homine contrarium prædicantẽ inquiris? Quòd autem non accepit, manifestum ex eo quòd non soluit eũ à uinculis: etenim si accepisset, soluisset eũ. De tẽperantia hic disputabat, & ille sperabat se à tali pecunias accepturũ, & petere quidẽ non M audebat. Tale enim peccatum, meticulosos facit & oía suspicantes. Sperabat autem atque ita meritò illis gratificabatur, utpote qui tanto ibi tempore principatum gesserat. Itaq; ubi prouinciã suscepit Festus, significarant illi & principes sacerdotum & primi Iudæorum contra Paulum inquit: statim etiam in principio accesserunt sacerdotes non grauati etiã in Cæsaream uenire, nisi præuenisset ueniens, ubi scilicet statim ut accepit principatum, accedunt. Et quũ descendisset in Cæsaream, morabatur inter eos decem dies, dabaturq; opera, ut corrumperetur. Paulus autem erat in carcere. Et obsecrabant illum, inquit, ut accerseret eum in Hierusalem. Et quare fauorem petiuerunt si iustus est, ut moriatur, sed sic & illi manifestæ factæ sunt insidiæ, quasi dissẽrẽs dicat: Viri q si mul præsentes uidete hunc, propter quem Iudæorũ multitudo me rogauit. Nam dum dicit, quòd petiuerint gratiam contra illum, indicat rogasse, & ita iam uolebant illum ad dicendam sententiam cogere, timentes Pauli linguam. Quid timetis? quid urgetis? Hoc enim insinuat, quòd ille custoditur, nũquid fu-

A gît? Igitur qui in uobis, inquit, potentes accusent illũ. Iterum accusatores in Cęsarea. Et iterũ educitur Paulus. Sequenti autẽ die, sedens pro tribunali ait. Vide statim ut uenit, sedit pro tribunali, sic illum impellebant magno studio, sic urgebant. Itaque quãdiu nõ dum honore tanto à Iudæis habitus, rectè respõdit: postq̃ autẽ uenit Hierusalem, & ipse gratificatur eis, nõ simpliciter autem gratificatur, sed cum dolo hoc facit. Et quomodo audi: subdit enim, Vis ne Hierosolyma ascendens iudicari de his à me? Quasi diceret, non illis do te, sed ipse iudex ero. Hoc autem dicens illius arbitrio permittit ut honore ipsum attrahat: nã si hoc imperasset, ualde impudẽs uisum fuisset, si abduceret illuc eũ, qui ibi non fuisset redarguB tus. Paulus autẽ non dixit, Non uolo, ne fortè & aspriorem redderet iudicem, sed iterum liberè loquitur ac inquit, Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. Magna est libertas sermonis. Et uide ut ratiocinatur, quasi enim hoc dicat se excusans. Eiecerunt me illi semel, & hoc putant accusare, quòd ostendũt me peccasse in Cæsarem, apud illũ quem lęsi uolo iudicari. Vt enim hoc dixit, subdit: Iudæis nihil nocui, quod etiã tu melius nosti. Perstringit illũ iam quasi etiam gratificantẽ Iudæis. Posteà quia perstrinxerat, iterum diluit sermonem, addens: Itaq; si quidem iniustè egi, uel dignum aliquid morte feci, non recuso mori. Contra meipsum fero sententiam, inquit. Hoc non est se perdentis, sed multũ de innocentia sua bene conscij. Nam cum libertate, etiam firmari causam oportebat, ita ut alijs metus incutiatur. Si autem nihil est eorum de quibus me accusant, nullus me potest donare, etiamsi uelit, inquit, non poterit. Non dixit non dignus sum mori, neq; absolui, sed paratus sum iudicari apud Cæsarem. Interim & somnij memor, fidentius prouocat. Et non dixit, tu, sed nullus. Et appositit, Cæsarẽ appello: ne in illũ contumeliam iactet. Tunc Festus collocutus cũ cõcilio, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarẽ ibis. Vidisti quomodo gratificetur? Gratia enim erat colloqui cum accusatoribus: Quod corruptæ sententię est & ordinis iudiciarij confusi. Vide iterum illius prorogari iudiciũ, & insidias fieri, occasionem prędicationi. Hęc enim dispensantur, ut ita cum facultate & custodia abduC catur in Hierusalẽ, quasi nullus insidietur: non enim idem fuerit, simpliciter uenire, & in tali lite uenire. Hoc etiam conuenire fecit Iudæos illic. Deinde iterũ mora fit, dum ille uersatur Hierosolymis, ut discas quòd licèt tempus sit, nihil insidiæ illi pręualent, deo non concedente. Agrippas autẽ rex & Bernice descenderant in Cæsaream. Hic Agrippa qui & Herodes, alius mihi esse uidetur, ut sit quartus ille post eũ qui Iacobum occidit. Vide inimicos inuolũtarios simul operari, ut ita magnum fiat auditorium. Deside rio audiendi laborabat Agrippa, & nõ simpliciter audit, sed cum apparatu. Et uide defensionẽ, quã princeps dicit. Cũ autem ille prouocasset ad Augustum, Iudicaui mittere illum, de quo certum quid domino scribere non possum. Sic scribit Festus, & inuulgatur crudelitas Iudaica. Quũ enim hęc princeps diceret, suspectus non erat. Idcirco autem dicit. Et ita etiam ab illo condemnãtur Iudæi. Postquã autem omnes contra illos sententiam dederunt, tunc adiicit pœnã deus. Obserua autẽ. Condemnabat Lysias, condemnabat Felix, condemnabat Festus, & hi gratificaban tur eis, condemnabat Agrippa. Quid ultrà? condemnabant illos & Pharisęi: & quòd condemnabat, audi D illum dicentẽ, nullam causam attulerunt, quam ego suspicabar. Etiam attulerunt, sed non conuicerunt: Nam insidiæ quidem & flagitium hanc suspicionem pariebãt. Inquisitio autẽ tollebat prorsus. Et de quodam Iesu mortuo inquit. Meritò de quodã dicit, utpote principatum gerens, taliaq; non curans. Ob hãc causam, etiã ego hæsitans dixit de inquisitione horum. Certè harũ rerum inquisitio reuera talis iudicis aures transcendit. Et si hæsitas & anxius es, quur in Hierusalem trahis? Propterea & Paulus nõ uolens ab ipso iudicari, Cæsarem appellat dicens, Ego ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. Etenim de hoc accusarant. Audis appellationẽ? audis insidias Iudæorum? audis seditionem? Hæc omnia Agrippã in desideriũ audiendi excitarunt. Et dat Festus gratiam, & fit posteà Paulus clarior. Talia insidiæ conciliarunt. Si hæc non fuissent, nullus horum principum dignatus esset eum audire, cum tanto silentio, tantaq; patientia. Et uidetur quidem docere & rationem reddere, sed magis magna cum dignitate cõcionatur. Itaque ne putemus rẽ grauẽ esse insidias, E modò nobisipsis nõ isidiemur, nullus nobis insidiari poterit, immo insidiantur quidem, nihil autem nocent, sed etiã prosunt nobis plurimùm. Et ita in nostra potestate situ est, & quod malè habemus, & nõ malè habemus. Ecce testificor & magna uoce dico, tubaq; clarius, & si fieri posset, è sublimi clamare nõ detrectarem, quòd Christianũ nullus homo super terram habitãs nocere potest. Et qd dico, nullus homo? neq; ipse dæmon, tyrannus, diabolus, si nõ ipse seipsum lædat, tametsi quoduis malũ nobis quis intentare uoluerit, frustra tentabit. Quemadmodum enim nullus homo angelum super terram nocet, ita neque homo hominem, sed neq; ipse alium nocere poterit, quandiu bonus fuerit. Quid igitur illi conferendum, quando neque noceri neq; nocere potest? hoc enim illo non minus est, non uelle nocere aliũ. Igitur angelus quis est etiam deo similis? Talis enim & deus est, sed ille quidem natura, hic autem proposito: neq; igitur incommodari poterit, neque incommodare alium. Quod autem nõ potest, ne putes impotẽtiam: contrariũ enim impotentia est, sed quòd nõ capax est dico: natura enim illa neque damni ca- F pax est, neque incommodare alium potest, quoniã & hoc alterum damnum. Aliter nobis ipsis nõ nocemus quã nocendo alium, & grauissima peccata nostra ex iniustitia erga nos fiunt, & ita etiam propter hoc Christianus non potest noceri, quia neq; nocere potest. Quomodo autẽ nocendo alios nosipsos nõ nocemus? Agè singillatim res persequamur, & sermonem detegamus. Exempli gratia: Lędat quis iniustè, contumelia afficiat, fraude decipiat, quẽ nocuit ille? nónne seipsum prius? Hoc certè cunctis manifestum. Alij enim damnum est in pecunia, ipsi uerò in anima. Iterũ inuideat alius, quem nam nocuit & talis? nõne seipsum? Talis est enim iniustitiæ natura, ut primũ noceat eum qui parit plurimùm, alium autem per quã parũ, immò nihil nocet: sed etiam prodest. At nihil fide dignũ dixi. Sit igitur (maximè enim in his & totum consistit) pauper pecunias habẽs pau cas, & necessario cibo abundans: alius autem diues & abundans, & multam habens facultatem, accipiat ea quæ sunt pauperis, nudumq; illum reddat ac tradat fami, ipse autem delicatè uersetur in his quæ

G iniustè ei abstulit. Talis non solũ nihil illum nocuit, sed etiam ei profuit: sibi autem ipsi non solũ nõ profuit, sed etiã damnosus fuit. Quomodo? primùm qui dem à sua mala conscientia flagellatur, & quotidie ex timulatur, & ab omnibus cõdemnatur. Deinde in futuro iudicio. Sed quòd ille quidem damnũ accipit, ex his satis manifestum. Quomodo autem utilitatẽ capiet ille, dic? Quia magnum lucrum est generosè ferre afflictiones. Est enim solutio peccatorũ grauiter affligi, est philosophię schola, est uirtutis doctrina. Videamus igitur uter est i malis, hic an ille? Ille qdẽ si fuerit uirtute prędit us fortiter tolerabit, hic autem quotidie in tremore erit ac suspicione. Vter igitur læsus est, hic an ille? Fabulas dicis, inquit, quãdo enim quis non habet qd edat & cogitur plorare, & omnibus destitui, uel ire mendicatũ, & non accipere: nõnne animam & corpus simul perdit? Mercedes tu dicis: ego rem ipsam commonstro. Dic enim oro, nullús ne diuitum destituitur notis? Quid igitur? nũquid huius rei causa est paupertas? Sed fame nõ premitur. Et quid hoc? maius erit iudicium, quando cũ diuitijs hoc fecerit: neq; diuitiæ fortem reddunt, neque infirmum inopia, alioqui nullus opulentorũ mi
H seram ageret uitam, nullusq; pauperum sibiipsi subcharus fuisset. Quòd autem sermones uestri fabula sint, hinc faciam manifestum. Dic igitur, Paulús ne in diuitiis uel in paupertate fuit, fame laborauit uel
2.Co.11.f non? Possumus illum audire dicentem, In fame & afflictione. Prophetæ fame premebantur uel non? etiam illi non recipiebant quod opus eis. Iterum Paulum mihi profers, iterum prophetas decem ac uiginti homines. Sed unde uis? Multos quosdam, inquit, ostende mihi ferre paupertatem fortiter. Sed rarum semper quod tale, & pauci boni. Si uis autem rem per seipsam exquiramus. Videamus cuius cura maior uel molestior, & cuius tolerabilior: nõne hic pro necessario alimento solicitus est, ille autem pro innumeris rebus, de necessario non anxius? Famem non timet diues, sed alia timet, sæpe de salute sua. Non est sine solicitudine cibi quem edat, inops, sed caret alia solicitudine, & habet securitatem, quietem, & tranquillitatem. Et aliter: Si non est malum, sed bonum iniustè agere, quare confundimur, quare occultamus, quare dum probris afficimur indi
I gnamur, & molestè ferimus? Si non est bonum, iniustè affligi, quare super ea te gloriamur, & litigamus? Vis discere quomodo hoc sit illo melius? uide ut in utrisque utrique se habeant. Quare leges, quare iudicia, quare supplicia? nõne propter illos quasi ægrotantes? Sed magna interim est uoluptas, inquit. Futura nunc prætereamus, & præsentia exquiramus. Quid miserius uiro talem habente suspicionẽ? quid ad ruendũ procliuius? quid putrius? nõnne in naufragio semper est? licèt iustum quiddam faciat, non creditur ob facultates eius, ab omnibus condemnatur: oẽs enim qui iuxta se habitant, accusatores habet. nõ potest uti amicitia. Nullus enim statim uellet amicus fieri hominis, qui in tali existimatione est, ne particeps fiat suspicionis, & grauetur etiam ipse inuidia: ut bestiã auersantur omnes, ut pestiferum & naturæ hostem & homicidam, & improbũ hominem. Si ad tribunal uenerit is qui iniuria affecit, accusatore non habet opus, opinione q̃ de illo habetur, quouis accusatore magis crimen intendẽte. At non ita agit qui iniustè affligitur, sed omnes habet defensores, cõ dolentes, manum porrigẽtes, in securitate stat. Si bo K
num est iniustè agere, fateatur quis se esse iniustũ: si autẽ hoc non audet, quídnam ut bonũ aggreditur? Videamus autem quomodo etiã in uobis ipsis, quã ta fiunt mala. Dic enim, oro, si aliqd quod in nobis relicta mensura sua, aliam cupiat, & uellet splen relicto suo loco, alienum cum suo arripere: nõnne mor bus esset? si humidum quod in nobis, impleret oía, nõnne fieret corpus fluxum? & iterũ si cholera cum illo latitudinem quęret, & ubiq; diffundatur sanguis. Quid autem in anima ira, concupiscentia, & alia omnia? si transgrediantur mensuram, nõnne se simul disperdunt? Ita & cibus. si plus quã conco qui potest sumatur, morbis corpus infestat. Vnde. n. podagræ? unde pendula rigidaq; corpora, nõnne ab immodicis cibis? Iterũ in corpore si plus uellet accipere oculus, uel plus uidere quàm ei prędinitum, uel maius lumen accipiat: hoc qd super mensuram est, nocebit magis, quã proderit. Cogita autem, quoniam si quũ bonum quoddã lux sit, & perit oculus, si plus uiderit quando fulgidiora aspicit, quã mensura sua postulat: quid facet lux si mala esset? Et auris si maiorẽ sonum accipiat, mentem facit attonitam. Mens quã do cogitat quæ supra se sunt, obstupescit: Etiã quod L
plus est quã opus nobis, perdit. Hoc est enim auaritia quam pleonexian uocant, plus habere, quã cõstitutum est. Sic certè & in pecunijs, quando uoluerimus plura onera imponere, licèt non sentiamus, molestam in nobis educamus bestiam, multa habẽtes, multis egẽtes, innumeris curis nos immittimus, multas diabolo pbentes occasiones, propterea diabol⁹ apud diuites non habet opus ullo labore: Parati. n. sunt ob diuitiarum sarcinã procliues, ut illi seruiant. At non ita habẽt pauperes, sed planè diuerso modo. Ita res illæ per seipsas perdunt. Vnde oro ut abstinea tis ab harũ concupiscentia, ut possimus euadere diaboli laqueos, & apprehẽsa uirtute, bona ęterna assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Postero autem die quum uenisset Agrippa & Bernice cum multo apparatu, & ingressi essent in auditorium cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus.

Homilia. liij. M

Ide quale auditorium congegatur Paulo, cũ
u uiris principalibus ciuitatis. Princeps enim & rex stipatoribus suis omnibus congregatis occurrũt, & cũ ipsis tribuni & primi ciuitatis affuerunt. Hos enim uocat principales & tus cat' exochen id est, eos qui in excellentia. Deinde & Paulus adducitur, & uide quomodo ipse ductus prædicatur à Festo: non solum enim illum non accusat criminũ, sed etiam pro eo rationem reddit, & quid dicit?
Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum uiri. Videtis hunc hominẽ, de quo omnis multitudo Iudæorũ interpellauit me & in Hierusalẽ, & hic acclamantes nõ oportere eum amplius uiuere. Ego uerò comperi eũ nihil morte dignum admisisse. Cæterũ quum ille appellarit Augustũ, statui mittere eũ, de quo quid certũ scribam domino, non habeo. Quapropter produxi eũ ad uos, & maximè ad te rex Agrippa. Iniquũ enim mihi uidetur mittere uinctũ, & crimina de quibus accusatur, non significare. Vide quomodo illos quidem accusat, hunc autẽ absoluit. O iustitiæ abundantia testimonia, ut condemnet nõ inuenit princeps

A nit princeps, etiam plurima inquisitione facta. Illi autem hunc morte dignũ esse dicebãt: Ego uerò comperi, inquit, nihil dignum morte fecisse illum. *De quo quid certum scribam domino, non habeo.* Et hoc ad cãdorem Pauli pertinet, quòd iudex nõ habet aliquid de illo scribendum. *Quapropter produxi illum ad uos. Iniquum enim mihi uidetur esse mittere uinctũ, & crimina de quibus accusatur non significare.* Vide in q̃ magnas angustias Iudæi principes immiscuerint. Quid igitur Agrippas de his uolens aliquid discere, dicebat: *Per-*
Caput. *mittitur tibi pro te loqui.* Magno audiẽdi desiderio, ut
XXVI. dicat adhortatur rex. Paulus autẽ nunc magna liber tate loquitur, nõ assentans, sed propter hoc beatum se esse dicens, quòd loquatur ei qui omnia sciat, & quòd propter hoc, nam & hoc prætendit, dicẽs: *Tũc Paulus extenta manu, rationem reddebat: Super omnibus de quibus accusor à Iudæis rex Agrippa, existimo me beatum, qui coràm te rationem redditurus sum hodie, quũ tu maximè sis gnarus Iudaicarũ & consuetudinũ, & quæstionum. Quapropter obsecro, ut me lõganimiter audias.* Profectò si malè sibi cõscius fuisset, turbari oportebat,
B quòd loqueretur apud eum qui oĩa sciat, sed hoc à pura conscientia proficiscitur nõ declinare iudicem probè oĩa scientem quæ facta sunt, & gaudere. Qua propter obsecro, ut me lõganimiter audias. Quoniã sermonem erat producturus, & aliquid de se ipso dicturus, propter hoc poccupans obsecrabat, ac dicit: *Itaque uitam quidem meam, quã egi ab adolescentia, quæ ab initio fuit in gente mea in Hierusalem, nouerunt oẽs Iudæi, qui prius nouerãt me ab initio si uelint testimoniũ ferre, quòd secũdũ exquisitissimã sectam nostræ religionis uixerim Pharisæus.* Vult dicere, Qũo seditiosus fuissem, qui talis fui adulescens, taléque habeo testimonium ab omnibus? Deinde & à secta probationem addit: Secundum exactissimam, inquit, sectã religionis uixi. Et quoniam iterum uerisimile quosdam dicere: Quid si secta quidem admirabilis, tu autem malus? uide quomodo obiectionem castigat, testes dicens omnes Iudæos, qui ipsius uel uitam, uel conuersationem norunt. *Sciunt enim oẽs Iudæi, qui prius nouerunt me ab initio, si uelint testimoniũ ferre. Et nũc spe repromissionis fretus, quæ ad patres nostros facta est à deo, sto iudicio subiectus, ad quã duodecim tribus nostræ instanter nocte ac die colentes deũ sperãt se peruenturas, de qua spe accusor ô rex à Iudæis. Cur incredibile iudicatur apud uos, si deus mortuos suscitat?* Duas rationes de resurrectione ponit, unã quidẽ à prophetis, & nõ adducit prophetam, sed illã Iudæorũ esse opinionẽ dicit: alteram autem & fortiorẽ quæ à rebus ipsis. Qualis igitur hęc? quia dicebat Christum à mortuis resurrexisse, & instruit etiam illam rationibus, enarrans primũ suam insaniam diligenter, deinde etiam cum laude Iudæorum. Nocte & die seruiendo sperant, inquit, se peruẽturas. Et ita licèt non essem uitę irreprehẽsibilis, propter hæc nõ oportebat iudicari ô rex Agrippa. Subditur & alia ratio: Cur icredibile iudicatur apud uos si deus excitet mortuos? An nõ hæc opinio uiget? Si enim in hoc dogmate non educati fuissent, nunc au
C tem intentaretur ut crimen, forsan quis iure sermonem non recepisset. Mox dicit, quomodo persequebatur, habet etiam hoc artificium. Et sacerdotũ principes adducit testes, & externas ciuitates, & quòd audierit dicentem sibi: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Deinde ostendit etiam misericordiã dei, quia etiam quum persequeretur ipsum Saulus, ei apparuit, & non mihi soli benefecit, sed etiam aliis D
misit doctorem. Ostẽdit autem & prophetiam quã audiuit: In hoc appartui tibi, eripiẽs te ex populo & gentibus ad quas te mitto. Hęc omnia ostendens dicebat: *Et ego quidẽ existimabam me aduersus nomen Iesu Nazareni multa repugnãdo facturũ, quod & feci Hierusalẽ, & multos sanctorũ ego carceribus inclusi, potestate ac* Supr.8.a
cepta: & quum occiderẽtur, detuli sententiã. Et p oẽs synagogas frequẽter puniens eos cõpellebã blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar etiã usq; in exteras ciuitates. Quarum rerum studio quum irem Damascum cũ authoritate, et permissu principum sacerdotũ, die medio, rex, in uia uidi è cælo supra splendorem Solis, circunfulsisse me lumen, & eos qui mecum faciebant iter. Quum aũt oẽs nos decidissemus in terram, audiui uocem loquentem ad me, ac dicentem Hebraica lingua: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi cõtra stimulos calcitrare. Ego autem dixi: Quis es domine? At ille dixit: Ego sum Iesus quẽ tu persequeris. Sed exurge, & sta super pedes tuos. Ad hoc. n. apparui tibi, ut constituam te ministrũ ac testẽ, & eorũ quæ uidisti, & eorũ in quibus apparebo tibi, eripiẽs te à populo & gentibus ad quas te mitto, ut aperias oculos eorũ, ut con E
uertãtur à tenebris ad lucẽ, & à potestate satanæ ad deũ, ut accipiant remissionẽ peccatorũ, & sortem inter eos quæ sanctificati sunt per fidem quæ est erga me. Considera q̃ mansuetè loquitur. Deus, inquit, dixit ad me, quia apparui tibi ut constituam te ministrum ac testem, & eorum quæ uidisti, & eorum in quibus apparebo tibi eripiens te à populo ac gẽtibus ad quas te mitto, ut aperias oculos eorum, ut couertantur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad deũ, ut accipiant remissionem peccatorum. Quasi diceret, his credidi, hac uisione me adduxit, & sic psuasit ut nihil differrem. *Vnde, rex Agrippa, non fui inobediens cœlesti uisioni, sed his qui sunt Damasci & Hierusalẽ, & per omnẽ regionem Iudææ, deinde & gentibus annunciabã ut pœnitẽ* Sup.13.et
tiam agerent, & conuerterentur ad deũ, opera facientes di 14.
gna his qui pœnitentiam egissent. Igitur ipse etiam alios eruditens uitã optimam, quomodo seditionis & contentionis, inquit, fuissem author? Hac ex causa Iudæi cõprehensum me in templo tentauerunt interficere. *Auxilium igitur nactus dei usq; in hodiernũ diem sto testi* Sup.21.c.
ficans tum parum, tum magno, nihil aliud dicens, quã ea q̃ prophetæ pdixerant futura esse, & Moses, an passurus fue- F
rit Christus, an primus ex resurrectione mortuorũ lumẽ annunciaturus sit populo & gentibus. Vide ut sermo eius adulatione careat, & totum adscribat deo. Vide & libertatẽ sermonis. Sed neque nunc desisto. Vide certitudinem, à prophetis enim confirmor, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione lumẽ annunciaturus. Quia primus Christus surgẽs, iã nõ moritur: manifestum ex hoc quòd omnibus denũciat, Rom.6.a.
& de se ipsis hoc expectent. Deinde Festus ut uidit libertatem, quoniam ad regem loquebatur, nõ auertens se ab aspectu eius, quasi passus esset quippiã, dicit, Insanis Paule. Quòd autẽ hoc passus sit, audi cætera: *Hæc autẽ illo differente, Festus magna uoce dicebat, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam conuerterunt.* Quid igitur Paulus? cum mansuetudine respondens, inquit: *Non insanio potentissime Feste, sed ueritatis ac sobrietatis uerba loquor.* Posteà etiam causam docet, propter quam ad regem sermonem conuertit. *Scit enim de his rex apud quem & liberè loquor, latére enim eum nihil horum arbitror. Non est enim in angulo hoc gestum. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quòd credis.*

H Hoc sic dixit, quasi detrahens & dicens ad illos: Scio quòd omnia scit exactè, & oportebat quidē primos uos hæc scire. Id enim sequentia declarant. Nō est in angulo actū hoc, sed nō uoluistis. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quòd credis. *Agrippa autē ad Paulum dicebat, In paruo persuades me fieri Christianū. Paulus uerò dixit, Optarim à deo non solū in paruo, uerū etiā in magno, nō te modò, sed oēs etiam qui me audiunt hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis hisce uinculis.* Vide quo modo precatur, dicens: Optarim ego à deo. In paruo, hoc est, propter exiguum. Et nō simpliciter orat, sed extendit orationem. Tales, inquit, opto fieri oēs, non solùm te, qualis & ego sum. Deinde apponit, Exceptis uinculis istis. Non molestè ferens propter uincula, neq; erubescens propter quod ligatus erat. Hoc enim erat ei quasi aliud quiddā gloria dignum, sed ad illorum suspicionem respiciens hoc dixit, propterea addidit, Exceptis uinculis his. Sed uideamus iterum quæ dicta sunt. Postero igitur die, ut in auditorium ingressi sunt, iubente Festo adductus est Paulus. Destiterant iam Iudæi ob illius appellationem,
H & tūc clarum fit spectaculum. Cum multo enim apparatu rex & omnis multitudo Iudæorum affuerūt, non illi quidem, & alij non, sed omnes. Multitudo Iudæorum, inquit, omnis interpellauit me Hierosolymis & hìc, acclamantium non debere hunc ultrà uiuere. O insaniam. Clamabant, oportere illum mori, dicentes. Hinc ostendit, quòd iustè appellarit Cæsarem. Quandoquidem nihil poterant illi dicere, sed insaniebant, meritò ad illum uadit. Vt examinatione à uobis facta habeam quod scribam, inquit. Vides q̄ sæpe causa examinatur, & defensionis huius authores sunt Iudæi, quam cogniturі erant etiam Romæ. Super oībus de quibus accusor rex Agrippa, inquit, censeo me beatum, qui coram te rationē redditurus sum. Vide quomodo inuoluntarij & suæ malitiæ, & uirtutum præcones fiunt etiam apud regem, ita ut magnificentius adducatur Paulus, q̄ si absq; uinculis uenisset. Non ultrà enim ut seductor ac prestigiator, postquàm à tātis iudicibus dimissus fuit, adducebatur. Igitur omnibus relictis apud quos educatus & natus fuit, nō simpliciter, sed ab omni suspicione purus Romam uadit. Et non dixit, Quid nam semel appellaui Cæsarē, sæpissimè examinatus sum, quādiu examinabor? Sed quid? Iterum paratus est reddere rationem, etiam apud eum cui res Iudaicę maximè notæ erant. Proinde & cum magna libertate loquitur, utpote iam in ipsum nullum habentibus dominiū, qui in iudicium traxerant: & quanuis non essent ultra domini, sed prævalebat appellationis uis, de omnibus tamen copiosè rationem reddit, & non de illis dicit, & alia omittit. Et ferè hæc in respōsione sua dicit. Accusant ut seditiosum, accusant ut hæreticū, & quòd templum prophanaui, de omnibus rationem reddo. Itaque uitā quidem meam ab adulescētia, sciunt omnes quidē Iudæi. *Gala.1.c.* Vnde ipsi accusatores testes sunt, abhorrere mores meos à seditionibus. Quod etiam ante hoc dicit: Sectator existens paternārum traditionum, id & hìc insinuat, dicens: Vitam meam ab adulescentia. Et quando omnis populus aderat, inuocabat illorum tristimonium: non autem facit hoc solùm, sed etiam apud Festum. Et iterum hoc loco quando plurimi aderant. Illuc autem non multa defensione opus erat defendentibus ipsum Lysiæ literis. Sciunt omnes Iudæi, qui anteà me cognouerunt. Et non dicit qualis sua uita, sed relinquit K illorum conscientiæ & arbitrio. Rem autem totam in sectam reiicit, ostendens hinc, quòd eam non delegisset, si malus esset ac improbus. Propter resurrectionem igitur istā sto iudicio subiectus. Ista & apud illos in precibus petitur, propter hanc orant, propter hanc deum colunt, ut hanc assequantur, hāc ego annuncio, & de spe hac accusor. Nonne insanientium est, omnia quidē facere, ut hanc assequaris, eum autem qui in illam credit fugare? Itaque ego censebam contra nomen domini Iesu Nazareni, oportere multa facere, hoc est, censeo quòd quum hæc facerem, non eram discipulus Christi, sed hostis potius. Vnde & fide dignus sit testis, quòd plurima faciens & expugnans credentes, & suadens blasphemias, & omnia mouens, ciuitates & principes, & per seipsum hęc faciens, repentè mutatus est. Deinde iterum testes q̄ simul aderant ponit. Mox ostēdit se iustè ac meritò credidisse, & à luce, & à prophetis, & ab euētu, & ab his quæ nunc facta. Subdidit enim: In Meridie uidi circunfulgentem me, & eos qui mecum erant, lucē. Vide saltem quomodo & à prophetis, & ab his fidē L illis facit, ne uideatur noua afferre, quanuis magna posset dicere, iterum ad prophetas confugit, & ea in medio ponit. Igitur hoc quidem credibilius, utpote nuper factum: sed quoniam solus uidit, denuò prophetarū authoritate cōfirmat. Et uide quòd ipse nō similiter in iudicio & ecclesia agit: nam illic quidem dicit, quòd occidistis: hic autem nihil tale, ne scilicet magis furorem illorū succēdat: at isthuc ipsum ostēdens ut dixit, an passurus Christus, à crimine illos liberat. Igitur id quod ego annuncio, num resurrexerit à mortuis, à prophetis ostēdo. Etenim & prophetæ hoc annunciant. Igitur sermonem qui idem est cum prophetarum dictis suscipite. Quoniam autem uisionem dixerat, nunc etiam audacius opera dicit. Et qualia hæc? Vt aperias, inquit, oculos, & conuertas à tenēbris ad lucem, & à potestate satanæ ad deum. Ad hoc enim apparui tibi, inquit, non ut puniā, sed ut apostolum te faciam. Vide, ostendit mala quibus increduli constringuntur, satanam & tenebras: sicut & bona credentium, lucem deum, ac sortem sanctorum. Et non simpliciter hortatur ad pœniten M tiam, sed uult ut etiam admirabilis uita agatur. Vide etiam ubique gentes commemoratas in sermone, nam qui aderant, ex gentibus erant. Testificans, inquit, tum paruo, tum magno: hoc est, nobili ac ignobili. Hoc etiam propter milites dixit. Posteà relicto defensionis negocio, ad docēdum ingreditur. Vnde etiam Festus illi dicit: Insanis. Mox ne uideatur ipse doctor esse, adducit prophetas ac Mosen, An passurus, inquit, Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lucem annūciaturus sit populo ac gētibus. Festus magna uoce inquit: Adeò furore & ira uox illa erat plena. Quid igitur Paulus? Non est, inquit, in angulo hoc gestum. Hìc dicit de cruce & resurrectione, & quòd dogma hoc in totum orbem emanarit. Credis, inquit, rex Agrippa? Non dixit, resurrectioni: sed, prophetis. Deinde præoccupat illū, ac dicit: Scio quòd credis. Ad quem etiam Agrippa: In paruo me persuades fieri Christianum. Non intellexit Paulus qd sit, in paruo: Et putauit quòd, ex paruo: unde & ad hoc respondet, tam idiota erat. Et non dixit, uellem, sed optarim: & precor non solùm te, sed etiā omnes audientes. Vide sermonē ab adulatione liberū.

A *Precor, inquit, hodie omnes fieri tales qualis ego sum, exceptis uinculis istis.* Vide qui gloriatur uinculis, qui profert illas sicut catenam auream, is ea nunc deprecatur. Et ne mireris: infirmiores adhuc erant, & attemperabat illis sermonem: alioqui quòd uincula magnificat, audi quoniam semper in epistolis omnibus
Ephe.3.a præponit aliis, dicens: Paulus uinctus Iesu Christi. Et
2.Ti.2.b. iterum: Huius gratia circumpositа est catena, sed ser
Ibidem.a mo domini alligatus nō est. Et usq; ad uincula quasi malefactor. Vide non solum uincula, sed etiā quòd ut malefactor habitus proposuit amplificans uinculorum gloriam. Duplex autē pœna, & quòd ligatus erat, & quòd ut impostor: Nam si quidem uinctus esset, utpote bene agens, consolationem quandam habuisset: nunc autem ut malefactor, & in malis deprehensus, attamen nihil hęc curabat. Talis est anima cœlesti amore sublimis: nā quum ij qui fœdis amoribus capiuntur, nihil putant uel gloriosum, uel pretiosum quàm quòd ipsorum concupiscentiis seruit: id enim solū glorioſum ac honestum putant, & ama
B sia fit eis oia: multò magis qui tali amore flagrant nihil faciunt pretiosa. Si autem non consideramus quę dicuntur, haud mirum est. Imperiti enim sumus huius philosophiæ. Qui enim igne Christi captꝰ fuerit, talis fit, qualis esset homo solus super terram habitans, adeò nihil curæ ei est gloria & ignominia: sed quemadmodum si solus habitaret nihil curaret, ita & talis quoque non curaret. Tentationes autem sic contemnit ac flagella & carceres, quasi in alieno corpore pateretur, uel quemadmodū si adamātinum posideret corpus. Ea autem quæ suauia sunt in hac uita, ita ridet & non sentit, sicut nos uel ipsi mortui corpora mortua. Tantū autem abest, ne ab affectione quadam capiantur: quantùm aurum, quod igne probatur, à macula abscedit. Et sicut muscæ in mediū flammę incidūt, sed fugiūt: ita & affectiones illis accedere non audent. Et uellem horum exempla uobis proponere possem, quoniam aūt inopes sumus,
Gal.6.d. necesse est ad illum ipsum confugiamus. Vide igitur ut ille erga totum mundum affectus fuerit: Mihi mū dus, inquit, crucifixus est, & ego mūdo: hoc est, mor
Ibidē.2.d tuus sum mundo, & ille mihi mortuus. Et iterum: Vi
C uo autem non iam ego, uiuit autem in me Christus. Hoc solius Pauli fuerit dicere, nos autem intantùm absumus, quantū cœlum à terra. Vnde nostrū erat, ut præ uerecundia nos abscondamus, & neq; os aperire audeamus. Quòd autem præsentia quasi in soli-
2.Co.4.d tudine esset, spectabat, audi illum dicentem: Non cō fiderantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidētur. Quid dicis? nōne pugnant uerba ista? Inuisibilia enim non uidemus, uisibilia autē uidemus. Quales habebas oculos, tales sunt qui à Christo dati. Sicut enim hi uisibilia quidem uident, inuisibilia autē non uident, ita illi contrà. Nullus inuisibilia uidens, uisibilia uidet: nullus uisibilia uidens, inuisibilia uidet. Nónne etiam nobiscū hoc fit? Quando enim collecta mente cogitamus aliquid inuisibile, sublimes nobis fiunt efficaces illi oculi. Contemnamus gloriam, rideri uelimus magis quàm laudari: nam qui ridetur quidem, nihil incommodatur: qui autem laudatur, multū. Ne magnificiamus ea quæ homines terrent, sed quemadmodum de his qui pueros terrent sentimus, eos enim nō admiramur: nam quisquis terret, pueros terret. Virum enim terrere nullus potest. Et quemadmodum terrentes supercilia surrigūt, uel aliter uultum distorquent, ut toruè uideant: at sanū & D mansuetum oculū habentes facere, hoc nō possent: ita & hi perspicacem mentis uultum torquent. Atq; ita mansuetum & bonæ animæ hominē nullus terruerit, sed reuereamur omnes, ueneremur. Non uides quomodo terribilis etiā omnibus nobis inuisus est, & abominabilis? Quid enim est, quod solùm terret, & ipsum nō horremus? nónne bestias? nónne uoces? nónne aspectus? nónne loca? nōne aera? utpotè tenebras? Ne igitur magnū putemus, si homines terreāt uos: nam primùm quidem nullus homo facit. Secundum non magnum est, si nos respuāt. Sed magnum est bonum, & magna est uirtus. Et uide quō magna. Ipsam admiramur & magnificamus, tametsi res quibus constat ut miseras habemus. Quis enim non beatum dicit philosophum, tametsi paupertas & quæ id, genus misera esse uidentur? Quando igitur claret per ea quæ esse uidentur misera, uide quā excellens est ipsa. Magnificis homo potentiā? Et qua lis potentia dic oro, ordinata est? Ab hominibus factus es potēs, intus ordiña teipsum. Princeps est, nō E qui uocatus est, sed qui uerè est. Sicut enim rex neq; medicum, neq; rhetorem faciet: ita neq; principem, non enim literæ uel nomen principem faciunt. Insuper si uis, extruat quis officinā medicorum, habeat etiam discipulos, habeat & instrumenta & pharmaca, & ingrediatur ad ægrotos: nunquid sufficiēt hęc, ut præstent nobis medicum? Minimè, sed opus est arte, & sine illa non solū hæc nihil prosunt, sed etiam damnosa. Ei enim q non est medicus, melius fuerit neque pharmaca habere: nā qui non habet, neq; seruat, neq; perdit: qui autem habet, pessundat, nescięs illis uti. Quoniam non in natura pharmacorum est salus solū, sed etiam in arte adhibentis. Hoc enim nisi sit, omnia corrumpūtur. Talis etiam princeps est, habet instrumēta, uocem, iram, lictores, proscriptiones, mulctas, dona, laudes: habet & pharmaca, leges: habet officinam, tribunal: habet discipulos, milites: at sine medica arte illa ei nō proderūt. Iudex medicus est animarū, non corporū. Si autē ille tantam habet corporum curam, multò magis cura habēda animæ, quoniam & anima maior est corpore. Igitur nomen habere principis, non est esse principem. Vo- F cātur & alij magnis nominibus, ut Paulus, Petrus, Iacobus Ioannes, sed non propter nomina sunt id qd uocantur: quemadmodum & ego, licèt eodē quo ille uocer nomine, non tamen una & eadem cum illo res uocabulo uocor, non sum Ioannes, sed uocor Ioannes: ita & illi nō sunt principes, sed uocantur. Sunt illi principes etiā sine his, sicut & medicus, licèt arte non utatur, habeat autem illam in anima, & medicus est. Sunt principes, suiipsorum principes. Tria. n. hæc sunt animæ, domus, ciuitas, orbis: & uia quadam res procedūt. Oportet igitur præficiendum domui, & ædificaturū illam, prius animam suam componere, domus enim ipsius est. Si autem suā non poterit, ubi una aīa, ubi unus dominus, ubi semper secum habitat, quomodo alios ędificabit? Qui animā suā componere potest, partim faciēdo ut regat, partim ut regatur, hic etiam domū poterit. Qui autem domum, idem & ciuitatem. Et qui ciuitatem, etiā orbem. Si autem animā nō poterit, quomodo orbem poterit? Hęc à me dicta sunt, ne sic stupescat principatus, ut uideamus, qd nā sit principatus. Ferè enim non est principatus, sed derisio, & seruitus, & multa

G alia quis dixerit? Dic oro, Quid est proprium principis? Nónne prodesse & bene facere subditis? Quid igitur si hoc non fuerit? Quomodo alijs proderit, qui sibi non prodest? Qui multos perturbationum impetus in anima habet, quomodo aliorum affectiones curabit? Ita & uoluptas, non est ipsa uoluptas, sed alia. Quemadmodum princeps demonstratus est, nō hic, sed alius: ita & qui in delicijs, non hic, sed alius. Nam uidetur mihi quidem esse uoluptas, uoluptate frui, & gulæ ac uentri indulgere. Esto enim comedat, bibat, lasciuiat, deinde curam habeat, ac mœreat: num poterit hic esse in delicijs? Nō igitur edere ac bibere uoluptas est, sed in uoluptate esse. Esto quis aridum manducet panem, & impleatur cum lætitia. Igitur hoc fuerit uoluptas? Videamus igitur ad quem illa ueniat, Ad diuites, uel non diuites? Neque ad hos simpliciter, neque ad illos, sed ad eos qui ita suam præpararant animam, ne multos habeant tristitiarum fomites. Et qualis est hæc uita? forsan dicet quis, Video enim uos omnes audiendi auidos, quæ sit uita hæc, quæ nullum mœrorem habet. Igitur confessum sit à uobis primùm, quòd hæc uoluptas sit: hæ deliciæ sint, quando mœror non interturbat, & non petat à me carnem ac sanguinem, & condimenta, & uestes sericas, & mensæ abundantiam. At si ostendero absque his præsentem uitam illam, hanc uoluptatem dilige, hanc uitam. Multa enim quia non reputantur necessaria, afferunt nobis tristitiam. Vter igitur magis contristabitur, qui nihil horum curat uel qui curat? Et qui metuit uicissitudines ac mutationes, uel qui non metuit: qui inuidiam, qui odium, qui calumnias, qui insidias, qui iacturam timet, uel qui illorum expers est: qui pluribus indiget, uel nullo: qui innumeris seruit, uel qui liber: qui innumeris opus habet, uel qui nullis: qui unum dominum timet, uel qui plurimos? Igitur maior hìc uoluptas est. Itaq; hanc sectemur, & ne simus erga terrena ita affecti: sed rideamus omnē huius uitæ apparatum, & frugaliter uiuamus, ut possimus iucundam uitam hanc transigere, & promissa bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium, honor, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Surrexit autem & præses ac Bernice, & qui assidebant eis. Et quum secessissent, loquebantur inter sese, dicētes: Nihil morte, aut uinculis dignū fecit homo iste. Agrippa autē dixit, Dimitti poterat homo ille, si non appellasset Cæsarē.

Homilia, liij.

Ide quomodo iterū pro illo suffragia ferūt.

u Etiam postquā dixit, Insanis: absoluunt illum, dicentes, nec morte, nec uinculis dignum: & omnino dimisissent, nisi Cæsarem appellasset: sed hoc singulari dispensatione cōtigit, non hoc autem solū, sed etiam quòd cum uinculis uadit. Propter hoc dicebat, usq; ad uincula: quasi malefactor. Nam si Christus cū impijs reputatus est, multò magis ille: sed quemadmodum ille gloriā non curauit, ita nec hic. Admirabile enim est, quòd mistus inter illos, nihil damni ab eis accipit. *Postquā autem decretū est, ut nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt & Paulū*
Cap. 27. *& quosdā alios Cēturioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ. Cōscēsa aūt naue Adramytina nauigaturi, iuxta loca Asiæ soluimus, perseuerante nobiscū Aristarcho Macedone Thessalonicense. Sequenti autem die appulimus Sidonem.* Vide quousque comitatur & Aristarchus. Bene etiam uti- K
liter adest ille, qui in Macedonia omnia q̄ acta erant annūciaturus. *Humaniterq; Iulius Paulo tractato, permisit ut profectus ad amicos ab illis curaretur. Et inde quum soluissemus subnauigauimus iuxta Cyprū, eo quòd uēti essent contrarij.* Permisit, inquit, Iulius Paulo humaniter tractato. Bene faciebat hoc permittendo: ut profectus ad notos, curaretur. Verisimile enim erat, illū ualde afflictum à uinculis, à metu, & circūductione. Vide quomodo neq; hoc occultat, quòd uoluit curam habere. Iterum tentationes, iterum uenti contrarij: uide per omnia uitam sanctorum sic contexi. Effugerant tribunal, & faciunt naufragium, ac ferūt tempestatē: quod & manifestat subdens, *Tūc pelagus quod est inter Ciliciam et Pamphiliam emensi peruenimus Myram, quæ Lyciæ. Et ibi Centurio nāclus nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam, transtulit nos in illam,* Nactus, inquit, nauem Alexandrinam. Meritò inuenitur, ita ut & illi annuncient in Asia qd Paulo acciderit, & hi in Lycia. Vide deum nihil innouare, neque mutare, sed permittere illum nauigare uentis impor
tunis. Sed etiam sic miraculū operatur: nam ut secu- L
rè nauigent, non permisit illis in mari, sed semper iuxta terram nauigabant. *Et quum multis diebus tardè nauigaremus? & uix deuenissemus contra Gnydū, prohibēte nos uento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonē. Et uix præterlegētes illā, peruenimus in locū quendā, qui uocatur Calilimenes, iuxta quē propè ciuitas Lasæa. Multo autē tēpore peracto, & quū esset iā nauigatio periculosa, eo quòd ieiunio iam defectus erāt uiribus, admonebat eos Paulus, dicens eis: Viri, uideo quòd cū iniuria multoq; damno, non solū oneris & nauis, sed etiam animarū periculosa futura sit nauigatio. Centurio autē gubernatori & nauclero magis credebat, quām his quæ dicebantur à Paulo.* Ieiunium hìc opinor dici, quòd Iudæi seruant. Nam post Pēte costen, exierant illinc post multum tempus, ita ut in ipsa ferè hyeme uenerint in partes Cretę. Et hoc quo
que non paruum miraculum, quòd illi propter hūc seruati fuerunt. Viri, uideo quòd cum iniuria multóque damno nō solùm oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum, periculosa futura sit nauigatio. Itaque Paulus iubebat manere, & futura prædicebat. Illi autem quum festinarent, & ob locum quoq; M
prohiberentur, uolebant in Phœnice hybernare.

Et quum aptus portus non esset ad hybernandum, complures ceperunt consilium soluendi illinc, si quomodo possent, peruenīi Phœnicen illic hybernare. Is est portus Cretæ, spectās ad Aphricū & ad Chorū. Aspirante aūt Austro, rati se propositi compotes, quū solu issent Asson præterlegebant Cretā. Verùm haud multò post coortus est cōtra ipsam uentus Typhonicus, qui uocatur Euroaquilo: quumq; correpta esset nauis, nec posset obniti uento, data naui flatibus, ferebamur: in insulam autē quandā deuecti, quæ uocatur Clauda, uix potuimus obtinere scaphā. Qua sublata adiutoriis utebātur, subtingētes nauim, timētes ne in Syrtim inciderent, demisso uelo sic ferebantur. Quū aūt uehemēti tempestate iactaremur, sequēti die iactū fecerūt, ac tertio die nostris manibus armamēta nauis proiecimus: porrò neq; Sole, neq; syderibus apparētibus ad cōplures dies et tempestate nō exiguā imminēte, iā ablata erat omnis spes salutis nostræ. Tunc stans Paulus in medio illorū, dixit. Vide post tantā tēpestatem nec importunus, nec insolēs illis loqtur: sed uolens, ut uel in posterum credant: unde & quæ facta erant, in testimoniū assumit ueritatis dicendo rum. Et duo prædicit, Et quòd in insulā exeundū illis, & quòd

A lis, & quòd nauis peritura: qui aūt in illa saluādi sint, id quod non erat cōiecturæ sed prophetiæ, & quòd Cæsari assistendus esset. Quod aūt dixit, Donauit tibi deus oēs: non erat arrogantiæ, sed uolentis adduci ad fidē nauigationis socios, nó ut ipsi gratiam haberent, sed ut credant his quæ ab ipso dicebātur, sic dixit. Quod aūt dictum Paulo, donauit tibi eos: tantundē est, digni quidē erant qui perirent, quoniam inobedientes fuerūt, ueruntamē in tui gratiā hoc fit. Cum aūt esset multa inedia, Paulus stans in medio eorum, dixit: *Oportebat quidem, ò uiri audito me, nō soluere à Creta, nec accersere nobis iniuriam hanc & iacturam. Et nunc hortor, ut bono animo sitis. Iactura enim animæ nulla erit ex nobis, sed tantū nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, quem & colo, dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit tibi deus oēs qui nauigant tecum. Propter quod bono animo estote uiri. Credo enim deo, quòd sic erit, quemadmodū dictum est mihi. In insulam autē quandam oportet nos eiici. Sed postquàm quartadecima nox superuenit, nauigātibus nobis in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautæ*
B *apparere sibi aliquam regionē, qui et demissa bolide repererunt passus uiginti, ac pusillum inde digressi rursumq; demissa bolide repererunt passus quindecim, timentesq; ne in aspera loca inciderent, de puppi iactis anchoris quatuor optabant diem oriri. Nautis uerò quærentibus fugere è naui, cum dimisissent scapham in mare, sub prætextu uelut è prora anchoras extensuri: dixit Paulus Centurioni, ac militibus, Nisi hi in naui manserint, uos salui fieri nō potestis. Tunc abscīderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere. Hic ostēdit quòd nautæ fugā inituri erāt nō* credentes dicto. Ideo & dixit: Si hi fugerint, uos seruari nō potestis. Non pp hoc dixit, sed ut detineat illos, & prophetia nō excidant. Vide quasi in ecclesia eruditi illos philosophiā Pauli, quos & è medijs seruat periculis: & mira dispensatione nō creditur Paulo, ut postq̄ rem experiantur, credant, quod & factū est. Et iterum hortatur ut sumant cibū & obtemperant, & ipse primus accipit, nō sermone solū, sed etiā opere, suadens quòd nihil nocitura sit tēpestas, sed magis ēt illorū animas lucrifactura sit. *Et cū dies inciperet oriri, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicēs:*
C *Dies hic decimusquartus est quòd expectātes ieiuni permanetis nihil accipientes, propter quod hortor uos ut sumatis cibum: hoc enim ad salutem uestram pertinet, quia nullius uestrum capillus de capite cadet. Et cū hæc dixisset sumpto pane gratias egit deo in conspectu omniū, & cum fregisset cœpit edere. Porrò animis iam recreatis omniū, sumpserunt & ipsi cibum. Eramus uerò uniuersæ animæ in naui ducentæ septuagintasex, & satiati cibo alleuiabant nauē eiicientes triticum in mare. Dum aūt dies esset, terram non agnoscebant: sinum uerò quendam animaduerterunt habentem littus in quod cogitabant si possent impingere nauem. Et cum anchoras sustulissent, cōmittebant se mari simul laxatis iuncturis gubernaculorum, & sublato artemone ad auræ flatum tendebant ad littus. Et cū incidissent in locum bimarem, impegerunt uauem, ac prora quidem infixa manebat immobilis, puppis uerò soluebatur à ui undarū.* Iterum tētat diabolus obsistere prophetiæ, & uolebāt quosdā interficere, sed nó permisit Centurio, ut Paulum seruet, adeò illū iam familiariter diligebat. Militum aūt consiliū erat, ut uinctos occiderent, nequis cū enatasset, effugeret. At Cēturio uolēs seruare Paulum, cōpescuit eos à consilio, iussitq; ut qui possent natare abiicerent se primos, & in terrā euaderent, cę
D terię partim in tabulis, partim ī quibusdā nauis frag
mentis. Et sic factum est ut oēs incolumes euaderēt in terram. *Et cum euasissent, tunc cognouerunt quòd Melite insula uocetur.* Vides quantū bonum factū est ex tempestate? Non igitur erat, ex derelictione. Et qūo, inquit, ferebant, cū nihil ederent, nullūq; cibum sumerent? Timor tenebat illos, & appetitū cibi negabat extremè periclitaturis. Igitur qd factum est, à tpe erat: maximum aūt miraculū, quòd in tali tpe à periculis medijs seruati sunt, & ipse & pp ipsum cęteri. Et sublato artemone ad uenti flatum contendebāt ad littus. Hoc dixit ostendere uolens uiolentiā quam sustinebant in tēpestate. Sæpe. n. non sic faciunt. Ideo & deduxerunt carbasa, hoc est, uelū, id quod fit ubi uehementer flat uentus, ut impediatur uenti uiolen
tia. Hæc aūt patiebantur in Adria, ubi seruari difficile. Eramus aūt in naui animæ oēs ducentæ septua- *Hic supr. 27. g*
gintasex. Et unde manifestū quòd tot erant qui simul nauigabāt? Verisimile erat illos rogasse causam propter quā nauigant, & didicisse omnia: qui & nihil edebant, quia nulla erat eis cura cibi, eo quòd non erat uulgare periculum. Et uide qūo Paulo non sim E
pliciter accidit dilatio nauigationis, & intempestiua nauigatio, sed facit illud doctrinæ tēpus. Nō parum aūt fuerit, siquidē hi oēs crediderunt. Sed uideamus iterū quæ dicta sunt: Multo iam tpe transacto cum esset iam periculosa nauigatio admonebat Paulus, dicens illis, Viri, uideo quòd cū iniuria & damno futura est nauigatio. Vide q̄ alienus est à fastu. Ne uideatur prophetizare, sed quasi à coniectura dicere: Video, inquit. Non. n. fusce pissent, statim si hoc dixisset. Prius igitur prophetizat, & dicit deus cui seruio, inducens illos: qūo igitur non fuisset cū iactura animarum? Fuisset utiq;, nisi deus seruasset: certè quantū ad rei naturam pertinet, periissent, sed deus prohibuit. Centurio aūt, inquit, gubernatori magis credebat, quā his quæ dicebantur à Paulo: ut ostendatur quòd nō à coniectura hęc dicebat, gubernator contraria dicit, idq; experientia clarus. Ita nō erant à cōiectura q̄ dicebantur. Cum autē portus, inquit, non esset idoneus ad hybernandū. Vides & locus docet non esse à cōiectura. Immo multi illi à cōiectura loquebantur, qui & inde suadebant soluendū, Sed nul F
la illis inde utilitas: inciderūt enim in tempestatē, & iacturam eorū quæ uehebant, faciunt. Ideo & hoc manifestans subdidit: Cum aūt uehemēti tempestate iactaremur, nostris manibus armamenta nauis proiecimus. Ne posthac possint esse increduli, hæc fieri permittuntur. Et oritur magna tēpestas, & ingētes tenebræ fiunt: posteà ne pereant, ēt triticum eiicitur, & oīa. Hoc. n. est, armamenta nauis proiecimus: cum aūt esset multa inedia dixit Paulus, Oportebat morē gerentes mihi, lucrifeciſſe id iacturę. Vide qūo non parua ad audiendū conferebāt, tempestas, inquam, & tenebrę. Et uide qūo credit Centurio, ut & scapham relinquat & perdat. Quòd aūt nautę nondum crediderunt, & posteà credunt ne mireris. Etenim genus illorum impudens quodammodo est, & ad credendū durius, Tu aūt etiā sapientiā Pauli hinc cōsidera. Non enim increpat & exasperatur, sed māsuetè sic: Oportebat, inquit Sciebat enim quòd calamitosis non est acceptus obiurgator, sed ubi etiam plures calamitates pterierint fit acceptio. Igitur tunc aggreditur quando oīs spes salutis sublata, tūc & utilia prædicit. Vt autē decimaquarta nox facta est, in-

Quit,timẽtes optabant,diẽ fieri. Nequis dicat quòd nihil fuerit, hoc addidit, ostendens oĩa facta:quòd autẽ facta sint,timor testabatur. Optabant,inquit, diem fieri timentes. Et locus difficilis erat. Et enim p Adriã hæc contingunt,& erat magna inedia. Hic decimusquartus dies est,quòd expectantes ieiuni permanetis. Ita omnia docent eos in medio fuisse mortis. Ideo subdit, Obsecro uos ut sumatis cibum,hoc enim ad salutẽ uestrã fuerit:hoc est, ne forsan fame pereatis,cibũ sumite. Vt aũt panem accepit, gratias egit deo. Vide qđ ille gratias agit, pp ea q facta sunt: non solùm illos confirmauit,sed ẽt alacres facit. Erat mus autẽ,inquit,omnes animæ in naui ducentæ septuagintasex. De his dicebat,iactura animę ne unius quidẽ erit ex nobis. Hoc ex satis persuasa anima proficiscebatur,dicere quòd ne una quidẽ anima peritura esset. Satiati aũt cibo,alleuiabant nauim eiicientes triticum. Vides,cũ hoc quòd accipiunt cibũ, credũt solũ,& sic iam totũ in Paulũ reiiciebant. Ita ut ẽt triticum eiicerent. Vide illos & humana facere, & non prohibere Paulũ. Quãdo aũt,inquit,dies factus est, H laxarunt iuncturas: destruitur nauis in die, ne metu pereant,ut uideas re ipsa prophetiã. Militum aũt cõsilium erat, ut occiderent uinctos. Vides ẽt per hoc Paulo grati facti sunt. Nam pp illũ non permisit eos occidi. Centurio, ita mihi uidentur ex confesso mali fuisse,ita ut occidere illos uellent: sed nõ est factum, consilio impedito. Alij aũt in tabulis efferebantur,& omnes ita seruati sunt, & prophetia sic impleta est. Non.n. ante multos annos prædixerat,sed naturam euentuũ sequẽs: omnia enim erãt supra spem, & per suam salutem didicerunt quis esset Paulus. Si aũt diceret qs,quare nõ & nauim seruauit? ut discant quale periculum euaserint,quia non totũ fiebat humano adiutorio,sed manu dei,q̃ absque naue seruauit. Atq; ita iusti licèt in tẽpestate sint, licèt in mari, licèt in pelago nihil graue patiuntur, quin & alios secum seruant. Si naui gantes, periclitantes,& naufragiũ sustinentes,si & uincti per Paulum seruati sunt, cogita quid est esse uirum sanctũ in domo: multæ enim tẽpestates ẽt nobis incumbunt his multò grauiores, sed potest deus ẽt nos donare, modò credamus sanI ctis sicut illi,si fecerimus quæ præcipiunt. Non enim simpliciter seruantur,sed ẽt ipsi fidem attulerunt: licèt uinctus esset sanctus maiora solutis operatur. Et considera hoc hic factũ. Solutus centurio uincto illo habebat opus. Gubernator peritus,non gubernãte egebat. Non.n. talem gubernabat scapham, sed orbis ecclesiam, qui didicerat ab illo maris domino nõ humana arte,sed spirituali sciẽtia in naui illa multa naufragia,multas procellas,spiritus malitię,intus pugnas,foris timores: atq; ita hic reuera gubernator erat. Vide oro oem uitam nostram sic constitutam, nunc enim misericordia fruimur, nunc autẽ tempestas incidit, nunc ob propriam stultitiam & ignauiã in multa incidimus grauia, immo hoc fit, quòd non audimus Paulum festinantes aliquò ire, quò ille nõ iubet. Quippe etiámnum nauigatiõis nostræ socius est,licèt non ligatus ut tunc. Adhortatur etiámnum & dicit his qui in mari hoc, Attendite uobis ipsis,ingredietur post meã abitionem lupi rapaces ad uos.
2.Tim.3. Et iterum, In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa,& erunt homines seipsos amantes, auari,arrogantes. Hic enim omnium importunissimus spiritus est. Maneamus igitur ubi iubet, in fide scilicet,i securo portu. Ipsum magis audiamus,q̃ gubernatorem qui est in nobis,rationẽ inquã. Ne ea q̃ hæc suggerit,faciamus: ne ea quę nauclerus,sed quę Paulus iubet, qui plurimas tutus transiit tempestates: ne experientia discamus,sed ante experiẽtiam discamus uitare cõtumeliam & damnũ. Audi quid dicat, Qui uolunt ditari,incidunt in tentationẽ. Credamus ei. Vide enim quid his qui nõ crediderunt,acciderit. Et iterum alia ex causa,unde sint naufragia dicit, Qui sanè,inquit,naufragium fecerunt circa fidẽ, tu aũt mane in his quæ didicisti. Credamus Paulo etiam si in media tempestate simus,omnino à periculis liberabimur, etiam si quatuordecim noctium inedia uexati simus, etiãsi spes salutis exciderit, etiãsi in tenebris simus ac caligine,credentes ei à periculo liberabimur. Nauim esse putemus uniuersum orbẽ, & in hoc malefactores & multis flagitijs turpes,& alios quidẽ principes,alios uerò uinctos,alios aũt iustos qualis Paulus,alios demum uinctos & peccatis astrictos. Itaq; si quidẽ Paulo crediderimus non uincti peribimus,sed ẽt soluemur. Donat etiam nos illi deus. An negas peccata & affectiões grauia esse uincula? non solæ manus uinctæ sunt,sed totus homo. Dic oro, Nõne siquis multas possidẽs pecunias, eas non erogat neq; insumit,sed retinet,parsimonia grauius. q̃ indisruptis uinculis ligatur? Item quãdo quis fato se subijcit, nõne hic iterum alijs ligatus est uinculis? item si superstitiosis traditionibus & symbolis, nónne quouis uinculo illa molestiora? Adde si concupiscentiæ irrationabili & fœdo amori, quis nobis hæc uincula rũpet? Profectò deo opus est ut soluantur: & sufficit quidem uno periclitari malo: quando aũt uincula & tempestas iunguntur, cogita quantũ erit tunc periculum? Quid enim non sufficit ad perdẽdum, nónne fames? nónne tempestas? malitia simul nauigantium? temporis importunitas? at contra hęc omnia stat Pauli claritas. Sic sanè ẽt nunc. Retineamus apud nos sanctos, nec erit tempestas, immo ẽt si fuerit tempestas, erit serenitas ac tranquillitas & à periculis liberatio. Quoniam uidua illa sanctum hospitio habebat, etiã filij eius mors soluta est, & rediuiuum accepit puerum. Vbi pedes sanctorum ingrediuntur, nihil erit quod contristat, etiamsi quid fiat, id ad probationẽ maioremq; dei gloriam pertinet. Assuesce, ut pauimenta domus à talibus calcẽtur pedibus,& non calcabit dæmon illic,& ualde meritò: nam sicut ubi fragrantia est, ibi non habet locũ grauolentia: ita ubi sanctũ est unguentũ, ibi suffocatur dæmon, lætificat simul agentes, animã recreat, odorem diffundit. Vbi spinæ, ibi bestiæ: ubi hospitalitas, ibi nõ sunt spinæ. Misericordia ingrediens, quauis falce melius sentes exsecat, quouis igne uiolentius exurit. Ne timeas. Reuerẽtur sanctorũ uestigia, sicut leonem uulpes. Iustus.n. inquit, ut leo confidit. Introducamus hos leones in domũ,& oẽs exigentur bestię, non clamantibus, sed simpliciter loquentibus illis. Nõ.n. leonis rugitus bestias sic fugat, ut iusti oratio dæmones: si loquetur solum, deuolant. Et ubi nunc sunt, inquit, tales? ubiq; si crediderimus nos, si quęsierimus, si solicitè indagauerimus. Vbi quæsiisti, dic oro, quãdo hoc tibi fuit curæ? Si aũt non quęris, ne mireris si nõ inueneris. Qui enim quærit, inuenit, non qui non quærit. Audi eos qui in solitudinibus sunt, abiice aurũ & argentum, ubiq; terrarum sunt: etiamsi in domo non recipias, accede tu ad illũ, fias

K 1.Tim.6. b

2.Tim.3 d

4.Reg.4 M

Prou.18. a

Mat.7.b

L

A cum uiro, ad domiciliũ illius uade, ut possis etiam benedictione frui: magna.n. ab illis est benedictio, quam assequi studeamus, ut illorũ precibus adiuti misericordia dei fruamur gratia unigeniti illius, cui cum patre simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Barbari uerò præstabãt nõ uulgarẽ humanitatẽ nobis. Accẽsa n. pyra recipiebãt nos oẽs propter imbrem qui imminebat & propter frigus. Cũ cõgregasset autem Paulus sarmentorũ multitudinẽ, & imposuisset in ignẽ, uipera à calore prorepens, innasit manũ eius.

Homilia. liij.

Ræstabant, inquit, non uulgarẽ humanitatẽ nobis Barbari, accensa pyra: alioqui nulla salutis utilitas fuisset perditura illos tempestate. Deinde Paulus sumpta sarmenta posuit in ignẽ. Vide illum operantem, uide illum nusquã temerè miracula facientem, sed ob necessitatẽ. Et cũ tempestas oriretur, non sine causa prophetizabat: & hic sarmẽta imponit, ignarus omnis fastus, ut ita seruet illos, fruanturq; calore. Posteà uipera apprehe
B dit manum illius. Vt autem uiderunt Barbari pendentem bestiam à manu eius, dicebant inter se, Omnino homicida est homo iste, quem seruatũ in mari, ultio non sinit uiuere. Bene etiam hoc permissum est, ut & illi uiderent, ac loquerentur talia, ut futuro miraculo non discredant. Et uide illos honestè inter se loquentes. Vide naturæ iudicium etiam apud Barbaros incorruptum, neque simpliciter condemnantes. Et hi prius uident, ut magis admirentur. At ille quidem excussa uipera in ignem, nihil mali passus est. Illi autem expectabant ut incẽderetur, & cum diu expectarent, & uiderent nihil mali ei accedere, mutata mente, dicebant eum esse deum. Expectabãt, inquit, ut ille cadat mortuus: & iterum uidentes quòd nihil tale contingeret, dicebant, deus est. Iterũ supra modum loquũtur. Posteà, *In locis autẽ illis erant prædia primatis insulæ, cui nomẽ Publio, qui nos exceptos triduò benignè tractauit hospitio.* Ecce iterũ alius hospitalis Publius & diues & abũdãtissimus, nihil de religione Christi sciẽs, sed ob solã calamitatem misertus illorũ est, hospitioq; benignè tractauit. *Con*
C *tigit aũt patrẽ Publij febribus ac dysenteria uexatum decũbere. Ad quẽ Paulus ut ingressus est, orauit, imposuit illi manus et curauit eũ.* Et ita dignus erat, cui bene fieret, ideo & pro susceptione Paulus curationẽ illam retribuit. *Hoc autem facto cæteri quoque qui habebãt infirmitates in insula, accedebãt & curabãtur: qui & multis honoribus honorarũt nos, & soluẽtibus imposuerũt q̃ necessaria.* Et dederunt, inquit, nobis soluentib⁹ ea q̃ necessaria cũ nobis tũ aliis. Vide & à tẽpestate liberatos nõ fuisse neglectos, sed ẽt pp illũ liberali hospitio susceptos & alitos ad mẽses tres. *Post mẽses aũt tres nauigauimus in naui Alexandrina, q̃ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castor & Pollux. Et cum uenissemus Syracusis, mansimus triduò. Inde circumlegentes uenimus Rhegium, & post unum diem afflante Austro postridie uenimus Puteolos, ubi repertis fratribus rogati sumus, ut maneremus apud eos dies septem, & sic uenimus Romã. Et inde eũ audissent fratres de nobis, prodierũt in occursum nobis usq; ad Appij forũ, & tres tabernas. Quos cũ uidisset Paulus, ut egit gratias deo sumpsit fiduciã.* Propter Paulum uide omnia hæc fieri, ut credant uincti, milites, ac cẽturio: nam etiam si lapides fuissent, & propterea quę cõsoluerat, & ipsi audierant, & q̃ prædixerat, & pro-

D pter miracula quę fecerat, & pp beneficia quib⁹ edu cati erant de illo magna utiq; cogitassent. Vide quãdo rectũ iudicium fuerit & à nulla affectione præoccupatum, qũo statim recta iudicia accipit & probatas sententias. Porrò prædicatio etiam usq; in Siciliã peruenit. Vide quomodo & Puteolos inuentis quibusdam transit, mox occurrerunt & alij, tãta fratrũ erat alacritas: non turbauit illos quòd Paulus erat in uinculis. Vide etiam illum iterum humana quadã affectione teneri. Visis enim fratribus, inquit, fiduciã sumpsit. Quanuis tanta miracula fecisset, attamẽ ab aspectu augmentum sumpsit. Et ex hoc discimus quòd humano more etiam consolationẽ accepit, & contrà. *Quãdo autem uenimus Romam*, inquit, *permissum est Paulo ut maneat solus cum milite custodiente illũ.* Non paruum etiã hoc argumentũ est illũ fuisse per omnia admirabilem, non enim iam cum aliis numerabatur. *Post tres autem dies conuocauit Paulus Iudæorũ primores.* Post tres, inquit, dies, ne præoccuparentur illorum aures, etiam familiaritatem cum illis habuit. Non enim ipsi accusaturi illum erant, attamen non hoc curabat, sed dicendi gratia aderat, & non E prostituendi ea quæ dicebantur. Igitur Iudæi quidẽ uidentes hæc miracula persequebantur, ac fugabãt. Barbari uerò nullo conspecto, ob solã calamitatem misericordes fuerunt. Omnino, inquit, homicida est homo iste. Et non simpliciter pronũciat, sed omnino, inquit, sicut uidere licet. Et ultio, inquit, uiuere illum nõ sinit. Igitur & de prouidẽtia sermonẽ habuerunt. Multis philosophis sapientiores fuerũt Barbari illi, qui ea quę sub luna sunt, extra prouidẽtiã ponũt. Illi autẽ ubiq; putant adesse deũ: & licèt quis sępe effugiat, non tamen effugere oino potest. Et reuerentur iam propter calamitatem, & non euulgãt, sed inter se dicunt uincula enim hoc docebant suspicari. Et licèt uinctus esset, reuerentur, dicentes, num bene facit is qui in uinculis. Ruborem nobis afferant Barbari: nesciebant enim qui nam essent illi, sed ob calamitatem iam miserabantur, quòd hoies essent. Et cũ diu expectassent, inquit, quando esset moriturus, & quando excussa manu etiam bestiã abiecit, tũc uiderunt, & expauefacti sunt. Et non repentè factũ est signũ, sed hominibus aliquandiu expectantibus, ne F putetur fallacia esse, non erat igitur præstigiũ. Humaniter, inquit, illos hospitio tractauit Publius, ducẽta septuagintasex erant nomina. Cogita magnũ hospitalitatis lucrum, nõ quòd necessitas esset, non quòd inuitus agat, sed quòd lucrũ putabat, tres dies hospites illos habuit. Posteà cõpensationẽ accipit multò ampliorem, meritò cum & alij curarentur. Qui etiã multis honoribus prosecuti sunt nos, num mercedẽ accipiebant? Absit. Sed ut scriptũ est, Dignus est operarius cibo suo. Et soluentibus imposuerunt necessa Mat.10. ria. Manifestum quòd & uerbũ prędicationis susce- b perunt, qui illos sic tractarunt. Non enim differuissent trimestri illo tempore, nisi etiam credidissent, & fructus declarassent: & inde magna coniectura est multitudinẽ credẽtiũ illic uisam. Et soluimus, inquit, in naui Alexandrina quę hyemarat in insula, cui insigne Castor & Pollux. Fortasis erãt picti in illa: adeo erant idolis obnoxij. Vide diu morã trahẽtes, & iterum festinantes. Vltrà uenerabilis erat Paulus, ita ut permissum ei sit solum esse. Nam cũ etiam anteà humaniter illo usi fuerunt, multò magis nunc. Et afflã te, inqt, Austro, postridie uenimus Puteolos, ubi in-

Guentis fratribus, rogati sumus ut maneremus apud eos dies septē. Et sic Romā uenimus. Et illinc fratres ut audierunt de nobis, exierunt in occursum nobis usq; ad forū Appij, & Tres tabernas. Non metuentes periculum, tametsi sat multa illis futura certò uidebātur. Vide quò in tanta nauigatione nusquā appellunt ad ciuitatē, sed in insulā, & tota hyeme uersantur ibi ut illi qui simul nauigarant, ad fidē componerentur. Et permissum est ei, inquit, ut permaneret solus cū milite qui ipsum custodiebat, atque ibi non licebat ei exire, neque illic insidias timebat. Nō enim licebat ultrà tumultuari, atq; ita illū nō custodiebant, sed & ita nihil graue ei accidebat. Etenim nō permittebatur in tanta ciuitate, & cū rex esset ac libertas fieri aliquid indignū. Vnde semper quæ uidentur esse contra nos, ea pro nobis fiūt. Custos. n. erat Pauli, Et conuocatis primatibus Iudæorum, loquebatur eis, & cōtradicentes receſſerunt, increpantur ab illo, & nihil audent dicere. Non. n. dabatur eis
Exo.1.c contra illum potestas. Hoc. n. mirabile est, quòd nō per ea q̄ uidentur securitatis esse, sed planè per cōtra
H ria oía pro nobis fiunt. Et ut discas, iusit Pharao in flumē proijci pueros: nisi proiecti fuissent pueri, non fuisset seruatus Moses, non in aula educatus fuisset. Quando seruabatur, nō erat in honore: quando expositus est, tunc factus est in honore. Hoc faciebat deus declarans suā omnipotentiā ac sapientiā, quā
Ibidē.2.c facile ei sit seruare. Minatus est illi Iudæus dicēs, Nū quid me occidere tu uis? & hoc illi profuit, singulariq; dispēsatione factū, ita ut ipse uideret uisionē illā quæ est in solitudine, & ut conuenienti tpe impleatur, utq; philosopharetur in solitudine, ac securè uiueret. Et in omnibus Iudæorū contra illum insidijs idem fit. Tunc clarior prodit, ut cū insurgerent contra eū & Aaronem, clariorem eum fecerūt, ut indubitata fieret eius ordinatio, & ita etiā in posterum laminæ æreæ admiratione factæ sunt. Scitis enim opinor historiam, & ideo narrationē prætercurro. Et ideo si uolueritis iterum eadem quæ superius acta,
Gen.4.b id genus pertractemus: Cain fratrē occidit, sed hac ratione plurimū profuit. Audi enim quid dicit, Vox
I sanguinis fratris tui clamat ad me. Et iterum alibi, inquit, Sanguine magis loquente quàm Abel. Libe-
Heb.12.f rauit illum ab incertitudine futura, mercedem auxit. Charitatem didicimus oēs, quam erga illum habuit deus. Quid enim offensus fuit, qui nihil citius, quā mortē accepit? Quid enim lucri habent tardius morientes, dic oro? Nihil. Neque enim ab eo quòd multos annos uel paucos uiuitur, felicitas: sed ab eo
Dani.3.c quòd uita ut oportet, utimur. Tres pueri iniecti fue
Dani.4.f rūt in caminū, & per hoc facti sunt clariores. Daniel missus est i lacū, & inde prodijt illustrior. Vides ubiq; tētationes magna parere bona, & hīc, & quò nō & alibi? In malitia idem euenit, ut si quis calamum habens, prælietur cōtra ignem: & uidetur quidem uerberare ignem, ignis autem clarior fit, & calamus cōsumitur. Alimentum enim & fomes claritudinis, est malitia uirtuti. Iniustitia, quando ut opus fuerit utitur deus, res nostras clariores reddit. Iterū quando diabolus operatur tale quiddā, clariores facit sustinentes. Cur igitur, inquit, in Adā hoc non est factū, sed ignominiosior redditus est? Et ēt illo aptè usus est deus. Si autē aliquid passus est, ipse seipsum dāno affecit. Nā quæ ab aliis nobis fiunt, magnorū nobis bonorū causa sunt? quę aūt à nobis, nō item.

Quoniam. n. dolemus ab alijs læsi, à nobis ipsis au- K
tem non item: qui ab alio patitur iniustè, clarus fit, q autē seipsum lædit, damnū fert: ut illlud quidē forti ter feramus, at non hoc faciamus. Et iterū: Totum Adæ accidit. Quare enim credebas mulieri? Quare aduersa consulentē non repulisti? Tu omniū factus es author: alioq; si diabolus fuisset, oportuisset eos quos similiter tentat omnes periisse: quòd si non perierunt, in nobis causa est. Sed oportebat, inquit, oēs qui tētantur, rectè agere? Nō. n. præter nos causa est. Oportebat, inquit, etiā absq; diabolo perire? Et multi etiā absq; diabolo pereunt, Profectò nō omnia ipse efficit, sed multa etiam fiūt à sola nostra ignauia. Si autē alicubi ipse author, nos initium adhibemus.
Dic. n. oro, cur diabolus tantū ualuit in Iuda? Quia *Luc.22.d*
ingressus est, inquit, in illū satanas. Sed audi causam: Quia fur erat, & quæ mittebantur portabat. Ipse dedit, inquit, latum ingrediendi spatium. Et ita nō diabolus initium imponit. At nos illum suscipimus, & uocamus. Vltra, inquit, si ille non esset, non tam magna fierent mala, sed ineuitabilis pœna nobis futura est. Nam nunc quidē dilecte, pœna nostra mitior L
est: si autē fecerimus nobis ipsis grauia, intolerabilior pœna erit. Dic enim mihi, Si hæc quæ peccauit Adam absq; consiliis peccasset, quis illum à periculis liberasset? Sed non peccasset, inquit. Vnde mihi hoc dicis? Qui enim dissolutus & ignauus & ad insipientiam prōptus ita ut accipiat tale consilū, multò magis etiā absq; hoc fecisset. Qualis diabolus fratres Ioseph misit i odiū? Resipiscamus igitur dilecti, & claritudinis nobis author erit diabolus. Quid enim nocuit Iobo tanta illius improbitas? Ne dixeris, inquit, hoc. Sed infirmus damnū accipit. Sed infirmus, etiā si non sit diabolus, damnū accipit? Verū, inquit, grauius illo cooperante? Immo minus, qui cū illius operatione peccat, punitur. Nō enim omniū peccatorū pares sunt pœnæ. Ne decipiamus nosipsos, non est nobis diabolus author, si sobrii fuerimus. Ille nostrum magis somnum excutit, & nos excitat. Dic enim oro: Non sint bestiæ, non sit aëris intemperies, non morbi, nō tristitiæ, non mœrores, nō aliud quid tale, quid nō factus esset homo? Porcus magis quàm homo, uētri indulgēs & ebrietati, & à nullo M
horū interturbaretur. Nūc aūt curæ ac solicitudines, gymnasiū & schola sunt philosophię. Educetur quis in aulis & nō cōtristetur, neq; curas habeat, neq; soli citus sit, neq; iræ occasionē habeat, neq; infortuniū: sed faciat quæque concupiscit, ea & assequatur, & omnes habeat obtemperantes: an nō qualibet bestia afficitur brutior, & minus rationalis? Nunc autē sicut eos sunt afflictiones & curæ. Eapropter paupe res diuitibus sunt sapientiores, utpote multis fluctibus uexati & exerciti. Nā corpus qd ociosum qdē & immobile, morbis magis obnoxiū & fœdū: quod autē mouetur & laborat, & ærumnis exercetur, formosius est ac sanius. Hoc etiam in anima reperire licet. Et ferrū quidē si iaceat, corrumpitur: si exerceatur autem, splendet. Et similiter anima quæ mouetur. Motio autē animæ, curę ipsæ: & artes pereunt, si non moueatur anima. Mouetur autem quando nō oía promptè assunt, mouetur à contrariis. Si non essent contraria, nihil esset quod moueret, utpote si oía essent bene facta, nō inueniret ars ut moueatur: Ita etiam si omnia essent iuxta mētem nostram, nō inueniret mens ut moueatur. Si ubiq; portaretur, fœ

da

A da esset. Non uides qđ ēt præcipimus ne semper pueri portent cibos, ne sic in cōsuetudinē ueniant, & ne infirmi fiant? Et propterea infirmiores fiunt qui cū parentibus enutriuntur, parsim onia intēpestiua, & immodica illorū ualetudinem lædente. Bona res est congrua tristitia, bona res egestas, bona res & cura: fortes. n. nos faciunt, bona & contraria. Vnūquodq; illorum si modo caruerit, perdit. Et hoc quidē laxat, hoc aūt disrumpit. Nō uides ēt Christum discipulos suos sic instituere? Si illi aūt his egebāt, multò magis nos: si aūt egemus ne idigneмur, sed ēt gaudeamus in tribulationib⁹. Sunt. n. nostris uulneribus cōgrua pharmaca, & alia quidem amara, alia uerò blanda: Vtrunq; aūt illorum si solum fuerit, inutile. Gratiam igitur habeamus deo pro his omnibus, non enim simpliciter hæc permittit fieri, sed pro utilitate nostrarum animarū. Nostram igitur gratitudinem declarātes, gratias agamus, glorificemus, fortiter oblu
ctemur, temporaria esse cogitantes, & ad futura mē
tem nostram extendentes, ut & præsentia leuiter feramus, & futura assequi bona mereamur, gratia &
B misericordia unigeniti dei, cui cum patre ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Post teriū aūt diem cōuocauit Paulus Iudæorū principes. Cumq; uenissent, dicebat eis: Ego uiri fratres, cū nihil fecerim aduersus plebem aut instituta maiorum, uinctus à Hierusalem traditus sum in manus Romanorum: qui cum examinassent, uolebāt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me. Sed contradicentibus Iudæis coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentem meam accusem. Propter hanc igitur causam aduocaui uos, ut uiderem ac alloquerer, propter spem enim Israelis catena hac circundatus sum.

Homilia. lv.

Olebat & seipsum & alios à crimine liberare, se quidē, ne accusent ipsum & hoc illos
u noceret, illos aūt ne uideatur totū esse illorum. Verisimile enim erat percrebuisse famā, quòd à Iudæis traditus esset, idq; sufficiebat ad terrendū illos Statim igitur hoc urget, & pro seipso rationem
C reddit. Quo igitur ratione reddit? quòd simpliciter tradiderint ipsum, testantur Romanorū principes, quia uolebāt, inquit, me dimittere. Quare igitur nō dimiserunt, inquit, contradicentibus Iudæis? Vide quò minuit illorū crimina. Si enim uoluisset exaggerare, potuisset maiore impetu uti. Ideo inquit, Coactus sum appellare Cæsarem. Et ita ueniā meretur. Quid igitur? ut illos accuses fecisti? Non, inquit, non quasi habeam aliquid quo gētē meam accusem, sed ut effugiam periculū. Propter uos enim hac catena circūdatus sum, tantū abest ut hostili animo in uos sim affectus. Deinde & illi sic sermonē ingressi, quasi & ipsi pro cognatis rationē sint reddituri. *Illi autem,* inquit, *dixerunt ei: Nos neq; literas accepimus à te de Iudæa, neq; adueniens, aliquis fratrum nūciauit, aut locutus est aliquid de te mali. Volumus aūt audire de te quæ sentis. Nam de secta ista notum est uobis, quòd ubiq; ei contradicitur.* Neq;, inquit, per literas, neq; per homines significarunt aliquid mali de te, ueruntamē audire uolumus de te. Iam præoccupabant animam propriam demōstrantes, & dicūt: De secta hac notū est uobis, quòd ubiq; ei cōtradicitur, & nō dicunt contradicimus. *Constituto aūt ei*, inquit, *die uenerunt ad illum in hospitium complures, quibus exposuit testificās regnū dei, suadensq; eis de Iesu ex Mose & prophetis, a mane usq; ad uesperam. Et alij quidem credebant his quæ dicebantur, alij uerò non credebant.* Non statim respōdit, sed diem constituit, & uenerūt ad ipsum, & loquebatur à lege Mosi & prophetis. Et alij quidem credebant his quę dicebantur, alij uerò non credebant. *Cum aūt non essent concordes inter se, discedebāt ubi dixisset Paulus unū uerbum. Bene spiritus sanctus locutus est per Esaiā prophe-* *Esa.6.c*
tam, ad patres nostros, dicēs: Vade ad populū hunc, & dic: *Mat.13.b*
Aure audietis, & non intelligite: & uidentes uidebitis, & & Mar.
non perspicite. Ingrauatum enim cor populi huius, & auri- 4.b. &
bus grauiter audierunt, & oculos suos cōpresserunt, nequā *Luc.8.et*
do uideant oculis, & auribus audiant: et corde intelligāt, *Ioan.13.f*
& conuertantur, & sanem eos. Quādo aūt discedebāt *& Rom.*
disceptantes inter se, tunc cōuiciū eis obiicit, uolens *11.b*
illos quidē conuicio impetere, sed hos cōfirmare. Bene dixit, inquit, Esaias, Atq; ita infirmis datū est arcanum hoc. Non igitur mirū, si contradicebant. Olim hoc prædicebatur. Iterum zelū eorū prouocat ex gē
tibus. *Notum igitur sit uobis,* inquit, *quòd gentibus mis-* E
sum est hoc salutare dei, ipsi etiam audient. Et hæc illo lo-
quente, abierunt Iudæi habētes inter seipsos disceptationē.
Mansit aūt Paulus toto biennio in cōducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum, prædicans regnū dei, & docens de Iesu Christo cum fiducia, nemine prohibente, Amen. Ostendit nunc libertatē, prædicans, inquit, ne mine prohibente, in Roma qui in Iudæa prohibitus erat, quoniā biennio illic māsit. *Propter hanc*, inquit, *causam uolui uos uidere, ne liceat cuipiam accusare, et quæ cunq; in mentem uenerint dicere. Quia certè manus illorū effugi, & ad hoc ueni, non ut cuipiam malum inferam, sed ut ipse fugiam.* Vide ēt illos māsuetius loqui ad eum. Volumus, inquit, audire à te q̄ sentis. Etiam uult pro illis ratione reddere. Nā hoc quidē quod ille dicebat, argumentū erat, quòd ualde condēnent seipsos: nā si fiduciam habuissent, licēt hoc fecissent, ita ne possent me simul rapere. Et aliter: Etiam uenire negligebant, & hoc sæpius ostendit attentasse. Alij aūt non credentes receſserunt. Sed uide quo nō struunt insidias nunc cōtra illū. In Iudæa. n. quasi in tyrannide erāt. Quare igitur deus ordinauit, ut illuc migraret, dicens: Festina, egredere è Hierusalē? ut ostendatur F
illorū malitia, & prophetia Christi uera, qđ nō sustinent: & ita ut discant oēs, quòd oía paratus sit pati, atq; ita in consolationē eorum qui in Iudæa hoc factum est. Et enim & illic multa patiebātur grauia. Si aūt prædicans Iudaica hæc passus est, quòd si prædicasset ea q̄ sunt glorię Christi, quo sustinuissent? Qui purificabatur, non erat tolerabilis: & quo prædicās tolerabilis fuisset? Cur accusatis nos? qd audiuistis? Nihil tale dixit simpliciter. Apparuit, & oēs exaspera uit. Meritò igitur gentibus sorte obuenit. Meritò longē missus est: etiam illic docturus gentes, principio Iudæos uocat. Posteà ut rem illis monstrauit, ad gē
tes abijt. Dicendo aūt, dixit spiritus, non est mirum: nam & angelus dicitur loqui ea quæ dominus ipse locutus est. Bene dixit, inquit, spiritus sanctus: sed ille non item, quando narrat quis de his q̄ ab angelo dicta sunt, nō dicit, Bene dixit angelus: sed, bene dixit dominus, bene dixit spiritus: hoc est, nō mihi fides negetur: sed olim hoc præsciebat deus. Qui cū examinassent, inquit, nihil inuenerunt in me. Oportebat illos eripere, tradiderunt in manus Romanorum, præter ullam necessitatē. Quia illi non potue-

Grunt condemnare, sed uinctũ tradiderunt. Nõ quasi habeam aliquid, ut accusem gentem meam uem. Vide ut familiares sibi faciat uerbis, & alienus esse non uult. Iterum dogmati locum parat. Non dixit, non accuso: sed, non habeo quod accusem, quanuis tot & tam grauia passus esset. Sed neq; hoc dicit, neq; facit onerosiorem sermonẽ, neq; donare illis uidetur. Hoc.n. quæritur: Oportebat illos crimen intendere, oportebat illos accusare, defendunt ijs per quę accusant. Vbiq;, inquit, contradicitur, sed etiam ubiq; credunt: nam alij quidem credunt, alij uerò discredunt. Vide iterum, quòd non à signis, sed à lege & prophetis illorum obstruit ora, & ubiq; hoc facit, quanuis potuisset signa facere. Porrò nõ iam fidei res fuisset, magnum.n. hoc signũ erat à lege & prophetis disserere. Deinde ne putes nouum esse, subdit prophetiã quæ dicit: Auditu audietis magis nunc q̃ tunc, & uidebitis: & non perspicuè magis nunc q̃ tunc, contra illos qui non crediderunt dicta sunt. Quid igitur? illud præter prophetiã crediderunt, Populo huic incredulo inquit. Non conuicia sunt hæc, sed offendiculũ tollunt, ipsi, inquit, & audient. Quid igitur nobis loqueris, hæc nesciebas? Etiam, sed ut persuadeam, & rationem reddam, nulliq; dem occasionem. Loquebatur, inquit, cum fiducia nullo prohibente. Prædicatur aliquando liberè, sed cũ prohibitione. Libertatem illius in loquẽdo nihil prohibebat uel morabatur. Vides dispensationem dei: Dimittit sitibundum auditorem: Hoc & exteri faciunt. Oia.n. scire ignauũ ac negligentem facit. Loquebatur, inquit, de regno dei. Vide, nihil sensibile, nihil de præsentib⁹ loquitur, sed spe illos pascebat, cũ non posset ostendere à suo statu. Post biẽnium aũt quid dicimus? In Hispaniam ire festino, & spero, inquit, transiens inuisere uos, ad nos aũt ex parte. Vides qũo omnia præuidebat sanctum & diuinum caput illud Paulus, qui omnibus cœlis sublimior, qui animam habebat omnia simul comprehendere ualentem, qui primas partes tenet, cuius uel solum nomen nouisse, ad excitandas animas, ad sobrietatem seruandam, adq; excutiendum somnum sufficit. Suscepit illum Roma uinctũ, à mari uenientem ex naufragio seruatũ, & liberata est ab errorũ naufragio, quemadmodũ rex quidam, post nauale pugnam & uictoriam in regalissimam aulam istam ascendit. De hoc inquit, Veniam, & refocil labor uobiscũ in plenitudine benedictionis euange lij. Et iterum: Eo ministraturus in Hierusalem. Hoc est quod dicit: Eleemosynas facturus genti meæ, & oblationes, aduenio. Iam ferè cœlo propior erat. Suscepit illum Roma uinctum, & uidit coronatum ac celebratũ. Illic refocillabor unà uobiscum. Hoc aũt initium cursus iterum erat, & triumphos triumphis inexpugnabilis coniunxit. Corinthus illum biennio detinebat, Asia triennio, Roma quoq; biennio. Posteà iterum ascendit, quando etiã consummatus est. In prima mea defensione, inquit, nullus mecum aderat. Ita tunc transfugit, & cum omnem implesset orbem, uitam sic finiuit. Quid uis discere, q̃ post hæc? Et illa talia sunt uincula, tormenta, pugnæ, carceres insidiæ, calumniæ, ac mortes quotidianæ. Vidisti illius paruam partem: ita se habent & reliqua. Vnam cœli partem si uideris, quocũq; ieris, uidebis talem. Ita se habent & Pauli acta. Vidisti ex parte, omnia talia sunt periculis plena. Cœlũ erat ille, Solẽ habens iustitiæ nõ talẽ qualis ille est, atq; adeò uir ille cœlo melior est. Parũ ne hoc esse putas? Quando apostolum dixeris, statim oẽs illum cogitant, sicut appellato Baptista, Ioannem. Cui comparauerit quis illius uerba? mari uel Oceano? sed nihil par est: illo sunt uerba eⁱ⁹ copiosiora, puriora, & profundiora. Et sic nõ peccarit quis, si cor Pauli mare etiam ac cœlum dixerit, cum ob puritatem, tum ob profunditatem. Mare est, nauigantes non à ciuitate in ciuitatem, sed à terra in cœlũ uehens. Siquis in hoc mari nauigauerit, secunda aura nauigat. Non est in hoc mari uentus, sed pro uento spiritus sanctus diuinus, qui in illo nauigantes animas uehit, non est ibi procella, nõ est scopulus, non est bellua, sed oia tranquilla sunt. Mare est portu tranquillius & securius, nihil habens falsum, sed purum ac dulcem laticem, Sole lympidiorem, & magis perspicuum. Mare est nõ gemmas habens, uel purpuras id genus, sed his multò meliora. Qui uult in hoc pelagus descendere, nõ opus habet natatione, uel remo, sed magna gratia: inueniet aũt in eo omnia bona quæ sunt in regno cœlorũ, & poterit fieri rex, & totum mundum accipere, inq; summo honore esse: qui in hoc mari nauigat, nunq; naufragium faciet, sed omnia bene sciet. Et quemadmodum ij qui imperiti sunt maris suffocantur, ita & hic fit: id quod & hæreticis euenit, qui plus q̃ uires ipsorum permittunt, attentant: oportet sanè profunditatẽ nosse, uel non attentare. Nauigaturi hoc pelagus, pauperes simus ac humiles. Non possum, inquit, uobis loqui tanquam spiritualibus, sed tanq; carnalib⁹, nullus sine patientia ingrediatur hoc pelagus, paremus nobis naues, studium alacritatem, preces, ut in silentio hoc pelagus transeamus. Etenim aqua hæc uiuens est, sicut siquis os igneum capiat, talem Pauli os speciem habet: & quemadmodũ siquis gladiũ acutum capiat, sic talis incõprehensibilis erit. Vt aũt Paulina intelligãtur, uita pura opus est. Propter hoc enim dicit, quoniam segnibus auribus facti estis. Est enim & aurium infirmitas, nam sicut infirmus stomachus sanos & difficilis concoctionis cibos nõ suscipit: ita ẽt anima torpida, inflata, æstuans, sterilisq; ac eneruis spiritualem sermonem accipere non potest. Audi dicentes discipulos: Durus est sermo hic, qs poterit audire illum? Si aũt fortis esset ac sana, omnia facilia, omnia integra leuiora ac sublimiora fierent, immo summa peterent, & in excelsum tolleren tur. Hæc igitur scientes, parantes animã, etiam æmulemur Paulum, & imitemur fortem illam ac adamãtinam animam, ut per uestigia eorũ qui sic uixerunt euntes, possimus uitæ istius pelagus pernauigare, & in portum sine fluctibus peruenire, bonaq; diligentibus deum promissa assequi, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum. lv. diui Ioannis Chrysostomi in acta Apostolorum finis.

Habes in ultimo tomo ad populum Antiochenũ homilia. xix. Contra irascentes. Item homilia. xl. de pœnitentia, & quòd non oporteat de seipso lapsum desperare, uel torpescere. Item homil. liiij. Quòd non datur pariter secundum deum, & secundum mundum gaudere, & contra eos qui ebrietati uacant, & delicijs: Ex actibus apostolorum.

BEATI IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI Costantinopolitani, de laudibus Pauli apostoli.

Homilia prima.

Nihil prorsus errauerit, qui pratum insigne quoddam uirtutum, & paradisum spiritalem Pauli animum nuncupauerit: tam mira.n gratia floruit, tamq; huic gratiæ congruente uitæ perfectione resplenduit: quoniam enim uas electionis effectus est, & bene seipsum emendare curauit, largissimè in eum sancti spiritus munus effusum est. Vnde & mirabiles nobis fluuios genuit, non secundum paradisi fontes quatuor tantùm, sed multò etiam plures & quotidie fluentes: nec terram rigãtes, sed animas hominum ad producendum uirtutum germina suscitantes. Quis ergo ad explicanda uirtutum germina sensus? quis ad explicanda istius merita sermo sufficiet? Quæ autem lingua laudibus eius inuenietur æqualis, cũ omnia quæ sunt in hominibus bona, una anima possideat, & ea cuncta plenè atque cumulatè, quę nõ solũ hominum sunt: sed, quod amplius est, angelorum? Nequaquã ergo possumus eius explicare præconia, nec tamẽ idcirco reticebim⁹, quin potius pauca dicemus. Est enim hoc maximũ laudis genus, cũ orationis copiã uirtus exuperat, & magnitudo laudati: sicq; uinci nobis est multò gloriosius, quàm sæpe uicisse. Vnde igitur opportunius laudum eius sumemus exordiũ? Vnde inquã incipiemus aliunde, nisi ab hoc ipso primũ, ut ostẽdamus eum bona omniũ possidentẽ? Siue enim prophetæ potẽtius aliquid in se ostẽderint, magisq; mirabile, siue patriarchæ, siue iusti, siue apostoli, siue martyres: hæc oia simul colligens Paulus habet cũ tanto cumulo, cũ quãto nullus eorũ: bonũ, quo excellebat, impleuit. Hoc itaque diligentius intuere. Abel obtulit sacrificiũ, & inde laudatur: sed si Pauli hostiã adducamus in mediũ, quã cœlũ à terra superior apparebit. Quã ergo uultis ut memorẽ? Non.n. una tantũ est, siquidẽ semetipsum per dies singulos immolabat: quã tamẽ rursus hostiã dupliciter offerebat, cũ quotidie moriens, tum corpori suo mortificationem sine intermissione circunferens. Nam & ad pericula iugiter parabatur, consummãs uoluntate martyriũ, & naturam in se mortificando carnis, nihil minus, quã immolatæ hostiæ deo munus implebat, immo etiã multò amplius. Non.n. oues offerebat, aut boues: sed semetipsum per dies singulos dupliciter, ut diximus, immolabat: propter quod confitendo dicebat, Ego enim iam immolor: sanguinẽ utiq; suum immolationem uocans. Neque uerò his tantùm sacrificiis contentus fuit, sed quia seipsum consecrauerat deo, etiam orbem uniuersum studuit offerre: qui terrã uidelicet ac mare, Græciã, simulq; Barbariem, omnemq; prorsus, quanta est sub cœlo, regionem, quasi uolitans circumiuit, non simplici labore, ueluti in uacuũ itinera percurrens: sed peccatorum spinas pariterq; euellens, & uerbum seminans ubique pietatis, fugans errores, ueritatem reducens, ex hominibus angelos faciẽs: quinimmo ipsos homines quasi ex dæmonibus in angelos proue hens. Propter quod iam hinc post sudores pluri-

Gene. 4.a

mos, ac trophæa innumerabilia transiturus pro di- D
scipulorum consolatione dicebat: Sed etsi immolor super sacrificium & obsequium fidei uestrę, gaudeo, & congratulor omnib⁹ uobis propter quod & uos gaudete, & congratulamini mihi. Quid nam igitur huic hostiæ reperitur æquale, quam Paulus sancti spiritus gladio immolauit, quamq; in illo altari obtulit, quod supra cœlos locatum est? Sed Abel dolo germani percussus occubuit: atque hinc effectus est clarior. Vt ergo innumeras tibi ostendam mortes, tot utique, quot etiam dies beatus iste in prædicatione uixit. Si uerò eam quoque uis nosse mortem, quæ nouissimè etiam rebus impleta est. Abel quidẽ à fratre, ut nihil à se læso, ita nullis affecto beneficiis interemptus est: Paulus uerò ab eis interfectus est, quos innumeris malis cupiebat eripere, & propter quos sustinuit uniuersa quæ passus est. Sed Noë iustus i generatione sua, atque perfectus, & solus erat talis in cunctis: sed & Paulus solus inter omnes talis inuentus. Et ille quidem tantummodo legitur se fuasse cum liberis, hic autem multo sæuiore mundi inundante diluuio, non arcam coaptando compa- E
gibus tabularum, sed epistolas componendo: non duos uel tres, aut quinque cognatos, sed uniuersum prorsus orbẽ mergi periclitantẽ ex mediis fluctibus liberauit. Nec uero hæc erat talis arca, ut uno circunferretur loco, quæ utiq; orbis terrarũ terminos cõprehendit. Nã usq; nũc omnes in hãc arcã Paulus inducit, quã certè capacem saluandæ multitudinis pparauit, quæ suscipiens irrationalibus penè animalibus stultiores, imitatores effecit angelorũ. Et hinc quoque illã uicit arcã, quia illa quidem coruum recipiens, coruũ rursus emisit, & includens lupũ, feritatẽ eius mutare non potuit: hęc uerò accipitres miluosq; susc piens fecit columbas, & excludens omnem irrationalitatẽ atq; ferocitatẽ, mãsuetudinẽ spiritus introduxit: manetq; hodie hæc arca nauigans, nec tamẽ aliquãdo dissoluitur, nec ualet tabulas eⁱ⁹ ulla malitiæ laxare tẽpestas: quin potius ipsa tempestatis motus nauigando compescit, qd satis cõsequẽter effectum est. Non.n. bitumine aut pice, sed sancto spiritu eius tabulæ sunt perunctę, Sed Abraham mirãtur omnes, qui cũ audisset: Abrahã exi de terra tua, & de cognatione tua: & domos reliquit, & patriam, & amicos, atq; cognatos, quorũ oium iacturã solo diuini præcepti amore pẽsabat: nã & nos eũ propterea miramur. Sed quis Paulo possit æquari: q nõ modò patriã, cognatos, ac domum, sed seipsum quoq; ac mũdũ reliquit: immo ẽt cœlũ, & cœlũ cœli, & hæc oia Christũ susc piẽdo despexit: unũ pro cũctis & solũ, id est Christi charitatatẽ requirens, neq; præsentia inquit, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, q̃ est in Christo Iesu domino nostro. Sed Abrahã seipsum in periculũ tradẽs hostibus filiũ fratris eripuit: at Paulus non fratris filium, neq; tres aut quinq; urbes, sed orbẽ uniuersum de diaboli extorsit manu, innumerabilia p dies singulos pericula sustinẽdo, propriisq; mortib⁹ maximã securitatẽ alijs cõparãdo. Caput bonorũ, eiusq; culmen philosophiæ est, quòd filiũ uoluit immolare: hic quoq; inuenimus Paulum primatũ tenẽtẽ, q nõ filiũ, sed semetipsum, ut dixit, millies mmolauit. In Isaac qdẽ aliquis ad miratur, & quidẽ plura, sed pręcipuè patiẽtiã: quoniã puteos fodies, & de proprijs exagitatus laboribꝰ re-

Phili. 2.c

Gen. 4.b

Gen. 6.b

Gen. 12.e F

Ro

Gen. 14. b.c

Gen. 8.a. b

1bi. 26.d e.g

Esa. 6.c

Rom. 15.c

1bidem.

1bidem. f

Sup. 24. f

2. Timo. 4.c

1. Co. 3.d

Ioan. 6.f M

Gene. 4.a

G sistebat minimè: sed factos à se puteos obrui patiebatur, atq; ad aliū semper migrabat locū. Neq; colecta seruorū manu in aduersarios irruebat, sed propria à possessione ubiq; cedebat, quoadusq; iniquissimā illorum expleret cupiditatē. At Paulus nō puteos cernens lapidibus obrutos, sed propriū corpus nō solū sicut ille sedebat, sed ēt à quib⁹ lapidabatur, in cœlū studebat euehere. Quato.n. amplius obruebatur fons istè, tāto erūpebat magis ac plures ex se fluuios effundendo manabat. De lōganimitate ac
1.Co.15.d patientia huius filii Iacob admiratur scriptura. Et q̄ nam illa est adamātina prorsus anima, q̄ Pauli patientiā posit imitari? Neq; n. bis septē annorū, sed totius uitæ seruitiū pro sponsa pertulit Christi, nō adustus solū æstu diei, & noctis gelu, sed tentationes mille perpetiens. Et nunc quidem uerberibus, nunc uerò lapidibus cæsus atq; collisus, & nunc quidē cum bestiis, modò autem fluctibus pugnās, modò ēt nimiq; atq; continuæ reluctans fami, diebus atque noctibus, & inter certamina ubiq; resiliēs, captas oues ex
Gen.39.c diaboli faucibus extrahebat. Sed & Ioseph pudicitię
H uirtute decoratus est: at ego uereor ne iam ridiculū
Gala.6.d sit hinc Paulū uelle laudare, qui semetipsum mundo crucifigens, non solum humanorū corporum pulchritudines, sed etiam omnia, quæ uidentur rebus clara atque decorata, ita cernebat: quemadmodum nos fauillā, cineremq; despicimus, q̄ quasi mortuus prorsus ad mortuū immobilis permanebat. Itaq; cū tanta animi cura comprimeret incentiua uitiorū, & naturæ: nihil humanū ab aliquo aliquādo perpessus est. Stupēt certè Iob oēs hoies, & ualde utique cōuenienter. Est. n. ille athleta mirabilis: & qui Paulum ipsum uelut ex aduerso posit aspicere ob patientiam, puritatemq; uitæ, ob testimoniū dei pp illam cū diabolo fortissimam pugnā, propter uictoriam quę pugnam secuta est: at Paulus non mensibus tantū, sed annis plurimis in agone perdurās, tā clarus emicuit, non terræ gleba saniem carnis eradens, sed in ipsius intelligibilis os leonis frequenter incurrēs & pugnās aduersus tentationes innumeras, omni erat lapide tolerātior, qui nō à tribus aut quatuor amicis, sed à cunctis infidelibus, à falsis etiā fratribus opprobria
1 sustinebat, cōsputatus ab omnib⁹, atq; maledictus. Sed illius erat magna hospitalitas, & cura pauperū, nec nos quidem istud negamus: sed Pauli eā liberalitate inferiorem docemus, & tantò inferiorem, quātò anima est corpus inferius. Quā. n. ille curā impendebat carne debilibus, hanc iste animabus morbidis exhibebat, nūc mentes sensibus claudicātes diri gēdo in recti itineris incessum, nūc nuditate deformes stola cœlestis philosophiæ uestiēdo. In corporibus quoq; beneficiis tātò ille superabat, quātò est amplius in fame & nuditate uiuētē indigētibus ferre præsidiū, quā id ipsum de diuitiarū affluentia ministrare. Nā illius quidē oī aduenientī aperiebatur domus, huic⁹ uerò aia uniuerso patebat orbi, ac fideliū populos benignæ mentis recipiebat hospitio dicēs:
2.Cor.6.c Nō angustiamini in nobis, angustiamini aūt in uiscēribus uestris. Et ille quidē cū oues & boues haberet innumeras, erat in pauperes liberalis: hic uerò nihil amplius corpore suo possidēs, in hoc ipso sufficien
Act.20.g ter indigentib⁹ administrabat: q̄d alicui ipse cōmorās, Necessitatib⁹, inq̄t, meis, & his q̄ mecū erant ministrauerūt manus istæ. Corporis. n. sui operā uelut ex quadā possessione fructus esurientibus depu-
tabat. Sed uermes uidelicet, atq; uulnera, sæuos atq; K
intolerabiles sancto Iob inferebāt dolores, & ego fateor: sed si per tā multos annos Pauli uerbera, & cū iugi fame ēt nuditatē, catenas carcerē, insidias, periculaq; cōsideres, q̄ à domesticis, ab extraneis, à tyrānis, à toto postremo patiebatur orbe: addas hoc ēt his profectò amariora, id est pro eis q̄ labebātur, dolores, solicitudinē quā pro ecclesiis ustionem, q̄ pro scandalizatis singulis perferebat, uidebis q̄ erit oi saxo durior aia ista perpetiēs, & ferrū atq; adamātē superans. Quæ. n. Iob corpore, hæc Paulus mente sustinuit, q̄ omni uermè molestior de singulis quibusq; labentibus mœstitia consumebat. Vnde & iuges lachrymarū ex eo fontes nō diebus solū, sed etiā noctibus affluebant, omniq; muliere parturiēte uehemētius affligebatur i singulis, pp qd ēt dicebat: Filioli mei, quos iterū parturio, &c. Quē uerò iā quispiam Gala.4.d
post Iob putet esse mirabilem? Mosen profectò, sed hūc ēt Paulus satis eminenti uirtute transcendit, cuius quidem sunt multa alia præclara. Sed caput illius sanctæ animæ atq; fastigiū est, quoniā pro Iudæorū
salute deleri elegit ex libro uitæ: sed Moses cū cæ- L
teris optauit perire, Paulus pro cæteris. Non. n. cū pe- Exo.32.b
reuntibus perire uoluit, sed ut saluarentur alij, ipse de gloriæ æternitate, decidere. Et ille quidē Pharaoni, hic autem diabolo quotidie repugnabat. Et ille pro una gēte, istè uerò pro uniuerso orbe certauit, nō sudore, sed sanguine uice sudoris undiq; profluēte: cū nō solū habitabiles mūdi partes, uerūetiā deserta ad cultū religionis adduceret, nec solū Græcorū populos, uerūetiā Barbarorū. Poterā q̄dē & Iesum Naue, & Samuelē, & alios prophetas in cōparatione uocare: sed ne sermonē faciā lōgiorē, ad ipsa eorū capita condescendam: Cum. n. istis excellentior apparuerit, nulla prorsus de aliis ambiguitas relinquetur. Qui nā ergo eminētiores uidentur? quis post hos alius, nisi Dauid, & Helias, & Ioānes, quorū unus prioris, alter secūdi est præcursor aduētus? propter quod ēt nō minis cōmunione coniūcti sunt. Quid igitur in Dauid p̄cipuū reperitur? proculdubio hospitalitas, atq; erga deū feruēs amor. Et quis amplius, immo q̄s ita ut anima Pauli hæc utraq; cōpleuit? Admirādū autē in Helia ego minimè reor, quia cœlū clausit, quia induxit famem, qa ignem de cœlo sermone compluit: M
sed quia zelauit pro deo, erat i hoc mētis affectu ipso igne uehemētior. Sed si Pauli zelū diligenter inspicias, tantò eū inuenies celsiorē, quātò ille prophetis cæteris eminebat. Quid enim uerbis illis reperiatur æquale, qui gloriā domini zelādo dicebat: Quoniā Rom.9.d
optabā ego anathema esse pro fratrib⁹ meis, q̄ sunt cognati mei scdm carnē? Propterea è cœlis sibi propositis ac præmiis & coronis, tardauit atque distulit, dicens: Permanere autē in carne, necessarium est Phil.1.c
propter uos. Propterea nó solū istā quæ cernitur, sed illam quoq; quæ intelligitur creaturā, nequaquam sufficere sibi credidit, ad ostēdēdū zelū & charitatē, qua ardebat in Christū: sed etiā aliā, quę non est sermone formauit, ut quòd tota uolūtate cupiebat, ex Mat.3.d
primeret, Sed Ioānes i cibū locustas & mel syluestre sumebat: at Paulus ita in mūdi strepitu, quemadmodū ille in eremi quiete uersatus est: non quidē pastus locustis aut melle syluestri, sed multò his uictu uilio
re cōtētus, ac ne necessario quidē indulgēs cibo, prę
feruore & studio prædicandi. Verùm illius aduersus Mar.6.d
Herodē apparuit magna constantia, at iste nō unū,

A aut duos, aut tres, sed inumeros in simili positos po
testate corripuit, immò longè illo sæuiores tyrānos. Restat ut Paulū iam angelis comparemus. Ideoq; relinquentes terrā, ad cœlorū fastigia transeamus. Sed
Luc.7.d. nullus sermonis nostri accuset audaciam. Si enim Io
et Mal.3. annē & sacerdotes dei scriptura angelos nominauit:
a. quid mirum, si præstantiorē omnibus Paulū illis uir
et Es.8.a tutibus cōferamus? Quid ergo in angelis magnificū prædicamus? profectò quia cū omni cura obediunt
Ps.102.d deo. Quod Dauid quoq; admirando dicebat: Potentes uirtute, facientes uerbū illius, & cętera. Huic. n. bono æquale est nihil. Prorsus etiāsi sint millies incorporei: hoc est. n. quod maximè præstat eos beatos, qa obediūt præceptis dei, quia eū in nullo aliquādo cōtemnunt. Hoc igitur & in Paulo plenè animaduerti potest, cū omni diligentia & cautione seruatum. Nō autem solū sermonem eius impleuit, uerumetiā præcepta, super quæ præcepta hoc quippe declarans ait:
1.Cor.9.c Quæ est ergo merces mea, ut euangelium prædicās, sine sumptu ponā euangelium dei? Quid uerò aliud
Ps.103.a in euangelio propheta miratur? Qui facit, inquit, an-
B gelos suos spiritus, & ministros suos ignē urentem. Sed hoc ēt in Paulo possumus inuenire, q̄ uelut ignis ac spiritus totum terrarū percurrit orbem, percurrendoq; purgauit. Sed necdū cœlum iste sortitus est, & hoc omnino mirabile: quia talis uersabatur in terris, & mortali adhuc carne circūdatus, cū incorporaliū potestatū uirtute certabat. Quanta ergo sumus condēnatione digni, cū uno homine bona omnia in se congregāte, ne minimam quidē eorum partē studemus imitari? Hæc assiduè mēte uoluētes, & nosipsos inculpabiles præbeamus, & ad illius zelū studeamus accedere, ut ad eadē bona peruenire mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda.

Vid sit homo, & quāta naturæ nostræ nobilitas, quantæq; capax uirtutis, hoc uel præcipuè ex omnibus Paulus ostēdit, qui nūc stetit aduersus criminationes humanæ creaturę, clarissima pro deo uoce respōdens, cohortās ad studia uirtutis, & impudentissima blasphemantiū ora concludens: docens quoq; quòd inter angelos hominesq;
C non grande sit medium, si tamē nosipsos diligētius excolamus. Non. n. aliam ille est sortitus naturā, nec dissimilem nactus animam, neq; alterum habitans mundū, sed in eadem terra, eademq; regione, sub eisdem etiam legibus nutritus & moribus, cūctos qui nunc sunt homines uel fuerunt, altius uirtute transcēdit. Vbi igitur illi nūc sunt, qui uitia in procliui, uirtutem in arduo collocauerunt? Hic enim palām illis re-
2.Co.4.d pugnat, dicens: Quod. n. in præsenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternū in nobis gloriæ pōdus operatur. Si autem huius tribulationes inueniuntnr leues, quantò magis hæ q̄ sunt in nobis uoluptates? Neq; uero hoc solū in illo mirabile est, qd præ abūdantia deuotionis quo dammodo nó sensit dolores pro uirtute susceptos: sed etiā qd uirtutē ipsam pro mercede pensauit. Nam nos equidē pro ea nec mercede proposita certamus, quā ille complectens etiā sine præmio diligebat, cuncta illa quæ asperitate sui uidentur impedire uirtutem, cū omni magnanimitate perpetiēs: qui neq; infirmitatem corporis, neque multitudines circunstantium undiq; negociorum, neque tyranni-
dem naturę, neq; quicquam aliud omnino causatus D
est: cùm utiq; maior illi, quàm cunctis & militiæ principibus, & regibus terrę esset cura cōmissa. Sed quotidie celsior, quotidie assurgebat ardentior, & intētis sibi periculis noua semper alacritate pugnabat, idq;
Phil.3.c. significans dicebat: Eorū quæ retrò obliuiscēs, in ea uerò quæ priora sunt extendens me, qui cū sibi iam
Phil.2.c. mortem imminentē uideret, ad communionem, delectationēq; gaudij alios prouocabat, dicens: Gaudete, & cōgratulamini mihi, ac periculis, iniuriis, op-
2.Co.12.c probriisq; propositis, rursus exultat, & Corinthiis scribēs, ait: Placeo mihi in periculis & in infirmitatibus meis. Cū utiq; hæc ipsa esse diceret arma iustitię, ostēdens hinc sibi fructum maximū prouenire. Itaq; cū inter medias inimicorum uersaretur insidias, ouans tamen de omni eorum referebat impugnatione uictorias, & ubiq; cæsus uerberibus, affectus iniuriis at que maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebra trophæa strueret, orabat, gratiasq; referebat
2.Co.2.d deo, dicens: Deo autē gratias, qui semper triumphat nos. Itaq; ad consulionem & iniurias, quas ob prędicandi studiū sustinebat, magis quā ad bonorū obleE ctamenta properabat, mortem potius, quā uitā appetens: paupertatem, q̄ opulentiā: & multò amplius laborem desiderans, quàm alii requiem post laborem: ac mœrorem magis eligens, quàm alii uolupta tem: studiosius pro inimicis orans, q̄ alij aduersus inimicos. Conuerterat. n. orbem terrarum: immo nos eum uerè peruertimus. Ab illo autem sic custoditus est, quemadmodū à deo fuerat institutus. Illa enim omnia quæ appetebantur à Paulo naturæ cōgrua: hæc uerò quę idē ille fugiebat, contraria iudicantur. Vnde istud probari potest? Homo. n. cùm esset Paulus, ad illa tamē magis, q̄ ad ista currebat. Vnum. n. illi formidandum erat, atque metuēdum, offensa nimirum dei, nec quicquā aliud omnino. Ergo nec de
F siderabile illi aliud erat, nisi placere semper deo, Non dico quia nihil præsentium desiderabat, sed nec ipsorum aliquid futurorum. Non. n. mihi dicas urbes & gentes, exercitus, prouincias, pecunias, potestates: hæc enim ille quasi harenam ulia reputauit, sed ea ipsa penè, quæ promittuntur in cœlis, & tunc eius ardentē in Christo amorē uidebis. Hic siquidem prę illius dulcedine, non angelorū, non archangelorū admiratus est dignitatē, nec quicquā horum simile cōcupiuit. Quod. n. erat maius omnibus, Christi amore fruebatur, cum hoc beatiorem se cūctis putabat, sine hoc autem neque dominatuū neq; principatuū socius esse cupiebat: sed cū hac dilectione magis esse extremus optabat imò etiā ex numero punitorum, quā sine hac inter summos, & honore sublimes. Hoc enim erat illi maximū & singulare tormentū, ab hac charitate discedere: hæc illi erat gehēna, hæc sola pœna, hæc infinita & intoleranda supplicia. Sicut etiam perfrui charitate Christi hoc illi uita, hoc mundus, hoc angelus, hoc p̄sentia, hoc futura, hoc regnū, hoc promissio, hoc bona uidebātur innumera. pter hęc uerò nihil in tristiū parte ponebat. Horū. n. q̄ hic habentur, nihil asperū, nihil etiam suaue reputabat. Sic despiciebat uniuersa q̄ cernimus, ut solet herba iam putrefacta contemni. Tyrannos uerò ipsos, ac populos spirātes furorē, uelut esse quosdā culices existimabat. Mortē uerò, & cruciatus & mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo propter Christū aliquid sustineret. Tunc, n. tunc & am

Cplectabatur libenter, & decorabatur uinctus catena magis q̃ diademate coronatus. Etenim coarctatus carcere habitabat cœlũ, ac libẽtius uerbera excipiebat & uulnera, q̃ alij brauia diripiunt: & dolores non minus, quã præmia diligebat, cũ ipsos utiq; dolores loco duceret premiorum: propterea. n. illos & gratiã nominabat. Quem sensum diligenter attende: præ-
Philip.1.c miũ certè erat dissolui, & esse cũ Christo: permanere autem in carne, certamẽ: sed tamen propter Christi desideriũ præmia differebat cupiditate certaminis, idq; magis necessariũ esse ducebat. Et regione uerò anathema à Xpo fieri optabat. Certamẽ hoc erat & dolor, magis autẽ & supra certamen, supraq; omnẽ dolorem. At uerò esse cum Christo erat præmiũ singulare. Paulus tamen propter Christũ illud maluit, quã istud eligere. Sed profectò dicat hìc aliquis, quo niam hæc oĩa propter Christum suauia esse dicebat: hoc planè etiam ipse confiteor, quoniã q̃ nobis sunt causa tristitiæ, hæc illi maximã pariebant uoluptatẽ. Et qd ego pericula, ærumnasq;, cõmemoro? In mœ-
H rore enim maximo ille uersabatur propter qd dice-
2.Co.11.g bat: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scãdalizatur, & ego nõ uror? Et si in mœrore dicat quoq; quis inesse aliquã uoluptatem: multi. n. illorum qui si liorũ mortibus uulnerantur, aliquid cõsolationis ac cipiunt, cùm fletibus manent, magisq; dolent, cũ do lore prohibentur. Sic igitur & Paulus nocte & die cõsolationẽ excipiebat ex lachrymis, nullus siquidẽ tã to affectu mala propria, q̃ ille deflebat aliena. Quem admodũ. n. illum opinaris afflictum, cũ perditionẽ lu
Ro.9.a dæorũ doleret, qui ut illi salui fierent, seipsum à cœlorum gloria cupiebat excludi? Et unũ hoc manifestũ est, quia scilicet nõ saluari illos acerbius æstuabat, q̃ seipsum perire: aut si non acerbius, nunquam aliud optasset: quod utiq; quasi tolerabilius elegit. Qui cũ certè spe maxima futuri premij pasceretur, nõ perfun
Ibidem. ctorie aliquid optabat, sed clamabat dicẽs: Quoniã tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Hũc ergo de singulis, ut ita dixerim, habitatoribus mũdi tã uehementer dolentẽ, & in cõmune pro
I cunctis, & Gentibus uidelicet, & Iudæis, & pro unoquoq; peculiariter lamentantẽ: cui nã rerũ aliqs poterit cõparare, cui ferro, cui adamãti? Quid nam aliquis illam appellet animã, aureàm ne magis an adamantinam? Nam & erat omni adamante fortior, & auro gemmisq; preciosior: & alteram quidem mate riam firmitate, alterã preciositate superabat. Cui ergo rei hæc ab aliquo aĩa comparetur? Earum quidẽ quæ sunt omnino nulli. Quòd si uel auro adamantis fortitudo, uel adamãti honor daretur auri, tamẽ fortè aliquo modo cõparatio eius Pauli posset aiæ cõuenire. Sed quid ego adamantẽ, uel aurũ ad similitudinem adduco Pauli? Mundũ si è diuerso appendas omnẽ, & tunc uidebis apertè Pauli uergere pondus examinis. Sed si. n. de his qui in melotis & specubus, in exigua orbis parte uersantur hoc dictum est: quãtò magis nos dicemus Paulũ mundo, & oibus q̃ in mũdo sunt digniorẽ? Si igitur eo mundus dignus nõ est, sed fortè uel cœlũ, sed istud quoq; inuenitur inferius. Si enim iste non solũ cœlũ, sed quæ habẽtur in cœlis dei postposuit charitati: quõ non magis dominus, qui tantò est benignior Paulo, quãtò malitiã bonitas antecellit, inueniris eũ cœlis iudicat digniorem? Non enim quantũ nos diligit deus, tantũ à nobis diligitur ipse: sed tantò effusius, quantùm nec sermo quidẽ sufficit explicare. Cõsideremus ergo quã- K
tis illum honoribus etiã ante tempus resurrectionis extulerit. In paradisum rapuit, & in cœlũ tertiũ sublе
2.Co.12 uauit, ineffabilis arcani fecit esse participẽ, taliumq; a mysteriorũ conscium, quæ nulli hominum fas fuerit confiteri. Nec immeritò: siquidẽ Paulus in terra gradiens, sic sẽ agebat in cũctis, quasi angelorum societate frueretur. Nã passibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tãtisq; fragilitatibus subditus, in nullo inferior supernis uirtutibus apparere certabat. Nam & tanquã pennatus totum docẽ do peruolauit orbem, & uelut incorporeus labores omnes periculaq; contempsit, & quasi iam cœluni possidens, cũcta prorsus terrena despexit, & tanquã cum ipsis iam incorporeis degeret, ita iugi mentis in tentione uigilauit: & angelis quidẽ sæpe diuersarum gentium cura commissa est, sed nullus illorũ ita creditum sibi populũ gubernauit, ut Paulus uniuersum gubernauit orbem. Neq; uerò dicas, quia hęc nõ per ficiebantur à Paulo. Hoc etiãnos fatemur. Sed etsi ipse nõ erat qui cuncta complebat, nequaquã tamẽ ab eorum laudibus separatur: quia utiq; dignum tã- L
tæ se gratiæ præparauit, per quam tam magnifica & glorioſa perficeret. Michaeli gens cõmissa est Iudæõ rum: Paulo uerò terræ, ac maria, atq; uniuersi orbis habitatio, ipsumq; desertum, & hoc nõ ad iniuriam, quod absit, angelorum: sed ostẽdimus esse posibile illis hominẽ copulari, iuxtaq; illorũ merita consistere. Cuius autem rei gratia, nõ angelis potius hęc prę dicationis cura commissa est? Vt nullum scilicet excusationis colorem de se inueniret anima negligens: a c ne tu ad diuersitatem naturę confugeres dormiẽ do. Deinde ut tantò etiam maior operum admiratio nasceretur, quantò de natura inferiore, procederẽt. Qũo enim non admirabile hoc, atque improuisum uideretur, cũ ex terrena lingua sermo prosiliẽs, mortem fugat, peccata dissolult, tenebras cęcitatis illumi nat, & mutatione mirifica terram conuertit in cœlum? Propter hoc igitur stupeo uirtutem dei, propter hoc admiror promptum animum Pauli, quomodo se talem studuit exhibere, quomodo sẽ tantæ gratię capacem parauit, Vos autem rogo, ut non miremini solũ, tu uerumetiã imitemini hoc tam clarum uir- M
tutis exemplum: sic nãque poterimns coronarũ eius esse participes. Quòd si aliquis nos dixisse miratur, quia quicunq; habuerit Pauli merita, eadem sit etiã habituruspræmia, ipsum audiat ita dicentẽ: Certa- 2.Tim.4.
men, inquit, bonum certaui, cursum consummaui, fi b
dem seruaui: de cætero posita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in die illa iustus iu dex. Non solũ autem mihi, sed & his qui diligunt aduntum eius. Vides certè qũo cunctos in eadem gloriæ communione uocet. Quia igitur oĩbu eadem corona gloriæ propoſita est, studeamus oẽs esse digni illis bonis, quæ promissa sunt, inueniri. Neq; solũ magnitudinem atque eminentiam in illo debemus considerare uirtutum, & promptũ illud animi eius, atque robustum propositum, per quod ad tantã me ruit gratiam peruenire: sed & naturæ societatem, per quam & nobis in cunctis ille participiat: & sic etiam, quæ ualde sunt ardua, nobis facilia uidebũtur & leuia, breuiq; hoc tempore laborantes, incorruptibilẽ illam gestabimus atq; immortalem coronã, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

A *Homilia tertia.*

Eatus Paulus, qui tantam uim humanæ ala
b critatis ostendit, ut ad cœlũ quoque ipsum ualeret subuolare, prætermittens angelos & archangelos, aliasq; uirtutes, aliquãdo quidẽ suo exẽ plo Christi nos fieri imitatores iubet, dicendo: Imita
1.Co.4.d tores mei estote, sicut & ego Christi. Aliquãdo uerò
&.11.a. de se reticens, ad ipsius nos imitationẽ dei extendit,
Ephe.5.a dicẽs: Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi. Iam uerò demonstrans, quia nihil ita hanc imitationẽ pariat, q̃ si ita uiuat aliquis, ut bonũ eius in com-
Ibidem. mune proficiat, atq; uniuersis utiliora prouideat, ad iunxit: ambulate in charitate: ideo cũ dixisset, imitatores mei estote: cõtinuò de charitate disseruit, quia hęc præcipuè uirtus hoĩes deo proximos facit. Quãtæcunq; enim sint alicuius, inferiorẽ tenẽtes locum, cuncta erga hominũ studia uersantur: ut est contra concupiscentias, ut quod aduersus gulã geritur bellum, ut in auaritię interitum acies ordinata, ut cũ ira cundiæ furore conflictus: diligere uerò deũ, nobisq; cõmune est. Propterea & dominus imperabat: orate
B pro calumniãtibus & persequentibus uos, ut sitis fi-
Mat.5.g. lij patris uestri, qui in cœlis est. Hoc igitur & Paulus intelligens cũctorum esse caput bonorũ, omni in se studio exprimere curauit. Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo erga isidiatores suos tã beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tanta perpessus est. Non enim ille, qd patiebatur, sed naturæ copulã cogitabat, quãtoq; amplius efferebantur inimici, tãtò eorũ magis miserabatur infaniã. Vt. n. aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filiũ phreneſi comprehensum, cuius quãtò magis cõuicijs ictibusq; pulsatur, tantò eũ potius miseratur atq; deflet: ita Paulus qui de ipsa magnitudine passionũ eorũ, à quibus afflige batur, existimaret furorẽ, maiora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igitur q̃ patienter quã mansuetè nobis pro illis loquatur, q eũ quinquies uerberaue runt, qui eũ catenis onerauerunt, q uinculis sæpe cõstrinxerunt, qui eius ipsum sitiebant cruorẽ, quoq; illũ
Ro.10.a. quotidie discerpere gestiebant. Testimoniũ, iquit, il lis perhibeo, quoniã æmulationẽ dei habent, sed nõ
Ibid.11.c secundũ scientiã. Et rursus eos, q se supra illos super-
C biẽ efferebãt, refrenãs: Noli, ait, altũ sapere, sed time: si enim deus naturalibus ramis nõ pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Quia. n. cognouerat dominicã in illos iã proceſsisse sententiã, quod unũ & solũ erat in sua potestate pstabat. Sæpe lachrymabatur uehemẽ ter, & pro illis dolebat: uolentes illis insultare prohibe bat, atq; inquantũ poterat, laborabat umbrã eis aliquã excusationis obtẽdere. Et quia propter cõtuma ciam eorũ atq; duritiã, persuadere illis fidẽ sermone
Ro.10.a. nõ poterat, ad orationes cõuertebatur assiduas. Fratres, inquit, uoluntas qdẽ cordis mei, & obsecratio
Ibid.11.d ad deũ fit pro illis in salutẽ. Spe quoq; meliore illos solicitat, dicens: Sine pœnitentia. n. sunt dona & uocatio dei, ut non pertinacius usq; ad finem desperatione moriantur. Quæ utiq; omnia sunt uerba amã-
Esa.59.d tis, & ualde eorũ utilitatibus prouidentis: ut cùm dicit, Veniet ex Sion, q eripiat & auertat impietates ab Iacob. Mordebatur. n. uehementer, ac penitus dissecabatur, cũ eos pereuntes uideret, propter quod & multa solatia huic adhibebat dolori aliquando qdẽ dicens: Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietates abI acob: aliquando uerò, & isti nõ crediderũt in illorũ misericordiã, & ut ipsi misericordiã consequãtur. Facit autẽ hoc etiam Hieremias, uim quandam D
inferens, atq; cõtendens excusationem aliquam pro delinquentibus inuenire, & nunc quidẽ dicens: Sed *Hier.5.f.*
peccata nostra restiterũt nobis. & rursus: Non est in *Ibid.10.*
homine uia eius, nec homo ibit, & diriget iter suum. *d.*
& rursus: Memento quoniã puluis sumus. Mos ete- *Gen.3.d.*
nim est oĩno celeberrimus, ut hi qui pro delinquentibus deprecantur, etsi nihil idoneum afferant, ad ro gandum saltem umbrã quandam excusationis pro eis opponant, nõ certa uerborum proprietate muni tã, nec quæ trahi possit in dogmata, sed q̃ pro pereũ tibus tantummodo consoletur dolentẽ. Non ergo huiusmodi excusationes scrupulosius põderem⁹, sed intelligamus esse illas dolẽtis animę, & dicere aliquid pro peccatoribus requirẽtis, iuxtaq; hũc modũ hæc quæ superius dicta sunt censeamus. Putas autẽ, quia erga solos ludęos talis extiterit, ad alios uerò, uel do mesticos, uel extraneos, non se multò etiã prębuerit mitiorẽ? His autẽ, inquit, q sine lege erãt: factus sum, *1.Cor.9.c*
quasi sine lege essem, ut oẽs lucrifacerẽ. Audi igitur qd ad Timotheũ sit locutus: Seruũ, inquit, dei non E
oportet litigare, sed mansuetũ esse ad oẽs, doctorẽ, *2.Ti.2.d.*
patiẽtẽ, cũ modestia corripientẽ eos qui resistunt, si quãdo det illis deus pœnitentiã ad cognoscendã ueritatẽ ut resipiscãt à diaboll laqueis, à quo capti tenẽ tur ad ipsius uolũtatẽ. Vis autẽ probare, q̃ modestẽ etiã & cũ illis loquatur, qui in peccata corruerũt? Au *2.Cor.12.*
di quid Corinthijs dixerit: Timeo, inquit, ne cũ ue- *g.*
nero, humiliet me deus apud uos, & lugeã multos ex his qui antè peccauerũt, & nõ egerunt pœnitẽtiã su per immũditia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt: & ad Galatas, Filioli, inqt, mei, quos iterũ *Gala.4.e*
parturio, donec Christus formetur i uobis. Et in cau sa eius, qui fuerat fornicatus, nõ minus & ipso, q pro peccato suo lamentabatur, dolet, proq; illo deprecatur, dicens: Confirmate in illũ charitatẽ. Sed etiam *2.Co.2.b*
quãdo illũ ab ecclesiæ corpore separabat, q̃ multis hoc lachrymis, gemituq; faciebat. Ex multa, inqt, tri- *Ibidem.*
bulatione & angustia cordis scripsi uobis p multas lachrymas, nõ ut contristemini, sed ut sciatis, quoniã charitatẽ habeã abũdantius in uos & rursus: Factus *1.Cor.9.d*
sum Iudæis tanquã Iudæus, his q sub lege erãt, quasi sub lege essem, factus sum infirmus infirmis, oibus P
oĩa factus sum, ut omnes saluos facerem. Vidisti ne quæso animã omnia terrena superantẽ? Omnẽ enim prorsus hominẽ deo exhibere cupiebat, & oẽs, quãtũ ad ipsum spectat, exhibuit, quasi enim uniuersum mundũ genuisset, sic perturbabatur, sic currebat, sic omnes in regnũ dei festinabat inducere, docendo, pollicendo, meditando, tum orando pro ipsis tum etiã ipsis supplicãdo, & terrendo, & dęmones corruptores animarũ fugando, aliquãdo epistolis, aliquãdo psentia, nunc sermone, nũc rebus per discipulos: per semetipsum conabatur erigere labãtes, stãtes uerò firmare, humi iacentes attollere, sanare contritos, torpentes oleo exhortationis animare, inimicis insonare terribiliter, hostes minaciter intueri, more optimi cuiusdam ducis ac medici, artis suæ instrumenta gestantis, protector ipse bellantiũ, ipse sedulus ægrotorum minister, & unus omniũ officiorũ personas, & exercitium ubique custodiẽs. Nec in spiritualibus solùm tam egregium conseruabat ducem, sed in carnalibus quoq; plurima solicitudinis, ac prouidentiæ suæ documẽta præstabat. Audi itaq; quemadmodũ pro una etiam muliere ad uniuersum scribat popu-

Glum, dicens: Commendo autē uobis Phœben sororem meam, quæ est in ministerio ecclesiæ, q̄ est Cenchris, ut eam suscipiatis in domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunq; negocio uestri indiguerit, & iterum: Nostis, ait, domum Stephanæ, ut uos subditi sitis eiusmodi. & rursus: Cognoscite q̄ huiusmodi sunt. Est enim hoc quoq; proprium, & familiare in dilectione sanctorū. Sic enim & Helisæus mulierē illam susceptricem suam, non spiritalibus solū, uerū etiam carnalibus beneficijs remunerat, propter q̄d cū multa solicitudine, curaq; dicebat: Num est tibi sermo ad regem, uel ad principē? Et quid mirum, si commendationes per literas prestitit Paulus? qui ad se aliquos reuocans, nec de uiatico illorum curam gerere dedignatus est, idq; ipsum in epistola sua scribere. Siqdē scribens Tito ait: Zenā legis peritum, & Apollo solicitē præmitte, ut nihil illis desit. Qui commendans aliquos tam studiosē scripsit atq; solicitè, multò magis si cubi uidisset periclitātes, cuncta fecisset. Ad Philemonem quoq; propter Onesimum scribens: uide quā omne impendebat studium, quām intētē ac solicitè deprecetur. Qui autē pro uno seruulo maximè fugitiuo, qui & ex reb⁹ domini multa subtraxerat, in tegram, omniq; affectu plenam epistolā sine cunctatione coposuit: qualis circa alios fuerit perpēde. Vnū enim hoc ille pudore dignū putauit, aliquid scilicet pro ciuuslibet salute negligere. Propter hoc agebat omnia, & commonebat: nec oīno quicquā pro his, qui saluandi erant, cunctabatur impendere, non uerba, non pecunias, nō deniq; corpus ipsum. Qui enim millies seipsum tradiderat in mortē, multò magis si habuisset, nec pecunijs pepercisset. Et quid dico si habuisset, cum probare possim, nō pepcisse eum pecuniis, etiā nihil habentē: & ne ambiguum putetur esse quod dicimus, audi ipsum rursus loquentē. Quoniā, inquit, libenter impendā, & superimpendar ipse pro animabus uestris: & ad Philippenses scribens ait: Necessitatibus meis, & his qui mecū erant, ministrauerunt manus istæ: Cū uerò celsus in omnium consisteret arce uirtutum, omnem tamen flammā præcipuo charitatis ardore uincebat, Vt.n. missum in ignē ferrū, totū profectò ignis efficitur: sic Paulus charitate succensus, totus factus est charitas, qui quasi cōmunis totius mundi esset pater, ita in amore omniū ipsos eorū imitabatur parentes: imo cūctos, nō carnales tantummodo, uerumetiam spiritales patres solicitudine ac pietate superabat: & pecunias & uerba, & corpus, & animam pro his, quos diligebat, impendens. Propter hoc itaq; charitatem etiam plenitudinem legis uocabat, & uinculū perfectionis, & oīum matrē bonorū, & initiū finemq; uirtutū: propteraq; dicebat, Finis auem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona. & rursus: Nō adulterabis, non occides. Et si q̄d aliud est mandatū, in hoc uerbo instauratur: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Quia igitur & initium, & finis, & bona omnino uniuersa dilectio est, uel in ipsa studeamus Paulū imitari: etenim hic illius ope talis effectus est. Non enim proponas mihi mortuos, quos sępius suscitauit: nec leprosos, quos eadem uirtute mundauit: nihil horū requirit à te deus. Posside charitatē Pauli, & perfectā adipisceris coronā. Cuius uerò ista sententia est? Ipsius nutrioris utiq; charitatis, qui eam & mirabilibus, & signis, & aliis bonis mille proposuit. Quia.n. eam ipse abūdè, ac uehemēter impleuerat, idcirco ēt acrius, atque examinatius uim eius intelligit. Per ipsam etenim ille ad tā celsum perfectionis culmen ascēdit, nihilq; eū ita dignū deo, ut uirtus præstitit charitatis: & ideo dicebat, Imitamini dona meliora, & adhuc excellentiorē uiā uobis demōstro, charitatē profectò optimā uiā, plenissimamq; pronunciās. In hoc ergo, & uigilāter ambulemus, ut & Paulū, imo & dominū Pauli uidere mereamur, & incorruptibiles consequamur coronas, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia.iiij.

Eatus Paulus, q nos hodie cōgregauit, quiq; terrarū etiā illuminauit orbem, uocationis suæ tēpore aliquādo cæcatus est, sed illi⁹ cęcitas illuminatio totius orbis effecta est. Quoniam enim uidebat malē, bene eū excęcauit deus, ut utiliter iā uideret in reliquū. Simul.n. & documētū ei uirtutis suæ pbuit, & in passione eius, figurauit futura, & modū eius pdicationis edocuit, quòd. s. oporteret eū priora studia penitus excludere, & quasi conuentem oculis semetipsum undiq; coercere: propter quod ipse idē istud significās, clamat: Siquis uidetur inter uos sapiens, stultus fiat, ut sit sapiēs. Nequaquā ergo potuisset rursum bene uidere, nisi prius excæcatus fuisset. Vnde & propriā sapiētiā, quia perturbabatur excludens, fidei se per cuncta cōmittit. Sed nullus hoc audiēs, uocationē istā necessitatem putet, siquidem potuit redire unde discesserat. Multi.n. & in nouo, & in ueteri testamento, cū maiora sæpe mirabilia uidissent, retrò (ut legimus) sunt reuersi: ut Nabuchodonosor, ut Iudas, ut Elimas magus, ut Simō, ut Ananias, ut Sapphira, ut uniuersus populus Iudęorū: sed non ita Paulus. Illustrato.n. mētis aspectu ad syncerrimum illud lumen cursu tetendit, atq; ad cœlum perniciter subuolauit. Quòd si interroges, cui⁹ rei gratia sit cæcatus, accipe ipsum loquentē: Audistis, inqt, conuersationē meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modū persequebar ecclesiam dei, & expugnabā illam, & proficiebā in Iudaismo supra multos coętaneos meos, in genere meo abūdātius ęmulator existens paternarum mearum traditionū. Quia enim uehemens quidē erat & ferus, frēnis quoq; uehementioribus indigebat, ne. s. impetu ipso eius quo ferebatur alacritatis arreptus, prolata à se dei uerba contemneret. Propterea igitur furorē eius indomitum prius comprimit, concitatos & præcipites illius iracundiæ fluctus, cęcitatis beneficio redigit in quietē: & tunc demum cœlesti eū domat affatu, ostendens propriæ inaccessibilem sapientiam, & supereminentem oībus diuinæ scientiæ bonitatem, ut disceret, cui iam aduersario repugnaret: quē certè nō modò punientē ferre non posset, sed nec beneficia conferentem. Non enim ille obscuritate tenebrarum, sed luminis nimietate cæcatus est. Et cur, inquis, hoc nō antè factū est? Ne q̄ras istud, neq; uelis esse curiosior, sed concede incōprehensibili dei prouidentiæ salutes esse hominū notis sibi temporum opportunitatibus ordināti. Sic enim etiam ipse fatebatur, dicens: Cū autem placuit ei, qui me segregauit de utero matris meæ, uocauit per suam gratiā, ut reuelaret filiū suum in me. Nihil tu igitur scruteris amplius, quādo hæcdicit & Paulus. Istud.n. tūc utiq; fieri oportuit, cùm iā scandala ubique creuissent. Ab ipso itaque discamus, quoniā, nullus ante Paulum, neque ipse Paulus

A lue ex se tantūmodo eū inuenit, sed ipse se Christus ostendit, & idcirco dicebat: Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos. Cæterū cur antè nō credidit, cùm uideret resurgere mortuos, ambulare claudos, paralyticos roborari, dæmones effugari? Nullum.n. fructū ille ex his omnibus cōsecutus est, cū tamen nō ignoraret ista, qui tā erat erga apostolos curiosus, q certè cū lapidaretur Stephanus adstabat, & faciem eius uidebat angelico fulgore radiantem. Cur ergo nihil inde lucratus est? Quia necdum utiq; uocatus fuerat à Christo. Tu uerò hoc audiēs, noli uocationē istā, necessitatē putare. Non.n. deus cogit homines uocādo, sed post uocationē quoq; permittit eos propriarum esse dominos uoluntatum. Nam & Iudæis seipsum quando oportuit, reuelauit: sed illi pp gloriam quā ab hominibus requirebant, ultrò se offerentem suscipere noluerūt. Verū hoc loco infidelior quis opponat, atq; dicat: Cur me etiam non uocauit è cœlo? Vnde etiam manifestū est, ô homo, quia Paulum uocauit de cœlo? Sed credis istud? ergo si credis, hoc ipsum ad signum tibi satis est. Si uerò non credis, qa
B è cœlo Paulum uocauit: quo dicis, cur me etiā non uocauit? Credis, quia ille uocauit, hoc ipsum tibi (ut dixi) abundat ad signū. Crede igitur, nam te quoq; è cœlo uocat deus, si habes animam ad obediendū paratā. Quòd si inobediens sis, & corruptæ depraua tæq; sententię, ne de cœlo qdē ad te uox dimissa tibi sufficit ad salutē. Quoties autē & Iudęi uocem audierē de cœlo, in nouo, & in ueteri testamēto, nec tamē facti sunt idcirco meliores? Nā in ueteri, Iudæi post mille miracula pro deo uitulum, quē fecerant, adorauerunt. At uerò Hierechontina meretrix, quæ nihil omnino ex mirabilibus uiderat, ostendit tamen fidē in exploratorum susceptione mirabilē. Interea quoque repromissionis Iudæi signa cernentes, permanebant lapidibus duriores. Niniuitæ uerò Ionam solū uidentes crediderunt, & egerunt pœnitentiā, & uenturam super se iram dei cōuersione pepulerūt. In nouo etiā testamento sub pśentia ipsius Christi, latro quidem cū crucifixū cerneret, adorauit: Iudæi uerò qui eū spectauerant mortuos suscitantē, & uinxerūt & affixerunt cruci. Quid autem nostra quoq; ætate,
C nónne ex fundamentis templi q̄d Hierosolymis fuit ignis exiliens audētes illud ædificare cōsumpsit? sicq; reliqui ab iniquis cōatibus destiterunt, nec tamē ab impietate sua atq; cæcitate conuersi sunt. Quāta uerò etiam post hæc alia facta sunt miracula: ut cū sup Apollinis uerticem fulmem illapsum est, ut cū ipsius responsa dæmonis transferri à rege sepultum iuxta se martyrē compulerunt, dicētis se alloqui omnino non posse, quandiu proximā illius arcā uideret: erat nanq; uicina. Post quæ ipsius regis auunculus, q prophano attactu cōsecrata deo uasa temerauerat, uermibus exesus interiit. Præpositus quoq; regalis ærarij, ob aliam quā ecclesiæ intulerat iniuriā, medius repentè diruptus est: tunc etiā regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursū inundante uincebāt, subitò in se resiliendo fugerūt, nunquā hoc antè ppessi, nisi postq̄ loca illa sacrificiis ac uictimis inq̄nauit. Quid uerò iam memorē famē toto prorsus orbe terrarū cū impio rege dominatā, regis interitū in regione Persarū: ante mortē uerò mentis errore ppessum, exercitū in medio barbarorum relictū, & undiq; uelut quodam reti conclusum, reditum ex illis locis improuisum atq; mirabilē? Cùm enim rege impio misera-

D biliter interempto, alter pius in eius successisset imperiū, aduersa oīa continuò dissoluta sunt, & exercitus q uelut in mediis erat retibus inuolutus, nec ullū exitum aliquando se inuenturū esse credebat, dei iā nutu ab hostibus liberatus, oī cum securitate remeauit. Et hæc quidē, quē non ualeant ad patrem pietatis attrahere? Quid uerò præsentia? nónne etiā multò mirabiliora dicenda sunt? nónne crux prędicatur, & totus ad credendū mūdus accurrit? Nónne mors nunciatur, & oēs conuolant? Nūquid non innumeri crucifixi sunt? Nunquid non duo latrones cum domino pependerūt? Nunquid nō multi sapientes? Nūquid non multi extiterunt potentes? Cuius igitur aliquando sic nomen obtinuit? Et quid dico potentes atq; sapientes? Nunqd nō fuerūt reges inclyti? Quis ita sibi terrarū orbem tam breui tępore subiugauit? Non.n. uarias mihi, atque diuersas opponas hęreses. Omnes siquidem eundem prędicant Christum, etsi non oēs sanè prædicent, atq; legitimè. Illū.n. omnes
E prædicant, qui in Palæstina & natus, & passus, qui Pontio Pilato adiudicante crucifixus est. Hæc igitur cuncta quæ proposui, nónne etiam magis uirtutis eius uidentur habere documentum, quā illa uox allata de cœlo? Cur enim nullus ita aliquando regnū, ut hic solus obtinuit, certè cū innumera ex aduerso impedimenta pugnarent? Nā & reges contra euangelium pliati sunt, & tyranni bella gesserunt, & nostra usq; adeò attrita non sunt, ut inde magis fierent clariora. Vnde igitur hæc tanta, tamq; admirabilis uirtus? Magus scilicet erat? Solus ergo iste magus tā potens fuit? Audistis nempe, qa & apud Persas magi, & apud Indos extiterūt, sint quoq; & modò. Sed ne nomen quidē eorum usque sonat. Et ille quidem ex tyrannorum urbe deceptor, ac maleficus aliquò loci apparuit, ad breui aliquāto tempore in exigua parte orbis refulsit: sed celeriter extinctus atq; deletus est, qui nō ecclesiam omnino, nō populū, non aliqd horum reliquit. Sed quid dico magos, atq; maleficos extinctos? Vnde, quæso, omniū deorum templa extincta sunt, & Clodoneus, & Darius, & omnes istæ prophanitatis officinæ silēt, ac penitus obstructæ sunt? Vnde igitur non solū crucifixū, sed & etiam pro ipso occisorū fauillas dæmones cōtremiscunt? Cuius rei
F gratia, saltē nomen audientes crucis, in fugā resiliūt: cū certè si se res haberet aliter, magis eos oporteret irridere quàm fugere. An fortè crux quid clarū uidetur, ac nobile? Immo è cōtrario turpis, & exprobrabilis mors. Est enim & utiq; pœnalis mors, & oīno terrima, & apud Iudæos maledicta, & inter gentiles abominanda. Vnde igitur illā dæmones reformidāt, nisi de uirtute crucifixi? Si.n. illā per se ipsam timerēt, quanquā & hoc ipsum de his esset indignū: tamē & ante illū, & post illū plerique crucifixi sunt, & cum ipso etiā duo. Quid igitur si inuocet aliquis nomen latronis, uel alterius cuiusquā crucifixi, dæmon ne fortè timebit ac fugiet? Nequaquā, quinimò ridebit. Si uerò Iesum addideris Nazarenū, uelut ab igne repentè diffugiet. Quid igitur ais? Vnde pręualuit? Quia, inquis, seductor fuit. At nō hæc pcepta loquūtur. Deide & multi seductores fuerūt, & tamē nullus obtinuit. Sed quia magus fuit. Verū lōgè aliud eius dogmata cōtestantur. Sed & magorū multa sępe fuit copia, nec tamen ullū huius potentiæ nomē auditū est. Sed quia sapiēs fuit: at multi fuerunt sæpe sapiētes. Quis itaq; similiter obtinuisse dicetur? Nullus.n. aliquando sal-

Universidad de Navarra Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtem ex parte aliqua huic potentiæ appropinquauit. Vnde liquidò patet, quoniã Christus non fuerit magus, non seductor, sed q è cõtrario horũ extitit emẽdator. Et uerè diuina uirtus, nec ulli omnino superabilis. Idcirco & ipse cuncta uicit, atq; perdomuit. Et Paulus cum illa arte uilissima tantã potuit inspirare
Act.10.8. a. uirtutem, quãtã ipse rerum testatur effectus. Homo etenim ignobilis, abiectus, & circunforanus, qui artẽ exercebat in pellibus, intantũ uirtute progressus est, ut uix triginta annorum spacio & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, & Aethiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorsus humanũ genus sub iugum mitteret ueritatis. Respõde igitur, unde iste opifex uilis, ac publicus stans in loco artis suæ, ac scasellũ in manu gerens, ita ut ipse philosophatus sit, & alios docuerit philosophari,
2.Co.11.b gentes scilicet, urbes atq; regiones, nec uim in se sermonis ostendẽs? Audi.n. ipsum loquentẽ: Et si imperitus sermone, nec pecunias posidens: nã hoc quoq;
1. Co.4.c ipse testatur. Vsq; ad hãc, inquit, horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. Et qd dico pecunias? cũ ille sæpe necessarium quidẽ nõ ha-
Act.18.a. beret cibum, nec quo se circũdaret indumentũ. Quia H uerò nec de professione clarus fuerit, ipsius discipulis ostendit, dicens: Quoniam manebat apud Aquilam & Priscillã, propterea quòd eiusdem artis essent. Erant.n. scenofactoriæ artis. Non igitur à proauis nobilis, quippe qui tam uilis fuisse artis ostẽditur: nõ à patria, nõ à gente, tamẽ progressus in medium, ac tantũmodo apparens, inimicorũ cũcta turbauit, uniuersa confudit: & sicut in stipulas, aut in fœnũ ignis immissus, oĩa dæmonũ opera cõsumpsit, atq; in qd uoluit, oĩa conuertit. Neq; uerò hoc solùm admiratione dignũ est, quòd tantã potentiã talis obtinuit: sed quoniã discipulorum quoq; illius plurimi pauperes, imperiti, ac totius erãt eruditionis extranei, in fame & egestate uiuẽtes, ignobiles, ac de ignobilibus procreati: qd certè etiam ipse prædicauit, nec erubuit eorum cõmemorare pauperiẽ, imò necessaria quidẽ
Rom.15.e eorũ uictui postulare. Proficiscar, inquit, Hierusalem
1.Co.16.a ministrare sanctis. Et rursus: Secundum unã sabbati unusquisq; uestrum reponat, qd ei bene placuerit, ut nõ cũ uenero tunc collectæ fiant. Quare uerò plures
Ibid.1.d. discipulorũ ex imperitorũ numero cõstarent, ad Co
I rinthios scribens, ait: Videte uocationẽ uestrã, quoniam non multi sapientes secundũ carnem, nõ multi potentes, non multi nobiles, sed & ualde obscuri,
Ibidem. & uiles fuerunt. Nã infirma mundi, inqt, elegit deus, & quæ non sunt ut ea q̃ sunt destrueret. At nobilis & eruditus erat fortè persuasor. Nec istud quidẽ, nam
Ibid.2.a. hoc quoque ipse cõfirmauit, dicens: Et ego ueni ad uos, nõ in sublimitate sermonis, aut sapientiæ annũciãs uobis testimoniũ Christi. Non.n. iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ. Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis. Sed causa nimirum ipsa, p̃ dicationis erat idonea, q̃ ad se pertraheret audientes. Accipe qd etiã super hac re ipse pro-
1.Cor.1.c nunciet. Quoniã, inquit, Iudæi signa petunt, & Græci sapientiã quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidem scandalũ, Græcis autem stultitiam. Sed securitate, ac libertate persunctus
Ibid.2.a. est. At omnino à periculis nunquã respirauit. Et ego, inquit, in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud uos: neq; uerò ipse solùm, sed etiã discipuli eius
K Heb.10.f passionibus subiacebãt. Mementote, inquit, dierum priorũ in qbus illuminati magnũ certamẽ sustinuistis passionũ. In altero quidẽ opprobriis, & tribulationibus spectaculũ facti, in altero etiã socij taliter conuersantium facti: nam uinctis compassi estis, & rapinam bonorum uestrorũ cum gaudio suscepistis. Et rursus ad Thessalonicenses ait: Vos enim eadẽ passi
1.Thes.2.a estis à cõtribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui
2.Cor.1.b & dominũ nostrũ occiderunt, & prophetas suos persecuti sunt. Rursus ad Corinthios scribens: Sicut, inquit, abundant passiones Christi in uobis, & quemadmodũ socij estis passionũ, ita eritis & consolationis. Et ad Galatas: Tãta, inquit, passi estis sine causa,
Galat.3.d si tamen sine causa. Cũ igitur & prædicator, & imperitus, cũ etiã pauper esset, & prorsus ignobilis: & quod prædicabatur, non modò commendatione sui esset uacuũ, uerumetiã offensione plenissimum, & auditores ipsi inopes, imbecilles, atq; omnino nulli, & pericula tam crebra, tam uaria, non doctoribus solũ, sed etiã discipulis imminerent, & crucifixus esset, qui annunciabatur adorandus. Quidnã illud est, quod huius p̃dicatio potuit obtinere? Nonne lucidissimè claret diuina hoc & ineffabili quadam uirtute perfectum? quod certè etiã inimicorũ comparatione po-
L test liquidò comprobari. Cũ enim uideris contraria horũ uniuersa cõcurrere in unũ: id est, ut opes, & nobilitatem, & patriæ claritudinem, & oratoriæ artis pompam, & pacis securitatẽ, & plurimam in ipsa superstitione culturã, continuò tamen morem prophanitatis extinctũ: hos uerò qui sunt ex aduersa parte superare, quæ horum causa sit, respondeto. Tale est.n. ut cũ rex quispiã instructus armis, fretus exercitu, potentissimas in bello acies instruẽs hostes superare nequiuerit, nudus aliquis, & pauper, & solus, ac ne breui quidem iaculo armatus, aut simplici saltẽ uestes tectus, certamẽ ineat, eaq; peragat quæ alij, nec cũ mille quidẽ munitionibus patrare potuerunt. Noli igitur in praua permanere sententia, sed uirtutẽ uenerare crucifixi. Neq; enim si regem aliquẽ uideas ciuitates sibi excelsas parantẽ, circumagentem fossas, muris machinas imponentẽ, innumerã quoque habentem militum multitudinẽ, arma fulgentia, pecunias infinitas, unamq; hostium ciuitatẽ destruere non ualentem: alterum uerò nudo corpore dimicantem, so-
M lisq; manibus utentẽ, nõ unã, aut duas, aut paucas, sed prorsus innumeras, totoq; orbe diffusas urbes p currentẽ celeriter, cunctasq; capientẽ, humanæ hoc dicas esse uirtutis. Sic ergo proculdubio in p̃senti causa sentiendũ est. Propterea.n. concessit deus & latrones cum saluatore crucifigi, & ante saluatoris aduentum seductores aliquos apparere, ut etiã ex comparatione rerum nimis insipientibus ostẽderetur excellentia ueritatis: & discerẽt, quia hic non unus ex illis, sed grãde sit inter tã dispares, infinitumq; discrimen. Nihil.n. Christi gloriam potuit inũbrare, uel eorundem opportunitas tẽporum, uel cõmunio passionũ: nequis enim putaret quia dæmones crucẽ, & nõ crucifixi pauerẽt uirtutẽ, obstruxit ora ista dicentiũ p latronẽ. Quòd si temporũ opportunitas cũcta feciſſe dicatur, ad repellendũ Theodotus atq; eius discipuli proferẽtur, qui cũ eisdẽ ferè, quibus etiã Christus temporibus extitisset, & ueritatẽ per quædã etiã signa impugnare tẽtasset, repentè destructi sunt. Quod enim iã antè memoraui, ideo interdũ falsa fieri deus signa concesit, ut abundãtius uera monstraret. Propterea

A & pseudoprophetas tẽpore prophetarũ, & pseudoapostolos cũ apostolis apparere pmisit, ut disceres, quia splendentes eius ubiq; uirtutes nequaquam obscurare posset similitudo, & umbra quædã uirtutũ. Agè iam ex alijs quoque documẽtis, probemus esse hanc potentiam singularẽ, & præcipuam atque mirabilem. Docebimus enim Christi gloriã ipsa magis inimicorum impugnatione creuisse. Cũ enim hunc ipsum beatum Paulum Romę quidã persequerẽtur, aliquando hoc ipsum dogma inquietius prędicabãt. Cupiẽtes enim Neronem impugnatorẽ Pauli acrius in eius odiũ commouere, mira quadam arte lædendi susceperunt & ipsi euangelicæ prædicationis officium, ut magis s. fidei sermone feruente, & discipulorum crescente numero, in immensum igneſceret furor tyranni, & fera maiora adhuc colligeret incremẽta feritatis. Et hoc ipse ad Philippẽses Paulus scribẽs, ait: Scire uos autem, inquit, uolo fratres, quæ circa
Phil.1.b. me sunt, magis uenerunt ad profectum euangelij, ita ut plures è fratribus confidẽtes in uinculis meis, abundantius auderent sine timore uerbũ dei loqui.
B Quidam quidẽ etiam per inuidiam & contentionẽ, quidam etiã per bonam uoluntatem Christum prædicãt: quidam autem ex contentione Christum annunciant non syncerè, existimantes pressurã suscitare uinculis meis. Quidã autem ex charitate, scientes quòd in defensione euangelij positus sum. Quid.n.
Ibidem. c si omni modo, siue per occasionẽ, siue per ueritatẽ Christus annũcietur? Vidisti certè, quemadmodum etsi ex contentione aliqui prædicarent, tamen ẽt per inimicos ueritas Christi crescebat. Supra uerò hanc inimicorum calliditatẽ, alia quoque ex aduerso multa ueniebãt. Nã & antiquę leges, non modò non opitulabantur, uerumetiam aduersabãtur: contraq; ueritatis partem non solũ malitia obloquentium inimicorum, uerumetiam ignorãtia dimicabãt, regem aiebant alterum Christum. Nõ enim nouerant eius cœleste regnũ terribile istud, & absque ullo termino gloriosum: sed quasi tyrannidẽ morbis inferentibus per calũniam repugnabãt, & in commune oẽs, & specialiter aduersus eos singuli dimicãdo. In communi quidem, quasi cõtra eos, qui publicæ disciplinæ, & legum scita destruerent: specialiter uerò, quasi singulorum domos diuisionibus diuortiisq; dissoluerẽt. Nã
C & filium tunc impugnabat pater, & filius patrem negabat, & maritũ uxor oderat, & uxorẽ maritus, filiæ quoq; cũ matribus diſsidebant, cognati cognatos, amici oppugnabãt amicos, eratq; per oĩum domos uarium istud, & multiforme bellũ, propinquos separãs, dispergens curiã, iudicia cõturbans: cũ utiq; mores patrij soluerentur, festiuitas & cultura dęmonum pelleretur, quæ alii legumlatores uel in primis custo diẽda decreuerant, cũ his oĩbus etiam tyrannidis orta suspicio undiq; faciebat eos explodi. Neq; uerò dicere quispiã potest à gẽtibus quãta iferebãtur, à parte uerò Iudæorũ oĩa inquietabantur, cùm certè isti ẽt sęuius imminerẽt. Cumq; & ipsi ei destructionem legis impingerẽt: non.n. cessat, inquiunt, loquẽs contra legẽ, & locũ sanctũ. Veruntamen undique inui-
Act.21.c diæ igne succẽso, ab domibus, ab urbibus, ab agris, à solitudine, à terra, à mari, à gẽtib⁹, à Iudæis, à principibus, à plebibus, à regibus, à regũ ministris: cũ oẽs ad crudelitatẽ se mutuò cohortarentur, & oẽs ferisi mè fœuiusq; cõsurgerẽt: beatus tamen Paulus in tãtos ignes insiliẽs, atq; in medio taliũ luporum consD stens, quanquã ictus oĩum exciperet, nõ modò tamen obrutus ipse nõ est, sed etiã omnes illos in partem trãstulit ueritatis. Et hæc & alia quoq; prędia nõ minus sęua memorabo: ut illud quod aduersus pseudoapostolos gerebatur, quodq; eum super oĩa alia torquebat, domesticorum dolus, ruina nutãtiũ: multi.n. etiã ex fidelium numero labebantur, sed etiam cõtra ista prævaluit. Vnde quæso? ex quáue uirtute? Quia, inquit, arma nostra non carnalia, sed potentia sunt ad destructionẽ, munitionũ consilia destruentem, & omnẽ altitudinẽ extollentẽ se aduersus scientiam dei. Propterea igitur in diuersum oĩa uertebantur, ac mutabãtur repentè: ac sicut igne succẽso pauE latim spinæ consumũtur, & cedunt, flammisq; superantur, ac mundi redduntur nouales: sic etiã Pauli insonantelingua, & oĩ igne uehementius irruente cedebant oĩa, fugiebantq; & dæmonũ cultus, & celebritas oĩs, atq; testiuitas, & mores patrij, & populorũ furores, & tyrannorũ minę, & insidię domestico rum, & pseudoapostolorũ operationes malignę. Magis autẽ sicut radiis Solis orientibus, & tenebrę fugãtur, feræ latitant, foueisq; condũtur, & latrones recedunt & homicidæ ad antra suffugiunt, & amouẽ- E tur piratæ, & sepulchrorũ uiolatores fugãtur, & adulteri, & fures, & perfossores domorũ deprehẽsi à Sole, redarguti, periclitãtes abeũt, sesq; alicubi procul occultãt, omniaq; lucida efficiuntur & clara, illustrãtibus desup radiis, terrã, pelagus, ac mõtes, urbes, simul atq; regiones: sic tũc prędicatione fulgẽte, & ubique euangeliũ disseminante Paulo, fugabatur error, ueritasq; remeabat: fauillæ uerò, fumusq; tẽplorũ, & cymbala oĩa, & tympana, & ebrietates, & comessationes, & stupra, & adulteria, & alia dictu fœda, q̃ in sacris suis celebrare cõsueuerãt, defecerunt, atq; cõsumpta sunt, instar cerę ignis uapore pereuntis, & palearum uice, q̃ subitò concremantur incendio. Clara uerò inter hæc ueritatis flãma surgebat resplendens & ipsum ad usq; cœlũ sublimitate cõscendens, ab his potissimũ subleuata, qui eã nitebantur opprimere: perq; illos magis incrementa suscipiens, qui illam extinctũ iri cupiebant. Nec pericula enim progressum eius, aut impetus coercere potuerũt, nõ tyrãnis quæ dã inueteratæ cõsuetudinis, nõ patrij amoris authoritas, nõ legũ potestas, nõ illa ipsa custodiẽdi eius qd prædicabatur euãgelij difficultas, nec quicquã eorũ F quæ impedimentũ afferre possunt, proficiscẽtis celeriter ueritatis cursum aut incidere, aut retardare poterũt. Atq; ut quantã istud uim habeat, cognoscas, cõminare gẽtibus, nõ dico pericula, famẽ, mortẽ sed damnũ aliquod exiguũ, & uidebis eos repentè mutatos. At non talia inueniuntur & nostra, sed cõcisis occisisq; oĩbus, & ubique impugnatis uario genere bellorũ, illa tamẽ florentiora semper effecta sunt. Et qd ego nostræ ætatis cõmemoro gẽtiles uiles istos, & oĩno contemptui faciles? & potius qui apud illos erãt aliquãdo mirabiles in mediũ proferamus, philosophiæ. s. honore celebratos, Platonẽ, Pythagoram, Aremeniũ, multosq; alios huiusmodi, & tunc demũ euangelicæ prædicationis uirtutẽ probabis. Nã post Socratis uenenum, alij quidem Megara discesserunt, similia patiendi metu: alter autẽ & patria, & libertate priuatus est, nec præter unã mulierẽ philosophiæ quenquã studijs subiugauit. Plato autem depictam in paginis disciplinã relinquẽs, in mortẽ solut⁹ est. Et certè nihil eis tũc impedimẽto erat, nõ periculũ, non

Gegestas, non imperitia sermonis: sed erant & dicēdo potentes, & opibus affluētes, & de nobilitate patriæ gloriantes. Verū nequaquam obtinere potuerūt: talis est enim conditio erroris, etiam nullo sibi obsistē te consenescit, ac defluit. Talis autē è diuerso uerita tis status, etiā multis impugnātibus suscitatur, & cre scit. Hæc autem ita esse, ueritas rerū ipsa proclamat, nihilq; hic opus est assertione uerborum, cum uocē quodāmodo totus undique mūdus emittat, urbes scilicet, & agri, & terræ, & maria, & loca culta atque deserta, ipsæ quoq; etiā montium summitates. Neq; enim solitudinem beneficij sui reliquit exortem, sed ipsam maximè his, q̄ nobis de cœlo ueniens detulit, bonis repleuit, per Pauli præcipuè linguam perq; il lam quā in ipsum contulit gratiam. Quia enim dignam tali dono deuotionē gerebat, copiosa in illo etiam gratia coruscauit, plurimaq; horū, quæ hucusque memorauimus, ipsius sudore ac sermone cōple ta sunt. Quoniā igitur ita genus nostrum nobilita uit deus, ut unum hominem dignaretur tātorū causām facere bonorū, studeamus & nos eius similes in
H ueniri. Neq; uerò istud impossibile putemus, quoniā, ut sæpe dixi, & nunc inculcare non cesso: tale illi, qua le etiam nobis corpus fuit, talis anima, tales cibi, sed uōlūtas in eo mirabilis, & præclara deuotio: & istud est prorsus unde ille talis effectus est. Nemo igitur dif fidat, nemo desperet: si intendas animā, & præpares, nihil est quod te ab eiusdem gratiæ possit prohibere muneribus. Non est enim personarū acceptor deus. Idem illum teq; formauit: & quemadmodū illius, ita est etiam tuus deus: ac sicut illū meritò laudauit, ita etiam tibi offert coronam. Spondeamus igitur nos metipsos deo, atq; mundemus, ut nos quoq; eandē gratiam consequētes, eadem etiā præmia sortiamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia.v.

Bi nunc illi sunt, qui querulo semper animo
u mortem causari solent, & corruptibile, hoc corpus, atq; passibile impedimento sibi esse
I ad uirtutē putant? audiāt Pauli facta prædara, & ab hac obtrectatione maligniſsima conquiescāt. Quid enim humano generi mors nocuit? qd uerò uirtutē corruptio corporis impediuit? Considera itaq; Paulum, & uidebis, quia nobis etiam ad maximā utilitatem proficiet ista mortalitas. Hic enim nisi mortalis fuisset, nequaquam dicere potuisset, magis autem ne quisset ostēdere, quod ipsius tēporibus est locutus: quoniam quotidie morior propter gloriam uestrā, quam habeo in Christo Iesu. Vbique.n. nobis inten
1.Co.15.d tione animi, ac prompta opus est uoluntate: q̄ si af fuerint, nihil erit qd nos possit à uirtute prohibere, sicut superior iam sermo memoratus est. Nōne erat iste mortalis? nónne ignobilis? nōne pauper: & quoti diano opere uictū requirens? Nónne corpus habuit, cunctis naturæ necessitatibus subiugatū? Quid ergo eū uetuit illis, quibus floruit, splēdere uirtutibus? pro fectò nihil. Nullus ergo mœreat pauper, nullus anga tur inglorius, nullus ex uilioribus ingemiscat: sed tan tummodo illi, q molles sunt animo, & eneruati mē te, atq; resoluti. Hoc enim solum est quod nos à uir tute ualeat arcere, uitiositas animæ, atq; mollitudo sentētię, nec quicquā omnino: propterea idq; beati huius propter quem hodie cōgregati sumus qui præ sentium iucūditate gaudet, illustratur exēplo. Sicut enim Paulo nihil ea q̄ superius sunt me morata no- K
cuerūt, ita extra religionem nostram positos, nihil his aduersa iuuerunt, non generis claritudo, nō diui tiarū, affluentia, nō splendor eloquij, non gloriæ ma gnitudo, non sublimitas potētatus. Sed quid ego de hominibus adhuc loquor, & quandiu circa terrā cō tinuo sermonē? Fas est etiā supernas commemorare uirtutes, principatus uidelicet, ac potestates, mūdiq; rectores, ac tenebrarū huius seculi. Quid enim iuuit eos angelorum sortitos esse naturam? Nóne ueniēt omnes istę uirtutes à Paulo, eiusq; similibus iudican dæ? Nescitis, inquit, quia angelos iudicabimus, quātò 1.Cor.6.a
magis secularia? Nō igitur ob alias aliquādo causas, nisi ob uitia sola doleamus, horū nos studiosos esse pœniteat. Nihil est quod nos Pauli similes fieri uetet, Ille enim non solū gratia dei, sed etiam sua uoluntate talis effectus est, & idcirco gratia, quia etiā de pro pria uolūtate. Vtraque enim plena in illo fuerūt, atq; perfecta, & ea q̄ donātur à deo, & ea quæ uoluntate prestantur. Vis dona dei agnoscere? uestimēta Pau li dæmonibus terrori erant. Verū ego nequaquam Acto.5.c
istud admiror, sicut nec illud qdē, quia umbra Petri L
corporum languores effugabat. Hæc sunt uerò mi randa, quæ Paulus etiam ante gratiā magnus ab ip sis rudimentis, ab ipsis fidei sūę inuenitur fecisse prin cipiis, qa nec uirtute hac, qua postea polluit, illustra tus, nec apostolatus honore donatus, ita in Xp̄i ze lum totus exarsit, ut omnē contra se accenderet po pulū, qui cū se in tantis periculis, & ciuitatē propter se obsessam cerneret, p murū demissus in sporta est, 2.Co.11.g
sicq; depositus, nec tūc quidem in segnitiem ac timi ditatem relapsus est: sed maiorem alacritatē mentis accepit, periculis quibusdam se sæpe subdens in alio rum salutem: nulli autem studio cedens docēdi, sed quotidie portans crucem, dominū sequebatur. Et q dem cū recens adhuc Stephani ante oculos haberet exemplum, uideretq; contra se omnes potisimū cō citatos Iudęos, cædem spirantes, ipsasq; penè carnes ei⁹ deuorare cupiētes: unde igitur Paulus, neque cū in pericula irrueret, temeritatis argui poterat, nec peri cula fugere timiditatis: quia utiq; & amabat satis prę sentem uitam, ob lucrū docendi: & rursum ualde eā despiciebat, ob philosophiam, ad quam illū mundi M
contemptus euexerat, propterq; amorem quo ire ur gebatur ad Christū. Quod enim de ipso dico semp, nec dicere aliquando cessabo, nullus ita in diuersa re rum incidens atq; contraria, utraque in commodū suum trāstulit, utraq; suis utilitatibus coaptauit. Nul lus enim sic unquam præsentis uitæ fuit amās, ne eo rū qui sunt lucis istius cupidissimi: & è regione sic ali quando despexit salutē illorū, qui se in mortē spōtè precipitant: sic ab omni se mundū cupiditate abstra hebat, nullaq; præsentiū tenebatur passione, sed ubi que desiderium suum cū dei uoluntate miscebat. Et tūc quidē præsentem uitam magis necessariam esse ducebat, quā societatem Christi, atq; colloquium. Nunc uerò tam molestam sibi illā fatebatur & grauem, ut etiā ingemisceret, atq; in mortis desiderium cogeretur. Ea enim sola cupiebat, quæ illi secundum deum lucra pārerent, etiamsi uiderentur esse contraria. Erat enim quidē uarius semper, ac multiplex, nō utique dissimulatione mutabilis, qd absit, sed faciēs oia, quæ prædicationum, salutisq; hominum necessitas popposcisset. In hoc quoq; domini sui iuētus imi tator. Nam & deus & homo apparuit, cū id eū opor

tuit.

A tuit apparere, & in igne quādo tempus ita exegit, & nunc quidē se in habitu armati militis, nunc in simi litudine uiatoris, nunc in ipsa ostendit similitudine hominis ueritatē, secūdum quam ne ipsam quidem mortem refugit: sed iterum iterumq; commonet, ne mo dispensationem istam necessitatem putet, sed tā tummodo amorem dei erga homines intelligat. Nā & aliquando quidem super thronū, aliquando uerò super Cherubin apparebat sedens. Omnia tamē ista pro uariarum dispēsationū opportunitate faciebat, propter quod loquitur per prophetā: Ego uisiones
Osee.13.c multiplicaui, & in manibus prophetarū assimilatus sum. Ita igitur & Paulus creditæ sibi dispensationis modū sæpe uariando, nequaquā de domini sui imi tatione culpatus est, cū modò Iudæus fieret, modò se illis nulla cōmunicatione misceret. Et tunc quidē custodiret legē, nunc uerò despiceret: & aliquando cōseruaret præsentē uitam, aliquādo contēneret: & nunc quidē etiam postularet pecunias, nunc autem oblatas etiam refutaret: nam & sacrificiū obtulit, & purificationē ex more celebrauit. Sed rursus & ana
B thematizauit ista facientes. Et nunc quidē circunci debat ipse, nunc circunciſionē penitus excludebat. Et erāt facta quidē ipsa diuersa inter se, atq; cōtraria, mens uerò atq; sūa ex illa fiebat ualde sibi concin nās atq; cōcordans. Vnū illud requebat, & solū eorū qui illum audirent, ac uiderent salutē: propterea mo dò extollit legem, modò inclinat ac deiicit. Non.n. solū in actibus suis, uerumetiā in uerbis erat, ut dixi, uarius ac multiplex, non mutando sniam, sed alter factus ex altero: sed ipse quod erat semper manēdo, eorum, quæ dicta sunt usum pro causarū opportu nitate uariabat. Non igitur eum pp ista reprehēdas, propter quæ illum magis debes dignis laudibus co ronare. Siquidem & medicū cū nunc urentem uide ris, nunc fouentem, nunc ferro utentē, nunc medica mento, & aliquando quidem ægrotū à cibo potuq; cohibentē, aliquando uerò eum in ista laxantem & modò quidē cooperientem undiq;, & undiq; confo uentem: nunc uerò ipsi illi calefacto securius plenā frigidis aquis imperantē epotare phialam: non utiq; super hac eum uarietate & frequenti mutatione cul
C pabis, sed tunc præcipuè stupebis artē, quando ea q̄ nobis contraria uidētur & noxia, illum cū fiducia ui deris offerentē. Hoc est.n. ueri artificis, ac periti. Si igi tur approbamus medicū contraria ista facientem, multò magis Pauli debemus animā prædicare, tam multis se ac diuersis modis ægrotantibus coaptan tem. Nō.n. minus hi qui animarum, q̄ illi qui corpo rum languore uexantur, arte opus habent ac uarie tate curādi: ad quos si securè, & uelut ex directo uo luerint accedere, omnis spes ab eis salutis aufugiet. Et quid mirum si hoīes ad hæc sananda tēperamen ta descendant, cū etiam omnipotens deus hoc ipso medicinæ utatur modo, nec omnia nobis uniformi ter ac directim loquatur? Quia.n. spōtè nos uult ef ſici bonos, non necessitate atq; uiolentia, opus etiā habet mutatione curæ, non pp aliquā impossibilita tem suam, sed propter nostram fragilitatē. Ipsi enim licet innuere solū, imo uellet tātummodo, iamq; fa cta spectaret, quæ uoluit. Nos uerò qui semel domi natum nostri adepti sumus, non in cunctis deo sub ditos esse nos patimur, quia si traheret inuitos, eripe ret ipse quod contulit, id est, arbitrij potestatem. Ne igitur istud fieret, frequenti fuit opus uarietate medi

candi. Hæc aūt ànobis nō superfluò disputata sunt, D
sed propter beati Pauli uarium studium atq; sapiēs, ut quando eum uideris pericula fugientem, non illū admireris minus, q̄ cùm se periculis gaudet oppone re. Vt enim hoc fortitudinis, ita illud sapiētiæ est. Et cùm uideris eum magna de seipso sonantem, simili ter admireris, ac si illum uideas semetipsum depre tiantē. Vt enim istud humilitatis, ita & illud magna nimitatis est. Quando enim gloriantem uideris, ad mirare: sed similiter lauda, cū illum uides humilia de se & contemptibilia dicētem. Nam & hoc est animi arrogantia uacui, & illud dilectione & humanitate
2.Cor.5.c plenū. In dispēsationem siquidem multorum salutis ista faciebat, propter quod ait: Siue.n. mente excedi mus, deo: siue sobrij sumus, uobis. Neq; alius quis quam tantas, non dico occasiones, sed prorsus ne cessitates habuit arrogantiæ, neq; tamen ullus alter ita se mundè ab omni iactantia subduxit. Hæc itaq; animo attentiore considera. Scientia, inquit, inflat.
1.Co.8.a Et hoc omnes cum apostolo facilè dixerimus. At tā ta certè in illo erat scientia, quanta in ullo unquam fuerit, neq; tamen se extulit insolenter, qui se in hoc E
1.Co.13.c ipso humiliat, ac deiicit dicēs: Ex parte cognoscim⁹, & ex parte prophetamus, & non me arbitror cōpre
ibid.8.a hendisse. Et si quis existimat se scire aliquid, nōdum cognouit quemadmodū eum oportet scire. Ieiunio rursus inflat, idq; fecit Phariseus ille manifestum, qui
Luc.18.b ait: Ieiuno bis in sabbato. Sed Paulus non modò ie iunans, uerumetiam famem propter Christum pa tiens, se etiam abortiuum uocabat. Et quid de scien tia dico atq; ieiunio, quando etiam tanta cum deo habens tam crebra colloquia, quanta nec propheta rum, nec apostolorum ullus habuit, per ea ipsa hu milior reddebatur? Non enim mihi dicas ista quæ le gimus. Nam plura celauit, nec enim omnia dixit, ne gloria se maiore circundaret: nec omnino cuncta ta cuit, ne pseudoapostolorum contra se ora reseraret. Nihil enim ociosè ille faciebat, sed omnia cum cau sa iusta, probabiliq; ratione. Cum tanta itaq; ratio ne animi tantas res inter se diuersas, cōtrariasq; per agebat, ut eisdem tamen laudibus ubiq; ornaretur. Quod dum adhuc aptius dicimus, intuere magnū loqui. Hæc autem tam opportunè apteq; faciebat F
ut magis mereretur loquendo de se, q̄ tacendo, lau dari. Qui nisi fecisset istud culpabilior esset illis, qui seipsos importunè laudare didicerunt: & nisi etiam gloriatus fuisset, creditos sibi perdidisset, omnésque res inimicorū dum se humiliat extulisset. Sic nouerat utrunq; temperare, & cum recto consilio, atque sententia ea quæ uidentur reprobāda perficere tam utiliter & commodè, ut non minus de illis placeret, quàm cùm imperata compleret. Amplius enim tūc Paulus placuit gloriando, quàm alter laudes pro prias occultando: nec tantùm quisquam profuit cū sua merita celaret, quantùm iste cùm proderet. Sed hoc quoque est multò admirabilius, quia de se non modò locutus, uerumetiam quantùm oportuit, est locutus. Non enim quasi maximam licentiā de op portunitate nactus, imoderatius laudibus suis usus est: sed considerantissimè quousque eum progredi deceret, agnouit. Neque tamen istud sufficere sibi credidit, sed ne alios hoc sermone uetaret, idq; effice ret ut semetipsos inaniter prædicarent: libenter se etiam insipientem uocauit, quanquam certa inuitante causa de propria aliquid laude perstrinxerit.

Quia enim cõsequens erat, ut idipsum respicientes, alij temerè atq; inaniter eius uterentur exemplo, qd plerunq; contingit in medicis: sæpe enim medicamẽ cum quod opportunè alter apposuit, importunè alter amouens, uim medicaminis obscurat atq; corrũpit. Ne igitur hic quoq; istud accideret, uide quanta procuratione usus sit: qui cũ gloriaturus esset, nõ semel, non secundò, sed sæpius differendo atq; cunctãdo dicebat: Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ. & rursus: Quod loquor, non loquor secundũ deum, sed in insipientia. Cumq; tãta dixisset, non tamen ea se premisisse contentus est, sed rursus ingressurus in laudes, semetipsum occultat, & dicit: Scio hominem, & iterum pro huiusmodi gloriabor, postq; hæc oia factus sum insipiens. Quis ergo tam stultus, quis inueniatur omni sensu ac ratione priuatus, qui uidens sanctũ illum, etiã cùm tanta ei necessitas immineret, cunctantem tamen, atq; metuentẽ, grande aliquid de seipso loqui, & sicut equũ usq; ad præcipitia horrenda uenientẽ, secq; sæpius inde trahẽtem, & quidem cũ tanta hoc esset dispensatione facturus? Quis, inquam, sic sit insipiens, qui non ẽt maiore abundantia cautionis laudes suas fugiat, & tũc fortè solũ de illis aliquid attingat, quando id opportunissimum tẽpus exegerit? Vis aliud tibi tale quoq; illius ostẽdam? Etenim istud est omnino mirabile, quia contentus nõ erat testimonio conscientiæ, sed etiam nos docebat iuxta quã regulam in tali rerum discrimine deberemus incedere: non sibi tantũmodo de temporum necessitate satisfactionem parãs, uerumetiam alios erudiens, quanta cũ cautione, ẽt tempore efflagitante, istud effugerent. Nam per ista quæ dixit, quodammodo illud effatus est: Grande malum est dilectissimi, de seipso aliquid grande dicere atq; mirabile, extremæq; omnino demẽtiæ est, nulla imminente necessitate rerũ, & necessitate uiolenta proprijs uelle laudibus decorari. Nõ. n. est hoc secũdum deum loqui, indicium potius est istud insaniæ. Hoc. n. nobis omnem prorsus mercedem euacuat, & quidẽ plurimis laboribus, sudoribus q; quæsitã. Hæc. n. omnia, his q; plura dixisse uidetur ad cunctos, dum loquendi de se necessitatem etiam excusatione muniuit. His aũt profectò maius est, quia necessitate cogente, nõ uniuersa fudit in medium, sed plura etiam & maiore cælauit. Venio, inquit, ad uisiones & reuelationes dei: parco autẽ, nequis de me existimet super id quod uidet. Hoc uerò dicẽdo, nos erudit, ut ne existente quidem necessitate, oĩa quorum nobis conscij sumus, in medium proferẽdo uulgemus, sed ea solũ, quę audiẽtibus utilia iudicamus: quoniã & Samuel (nihil enim uidetur inconsequẽs, illius quoq; meminisse sancti, in nostram siquidem utilitatẽ, laudemq; proficiet) & ipse inquam, aliquando gloriatus est, & propria rectè facta patefecit: sed qualia illa, quęso? quę utiq; cognoscere audientibus conueniret. Non. n. super decore pudicitiæ, neq; de obliuione locutus est iniurię, sed super tali re quadã, quam præcipuè discere regẽ illius temporis oportebat: id est, de conseruanda integritate iustitiæ, & manibus abstinendis à muneribus. Dauid etiã gloriãs, de eis utiq; gloriabatur, quæ emendare auditorem ualerent. Neq; enim de se aliam commemorauit illetuirtutem, sed usum, atq; leonẽ adduxit in mediũ, atque aliud prorsus nihil. Etenim altius de se offerre sermonem, glorioso est, & insolenter sese iactantis: dicere autem illa quæ præsentis causa tantummodo necessaria sunt, futura amantis est, multorumq; commoda cogitãtis. Hoc itaque fecit & Paulus, qui cùm à pseudoapostolis carperetur, quasi non esset probatus apostolus, nec habens à Christo aliquam potestatem, propter obtrectationes falsas, in laudes suas tre compulsus est, quę maximè dignitatem eius ostenderent. Vide ne igitur per quanta docuerit auditorem non inaniter gloriari? Primo quidem dum ostendit se, istud necessitatem uocauit. Secundò, dum plurimis laudes suas satisfactionibus temperaret. Tertiò, quia non cuncta confessus est, sed maiora suppressit, & hoc certè cùm necessitate quadam in sua præconia cogeretur. Quartò, dum sub alterius persona dixit, scio hominem. Quintò, cùm non omnes uirtutes suas adduxit in medium, sed eam partẽ, quam præsens tempus maximè flagitabat. Neq; uerò de se tantummodo gloriando, eundem uirtutũ suarum seruabat tenorem, uerumetiam in alios, quę uiderentur iniuriosa, dicendo. Nam iniuriam inferre fratri inter prohibita numeratur, sed hac quoq; specie ita Paulus opportunè usus est, & congruè, ut magis etiam quàm laudans placeret: propterea & Galatas insensatos uocat, & Cretenses uentres pigros, & bestias malas, & tamen hinc etiam prędicatur. Fines etenim nobis exemplo suo statuit, ac regulas, ut neglectores uoluntatis dei, nequaquam cura leniore tractemus, sed sermonem in eos, qui paulò rigidius percutiat, dirigamus. Omnium siquidem mensuræ sunt apud illum locatę, ac propterea omne quod dixerit, omne quod fecerit, placet: & conuicijs coërcẽdo, & laudibus prouocando, austerius aliquos adu ersando, & blandius admonendo: & cùm effert seipsum, & rursus cùm deponit ac deiicit, & cùm de se gloriatur, & cùm se ipse miseratur. Et quid mirum si iniuria & maledicum placet, quãdo placuit & æmulatio, & dolus quidem, atq; deceptio, non in uetere solùm, sed in nouo etiam testamento? Hæc omnia igitur diligenti examine ponderantes, admiremur Paulum, & glorificemus deum, ut ipsi etiam bona consequamur æterna, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

Homilia. sexta.

Vltis hodie fratres dilectissimi, qui audiẽdi studio huc conuenistis, ut magna gesta Pauli, atq; præclara, quæ iuxta quorundam suspicionem habere uidentur aliquid reprehẽsionis, in medium proferamus? Etenim inueniemus illũ non minus de his, q̃ ex cæteris clarum effici, atq; magnificum. Quidnam illud ergo est, quod reprehensibile iudicatur? Visus est, inquiunt, aliquãdo plagas timere, quòd certè uisus est, quãdo eum loris milites tuderunt, neq; uerò solũ tunc, sed aliàs quoq; apud illam purpuræ uenditricem. Quando etiam causas apud illos mouebat, qui eum de carcere iam educere festinabant. Nihil. n. aliud ista faciendo, nisi sibimetipsi defensionẽ parabat, etsi quid horũ fugeret, rursus in ea ipsa prouidebat. Quid igitur dixit? Siquidem nihil eum ita magnum atq; mirabilem, ut hæc dicta declarant, quia utique & talem habens animam, id est, non malignitate quadam ac desperatione præcipitem, & corpus cedens plagis, atq; uerbera contremiscens, non minus tamen, q̃ incorporeæ uirtutes, omnia illa quæ uidentur terribilia despexit, cũ hoc tempus exigeret. Quando ergo illum uides extentum ad plagas, atq; metuẽtẽ, illorũ recordare uerborum, per quæ trãscendit ad cœlum, angelisq; certauit, dicendo: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Illorumq; uerborũ memẽto, quibus omnia quæ patitur, nihil esse pronunciat, dicens: Quod. n. in præsenti est momẽtaneũ ac leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternũ glorię pondus operatur in nobis. Adde his quotidianas tribulationes, imo singularũ mortes dierũ, atq; ista perpendens, admirare Paulũ, & à teipso desperare desiste. Hæc. n. quæ uidetur infirmitas esse naturæ, ipsa est maximũ eius uirtutis indiciũ, quia talem se utiq; præstabat etiam cũ multarum rerum necessitate torqueretur. Quoniam enim enormitas periculorum hanc de illo multis opinionem sugesserat, & suspicari eos profectò secerat, quòd super humanam naturam ille proficiẽs, tantus existeret: idcirco tribulari permittebatur, ut disceres, quia cũ secũdum naturam unus esse de pluribus propter uoluntatem, non solũ supra multos homines, uerumetiam unus esset ex angelis. Cũ tali enim anima, taliq; corpore mortes mille tolerabat, despiciebat præsentia, contemnebat futura, clara illa atq; magnifica uerba resonabat: Quoniam optaui, inquit, ego ipse & anathema esse à Christo Iesu pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Possibile est enim dei iussa perficere, si modò uelimus omnem naturę trepidationem alacriter uirtute superare, nihilq; impossibile est eorũ quæ à Christo hominibus imperantur. Si. n. quantũ est in nobis uelimus uirium exprimere, maximum etiam nobis deus adiungit auxilium, atq; ita, etsi omnia in nos aduersa concurrant, tuti tamen in medio periculorum, intactiq; seruabimur. Neque tamen metuere plagas reprehensione dignum est, sed propter plagarũ metũ aliquid indignum pietate committere. Hoc ipso. n. quo plagas timet, qui in certamine non uincitur, admirabilior ostenditur, quàm ille qui non timet. Magis enim in isto uirtus refulget, cũ uicerit ẽt illa quæ timuit. Nam plagas formidare, naturæ est: nihil autem indecẽs plagarum timore committere, uoluntatis naturã infirmam iuuantis est, eiusq; imbecillitatem sua uirtute superantis. Sicut nec mœrere culpabile est, sed per mœrorem aut aliquid facere, aut dicere eorum quæ deo displicẽt. Quòd si ego Paulũ fuisse hominem denegarem, merito mihi has fragilitates naturæ eius opponeres, quibus nostrum posses refutare sermonem. Si uerò ipse dico, atq; cõfirmo, quia homo quidem fuit, & nulla nobis etiam naturæ conditione præstantior fuit, tamen melior uoluntate: frustra mihi ista proponis, immo nõ frustra, sed omnino pro Paulo: & hinc potissimũ qualis ille fuerit, ostendis, qui in tali natura uiuẽs, potuit quodammodo esse supra naturam. Non autem illũ tantummodo extollis, sed etiam consuis ora torpentiũ, seseque in desidiam reclinantium, non eos sustinens ad eminentiam cõfugere naturæ, sed impellẽs ad studium uoluntatis. Sed & mortẽ, inquis, aliquãdo pertimuit: sed hoc quoq; profectò naturæ, & tamen rursus hic ipse qui mortem timuit, dicebat: Nã quãdiu sumus i hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati. & rursus: Nosipsi intra nos gemimus. Vides ne æquiparanter, qũo è diuerso naturali infirmitati uirtutem apposuerim uoluntati? quia & martyres plurimi cũ ducerentur ad mortem, sæpius palluerunt, & timore ac trepidatione complexi sunt. Sed hoc ipso præcipuè mirabiles cõprobantur, quoniam illipsi qui mori timuerunt, mortẽ tamẽ propter Christum minimè refugerunt. Sic & Paulus, qui cũ mortem timeret, ne ipsam quidem recusabat gehennã, qui propter desideriũ Christi, etiam cũ formidaret interitum, tamen cupiebat resolui. Non autem hic solus talis fuit, sed ille quoque, qui fuit apostolorũ caput, qui sæpe dixerat paratum se esse pro Christo animam tradere, & tamen mortem uehemẽter horruerat. Audi igitur quid ei super hoc Christus loquitur: Cũ autem senueris, alius te cinget, & ducet quò non uis: naturæ infirmitatem exprimens, non uoluntatem. Siquidem natura nobis inuitis quoque ostẽdit sua, & infirmitates eius superare non possumus, nec si ualde, studioseq; cupiamus: nec culpam istud, quia utique inde nil lædimur, immo inde magis sumus admirabiles. Non enim crimen est mortẽ timere immo è contrario, quãta laus est nil turpe, atque seruile perpeti per timorẽ? Non. n. naturam habere infirmitatibus subditã, sed seruire infirmitatibus, criminosum est: ut meritò magnus ille habeatur, atq; mirabilis, qui imbecillitatem naturæ uoluntatis uirtute superauerit: & hoc ipso ostendit, quanta sit liberæ uoluntatis potestas, obstruitq; ora dicẽtiũ, cur nõ natura boni facti sumus, nec cũ ipsa uirtute progeniti? Quid enim refert natura esse, qd potes effici uoluntate? immo tantò est melius spõte esse bonũ, quã forte: quantò utique præstat coronis, & amplissima laude decorari, quã penitus nil mereri: quanquã si uelis uoluntatem fortem habere atque robustam, hoc illo penè fit firmius. An uerò nõ uides cõcisa martyrum corpora, ferroq; cadentia, nec tamẽ cedere, aut uinci in aliquo uoluntatem? An fortè nõ expectasti etiam Abraham uoluntate naturæ impedimenta superantem, quando utique unigenitum filiũ iussus est immolare, cũ certè tunc natura quasi fortiori cesserit uoluntati? Nõne uidisti idipsum in illis tribus pueris accidisse? Nõne etiam audisti illud antiquum, & seculare prouerbium, quòd fiat ex consuetudine secunda natura? Ego uero dixerim, quòd etiam prima, sicut superius dicta docuerunt. Vides igitur & haberi posse illam, quæ in natura est firmitatem, si sit uoluntas fortis, ac uigilans: & quòd maiore laude sit dignus, qui esse uult bonus, quàm ille qui cogitur, hoc est enim esse præcipuè bonum: itaque cùm dicit, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: timeo enim ne cùm alijs prędicauero, ipse reprobus efficiar, tunc illum maximè meritum, honorum præconijs attollis uidens non eum sine labore impleſſe uirtutem: nehi qui post eum essent futuri, argumentum ad desidiam ducerent illius in bono facilitatem: & cùm rursus dicit: Mundo crucifixus sum, uoluntatem eius corono. Potest enim, potest inquã, naturæ fortitudinem uirtus uoluntatis imitari. Nam si uel hũc ipsum adducamus in medium, qui est quædã, ut ita dixerim, statua uirtutis: inueniemus quoniam bona, q̃ illi inerãt uoluntate, in naturæ ea firmitatẽ certauerit adducere. Dolebat quidẽ ille corpus, sed nõ inferius i corporeis potestatibus ipsos cõtẽnebat dolores: sicut ex ipsius uerbis animaduerti põt, q̃ nec de nostra putatur proferre

G natura. Quando enim dicit, Mundo crucifixus sum: quid aliud uidetur dicere, q̃ quòd etiam ex corpore ipso animi uirtute migrauerit? Quid uerò datur carni, cũ proculdubio dicit: Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ? Hoc autem nihil est prorsus aliud, quã ostendere contempsisse dolorẽ se corpore sentientẽ, non quia nõ ingrederetur animum, sed quia magnitudine uoluntatis excluderet eũ, atq; depelleret. Cùm uerò alia plurima his mirabiliora dicat, & gaudeat uerberatus, & glorietur catenat⁹, qd aliud quispiã dixerit, q̃ istud qd ipse memorauit? Quoniam dicendo quidem, castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo: timeo.n.ne cũ alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar: ostendit naturę infirmitatẽ: per ista uerò, q̃ dixi uoluntatis nobilitatẽ. Idcirco enim utrunq; positum est, ut neq; propter illa magna, alterius eum opineris esse naturæ, & ipse de uirtute desperes: neq; per ista paruula, sanctã illã reprehendas animã: sed hinc quoq; desperationẽ rursus excludẽs, ad meliorem spem teipsum reducas. Propterea rursus adiungit etiã id quod dei esse gratiæ proprium
H consitetur, & quidem exaggerãdo, atq; cumulando. Sed grato erga deũ animo facit, piaq; sententia, ne quid scilicet suum esse credatur. Dicit aũt etiã quòd ad ipsius pertinet uoluntatẽ, ne in deum cũcta proijciens, dormire malis ac stertere. Omnium nanque mensuras, ac regulas apud eum inuenies. Sed male dixit aliquando, inquis, Alexandro ærario. Et quid istud spectat ad uitiũ? Non.n. fuit hic fermo iracundię, sed potius doloris, qui certè ortus est de ueritatis iniuria. Nõ enim propter seipsum dolebat, sed qa
2. Tim. 4. c prædicationi ille restiterat. Valde.n. inquit, restitit, non mihi, ait, sed uerbis nostris. Vt & suum erga ueritatem exprimeret affectum: & non solum illũ cui scribebat, sed certè his quoque discipulos solaretur. Quoniam enim satis consequens erat scandalizari omnes, nihil patientibus aduersarijs ueritatis, idcirco & ei qui repugnauerat, dei comminatus est ultio
2. Thessa. 1. b nem. Sed orauit aduersus aliquos, dicens: Si tamen iustum est apud deũ retributionem reddere his, q nos tribulant, nõ illos pœnas luere concupiscẽs, sed eos qui affligebantur consolari studens propter qđ
I & infert, Et uobis qui tribulamini, requiẽ nobiscũ.
Ibidem. Cæterũ cũ ipse aliquid triste perpetitur, audi quàm alta patientia philosophetur, & propter mala bonã
2. Co. 4. c uicem reddat inimicis. Maledicimur, inquit, & benedicimus: persecutionẽ patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Si autẽ quæ pro alijs facta, uel dicta sunt, iracundiæ dicas fuisse, potes dice-
Actor. 13. b re & Elymam magũ per iracundiam excæcatũ, imu
Ibidẽ. 5. a riosęq; correptũ: Ananiam quoq; & Sapphirã per iracundiam à Petro interfectos exclamabis. Sed quis est ita stultus & saxeus, ut hoc audeat suspicari? Alia quoque plurima inuenimus eum dixisse, atq; fecisse, quæ ad speciem uidentur onerosa. Verùm hæc ipsa sunt, quæ præcipuè modestiam eius ostendunt. Ete
2. Co. 5. b nim cũ satanæ tradit eum, qui Corinthi fuerat fornicatus, cum multa hoc effecit charitate, plenoq; amoris animo, idq; ex secunda epistola euidenter ostendit: & è regione cũ Iudæis minatur, ac dicit peruenit in eos ira dei: nõ utiq; furore plenus id loquitur, quẽ audimus pro ipsis frequenter orantem, sed deterre re eos studens, per quæ eos redderet meliores. Sed
Actor. 23. a sacerdoti, inquis, irrogauit iniuriam, dicens: percutiet te deus paries dealbate. Nouimus quidẽ quòd de hoc loco aliqui satisfaciẽtes, loco prophetiæ ue- K
lint esse quod dictum est: nec culpo dicẽtes: etenim istud euenit, sicq; defunctus est. Siquis tamen acrior insurgat inimicus, & curiosius reparans quæstionẽ, contradicat, ac referat: nõne nouerat, quia summus erat sacerdos? Hoc utiq; dicemus, quoniã erudiens alios, erga eos qui in protestate sunt modestius conuersari, atque monens, ipse quoque huic uoluit obtemperare, sicut & Christus fecit, qui certè cũ scribis mille fanda, atque nefanda dixisset, ait tamen: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi, omnia Mat. 23. d
ergo quæ dicunt uobis, facite: scđm autẽ opera eorum nolite facere. Ita igitur & hic Paulus, & conseruauit pontificis dignitatem, & quod futurum erat, ante prędixit. Quòd si Ioannẽ à consortio separauit, & hoc utiq; rectissimè pro cõmuni officio prædicationis effecit. Cũ siquidẽ qui istud susçipit officium, non oportet mollem esse quendam atque resolutũ, sed fortem, & per cuncta robustum. Neque saltem
attingere quisquam debet præclari huius muneris functionem, nisi paratus sit millies animam suã tradere in mortem, atque discrimina. Dicit enim ipse L
dominus Iesus: Siquis uult post me uenire, abneget Luc. 9. b
semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui ergo nõ tali animo est, multos etiam alios suo perdit exemplo, magisq; utile est, si quiescat sibiq; tantùm uacet, quàm si procedat in mediũ, & onus suis uiribus maius assumat: sic enim non propriam solùm, sed etiam multorum sibi creditorum prodit salutem. Et reuera quomodo non absurdum est, ut cum aliquis nesciat artem gubernandi, pugnandiq; cum fluctibus, nec si mille rebus adhibeatur, eligat ad clauum sedere: & ille qui ad prædicandi pergit, officium temerè ad istud utcunque contingit, accedat, atque innumerabilibũ rerum curam absq; ulla consideratione susçipiat? Non itaque nauium gubernatorem, non ad bestias dimicantem, non ludo gladiatorio destinatum, non alium quempiam omnino sic ad discrimina & mortes paratam atq; expositam oportet habere animam, ut eum qui susçipit officium prædicandi. Nam & pericula profectò maiora, & aduersarij sæuiores, & non unum quoddam mortis genus incumbit, nec usquam prorsus simili M
conditione certatur. Cœlũ nanq; hic in præmio, in supplicio autem gehenna proponitur, & æternæ animæ salus, atq; perditio. Non solũ autẽ eũ, qui prędicationi accingitur, sic oportet parari, sed quencũq;, Vel simpliciter Christianũ: nam crucem tollere, & sequi Christũ omnibus imperatur. Si autem cũctis. multò magis doctoribus populi, atque pastoribus, quorum ex numero etiam Ioannes tunc erat, qui di Actor. 13. b
cebatur & Marcus: qui, quoniam se in ipsa aciei frõte constituens, nimis inuiriliter egerat, eum meritò Paulus abiecit, ne illius quasi contagione uires corrũ perentur aliorum. Si uerò, ut Lucas refert, quoniam aliqua inter ipsos facta est cõtentio, noli hoc delictũ Ibid. 15. f
putare. Non enim cõmoueri malũ est, sed irrationabiliter, nulloq; iusto flagitãte negocio cõmoueri. Iracundia, inquit, iniusta non iustificabitur: non ergo culpatur simplex iracũdia, sed iniusta. & rursus: Qui Matt. 5. b
iratus fuerit fratri suo sine causa. Nõ ergo simpliciter iratus, & propheta dicit: Irascimini, & nolite pec- Psal. 4. d & Ephe. 4. f
care. Quòd si omnino huiusmodi utinõ oportet affectu, etiam cũ tẽpus exposcit, frustra nobis uidetur ingenitus: sed profectò nõ frustra, quẽ certè prouid'

nobis

A nobis creator inseruit, ut dormientes animas, atq; resolutas ab inertia ac desidia susçitaret. Quasi.n. gladio aciem, ita menti nostrę iræ acumen imposuit, ut eo, cùm oportet, utamur. Propterea igitur & Paulus hoc sæpe est usus affectu, & modestè loquẽtib⁹ erat melior iratus, cum tempore omnia faciens opportuno, pro lucro & commodo prædicandi. Neq; enim simpliciter lenitas semper est bona, sed cũ illam tempus efflagitat: quando uerò id non adest, etiam ista uitiosa est, sicq; inconstantia. Hæc uerò omnia non pro Paulo satisfaciens sum locutus: non enim nostri ille indiget sermonis, laus enim eius non ex hominibus, sed ex deo est, sed quò auditores erudiamas, ut omnibus ad opportunitatem utantur affectibus, sicut iam antè memoraui. Sic nãq; poterimus undiq; spiritalium lucrorũ incrementa colligere, cumq; maximis diuitijs ad portum tutissimũ peruenire, & consequi indeficientes coronas, quas etiam nos omnes contingat mereri, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium, in secula seculorum, Amen.

B *Homilia septima.*

Voties hi, qui portant signa regalia clangente ante se tuba, & acie militum præeunte, in
q grediuntur urbes: omnis populus cõsueuit accurrere, ad audiendum buccinę sonum, uel signũ quod in sublime fertur uidendum, ipsius etiam uirtutem ferentis. Quoniam igitur & hodie nõ urbem, sed orbem Paulus ingreditur, concurramus omnes. Etenim iste nõ signum terreni alicuius regis, sed in cœlo regnantis Christi crucẽ portat, & præcedũt non hominum, sed angelorum cateruæ. non solùm in honorẽ eius signi quod fertur, sed i eius à quo fertur auxilium. Si enim propriam uitã regentibus tantummodo, nihilq; pro cõmuni utilitate facientibus, angeli ab omnium domino deputati sunt, sicut ait
Gen. 48. c unus ex iustis, Angelus qui eruit me à iuuẽtute mea: multò magis his, quibus totius orbis cura commissa est, taliumq; donorum onera portantibus uirtutes adsunt supernæ. Et illi quidẽ, qui in exercitu hoc honore donati sunt, ornantur ueste pretiosa, aureis torquibus colla subnixi, nitentes undiq;, & undiq;
C resulgentes: iste uerò catena pro torque circũdatus gestat crucem, & persecutionem undiq; sustinens, famẽ ubiq; perpetiens. Sed nihil est dilectissime, quod ex huius sermonibus ingemiscas. Siquidem iste ornatus multò est illo melior & clarior, atque amicior deo, propter quod & portans minimè laborat. Hoc est nanq; mirabile, quia cũ uinculis, uerberibus, atq; uulneribus longè splẽdidior erat diademate purpuraq; fulgentibus. Quod enim esset uerè clarior, & qa non ad somnum tantummodo ista dicuntur, ipsius uestimenta docuerunt. Nam si mille diademata, totidemq; purpuras ardenti febri superponas, ne modicum quidẽ flammæ eius ualebunt extinguere. At modò huiuscemodi uestimenta, ægrotantiũ admota corporibus, morbos omnes fugabant. Si enim latrones uidentes signũ illud militare, nõ irruunt, sed auersi repentè diffugiunt: multò magis & ægritudines & dæmones, Christi signo apparente, fugiebãt. Sic autem Paulus ferebat hoc signum non ut solus illud portaret, sed ut omnes quoque tales esse doceret, ac faceret: propter quod clamat, atq; dicit: Idipsum certamen habentes, quale audistis & uidistis in
Phil. 1. d me. Et uobis donatum est, non solũ ut in eum credatis, sed ut ẽt pro illo patiamini. Etenim præsentis D
uitæ dignitates tunc clariores uideri solent, quando in uno tantũ homine constiterint. In spiritalibus uerò è contrario, tunc magis splendent honores, cùm sibi plurimi eorum cõione sociantur, cùm nõ unus est particeps dignitatis, sed multos habet qui eisdẽ honoribus perfruantur. Vides igitur hîc oẽs esse signiferos, & Christi nomen unumquenq; gestare in conspectu gentium atq; regum, ipsum uerò Paulum etiam cũ sibi anathema optat, atq; supplicium. Sed non hoc præcipit & cæteris, quod certè illi portare non poterant. Vidistis nempe quantæ nostra sit natura capax uirtutis, q̃ nihil sit homine pretiosius, & adhuc utiq; mortali. Quid.n. mihi hoc maius, immo quid poteris saltem æquale memorare? Quãtorum uerò iste, quæso, honore dignus est angelorum, qui hoc uerbum potuit effari? Qui enim in tẽporali hoc atq; mortali corpore costitutus, cuncta etiam quorum non erat dominus, pro Christo nõ dubitat offerre, hic si incorporeæ fuisset naturæ, quid tandem, quid autẽ facere distulisset? Nam & angelos propterea miramur, non quia incorporei sunt creati: siqui- E
dem cũ diabolus sit incorporeus & inuisibilis, est tamen oĩbus infelicior: quia factoris dei meruit offensam. Hinc etiam homines infelices uocamus, non quia uidemus eos carne circundatos: sed cũ non ea, ut oportet, utuntur, alioquin & carne induebatur Paulus. Vnde igitur talis emersit, & tãtus? Et ex pro- Act. 10. e
prio uidelicet, & ex dei: & idcirco ex dei, quia de proprio. Nõ.n. est personarum acceptor deus. Si autem dixeris, & quemadmodum illũ imitari possibile est? disce quid dixerit: Imitatores mei estote, sicut & ego 1. Cor. 4. d. & 11. a
Christi. Ille ipsius Christi effectus est imitator, tu uerò nec apostoli. Ille domini æmulator fuit, tu autem neq; serui: & quam tandem poteris negligentiæ tuæ umbram obtendere? Quemadmodũ uerò eum imitatus sit, ostẽdit. Idq; ab initio cõsidera ab ipsis principijs. Quantò.n. ex illis salutaribus emersit fluentis, tantò igne plenus exiuit, ut nec necessariũ sibi putaret magistrum. Non.n. expectauit Petrum, nec uenit ad Iacobũ, neq; ad alium oĩno quenquam: sed propria alacritate raptus, ita totã illam, in qua fuerat baptizatus, prædicatione sua inflammauit urbẽ, ut sæ F
uissimum contra se ludæorũ præliũ concitaret. Violentissimum.n. persecutorem Christus in ardentissimum repentè prædicatorem immutauerat. Siquidẽ etiam cũ ludęus esset, supra dignitatẽ suam multa faciebat, alligans, abducens, trahens in publicũ Christianos. Sic etiã Moses cũ à nullo in principatum populi ordinatus fuisset, contribules suos tamen à Barbarorũ iniquitate defendit. Hæc enim sunt fortis cuiusdam, ac uirilis animi certa documenta. Hoc signũ propriæ liberaq; fiæ, nequaquam in aliorum afflictionibus tenere patientiam: sed benignè atq; constanter tueri eos qui opprimuntur, etiam si nullo in hoc ordinetur officio. Quia uerò iustè opus arripuerat principatus, deus hanc ei posteà contulit dignitatem. Idipsum aũt seruauit in Paulo: qui q̃ rectè faceret ultrò arripere initia sermonis atq; doctrinę, deus similiter ostendit, citò doctoris eum honore sublimans. Si enim magisterij atque primatus adipiscendi gratia ad procurãda tanta negocia prosiluissent, consequenter essent de ambitione culpabiles. Cùm uerò uterque pericula diligerent, mortesq; in se procurarent undiq;, ut alios acquirerẽt in salutem: quis

G tam apertè infelix est, qui tantæ deuotionis studiũ crimineturꝰ Quòd.n.aliorum amantes salutem, ista perfecerint, & ſnia declarauit dei, & eorũ perditio, q̃ malè istum concupierunt honorem. Irruerunt siquidem tunc & alij in huiusmodi principatum, sed protinus interempti sunt: nam alterum quidem lapsus à cœlo exusit ignis, alterum subitus hiatus terræ absorbuit. Non.n. propter defensionem populi ista faciebãt, sed ob gloriam dignitatis. Irruit & Ozias, sed 2. Paral. 26. c lepra cõmaculante punitus est. Irruit etiam Simon, Actor. 8. b sed reprobatus est, & morte periclitatus. Irruit uerò etiam Paulus, sed apostolatus gloria coronatus est. Non enim in sacerdotium nec honorem, sed in ministerium irruit atque labores: maximeq; in hoc zelo & alacritate properauit: propterea prædicator, propterea continuò clarus efficitur. Sicut enim qui princeps fuerit ordinatus, nisi dignè impositum sibi administret officium, meretur ẽt maiora supplicia: sic alter, etsi non ordinetur quidem, suscipiat tamẽ, & sicut oportet impleat, non dico sacrdotium, sed solicitudinem curamq; multorum, omni profectò H est honore dignissimus. Propterea igitur ne unũ quidem diem in ocio passus est & quiete transire hic in prædicandi ardore, ipso igne uehemẽtior: sed simul, ut salutifero ex fonte conscendit, plurimamq; in se flammã ipse succendit, non pericula timuit, non irrisiones erubuit, & opprobria Iudæorum, neq; sermonem suum ab illis repsui indignanter tulit. Nõ aliud quicquam horũ simile cogitauit, sed alios accipiens oculos, utiq; charitatis aliamq; mentem, multo cum impetu instar torrentis irrupit: omnia pariter Iudæorum trahens atq; conuoluens, & ex scripturis ipsum esse Christum euidenter ostendens. Et certè nondũ in eo tam multa gratiæ munera coruscabant, nondum tãta fuerat spiritus illuminatione donatus: sed tamen inflãmata continuò uoluntas, mortificataq; anima cuncta faciebat: & quasi semper satisfaceret deo de tempore iam peracto, sic gerebat omnia, sic lucra spiritalia undiq; colligebat in locũ, qui esset belli pars maxima, & laborum, periculorumq; plena fidenter insiliens. Hoc uerò maiore quoq; admiratione dignum est, quòd cũ tam esset audax, ac uelut ad I pugnam semper accinctus, & ignem quendam belli cõspirans: ita rursus placabilem præbebat magistris, ut nunquam in eo, uel in tanto illo impetu alacritatis offenderet. Itaq; feruenti tunc, uel potius furenti præceperunt, ut iret Tarsum atq; Cæsaream, nec tamen renuit. Dixerunt, quia eum per murum deponi oporteret, & passus est. Dederũt consiliũ pro implenda purificatione, nõ restitit. Suaserunt ne in theatrũ ingrederetur, & cesit. Ita se huic rei totum dedicauerat, ut omnia pro fidelium utilitatibus libenter acciperet, pro ipsorum ędificatione, pacem, consensum, dispensationem, concordiam, diligẽdo, & eundem se, ac semper æqualem prędicationi ubiq; seruando. Cùm igitur audis quòd fratrem miserit ad tribunũ, Actor. 25. c uolens de periculis liberari, & quòd appellet Cæsarem, quodq; Romam ire festinet, nequaquam putes uerbum esse formidinis. Qui enim gemebat in hac se adhuc esse uita, quo putes modo eligebat esse cũ Christo? Qui & cœlum propter ipsum despiciebat & angelos, quo tandem pacto hæc præsentia diligebat? Cuius igitur rei gratia ista faciebat? proculdubio, ut diutius prædicationi insisteret, cumq; multis hinc credentibus, atque omnibus coronatus iret ad Christum: iam profectò metuebat, ne pauper hinc, K atq; inops multorũ salutis abscederet. Et idcirco dicebat: permanere aũt in carne necessarium est propter uos. Propterea ergo cũ uideret meliorem pro se Phil. 1. d in iudicio processisse sententiam, ipsoq; dicente Festo, absolui poterat homo iste, nisi appellasset Cæsarem: uinctus tamen, cumq; plurimis uinctis, qui mille facinora cõmiserant, ductus, nõ erubuit cum illis ligari, quinimmo omnium simul nauigantium curã gerebat, sui quippe securus, seq; tutum satis esse certissimus. Cumq; uinctus per tam uastũ pelagus duceretur, ita gaudebat tamen, tanquã in maximũ duceretur imperium. Etenim non paruum illi præmiũ urbis Romæ cõuersio proponebatur. Verũ ne illos quidem qui pariter nauigabant, despectui habẽdos putauit: sed illis quoq; de ueritatis suauitate modulatus est, indicans sibi diuinos apparuisse uultus, & ea quæ fuerant sibi dicta, cõmemorans: id est, tibi donaui homines istos. Hoc uerbis faciebat, nõ seipsum Ibi. 27. d arroganter extollens, sed illos sibi ad persuasionem fidei parans. Propterea & deus permisit pelagus cõmoueri, ut per id quod auditus nõ est, spiritalis Pau L li gratia panderetur. Nam & cũ dedisset cõsilium nauigandum non esse, contemptus est, uentumq; est Ibid. e. f usque ad extrema discrimina. Verùm ne contemptu quidem eorũ factus est onerosior: sed rursus, quasi pater filijs prouidebat, agebatq; omnia, ne quisquã periret. Postquã uerò Romam ingressus est, ibi quoque quanta cum modestia annunciat ueritatẽ, quãta etiam cum libertate obstruit ora impiorum? Verùm nec ibi stare cõtentus, etiam in Hispaniam percurrit. Cùm autem sæpius uaria pericula sustineret, confidebat magis atq; fiebat audacior: nec ipse solùm, sed etiam discipuli propter ipsum, qui eius utiq; firmabantur exemplo. Quemadmodum enim si eũ remissiorem, segnioremq; uidissent, ipsi ẽt profectò fuissent mœrore deiecti: ita qui illũ fortiorem factũ esse cernebant, & inter iniurias atq; plagas constantiæ sæpe uirtute crescentem, ipsi quoq; cum maiore fiducia prædicabant: idq; significans ait, Ita ut plures è fratribus confidentes uinculis meis, abundantius auderent sine timore uerbũ dei loqui. Si enim Phili. 1. b dux militiæ fuerit fortis ac robustus, non modò cædens atq; prosternens: uerumetiam uulnere ipse per M cussus, subditos suos efficit fortiores, magisq; hoc pstat uulneratus ipse, q̃ uulnerans. Cũ enim hi qui sub tali pugnãt magistro, uiderint inflicta uulnera, fluentem sanguinem, & nec sic quidem illum hostibus aliquando cedentem: sed stantem fortiter, hastasq; uibrantem, & crebris certisq; ictibus in aduersarios proruentem, nec omnino quicquam parcentem dolori, maiore absque dubio tantò duci alacritate subduntur. Hoc itaque factum est & in Paulo. Videntes enim illum ligatum catenis, & nihilominus in carcere prædicantem, uidentes etiam uerberatum, & tamen uerberantes ipsos sermone capientem, maiorem profectò fiduciam colligebant. Et idcirco nõ dixit simpliciter confidens, sed ita, ut abundantius auderent sine timore uerbum dei loqui: Magis, inquit, modò quàm cùm essem liber à uinculis, fiducialiter prædicabam. Tunc enim certiorem alacritatem & ipse capiebat, ac uehementius in aduersarios ferebatur, & incrementa persecutionis, maioris illi fiebant causa constantiæ. Inclusus est quidem in carcere, tantumq; in eo uirtutis refulsit, ut

A etiam fundamenta quaterentur, & ostia panderentur. Custodem quoq; tunc ipsum carceris ad fidem Actor. 16. f. g transtulit, iudici penè persuasit, ita ut ipse diceret: In Ibi. 26. g modico me suades Christianũ fieri. Rursus cũ lapidaretur, plenã populi ciuitatem fidei luce donauit, & uocabant eũ quasi iudicaturi Iudæi, tũc etiã Athenienses facti sunt ex aduersariis subditi & ex iudicib⁹ repentè discipuli. Sicut.n. ignis in diuersas plerunq; materies incidens augetur magis, & ex subiecta sibi substantiã incrementa sortitur: sic etiam lingua Pauli, quibuscunq; fuisset admota ad seipsum eos continuo trãsferebat. Impugnatores quoq; eius celeriter ipsius uerbo capti pabulũ quoddã spiritali huic efficiebantur igni, perq; ipsos magis euãgelij fama crescebat, idcirco dicebat: Alligatus sum, sed uerbũ dei 2. Timo. 2. b non est alligatum. Fugabant eum frequenter inimici, & quantũ quidẽ ad rem spectat, persequebantur: quantũ uerò ad euentũ rei, alijs mittebãt magistrũ: quodq; faciebant amici atque concordes, hoc uelut studio exequebantur inimici, nunquam sinentes eũ in una habitaculũ regione collocare, sed persecutio- B nibus, insidiisq; pellentes, per cunctas omnino prouincias mediũ circunducebãt, ut omnes uidelicet salutaria eius linguæ remedia sentirent. Rursus alligauerunt eum, sed acrius in defensionem fidei discipulos concitauerunt, persecuti sunt, & non habentib⁹ miserunt magistrum. Ad maius iudicium prouocauerunt, sed uberius Iudæi beneficium contulerunt, propter qđ & Iudæi dicebant de apostolis dolentes: Actor. 4. c Quid faciemus istis hominibus? Per quæ.n. eos op- Ibid. 16. f primere uolumus, per ea ipsa prouehimus. Tradiderunt custodi carceris, ut eum diligenter ligaret, sed ipse à Paulo arctius alligatus est. Imposuerũt eum naui cũ reis atq; uinctis, ut planè ẽt nolentes ocyus iter eius facerent explicari, accidensq; naufragiũ factum est cũ apostolo nauigãtibus causa doctrinæ. Minabantur mille supplicia, ut ignẽ prædicationis extinguerent, qui è contrario magis inde crescebat. Et sicut de domino dixerunt, occidamus eũ, ne tollant Ioan. 11. f Romani locũ nostrũ atq; gentẽ, accidit q̃ contrariũ: nã quia occiderũt eũ, propterea Romani, & gentem eorũ & ciuitatẽ tulerunt: & quæ putabantur impedimenta prædicationis, fortia efficiebantur auxilia. Sic etiam prædicante Paulo, quòd aduersarij ad opprimendũ intulere uerbũ, hoc illud ad ineffabilẽ quan- C dam altitudinẽ subleuauerũt. Super his uerò oĩbus gratias bono tantarũ rerũ authori agamus deo, glorificemus Paulũ, per quem ista completa sunt. Oremus etiã, ut ipsi quoq; eisdẽ perfruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, p quẽ & cum quo gloria patri, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Homilia octaua.

Saepe fulgido cœli globo delectatus oculus ad spectaculũ oppositi è regione luminis se se uiolenter intendit: & licèt sentiat aciem suam imparẽ radiorũ esse certamini, desiderio tamẽ illius pulcherrimi luminis intuendi libẽter inaccessibili radiantis orbis reluctatur coruſco. Tale igitur quippiã ego ipse perpetior, qui cũ uideã propriæ mẽtis oculos ex radiis apostolici splendoris hebetari, cupio tamen Pauli animam, miro fulgore uirturum rutilantem, uelut eminus intueri, & contra importabiles Solis micatus cõtentiosa subire certamina. Sol enim quidam est hominibus Paulus, qui totũ prorsus orbem fulgentibus linguæ suæ radiis illumina- D uit, quiq; uniuersas circumeundo gentes cursum omnino Solis imitatus est, ac mũdi regiones omnes, quasi libero à corpore animo peruolauit, & hoc cũ ei amara undiq; uulnera crebrius obuiarent. In duas nanque partes omne tunc ferè hominum scindebatur genus, in eorum scilicet qui horribili rabie erga idolorum cultum ferebantur, & in illorum, quos legis zelus in euangelii odia flãmabat. Ab utraque uerò parte grauissima in Paulum bella surgebant, cùm Iudæi undique illum quasi paternarum traditionũ corruptorem fugarent, gentes uerò quasi deũ mortuum prædicãtem. Noli enim illum, qui tunc fuit rerum reatum, huic qui modò est comparando magnitudinẽ apostolici laboris attẽdere, sed ipsa adhuc prædicationis exordia mente perpende. Cõsidera prius pelagi sæuientis furorẽ, & tum demũ uim gubernatoris intelliges, sicut enim i quodam freto, ita Paulus mediis in fluctibus æstuabat, ac mille discriminum urgebatur procellis. Inter ipsa quippe euangelij principia prædicationis nouitas uehementes ei tentationũ turbines suscitauit. Iudæorum nanque E tunc populi mouebantur, quos ad hoc Mosaica uidebantur præcepta compellere. Pharisæorum quoque latrabant gressus, cũ dudum à se crucifixi prædicari deitatem dolerent. Indignabatur etiam conspiratio sacerdotum, cũ audirent crucẽ quasi sceptrũ quoddam regale celebrari. In huiusmodi bello Iudæi sociabantur & gentes, quæ aris diuum, ac templis, puluinarium cineribus assuetæ penè iam euelli sibi nescij amplectebantur errorem. Iudices in prædicationem euangelij sæuientes, suæ adstabant cateruæ. Reges iugiter idipsum bellum gerebant, auditam crucem cuncti abominabantur exercitus, q̃ sapientes recipere nesciebant, quasi signum utique damnati: sed Paulo totius hoc mundi bellum, omni erat pace iucundius. Delectabat.n. quicunq; illũ propter euãgeliũ uulnerabat: hinc est quòd ille Græciam, atque Barbariam, cum illatis sibi uulneribus alacer circuibat, non minus plagis suis gaudens, q̃ regiis triumphis: haud aliter delectatus naufragiis, quàm cęteri acquisitis solent gaudere thesauris: liuoribus quos ei uerbera sæpius inferebant, quasi qui- F busdam gloriabatur coronis, tribulationibus ut deliciis utebatur, squalore carceris ut paradisi amœnitate gaudebat. Cui te ô beate Paule iustorũ ueteris testamenti, uel noui audeã cõparare? Omniũ quippe uirtutẽ quasi in arca quadam, sed cũ multo prorsus cumulo condidisti. Deniq; etiã si totũ contra te aliquis figillatim iustorũ appẽdat chorum, inueniet trutinã uirtutũ ponderibus à tua parte depressam. Paulus uerò secundus Abel, uerũ non semel, sed per dies singulos immolãtus. Paulus alter Noë, sed absque arca insurgentes aduersus se undas impietatis enauigans. Paulus alter Abrahã non modò à patria uel gente, sed post uocationẽ suã ab ipsa etiam uita prorsus abscissus. Paulus alter Isaac sponte in hostiã colligatus. Paulus alter Iacob, quasi pro uno quodã totius mundi grege semper inuigilans. Paulus alter Iosephi, spiritali fame tabescẽte mũdo ueritatis alimẽta distribuens. Paulus alter Moses, qui oẽs gentes à tyrannide diaboli reduxit ad Christũ. Paulus alter Aaron, totius mũdi populis inunctus sacerdos. Paulus alter Phinees, impietatẽ Iudæorum atque gentiliũ, quasi fornicationẽ mentiũ, uno fidei mucrone

G cõfodiens. Paulus alter Dauid, qui uelut quendam Goliã in certamine diabolũ prouocat. Paulus alter Helias: clarius raptus in cœlos. Paulus alter Heliseus, qui gentes ab interiore lepræ pollutione mundauit. Paulus alter Ezechias, qui ad unã fidem Christi diuersos populos attraxit. Paulus alter Iosias, q abominationes gentilũ diſsipauit ac perdidit. Paulus alter Ioannes pro Christo capite trũcatus. Paulus alter Petrus, non de cœlo uocatus ad credendũ. Paulus alter Gabriel, qui Christi ortum cunctis gentibus nunciauit. Paulus alter Michael, qui Christianorum dux esse sortitus est: etiam si angelorum, etiã si iustorum hominũ circunuolem choros, non inuenio comparationẽ, cui non tamen cumulo meritorum Paulus occurrat. Acclamatio populi, & post acclamationẽ, etiam mortuus Paulus ardentiſsima nobis theatra pietatis accendit. Sed quãdiu uerſabo linguã, nũc iuſtis uiris Paulũ, nunc etiam angelis comparando? Opulentiſsimũ hunc igitur thesaurũ, in noſtris auidè pectoribus recõdamus. Hauriamus certatim uirtutes ex abundanti iſto bonæ uolũtatis fonte manãtes, & cupiditate maxima feraciſsimæ huius arboris poma rapiamus, uariiſq; floribus, ac fructib⁹ plenũ apoſtolicarũ uirtutũ pratũ metentes, ſumamus è Paulo fulgentẽ roſam caſtitatis, eligamus fidei florem marcelcere neſcientem, decerpamus ex eo uberrimos patientiæ fructus, & uirtutum omniũ colligamus, demus beato Paulo gloriam, ut dicat de nobis in futurũ: Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus, ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Homiliæ octauæ, & ultimæ de laudibus ſancti Pauli finis.

In cõmemoratione ſancti Pauli, de charitate ſermo incerto interprete.

Eatus Paulus qui tantã uim humanæ alacri
b tatis oſtẽdit, ut ad cœlum quoq; ipſum ualeat ſubuolare, præmittẽs angelos & archãgelos, aliasq; uirtutes, aliquando quidẽ ſuo exẽplo Chriſtianos fieri imitatores iubet, dicẽdo, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Aliquãdo de ſe re
2.Co.4.d ſipiſcens, ad ipſius nos dei imitationem hortatur, di
& 11.a ces, Eſtote ergo imitatores dei, ſicut filij chariſsimi.
Ephe.5.a Iam uerò demõſtrãs, quia nihil ita hanc imitationẽ pariat, quã ſi ita uiuat aliquis, ut bonum eius in cõmune proficiat, atq; uniuerſis utiliora prouideat,
Ibidem. adiũxit, Ambulate in charitate. Ideo cũ diſsiſſet, Imitatores mei eſtote: cõtinuò de charitate diſſeruit, qa hæc præcipuè uirtus homines deo proximos facit. Quantæ. n. cunq; ſint aliæ uirtutes inferiorem locũ tenentes, cunctæ erga hominũ ſtudia uerſantur, ut eſt contra concupiſcẽtiã pugna, ut quod aduerſum geritur bellũ, ut in auaritiæ interitũ acies ordinata, ut cũ iracundiæ furore conflictus. Diligere uerò nobis deoq; commune eſt, propterea & deus imperaMat.5.g bat, Orate pro perſequẽtibus & calumniantib⁹ uos, ut ſitis filij patris ueſtri, qui in cœlis eſt. Hoc ergo & Paulus cunctorũ intelligens caput bonorum, omnium in ſe ſtudia exprimere curauit. Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo inſidiatoribus ſuis ita benefi cus fuit, nullus pro afflictoribus ſuis tanta perpeſſus eſt. Non illa enim q̃ patiebatur, ſed naturæ copulam cogitabat: quanto⁹q; amplius efferebantur inimici, tantò magis eorum miſerebatur inſaniam. Vt enim K
aliquis indulgentiſsimus pater afficitur erga filium phreneſi comprehẽſum, cuius quantò magis conuiſcijs, ictibus q; pulſatur, tantò eũ potius miſeretur, ac deflet: ita Paulus ipſa magnitudine paſsionũ, eorum à quibus affligebatur cũ æſtimaret furorem, maiora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igitur quã cõpatienter, quamq; manſuetè nobis pro illis loquatur, qui eũ quinquies uerberauerant, qui catenis onerauerant, qui ipſum eius ſitiebant cruorẽ, quiq; illũ quotidie diſcerpere cupiebãt. Teſtimoniũ, inqt, Rom.10.
illis ego perhibeo, quòd æmulationẽ dei habent, ſed nõ ſecũdũ ſcientiam. Rurſus eos qui ſe ſupra illos ſuperbius efferebant refrẽnans. Noli, ait, altum ſapere, Ibidẽ.11.a
ſed time. Si. n. deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Quia enim cognouerat dominicã iam in illos proceſsiſſe ſentẽtiam, quod unũ & ſolum in ſua erat poteſtate præſtabat, ſæpe lachrymabatur, uehemẽter pro illis dolebat, uolẽtes eis inſultare prohibebat, atq; inquãtũ poterat, laborabat umbrã eis aliquã excuſationis obtendere: & quia pp contumaciã eorũ, atq; duritiam, perſuadere illis fidẽ L
ſermone non poterat, ad orationes conuertebatur aſsiduas. Fratres, inquit, uoluntas quidẽ cordis mei, Ibi.10.a
& obſecratio ad deum fit pro illis in ſalutem. Sæpe quoq; illos meliores eſſe ſolicitat, dicẽs, Sine pœnitẽ Ibid.11.d
tia enim ſunt dona & uocatio dei, ut non pertinaci uſq; ad finẽ deſperatione moriantur, quæ utiq; omnia ſunt amantis, & ualde eorũ utilitatibus prouidẽtis: ut cũ dicit, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat Eſa.59.d
impietates Iacob. Mordebatur nanq; te uehemẽter, ac penitus diſſecabatur, cũ eos pereuntes uideret: propter quod & multa ſolatia adhibebat dolori, aliquando quidem dicens, Veniet ex Sion qui eripiet, & auertat impietatẽ Iacob: aliquando uerò & iſti nõ crediderũt in illorũ miſericordiam, & ipſi miſericordiam conſequantur. Putas autem quia erga ſolos Iudæos talis extiterit, ad alios uerò uel domeſticos, uel extraneos, non ſe multò etiam præbuerit mitiorem? Audi ergo quid ad Timotheum ſit locutus: 2.Tim.2.
Seruũ, inquit, domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientẽ, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt, nequãdo det M
illis deus pœnitentiã ad cognoſcendam ueritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipſius uoluntatẽ. Vis autem probare quã modeſtè etiam cũ illis loquatur, qui in peccatis corruerũt? audi quid Corinthiis dixerit: Timeo, inquit, ne cùm 2.Co.12.f
uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex uobis qui peccauerunt, & non egerunt pœnitẽtiam ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quã geſſerũt. Et ad Galatas, Filioli mei quos Gala.4.e
iterum parturio, donec formetur Chriſtus in uobis. Et in cauſa eius qui fuerat fornicatus, nõ minus eoipſo quã pro peccato ſuo lamẽtabatur, dolet, proq; illo alios deprecatur, dicẽs: Confirmate in illo charitatẽ, ſed & quando ab eccleſiæ illum corpore ſeparabat, cum multis hoc lachrymis, gemituq; faciebat. 2.Co.2.b
Multa, inquit, tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi uobis per multas lachrymas, ut non contriſtemini, ut ſciatis quam charitatem habeam abũdantius in uobis. Et rurſus: Factus ſum Iudæis tanquã Iudeus, 1.Co.9.d
his q ſub lege erãt quaſi ſub lege eſſem: factus ſum infirmis infirmus, omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſaluos. Vidiſti ne, quæſo, animam

A terrena ſuperantem? Omnem enim prorſus hominẽ deo exhibere cupiebat, & omnes, quantùm ad ipipſum ſpectabat, exhibuit. Quaſi enim uniuerſum mundum ipſe genuiſſet, ſic perturbabatur, ſic curabat, ſic omnes in regnũ dei feſtinabat inducere, docendo, orando pro ipſis, cum ipſis etiam ſupplicando, & terrendo dæmones, & corruptores animarum fugando, aliquando epiſtolis, aliquando præſentia, nunc ſermone, nunc rebus, per diſcipulos, p ſemetipſum erigere labentes: ſtantes uerò firmare, humi iacentes attollere, ſanare contritos, torpentes oleo exIbidem. hortationis animare, inimicis inſonare terribile, hoſtes minaciter intueri, more optimi cuiuſdam ducis, & medici artis ſuæ inſtrumenta geſtantis: cùm enim celſus in omnium conſiſteret arce uirtutum, omnẽ tamen flammam præcipuo charitatis ardore uincebat. Vt enim miſſum in ignem ferrum, totum profectò ignis efficitur: ſic Paulus charitate ſucẽſus, totus factus eſt charitas. qui quaſi communis totius mundi eſſet pater, ita amore hominum ipſos eorum imitabatur parentes, imò cunctos non carnales modò,
B uerumetiam ſpiritales patres ſolicitudine ac pietate ſuperabat, & pecunias, & uerba, & animam pro his quos diligebat impendens: propter hoc itaque charRom.13.c itatem etiam plenitudinem legis uocabat, & uinculum perfectionis, & omnium bonorum matrem &
1.Timot. 1.a initium, finemq; uirtutum, propterea dicebat: Finis autem præcepti eſt charitas, de corde puro, & conRom.13.c ſcientia bona. Et rurſus: Non adulterabis, non occides. Et ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc uerbo inſtauratur: Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Quia igitur & initium, & finis, & bona omnino uniuerſa
Acto.20. 4. dilectio eſt, uel in ipſa Paulũ ſtudeamus imitari, etenim hic illius ope talis effectus eſt. Non enim mihi proponas mortuos, quos ſæpius ſuſcitauit, neque leproſos quos eadem uirtute mundauit: nihil à te horum requirit deus. Poſside charitatem Pauli, & perfectam adipiſceris coronam. Cuius uerò iſta ſententia eſt? Ipſius nutritoris utique charitatis, qui eam & mirabilibus, & ſignis, & aliis bonis mille præpoſuit: qa enim ipſe eam abundè ac uehementer impleuerat, idcirco etiam acrius atque examinatius uim eius in-
C telligit. Per ipſam enim ille ad tam celſum perfectionis cacumẽ aſcendit: nihilque eum ita dignum deo, ut uirtus præſtitit charitatis, & ideo dicebat, Imitami
1.Co.12.d ni dona meliora. Et adhuc excelſiorem uobis uitã demonſtro, charitatem profectò optimã uiam, pleniſsimámque pronuncians. In hac etiam nos iugiter ambulemus, ut & Paulum, imò dominum Pauli uidere mereamur, & incorruptibilẽ conſequamur coronam, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Diui Ioanni Chryſoſtomi homilia de ferendis reprehenſionibus, & conuerſione Pauli.

Eprehenderũt nos amicorũ quidam, quòd
r productiora ſermonum initia faciamus. Igitur ſiue iniuſtè illi taxent, ſiue iuſtè ſententiã ferant, utpote de his, quæ à nobis audierũt, hìc quaſi in foro, in quo omnibus iudicare conceſſum eſt, nos hoc primùm præfatione demonſtrabimus: quòd illis ob hanc reprehenſioem, gratiam habemus. Reprehenſiones. n. non ex malitia, ſed cura proximi proficiſcuntur. Aſſeuerauerim amare me amicum non ſolũ quando laudat, ſed & quando reprehendit & corrigit. Nam omnia laudare tam quæ bene ſe habent, quã quæ malè, non ſuerit amici, ſed D
irriſoris: & non diligentis, ſed decipientis. Laudare ſi quid fiat ut debet, reprehendere autem ſi peccatum fuerit, amici eſt & curam agentis. Et ut diſcatis, quod ſine delectu omnia laudare, & in omnibus beatũ dicere, non ſit amici, ſed impoſtoris, dicit ſcriptura: Po Eſaiæ.3.b
pule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & ſemitam pedum tuorum exturbant. Sanè inimicum ne laudantem quidem probo, amicũ uerò & reprehendentẽ amplexor. Ille & ſi me oſculetur, inſuauis eſt: hic & ſi uulneret, amabilis. Illius oſculũ ſuſpicione plenũ eſt, huius uulnus medicamenti uim habet. Prou. 27.a
Propter hoc dicit quidã: Fideliora ſunt uulnera amici, quam blanda oſcula inimici. Quid dicis? Vulnera amicorum meliora dicit. Non enim ad naturam eorum quę fiunt, ſed potius ad affectionẽ eorum qui faciunt, attẽdit. Vis diſcere, quomodo fideliora ſunt Luc.22.e
uulnera amici, quã blanda oſcula inimici? Oſculatus eſt dominum Iudas, ſed oſculo prodidit, uenenũ habebat os eius, malitiaq; impleta erat lingua eius. Paulus uulnerauit eum, qui apud Corinthios ſcortatus E
fuit, ſed ſaluauit. Et quo uulnerauit? Dicit quòd dederit eum ſatanæ. Inquit enim: Tradatur ſatanæ ad 1.Co.5.a
interitũ, quò ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu. Vidiſti uulnera ſalutem afferentia, uidiſti oſculum proditione plenũ? Sic fideliora ſunt uulnera amici, q̃ blãProu. 27.a
da oſcula inimici. Verũ inquiramus quomodo hoc dictum, non ſolũ in hominibus, ſed & in deo & diabolo habeat locum. Ille enim amicus, hic inimicus: ille ſaluator & curam noſtri gerens, hic inimicus & deceptor. Et hic quidẽ aliquando dedit oſculum, ille uerò uulnus inflixit. Et quo hic oſculatus eſt, & ille uulnerauit? Hic quidem dixit, Eritis ſicut dii: ille au
tem, Terra es, & in terram abibis. Vter igitur magis Gene.3.b
profuit, hic ne qui dixit, Eritis ſicut dii: an ille qui dixit, Terra es, & in terram abibis? Ille mortem iterIbidem.d
natus eſt, hic immortalitatem promiſit. Atqui hic, q Ibidem.
immortalitatẽ pollicitus eſt, è paradiſo eiecit: ille uerò qui mortem comminatus eſt, in cœlum inuexit. Vides quomodo fideliora uulnera amici, quã blanda oſcula inimici? Proinde hoc primũ declarare uolui, quòd gratiam habeam his, qui me arguunt. Amici enim, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè arguunt, non oppro- F
brare uolunt, ſed hoc faciunt ut emendent. Inimici autem & ſi iuſtè reprehendunt, hoc tamẽ agunt, nõ ut corrigant, ſed ut exibilent: ſicut & illi dũ laudant, hoc unũ ſpectant, ut meliorem reddant: & hi dũ laudant, ſtudent quomodo ſupplantare poſsint. Verũtamen quomodocunq; reprehenſio contingat, utile fuerit, bonumq; magnũ, ſi ferantur reprehenſiones & accuſationes, & non detur locus iræ & exaſperaProu.12.e tioni. Qui. n. odit redargui, ait, inſipiens eſt. Non dixit ſic uel redargui, ſed tantũ redargui. Nam ſi quidẽ iuſtè arguit amicus, agit ut peccatum corrigat: ſin abſque ratione & immeritò, iam laudanda eſt uolũtas eius, & probanda bona mentis intentio, agnoſcendúmque, & teſtandum amicitię beneficium: nõ enim reprehenderet, niſi multùm diligeret. Proinde ne ſtomachemur, ne ſuccenſeamus, cùm arguimur. Quòd ſi omnes ita affecti eſſemus, ut & argueremus peccantes, & lapſi libenter ferremus reprehẽſiones: mirum, quanta hinc uitæ noſtræ accederent commoda. In peccatis enim hoc operantur reprehenſiones, qd in uulneribus remedia. Idcirco ſicut inſipiẽs eſt qui pharmaca reiicit, ita & ſtultus qui nõ ſuſcipit

Grato animo reprehensiones. Atqui non rarò multi exasperantur, & intra semetipsos cogitant & dicunt: Sapiens ego, & tanta præditus intelligentia, hunc ferrem? ignorant autē, quòd hoc extremæ dementiæ sit indicium. Videbam enim, inquit, hominē qui sibi uidebatur sapiens, & maiorem illo spē habet insipiens.
Rom.12.d Ea propter & Paulus dicit: Ne sitis prudētes apud uosmetipsos. Nā licēt mirum in modum sapiens sis, & perspicias ea quę oportet, attamen homo es, & cōsiliario tibi opus est. Solius enim dei est nullius indigere, & nullo opus habere consiliario. Et propterea de eo solo dicitur: Quis cognouit sensum domini, uel
Esa.40.c qui eius cōsiliarius fuit? Cæterū homines nos, etiāsi plurimū sapientes simus, in multis tamen reprehendi meremur, atq; hinc naturæ nostræ apparet infirmitas. Non n. omnia esse possunt in hominibus. Et quare? Ecce filius hominis non est immortalis. Quid lucidius Sole? attamē & lux eius deficit. Et profectò sicut fulgidā illam lucem, & fulguroſum iubar sæpenumero superuenientes tenebræ obtegūt: ita & intellectum nostrum, quasi in meridie fulgentem, & perspicuum, inconsiderantia obrepens tenebrosum reddit. Et nonunquā euenit, ut sapiens nō uideat quod
H oportet, & minor & hebetior clarè & acutè illud perspiciat. Hinc est, quare neq; sapiens extolli, neque abiectior miserum se dicere debeat. Itaq; magnum bonum est ferre reprehensiones, magnū etiam bonum est posse reprehendere: nam hoc fides & cura, quam proximo debemus, exigūt. Iam nos siquē uidemus uestе breuiori, & ex lateribus aperta, uel alioqui ideceter uestitum, admonemus & emendamus: uerū uidentes uitam eius dissolutam, ne uerbum quidem proferimus, uidētes mores eius nefarios, pterimus: tametsi ridicula sint ea q̄ ad uestes pertinent, periculosa autē & damnosa, quæ ad animam: dic obsecro, Nonne cùm uides fratrem per præceps ferri, uel alio qui per incuriam aliò quàm oportet spectare, manū ei porrigis? nonne à lapsu erigis? nonne reprehendis & arguis? Et in his, maioris facis nō offendere, & nō haberi pro inimico, quā salutis eius curam habere? Et quam habiturus es apud deum ueniam? uel quā
Exo.23.a & Deu. 22.a. defensionem? Non audisti, quid deus Iudæis præcepit? nempe ne errantia inimicorum iumenta despiciant, & lapsa ne prætereant. Quod cùm Iudæis præce
I ptum, ne inimicorum bruta contemnant, nos ne fratrū animos, qui quotidie supplantātur despiciemus? Et quomodo nō est summa inhumanitas, & ferina crudelitas, nos non tantū curæ hominibus impendere, quantùm alij iumentis? Hoc est quod omnem uitam nostrā confundit, hoc est quod omnē ordinem subuertit: quia neq; boni consulimus, cū reprehendimur, neque alios reprehēdere uolumus. Ideo enim molesti sumus cū arguimus, quia & exasperamur cum arguimur. Enimuero si sciret frater, quòd à te laudaretur te arguens, ipse etiā uicariam eandē operam tibi impenderet. Cæterū si discere uis, quòd etiāsi ingenij acrimonia antecellas alios, sisq; ualde perfectus, peruenerisq; ad summū ipsum uirtutis fastigium, opus tibi sit consiliario, & aliquo qui te corrigat & arguat, audi historiam ueterem. Ne q; enim
Nū.12.a. Mosi facilè par fueris, qui ut scriptura inquit, omniū hominum erat mitissimus, amicusq; deo, & in externa philosophia bene institutus, & nō minus spiritualium intelligentia insignis. Vides omnigenam eius eruditionē? Erat autem potens in uerbo & opere, aliisq; uirtutibus. Cuius & aliud habet testimonium. K
Multis prophetis, inquit, familiaris fuit deus, sed nulli sicut Mosi. Nam aliis quidē per ænigmata & somnia,
Exo.33.b. Mosi uerò facie ad faciē. Quæris ne aliud maius uirtutis illius argumentū, quàm quòd omnium dominus seruo, ut amico loquitur? Erat itaque sapiens, tā domestica quā peregrina eruditione: erat potēs uerbo & opere. Imperabat creaturæ, quia amicus erat
Ibid.14.f domini creaturæ. Eduxit tantū populū ex Aegypto, mare diuisit, & iterum coniunxit, miraculū sanè admirabile. Tunc enim primū sol uidit mare, non naualī, sed pedestri itinere transiri, pelagusq; non remis & nauibus, sed equorū pedibus transmitti. Nihilominus sapiens ille, qui tam potēs in uerbo & opere, qui amicus dei, qui creaturę imperauit, qui tanta miracu
la operatus est, non animaduertit rem, quā mortalium plerique facilè considerant. Socer autē eius, homo barbarus & obscurus, statim animaduertit, & in medium attulit, quā ille non temerè cogitauit. Quæ igitur hæc causa? audite, ut & uobis prosit. Consiliarijs enim oēs opus habent, etiāsi Mosi conferri possint. Multa enim sunt, quę magni & admirabiles uiri ignorant, quæ tamē parui abiectiq; scire solent. Nam
L postquā Moses ex Aegypto exiit, & in solitudinem uenit, præfuit sexcentorum millium populo, & solus omniū contendentium lites diiudicauit: quod uidit socer eius. Erat autē Iethro homo alioqui barbarus, & insipiens, quiq; in solitudine uitam egerat, neque ulli cōmunicarat qui populos legibus rexerat, & ad hæc impius erat, quo nō est certius insipientiæ argumentum. Nihil enim Gentilibus est insipientius. Veruntamen ille barbarus, ille impius, ille insipiens, ubi uidit Mosen quædam prēter dignitatem facere, eum correxit, non curans, quòd sapiens esset & intelligēs, & dei amicus. Et cū dixisset ei, Quare illi stant corā
Exo.18.c.d te: didicisseq; causam, inquit: Non rectè hoc fecisti, iunxitq; consilio increpationem: & neq; sic exasperatus est ille sapiens, ille intelligens, ille tot myriadum dux. Neque enim hoc paruum & contemnendum, quòd ab homine barbaro & priuato docetur. At nō inflabatur uel principatus magnitudine, uel miraculis q̄ operatus erat, neq; rubore suffundebatur, quòd tot præsentibus, iisq; subditis corrigeretur: sed considerabat, quòd licèt magna à se signa fierēt, humanę tamen particeps esset naturę, quam non rarò multa M
latent, atque ideo cū mansuetudine consilium suscepit. Est nunc uidere aliquos, qui ne putētur alieno indigere cōsilio, malunt potius utilitate cōsilij carere, quā susceptа admonitione peccatū emendare: imò eligunt ignorare quā discere, quanuis sciant, non esse crimen non ignorare, sed nolle discere: non indoctum esse, sed doctrinam respuere: nō reprehēdi, sed inemendabiliter peccare. Et sæpe abiectus quispiā & uilis inuenit, quod magnus & sapiens uir præterit. Quod Moses quoq; considerans, omni cum māsuetudine audiuit illum consulentem, ac dicentem sibi: Fac tibi tribunos, centenarios, quinquagenarios, decanos, & si res aliqua grauior fuerit, referāt ad te: sin leuior, diiudicent ipsi. Hæc ut audiuit, non erubuit, non est confusus, nō est reueritus subditos, nō dixit intra semetipsum: Contemnent me subditi, si ab aliis quid faciendum sit didicero: sed obtemperauit, & secit iuxta consilium illius. Quid, quòd non solùm propter eos, qui ea tempestate erant non erubuit, sed neque propter nos post se futuros? imò tāquam hone-

A status hac soceri admonitione, non illos solùm qui tunc erant homines, sed etiam eos qui usque ad nostram ætatem secuti sunt, & usque ad Christi aduentum erūt, per totū orbem factum hoc literis docuit, & quòd nō potuerit animaduertere qd opus facto, & quòd correctionem & consilium à socero accepe-
rit. Nos autem si corā uno homine arguimur, & coripimur: cōturbamur totis uisceribus, obstupescim⁹, & de uitæ huius summa periclitari nos putamus. At Moses non sic agit, sed uidēs tot milia hominū præsentia, imo tot myriades, quæ interim fuerūt & sunt hodie, futuras non erubescit: sed prædicat quotidie omnibus, idq; literis, quòd socer suus animaduerterit ea, quæ ipse cosiderare nō potuerat. Et quare hoc fecit? quare factū memoriæ commendauit? non aliā ob causam, qnā ut nos doceret, ne unquam de nobisipsis sublime sentiamus, etiāsi omnibus sapiētiores simus, neq; patrum cōsilia cōtemnamus: etiamsi
B omnibus uiliores habeantur. Et siquid utile uel commodum consulat aliquis, esto minister sit, tu tamen admonitionē suscipias: sin perniciale quiddā, esto in summa dignitate sit, eius sententiam reiicias. Non. n. qualitas personarū consulentium, sed natura consilij, in oībus obseruāda est. Hoc igitur est, quod Moses nos docuit, ut non erubescamus si arguamur, et si tota nostra plebs adsit. Reprehensionem enim bene ferre, non uulgaris, sed summæ philosophiæ præcōū & laus est. Nō adeò laudamus & admiramur hodie Iethro, qui Mosen correxit, sicut sanctum illū, qui nō erubuit tot præsentibus corrigi, & factū hoc memoriæ commendare. Declarans in oībus sapientiam suā, quòd gloriam in tanta eminentia, quæ sibi à pluribus impensa fuisset, cōtempsit, & coculcauit. At nos de prolixitate proœmiorum rationem reddituri, iterum maius facimus proœmium, sed nō temerè, neq; sine causa: differuimus enim interim de summis, multumq; nobis necessarijs, ut libenter feramus cùm arguimur, & alacriter arguamus & castigemus eos, qui peccant. Verū operæprecium est, ut tandem & nos satis faciamus illis, rationemq; dicamus, propter quam tā longis proœmiis utamur. Et cuius nā gratia tantā uerborum farraginem offundimus uiris, qui mulieres habent, domibus p̄sunt, è quotidiano opificio, & secularibus negocijs uictum quærūt:
C neque hoc solū molestum, quòd continuò sunt occupati, sed quòd semel duntaxat in hebdomada huc
Proœmia necessaria. confluūt? Seruiūt nobis in hoc proœmia, ut auditores de dicendis per compendiū instruantur, & manifestior tradatur doctrina. Fateor enim non opus proœmiis neq; instructionibus his qui semper scripturis uacant, neq; aliis occupationibus distrahuntur: statim. n. audito lectore, dictorum mentem accipiunt. Qui aūt bonam temporis partem secularibus negocijs impendunt, & rarius hic comparēt, nisi proœmia audiāt, & instructi intelligant, quæ sermonem illū præcedant, absque lucro hinc abeunt. Non est autē hæc sola nobis proœmiorum causa, sed & alia non minor quàm ista. In tanta multitudine sunt alij qui adueniūt, alij qui sæpe nō adueniunt, & necesse ut laudentur præsentes, arguantur absentes: ut illi quidem laudibus studiosiores euadāt, hi autē reprehensi, ignauiam abiiciant. Est & alius usus proœmiorum. Incidimus enim sæpe in longiora argumēta, q̄ uno die ad finem perduci nequeūt, & interdum duobus uel trib⁹ diebus, ut rectè explicētur, opus habēt. Vnde tunc opus est die secundo finē doctrinæ prio- D
ris repetere, ut dum principio finis congruit, sermo cohæreat, auditoribusq; minus sit obscurus. Et ut discas, sermonem absq; proœmiis ualde obscurari: ecce exempli gratia afferā aliqua. Vt autem uidit eum
Ioan.1.f. Iesus, Tu es Simō, inqt, filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretatum est Petrus. Vides nū intelligatis dictū? num intelligatis cōsequentiam, & quare dicta sint? quādoquidem absque proœmiis introducta sunt. Comparatur igitur qui hoc facit, ei qui hoiem omni ex patre obtectum in spectaculum adducit. Agè igitur dimisso proœmio, redeamus ad sermonem de Paulo, qui nuper ortus cū de nominibus
differemus & quæreremus: Quare qui aliquādo dictus est Saulus, posteà uocatus sit Paul⁹. Hinc digressi sumus ad ueteres historias, & de oībus qui gemina noia sortiti sunt, inquisiuimus. Fuimusq; & tunc Simonis memores, & uocis Christi ad eum dicentis: Tu es Simō filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretatū est Petrus. Vides quomodo quod paulò anteà obscuritate plenum uidebatur, nunc fit aliquādo notius? Proinde sicut corpus capite, arbor ra-
dice, & flumē fonte indiget: ita & sermo proœmiis. E
Itaque & cū nos uiæ initium & progressum monstra
Acto.9.a. uerimus, tāgamus deinceps historiam proœmij. Saulus autem adhuc, spirans minas & cædem in discipulos domini. Atq in epistolis Paulus uocatur, quare ergo hic nomen mutauit spiritus sanctus? Quem-
admodum dominus, qui seruū mercatus est, ostendere uolens se dominum serui, nomen illius immutat: ita & spiritus sanctus fecit, ubi Paulum captiuum accepit, uocabulum eius mutauit, ut etiā inde discereret Paulus se habere dominū. Nominum enim im- *Nominū impositio quid.*
positio dominij signū est, & præcipuū. Et unde hoc declarabimus? Facilè ex his, quæ dominus cū Adam
Gene.2.c egit, perspicuum erit. Volens enim docere Adamū, quòd eū principem & dominum omnium fecisset, adduxit ad eum oīa animalia, ut uideret quid uocaret ea. Quo monstrat, quòd nominū impositio dominiū testetur. Quòd si & ab hominib⁹ ita factū uidere uultis & discere, olim talem fuisse morem, quòd seruorū in captiuitatē abductorum nomina mutata sint, audite quid fecerit Babyloniorum rex. Nā ut
Dan.1.b. captiuos abduxit: Ananiam, Azariam, & Misaelem, non reliquit eorum nomina prima, sed uocauit eos F
Sedrak, Mesak, & Abdenago. Verū quam ob causam spiritus sanctus nō statim mutauit nomen Pauli, sed expectauit ad tantum tēpus? Si statim conuerso Paulo, mutatum fuisset & nomen eius, tūc minus manifesta fuisset eius cōuersio, & ad fidē translatio. Nam sicut in famulis usu euenire solet, quòd obscuri fiāt, si quamprimū fugam inierūt, sua nomina mutarint: ita & in Paulo contigisset, si mox ut relictis Iudæis ad nos uenit, aliud nomen sortitus fuisset: nemo. n. sciuisset, quòd p̄secutor ille esset euāgelista. Accidit autem hoc, ut palā fieret ex persecutore factū apostolum: quandoquidē hoc Iudęos malè habebat, quòd doctor suus, qui pro eis olim stabat, nūc se eis opponeret. Quapropter ut ne subita nominis mutatio, uolūtatis mutationē occultaret, relictū est ei multo tempore nomen primum. Hinc enim omnes discebant, quòd ille ipse esset, qui prius fuerat ecclesiā persecutus. Postquā autē omnibus hoc factum est notum, tunc trāsmutatum est & nomen. Et quòd hæc sit uera causa, audi ipsum dicentem: Veni in partes

G Syriæ & Ciliciæ. Eram autē ibi ignotus à facie ecclesiis Iudææ. Iudæam uocat eam, q̄ est in Palæstina. Si igitur in Palæstina erat ignotus, quantò ignotior fuisset in ecclesiis, quæ in alijs locis sitæ? Eram ignotus, ait, facie, non nomine. Quare ignotus erat facie? Nullus enim fidelium ipsum uidere audebat, cū nos impugnaret. Tanta cæde, tantoq̄ furore plenus erat. Proinde ab eo resiliebant oēs, fugiebant omnes, & si alicubi præsentem eū conspicarentur, ne aspicere quidem audebant, tam efferatus erat, & infestus fidelibus. Tantū autem audierāt: qui persequebatur nos aliquando, nūc euāgelizat fidem quā impugnabat. Quoniam ergo à facie eum ignorabant, tantumq̄ audierāt, qui persequebatur nos aliquando, nūc euāgelizat fidē, quam impugnabat: si nomē statim mutatum fuisset, neutiquā qui audierant, hæc cognouissent quòd ille, qui persequebatur eos aliquando, euāgelizaret. Nam quoniam primū nomē eius, & quòd Saulus uocaretur sciebant, si cōmutato illo uocatus fuisset Paulus: fuissetq̄ eis à quopiam nunciatū Paulum euāgelizare, qui persequebatur ecclesiam, nesciuissēt quòd hic ille esset Saulus, eo quòd nō Saulus, sed Paulus, uocaretur. Atq̄ hac de causa relictum est nomen eius primū aliquandiu, donec omnibus fidelibus fieret notius, atq̄ etiā his qui longè aberant, & non uiderant eum. Satis itaq̄ demonstratū quare non statim mutatū est nomen eius. Reliquum, operæprecium ut ad initiū sermonis redeamus. Saulus autem adhuc spirans minas & cędē in discipulos domini. Quid est, quod dicit, Adhuc? Quid. n. anteà fecit, quòd dicis, Adhuc? Sanè dicere adhuc, de homine dicitur, qui anteà mala multa operatus est. Quid ergo fecit? Quin tu mihi dicas, quod malum non fecit? Sanguine Hierosolymas impleuit, fideles interfecit, ecclesiam impugnauit, apostolos persecutus est. Stephanum occidit, neq̄ uiris neq̄ mulieribus pepercit. De hoc audi & discipulum ipsum dicentem: Saulus autē deuastabat ecclesiam, domusq̄ ipsas ingrediens, ui mulieres & uiros rapiebat. Non enim sufficiebat ei forum, insiliebat & in domus. Dicit enim: Domos ingrediens. Et non dicit ducens, neq̄ trahēs mulieres & uiros: sed ui rapiens mulieres & uiros: sicut de fera dicere solemus. Rapiens uiros & mulieres, non uiros tantum, sed & mulieres. Neque naturam reuerebatur, neq̄ sexus miserebatur, neque infirmitatem respiciebat. Zelo tamen, non furore hæc faciebat. Et ob hoc uenia dignus fuit, cū Iudæi qui eadem faciebāt, accusatione erant digni. Nam Iudæi quid respexerint, ipsi manifestabant, nempe quòd omnia honoris & gloriæ gratia fecerint. Erant enim apud multos in magna existimatione. At Paulus nō sic, sed zelo dei, tametsi non secundū scientiam. Et hinc est, quare Iudæi mulieres quidē dimiserunt, uiris autem infesti fuerunt: quoniam in illos transisse gloriam suam uidebant: hic autem ob zelum erga oēs talem se gerebat. Hæc igitur omnia animo perpendens Lucas, & uidens ipsum nondū satiatum, dicebat: Saulus autē adhuc spirans minas & cædem in discipulos domini. Non satiarat eū cædes Stephani, non explerat concupiscentiam eius ecclesię persecutio, sed ulterius procedebat, & furoris ei⁹ nullus erat finis: à cæde Stephani digressus, persecutus est apostolos: & idem faciebat quod sæuiens lupus, qui insiliens in caulam ouium, agnum inde rapit, quem ubi deuorauit, audacior fit. Ita enim & Paulus in chorū apostolorum insiliit, & inde rapuit agnū Christi, Stephanum, quē dilaniaret, & cæde audacior effectus est. Et propterea dicit, adhuc. Quanuis quem nō impleret miseratione cędes illa? quem nō placaret mansuetudo eius, qui occidebatur: & cū lapidaretur, orabat & dicebat: Domine, ne statuas eis peccatū hoc? propterea persecutor euangelista factus est: mox n. post homicidiū conuersus est. Quippe deus audiuit uocem illam. Dignus. n. erat Stephanus qui exaudiretur, tum propter futuram Pauli uirtutem, tum propter illius cōfessionem: Domine, ne statuas eis peccatum hoc. Audiant quicunque inimicos habent, quicunque inuaduntur, quicūque ab auaris premuntur. Nā licēt plurimas feras molestias, nondū tamē lapidatus es sicut Stephanus. Et uide qd sit factū. Obturatus est fons unus Stephani, & apertus est alius, plurimos emittens fluuios. Nam postq̄ siluit os Stephani, mox sonuit tuba Pauli. Sic nunquam derelinquit deus in finem ad se currentes, sed dona dat maiora, quā ab inimicis auferuntur. Non enim talem illi eiecerūt militem ab exercitu, qualē in locum eius submisit Christus. Saulus autem adhuc. Et aliud quiddā manifestat illud, Adhuc. Quid illud? Quia adhuc ferocientem, adhuc insaniētem, adhuc in uigore furoris existentem, adhuc cæde feruentem attraxit Christus. Non enim expectauit ut expleret furorem, ut ostenderet morbū, ut extingueret flammas affectionum, & fatigatus debacchando mansuescret, & tūc tandē traheret: sed dū uigeret furor, ipsum cepit: ut ostenderet potentiā suā, uincens & superans persecutorem in media insania. Enimuero medicū tūc maximè admiramur, quando febrem cū infestior, & flammam morbi cū uehementior est extinguere, & penitus abolere potest. Id qd & in Paulo contigit. Vox. n. domini quasi ros quidam desuper descendens, à morbo in ipso flammæ feruore liberauit. Saulus autem adhuc spirans minas & cædem in discipulos domini, reliquit multitudinē, & nunc in principes ipsos insilit. Etenim sicut q excindere uult arborem, ramis relictis, radicem infra execat: ita sanè & hic adortus est discipulos, radicem prędicationis uolens eximere. Verū discipuli non erant radix prædicationis, sed discipulorū dominus, q & dicebat: Ego sum uitis, uos autē palmites. Eapropter inuicta illa radix, quātò plures excindebātur palmites, tātò plures & maiores iterū pullulabat. Eiectus est Stephanus, & pullulauit Paulum, & eos qui per Paulum crediderunt. Factū est autem, dicit, cùm appropiaret ille Damasco, repentè circunfulgurauit eū lux de cœlo, & ut procidit ad terram, audiuit uocem dicētem sibi, Saule, Saule qd me persequeris? Quare nō allata est prius uox, sed lux prius eū circunfulgurauit? ut cum silentio uocem audiret. Nā qui in opere aliquo intentus & furore plenus est, etiamsi plurimi uocēt, prorsus non animaduertit quid ante se agatur. Ne ergo hoc & Paulo eueniret, & factorū insania ebrius uocē contemneret, uel principium nō audiret, mente tota in tonitruo occupata, prius per lumē excęcatis oculis, & compresso furore, extincta q̄ omni animæ turbulentia, & ingenti in anima serenitate reddita, uocem emisit: ut depresso fastu his q̄ dicebantur, mente sobria & modesta intenderet. Saule Saule qd me persequeris? Verba hæc non tā arguentis, q̄ defendētis sunt. Quid me psequeris? In quo paruo, magno accusare me potes, tibi per me iniuria facta: an quòd mortuos

A quòd mortuos uestros suscitaui, uel quòd leprosos purgaui, uel quòd dæmones fugaui? Sed pp hæc magis adorare, q̄ persequi me oportebat. Porrò ut clarè cognoscas, quòd hæc sint uerba defendentis, audi quomodo iisdem penè uerbis utitur contra Iudęos. Nā sicut hic dicit: Saule, Saule quid me persequeris? sic illic Iudæis: Populе meus quid feci tibi, uel in quo contristaui te? Saule, Saule quid me persequeris? Ecce iaces supinus, ecce ligatus es absque catena. Et sicut dominus famulū, qui plurima & grauia cōmisit, manu comprehensum, & uinctū alloquitur, Quid tibi uis faciam nunc? Ecce uenisti sub manus meas. Ita & dominus uidens Paulū correptum, & prostratum, supinumq̄ ac tremulum præ timore, & nihil facere ualentē, dicit: Saule, Saule quid me persequeris? Quò nūc peruenit ferox ille tuus furor? ubi insania? ubi zelus intempestiuus? ubi uincula, & circuncursationes? ubi atrocitas illa? immobilis quidē eris nunc, & neq̄ uidere persequentem poteris. En qui festinabat, qui ubiq̄ circuncursabat, opus nūc habet aliquibus qui manuducant: eapropter & nūc dicit ei: Quid me persequeris? ut discat, quòd quæ prius facta, spōte sua pmiserit, & quòd non fuerint infirmitatis illa, q̄ olim: neq̄ crudelitatis, quæ tunc agebantur: sed utraq̄ beneuolentiæ & curæ. Quid ergo Paulus? Quis es domine? inquit. Agnoscit dominum, uirtutē didicit ab indulgentia, in cæcitate cōfiteturq̄ potestatē. Quis es domine? Vidisti animā gratam & beneuolā, uidisti mentem libertate plenam, uidisti cōscientiam synceram & incorruptam? Non obluctatur, nō contendit, sed statim cognoscit dominum. Nō sicut Iudæi, qui uidentes mortuos suscitari, cæcos cernere, leprosos purificari: non solùm non accurrebant ad talia faciētem, sed eum & planum ac impostorem uocabant, & omnibus modis insidias mouebant. Paulus autē non ita agebat, sed statim cōuertebatur. Quid ergo Christus? Ego sum Iesus, quē tu persequeris. Et quare nō dixit, Ego sum Iesus, qui resurrexit: Ego sum Iesus, qui sedet à dextris dei: sed, ego sum Iesus, quē tu persequeris? Vt perstringeret eius mentē, ut compungeret eius animam. Audi ergo Paulū post multa tēpora, plurimaq̄ bona opera hoc lamentantem: Ego enim sum, ait, minimus apostolorum, qui nō sum dignus ut uocer apostolus, eo quòd pſecut⁹ sum ecclesiam dei. Igitur qui post multa bona opera, & tanta tempora hoc lugebat, quid ueri simile est ipsum per id temporis passum, quo nullū bonum opus habebat, & conscius persecutionis, uocē illā audiebat? Cęterū aggrediuntur nos hic qui idā dicentes: Vos autē ne pigeat, etiamsi uespera deprehendat. Pro Paulo omnis noster sermo est, pro Paulo inquam, qui per triennīū die ac nocte discipulos docuit. Aggrediuntur itaque hic nos quidam, dicentes: Et quid mirū quòd Paulus ad fidem peruenit, cùm deus uocem illam, quasi funem cuiuici eius iniecerit, uique ipsum ad se duxerit? Attendite diligenter. Etenim sermo ille communis est Gentilibus, Iudæis, & nostris, qui suę incredulitatis operculum putant, si iustum accusent, nescientes quòd duplex peccatū peccent, & quòd errorē suum ipsi non deponant, & quòd sanctū dei talibus culpis notare tentāt. At nos eius nomine, per gratiā dei, defensionē asseremus. Quæ igitur accusatio est? Vi & necessitate ipsum, inquit, attraxit deus. Qualis uis & necessitas, die ô homo? Vocauit eum supernè? Igitur & te hodie uocat per illam uocē, cur & tu non obedis? Vides nō esse necessitatis negocium? Nā si necessitas quędā foret, oportebat & te obedire: cū autem tu non obedis, manifestū quòd ille uoluntarius obediuit. Et ut discatis, quòd multū quidem fecit ad salutem Pauli uocatio, sicut & ad aliorū omnium hominum facere solet, nō tamen destituit eum à suis operibus, & suæ propriæ uoluntatis laude, neq̄ nocuit eius libero arbitrio: sed uoluntarius aduenit ipse, atq̄ sua bona uoluntate. Faciam hoc & alio exemplo liquidum. Audiuerūt & Iudæi uocē supernè loquentem, non filij, sed patris de Christo dicentis circa Iordanis fluenta: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui. Et dicunt ei: Hic est deceptor. Vides manifestam pugnam? uides bellum apertum? Vides ubique opus bona uoluntate, animaq̄ malis affectionibus prius non infecta? Ecce & illic uox, & hic uox: sed hic obtemperat, illi autē contradicunt. Et non solùm illic uox auditur, sed & spiritus in specie columbę uidetur. Nā postquam Ioannes baptizauit, baptizatusq̄ est Christus ut nequi ad humanam figurā spectāt, putent baptizantē baptizato maiorem, uenit uox, qua hic ab illo discerneretur. Et quia adhuc incertū erat de quo diceret uox, id quod dicebat: uenit & spiritus sanctus in specie columbæ, uocē in caput Christi ducens, atq̄ ita & per uocem prædicatus est, & pspiritum monstratus. Et ob hæc Ioānes quoque clamabat: Non sum dignus, ut soluam corrigiam calceamenti: & insuper plurima alia testimonia tā uerborum, quā operum attestabantur: sed post hęc oīa Iudæi in cæcitate sua manserunt, imò uiderunt oīa: sed neque dictis, neque factis credidere, eo quòd infecta eorum mens, quā præoccuparat insanus uanę gloriæ amor. Vnde euangelista dicit: Multi Iudæorū qui crediderunt in eum, propter principes non confitebātur, ne è synagoga eiicerentur. Et ipse Christus quoque dicebat: Quomodo uos potestis credere, q̄ gloriam à uobis inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo proficiscitur, non quæritis? At Paulus non sic, sed unica duntaxat audita uoce, cùm adhuc nostros infectaretur, statim accurrit, statim obediuit, statim eximiā præ se tulit conuersionē. Quòd si non fatigamini dictorum prolixitate, dicemus aliud exēplum adhuc proximius. Etenim & filiū audierunt, & sic audierunt ut Paulus audiuit, & neq̄ sic crediderunt. Nam sicut Paulus audiuit uocē, cùm adhuc fureret, & in discipulos sæuiret: ita Iudæi aliquando audierunt alicubi uocem, cùm egrederentur cum facibus, & lampadibus ad comprehendendū eum. Putabant enim sese hominē purū adoriri. At ille uolens docere eos uirtutē suam, & se deum, eosq̄ frustra cōtra stimulū calcitrare, dicit eis: Quem quæritis? Stabant ante & iuxta eum, & non uidebant eum. Christus aūt quærebat eos, & manuducebat ut se inuenirent, ac discerent, quòd nō inuitus ad passionē iret, neque superabilis esset, nisi spōte suā eis permitteret. Aut quomodo superarent, quem inuenire non potuerunt? Quid dico inuenire? neque præsentem uidere ualuerunt: & non solū non ualuerunt uidere præsentem, sed & cùm rogantī responderent, nesciebāt quis nam ille præsens, qui tam potenter oculos eorum excæcauerat, & uoce sua eos prostrauerat. Nā ut dixit, Ego sum: uoce ea perculsi, retrorsum abierunt, & ceciderunt omnes. Itaque ut Paulum uox prostrauit, & supinum iacere fecit; ita & illos uox

Credis omnino quòd uocauit eū supernè? Igitur

omnes prosternebat. Et sicut Paulus non uidit eũ, quem persequebatur: ita & illi nõ uidebant, quẽ quẽrerent. & sicut Paulus tempore quo furebat, excæcatus est: ita & illi tẽpore furoris sunt excæcati. & sicut Paulus, cũ iret ut comprehenderet discipulos, hæc passus est: ita & illi cũ exirent ut comphenderẽt Christum, talia passi sunt. Vtrobiq; uincula, utrobiq; persecutio. Simile utrobique uirtutis Christi indicium, similiáque remedia, at non similis correctio. Aegri enim multùm inter se distabant. Quid enim stupidius, quid reprobatius illis, qui retrorsum corruerũt, iterúmque surrexerunt, & iterum inuadunt? An non lapidibus insensatiores erant? Et ut discant, quòd ipse, qui dixerat eis, Quem quæritis: ille sit qui eos prostrauerat, loquitur eis iterum: Cùm iterum surgerent ac dicerent, Iesum: dicit eis: Dicebã uobis quòd ego sum quasi diceret, Discite, quòd ego ille sum qui antehac dixit: Quem quęritis, & qui uos prostrauit. Verùm neque hoc dicto profecit aliquid, sed illi in cæcitate sua manserunt. Hæc igitur omnia inter se confert diligenter, & discę quòd Paulus non ex necessitate, sed anima syncera, bonáque uoluntate ad fidem accesit. Quin si non abitis & sustinetis, adferam & aliam demonstrationem, cui contradici nequeat, & certius probabo Paulum non necessitate coactum ad fidem uenisse. Venit post hæc Paulus in Salaminẽ Cypri ciuitatem, & inuenit illic magum quendam, resistentem apud proconsulem Sergium. Paulus autem impletus spiritu sancto dixit ei: O plene omni dolo & omni uersutia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, nõ desinis peruertere uias domini rectas? Hæc persecutoris uerba sunt. Glorificemus igitur eum, quòd conuersus est. Ante hoc audistis, quòd deuastabat ecclesiam, domósque ingrediens ac ui rapiẽs uiros, & mulieres in carcerem tradebat: uidete, quomodo nunc pro prædicatione liberè loquitur. Non cessas ait, peruertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus, & usque ad tempus non uidens. Remedium quo sibi uisus redditus est, adhibuit & mago, qui tamen in cæcitate pmansit: ut discas quòd non sola uocatiò Paulum adduxerit, sed & uolũtas eius. Nam si sola cæcitas hoc effecisset, oportebat eam, & in mago efficacem esse: sed nihil effecit, & ille quidem remansit cæcus, procõsul autem factum uidens, credidit: accepitq; alius remedium, alius autem curatus est. Videte quãtum bonum sit, bene uelle: & quantum malum, discredere & corde obdurari. Excæcatur magus, nullámque utilitatem accipit: incredulus enim erat, & interim proconsul Christum agnoscit. At satis demonstratum fuerit Paulum uoluntariè uenisse ad Christum. Vellem autem uos sermonem hunc diligenter memoria tenere. Deus enim nolentes non cogit, sed uolentes trahit. Et propterea dicit: Nemo ad me uenit, nisi pater meus traxerit eum. Qui autem trahit uolentem, trahit humíque iacentem, ac manum porrigentem. Et ut discas quòd nullum cogit: Nam si ipse uult, nos autem non uolumus, ad nostram salutem nihil proficiunt, ea quæ alioquin efficacia sunt: non quia infirma sit eius uoluntas, sed quia cogere neminem uult. Necessariò hunc sermonem attulimus: uidemus enim complures ad defensionem suæ ignauiæ, prætextu tali uti, & si quando eos adhortamur, ut illuminentur, & ad meliorem uitam conuertãtur, atque ad alia id genus bona opera, respondere, quasi cunctabundos & resilientes: Si deus uolet, persuadebit mihi, & conuertar. Quos non arguo, sed ualde probo, quòd ad uoluntatem dei cõfugiunt. Vellem autem nos etiam nostra afferre, & tũc dicere: Si deus uoluerit. Nam si teipsum somno, desidiæque tradideris, neutiquam in manus tuas obuenient bona opera: & alioqui si solam uoluntatem dei prætexas, nihil eorum, quibus opus habes, adipiscẽris unquã. Hoc igitur est quod dixi, nullum unquã ui & necessitate a deo adigi. Ipse quidem uult omnes saluos fieri: at non omnium uoluntas eius uoluntati obsequitur, neque ab eo aliquis cogitur. Vnde & ad Hierusalem sic dicit: Hierusalem Hierusalem, quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti? Quid ergo? Ecce relinquetur domus uestra deserta. Vides quòd dominus saluare nos uult: nos autem, quia nos ei non adiungimus, manemus in interitu. Deus enim paratus est ad saluandum hominem, non inuoluntariũ, neque non uolentem, id quod sæpe dico: sed uoluntarium, & hoc eligentem. Homines quidem uolentibus nolentibúsque seruis uolunt & esse & dominari: dominantúrque non in seruorum, sed suam utilitatem spectantes. Deus autem nullius indigens, declarare tibi uult, quòd nullius nostri indigens, seruitutẽ nostram desiderat, ad id solùm spectans, quomodo nobis prosit, & quomodo non suæ, sed nostræ utilitatis gratia operetur omnia. Si quidem assentimur & uolumus, & sciẽtes ei beneficium istius seruitutis deberi, ad ipsum ueniamus. Inuoluntarios enim & resilientes, neque ui, neque necessitate cogit. Quo nobis commonstrat, quòd non ipse nobis gratiam habere debet, quia serui eius sumus: sed quia ipse dominus noster est, sibi gratias agere tenemur. Igitur hæc sciẽtes, bene recogitemus misericordiã domini, uitamq; suã bonitate dignã pro nostris uitiis exhibeamus: ut & nos regnum cœlorũ assequamur: Quod nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri & spiritui sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

SERMONES SIVE HOMILIAE *septem diui Ioannis Chrysostomi Constantino politani episcopi, de proditore & mysteriis cœnæ dominicæ, in quinta feria passionis.*

Incerto interprete.

Dhodiernum conuiuium, qui solenni frequentia conuenistis, & cum Christi discipulis in immolatione agni Pasca facere festinatis: syncera, quęso, & plena charitatis pectora diuinis exhibete mysteriis. Nulla sit in mente duplicitas, nec liuoris libidine interior homo fuscetur. Agnũ comesurus, agni innocentiam præferat: nec immaculatæ ouis membra lupina malignitate transfundat in uiscera. Quoniã qui sacratæ huius cœnæ indigno participatur accubitu, non cum Petro perueniet ad salutis portum: sed sustinebit cum Iuda sine reparatione naufragium. Habebit debitam cũ proditore pœnã, qui ad bonum malam attulit conscientiã. Denique Iudas non syncerus, sed simulator accubuit: & post buccellã Christi, in eũ diabolus introiuit. Accepit, inquit, buccellam, & intrauit in eum Satanas. Sed delectat fratres præsentis exordiũ lectionis, pia uobiscũ recordatione transcurrere. *Cùm recumberet*, inquit, *Iesus cũ duodecim discipulis suis, edẽtibus illis, ait: Amẽ dico uobis, quoniã ex uobis unus trãdet me. Et contristati nimis*

perunt ad eum singuli dicere: Nunquid ego sum domine? O beati apostoli, felicius uestra innocentia cõtrista ta est, quã pœnalis ludæ audacia, quæ non est confusa. Cùm enim nouerit nihil tale uos contra dominum cogitasse: extimescẽtes tamẽ & propriæ fragilitatis conscij, tristes dominum interrogatis de peccato, quod in conscientia nõ habetis: & plus creditis magistro, quàm uobis. Nam illo uos conuiuio iudiciariam patimini quæstionem, & Iudas non uult sentire compunctionem. Terret uos talis auditus, & illum non terret tanti sceleris cogitatus. Consulite ergo dominum pium, interrogate magistrum: respondeat, quæ uera sunt, ueritas: Designetur abominãda persona, ne remaneat crimen in turba: mõstretur uobis, quẽ fugere debeatis: publicetur filius pditionis, ne maculetur corona benignitatis. Respondens, inquit, Iesus, ait: Qui mecum manũ mittit in paropside, ipse me tradet. Cœpit manifestius aliquid dici: ad huc tamen nomen propriè nõ uideo designari. Et ecce pauentibus, & reticentibus cunctis, & interdicẽtibus ori suo, ille temeritate & impudentia, qua proditurus erat, manũ cum magistro in paropsidem mittit: ut audaciam bonæ conscientiæ mẽtiretur. O ob durata frons, talia de se audit, & recumbit. Videt publicari suam conscięntiam, & adhuc manum porrigit ad bucellam. Nec primò, nec secũdò correptus à proditione retrahit pedem: & patientia dei nutrit impudentiam suam, & seruat sibi iram in die iræ. Ecce iam & pœna illi prædicitur: ut quem non correxerũt miracula, corrigant denunciata supplicia. *Filius*, inquit, *hominis uadit: sicut scriptũ est de eo, Væ autẽ homini illi p quẽ filius hominis tradetur. Bonũ illi erat non nasci. Respõdẽs*, inquit, *Iudas qui eũ trad. dit, dixit: Nũquid ego sum Rabbi?* Iuda, cui dicis: nunquid ego sum? Iam dic: ego sum. Scit enim ab initio te esse. Nam quòd nõ loquatur, non est obliuio nescientis, sed pietas miserantis: Corrupte præuaricator & miser, si redires ad cor, recoleres magistrum, quem didicisti præscium futurorum, & cui nihil potest esse nõ cognitum: quoniam per huiusce modi colloquium non se facit ignarum, sed pœnitentiæ tibi uult exhibere suffragium. Tu autẽ, cuius cupiditas sensum eripuit, & auaritia cordis oculos excæcauit, interrogare te fingis: Vtrũ ipse sis, qui traditionis nephas conceperis. Omnia quæ in te sunt, nouit eius diuinitas. Sed uæ tibi, in quo nulla inuenta est charitas. *Hymno*, inquit, *dicto, abierũt in montẽ Olueti, & ait illis Iesus: Oẽs uos scandalũ patiemini in me in hac nocte. Respondit Petrus, & dixit: Et si oẽs scãdalizati fuerint, ego nõ scãdalizabor. Dicit illi Iesus: Amẽ dico tibi: quia hac nocte antequã gallus cãtet, ter me negabis. Dicit ei Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Cœperunt altercari duo, medicus & ægrotus. Hic sine ægritudine se esse putabat: & ille etiã futuram accesionem hinc prænunciabat. Sed interim hoc negociũ paululum sequestremus, donec rei exitum comprobemus. Iudas, inquit, qui tradidit eum, dedit eis signum dicens: Quẽ osculatus fuero, ipse est, tenete eũ. Quid auditis fratres, quis sensus hoc sine sui horrore consideret, & quæ aures hæc uerba recipiant, quæ non præcordia dictis talibus contremiscant? *Dedit eis signum dicẽs: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* O signum sacrilegum, ô conuentus nepharius, ô placitum puniẽdum, ubi ab osculo incipitur bellum, & per pacis indicium, pacis rumpitur sacramentum. Et per quod consueuerunt gentes bella finire, per hoc prophanus Iudas bellum uoluit inchoare: Dedit eis, inquit, signum dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hoc signum Iuda tu dedisti, hoc pactum in tuo manganicio posuisti: ut cum quo faceres pacem, ipse raperetur ad crudelissimam passionem. Mihi crede, habebũt per te multi terrorem: nequando cum proximis simulatam habeant charitatem. Guttur enim prophanum, quod hodie Christo extendis ad osculum: crastino illud es extensurus ad laqueum. Malo tuo didicisti argentum expendere: mox incipies, & corpus proprium ponderare. Tenetur interea dominus ad sacerdotum principem perducendus: & cùm cæteri discipuli laberentur in fugam, Petrus ille promissor egregius cœpit ambulare longinquius: peruenit eandem, & ipse ad principis domum, & expectans rei exitum foris obseruabat in atrio. Sed quia iam prædictæ accesionis eum rigor urgebat, cum calefacientibus ad carbones stabat. Negat territus Christum, pro quo se animam proiserat positurum. Lacet elisus in corpore obliuionis, quasi in quodã lecto doloris. Prostrauit eum decrepita anicula, quasi quædã grauis febricula. Oppressit eũ Læthargicus somnus, & cœpit eũ præco impungere matutinus. Expergiscitur aliquando, audit gallum cantantẽ, uidet se grauia uulnera sustinentem. Dirigit preces ad medicum per nuncios lachrymarũ, & diuinum confestim recipit antidotum. De ipso enim scriptum est: Amici mei, & proximi mei aduersum me, appropinquauerũt & steterũt. Et proximi mei à longè steterunt. Et illud quod dictũ est: Meliora sunt uulnera amici, quã uoluntaria oscula inimici. Iudas.n. sicut de apostolo proditor, ita inimicus factus ex amico. Nam & de illo scriptum est: Homo pacis meæ in quo sperabã: qui edebat panem meum, ampliauit super me calcaneum. Et iterum: Inimici hominis domestici eius. Vnde & nos fratres, unanimiter fugiamus iniquorũ fuldola colloquia, ut cum sanctis participemus gratiã sempiternam, ueram pacem, & trinitatis perpetuam unitatem teneamus: ut cum sanctis omnibus in regnis cœlestibus triumphemus.

Eiusdẽ diui Ioannis Chrysostomi episcopi Cõstantinopolitani, de mysteriis cœnæ dominicæ, in quinta feria passionis, sermo secundus.

Incerto interprete.

Secundum salutaris positi munus, & spiritalis remedij sacramentum diuina dispensatione completur, dum Christus ad passionis triumphum ab impijs prouocatur. Nam cùm discumberet cum duodecim discipulis suis, & manducantibus eis diceret: Amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me: ascendit Christus propriæ deitatis tribunal, & illud conuiuium uelut cataſtam ante se constituens, conscientiæ tormento confiteri compulit reum: ut in auctionẽ, conceptum posset reuocare peccatum. Turbatur discipulorum omnium sensus: & licèt nossent propriam conscientiã, timuerunt tamen Christi sententiam. Iudas tamen impudenti fiducia ausus est interrogare saluatorem, qua implere posit euidentissimum traditorẽ. Verecunda Christi sententia ostendit suam maiestatem, nec refugit passionẽ. Mira patientia, Petrus condemnat Ananiam mentientẽ: saluator Iudam patienter sustinet traditorẽ. Duplicat sacrilegij principatũ: dum propositum festinat implere peccatũ. Et quem sce-

Cleris pœnitere oportuerat, urgetur conceptum implere cogitatum. Quēcunque, inquit, oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Defuit Iuda aliud tuis ſceleribus argumentum, ut inſtrumento pacis, traditoris impleres officium? Sed plus patientia diuina condemnat obnoxiū, ut officio pacis oſtenderet reum. Venerunt, inquit, cum fuſtibus, ut comprehenderent eum. Non ſic comprehenditur iuſtitia, nec ſic al
Mat.26.e ligatur ſapientia. Volenti nanque iniiciunt manus: cui, ſi euadere placuiſſet, nunquam angelorum officia defuiſſent. Et eduxit, inquit, Petrus gladium, &
Ioan.8.d percuſsit auriculam principis ſerui. Seruum dixit: non conditione, ſed culpa. Denique ita ſcriptum eſt: Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Nam ſi audiſſet aliquando uerba ſapientiæ, nec cruentum uulnus exciperet, nec peccati ſeruus teſtimonio ſcripturæ manſiſſet. Iubet tamen dominus in uaginam gladium retorqueri, ne fortè agnita legis patientia poſſit acquiri. Abducto ſaluatore, ſparſis uniuerſis diſcipulis, Petrus ſequabatur à longè. Si enim propè ſequeretur, ſemper dominum fateretur. Negat Petrus ſe eſſe diſcipulum ſaluatoris, quando nullas pœnas, nulla tormenta pertimuit. Quærendū tamē eſt,
H ubi negauerit. Ibi negauit, ubi Xps tenetur incluſus. Negat in domo Caiphæ, ibi negat, ubi poteſt uallere mendacium. Et tamē ſecutus eſt per amorē, quē negauerat per timorem. Cū reſpexiſſet, inquit, eum Ieſus, fleuit amarè. Pretioſus eſt fratres chariſsimi pœnitentię fructus: quia qđ defendi nō poteſt, ablui poteſt. Lauant lachrymæ congeriem peccatorum. Quā pretioſæ lachrymæ, quæ exterguēt culpam, & exigunt ueniam. Profuit illi uerè iſta amaritudo: quoniam quicquid in eo delicti tabidum fuit, ferramēto pœnitentiæ reſecauit.

Eiuſdem diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani, de proditore & myſterijs cœnæ dominicæ, in quinta feria paſsionis, ſermo tertius.

Incerto interprete.

Vangelicæ ſeries lectionis, qua per ordinem
e paſsionis dominicæ gloriam didiciſtis: credo quòd affatim non ſolū aures, ſed & corda ueſtræ deuotionis expleuerit. Nos quoq; quantū tenuiſsimæ capacitatis uires admittunt, cū diuinis uocibus uerba noſtra iūgamus, atque eandē noſtri
I redemptoris inclytā paſsionem ueritatis indagatione retractemus. Sed neſcio quo pacto chariſsimi, ubi ſermo ſe prodere incipit, cauſam ſenſus horreſcit. Quomodo.n. animus nō turbetur infirmus, in quo totus territus & conturbatus eſt mundus? Condēnatur ecce in concilio Iudæorū dominus, Pilato traditur alligatus, & ſacras manus ſacrilegæ catenæ uinxerunt. Ad tribunal dehinc præſidis ſiſtitur: non ut reatus in illo, ſed ut innocētia panderetur: ut reportaret teſtimoniū iudicis, qui ſub crudelibus uinculis, meritum non amiſerit innocentis. Conſiſte mecū in hac actione cōminus Iudæa, conſiſte. Dic mihi litis tuæ titulum, accuſationis tuæ genus, crimenq; denuncia: producito teſtes in mediū: & tales, qui præſenti cauſæ ſint neceſſarij, adhibeto. Nihil cognitioni iudicis deſit, nihil præſidis ſubtrahatur examini: paratus ſum pro domino meo conuictus ipſe damnari. Ecce interim in facto ꝓiudicata es traditoris. Author tuus confugit ad laqueū, ultimum capiens ex pane ſolatium. Reū ſe ſibi ipſe conſtituit, & poſt iudiciū tuum de ſeipſo continuò iudicauit. Remanſit ecce cū uoce impij traditoris, ſfeficax pœnitudo facinoris: nec cō K
feſsionis meritū obtinuit, ſed magis ſceleris ſarcina impœnitentię cumulum congeſsit, *Peccaui, inquit, tra* Mat.27.b
dens ſanguinem iuſtum: & proiecta pecunia in templum, abiit, & laqueo ſe ſuſpendit. Pependit inter cœlum terramq; medius uago funere ſuffocatus, & cum flagitio ſuo tumefacta noxia uiſcera crepuerūt, nec cada ueri terra ſolitam exhibuit ſepulturā. Habes Iudæa, quod uerè imiteris exemplum: ſed digna nō eris, qa conceptum perficis ſacrilegium. *Sedēte, inquit, Pilato* Ibidem.
pro tribunali miſit ad eū uxor eius, dicens: Nihil tibi et iuſto illi: multa enim paſſa ſum hodie in ſomnis propter eum. Ecce iudex terretur in coniuge: & ut crimini Iudæorum non prębeat in iudicādo conſenſum, pertulit in uxoris afflictione iudicium. Iudicatur ipſe, qui iudicat: torquetur, antequàm torqueat: & ut nihil mali in perniciem operetur inſontis, in ſomnis exagitatur uxoris. Iam quid ibi ageret iudicis conſcientia, ſi ſic [Vxor Pi
torquebatur & coſta? [*Denique quem uultis, inquit,* lati ſub
dimittā uobis Barabbā, an Ieſum, qui dicitur Chriſtus? At alluſione
illi dixerūt, Barabbā, Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam ad He-
de Ieſu, qui dicitur Chriſtus? Dicunt illi: Crucifigatur. uā, nom
Quid agis ſynagoga damnabilis? Iuſtum ſanguinem ne coſta.
ducis ad uictimam, & abſolui manifeſtum poſtulas L
homicidam? Latronem iudicas innocentem, & innocentem poſcis ad crucem? Ille qui te occidit, tuo ſuffragio morti ſubtrahitur: & q mortuos ab iferis ſuſcitauit, te inſiſtente damnatur? Reus ſit, qui reus non fuit: & indemnis euadit, qui olim damnari iam debuit? In utroque rea tenēris, & exitio innocentis, & abſolutione latronis. Et quanquā ſacrilegium impactæ crucis omne nephas excedat: tamen & illi aduerſum te iudicium, diem ſcilicet ultionis expectant, quorum Barabbas latro ſanguinē fuderat: quia participaſſe eſt ſcelus homicidij, ueniā meruiſſe latroni. *Tunc, inquit, accepit aquā, & lauit manus coram populo,* M
dicens: Mundus ego ſum à ſanguine huius iuſti, uos uideritis. Illi autem dixerunt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. O quàm bene furor cæcus eſt, quam digno præcipitio iactaris in inſaniam. Quænam excæcatio eſt pertinaciſsimæ mētis ſic uelle alium perdere, ut prior malis ipſa perire? Sub alieno exitio tuos impia iugulas, & in tuam ſobolem patricidalem uibras dexterā. Ecce currit per tui generis proſapiam nunquā expiandi uæna facinoris, & cum crimine ra
dicis ſuę pullulant iniqua plantaria. Egreditur ex metallo uteri ſui tam cruenta progenies: & infecta ſanguine naſcitur infauſta poſteritas. En q̄ bona ad hęredes tuos quo dā ſacrilegij teſtamento tranſmittis: macula ſanguinis innocētis te perfundis, & poſteros perimis. Pertinaciter quidem in mortem noſtri redēptoris inſiſtis: ſed crudeliter tuos natos mucrone impietatis extinguis. Quære iam cui poſsis uideri nō noxia, q̄ erga filios tuos extitiſti pertinax parricida. *Tunc dimiſit illis Barabbā, Ieſum uerò flagellis cæſum tra-*
didit illis, ut eum crucifigerent. Heu me miſerum, quibus auribus hoc audio: uel qualiter ſenſibus meis tā funeſta cōmendo? Ecce dominus meus aptatur ad uerbera, ecce iam cæditur: rumpit ſanctam crucem uiolētia flagellorum, & repetitis ictibus crudelia uulnera ſcapularū terga conſcindunt. Proh dolor, iacet extenſus ante hominem deus, & ſupplicium patitur rei, in quo nullum ueſtigium peccati potuit inueniri. Ad uictimam uita ducitur, & ad crudeliſsimum mortis occaſum addicta pietas euocatur. Am

bitur ſacrum

Abitur ſacrum caput aculeis ſpinarū, & diuinum uerticem pœnalis coronæ pompa circundat. Sed in ſpinis illis, noſtra eū peccata pungebant. Ventum tandem eſt crucis ad campū, ubi pias manus terebrant ſæua uulnera, & compaginē palmarum rumpit uiolentior foratura clauorum. Crux clauis configitur, & effoſſa ueſtigia, pœnalibusq; alligata impedimentis pedum officia perdiderunt. Adhæſit quietū corpus ſtipiti, & immobile lignū inconcuſſa mębra portauit. Fert pœna ipſa pendentē, & tormentis ſuis nexi artus incumbunt. Sed feſtinate, oro: & citatis curſibus properate. Sētio enim moliri, neſcio quid, creaturam: & inteſtinis motibus non nihil elementa intelligo parturire. Minatur ecce propria mundus excidia, & rerum natura inuſitato pauore terretur. Dies medius tenebrarum tyrannide diſcluditur, & perdidit curſum fugitiua luce fraudatū. Sol abſcondit radios ſuos, & orbem globus luminis obſcurauit, atq; incubatricem noctē diſſimulato iure contradictionis admiſit. Dies enim non dies eſt, & nox repentina non nox eſt. Importunæ tenebræ aliena tēpora per-
B uaſerunt: moriente uero die, nouum dies ſenſit occaſum, Expectabant cuncta elementa exitū proprij conditoris: axem ſuum mūdus extremū uergere cupiebat in limitem. Volebat, credo, ſeculum ire protinus in ruinam, ne authoris ſui tacens præteriret iniuriam. At ubi conſummatis omnibus ſacramētis, ſua ſponte ſpiritum quietē cū uictoria mortis expoſuit: illico rumpuntur ſacrario dicata uelamina, & in publicum templi ſecreta mittuntur, ut admiſſi ſacrilegij clandeſtina machinatio panderetur. Agitur inter nis terra concuſsibus: & molis ſuę nutante fundamine, fluctuabunda commotione iactatur. Dederunt petræ crepitum fragore ſonigero, & uiſcerali motu diſrupta ſaxa crepuerunt. Patuerunt portæ protinus inferorū, & monumentorum ſecreta claues proprias perdiderunt. Vacui ſacti ſunt carceres ſepulchrorū, & rediuiua corpora dominum agnouerunt.

Eiuſdem diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani, de proditore & paſsione dominica, in quinta feria paſsionis, ſermo quartus.

Incerto interprete.

C Vfficiunt quidem fratres ad teſtimonium
f uenerandæ paſsionis elementorum inopinata turbatio, fuga ſyderum, terræ inexpertus tremor, ſolidorum fractura ſaxorum, pauor inſolitus inferorum, & ſpontanea reſeratio ſepulchrorum. Hæc ſola publicant dominum noſtrum, hæc maieſtatis eius teſtantur arcanum. Ecce inſuper infelix Iudas, etiam traditor, tibi reliquit teſtimonium facinoris ſui, qui ſupplicium non potuit uidere damnati. Et cùm admiſſum non potuit excuſare peccatum, ad ſe reuocauit cum pecunia ſacrilegium. *Dixit*
Mat.27.a *enim: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum.* Sed non potuit uitare peccatum. Sic enim de eo ait ſpirituſſa-
Pſ108.a ctus: Et oratio eius fiat in peccatum: ut in eo quòd
Pœniten pœnitentiæ feſtinauit ad portum, ibi incideret æter-
tiam intelligit ſe num & ſine reparatione naufragium. Reſpondit igi
ram, illā tur omnis turba Iudæorum: Sanguis huius ſuper
damnatis nos, & ſuper filios noſtros. Magna planè uis crimi-
ſimilē. nis, quæ nec prolixitate temporis aboletur, nec ſecu
Mat.27.c lorum obliuione repellitur. Sanguis hic domini noſtri polluit in præſenti reos, de futuro obligat naſcituros. En Iudæa crudelis, te perpetratum nephas innexuit, & natos tuos elogio criminis implicauit. Et D
cùm ſoleat crimen cum perſona deficere: in te magis creſcit, & in poſteros tuos ſine fine redūdat. Ecce dominicus uultus ſputamine ſacrilego illinitur: maxillas eius impiorum uerberant palmæ, cerebrū tundit ictus arundinis, & per omnes currit iniurias atrocitas ſæuientis. Portans humeris crucem prætorium egreditur, & tali onere colla innocua prægrauantur. Lætus quidem & abſq; ulla ſuſpicione formidinis moriturus ibat, & noſtra peccata in illa cruce portabat. Deinde fel in eſcam pendenti offertur, &
aceti potio in patibulo propinatur. Mirū ſanè. Hoc- Exo.16.d
cine de te Iudæa dominus noſter promeruit, qui te Ibid.17.b
in deſerto per quadraginta annos panibus angelicis Ioan.2.b
annonauit, & ex petræ uiſceribus, cùm ſitires, aquæ potus ſalutaris exhibuit? Et qui aquam in nuptijs, pretioſum mutauit in uinum: meruitne, ut in ſiti ſua abs te acciperet acetum? Inter hæc ecce ſubitò tenebrarum caligine tota paſsionis indignitas tegitur: & omnis iniuria nouæ noctis obſcuritate celatur. Indixit ſibi mundus inopinata authoris ſui morte funereum luctum, cūctarumq; confuſio naturarum: & ſacrilegium ſuum non agnoſcit cæcitas Iudæorū. E
Rumpuntur ſanctuarij ſciſſa uelamina, & ſacrarij facies ſacrilegio ſpoliante detegitur. Reddunt inferi corpora rediuiua ſanctorum: & in occurſum authoris inferos penetrantis, temporalem accipiunt beatæ animæ commeatum. Conuenite iam Chriſtianæ gentes, concurrite fideliſsimæ nationes. Dominus enim noſter non in patibulum crucis, ſed in tribunal aſcendit: expandit ecce manus, & alas extenſas aperuit: non ut crucis ſupplicio ſatisfaceret, ſed ut nos ex omni orbe ad credulitatem eccleſiæ congregaret.

Eiuſdem diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani, de Iuda proditore, in quinta feria paſsionis ſermo quintus.

Incerto interprete.

Oſtquam uirginei partus orbe toto mira-
p culum cœleſte reſplenduit, & gaudia dominicę natiuitatis ſunt expleta, epiphania quoque procurata eſt, ueneranda ſolēnitas: Dominus diſcipulis ſuis paſsionis ſuæ prædicit ordinē, eloquitur qualitatem. Ecce inquit, *aſcendimus Hieroſolymam, &* F
filius hominis tradetur ſummis ſacerdotibus, & condemna Mat.20.
bunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, c
& conſpuent eum, & poſt tres dies reſurget. Qui futura prædicere potuit, potuit & cauere. Ignaros aduerſa pręueniunt, nō ſcientes. Pati uoluit, qui ſpontè locū, ubi pateretur, aſcendit. Mors inuitis imperat, uolentibus ſeruit. Ergo quòd uolēs moritur, nō caſus eſt, ſed poteſtas. *Poteſtatem habeo, inquit, ponendi animam* Ioā.10.d
meam, & poteſtatem habeo ſumendi eam. Nemo tollit eam à me. Vbi animā ponendi poteſtas eſt, & ſumēdi: ibi moriendi nō eſt neceſsitas, ſed uoluntas. Nemo, inquit, tollit eā à me. Si nemo, utiq; nec mors. Denique nec mors tollere nec infernus potuit hāc tenere: qua iubente tremens, ēt uinctas animas, quas tenebat, amiſit. *Et monumenta, inquit, aperta ſunt, & multa cor-* Mat.27.f
pora ſanctorum reſurrexerunt. Sicut naſcente Chriſto conceptus neſciuit ordinē, ſuum partus nō agnouit uſum, nō tenuit ius naturæ: ita moriente eo, ditione tartarus perdidit: quos tenebat. Abiecit infernus ius poteſtatis antiquæ: inueteratæ legis decretū nouo ſanctionis ordine mors amiſit. Sed ad cœpta redeamus. *Ecce, inquit, aſcendimus Hieroſolymam, & filius ho* Mat.20.e

G nimis tradetur sacerdotibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & cætera. Sciens scientiarũ deus, præsciebat: quia quæ præuiderat futura, uerteretur ad crucis scandalũ, ad passionis procellam, ad authoris iniuriam: ut quòd terra tremeret, paueret cœlũ, aufugeret lux, refugeret sol, horreret infernus, tota moueretur, seq; ipsa cõfunderet creatura. Mundus enim, qui corpore nostro tectam nõ potuit sufferre deitatem, nec nudatam quidem carne portaturus erat, præuidebat: cũ cognouisset præsertim tanta, quæ in hominem sunt commissa piacula, putabatur exercitã in ipsam fuisse diuinitatis iniuriam. His discipulos suos dominus semel & iterum præmonebat: ponẽs ante oculos eorum, & uelut arenam suæ constituens passionis, & inducens in eam quot contumeliarum genera, tot genera bestiarum. Quot spectatores, tot persecutores affuturos esse signabat: q de conflictu non uictoriam, sed uoluntatem quærẽtes de sola morte uincentis acclamarent: Crucifige, crucifige. Sic cruces oculos, sic uoces funestas ad cœlum, immo in cœlum usq; leuaturi, donec crudelis
H natio se ac posteros pio dimicantis inuoluerent, &
Mat.27.c uolutarent in sanguine uociferando: Sanguis huius super nos, & super filios nostros. *Filius, inquit, hominis tradetur summis sacerdotibus, & cætera.* Depingebat dominus Iesus passionis suę spectaculum sæpissimè, sic dicendo: Vt hac diu expectata, expectantes discipuli non subiti ponderis fasce premerentur, non repentino obruerentur occursu. Animum præcognita parant, confirmant præ nunciata, mouent expectata, & nos reddũt per omnia fortiores. Sicut miles de
Simile. superuentu hostis habet periculum: ita si hostẽ præsciat, fert triumphum. Rex fortis quanuis fortiũ munitur accinctu, non ualet cauere ignota: nota agmina etiam singularis nescit timere bellator. Hinc dominus discipulos suos tempestatem totam passionis suæ antè scire uoluit, ut in ipso turbine magnani
Argumẽtum à simili. mes faceret, redderet fortiores. Ecce ascẽdimus Hierosolymam, & cætera. Sicut qui una uice lapsum magnæ domus suscipit, & ruinam: ita & Christus post magna & multiplicia passionis suæ pondera, unum resurrectionis suæ suppositum fulcimentũ: ut apostolorum fidem iamq; lapsuram susciperet, & ad æternam dirigeret firmitatem. *Post tres, inquit, dies resurget.* Nõ satis est abscessus tristis, ubi uelocissimus est regressus. Post tres dies hoc abire, sic fuit & redire, ut ibi eum non defuisse perluceat. Deus cũ uadit, hic est: & cum hic est, nusquam deest. Iuit Christus, sed ab apostolis non abijt. Accessit ad mortem, sed à uita dominus non discessit. Descendit in infernum, sed
Ioan.3.b non defuit cœlo, ipso probante cũ dicit: Nemo ascẽdit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Nolle mori, est timoris humani: mori & resurgere, est solius deitatis insigne. Et post tres dies: Quare non post quatuor, quare non post quinq;, sed post tres? Vt in passione filij, totius trinitatis monstraretur ascensus. Triduũ trinitatis loquitur in figuram: quia trinitas, quæ per operationem in principio fecerat hominem, ipsa in fine hominem per Christi reparat passionem. Faciamus, inquit, ho-
Gen.1.c minem. Ite, inquit, baptizate omnes gentes in nomi-
Mat.28.d ne patris, & filij, & spiritussancti in remissionem peccatorum. Si in remissionem peccatorũ communis pietatis trinitas: quomodo non in passione filij to-
Ioã.2. & tius una est uolũtas trinitatis? Sicut Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus, inquit, & tribus noctibus, ita K
erit filius hominis in corde terræ. In corde dixit: Nõ Mat.12.c
dixit, in potestate scilicet terræ: ut terra suum sentiret, agnosceret, tremeret, sed non teneret authorem: obscura susciperet, non de corruptione pulsaret: nec dominicum corpus, partem sui esse iuris crederet terra, sed supernæ socium susciperet maiestatis. Sed mouetur animus, cur pater filium mortem uoluerit, uel permiserit sic subire: cur dominus tali & tam contumelioſa morte uitam uoluerit reparare mortalium: cur spiritussanctus consenserit diuinitatem descendere ad tantam carnis iniuriam, adeò ut plures de scandalo pereant, quàm de credulitate saluẽtur. Nasci & mori dominum, nõ capiet mens humana. Fratres hęc si scire uolumus, hodie differamus: ut inquisitioni maximè sermo latior, ipso Christo satisfaciente respondeat.

Eiusdem diui Ioannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, de passione domini sermo sextus.

Incerto interprete.

P Roxime cũ dominicæ passionis multas & acerbas contumelias audiremus, cogitatione subitò incidimus in illud: Quare deus, q L
totum quod habet cœlũ, quod terra portat, quod capit mare, quod tartarus, sciebat: iussu fecit, imperio distinxit, mundum totum composuit ad decorem: & hic, ut sententiam mortis solueret, imbrem sacrati sanguinis desudauit. Origo rerum, author naturæ, quare nasci uoluit, nisi quia mori uoluit? Quare deus carnis imbecillia suscepit, nisi quia carnis elegit iniurias? Quare totius dominus creaturæ, formã seruitutis intrauit, nisi ut totas seruitutis iniurias sustineret? Adiudicari iudex, cognitor diligit addici, quando se à perditis passus est iudicari. Quæ patiendi necessitas, ubi saluandi ineſt, & possibilitas, & potestas? Aut quæ ibi moriendi causa est, cui uiuificãdi uirtus est & facultas? *Ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur summis sacerdotibus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & post tres dies resurget.* Ascẽdimus Hierosolymam, ut in die Paschæ ad passionis pompam, & ad spectaculum mortis, atq; scandalum crucis Iudaicæ urbis uniuersitas conueniret. M
Non sufficit passio communis, non mors secreta, non mors simplex, non mors morti similis: nisi ut quanta erat patientia singularitatis, tãta esset & singularitas passionis. Actum est, ut author seculi, seculo teste moreretur, & à mundo mundi dominus, antè per pœnam, quàm per gloriam noscereturPax cœli traditur doli osculo, tenetur tenẽs omnia, alligatur omnium nexus. Ducitur attrahens uniuersa. Ã falso ueritas accusatur: sistitur, cui assistunt omnia. Iudæi gentibus tradunt, reddũt gentes Iudæis. Herodi mittit Pilatus, remittit Herodes Pilato: sicq; commercium fit impietatis pietas, sanctitas in nundinam crudelitatis perducitur. Flagellatur remissio, condemnatur uenia: illuditur maiestas, irridetur uirtus. Perfunditur largitor imbrium sputis: clauis ferri, cœli strator affligitur. Mellis dator, cibatur felle: propinator fontium, potatur aceto. Et cùm iam nil restet ex pœnis, mors refugit, mors moratur, quia suum ibi esse nihil sentit. Suspecta est uetu- *Prosopo-*
state nouitas: hunc enim primum, hunc solum ui- *pœia mor-*
dit hominem peccati nescium, noxa liberum, iuris *tis.*
fuꝰ legibus nil debentem. Miratur in terra, quem de

A de terrenis conspicit nil habere. Primus, inquit, ho-
1.Co.15.f mo de terra terrenus: secũdus homo de cœlo cœlestis. Accedit tamen confœderata Iudaico mors furori, & desperata tunc uita, & angit, & inuadit authorẽ, uolens potius se perire totam, quã tantã perdere prædam. Sed iam, quæ promissa sunt, inchoẽmus, quare ad mortem, & ad talẽ mortẽ deus pater miserit filium suũ: quare tam contumelioſæ succubuerit passioni: quare spiritussanctus conregnantẽ unam sibi deitatem Christũ, ad tantam carnis iniuriam permiserit peruenire. Orate fratres, ut dignatione qua passus est, passionis suæ reuelet arcanum & cautam uobis omnibus tam sacratæ mortis inQuæstionis solutio à simili. spiret. Primũ quidem nobis est intuendũ. Rex quando glorioſior, quando indutus purpura, diademate decorus, aspersus auro, solio sublimis: ad pompã tamen nõ parat ire, sed hæc in secreto fiunt: an quãdo in campum cõiuens uultu & honore ultimus, periculis primus, onustus ferro, grauis armis, pro patria pro ciuibus, pro liberis, pro uita omniũ premit
B hostem: discrimina despicit, contemnit uulnera, ipsam libens mortem suorum suscipit ad salutem: ut maiorem contẽptu mortis, quã de ipso hoste uictoriam referat & triumphũ? Et quare displicet, si Christus de sinu patris, de deitatis secreto ad nostram seruitutem uenit, ut nos suæ redderet libertati, nostram mortẽ suscepit, ut nos eius morte uiueremus? Quandoquidem per despectum mortis, mortales in deos retulit, nos cœlestibus æstimans. Et quomodo deus Christum ad iniuriam uocat tantã: sic homines tantã tollit, & extollit ad gloriã. Sed dicit ali-
Ioan.15.b quis: Habet hoc necessitas humana, diuina non habet hoc potestas. Verũ dicis: Diuina non habet hoc potestas, sed necessitudò habet, & recipit hoc diuina. Nemo, inquit, habet maiorẽ charitatem, quã ut quis animam suã ponat pro amicis suis. Miraris si pro nobis posuit, quod suscepit ex nobis: qui fecit propter nos tãta, & talia largitus est nobis? Quantũ uirtus potestas ac magnificentia creantis operũ cõtemplatione lucebat: tantũ latebat dilectio dei, tantoq; dei charitas habebatur obscurior. Subiectis dare, donare seruis, est assuetũ donantis indiciũ: pati
C pro subiectis, pro seruis mori: insigne est charitatis immensæ documentum, singularis est hoc amoris
Rom.5.b argumentũ. Commendat, inquit apostolus, charitatem suam deus in nobis: quia cũ impij tantùm essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et alibi: Sic
Ioan.3.b dilexit deus hunc mundũ, ut filium suum unigenitum traderet. Præstet quiuis beneficia, largiatur dona, sit benefactor in prosperis, diligat obsequentes: nunquid illi poterit comparari, qui in se suorum susscepit necessitates, qui se periculis anteponit suorũ, qui se pro suis, dat pœnis, corpus obiectat morti, ut illos neci subtrahat, illos reseruet ad uitam? Aduersis probatur amor, affectio pensatur periculis. Pœnis examinatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur. Hinc est quòd Christus intrat carnis iniuriã, subit contumelias passionũ, pœnarum genera percurrit, mortem suscepit peramaram: quia damnari uoluit, qui quod fecerat, sic amauit. Deitatis autem
Deut.6.a non est uolũtas hęc noua. Antiquæ regis prima uox hoc quæsiuit. Diliges, inquit dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: quia uera dominatio est ipsa: quæ amore imperat, nõ timore: quæ per affectum sibi, & corpora subdit & corda: q
Tomus tertius.
amando non in uitam, sed uoluntariã sibi instruit D
seruitutem. Ergo hæc prima causa est dominicę passionis: quia sciri uoluit, quãtũ amaret hominẽ deus, qui plus amari uoluit, quã timeri. Secunda causa, est, ut sententiam mortis, quã iustè dederat, iustius abolêret. Statum suũ deus patiẽdo implere uoluit, ne compelleret imperando, sicut fatetur ipse: Non Mat.5.b
ueni legem soluere, sed adimplere. Irrita uidetur bonorum promissio, quæ à deo uelut ex pacto bonis facta est: si quæ ab ipso malis cõstitutæ sunt, pœnæ euanescunt. Porrò iota unum, inquit, aut unus apex Ibidem.c
de lege non peribit, donec omnia fiant. Apertè sibi persuadeat, quicunq; sapit: q sentit, intelligat: Si pro- Rom.8.f
pter sententiam suam proprio filio non pepercit, cõtra sententiam suam, cui possit ignoscere: qui mentiri nescit, nec nouit contra, quam præscripsit, legem ignoscere? Ergo, quia primus homo adiudicãte deo de reatu incurrerat mortẽ, & eam delegauit suo generi, transmisit ad posteros: quia corpore iam mortalis generaret, & morti obnoxios, non liberos, nõ absolutos, sed addictos: uenit de cœlo secundus homo, uenit solus peccati nescius, uenit solus reatus E
nostri alienus, uenit q peccato nihil debebat & morti, uenit ut fieret inter mortuos liber, ut mors morte damnaretur. Quæ rapere iussa reos, innocentiæ ipsum persuadere præsumpsit authorem: ut sic transiret ad mortẽ reatus hominis, hominũ innocentia rediret, & mors præuaricatrix facta addiceretur Christo: cui antè Adam fuerat pręuaricator addictus, esset Christi origo noua, origo uitalis, pater uiuentiũ, sicut dixit apostolus: Sicut in Adam omnes morie- 1.Co.15.c
bamur, sic omnes uiuamus, & uiuificemur in Christo. Et qa multæ causæ sunt dominicæ passionis, & noster iam claudẽdus est sermo: hodie differamus, ne obscuret festina discussio, qđ latior poterit aperire tractatus.

De proditione Iudæ, homilia. Incerto interprete.

Aucis hodie necessarium est fratres tracta-
P re uobiscũ. Et ideo paucis, non quia uobis latus sermo sacerdotis horrescit, nec. n. aliã urbem tam auidam spiritalium reperies lectionum: sed quia ad mysteriorũ sacram ac uenerabilem celebrationem festinare multos inspicio. Vt igitur & cœ F
lestis mensæ satietate perfruantur, & nostro sermone non careant, tractatus congruè temperetur, ut mea uerba uestris cordibus sociantes, cum debita reuerentia mysterij deitatis arcanum audiatis. Hodie dilectissimi fratres, dominus noster Iesus Christus traditus est, nam proximante uespera Iudæi eũ acceperunt. Sed te non uerbũ traditionis contristet auditũ, nec cũ perceperis quòd Iesu traditus est dolore mouearis: immo ut doleas suadeo, prædico ut lachrymis, & ut nimia te lamentatione contristes exhortor. Sed ne proditum lugeas, ne traditũ fleas sed proditoris factum ingemisce, & futura eius lamẽtare supplicia. Nam proditus Christus orbem liberauit uniuersum: proditor gehennã meruit possidere. Traditus in cœlis patris sedet in dextera: tradi tor autem apud inferos collocatus, tormenta debita sceleratus expectat, & ideo lugendus est. Nam & dominus noster illius delictum lachrymatus est, ut ait euangelista. Et cum uidisset eum, turbatus Ioan.13.c
est, & dixit: Vnus ex uobis tradet me. Quanta misericordia domini! traditus pro traditore dolet, pro dituꝰ pro proditore turbatur. Et cum uidisset eum,

G dixit: Vnus ex uobis tradet me. Simul & suæ misericordiæ ostẽdit potestatẽ, & nos docet non eos qui mala patiuntur, sed eos qui mala cõmittunt, debere miseros & dignos fletibus æstimari. Hoc.n. peius est, immo illud penitus malũ non est. Nam malũ pati, malum non est: malũ facere, malum est. Et ideo malorum sustentatio, cœlorum regnum nobis pollicetur: malorum autem commissio gehennam minatur, & tormenta promittit. Beati nanque ait, qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã quia ipsorum est regnũ cœlorum. Vides quòd malorũ perpessio mercedẽ sperat, & sufferentiæ suæ præmiũ cœlorũ meruit regnũ? Audi malũ committere quanta supplicia præparare consueuit. Nã Paulus dicens de Iudæis, quoniã quidẽ dominum occiderunt, & prophetas persecuti sunt, in sequẽtibus ait: Quorũ finis erit secundum opera illorum. Vides, quod regnum persecutionẽ perpessi sortiuntur, & iram persecutores promerẽtur, & hęc sine ratione processit oratio: nec inaniter uerba prolata sunt, sed ut circa aduersarios nostros iracundiam temperemus, & patien-

H ter eos toleremus, & magis eorum gesta doleamus. Illi enim uerè mala patiuntur, qui nobis mente insidiantur aduersa: sed & pro illis diuinam clementiam exorare poterimus, si tamen talis anima nostra præparatur, ut possit cõuersationis suæ merito aliis quoque prodesse. Et ut pro inimicis uestris oretis, quatridua cõmonitione deposco, ut assidua persuasione uerba mea cordibus uestris inhæreant, ut continuatione sermonis pectoribus uestris ira sublata, furoris tumore sedato, benignitatis remedio temperetur. Nam Christus non tantũ inimicis nostris consuluit, sed & nobis uoluit esse consultũ. Cũ aduersa riis nostris peccata laxamus: maius enim beneficiũ, cũ concedis, agnoscis: & cũ de inimici culpa dissimulas, de tuis delictis solita benignitate dominus exoratur, & inimici peccata solatium ueniæ promeren-

1.Reg.2.e tur. Et audi Heli dicentem ad filios suos: Si peccans peccauerit homo in hominẽ, orabunt pro eo ad dominum: si autem in deum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Vides, quòd illud uulnus facilè nec oratione sanatur: & quod oratione non soluitur, cũ

I peccatum concesseris inimico, tibi quoq; donatur.

Mat.18.d Vnde decẽ milia talentorum in deum peccata dicta sunt, & centũ denarij ita nuncupantur. Dimitte, inquit, centũ denarios ut decẽ milia talenta dimittã tur tibi. Sed de ratione inimicorum abundanter hu-

Mat.26.a cusq; processit oratio: sed si placet, ad tractatũ pro-

Mar.14.b ditionis redeamus. Tunc abiit unus de duodecim

& Luc.22.a Iudas Iscariotes ad principes sacerdotum, & ait, illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradã eũ? Hæc uerba percepta simpliciter aperta monstrãtur, & auribus minus curiosis ingesta, plana putantur. Sed si-

K quis ea diligẽti solicitudine scrutari tentauerit, in singulis multã reperiet quæstionem, & primũ tẽpus inspiciendum est: nec enim illud inaniter euangelista monstrauit. Non.n. simpliciter abiit, sed addidit, & tunc. Tunc, inquit, abiit. Tunc, quando audiam: tũc quando cognoscam, & cur tempus diligenter ostendis, quid me docere disponis? non enim, Tunc, uerbum inaniter addidisti, spiritus admonitione loqueris, diuino prouocaris instinctu, nec à te uerba passim funduntur. Quid igitur, tunc, est? Ante proditionis tempus, ante traditionis horam accessit me

Mat.26.a retrix, uas alabastrum manibus portãs, & unguentum domini supra caput effudit. Grandem fidem, multam reuerentiam, mirandam conceptionẽ ostendit. Pauloantè meretrix subitò pudica processit, & profundis obruta peccatis, portum serenitatis agnouit. Et quandò prostituta lupanar exiuit, tunc discipulus gehennam intrauit: quãdo illa mercedem suí corporis abdicabat, tũc iste pretium magistri sanguinis postulabat: quando illi osculabatur pedes ut susciperetur, tunc iste domini labia osculabatur, ut proderet. Ideo dixit, tunc, ut non magistrum infirmitate accuses, quando discipulũ reperis proditorẽ. Magis etenim uirtutẽ doctoris ostendit, qui & meretricem ad obediendũ suo magisterio conuolare perfecit. Quid igitur? Qui meretricum mores uoluit cõmutare, discipulum non potuit retinere? Valde, inquam, & incunctanter uoluit retinere, sed necessitate nolebat bonum efficere, nec ui trahere ad se curabat. Tunc abiit, & hoc dabat nimiam difficultatis quæstionem, & ignaros profunda disputatione conturbat. Abiit, inquit, nõ inuitatus à principibus sacerdotum, nulla necessitate constrictus, sponte processit, & propria malignitate consilium genuit scelera-

L tæ mentis nullo participe conuocato. Tunc abiit unus ex duodecim. Et hoc auget delictũ detestabile proditoris. Nam & alij discipuli erant, qui fuerunt numero septuaginta, sed illi non tam manifestè, nec tãta confidentia sociati, nec illis interiora decreta cõmissa sunt. Isti autem duodecim fuerũt probati, hęc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egressus est, de hac conuersatione proditor malignus exiuit. Et ideo ne quẽlibet discipulũ arbitreris, dicto numero, gradum discipulatus ostendit. Et non pudet Matthæum ista conscribere, ut discas eum in omnibus seruare ueritatem, nec celare ea, quæ iniuriam referre putantur. Ea uerò quæ uel iniuriosa demonstrantur, ipsam domini misericordiam, clementiamq; declarant: qui proditorem suum, latronem sceleratum tantis beneficiis ampliauit, & usque ad ipsum proditionis tempus solitis admonitionibus tolerauit. Nã admonebat, suadebat, & omni studio eum sanare curabat: sed si ille sermonem respuit, si tanti magistri uerba contempsit, Christus causatio est, & meretrix testis est quæ de sua fuit liberatione solicita. M Non ergo uidendo meretricem de tua liberatione desperes, sed & Iudam cogitando non debes esse securus. Vtrunque enim periculosum est, & confidentia & desperatio. Nam confidentia stantem euertit, & iterum desperatio post lapsum non admittit exur-

1.Co.10.c gere. Et ideo Paulus exhortatur, dicens: Qui se putat stare, uideat ne cadat, habens exemplum utrumque personæ. Discipulus, cùm se stare putaret, cecidit: meretrix, cùm se cecidisse arbitraretur, exurrexit. Mens humana facilè labitur, & omnibus mutabilis sensus est, & ideo nos undique tutare properemus. Tũc abiit unus ex duodecim Iudas, qui dicitur Iscariotes. Quid mihi eius patriam dicis? Vtinam ipsum quoque nescire licuisset. Iudas qui dicitur Iscariotes. Alter erat discipulus, qui Iudas Iacobi zelotes Luc.6.c dicebatur. Et ne appellatione cognominis, fiat confusio personarũ: nec errore nominis proditor protegatur, propterea hũc ab illo separauit, & illũ quidẽ de animi sui uirtute nũcupauit: istius malitiæ nomẽ absc̃odit. Et ideo non dixit Iudas proditor, ut te deceat detractiones nescire, & accusationes declinare.

Tũc abiit unus ex duodecim ad principes sacerdotũ, & dixit eis:

A *xit eis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum?* O puniendæ uocis temeritas. O suppliciũ uoluntatis. Proditionis uerba fundũtur, de quęstu pacta tractãtur. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Dic Iudas omnium sceleratissime, hæc te magister edocuit? hæc tibi tantus doctor ostendit? Ideo

Mat.10. & Mar. 6.b diuitias debere te cõtemnere prædicabat? Ideo admonebat, dicens: Ne possideatis aurũ, aut argentũ, aut æs in zonis uestris? ubiq; tibi auidam cupiditatẽ pecuniarum excludens, non hæc tibi persuadebat di

Mar.5.f. & Luc.6.d cens: Si quis te percusserit in dextram maxillã, præbe illi & aliam? Quid uultis mihi dare? O crudelitas, Et ego uobis tradam eum. Dic mihi, quæ causa proditionis est? Tradis magistrũ, scilicet laceratus, audiam læsionem tuam. Forsitan quòd tibi dæmonum tradidit potestatem, quòd fecit languentibus subuenire, quòd mortuos resuscitare didicisti. Has beneficiorum uices exoluis. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? O demẽtia, immo cupiditas proditoris. Cuncta enim mala cupiditas procreauit, hac affectatus magistrum tradidit Iudas. Nã cupiditas

B huiusmodi sortita est naturam, captiuas animas retinet, & oĩbus nodis alligatas adstringit, & rerũ obliuionem imponit, & alienationẽ mentis ostendit. Et auidè Iudas captus cupiditatis insania, quanta beneficia respuit, conuersationis, mensæ, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est, frænis cupiditatis

1.Timo. 6.b impeditus. Et ideo Paulus radicem omnium malorum cupiditatem nominat. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? O uerbũ totius superbię, quod non hæsit in faucibus: tradis eum qui cuncta conseruat, qui dęmonibus imperat, cui obtemperãt maria, cui oẽs subiacent potestates? Vt igitur ultrò se traditum fuisse demonstret, audi quid fecerit eodem tempore, cũ ad inuestigandum eum uenerant cum faculis & lampadibus, ab ipso interrogantur, ut quẽ quærerent demonstraretur, & eum scire non poterant, & Iudas qui ad demonstrandum uenerat, etiam tanta flamma lucente prodendum uidere nõ

Ioan.18.a ualuit, & ideo euangelista ait: Lampades & lumẽ habuerunt, & non uidebant eum. Et Christus eis diebus singulis prædicabat, quòd eum latere non pote-

C rat proditurus, sed nec apertè eum omnibus publicabat, ne impudentiorem faceret: nec penitus silentio præteribat, ne cęlari arbitratus, audaciter ad proditionẽ properaret. Et ideo frequenti admonitione

Ioan.13.c clamat: Vnus ex uobis tradet me. Nec tamen magister piissimus publicabat, & de gehenna fuit sæpissime locutus, & de cœlorum regno tractauit assiduè, utriusq; meritum frequenter edocuit: & quod peccatoribus constitutũ est, & quod nõ peccantibus præparatum ostendit. Sed hæc omnia crudelis ille contempsit, & deus illum non traxit inuitum. Et quoniã bona atq; mala in nostra deus posuit potestate, electionis liberum donauit arbitrium. Et nos inuitos non retinet, sed uolentes amplectitur. Nam nõ spon

Liberum arbitriũ. tè bonus malitiam nõ amittit. Et ideo Iudas nimiæ cupiditatis præcipitatus ardore, cæca quadam improuisione deceptus, suam uẽdidit animam. Et suæ salutis mercator extitit, & ait: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Et ut uirtutem Christi ẽt in hac parte cognoscas, cùm ad capiendum eũ aduenissent, uocẽ eius minimè tolerare potuerunt, sed omnes territi ceciderunt. Et quoniam nihilominus in sua impudentia perdurabant, ipse se ultrò cõmi-

D sit, ipse se tradidit. Et hæc diximus, ut Christum nullus accuset, cur Iudæ cogitationem nõ mutauit aduersam: sed si quis hoc dixerit, audiet Iudas quemadmodũm corrigi potuit, sponte an inuitus: Si inuitus, nulla correctio est, nam mentis malitia necessitate non tollitur: si sponte, omnia quæ meliorare animũ poterant, audisse cognoscitur. Et si remediũ respuit, non medici uitium est, sed languẽtis. Et ut scias eius crimen esse quòd prodidit, nõ magistri, sæpius deus de proditione prædixit, & totius eum philosophiæ præcepto & sermone docuit, & rebus ostendit. Dederat ei dæmonum potestatem, gehennæ tormenta monstrauit, cœlorum regna promisit, secreta mẽtis eius & prædicebat, & non publicabat. Pedes eius cum alijs lauit, mensæ fecit participem, nihil penitus prætermisit: sed ille in malitia sponte durauit, & omnibus admonitionibus spretis, proditor malignus emersit. Et ut eum posse mutari, sed corrigi noluisse cognoscas, postquàm eum tradidit, iactauit triginta denarios, & ait: Peccaui, tradens sanguinem inno- Mat.27.b

E centis. Quid est quando ab eo mirabilia gerebãtur, & rebus ostenditur, non dixisti, peccaui, tradens sanguinem: sed, quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Et post factum scelus, post commissum delictum, post completam proditionem, post perfectum peccatum, cognouisti peccatum. Ex hac re dilectissimi fratres edocemur, quòd negligentibus & desidiosis facilè admonitio prodesse nõ poterit: studiosis autem, etiam admonitione cessante, multum commoditatis accedit. Nam & iste quãdo magister admonebat, non flectebatur: & quando nullus admonuit, excitata conscientia, scelus cognouit admissum, & proiecit triginta denarios. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eũ? Et statuerunt, inquit, ei triginta denarios. Dederũt pretium sanguinis, qui pretium non habebat. Quid accepisti Iuda? triginta denarios? Christus gratus aduenit sanguinem suum pro communi salute fusurus, & tu de sanguine crudelia pacta componis? quid enim crudelius isto cõtractus? Tunc aduenerunt discipuli, tunc hæc gerebantur, quando Iudas de traditione tractabat, proximant discipuli eius, & dicunt: Vbi uis paremus tibi Mat.26.b

F comedere Pascha? Vide discipulos, uide discipulum. Isti sunt de præparatione soliciti, ille dominici sanguinis mercator existit: illi cogitabant obsequium serui tutis, iste sceleris spõsiones exposcit. O discipuli perdita mens. Vna cum illis magistri admonitionis præcepta didicit, pariter beneficia perceperunt, simul eius miracula cognouerunt. Et iste solus crimen sua sponte concepit. Vbi uis paremus tibi manducare Pascha? Hodierna uespera tunc fuit. Et quia dominus habitaculum non habebat, ideo ad eum dicũt. Vbi uis paremus tibi comedere Pascha? Non habemus domicilium, non habemus tabernaculum præparatum, susceptaculũ non est. Audiant quibus ædificandarum domorum cura est, & ambitiosarũ porticuum cogitatur instructio, quos pretiosorum marmorũ pompa delectat, & laquearium fulgentis auri conclusio. Cognoscant Christum omnium dominum, quòd locum in quo caput reclinaret, non habuit. Et ideo eum discipuli interrogant, & dicunt: Vbi uis paremus tibi comedere Pascha? Non illud *Ibidem.* quod nostrum est, sed interim Iudæorum: & illud quidẽ discipuli præparabant. Istud autem quod nostrum ipse constituit, & non solũ cõstituit, sed & ipse

G factus est Pascha: Vbi uis paremus tibi manducare Pascha? Illud Iudaicum fuit Pascha, illud in Aegypto sumpsit exordiū. Et cur illud Christus manducauit?
Mat.3.d scilicet quia omnia quæ sunt legis adimpleuit. Nam quando baptizabatur, dicebat: Sic.n. decet nos implere oēm iustitiam. Veni, inquit, de legis maledictio
Gal.4.d ne eximere homines. Nam deus misit filiū suum natum de muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret: & ipsi legi requiem daret. Et ut nemo dicat, quòd ideo eam euacuauit, quia eam complere ut molestam & arduam non ualuit, ipse prius eam cōpleuit, & sic fecit requiescere. Ideo & Pascha fecit, ex ipsius enim præceptione causa fuit: & cuius causa lex præcepit manducari Pascha, audiamus: Iudæi circa deum bonorū sibi omnium largitorē fuerunt effrenata diffidentia contumaces, & eius beneficia obliuione præteribāt. Nam post Aegypti profectionem, uiderunt conscindi maria, & denuò cōue-
Exo.32.a nire, & alia multa mirabilia, & dicunt: Faciamus nobis deos, qui nos antecedant. Adhuc inspicis quod miraris, & oblitus es largitoris? Quia igitur insensato
H res & contumaces erant, festiuitatis celebratione beneficiorum memoriam roborauit, & ideo Pascha sacrificari præcepit, ut si te filius tuus ipsius Paschę interrogauerit rationem, respondeas, qđ aliquando in
Exo.12.d Aegypto cū mortis portitor speraretur, maiores nostri ne euersionem sustinerēt, postes huius agni sanguine linierunt: & uastator angelus aduenies, cū uideret illaturus plagā, nō audebat intrare: & illa festiuitas perpetuam beneficij memoriā tribuebat. Sed per hoc ēt aliud maius beneficium monstrabatur, quòd ille agnus futuri agni fuit typus: & ille sanguis, dominici sanguinis monstrabat aduentum: & ouis illa fuit spiritalis ouis exemplum: ille agnus umbra fuit, hic ueritas. Sed postq̄ sol iustitiæ radiauit, umbra soluitur luce. Et ideo in ipsa mensa utrunq; Pascha & typi & ueritatis celebratum est. Nam sicut pictores pingendam tabulā uestigijs quibusdā adumbrare consueuerunt, & sic colorū uarietate perficere: ita & Christus fecit in mensa: & typum Paschę descripsit, & Pascha ueritatis ostēdit. Vbi uis paremus tibi manducare Pascha? Iudaicū Pascha erat, sed um-
I bra lumini cedat: aduectata imago ueritate superetur. Hæc ad Iudæos dico, qui se Pascha celebrare arbitrantur, qui impudenti menti proponunt azyma tanq̄ qui corda non habebant circuncisa. Respondemihi Iudæe, qua fronte celebras Pascha? Templum euersum est, ara confracta, conculcata sunt sancta sanctorum, omne sublatum est sacrificium: & tu nimia temeritate committis illicita? Ingressus fuisti ali
Psa.136.a quando Babylonem, & captiuantes te dicentes: au-
Ibidem. disti, Cantate nobis canticū domini, & non obtemperabas. Hæc ostendens Dauid dicebat: Super flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus, in salicibus in medio eius, ibi suspendimus organa nostra: id est, citharam, psalterium, lyram, & cætera. His enim Iudęi utebantur, & psalmos istorum sono coniuncto cantabant. Et hæc sua in captiuitate portabant, non ad
Ibidem. usum consuetum, sed ut conuersationis patriæ monimenta retinerēt. Nam ait: Ibi interrogauerūt nos, qui captiuauerunt nos, uerba cantionum. Diximus, quemadmodum cantabimus canticum domini in terra aliena? Quid agis? Canticum domini non cantas in terra aliena, & Pascha domini celebras in terra aliena? Vidisti contumaciam, uidisti dementiam, uidisti mentis insaniam? Quando præceptis hostium K
cogebantur, nec psalmum dicere ausi sunt in terra aliena, & nūc nullo cogente, suo arbitrio propria uoluntate contra deum præparāt bellum. Vides, quòd immūda sunt eorum azyma, quòd illicita festiuitas, quòd non Pascha Iudaicum: & fuit quidem aliquando Pascha Iudaicum, sed exemptum & euacuatum est Paschæ spiritalis aduentu, quod Christus tradidit. Nam cū manducarent, inquit, & biberent, acce- Mat.26.c
pit panem, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Agnoscunt quid loquor, qui sunt diuinis consecrati mysterijs. Et iterum accepit calicē, & dixit: Hic est sanguis meus, qui pro mul Luc.22.b
tis effundetur in remissionem peccatorum. Et præsens Iudas erat ista Christo dicente, Iste est sanguis. Dic Iudas, quem triginta denarijs uendidisti, iste est sanguis de quo antè cum Pharisæis pacta fecisti? O Christi misericordia, ô Iudæ demētia. Ille eum trigin-
L ta denarijs pacisce batur, ut uenderet, & Christus ei sanguinem quem uēdidit offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tamē impius existere noluisset: nam affuit Iudas, & illius sacrificij communi- L
cationem meruit. Et pedes eius quando aliorū discipulorum lauit, ut excusationem suæ malitiæ nō haberet, sed ille detestandus suę mentis insidias cogitabat. Sed iam nos ad terribilem mensam cum debita reuerentia, cum congrua uigilantia opportunū tempus inuitat: nullus ibi Iudas reperiatur, nullus malignus accedat, nullus ueneno pungatur, nec fucata uerba lingua proferantur, nec infidiæ mente condātur, sed quod uoluntas possidet, sermo declaret. Et nunc ille præstò est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istā quoq; consecrat. Non enim homo est, qui proposita de consecratione mensæ domini corpus Christi facit, & sanguinem: sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore uerba proferuntur, & dei uirtute cōsecrantur, & gratia. Hoc est ait, corpus meum: hoc uerbo proposita consecrantur. Et sicut illa uox quæ dixit: Crescite & multiplica Gene.1.d
mini, & replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationē operante natura: ita & uox illa semel quidem dicta est, sed per oēs mēsas ecclesiæ usq; ad hodiernam diem, M
& usq; ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat, nullus fucato animo tantis audeat mysterijs proximare, ne condemnetur, & sententiam mereatur, & quod Iudas sustinuit, patiatur. Nam in illum post communicationē mensæ diabolus intrauit, non quia cōtempserat dominicum corpus, sed quia impudentia Iudæ & malignitas mentis, ut aduersarius in eo habitaret, effecit, ut discas quòd indigna, & fucata mente mysteriorū secreta celebrantibus, à diabolo præparantur insidiæ, & magis ac magis assimilantur eis, qui nō ęquo animo cōmunicare festinant: & hęc dico, nō ut uos terream, sed ut cautiores efficiam. Nemo sit Iudas in mensa, hoc sacrificium cibus spiritalis est. Nam sicut corporalis cibus cùm uentrem inuenerit aduersis humoribus occupatum, & amplius lædit, magis nocet, & nullū præstat auxilium: ita & iste spiritalis cibus, si aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed accipientis uitio. Pura igitur mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est. Sanctam animam præparemus: & hoc non multo tempore,

A sed una corrigitur die. Nam si tibi contra inimicum tuum dolor est, solue iram, inimicitias laxa, ut remedium de mensa percipias. Ad sanctum ac terribile sacrificium properas, erubesce oblationis arcana, occisus propositus Christus est: & cur occisus est uidemus: ut cœlestia pacificet, ut in terra reconciliet uniuersa, ut amicū te constituat angelorū, ut deo societ habenti omniū potestatē. Animam suam pro te dominus dedit, & tu inimicus conseruo perduras & cū hoc animo ad mensam pacis accedis. Ille ne mori quidem pro tua utilitate recusauit, & tu nec irā tuā conseruo pro tua liberatione concedis. Sed forsitan dicis, Ab inimico fraudatus sum, multis me læsit dispendiis, magnis me detrimentis onerauit. Quicquid dixeris: pecuniarū uertitur causa. Non te crucifixit, sicut Iudæi Christū, & tamē ille effusum sanguinem ad salutem eorum, qui effuderunt, larga pietate concessit. Inimicū deo est tumidum pectus, & au-
Mat.5.c di quid ait: Quando offers munus tuū super altare, & ibi memor fueris adstans in altari, quia habet frater tuus aliquid aduersum te, dimitte donum super
B altare, & uade reconciliare fratri tuo. Meritò nostræ reconciliationis causa hoc sacrificiū constitum est. Et si sacrificij præcepta contempseris, sacrificij remedium sentire non poteris. Comple illud, cuius causa sacrificiū factum est, ut sacrificio perfruaris. Ideo dei filius aduenit, ut humanam naturam dominicæ recōciliet pietati: ideo & nos cū hæc facimus, suo fa-
Matt.5.a cit uocabulo nuncupari. Beati, inquit, pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Hoc.n. facis, quod dei filius fecit, si & tibi, & tali pacis uolueris author existere: ideo te uocat filiū dei, ideo in sacrificij celebratione nihil aliud, nisi de fratris recōciliatione commonuit. Adhuc uellem dilectissimi fratres plura tractare, & extenso sermone orationis meæ uerba protrahere, sed hæc dicta sufficiunt suis cordibus uolentibus intimare. Hæc igitur mētibus inhæreant, & ī animis uestris glutinata perdurent. Sanctum osculū teneamus, quod animas sociat, reconciliat mentes, & unū corpus ostendit. Quia unū corpus omnes uidemur esse sortiti, & ideo misceamus nos in uno corpore: nō corporū commixtione, sed animarū charitate deuincti, ut sic diuinæ mēsæ posimus fructibꝰ
C sociari. Nā etsi multis bonis cōsciētiis abūdemus, reconciliatione cōtēpta, nullū possumus solatiū promereri. His igitur animaduersis cum oī simplicitate mysteria celebremus, & accedamus ad mēsam Christi, cum quo patri omnis gloria, honor uirtus, unà cum spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi de latrone, sermo.

Incerto interprete.

Lectio euangelij docet nos, quemadmodū
I multi peccata sua domino confitentes, citò possint ueniam promereri. Vnde exēplū accipiamus fratres charissimi latronis illius, qui cum domino fuerat crucifixus. Qui cū in pœnis esset pro suis facinoribus affixus: nō sui curā habebat, sed domino propria peccata pandebat: dicente scriptura,
Psal.95.b Cōfessio & pulchritudo in conspectu eius. Fœdauerant illū propria facinora: sed cōfessio ei paradisum patefecit, dicente domino: Amen dico tibi, hodie
Luc.23.f mecū eris in paradiso. Paradisum.n. fratres mei quinque uel eo amplius milia annorū fuisse præclusum, scriptura testatur. Et illa primi hominis trāsgressione procurante, exinde non proiectū, sed dimissum scriptura testatur: & immortalitate carens factus est D
mortalis, morti subiectus: nūc autem dominus noster, qui propria morte mortem occidit: latroni paradisum patefecit. Vno.n. tempore duo beneficia uidemus esse concessa. Vnū in quo paradisum patefecit: alterū, quo latronē in eū introduxit. Hodierna nanque die, antiquā nobis patriam reddidit: paternam ciuitatē ostendit: domum pristinam redonauit. Hodie nanq; ait, mecū eris in paradiso. Quid ais ô Christe? Crucifixus es, clauis retineris, & paradisum tàm facilè polliceris? Volo, inquit, ut in cruce Luc.23.f
posint meā omnes inuenire uirtutem: ut in ligno mea largitas demonstretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signum, & apud omnes ignominia putabatur: crucis infamiā mirandis beneficiis decorauit, & ex hoc magis magisq; uirtutes eius ostenduntur. Nō.n. illo in tēpore mortuum aliquē reddidit luci, nec mare a suo tumore cōpescuit, nec expulit dæmones: sed cruci suspensus, clauis affixus, omnibus subiugatus dedecoris succumbens infamiæ, insultātium derisione delusus: latronis auersam mentē uaE
luit commutare, ut ex omni parte eius diuinitas sentiretur. Etenim uniuersam terruit creaturam, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit. Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Sed framea totius ignis ardore succēsa uersatur: sed ipse qui & ignis & ipsius gehennæ, & uitæ, mortisq; imperium tenet: ingrediendi concesit potestatem. Si enim homines quibus corporibus medendi cura est, amplius admiramur: cùm ægrotos omni spe destitutos, arte propria curauerint, & summæ reddiderunt sanitati: quantò iustius est Christum nostrum admirari, donantem uulneribus sanitatem publicano & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, dignos eos cœlorū amœnitate donare? Sed dicit aliquis, Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, ut post crucem paradisum mereretur? Vis eius citius audire uirtutem? Quando eum Petrus negabat in terra, latro confitebatur in cruce: primus discipulus puellæ uilissimæ minas tolerare non potuit: & latro suspensus, undique populum circunstantem despiciens, oculis fidei cœlorū
F dominum pura mente cognouit, dicens: Memento mei domine, cū ueneris in regnum tuum. Nec transitorię istum prætereamus latronem, neque erubescamus talem accipere magistrum: quem non erubuit dominus noster primum introducere in paradisum. Nec pudeat nos eius magisterium: qui cœlestem conuersationē ante omnes meruit primus. Nō Matt.4.c
dixit ad eū, sicut dixit ad Petrū, Veni, sequere me, & faciam te piscatorem hominū: nec dixit ad eum, sicut ad duodecim discipulos: Sedebitis super duode- Ibi.19.d
cim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nihil admirationis ostēdit, non mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, non martyres prouocauit, nec ullū ei fecit dominus de cœlorū regno sermonem, nihil de gehenna locutus est: & ante omnes eius imperium confitetur. Nam Iudæi famam gloriamq; eius infamare cupiētes, & ex oī parte tentantes uniuersa peruertebant, sed undiq; ueritas pręfulgebat, & illis insultātitibus insultabat & latro. Vidisti latronem & latronem, uterque pendet in cruce, utrique facti similes. Vna in eis conuersatio, sed non una mentis confessio. Nec eodem utriq; sensu perdurāti nec eis similis donatur euētus. Sed bonꝰ cœli beati-

Gtudinem iure hæreditario promeruit: alter inhæsit gehennæ tartaris deputatus. Duo etenim latrones cũ domino erant crucifixi: ut impleretur scriptura:
Esa.53.d Et cũ iniquis deputatus est. Vnde unus insultat, alter adorat. Vnus blasphemat: alter benedicit, & blasphemantẽ prohibet dicens: Nec deũ tu times? Vidisti credulitatẽ in cruce, uidisti perseuerãtiã in tormẽtis, & in pœnis pendẽtem uidisti magistrũ. De cruce subitò euolauit ad cœlũ, & i pœna positus cœlestis
Luc.23.f iudicis secreta narrabat. Quòd.n. sui memor fuit, quòd sana mente uigilauit, quòd clauorũ confixio
Ibidem. ne constrictus alium increpabat dicens: Nos quidẽ iustè, nam digna factis recipimus: hic autẽ nihil mali fecit: nobis fidei magisterium demõstrauit. Ait ergo: Domine memento mei, cùm ueneris in regnum tuum. Nisi confessione peccati sarcinam dimisisset, indulgẽtiã non meruisset. Denicq; audire meruit, Hodie mecum eris in paradiso. Ecce quantum prẽstitit confessio, ut fine dilatione introduci latro mereretur in paradisum.

Diui Ioannis Chrysostomi de cruce & latrone, homilia.
Incerto interprete.

H Odierna die noster dominus pependit in
h cruce, & nos festiuitatẽ eius nimia lętitia celebremus, ut discamus crucẽ totius spiritalis gratulationis esse substantiã. Etenim ante ipsum uocabulũ crucis pœna fuit, sed nunc ad gloriã nuncupatur. Anteà condemnationis ferebat horrorem, nunc salutis indiciũ est. Crux enim nobis totius beatitudinis causa est. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris, hæc è tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti sociauit, hęc alienatos deo cõiunxit, hęc lõgè constitutos deo proximos præsentauit, hęc peregrinantes ciues ostendit, hęc discordiæ amputatio est, hæc pacis firmamentũ, hæc bonorũ omnium abũda largitio. Istius causa nullis angustijs deserti erramus, quia iam nobis cãpi monstrati sunt ueritatis. Nec aulis regalibus habitare prohibemur, quia aditus iam uidetur inuẽtus: nec ardẽtes sagittas diaboli formidamus, quia fontes inuenimus, quibus earũ flamma facilè possit extingui: ideo uiduitate caruimus, quia sponsus expectatus aduenit. Lupũ nõ pos
I sumus formidare, bono & diligenti muniti pastore.
Ioã.10.c Ego, inqt, sum pastor bonus. Tyranni impij crudelitate nõ terremur, mansueti regis uestigiis inhærentes. Hac de causa hodie gratulamur, quia crucis beneficia memoramur. Sic & Paulus prẽcepit pp crucẽ festiuitatem celebrari: Pascha nostrũ immolatus
1.Cor.5.c est Christus: diẽ itaq; festũ celebremus, nõ in fermẽto ueteri, neque in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Et sic adiũxit causam, quia Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Vides crucis intuitu perceptã lætitiam? In cruce enim immolatus est Christus: & ubi immolatio, amputatio peccatorũ: ubi amputatio peccatorũ reconciliatio domini: ubi reconciliatio domini, ibi festiuitas, & omnis gratulatio. Pascha nostrũ pro nobis immolatus est Christus, & immolatus in excelsa cruce. Nouum altare constitutũ est, & quia sacrificium nouũ, atq; omnibus inopinatũ: nam ipse & sacrificiũ fuerat, & sacerdos. Sacrificiũ secundum carnem, sacerdos secundũ spiritũ sanctitatis. Idem ipse & offerebat, & offerebatur. Offerebat secundũ spiritũ, offerebatur secundũ carnẽ, & audi quemad
Hebr.5.a modũ Paulus utrunque monstrauit: Omnis, inqt, pontifex, qui de hominibus accipitur, pro hominibus statuitur, Vnde necessarium est & istum habere aliquid, quod offerat. Vide sacramentum, Ecce ip
K se se offert. Et alibi ait: Quia Christus semel oblatus *Hebr.9.g*
multorũ abstulit peccata. Ecce hic oblatus est, ibi se obtulit. Vides quẽadmodũ fuit, & sacrificiũ, & sacerdos, & altare crux fuit? Et quare, inquies, nõ in tẽplo sacrificium illud proferebatur, sed foras ciuitatẽ? Vt illud impleretur: Quia inter iniquos deputa- *Esa.53.d*
tus est. Et ob quã causam in excelso ligno, & nõ sub tecto immolatur? Vt etiã ipsius aëris natura munde tur. Hac de causa in excelso & nõ sub tecto, sed sub cœlo, ut uniuersus aër in excelso immolatæ ouis à tetro odore mũdetur. Sed & terra simile beneficiũ sentiebat decursi de latere sanguinis stillatione mũdata: ideo nõ sub tecto, nõ in tẽplo Iudaico, ne Iudęi subtraherẽt sacrificiũ, & sibimet uẽdicarent. Ne putares pro illa tantũ plebe oblatũ, ideo foras ciuitatẽ, ideo foras muros, ut scias sacrificium esse cõe, qd totius terræ oblatio, quod cõmunis deploratio, nõ partis, sicut Iudæis cõsuetudinis fuit. Iudæis etenim ideo iussit oẽm terrã deus dimittere, & uno in loco L
sacrificium, atq; oblationẽ celebrare: quia tunc omnis terra immunda fuit fumo, & odore, & alia contaminatione polluta, quæ ex sacrificiis gentium sũper ipsam celebrabãtur. Nobis autem quoniã Christus aduenies omnem terrã emundauit, omnis locus orationi uacat: ideo Paulus cũ omni confiden- *1.Tim.2.*
tia exhortatur, dicens: Volo ergo orare uiros in om *b*
ni loco, leuantes manus sanctas. Ecce totus mũdus emundatus est, elementa purgata sunt, ut ubiq; nobis deũ liceat prædicare, & omnis terra sanctior illo loco est, qui illo in tẽpore prædicabatur sancta sanctorũ. Nã ibi pecus irrationale oblatũ, hìc spiritale immolatũ est: & tantò maius est sacrificiũ, quãtò & sanctitas de sacramento præfertur, hac de causa lætitia nostra crux est. Vis quantũ nobis præstiterit & aliunde condiscere? Paradisum quinq; & eo amplius annorũ millibus præclusum hodie nobis patefecit: hac enim die, ac hora latronem Christus in paradisum introduxit, & eius amœnitates ostẽdit. Et uno tempore duo beneficia uidimus esse concessa. Vnũ quod paradisus patefacta est: aliud, quod latro ĩ eã M
meruit introduci. Hodierna dies antiquã nobis patriã reddidit, paternã ciuitatem ostendit, domũ pristinam redonauit. Hodie, nanque ait, mecũ eris in paradiso, Quid ais? Crucifixus es, clauis retineris, & *Luc.23.f*
paradisum tam facilè polliceris? Volo, iquit, ut ĩ cruce possint oẽs meã inuenire uirtutẽ, ut in ligno mea largitas demõstretur. Et quoniã crux dedecoris fuerat signũ, & apud omnes ignominia putabatur, crucis infamiã mirandis beneficijs decorauit, & ex hoc magis, magisq; uirtus ostẽditur. Non.n. illo tẽpore mortuos reddidit luci, nec mare, fluctũsue compescuit, nec minauit expulitue dæmonia: sed cruce sũspensus, clauis affixus, oĩbus subiugatus iniuriis, totus dedecori succũbẽs infamiæ, insultãtiũ derisione delusus, latronis aduersam mentẽ ualuit cõmutare, ut ex oĩ parte eius diuinitas sentiatur. Etenim uniuersam terruit creaturã, & petras saxaq; disrupit, & omnium lapidum insensibilitate, animã duriorem ad se traxit, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit. Hodie nq; ãmecũ eris, ait, in paradiso. Et Cherubim, custodientibus paradisum, latro ad paradisum inducitur. Sed nõ miteris, à domino

A inuitatur. Sed dicis: Sed ibi framea totius ignis ardo
Gene.3.b re succensa uersatur. Sed ipse qui & ignis, & ipsius gehennæ, & uitæ, mortisq; imperium tenet: ingredienti potestatẽ concessit. Et imperatori quidem uel cuilibet habenti potestatem iniuriosum putatur, si personam uilissimã participem sui actus accipiat: Christo autem nostro, non iniurię fuit sacram ingredienti patriam, facere ingressus sui latronem participem. Nam secũ eum perduxit, non confundens calcantibus latronis pedibus paradisum, sed honorem pręstans paradiso. Honor etenim loci est talem dominum promereri, qui & latronem dignum reddiderit paradiso. Nam & cũ publicanos & fornicarios ad cœlorum regnum introduxit: non cœlorum regnum infamauit, sed etiam magis honoribus ampliauit, ostendens talem dominum regni esse cœlorum, qui & indignas intantum fecit meliorari personas, ut etiam illius dignitatis gloriam mererentur. Nã sicut homines, quibus corpora medẽdi cura est, amplius admiramur, cũ ægrotos omni spe desolatos arte propria curauerint, & summæ reddiderint sanati: sic & Christũ nostrum iustum est admirari donantem uulneribus sa
B nitatem, publicano & meretrici remedium pollicẽtem, & eis salutem perpetuam largientẽ, ut & dignos eos cœlorum amœnitate donaret. Sed dicis: Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, ut post crucẽ paradisum mereatur? Vis eius citius audire uirtutem? Quando Petrus eum negauit in terra, latro eũ confitebatur in cruce. Et hæc non me ad accusationẽ beati Petri aliquis dixisse suspicetur, quod longè à mea conscientia sit, sed latronis admirandã uolo animã declarare. Primus discipulus puellæ uilissimæ minas tolerare non ualuit, & latro suspensus tormenta spernens, undiq; populũ inspiciens circunstantẽ, clamantem, ingenti ardentẽ rabie omnium iniquitatũ, furentem, blasphemiis inflammantem non timuit, nec crucifixi uilitatem quæ uidebatur inspexit, sed ipsius fidei oculis hæc cuncta transiuit: & humilibus spretis cogitationibus cœlorum dominum exaltatũ pura mente cognouit, & ipsius misericordiam in cru
Luc.23.e. ce flagitauit, dicens: Memor esto mei domine in regno tuo. Nec transitoriè istum prætereamus latronem, neq; erubescamus accipere magistrum, quem non erubuit noster dominus primũ introducere in
C paradisum: nec pudeat eius sequi magisteriũ, qui cœlestem conuersationẽ meruit ante omnes, sed diligẽter singula requiramus, ut crucis inueniamus uirtu-
Matt.4.c tem. Non dixit ad eum, sicut ad Petrum: Veni, seque re me, & faciam te piscatorem hominum: non dixit
Ibid.19.d ad eũ: sicut ad duodecim: Quia sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel: ĩmò nec uerbo eum dignũ æstimauit, nihil admirationis ostendit. Non mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, nõ mare prostrauit, nullũ ei fecit de cœlorũ regno sermonẽ, nihil de gehenna locutus est, & ante omnes eius imperiũ confitetur. Et hæc dicebat alio latroni aduersus eũ plura dicentem, & sæpius insul-
Esa.53.d. tantem. Nam & altera ex parte latro cum eo fuerat crucifixus, ut illud impleatur: Et cum iniquis reputatus est. Nam Iudæi eius famam, gloriamq; infamare cupiebant, & ex omni parte captabant, & tentabant uniuersa peruertere: sed undiq; ueritas præfulgebat, & his aduersantibus augebatur. Insultabat ei igitur ter latro. Vidisti latronem & latronem? uterque pendet in cruce, uterque furacis uitæ, simulis utriusque conuersatio, sed non in utroq; mens una, nec in eo D
sensu mens una perdurat, nec in eis simulis dominatur euentus: sed unus beatitudinẽ cœli hæreditario iure promeruit, alter ad gehennã mittebatur & pœnam. Sicut hesterno die discipuli, & discipulus Iudas
& undecim. Sed illi quidem dicebant: Vbi uis pare- *Mat.26.b*
mus tibi manducare Pascha Iste autem proditionis stimulatur ardore, & dicebat: Quid uultis mihi dare, *Mat.26.b*
& ego uobis tradam eum? Illi ad diuinorũ mysterio rum sese officia præparabant, iste traditionis medita batur officiũ. Sic & hic latro unus insultat, alter adorat, atq; ueneratur: unus blasphemat, alter benedicit, & blasphemantem prohibet, dicens: Nec deum tu ti *Luc.23.f.*
mes? Vidisti libertatem in cruce, uidisti philosophiã in tormentis, in pœna prudentiam? Quòd enim sui memor fuit, quòd mente sana uigilabat, clauorũ cõfixione constrictus, quis est qui poterit non mirari? Sed iste non solũ intra se fuit, sed & suas necessitates prætermittens, aliorum utilitatem cogitabat, & magister pendebat in cruce, & sanis persuasionibus alitũ inuitabat ad uitam, dicens: Nec tu times deum? Nõ igitur quòd deorsum est adiudicatus inspicias, sed E
sursum alia sunt iudicia constituta. In terreno nanq; iudicio & iusti nõnunquam condemnantur illicitè, & iniusti declinãt pœnas, & rei liberantur, & innoxij prægrauantur. Aut enim sponte, aut inuiti iudices errare consueuerunt, aut ignoratione iustitiæ, aut pecuniæ corruptione, aut iniqua gratia sententiam protulerunt. In cœlesti autem iudicio nihil tale esse consueuit. Nam deus iudex iustus, & iudiciũ eius ut lux procedit, non habens tenebras, nec ignorantiam. Et ne dicat, quia iudicatus deorsum est & condẽnatus, cœleste ei iudicium memorat, tribunali istud terribile nominat, & incorruptum, tanquã dicens: Illuc oculos tende, & condemnationis sententiã minimè sustinebis, nec stabis deorsum cũ corruptis iudicibus, excipies sursum uerum iudicium. Vidisti philosophiã latronis, uidisti prudentiam, uidisti magistrum? de cruce subitò euolauit ad cœlum, & in pœna positus cœlestis iudicis secreta narrabat, & abundanti eum persuasione compescens: Non times, inquit, quia in eodẽ iudicio sumus, ĩ eadẽ pœna, in pari discrimine? F
Nũ quid & tu in cruce non es? & cũ illũ lacessas iniuriis, tibi supplicium præparas. Et sicut is qui peccato carnis prægrauatur, si alios peccati accusauerit, semetipsum prius accusat: sic & qui in calamitate est, si aliis calamitates irriserit, sibi prius insultat: quoniã in eodẽ iudicio sumus: apostolica illi uerba monstra- *Mat.7.a.*
bat, euangelicos sermones enarrans, qui dicunt: Nolite iudicare, & non iudicabimini: quia in eodẽ iudicio sumus. Quid facis latro, defendere eum uolens participem fecisti latroni? Nõ, inquit, excusor hac suspicione sequenti sermone: & ne communione participem eum etiam peccati fecisse arbitreris, sequentibus declarauit, dicens: Et nos quidẽ iustè, digna .n. *Luc.23.e.*
his quæ fecimus, passi sumus. Vidisti plenam confessionem, uidisti latronẽ in cruce suis renunciasse peccatis? Dic nanque, ait, tu iniquitates tuas prior, ut iu- *Esa.43.d*
stificeris. Nullus impulit, nullus necessitate constrinxit, sed ipse spõte sua peccata publicabat, dicẽs: Nos quidem iustè, digna enim his quæ fecimus passi sumus, iste autẽ nihil tale fecit. & postea ait: Memento mei *Luc.23.e.*
in regno tuo. Nõ est ausus dicere, memento mei, nisi confessione peccati sarcinam remisisset. Inspice quãtùm præstat cõfessio. Cõfessus est, & paradisum pa-

G tefecit, & totam confessus fiduciã meruit, ut regnũ
post latrocinium postularet. Vides quantorũ bono-
rum nobis materia crux est? Dic mihi, regnum com-
memoras, quid.n. regni uides? claui, & crux est quod
inspicis. Sed ipsa crux, inquit, regnum est, & ideo eũ
regem nomino, quia crucifixum inspicio. Imperato-
rum est pro omnibus mori, & regis optimi pro com
Ioa.10.b. muni utilitate nunquam recusare supplicium. Ipse di
xit, quia pastor bonus animam suam ponit pro oui
bus suis. Et ideo imperator bonus animam suã pro
his quos regit, offerre festinat. Quoniã igitur animã
suam pro nobis posuit, ideo eum imperatorẽ uoco.
Memẽto mei in regno tuo. Vidisti quòd crux regnũ
est: uolo & alia ratione cognoscas. Crucẽ solam non
reliquit in terra, sed secum eam leuauit ad cœlũ. Sed
ais, hoc unde demonstratur? Et ideo audi, quòd cũ
ipsa ueniet, cum ipsa secundam gloriosam suam præ
sentiam faciet, ideo gloriosam crucẽ nuncupaui. Sed
uideamus si cum cruce ueniet, & hoc firma proba-
tione monstrandũ est. Si dixerint, ecce in promptu
Marc.13.e est Christus, ecce in deserto est, nolite ire: de secũdo
eius glorioso dicẽs aduentu, propter pseudoprophe
H tas, propter Antichristũ, ut nullus errore confusus,
eum Christũ esse arbitretur, quia Christũ ille præue-
niet: & ne pastorẽ quærens, lupum incurras, ideo pa
storis aduentus signa prædico, ut quia prior eius ad
uentus clàm, & latenter ostensus.est: ne & futurũ ta-
lem arbitreris, signum tibi futurũ monstrauit: & ille
ideo fuit latenter aduẽtus, quia uenit quod perierat
quæsiturus. Secundus autem non ita est. Nam quẽ-
Mat.24.c admodũ exit coruscatio ab Oriente, & uidetur usq;
ad Occidentem: sic erit aduentus filij hominis, & su-
bitò ab oibus uidebitur, ut nullus interroget, utrum
hic, aut illic Christus est. Et sicut coruscatione flam-
mante superfluum est de coruscatione requirere: sic
post præsentiam requirere non necessarium est, si ue
nit Christus, sed utrum cũ cruce ueniet, requiramus.
Non enim hanc quęstionẽ aliquando obliuione prę
Ibidem. tereo. Et audi: Tunc, inquit, tunc quando ueniet, sol
obscurabitur, & luna non dabit lumẽ suum. Tanta
Ibidem. enim lux ipsius luminis præclarescet, ut eius radiis lu
mina clara uincantur. Tunc & stellæ cadent, & tunc
I signũ uidebitur filij hominis in cœlo. Vidisti gloriã
signi, id est crucis, Solis lumen reddetur obscurũ, lu-
nę non dabitur gratia, sed illud lumen radiabit, & lu
cebit. Et sicut imperatorem regalis pompa prędedit,
& militaris ordo, præeundo uexilla humeris portare
consueuerunt, & his eius declarabitur aduentus: sic
domino de cœlo ueniente angelorũ cœtus, & archã
gelorum multitudo illud signũ portant humeris ex-
celsis, & regalem nobis aduentũ nunciant: tunc mo
uebuntur uirtutes cœlestes, & angelos tremor appre
hender, & ubique multa formidò. Et cur angeli tre-
ment? Nunqd & illi iudicio tenebuntur? Non, inquã,
sed sicut uehementem iudicem cognoscent: non tan
tùm rei, nec solùm consci, sed & circunstantes inno
xij, terrentur constantia iudicantis: sic & tunc natura
nostra excipiente sententiam cœlestis examinis, etiã
hi qui nulla mala conscientia præparantur, nimia ter
rebuntur formidine. Sed cur cum cruce ueniat uidea
mus, scilicet ut hi qui eum crucifixerunt, suę sentiant
dementiæ cæcitatem: & ideo impudentiæ eorum si-
Ma.24.e gnum portatur. Ideo propheta ait: Tunc lamẽtabũ-
tur tribus terrę, uidentes accusatorẽ, & agnoscentes
peccatum. Et quid mirum est, si crucẽ portans adue
niet, quando & uulnera corporis ipsa demonstrat? K
Tunc enim, inquit, uidebunt quẽ compũxerunt. Et Zac.12.c
sicut post resurrectionẽ, Thomæ uoluit diffidentiã
commutare & illi clauorum loca monstrauit, & late
rum uulnera declarauit, & dixit: Mitte manum tuã, Luc.24.f
& uide quoniam spiritus carnem & ossa non habet.
Sic & tunc ostendet uulnera, crucemq; demonstra-
bit, ut istum ostendat illũ esse qui fuerat crucifixus.
Nec tantũ de cruce, sed & de uerbis ipsis eius posi-
mus agnoscere pietatem. Nam crucifixus cùm ei in-
sultaretur, cùm irrideretur, cũ inculcaretur, dicebat:
Pater, dimitte eis peccatum, non enim sciunt quid fa
ciunt. Et crucifixus pro eis qui crucifixerunt orabat, Luc.23.c
& illi quidẽ dicebant: Si filius dei es, descende de cru- Mat.27.d
ce. Sed ideo de cruce nõ descendit, quia filius dei est.
Nam ideo uenit, ut pro nobis crucifigeretur. Descen
de de cruce, & credimus inquiunt. Verba sunt ista cõ
posita excusationis ac diffidentiæ. Nã maiora eis mi
rabilia demonstrauit, quãdo sepultus impositò lapi-
de surrexit, quando mortuum cunabulis alligatum
Lazarũ post quatriduũ resuscitauit. Et illi quidem di Ioan.11.f
cebant: Si filius dei es, libera te: iste autẽ omnia susti-
nebat, ut illos liberaret qui crucifixerunt dimitte eis L
peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo di-
misit illis? Peccatum dimiserat, si illos pœnituisset. Nã
si illis non cõcederet peccatũ, nec Paulus post eccle-
siæ persecutionẽ apostolus extitisset, nec tanta mul-
titudo Iudæorum credidisset, Et quia ingens nume-
rus Iudæorũ credidit, audi quid dicunt Paulo apo-
stolo: Vides frater quot millia Iudęorũ sunt, qui cre
diderũt? Imitemur igitur dominũ, & pro inimicis no Act.21.d
stris oremus. Et iterũ de hac admonitione tractabo.
Nam & quinque diebus de hac causa, mans ad uos
sermo prolatus est: non quia respuistis quæ dicũtur,
sed qa spero uos assidua cõmonitiõe meliores effice
re. Et si quis tumidi pectoris inuenitur, si quis ad sedã
das inimicitias durus est, dierũ saltem sanctitate mo
ueatur. Verecundia temporis erubescat, & iram suã
inimico concedat, imitare dominum deum tuum.
Clauis fixus in cruce pẽdebat, & pro inimicis qui eũ
crucifixerunt, habuit cum patre sermonẽ. Sed dicis:
Quemadmodum potero imitari? Mihi crede, hoc
imples facilẽ. Nã si non poteras, non diceret: Discite Matt.11.
à me, quia mitis sum, & humilis corde. Si erat imitari M
impossibile, nec Paulus diceret: imitatores mei esto-
te, sicut & ego Christi. Si non uis dominũ imitari, sal 1.Co.11.a
tem Stephanum apostolũ imitare, qui dominũ imi-
tatus est. Nam sicut Christus dissimulata cruce, con
temptis clauis, fusisq; despectis iniuriis, patrem pro Iu
dæis exorabat: Sic & seruus Stephanus lapidum ia-
ctationibus occupatus, iniquorũ circundatus insi-
diis, confractis omnibus membris sauciatus, corpo-
ris dolore contempto pro lapidantibus deprecaba-
tur, & pro inimicis orabat, dicẽs: Domine, ne statuas
eis hoc peccatũ. Audisti uerba domini, audisti uerba Act.7.g
serui, audisti uerba filij, audisti uerba apostoli. Ille
ait: Pater, dimitte eis hoc peccatũ, non.n. sciunt qd fa
ciunt. Iste ait: Domine, ne statuas eis hoc peccatũ. Et Luc.23.c
nõ uerbis tantũ, sed nimia cũ affectione deprecaba-
tur. Et ideo efflexis genibus eius cũ lapidabatur, ora
bat. Vis & alterum seruum, qui maiora sustinuit, de-
mõstremus? A Iudæis, Paulus inquit, ter uirgis cæsus
sum, semel lapidatus sum, nocte & die in profundo
maris fui. Et post hæc orabat pro fratribus suis, pro 2.Co.11.f
cognatis secundum carnem. Vis & alterum non de-

A nouo, sed de ueteri testamento cognoscere? Nam
Ex. 21.c. hoc plus admirationis affert, quod ubi inimicus
amare non iubebatur, sed oculum pro oculo, den-
tem pro dente, & ubique tali onere, pro uindicta,
apostolica philosophia gerebatur, & audi: Moses dila
pidatus à Iudæis, sæpiúsque contemptus, quid ait?
Exo.32.g Si dimittis eis peccatum, dimitte: sin autem, & me
dele de libro quem scripsisti. Vides singulos alienam
incommoditatẽ suæ saluti pręponere? Nihil peccasti,
& cur particeps desideras esse supplicij? Cur pœnæ
coniunctus? Cur tribulationi socius? cur effectus de-
trimenti consortium? Quam iucunditatem, quid be
neficij, cùm alij puniuntur, sentire possum? nec fru-
ctum meæ commoditatis agnosco, cùm tenentur
alij laceratione supplicij. Suffecerant quidem ad
emendationem nostræ mentis exempla prolata: sed
ut firmius corrigamus, alium quoque huius philoso
phiæ præcepta seruasse monstrabo. Beatus ille &
mansuetus Dauid, cùm exercitus suus immanitate
quadam fuisset ereptus, & filius eius Absalon cõtra
patrem tyrannidem exercere uoluisset, cùm posteà
B deus contra eos fuisset iratus, & Dauid uidisset ange
2.Ro.12.d lum frameam inferentem, & plaga uniuersos deperi-
&. 24.c re, ait: Ego pastor peccaui, & ego pastor malũ feci:
fiat super me manus tua, & super domũ patris mei.
Vidisti ubique omnium communẽ philosophiam?
Et alter quid gesserit percipe, ut abundãti corrigaris
exemplo. Samuel propheta sustinuit iniuriã Iudæo-
rum, remotus ab aliis est, & dum deus illi solatiũ uo
1.Re.8.b luisset afferre, ait: Non te exprobrauerunt, sed me. Et
ille qui exordinatus fuerat, qui cõtemptus, ait: Mihi
absit peccare, intermittẽdi orare pro uobis dominũ.
Peccatũ arbitratur minus pro inimicis orare. Chri-
stus dicit: Pater, dimitte illis peccatum, non.n. sciunt
quid faciunt. Stephanus dicit: Domine, ne statuas il-
lis hoc peccatũ. Paulus ait: Optabam anathema esse
Rom.9.a ego ipse à Christo pro fratribus meis, q sunt cogna-
ti mei secundum carnem. Moses dicit: Si dimittis illis
peccatum dimitte: sin autẽ, & me dele de libro quẽ
1.Re.12.d scripsisti. Dauid ait: Fiat manus tua super me: & super
domũ patris mei. Samuel ait: Mihi absit peccare, in-
termittendi orare pro uobis dominum. Quã igitur
C ueniam mereri poterimus demũ, si tantorum seruo
rum de ueteri, atque nouo testamento nõ imitamur
exempla, ut pro nostris inimicis oremus? Si forsitan
aliud facientes, contra inimicos oramus. Nolite fra-
tres, nolite deprecor. Nam quantò plura sunt exẽpla
quæ diximus, tantò imitationis merces augetur. Me-
lius est pro inimicis, quàm pro amicis orare. Nec.n.
Lucæ.6.e tantùm nobis præstat pro amicis oratio, quantum
pro inimicis deprecatio. Si diligitis, inquit, eos qui
uos diligunt, nihil magnum facitis: etenim publicani
hoc faciunt. Vt sciatis quia si pro amicis oramus, nõ
dum publicanos uicimus. Sed quando diligimus ini
Mat.5.g. micos, deo inquãtũ possumus similes sumus, qui So
lem suũ oriri facit super bonos & malos. Igitur do-
Ibidem. mini imitatores simus. Estote nanq; ait, Similes pa-
tri uestro, qui in cœlis est, ut & cœlorũ regna merea
mur, per Christum dominum nostrũ, cui est gloria
in secula seculorum, Amen.

De cruce & latrone, homilia
Incerto interprete.

h Odie incipiamus charissimi de crucis tro-
phæo prædicare, & honoremus hanc diem,
magis autem coronemur, celebrãtes hunc
diẽ. Nec enim ex uerbis nostris honorificatur crux, D
sed ex fideli nostra confessione coronas merebimur
crucis. Hodie crux fixa est, & seculum sanctificatum
est. Hodie crux fixa est, & dæmones dispersi sunt. Ho
die fratres crux fixa est, & mors subuersa est. Hodie
crux uicit, & mors uicta est, Hodie diabolus uinctus
est, & homo solutus est, & deus glorificatus est. Ho-
die apud Iudæos terra cõtremuit, & apud nos orbis
terrę firmatus est. Hodie apud Iudęos, qa mẽte auda
ci contra deũ uadunt, petræ scissæ sunt. Hodie ama-
bilis deo pietas uniuersum consuit orbem. Decebat Psa.34.d
enim quæ pietatis erant coniungi, ea autem quæ insi
delitatis disiũgi, sicut & Dauid dicebat: Disrupti sunt
& non sunt cõpuncti. Hodie apud Iudæos ab hora
sexta, usq; ad horam nouam sol obscuratus est. Nõ
enim ferre poterat æther iniuriam creatoris. Retraxit
radios suos, ne uideret impiorum facinora: nõ quòd
deitatem iniuria tangeret, sed quia quæ audaci super
bia fiebant, in contumeliam eius reputabantur. Ho-
die apud Iudæos tenebrę sunt, apud nos autem nox
in diem cõuersa est. Etenim pietati hoc propriũ est,
ut in tenebris fulgeat: impietas autem etsi in lumine E
fuerit, tenebrescit. Fidelibus nox in diẽ mutatur, in-
fidelibus autem etiam ipsa lux tenebrescit. Et de fide Ps.138.b.
libus quidem scriptura dicit: Quia tenebrę nõ obscu
rabũtur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Infideli
autem & dies in noctem mutatur, dicẽte scriptura: Iob.5.c.
Palpabunt sicut cæci parietem, & ambulabũt in me
ridie, sicut in medio noctis. Hodie Adam eiectus est
de paradiso, & hodie latro in paradisum ingreditur.
Exiit fur, & introiit fur: exijt puaricator, & ingressus
est latro: exijt contemptor uerbi, & introiit confitẽs
uerbum: exijt contemnens salutem, & introiit de cru
ce mercans salutem. Scio & antè me dixisse de latro-
ne, sed habet diuersas intelligentias dei sermo. Iste
latro de ligno mercatur salutem, hic latro furatur cœ
leste imperium. Vim facit maiestati, non uirtute pro Mat.11.b
pria, sed fide uincens. Ipsius domini uox est: Regnũ
cœlorum uim patitur, & uiolenti diripiũt illud. In
cruce duo latrones, imago Iudæorũ, & gentilium.
Latro qui pœnitet, imagĩ obtinet populi ex gen-
tibus cõgregati, qui prius in errore ambulauerat, &
post hoc ueritatẽ agnouit: imaginem uerò latro ille
obtinet Iudæorum, qui usq; in in finem perseuerat la F
tro, & usq; ad tempus quidem crucis uiam maligni-
tatis ierunt: crux autem diuisit utrunq;. Viam nan-
que cæcitatis, & perditionis, qui non credidit ingres-
sus est: uiam autem salutis, qui credidit, ingressus est:
uiã salutis, qui credidit, adeptus est. In crucẽ didicit Psal.1.b.
latro differentiam uiarum: Quoniã nouit dominus
uiam iustorum, uia autẽ impiorum peribit. Et uide Psa.118.a
dei iustum iudiciũ, ut dicas & tu cum propheta: Iu-
stus es domine, & rectum iudiciũ tuũ. Propter unũ
peccatũ damnatur Adam, & propter unam fidei uo
cem latro saluatur. Vnum peccatum eiecit illum, &
una iustitia introduxit istũ: & latro habitator factus
est paradisi. O admirãda rerum materies. Nec Abra
hæ data est per uocem repromissio paradisi. Hęredi
tauit quidem per fidem, repromissionẽ autem para
disi nemo ante latronẽ accepit. Hic autem perscru-
tans diligentius uetus testamentũ, & nouum, nullũ
ante latronẽ inuenies repromissionem paradisi me-
ruisse, non Abraham, non Isaac, non Iacob, nec Mo-
sen, nec prophetas, nec apostolos, sed ante omnes re
peries latronẽ. Audi igitur dominicam uocẽ: Amen Luc. 23.f

Gamen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Voca
Gen.12.a uit quippe deus Abraham, dicēs: Exi de terra tua, &
de cognatione tua. Et non dixit illi: Hęreditatem ca
pies paradiſi: ſed, ueni in terram quam monſtrauero
Ibid.22.a tibi. Et Iſaac quidē typum Chriſti portauit, & Iacob
colluctatus in figura cū deo eſt. Et Moſes legem ac-
Ex.20.a cepit, & per repromiſsionem audiuit bona terrę mā
ducaturum ſe eſſe, ſi legē domini dei ſui cuſtodiſſet:
& nuſquam repromiſsio paradiſi ante latronem. Ne
ceſſarium eſt ergo quærere, cur huic ante alios, & an
te tales uiros fide digniſsimos potiſsimū repromi-
ſit. Credidit Abraham deo, ſed credidit illi de cœlis
loquenti, & per ſanctos angelos ſermonē proferen-
Eſa. 6.c. ti, & de propria authoritate legē danti. Credidit &
Eſaias, ſed in gloria conſiſtenti: Vidi enim, inquit, do
minum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleua
tum. Credidit & Ezechiel, ſed & ipſe dominū ſuper
Cherubin contemplatus eſt. Crediderūt reliqui pro
phetæ, ſed diuerſo modo dominū gloriæ intuētes,
ſicut uidere poſsibile humanę erat naturę. Credidit,
Ex.19.c. ſicut dixi, & Moſes, ſed de medio ignis loquēti, & in
tubę clangore, & in tonitru q̄ & infidelem poterant
prouocare. Hæc autem dico, nō ut ſanctis derogē,
H abſit: ſed propter eum qui ſolus per uerbum meruit
paradiſum: iſte ergo uidit ſaluatorem, nō ſuper thro
no regali, non adorari in templo, non loquentem de
cœlis, non per angelos diſponentem: ſed in pœna ſo
ciatum latroni uidet in tormentis, & tanquā in glo-
ria adorat. Videt in cruce, & rogat quaſi in cœlis ſe-
dentem: uidet condemnatum, & regē inuocat, di-
Luc.23.c. cens: Domine, memento mei, cū ueneris in regnum
tuum. Crucifixū uides, & regem prædicas: in ligno
pendere cernis, & cœlorū regna meditaris. O admi-
randa latronis conuerſio. Nunquid nā ſcripturas le-
giſti ab iniquitate non ceſſans? Nunquid nā prophe
tas audiſti homicidia exercens? Nunquid nā diuinū
audiſti ſermonē, quando ad cædem gladium acue-
bas? Vnde eruditus es talia philoſophari de Chriſto?
Iudæi crucifixerunt, qui nouerunt legē, & prophetas
legerunt: & tu horum ignarus deum uocas condem
natū, & adoras crucifixum. Quis te erudiuit ô latro
talia de eo dicere? Non me, inquit, lex docuit, ſed ſol
occultans lumen ſuum. Vidi quidē crucifixum, ſed
terræmotum ſenſi, & propter parricidas Iudæos ele-
I menta indignantia in rellexi. Et petræ quidem ſcinde
bantur, & corda hominū non metuebāt. Sciſſæ ſunt
petræ, diſruptum eſt uelum templi, & Iudæorum ſe-
creta patuerunt. Et hoc uelum quidem erat, ſed pre-
tioſiſsimum, quod in diebus celeberrimis ſuſpēdeba
tur, pretioſiſsimū ualde de purpura, & byſſo, & cocco, & auro, & ſerico, & hyacintho contextum: in illo
enim tēpore crucis, terra mota eſt, ſol fugit, ſ petræ
ſ non ſul-fit. ſciſſæ ſunt, uelum diſruptum eſt, monumenta patue
runt, & ſicut gloria domus eſt, ubi uelum pendet ha
bitāte intrinſecus domino domus, ſic ignominia tē-
pli eſt unde receſsit ſpiritus ſanctus: poſtquàm enim
impias in filium dei intulerunt manus, iniuria deo fa
cta eſt, qui habitabat in tēplo: & ideo recedēte domi
Luc.13.g no, deſerta remāſit domus, ſicut ipſe dixit: Ecce relin
quetur domus ueſtra deſerta. Egreſſo rege gloriæ, di
ſrupta ſunt ſymbola regni, aperta ſunt monumenta,
& ſurrexerunt mortui, & intrauerunt in ſanctam ci-
uitatem, ut inexcuſabilem relinquerēt cauſam, & do
Mat.27.e mini reſurrectio firmaretur. Si filius dei es, deſcende
de cruce, & credimus tibi. Conſidera nunc uocē fi-
liorum diaboli, quomodo imitantur uocem pater-
K nam. Diabolus dicebat: ſi filius dei es, mitte te deor *Mat.4.b*
ſum. Et Iudæi dicunt: Si filius dei es, deſcende de cru
ce, & credimus tibi. Pariter crucifigunt latrones, non
tanquam inimici latronum, participes enim erant
ſceleris eorū, ſed ut infamarent dominum ſuum:
quia non ſine cauſa crucifixus ſit, ſed quaſi qui fa-
cinoroſus inuentus ſit, non tacuit Eſaias tragœdiæ *Eſa. 53.b*
huius narrationem, dicens: Ob iniquitatem popu
li ductus eſt ad mortem, & cum iniquis deputa-
tus eſt, hoc eſt, cum latronibus: quibus ideo ſo-
ciarunt Chriſtum, ut macularent domini paſsio-
nem. Vt ſciatis quia non oderant latrones, audi
Pilatum dicentem: Quem uultis dimittam uobis, *Mat.27.b*
Ieſum an Barabbam? qui propter homicidium in
uinculis tenebatur. Et illi dixerunt: Dimitte nobis
Barabbam. Latrones petierunt latronem, domi-
num autem crucifixerunt. Non uirtute ſua uincen-
tes, ſed ut diſpenſationis, & prophetiæ impleatur uo
luntas. Dicit illis Pilatus: Regem ueſtrum crucifi-
gam? At illi dicebant: Nos non habemus regem, ni-
ſi Cæſarem. Abnegauerunt dei regnum, & tradi-
ti ſunt regno Romanorum: quia quod habuerunt,
non intellexerunt: ideo quod petierunt, acceperunt.
L Coronauerunt crucifixum ſpinis, obtulerunt ei fel
& acetum. Et hæc ipſa futura olim prædixerat Mo-
ſes, dicens: Generatio praua, & exaperans hæc domi *Deū.32.b*
no retribuiſti? Et qui dederat manna in deſerto, *et Pſ.77.*
huic tu fel offers? & qui de terra tibi delicias produ- *a.*
xit, tu illi ſpineam imponis coronam? Ideo clamat
Eſaias, dicens: Suſtinui ut faceret uuam, fecit autem *Eſa. 5.a.*
ſpinas. Dicunt Iudæi: Sanguis huius ſuper nos, & *Mat.27.b*
ſuper filios noſtros: illis ad condemnationem, no-
bis autem ad iuſtificationem. Sanguis Chriſti illis ad
mortem, nobis uerò ad uitā. Non eſt enim Sanguis
Chriſti deterior Babylonio igne. Ille ſcit ſanctorum *Dan.3.b*
in camino honorare corpora, & Chaldæos cōbure
re: quātò magis ſanguis ille pretioſiſsimus ſcit perde
re credulos, & ſaluare fideles? Decuit. n. ſplēdorē cru
cis obcęcare infideles, & illuminare credētes: ſola. n.
Xpi crux eſt, q̄ diſſoluit tenebras, & regnū dęmonū
diſsipauit, & oēs terrores malignantiū abſtulit, crux
sāctitatē prouidit, crux nobis ſol iuſtitię facta eſt, ut
illuminati miſericordia eiº, glorificemºpatrē & filiū
& ſanctū ſpiritū in ſecula ſeculorum, Amen. M

De cruce dominica, homilia.

Incerto interprete.

Vid dicam? quid loquar? qđ uobis nomen
q impono? Oues an paſtores? nautas an gu-
bernatores? diſcipulos an magiſtros? quead
modum zelum ueſtrum igneum admirabor? Oues
uos uocabo, etenim eſtis quieti, & māſuetudine pleni: paſtores uos dicam, etenim ueſtrum eſtis domi-
num imitantes: nautas appellabo, nā & eſtis experi-
mento multo tempeſtiuam hyemem ſuſtinentes: gu
bernatores uos dicā, etenim eſtis ſicut peritiſsimus
gubernator artificij argumento tempeſtiuę aſperita
tis effugiens molem, & integram ad tranquillū por-
tum deducēs nauem: ſed diſcipulos uos, & uocabo,
& hoc quoque eſtis parati ad obediētiam: ſed magi
ſtros uos dicam, etenim eſtis: mihi enim non pigrū
eſt ſæpius totius mūdi uos uocare magiſtros. Quid
ergo dicā, aut qd loquar? qualiter uos uocabo? oues
an paſtores, nautas, an gubernatores? diſcipulos an
magiſtros? aut quō zeli ueſtri exaltabo præconia?

Quid ergo

A Quid ergo dicemus? hodie uolo mēſam uobis appo
nere ſpiritalem, non corpus reficientem, ſed animā
lucidantē: talis etenim eſt menſa ſpiritalis, non ſicut
illa, quæ uentrē onerat, & obtundit animam: ſed ſi-
cut ille, qui cùm mirum aliquid comederit, odorem
ſuauitatis eructat: ſermo enim eſt ſpiritalis, & non ſo
lū ſemetipſum odore repelet bono, ſed & proximos
ſuos replet ſuauitatis dulcedine: extendite uoſmetip-
ſos, uerbū enim proferre uolo: & in morem natan-
tium, qui ſe è naui pelagi profundo cōmittunt, & de
orſum ambulantes conchā, in qua margarita latet,
perquirunt: ita & nos habentes pro naue eccleſiam,
pro gubernaculis crucē, pro gubernatore Chriſtū,
pro prora patrem, pro uento ſpiritū ſanctum, pro ue
lo gratiam, pro nautis apoſtolos, pro nauigantibus
prophetas, pro mari uetus teſtamentū & nouū. Cō-
mittamus nos pelagi profundo ad perquirendū in
ſcripturis diuinis margaritam latentem. Parate ani-
mos ueſtros, & tota intentione mentis, quæ dicun-
tur audite. Cupio enim in hoc ſanctarū ſcripturarū
profundū deſcendere, & inde uobis proferre pretio-
ſiſsimā margaritā: nolite quæſo, negligenter audire.
B *Matt.7.a* Scriptum eſt enim: Ne miſeritis margaritas meas an
te porcos, & ne detis ſancta mea canibus. Cū autem
porcos audis & canes chariſsime, ne de brutis ani-
malibus æſtimes dici. Porci enim ſunt, qui uitā ſuam
cœnoſæ libidini, & uoluptatibus ſeculi manciparūt:
Canes uerò omnes hæretici, qui contra creatorē ſu-
um blaſphemiarū extendūt eloquia: facite ergo uos
dignos ad ſuſcipiendū pretioſiſsimam margaritam,
quā uobis apponere cupio. Sicut enim agricola peri-
tiſsimus non incaſſum ſeminat, ſed prius iungit bo-
ues, & aratrum ducit, & ſcindit terram, & ſpinas era-
dicat: & ſic demū cōmittit ſemina ſua, ut cùm deſcē
derit de cœlo pluuia, commendata terra confoueat
ſemina: quę non ſtatim producit ſpicam, ſed hyeme
in terra manet, & uerni temporis ſuſcepta pluuia, &
Solis calore confota, erumpit in ſpicam: & ſic apta
ſit ad metendū, & triturata horreis reconditur: ego
autem non hyemē, non uer opto, non Solis radios,
non imbrem, neque boues iungam, nec aratrum tra
ham, neque perſcindam, neque ſpicas euellā, ſed ho-
C die ſeminabo, & hodie metā: non operabor irratio-
nabilem terram, ſed rationabilem: non inſenſibilē,
ſed ſenſibilem: non exanimē, ſed animam habentē,
& beatus ego huiuſmodi terræ agricola deputabor.
Tunc enim beatus ſum, quando in aures audientiū
loquor. Scriptū eſt enim: Beatus qui loquitur in au-
res audientium, quia ſcriptura inobedienti mortem
comminatur. Beatus ergo ego, beati uerò & uos: nā
Ioan.15.c. & dominus Ieſus in euāgelio diſcipulis ſuis dicit: Bea
ti eſtis, ſi uerbum meū ſeruaueritis. Extendite ergo
uoſmetipſos, & intenta aure quę dicuntur audite: uo
lo enim quaſi quandā comparationem oſtendere.
Fingamus deum quaſi hominē ſedentem in excelſo
montis uertice, & exinde proſpicientem uniuerſum
mare, nauéſque tranſeuntes, aliam quidem uelifican
tem, & tempeſtatem uiolentā patientem uentorū,
ſed gubernatore peritiſsimo regente undarū moles,
hucillúcque diuidentē, illæſam in portum deducere
nauem: aliis autem proſpero curſu rectam uiam per
gentibus, aliis uerò naufragiū ſuſtinentibus, & pau-
cis exinde hominibus adiumento axis alicuius ad lit
tus euadētibus, aliis uerò moriētibus: ita eſt & deus
omnia proſpiciens. Quando autem dixero deum ſe
dentē in excelſis, ubique eum credite eſſe præſentē. D
Nec enim locorum diſtantia retardatur: cum ipſe ſi-
bi ſit locus, & ipſe omnia capiat, capiat autē eum ni-
hil. Quī enim capacitas poteſt incorporalē ferre na-
turam, immobilē, & ſine fine & inueſtigabilem, & in
conuertibilem, & incomprehenſibilem? quæ omnia
deus eſt. Sic oportet nos credere de deo: hæc. n. eſt
noſtra ſalus. Hæc eſt autē æterna uita, ut cognoſcāt *Ioan.17.a*
te ſolū uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtū.
In hoc nanque capitulo reprehendere nos ingrati hę
retici uolunt, qui legentes nō intelligunt, quæ legūt.
Chriſtū autem cùm audieris chariſsime, non ſolum
modo deum putes, ſed deū & hominem crede. Scio
nanque eſuriſſe Chriſtū, & ſcio Chriſtum de quinq; *Matt.14.*
panibus, & duobus piſcibus ſatiaſſe quinque millia
hominū, exceptis paruulis, & mulieribus. Scio Chri-
ſtum ſitiſſe, ſcio Chriſtū ſuper aquas pedibus ambu
laſſe, ſcio Chriſtū mortuum, & ſcio Chriſtum mor-
tuos ſuſcitaſſe, ſcio Chriſtum Pilato adſtitiſſe, & ſcio
Chriſtū ad dexteram patris conſediſſe, ſcio Chriſtū
lapidatum, & ſcio Chriſtum ab angelis adorari. Et
quædam quidem refero deitati, quædam autem aſ- E
ſigno humanitati: quia noui Chriſtum de Maria na-
tum, & ſcio Chriſtum ante omnia ſecula genitū, &
apud deum ſemper deū eſſe uerbum. Glorificemus
ergo Chriſtū Ieſum murum inexpugnabilem, funda
mentum quod ſupra petrā fundatum eſt. Ipſe enim
dicit Petro: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā funda- *Mat.16.c.*
bo eccleſiam meā: & portæ inferi non præualebunt
aduerſus eā. Sic beatiſsimus Paulus dicit: Fundamen *1.Cor.3.c*
tum autē nemo poteſt ponere præter id quod poſi-
tum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Rogo ergo dilectio
nem ueſtrā, ut in hac uita poſiti exhibeamus nos ir-
reprehenſibiles, inuicē ſufferentes, inuicem inſtruen
tes. Non eſt enim regnū dei eſca, & potus, & diuitiæ, *Ro.14.c.*
& iactantia, ſed pax, & gaudiū in ſpiritu ſancto. Ti-
meamus nanque iudicij ſeueritatem, & pœnā gehen
næ. Nō ergo demus locū diabolo, ſed reſiſtamus ei.
Non enim eſt nobis pugna aduerſus carnem & ſan- *Ephe.6.b*
guinē, ſed aduerſus principatus, & poteſtates aduer-
ſus mundi iſtius preuerſos ſpiritus. Feſtinemus ergo
effūgere æternā pœnam. Nec enim propter nos pœ-
na facta eſt, ut in ipſam mittamur, ſed ut liberemur
ex ipſa. Talem enim habemus deū amatorē generis F
humani: miſericordē atque clementē, qui nos ad ſe
conuerſos de gehenna liberat. Teſtificatur nanque
Dauid, dicens: Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, nū *Pſal.7.c*
quid iraſcetur per ſingulos dies: Niſi conuerſi fueri-
tis, gladium ſuum uibrauit, & arcū ſuum tetendit, &
parauit illum, & in eo parauit uaſa mortis, ſagittas
ſuas arſuris operatus eſt. Hæc autē deus non ut nos
iudicet, ſed ut ſoliciti ſimus, & præcepta ipſius obſer
uemus. Quòd ſi cōtemnimus, inexcuſabiles ſumus.
Nā etſi uoluiſſet nos perdere, nō utique prōriū pro
nobis fudiſſet ſanguinē. Mortuus eſt ergo, ut tibi im
mortalitatē donaret: eſuriit, ut te ſua carne ſatiaret:
ſitiuit, ut te proprio potaret ſanguine: ſuper aſinū ſe
dit, ut te ſuper Cherubin ſedere faceret: baptizatus
eſt, ut te illuminaret: alapis cæſus eſt, ut te a ſeruitio
liberaret: uiator factus eſt, ut te ſine labore faceret:
nauigauit, ut te ſine timore redderet: ex muliere na-
tus eſt, ut puaricationē Heuæ deleret: homo appella
tus eſt, ut te deū uocaret: filiº hominis dictus eſt, ut
te in filiū adoptaret dei. Accepit q̄ erant noſtra, & de
dit nobis quæ erant ſua. Orauit ut te fidelē faceret.

G Sicut dicit ſuper Lazarum: Pater, glorifica filiũ tuũ,
Ioan.17.a ut & filius tuus glorificet te. Et uenit uox de cœlis, di
Ibid.12.c cens: Glorificaui, & iterum glorificabo. Scio quoniã ſemper me audis, ſed propter turbam adſtantẽ dixi: ut omnes credant, quia tu me miſiſti. Si quid igitur ſuſtinuit, non propter ſemetipſum, neq; propter patrẽ ſuũ, ſed ut ſaluaret per crucẽ genus humanũ. Et ſi noſſe deſideras chariſsime uirtutẽ crucis, & quanta poſſum ad eius laudem dicere, audi:

Crux ſpes Chriſtianorum.
Crux reſurrectio mortuorum.
Crux cæcorum dux.
Crux deſperatorum uia.
Crux claudorum baculus.
Crux conſolatio pauperum.
Crux refrenatio diuitum.
Crux deſtructio ſuperborum.
Crux malè uiuentium pœna.
Crux aduerſus dæmones triumphus.
Crux deuictio diaboli.
Crux adoleſcentum pædagogus.
H Crux ſuſtentatio inopum.
Crux ſpes deſperatorum.
Crux nauigantium gubernator.
Crux periclitantium portus
Crux obſeſſorum murus.
Crux pater orphanorum.
Crux defenſor uiduarum.
Crux iuſtorum conſiliarius.
Crux tribulatorum requies.
Crux paruulorum cuſtos.
Crux uirorum caput.
Crux ſenum finis.
Crux lumen in tenebris ſedentium.
Crux regum magnificentia.
Crux ſcutum perpetuum.
Crux inſenſatorum ſapientia.
Crus libertas ſeruorum.
Crux imperatorum philoſophia.
Crux lex impiorum.
I Crux prophetarum præconatio.
Crux annunciatio apoſtolorum.
Crux martyrum gloriatio.
Crux monachorum abſtinentia.
Crux uirginum caſtitas.
Crux gaudium ſacerdotum.
Crux eccleſiæ fundamentum.
Crux orbis terræ cautela.
Crux templorum deſtructio.
Crux idolorum repulſio.
Crux ſcandalum ludæorum.
Crux perditio impiorum.
Crux inualidorum uirtus.
Crux ægrotantium medicus.
Crux emundatio leproſorum.
Crux paralyticorum requies.
Crux eſurientium panis.
Crux ſitientium fons.
Crux nudorum protectio.

Nuditatem autem cùm dixero, non corpoream æſtimes, ſed infidelitatis pœnã. Cũ autem Chriſto crediderit, ueſtitus inuenietur, dicente Paulo: Quicũ
Gala.3.d que in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis. Chriſtum autem cũ audieris, deum & hominẽ intellige. Hæc eadem ſæpius dico, & dicens non ceſſabo: mihi enim non pigrum dicere, uobis autẽ tutum eſt. Volo enim uos oẽs doctores fieri. Chriſtus dictus eſt ab unctione nomen deriuans: Ieſus dictus eſt homo dominicus: uerbũ dicitur, quia de deo eſt dei uerbũ: filius, quomã de patre: unigenitus, quoniã ſolus de ſolo: deus, quoniã creator. Audi nanque Ioannẽ dicentẽ: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud deum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil, quod factum eſt. Vides quoniã hic eſt, qui uerbo cœlum extendit, & uario ſtellarũ ornauit decore: & extendit cœlũ quaſi ueſtimentũ: hic eſt qui Soli tantam luminis, gratiam dedit, hic eſt qui lunæ decorem impoſuit, hic eſt qui terrã ſuper aquas fundauit, hic eſt qui diuerſos eã iuſsit producere flores, & arborum diuerſa genera, fontèsque ebullire præcepit, flumina fluere, congregari lacus, mariq; imponens terminũ ex aquis quoq; producere animantia, uentos ſpirare præcepit, montes ſtatera appendens, nubibus moueri præcepit, diuerſi generis animantia procreauit. Quid autẽ de angelis dicã, de archangelis, de ſedibus, de dominationibus, de Cherubin & K
Seraphin, principatibus & poteſtatibus, & tẽporibus & annis & menſibus, & diebus, & horis? Et lumen, & tenebras, & quicquid illud eſt quod ſubſiſtit: nouiſsimè autẽ hominem fecit ad imaginem & ſimilitudi- *Gene.1.d*
nem ſuã, & in paradiſo poſuit tanquam cultorẽ præcipuum. Videns autẽ humanum genus à diaboli ſuperari malitia, uoluit creaturã ſuã aſſumere, & quaſi unum hominẽ indui, & affigere illum cruci, & ſic ut per lignum crucis uniuerſo generi ſalus oriretur. Elatus ergo diabolus, quia ipſe quidem de cœlo corruerat, uidebat autem Adam paradiſi eſſe colonum, inflatus inuidia, induit ſerpentis imaginem: incorporalis enim cũ eſſet, corporalibus loqui non poterat. Et dicit ad eum: O quã ſpecioſum lignum ad edendũ, quòd ſi ex eo guſtaueritis, eritis quaſi dij. Seducta ergo Heua decepit uirum ſuum. Cũ autem de interdicto comediſſent ligno, apparuerũt ambo nudi. Tunc *Gene.3.b*
clementiſsimus deus dixit ad Adam: Adã ubi es? Nõ *Ibidem.a*
quòd ignoraret deus, ſed poſt perſuaſionẽ diaboli, qui illi promiſerat deitatem, & inuenit nuditatem, di M
cit ei: Vbi es? hoc eſt, de qua dignitate, ad quale deductus es dedecus? Quia manducaſti de ligno ſcientiæ boni & mali, remanſiſti homo: de quo præceperã tibi ne manducares, manducaſti, ideoq; præuaricatus es. Foliis autẽ ficus cooperti erant, peccati faciem obuelantes. Reſponditq; Adam: Audiui uocem tuã deambulantis in paradiſo, & abſcõdi me. Et dixit: Quid feciſti? Et ille dixit: Mulier quam mihi dediſti, ipſa me ſeduxit. Culpam propriã confiteri non uult, quippe qui ipſe mandatum acceperat audiente compare. Et Heua interrogata dixit: Serpens mihi ſuaſit. O Heua, uiro te ſubiectã eſſe uoluit, nõ ſerpenti: cur mea præcepta contemnis, & ſerpentis audiſti? Hæc autẽ cauſabantur ſperantes ſubtrahere ſeſe à ſupplicio poſſe; *Gene.3.d*
& deus inquit ad Adã: Maledicta terra in operibus tuis, ſpinas & tribulos generabit tibi: in ſudore uultus tui manducabis panẽ tuũ. Et ad mulierem dixit deus: In mœroribus paries filios, & ad uirũ tuũ conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Proceſsit nanque ad ſerpentẽ ſententia, dicẽs: Super pectus tuũ repes, & terram manducabis cunctis diebus uitæ tuæ: tu eius obſeruaberis calcaneum, & illa tuũ conſeruabit caput. Cur autẽ ſerpentem maledixit, ut in pectore

A & in uentre graderetur, & terram mãducaret omnibus diebus uitæ ſuæ? Pectus maledixit, q a in ipſo cõſiſtit cor, quod concupiſcit malum. Ventrẽ uerò nominauit, quòd per eſcam ſeduxit. Terrã autem manducare omnibus diebus uitæ ſuæ, terrenos homines habebit ſubiectos, q ſuę obedierint uoluptati magis, quã præceptis dei. Acceperunt ergo tres ſententiam, quoniã & tres ſunt præuaricationem operati. Sicuti ergo pręuaricatio per lignum, ita & ſalus per lignum. Pro his ergo oĩbus gratias agamus deo per Chriſtũ dominum noſtrum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Diui Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantino politani de reſurrectione homiliæ nouem.

E fidei noſtræ placitis, déque gloria unige-
d niti filij dei, pridem apud uos diſſeruimus, conuincentes & obturantes hæreticorum ora, qui gloriam illi detrahunt, & à genitore ſuo illum alienum natura dicunt. Hodie de moribus, déque uita inſtituenda ſermonem in medium afferre, & in genere admonere decreuimus. Immo ſermo ile non tractabit ſolùm de moribus, ſed & noſtræ
B fidei decreta continebit. Paratus enim ſum, ut ad materiam de reſurrectione deſcendam. Quod ſanè argumentum uarium eſt, & copioſum. Nam & in his quæ fidei ſunt nos dirigit, & uitam noſtram componit, & diuinam prouidentiam ab omnibus calumniatoribus uindicat. Et quemadmodum cùm non creditur, uitam noſtram ſubuertit, malisque ſexcentis implet, ſurſum deorſumque factis omnibus: ita cùm creditur, prouidentiam multis rationibus adſtruit, & nos ad diligentem uirtutis curam promouet, uitiq; magno ſtudio expellit. Etenim, ut nulla illi uirtutis cura eſt, qui reſurrectionem non expectat, quíque credit ſe non daturum rationem de his, quæ hic operatus eſt: ſed opinatur res noſtras tantùm intra anguſtos præſentis uitæ limites contiri, neque ultrà ſe extendere (quomodo enim uirtutis ulla ei cura eſſet, qui nullam laborum retributionem ſibi repoſitam expectat, neque peccare deſinit? & quomodo à peccatis deſiſteret, qui nihil ſupplicíorum imminere ſuis malè actis credit, ſed permit-
C tit ſeſe fœdis concupiſcentijs, & in nullum non peccandi genus ruit?) Ita & qui ſibi perſuadet futurum aliquando iudicium, & ante oculos ſtatuit terribile hoc tribunal, & indeclinabiles expoſtulationes, & in apellabilem ſententiam: is modis omnibus conabitur, ut ſtudeat temperantiæ & æquitati, atque aliis uirtutibus, & effugiat intemperãtiam, temeritatem, omniaq; alia uitia, atque ita ut poſsit magna uirtute repellere eos, qui diuinam calumniãtur prouidentiam. Enimuero ſunt nonulli, qui ubi uiderint manſuetè, & caſtè, & iuſtè uiuentes, inopia & calumniis premi, inuadi, comprehẽdi, uix neceſſarium uictum habere, ſæpe etiã morbo longo, & graui ualetudine emacerari, & in ſumma, omni carere ſubſidio: & è diuerſo maleficos & pollutos homines, planeq; flagitioſos affluere diuitiis, deliciari, nitidis ueſtibus amiciri, clientulorum pompã poſt ſe trahere, in admiratione eſſe, magiſtratus agere, multa à regibus obtinere priuilegia, mox diuinã arguunt præſentiam, & dicunt: Vbi nã prouidentia illa? aut, ubi iuſtum iudicium? ſobrius & innocens malè habet, intemperans, & corruptus fœliciter agit. Et hic quidem admiratio
ni eſt, ille uerò ludibrio: hic uariis fruitur deliciis, ille autẽ inops extremis peſſundatur incommodis. At, D
qui de reſurrectione bene ſenſerit & ſapienter diſputare nouerit, facilè quicqd id eſt blaſphemiæ diluet, & illis tam ſtomachabũdè diſputantibus, dicet: Cõpeſcite linguam ueſtrã, & aduerſus deum, qui nos fecit, eam ne exacueritis. Non enim res noſtrę in hac ſolùm uita durant, ſed feſtinamus ad uitam aliã multò longiorem, imo finem minimè habentem. Et ibi omnino pauper iſte, q iuſtè uiuit, laborũ ſuorũ mercedem accepturus eſt: intemperans autem & malefi cus, malitię ſuę, illicitęque uoluptatis daturus eſt pœnam. Proinde, nõ à præſentibus ſolũ de diuina prouidentia ſententiam feramus, ſed à futuris. Præſentia certamen quoddã ſunt, & labores, & ſtadium: futura uerò, pmia, coronæ, & brauia. Sicut ergo athletæ in theatro & i ſudore, & puluere, & æſtu multo, & laboribus & ærumnis pugnandum eſt: ita & iuſtũ hic multa ſuſtinere oportet, & ferre oĩa uiriliter, ſiquidẽ præclaras illic accepturus eſt coronas. Et ſi ſunt nõnulli, quos perturbat impiorum fœlicitas: hi ſecum perpendant, quòd quemadmodũ & latrones, & fu- E
res, & homicidæ, & piratæ priuſquã ad iudicem trahantur, multis deliciis fruuntur, & ex aliena calamitate ſuam conſtituentes abundantiam, iniuſtiſq; opibus locupletati, quotidie inebriabantur: ubi autẽ iudicis ſententiam audierint, omnium horum luent pœnam: ita & illi qui ſcorta mercantur, & Sybariticas menſas inſtruunt, & ſupercilia ſurrigunt, & faſtupleni, pauperes opprimunt: quando unigenitus dei filius aderit cum angelis ſuis, & ſedens ſuper thronũ illum, orbem terrarum in medũ adducet: tunc nudi & animi ſui ſplendore deſtituti adducentur, & nullũ uel aduocatum, uel patronum habẽtes, abſq; uenia in igneos fluuios proiicientur. Quapropter neq; hos beatos dixeris ob pſentes delicias, ſed potius defle, & deplora ob futura ſupplicia: neq; iuſtum illum miſerum exiſtimaueris, ob præſentem paupertatẽ, ſed pro beato habe, ob ſubſequẽtes bonorũ diuitias, & in tuo animo ſermonem hunc de reſurrectione implãta: ut ſi bonus fueris, & tẽteris, probatior euadas, maioremq; alacritatem per ſpem futurorum accipias: ſin malus, à malitia deſiſtas, & continẽtior fias ob timorem futuri ſupplicij. Idcirco & Paulus de reſurrectione nobis ſubinde uerba facit, quemadmo- F I
dũ igitur & hodie audiuiſtis ipſum clamantẽ, & dicẽtem: Scimus enim, quòd ſi terreſtre noſtrũ domici- *2.Cor.5.a*
liũ tabernaculi huius diſſoluatur, domũ ex deo habemus non manufactã æternam, in cœlis. Imò cum his & ſuperiora tractemus, & uideamus qũo in ſermonem de reſurrectione inciderit. Neq; enim ſimpliciter, neque fortuitò hanc nobis afferre ſolet doctrinam: ſed quia ſimul docere uult quæ futura ſunt, & athletas pietatis confirmare ſtudet. Nunc quidẽ gratia dei multa pace fruimur, & reges piè uiuũt, & principes ueritatem agnouerunt, & populi & ciuitates, & gentes erroribus liberati, Chriſtum omnes adorant. Tunc autem in principio prædicationis, cùm nuper pietatis ſemina iacta eſſent, magnũ prælũ erat, multiplexq; ac uarium. Nam principes & reges, & domeſtici, & cognati, & omnes impugnabant fideles: & repugnante natura ipſa bellũ oriebatur. Pater filiũ tradebat ſæpe, & filiã mater, & clientulũ patronus. Neque ciuitates ſolæ neq; regiones, ſed & domus nonnunquã in ſeipſas ſectæ erant. Eratq; tumultus, qui tũc fæuiebat, atrocior quã inteſtinum quoduis bel-

G lũ. Nã facultates rapiebantur, libertas auferebatur, & uitæ periculũ imminebat, non quòd Barbari in nos incursionem facerent, sed qui uidebantur nobis præesse & dominari, peius erga subditos, quã bellatores oẽs affecti erant. Et hoc declarat Paulus, ac
Heb.10.f dicit: Graue certamen afflictionũ sustinuistis, idque cum probris, & afflictionibus spectaculo fuistis omnibus. Etenim facti socii, eorum qui sic subuerteban
tur, uinculis meis compatiebamini, & direptionẽ facultatum uestrarum cũ gaudio tulistis. Ad Galatas
Gal.3.a autem dicit: Tanta passi estis frustra, si modò & frustra. Thessalonicẽsibus quoq;, & Philippẽsibus, & in genere omnibus Paulus epistolas mittẽs, multa eiusmodi testatur, neq; hoc solùm erat graue, qd foris frequens bellum gerebatur, & cõtinuum: sed quòd & inter fideles ipsos exorta fuerunt nonnulla scandala, & lites, & contentiones, & æmulationes: q̃ & ipsa
2.Cor.7.b manifestat Paulus, dicẽs: Foris gladius, intus autem timor. Verùm, istucipsum bellũ, an nõ atrocius erat, & subditis, & præceptoribus? profectò nõ tãtùm inimicorum insidias formidabat Paulus, quãtùm domesticas, & q̃ intra ecclesiam cõtingebant ruinas, &
H transgressiones. Nam cùm apud Corinthios scortatus esset quidã, omni tẽpore illũ lugẽs perseuerabat,
1. Cor. 5. et 2. Cor. 2.a ita ut uiscera sua disrumperet, & amarè eiularet. Erat & tertium genus quoddã, non minus molestiarum quàm dictum est, fidelibus afferens, ipsa. s. rerum natura, q̃ frequẽtes labores, & sudores exigebat. Neq; enim facilis & leuis erat uia, ad quam illos ducebãt apostoli: sed aspera & inexpedita, & q̃ animã requi-
Mat.7.b rebat sobriam, & uigilem, & undiq; diligentem. Propterea & Christus angustã & strictã ipsam uocauit. Neq; enim uiuere licẽter & absq; metu fas erat, sicut apud Gentes in turpitudine & ebrietate, & helluatione, & delicijs, & luxu: sed oportebat etiã frænare irascentiam, & imperare illicitæ cõcupiscentiæ, & despicere opes, & conculcare gloriam, & superiorem esse inuidia, & inuidentia. Quæ qualẽ laborem requirũt, sciunt hi, qui cum illis quotidie certant. Quid enim, dic oro, infestius illicita cõcupiscentia, quæ, ueluti rabidus canis in nos cõtinuò insilit, & quotidie nos obturbat? Atque adeò opus est perpetuò uigilanti aĩa. Iam quid amarius ira? Et leuius qdem uidetur nõ ulciscì eum, qui nos iniuria affecit, sed oportet & cõtristantibus benefacere, & scommatis nos incessẽtibus
I benedicere, & ne ullũ quidẽ unquam amarũ uerbũ proferre. Quin & continentiam nõ in solis operibus, sed & in cogitatione ipsa mõstrare oportet. Nõ enim solũ ab incontinentiæ opere, sed & à tali aspectu abstinendũ est. Neq; ex formoso mulierum aspectu uoluptas capiẽda: nam & ob talem contemplationem extremum supplicium irrogabitur. Cùm igitur & tãtum bellum ab his, quę foris: & tantus timor ab his, quæ intus: magnus quoq; erat & labor in meditãdis uirtutibus. Accedit autem & quartum. Nam inexperti erãt certaminis tanti, qđ certandũ erat: neq; enim apostoli eos q à progenitoribus suis pietatẽ exceperant, erudiendos sortiti sunt, sed educatos in nocẽdi libidine & deliciis, & ebrietate, & turpitudine, & intẽperantia. Neq; hoc parui momenti erat, ut difficilius redderetur certamen, quòd eã philosophiam neque superiora tempora, neq; parentes docuerãt: sed tunc primùm ad huiusce modi certamina instruebantur. Cũ igitur tanta tunc esset certandi difficultas, Paulus, ut solaretur certantium laborẽ, subinde de resurrectione sermonem mouebat, & nõ hac solũ adhor- K
tabatur athletas, sed & suarum passionum enarratione: eaq; de causa antequam in sermonem de resurrectione incidat, suas passiones exponit, sic dicens: In
2.Co.4.b oibus premimur, at nõ anxii reddimur: laboramus, at non destituimur: persecutionẽ patimur, at non in ea deserimur: deiicimur, at nõ perimus. Quotidianas mortes commemorat, eo qđ quasi animati mortui quotie ad mottẽ tradebantur: tunc ergo sermonem hũc de resurrectione mouit. Credimus. n. ait, quòd
Ibidem.d is qui suscitauit dominũ nostrũ Iesum Christum, & nos p Iesum suscitabit, & uobiscũ cõstituet: propterea malis non succũbimus, ait maximam in certaminibus ipsis consolationẽ habentes, spem futurorum. Et nõ dixit ad ipsos, propter quod ne succũbãtis malis: sed quid ait? Propter quod nõ succumbimus malis. Declarat se quoq; in cotinuis cõflictationibus esse. Enimuero in olympicis certaminibus, athleta intra stadium certat, magister autẽ ludi foris considens, sermonibus affert auxiliũ, eatenusq; certantem duntaxat iuuat, quãtenus acclamationib⁹, sermonibusq; ualet: neque. n. ulla ei lege permittitur, propius assistere & manibus illũ adiuuare. At secus res habet in L
pietatis certaminibus. Idẽ enim est & athleta, & magister ludi: & idcirco non extra caueam sedet: sed ingressus ad certamina ipsa, firmat cõpugiles, dicens: Propter quod malis non succumbimus. Et nõ dixit, Propter quod malis non succumbo, sed malis nõ succumbimus, laudibus ipsos erigere uolẽs. Sed quãuis Ibidem.
homo noster externus corrumpitur, tantò tamen internus renouatur i dies singulos. Vide quãta apostoli prudentia? Admonuit primũ eos ab afflictionibus, quas ferebant, dicens: In omnibus premimur, at nõ anxii reddimur. Admonuit itẽ à resurrectione Iesu: Nã qui suscitauit Iesum, & nos suscitabit. Nunc aliã quandã adhortandi rationem inducit. Quãdo quidem homines pleriq; pusillo animo sunt, & infirmi, ac miseri, & resurrectionẽ docti despiciunt, & ob temporis longitudinẽ uacillant ac recidunt: ideo aliam illis ante resurrectionẽ constituit mercedem, ac retributionẽ. Et quæ nam illa? Tametsi externus homo noster corrumpitur, internus tamẽ innouatur in dies singulos. Externum hominẽ, corpus: internum, animam uocat. Et hoc ideo dicit, ut intelligas, quòd M
antequam resurgamus, & antequã fruamur gloria futura, etiam non parua hìc laborũ remuneratio datur, cũ inter angustias ipsas anima nostra reiuuenescit, sapientior ac magis pia euadit, maiore pollet patiẽtia, & fortior atq; cõstãtior persistit. Nã sicut hi, qui in corporali certamine pugnãt, ante coronã & brauiũ, in meditatione & palæstra ipsa, magnã accipiũt mercedẽ, eo quòd corpora sua firmiora, & ualidiora exercitando faciunt, & infirmitatẽ omnẽ effugiunt: ita & nos uirtutis certamen certãtes, priusquam aperiatur cœlũ, priusquam filius dei adsit, priusquam retributiones nobis dentur, magnã mercedem accipimus, eo quòd anima sapiẽtiæ fit amantior. Similiter sicut qui mare nauigarũt: & innumeras procellas tulerũt, multasq; hyemes perpessi sunt, & cum multis bestiis certarunt: anteaquam merces referũt, nõ parum peregrinationis suæ lucrũ reportant, eo quòd aliquantò fidentiores sunt, ac pelagi sæuitiã minus horrent: nanq; intrepide, & uoluptate quadã transmarinas peregrinationes aggrediuntur. Ita & qui in præsenti uita, propter Christũ multas fert afflictiones, mul-

A nes, multaq; grauia patitur, ẽt anteaquã regni cœlorum magnã illam retributionem assequatur: magna hic potitur fiducia, animamq; suam ita excelsam effi
cit, ut posthac grauia oia, quasi è sublimi derideat. Vt aũt quod dicimus, adhuc manifestius colliquescat, exemplo uti uolumus. Paulus ille, exantlatis innumeris malis, nõne insignes retributiones accepit, cũ irrideret tyrannos, cũ furibundos populos incita
ret, cũ oẽs pœnas contemneret, impauidusq;, & imperculsus maneret contra bestias, cõtra ferũ, in mari, in pręcipitijs, in seditionibus, in insidijs, denique in malis oibus? quid huic cõferri potest? Enimuero homine inexercitatum, & nihil mali expertum, mox si quæ fortuitò oboriuntur turbulentię: immo non solũ res ipsæ, sed & stultæ opiniones, & rerũ umbrę, pauidũ reddunt, & perterrent. Verũ, qui nõ omnino inexercitatus, in certamẽ ingreditur, sed multa ante mala perpessus est, is oibus posteà superior fit, & minas contemnit. Non parua aũt est hæc corona, neq; exigua merces, quòd illũ nihil humanarum rerũ mo
B uere potest. Nam quę alijs multũ formidanda uidebantur, ab hoc facilè cõtemnebantur: & pp quæ alij tremebant, & metu obstupescebant, ea multũ ridebat ipse, quia per excellẽtem patientiam, angelicarũ uirtutum philosophiam adeptus erat. Si. n. corpus re
ctè beatum dicimus, quod potest absq; offensa ferre frigus, & calores, & famẽ, & inopiam, & uiæ difficultates, ęrumnasq; alias: quantò magis beatã uocare oportet animam, q̃ uiriliter ac fortiter oẽs omniũ molestiarũ ferre incursus, & per omnia seruare cor suum nulli seruituti obnoxiũ potest? Planè is regum est rex, & magis q̃ rex. Regẽ. n. satellites, milites: amici, & inimici nunc insidiando, nũc apertè uim facien
do offendere possunt: huic aũt, cui animus qualem nunc dixi, neq; rex, neq; stipator, neq; familiaris, neq; amicus, neq; inimicus, neq; diabolus ipse, aliqua ex parte potuit nocere. Aut quo pacto, cũ is omni studio in hoc incumbat, ne inter mala computet, q̃ uul
Rom.8.g gò mala haberi solent? Talis quippe erat beatus Paulus, atq; propterea dicebat: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, uel angustia, uel persecutio,
Psa.43.d uel fames, uel nuditas, uel gladius, uel periculũ? Sicut
C scriptũ est: Quia pp te morte conficimur tota die, reputati sumus ut oues mactationis: sed in illis oibus egregiè uincimus pp eum, qui nos dilexit. Istud etiã
1.Co.4.d hoc loco insinuans dicebat? Tametsi externus homo noster corrũpitur, internus tamen renouatur in dies singulos. Infirmum fit corpus, ait, sed ualidior & potentior animus, quin & multò alacrior, & agilior. Et sicut miles, si gestarit arma sese grauantia, licèt alioqui strenuus sit, & in militia exercitatus, non est terrori hostibus, qui sciunt armaturę grauitatem pedum uelocitati & bellãdi usui obesse: sin leuia acceperit, & tractabilia, sicut auis aliqua obuium se feret hostibus: Sic & qui carnẽ suam nõ ebrietate, neq; indulgentia, neq; delicijs incrassarit: sed ieiunijs & precibus, diuturnaq; afflictionum sustinentia, leuiorem & tenuiorem effecerit: sicut uolucris aliqua supernè deuolans, ita ualido impetu in phalanges dæmonũ irruit, & occurrẽtes uirtutes facilè inuadit, sibiq; subijcit. In hũc modũ, & Paulus multis affectus plagis, & in uincula coniectus, & ligneis uinctus cõpedibus, corpus quidẽ habuit ualdè infirmum, laboribusq; emaciatum, animam uerò fortẽ, & inuictam: atque adeò fortis erat uinctus, ut ad solã eius uocem fun-

damenta carceris cõmouerentur, & solutis compe- D
dibus uinctus supra pedes statueretur, aperirentur-
ianuæ clausæ. Itaq; haud paruam nobis consolationem Paulus exhibuit, q̃ conceditur ẽt antequam resurgamus, nempe quòd tẽtationibus meliores & sa
pientiores reddemur: idcirco dicit, Afflictio patien- Rom.5.a
tiam operatur, patiẽtia probationẽ, probatio spem, spes uerò non cõfunditur. Et iterũ alius quidã dicit: Vir qui non tentatur, nõ est probatus: & qui nõ est probatus, nullius pensi est. Et ita non parum nobis conferunt afflictiones ante resurrectionẽ, cũ anima redditur probatior, sapientia & intelligentia præstãtior, & ab omni libera formidine. Et idcirco dicit: Etiãsi externus noster homo corrũpatur, internus 2.Corin.
tamen renouatur in dies singulos. Effugatur. n. om- 4.d. &
nis effœminatio, extinguuntur cõcupiscentiæ absur Col.3.b
dæ, & auaritia, & inanis gloria, & i summa, interimũ
tur oẽs aliæ malæ peruersæq; cogitationes. Vt ergo anima ignauiæ socordiæq; dedita, facilè hmõi afflictionibus est obnoxia: ita si continuis est implicita pro pietate certaminibus, non tantũ habet ocij, ut de his, uel cogitet aliquãdo, curis uidelicet, ipsam ab E
his oibus ad palestræ studia auocãtibus. Propterea dicebat, innouatur i dies singulos. Posteà ut denuò soletur animas dolentes in malis quibus affligũtur, & aliam philosophiam nescientes erigat spe futurorum, sic dicit: Quæ. n. nunc leuis est afflictio, mirè su- 2.Co.4.d
pra modũ æternæ gloriæ pondus operatur nobis, dum non spectamus ea, q̃ uidentur, sed quæ non uidentur. Nam quæ uidentur temporaria sunt: q̃ uerò nõ uidentur, æterna. Quasi diceret, Plurima igitur, & in hac uita afflictio nobis bona confert, nẽpe quòd animam nostrã sapientiorẽ, prudentioremq; facit, innumera tamen & futura bona cõciliat: non ea quæ laboribus ex æquo rependuntur, sed multa amplio
ra, q̃ certaminibus debentur, tam secundũ qualitatẽ q̃ secundũ quãtitatẽ. Et ambo ista declarãs, comparat & excellentiam præmiorũ & periculorũ, & oppo
nit breue nũc æternitati, & leuitati, pondus: afflictio
ni, gloriã. Afflictio enim ait, tẽporalis est & leuis. Relaxatio aũt, immo nõ dixit afflictionis relaxatio, sed gloria, q̃ relaxatione afflictionis multò est maior, ut pote æterna, & continua, & magna. Pondus aũt hìc F
nõ erumnosum, & oneros um, sed magnificũ & pretiosum aliquid uocat uulgari consuetudine, qua pretiosa grauioris esse ponderis uocare solemus. Cũ igitur dicit, pondus gloriæ, magnitudinẽ gloriæ dicit. Inquit igitur, Ne hoc reputes, quòd flagellaris & expelleris, sed potius cogita coronas & retributiones, quòd illæ longiores, maiores & clariores sint præsentibus, nullumq; finẽ habeant, aut terminum. Et hęc applicat ad tentationẽ, illa uero ad spem: & de his dicit, qđ apparent: de illis uero, quòd nõ apparẽt. Iam si rectè sapis, inuisibilia multo magis apparent, q̃ uisibilia, poteris q; illa magis uidere q̃ hæc: hæc enim transeunt, illa aũt permanẽt. Eapropter addit, dicẽs: Dum nos nõ spectamus ea quæ uidentur, sed q̃ non uidentur: quæ enim uidentur, tẽporalia: quæ non uidentur, æterna. At si dixeris, qũo possum uidere ea q̃ non uidentur: & ea quæ præsentia sunt, non uidere? Agè tentabo qũo tibi horum fidem faciam, idq; à secularibus negocijs. Nam in rebus huius mundi, nemo statim aliquid agit, nisi priusquàm uideat uisibilia spectet inuisibilia. Dicam autẽ exemplum. Negociator multas fert tempestates, fluctuum insultus

G naufragia, multáq; alia incómoda? uerũ non nisi cũ negociationẽ aliquandiu exercuerit, & merces comportarit, diuitijs partis fruitur. Et præcedũt quidem tempestates, sequuntur aũt merces. & uidet quidem pelagus ac fluctus, cũ è littore soluit, merces aũt nõ uidentur, tantùm aũt sperantur. At nisi ad eam respiciat, quę non apparet, & absens est: & non in manu, sed in spe: nunq; etiam præsentia, & quę apparẽt attẽtabit. Similiter & agricola iungit bouem, aptat aratrum, profundos facit sulcos seminaq; spargit, & omnia quæ sibi sunt insumit, & frigora, & glacies, & imbres, & alias fert ærumnas, quanuis multas: tandéq; post labores expectat, ut uideat campos uirentes, & impletam aream. En & hic prior est labor, posterior uerò merces: & merces incerta, labor uerò certus & difficilis: & illa quidem tantũ in spe, labor aũt in manibus. Veruntamen & ipse nisi primũ hanc spectet, quæ dubia, & non apparens, & corporeis oculis inconspicua: non solũ non iunget bouem, sed & neq; aratrum trahet, neq; semina sparget, neq; unquã ad id operis uel domo egredietur. Sicut igitur in rebus
H uitæ huius magis spectatur ad inuisibilia, q̃ ad uisibilia: & anteà fertur labor, q̃ uideatur merces, & primũ difficilia quæq; sustinentur, & sic inde expectantur fructus: ficq; spes inuisibilium primũ adducit, & tũc uisibilia quoq; attinguntur: ad hæc, dubitare, hę sitare, & poscere mercedẽ ante labores: uidetur esse animi abiectioris, q̃ sint agricolæ, & nautæ: nõ enim in hoc solo ipsis uidemur esse deteriores, quòd ægrè sustura expectamus, sed ẽt in alio quodã non minore illis. Et quodnam est hoc? Illi enim non satis fidere possunt fini suo, & incerti, sunt quantũ mercedis habituri, attamen nec sic à laboribus deterrẽtur. At tu fideiussorẽ coronarum habes fide dignissimum: & neq; sic imitaris illorũ studiũ, ac strenuitatẽ. Etenim nonnunq; agricola postquã sementem fecerit, agrũ coluerit, iam segetem increscere uiderit, spe tamen & retributione laborum excidit, si uel grando, uel eruca, uel locustæ, uel alia quædam talia acciderint, & post multos labores uacuis manibus domũ regredi
I tur. Mercator quoq; post longam nauigationẽ afferens oneratam nauim, sæpe in ipso portus hostio, irruentibus uentis, impingit in scopulum, & uix nudo corpore saluato egreditur. Et in summa, in secularibus negocijs oibus sæpe sub finem eiusmodi calamitates eueniunt. Cæterũ non idẽ in tuis contingit certaminibus: sed necesse omnino est, ut qui certauerit, & pietatem seminauerit, multosq; labores tulerit, finem ipsum assequatur. Neq; n. aëris intemperie, neq; uentorum tempestate, laborum mercedes subuerti sinit deus, sed repositę sunt illę in cœlestibus & inde
Rom.5.a prędabilibus thesauris. Propter hoc & Paulus dicebat: Afflictio patientiã operatur, patientia probationem, probatio spem, spes aũt non cõfunditur. Igitur ne dixeris futura inuisibilia, si exactè dicere uolueris. Plus enim apparent, q̃ illa ipsa, quæ in manibus sunt. Quod idipsum Paulus nobis monstrans, dicit? Illa quidem æterna, hæc uerò temporalia. Nomine temporaliũ, declarat nobis corruptibilitatem ipsorũ: nã anteq̃ appareant, aufugiunt, & auolant anteq̃ consistant, mutationesq; eorũ celeri momento fiunt: infidam igitur in diuitijs, gloria potentatu, corporis forma, & quocunq; seculari alio bono, possessionẽ contueri licet. Eapropter propheta reprehendẽs agẽtes in delicijs, & in diuitias, uel quanuis aliam rem tẽporalẽ insanientes. Quasi stantia, dicit, reputarunt hęc, K non quasi fugientia. Nam sicut umbrã nemo cõprehenderit, ita neq; tẽporales res: sed eorũ aliqua fine suo cõsummantur & dissoluuntur, alia ante finẽ uelocius quouis torrente diffluunt. Futura aũt nõ sunt talia: mutationem enim nesciunt, uicissitudinẽ non patiuntur: non ea urget senectus, nullã alterationem experiuntur, sed perpetuò uigẽt, & in suo decore permanent. Et si de infidis, ambiguis, & non apparentibus dicendum, ea sunt præsentia. Nam apud posi dentes nõ manent, sed quotidie dominos mutant, & ab illis ad alios trãseũt, & rursum ab illis ad alios. Vbi omnia hæc à Paulo dicta, qui uocat præsentia temporaria, & futura æterna: tunc de resurrectione sermonẽ habet, sic dicens: Scimus quòd si terrestris 2.Co.5.d nostra domus huius tabernaculi dissoluatur, domũ ex deo habemus, non manufactã, æternã in cœlis. Vide iterũ q̃ propriè etiã hoc loco dictionibus utatur, & uim sniæ suæ ipsis nominibus declaret. Nõ. n. simpliciter tabernaculũ corpus uocauit, sed indicat nobis uitam hanc præsentẽ temporalem, & declarat quo commutanda sit in meliorem. q. d. Quid inge- L miscis & lachrymaris, dilecte, quòd uerberibus pulsaris, quòd ab hominũ cœtu expelleris, quòd in carcerem intruderis? Quid luges afflictiones illas particulares, cũ pro perfecta corporis solutione orare debeas, immo nõ simpliciter corporis, sed corruptionis in corpore? Nam ut ostendat, quòd particulares illæ afflictiones non solũ contristare nos nõ debeãt, sed & lætificare: monstrat, quòd precemur & operemur uniuersalem & postremã consummationẽ, dissolutionem inquã per mortẽ. Sic enim dicit: Etenim in hoc ingemiscimus, desiderantes ut domicilũ nostrum cœlitus superinduatur. Domũ aũt tabernacu Ibidem. li, corpus dicit: rem unam duobus nominibus explicando. Vel domũ tabernaculi, uocat, domus in quibus habitamus, ciuitates, & figurã præsentis uitę. Et non simpliciter dixit, scio: sed, scimus: & auditorum quoq; sniam assumpsit, dicens: Non de rebus ambiguis disputo, nõ de his q̃ nesciuntur, sed de his de quibus iam pridẽ edocti estis, credẽtes in resurrectionẽ Iesu Christi: & ob hoc tabernacula uocamus corpora eorũ, qui hinc decedunt. Vide autem quo & uer- M bo apositè sit usus. Nõ dixit occisum est, uel dissaruit, sed dissolutũ est: quo declarauit, q̃d dissoluitur, ut resurgat fulgidius, ut inueniatur clarius: sicut etiã labores & præmia conferebat à qualitate, quãtitate & tempore. Ita & hic facit, corpus deciduũ, tabernaculi: quod autem resurgit, domus nomine uocat: & non simpliciter domum, sed æternã, sed cœlestem: excellentiã eius tam à tpe, q̃ à loco subindicans. Hæc enim terrestris est, illa cœlestis: hęc tẽporalis, illa æterna. Et nũc quidem opus nostro corporis domicilio propter carnis infirmitatem, tunc uerò idem & corpus erit, & domiciliũ: neq; tecto, neq; ullis uelamentis habens opus, pro oibus his contentum suiipsius incorruptibilitate. Postea indicando eminentiã bonorum nobis repositorũ, dicit: Etenim in hoc ingemiscimus. Quibus eos ad suã philosophiam trahere uult, & suæ possessionis facere participes. Etenim in hac parte ingemiscimus, desiderantes domiciliũ nostrum è cœlo superindui: nõ dixit simpliciter, induised superindui. Siquidem & induti non inueniamur nudi. Et licèt appareat obscurum esse, quod dictum est: sit tamen manifestius per ea quæ subduntur.

A Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus exui, sed superindui. Vide quomodo seipsum non arguit, neque uocat domũ hoc corpus, sed tabernaculũ dicit, eo quòd nolumus exui, sed superindui. Hic importunè flagellat criminãtes naturã corporis, & accusantes carne nostrã. Quia. n. dixit, quòd ingemiscimus, & exui nolumus: ut ne putes quòd corpus quasi malũ aliquod, & causam malitię, & inimicũ, & hostẽ fugiat, audi quo suspicionẽ excludit. Primum cũ dicit, Ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus exui, sed superindui. Quod aũt dixit hoc est, non carnẽ uolo deponere, sed corruptionẽ: nõ corpus, sed mortẽ. Aliud est corpus aliud mors: & aliud corpus, aliud corruptio: neque corruptio corpus est, & corruptibile q̃dẽ corpꝰ est, non aũt corruptio corpus. Nam corpus opus est dei, corruptio autẽ & mors à peccato inuectæ sunt. Igitur ait, id quod alienũ est exuere uolo, nõ quod propriũ. Alienum autẽ est nõ corpus, sed corruptio. Et pp hoc ait, eo quòd nolumus exui: hoc est, auferri corpus, sed superindui in corpore incorruptionẽ.
B Corpus medio se modo habet inter corruptionẽ & incorruptionẽ. Deguſtat hic corruptionẽ, & alibi de guſtat incorruptionẽ: abiicit quod accepit à peccato, & posidet q̃d dedit dei gratia. Vt discas quòd exuere, non de corpore dicit, sed de corruptione & morte: audi ex his quæ mox subiiciuntur. Nã postq̃ dixit, nolumus exui: sed, superindui: non dixit, quòd absorbeatur corpus ab incorporeitate, sed quid? sed ut absorbeatur mortalitas à uita, hoc est, ut euanescat, ut aboleatur: ita abolitionẽ nõ corporis uocat, sed corruptionis & mortis. Adueniens. n. uita nõ corpus abolet & absumit, sed mortem & corruptionẽ quæ illud inuaserãt. Gemitus ergo ille, nõ pp corpus est, sed propter corruptionẽ & mortẽ, quæ illi ineſt. Etenim corpus graue est & onerosum, ac molestũ: non secundũ suã naturã, sed secundum mortalitatẽ, quæ posteà illi superuenit: non ut corpus, sed ut corruptibile. Tanta enim eius est generositas, ut dignitatem suã picturis quibusdam expresserit. Nam apostolorũ umbręincorporeas expulerũt uirtutes: item cinis & puluis eorum, & amicula, quæ illorũ adhæ-
C serant corporibus, morbos fugarunt, sanitatẽq; cõtulerunt. Nihil ergo mihi de phlegmate, & cholera, & sudore, & sordibus, ac aliis dixeris, quæ corporis accusatores narrant: neq; enim ex natura corporis hæc fuerunt, sed à posteriore corruptione inuecta sunt. Nã si, quæ sit eius natura, addiscere uoles: considera membrorũ omniũ formationẽ, figurã, operationes, mutuamq; cõcordiã: & uide ciuitatẽ illã optimis legibus gubernatã, non nisi sapientes habere ciues, uidebis diligẽtem membrorũ inter se administrationẽ. Sin sursum deorsum, obiterq; hæc ptercurris, profectò res solam passibilitatẽ, & corruptibilitatẽ, quanuis nec hic nobis desit respõsio. Nã quòd hinc humano generi non solũ nihil damni, sed etiã plurimum cõmodi acceſerit, inde colliqueſcit: sancti. n. omnes in corpore uiuẽtes, declararunt, quã gubernarint sensus suos, nullo per eos, quantũ ad uirtutis cursum attinet, affecti incõmodo. Quin & alij qui mediocriter uirtutem colunt, attẽdentes corporis imbecillitatẽ, minus in præuaricationibus suis progressi sunt. Cũ enim homines nonnulli etiam mortali, & patibili hoc corpusculo circundati, æquales se deo esse sibi uisi sunt, & ob hoc tãta se gloria ob-

seruari curauerint: qua non stultitia decepti essent, si D nõ passioni corruptionię obnoxiũ corpus, utpote certũ infirmitatis suę indiciũ sortiti fuissent? Quia ergo corpus obstat impietati, q̃ summa est malitia, & sanctis præstat, ut aię fortitudinẽ declarẽt: quã ueniã cõsequentur hi qui ipsum accusant, & malũ clamãt? Non. n. talia de ipso dicenda. Insuper & hinc nobis ad dei notitiã patet uia. Si enim inuisibilia eius, q̃ à Rom.1.c conditione mundi in facturis considerata conspiciũtur, & fides ex auditu est: satis manifestũ quòd p Ibi.10.d oculos & aures manu ducitur anima, ut agnoscat deũ qui illã fecit. Idcirco istucipsum Paulus amat & 1.Co.15.g clamat, ac dicit: Nolo illud exui, sed superindui & imortalitatẽ. Quo pacto aũt pót resurgere corpus, fieriq; corruptionis immune? At cũ dei potẽtia operatur, quo pacto nõ eueniet? Sed qd de deo, inquã? Teipsum fecit deus, ut resurrectionis esses opifex, id qd patet in seminibꝰ, artibus, materiisq; metallorũ. Etenim semina nisi prius moriantur, & putrescant, & corrũpãtur: nõ pariũt aristã. Sicut igitur qui uidet ibi granũ quod corrũpitur & dissoluitur, non dubitat de resurrectione, sed certissimã demonstrationẽ E facit. Nã si ita maneret, & nõ corrũperetur, uel dissolueretur, certũ quòd nunq; resurgeret. Sic cogita & de corpore tuo, cũ uides corruptionẽ, tunc potissimũ Mors de resurrectione philosophare. Nã mors nihil aliud quid sit. est, quã plena corruptionis cõsumptio. Neque enim mors simpliciter corpus, sed corruptionẽ corporis absumit. Hoc ẽt in metallorum materijs uides euenire. Rudem. n. glebam in qua aurũ, accipiunt eius artis gnari, & in conflatorium mittunt, faciũt aurum circũponendo stannum & alią materiã, & aurũ non proferunt, donec purũ excoquatur. Iam si tantũ potest ignis potentia: cur nõ & diuina? Dic quæso, an non multò magis potest? Et quis mentis cõpos de his dubitaret: Cogita, quo te à principio fecit, nec erit quod de resurrectione ambigas. Nõne terrã accepit, & formauit: tametsi operosius uideatur, formari è terra carnẽ, & uenas, & cutẽ, & ossa, & neruos, & arterias, & instrumentalia, & simplicia corpora, oculos, aures, nares pedes, manus, & unicuiq; horũ tam propriã quã cõmunem indi operationẽ, quã corruptibilia facta, efficere incorruptibilia? An non uides, F quomodo uniformis quidem terra, corpus aũt multiforme & uarium, nempe in operationibus, coloribus, figuratione essentiis, & alijs omnibus? Dic igitur, quid ita de futuris dubitas? Et quid opus est dicere de corporibus? dic mihi quo fecerit uirtutes immensas populos cœlestes, angelos, superioraq; his agmina, dic oro modum quo fecit? Hic nihil dicere potes quã qd sola uolũtas ad hæc sufficerit. Cæterũ q tot incorporeos formauit exercitus, hominis corpus dispersum renouare iterum, & in maiorẽ prouehere dignitatẽ nequit? Et quis sic insensatus est, qui de his dubitet & resurrectionẽ fore inficias eat: Ad hæc, si non resurgit corpus, non resurgit homo. Homo. n. non est aia sola, sed corpus & anima. Si ergo anima sola resurget, dimidiũ animal resurget, & ita non integrũ. Sed & de anima nõ propriè dicitur resurrectio. Resurrectio enim eius est quod cecidit, & quod dissolutũ est. Anima autẽ non dissoluitur, sed corpus. Quid ergo id est, quod ait? Siquidẽ & induti non nudi inueniamur? Sacramentũ magnũ & inef- 2.Cor.5.a fabile nobis ibi adumbratur. Quale aũt hoc? nępe id quod & in epistola ad Corinthios dicit: Oẽs qui- 1.Co.15.g

Gdem resurgemus, unusquisque autem in suo ordine. Quid autē est, quod hic dicitur? hoc uidelicet quòd Græcus, & Iudęus, & hęreticus, & omnis homo qui
1.Co.15.g uenit in hūc mūdū, in hac nostra resurrectione erit: & hoc est quod manifestat, dicens: Omnes quidem non dormiemus, omnes aūt immutabimur, in atomo, in momento oculi, in illa ultima tuba. Quia ergo cōis est omnibus resurrectio, & pijs & impijs, & bonis hominibus, ut ne putes iniustū quoddam fieri iudicium, neq; dicas ad teipsum, Quid nā hoc est? ego, qui multo studio & labore & i miseria uixi, resurgo, & Gręcus, & impius, & idololatra, & q ignorat Christū, etiā ipse resurgit, & simili honore mecū fruitur. Vt ne talia dicens conturberis, audi quid dicit, Siquidem induti non nudi inueniamur. Et quomodo dicit, qui indutus est incorruptionem & immortalitatem, ut inueniatur nudus? Videlicet si gloria priuamur, & fiducia ad deum destituimur. Etenim peccatorū quoque corpora incorruptibilia resurgūt, & immortalia: sed hic honor fomentū & uiaticum ipsis erunt suppliciorū & ultionis: incorruptibilia enim resurgunt, ut semp urātur. Nā cū ille ignis
H 2.Cor.5.a sit inextinguibilis, opus est illis corporibus, q̄ & ipsa nunq̄ consumantur. Eapropter dicit: Siquidem & induti, non nudi inueniamur. Nō enim hoc solū est quod quęritur, ut resurgamus, & imortalitē induamus: sed ut cum resurrexerimus, indutiq; fuerimus immortalitatem, nō inueniamur nudi à gloria, fiduciaq; erga deū nęue igni illi tradamur, & ob hoc dicit: Siquidē & induti, nudi nō inueniamur. Post hæc iterū fide dignū de resurrectione sermonē habet: & cū dixit, futurū quod absorbeatur mortale hoc à uita, adiicit, Qui autem nos fecit ad hoc ipsum deus à
Ibidem. principio, propter hoc hoiem formauit dicit, ut nō pereat, sed ut ad incorruptionē pergat. Ita ut quando mortē permisit, hoc ipsam consilio permiserit, ut ultione prudentior factus homo & melior, possit denuò ad imortalitatē reduci. Ratū atq; firmū hoc consiliū, & hæc sententia ab initio apud deum, atq; hac ratione primū hominē formauit, idq; statim nobis ex proœmijs ipsis declarauit. Nisi. n. uoluisset nobis resurrectionis ianuas aperire, nō permisisset Abe
I lem omni uirtute præditum, factumq; sibi amicum, quæ passus est pati. Nunc autē nobis demonstratū est, quòd ad aliam uitam pergimus, & aliud quoddam seculū iustis relictum est, in quo coronas & retributiones sibi repositas accipiant. Hinc est quòd permittit, ut is qui primū hic iustè uixit, laborū suorū mercedes hic non accipiat: sed hinc abiens, clamet per ea quæ hic passus est, & ad oēs dicat: Post
Genes.5.d hanc uitam est retributio aliqua, & merces & remu
&.4.Re neratio. Propterea etiā Enoch transtulit, & Eliā ra-
gū.2.b puit, docens per eos resurrectionis materiā. Et sufficit ad argumētorū copiā sola conditoris potētia: at siquis est infirmior, & aliā insuper demōstrationem habere uult, & pignus futuræ resurrectionis, ēt idipsum nobis deus magna liberalitate dedit, spiritus. s. gratiā. Quocirca cū Paulus de resurrectione sermonē habuisset fidelissimū, de Christi resurrectione, eo quòd deus eius author esset, adducit & hoc tertiū: Et arrabonē nobis dedit, nō auri nec argēti, sed ar-
2.Co.5.b rabonē spiritus. Arrabō aūt pars est totius, & de to-
Arrabon. to fides. Nā sicut in conuiuijs, qui acceperit arrabonē, fidē habet, & securus est de toto reliquo: ita & tu cū acceperis arrabonē spiritus, dona inquā, nō iam dubitare debes de cæteris bonis tibi repositis. Qui K enim excitauit mortuos, curauit cæcos, dæmones expulit, leprosos mūdauit, morbos emēdauit, mortē soluit, & tāta ac talia potens est facere, & tu incredulus es? tu in fragili & mortali corpore, quā assequeris ueniā de resurrectione dubitans? Si. n. cū nondū resurrectionis tēpus aduenit, sed cū adhuc certatur, tantas reddit tibi coronas deus: cogita, quāta suo tē pore bonorū brauia daturus sit. At siquis dicat, sed non uidemus hæc signa nunc fieri, neq; nobis tanta uirtus cōcredita est: illud respōderim quòd nihil differt, siue nunc siue olim hæc facta sint. Nā q̄ prius ab apostolis sunt facta, testantur per oēm orbē ecclesiæ, & populi, & ciuitates, & gētes, ad quas idiotæ piscatores peruenerūt. Neq;. n. toti orbi pręualuissent illiterati, & inopes, & pauperes, & uiles, nisi miraculis adiuti. Verū nec tu gratiæ spiritus factus es expers: Etiāmnū multa sunt donationis illius symbola, atque his q̄ enumerata multò maiora, & magis admirāda. Nō. n. æquale est, corpus mortuuū & animā à peccatis occisam ab iteritu liberare, quod per baptismū fit. Nō æquale est pellere morbū car-
L nis, & abiicere pondus animæ. Nō est æquale oculū cęcatum restituere, & animā obtenebratā illustrare. Nisi. n. esset arrabon spiritus & nunc, neq; baptisma adhibitū esset, neque peccatorū remissio, neque iustitia & sanctificatio facta esset, neque adoptionem filiorum dei accepissemus: neq; percepissemus mysteria. Corpus. n. & sanguis mysticus nō fiunt absq; spiritus gratia. Neque sacerdotes habuissemus, neq; has ordinationes sine tali uisitatione fieri possibile. Sed multa possemus dicere gratiæ spiritus symbola & quòd ēt tu spiritus arrabonē habes, & mortē aiæ pellis, cæcitatēq; cogitationū, & uitæ exuis immundiciem. Ne igitur dubitemus de futuris, præsertim cū talia acceperimus pignora, sed undequaq; de resurrectione sermonē solidū colligentes, uitā tantis dogmatis dignā exhibeamus, ut & assequamur hic bona incorruptibilia, quæ sermonē ac mentem humanam transcendūt. Quæ omnibus concedat, gratia & misericordia sua dominus noster Iesus Christus, per quem, & cū quo patri sit gloria, simulq; spiritui sancto, in secula seculorum, Amen. M

Sermo eiusdem, de resurrectione.

E resurrectione domini nostri Iesu Christi,
d quantū ualemus lingua humillima uestræ dilectioni narrabimus. Deponētes lugubre mœroris pallium, accipiamus lætitiæ indumentū, cū de resurgentis uita gaudemus. Testantur elemēta rediuiua, quæ erāt funereo tegmine iā sepulta. Ad exequias domini relictis cursibus suis obsequio famulāte migrauerāt, nūc nobiscū lętātur, quia nobiscū resurrexisse dominū profitētur. Propter laborē uigiliarum breui sermone percurrimus euāgelium. Maria festinat ad tumulū. Maria, non mater domini, quę uirgo genuit, & post partum uirgo permansit, sed aliam Mariam nominamus, quę fugientibus apostolis, ad sepulchrum domini sola peruenit. Apparuit ei saluator rediēs ab iferis, uictor, de diabolo triumphator. Lugete animæ miserorū, quæ nō meruistis post tartari carcerem superos reuidere. Apparuit ergo mulieri. Oportuit. n. obuiari sponsam spōso, ecclesiā Christo redemptori captiuam domino famulam, creaturam creatori. Adhuc illa carnis nebula caligabat, & hebetem corporis cæcitatem gere

bat

A bat in mente, ut nō agnosceret quem nouerat, non aspiceret quē uidebat, non crederet, cui crediderat.
Ioā.20.d Mox reddita est sanitas mentis, fugatæ sunt tenebrę falsitatis. Vade, inquit, dic fratribus meis. Non dixit, dic errantibus, dic fugitiuis, dic latentib⁹, dic negantibus, sed dic, inquit, fratribus meis. Plures nanq; Marias, fratres charissimi fuisse, qs ambigat: q̄ pro qualitate meritorū post resurrectionē dominū meruerūt uidere. Vna denicq; cū unguento primā sabbati, alia sine unguento uespere sabbati uenisse ad sepulchrū domini designantur. Sed hæc adnititur pedes domini tenere: illa tāgere prohibetur. Hæc discipulis nunciauit dominū resurrexisse. Illa existimans furto sublatum esse cōgemuit. Illi in gloria sua Christus occurrit, hæc adhuc dominū cū mortuis quærit. Nec immeritò tāgere prohibetur q̄ uiuentem cum mortuis requirebat. O admirabilis bonitas saluatoris: appellat fratres, quos nouerat negatores. Perrexit mulier, nūciat apostolis dominū resurrexisse. Soluite captiui uincula tarditatis, redite ad dominū, redite ad
B magistrū: quia mulier nunciat, nō uideatur indecorum. Thomas unus de discipulis ambiguæ mentis incredulus, de resurrectione dubius, & penè perfidię laqueo suffocatus, aspicit Christū corpore uestitū, quòd fuerat passione nudatū. Ipse ex integris genitalibus uirginis, membra infantis eduxit, qui clausis ianuis iuuenem introduxit. Expauit apostolus culpā suam, & cōfessionis pnām publicauit. Veni, inquit, dominus: tange uestigia uulnerū meorū, festina curiose, festina perfide, ut uulnera tua uulneribus sanētur: & mens tua sauciata perfidiæ iaculis, indulgētię medicamento curetur. Thomas reus, à quo fuerat dominus offensus, prostratus pedibus saluatoris, la-
Ibidem. mētabiles gemitus fudit. Dominus meus, ait, & de⁹ meus. Sed & mitissimus Christus consitentē nō contempsit: nolo, inquit, sis incredulus, sed fidelis. Bona est pnia fratres, si tarda non fuerit: & si fuerit sera, in opere uideatur esse perfecta. Facilius cognoscimus ueniam creatoris, q̄ pœnitentiam peccatoris.

Item eiusdem, de eodem.

Ost custodias ęuas & uincula dura, post il-
p lusiones & uerbera, post aceti & fellis pocu-
C la mixta, post supplicia crucis & uulnera, postremò post ipsam mortē & inferos: surrexit de suo funere caro noua, rediuiua phœnicis, quā ultimus sol & cinname coxerant pietatis. Redit ab occiduo orbe latens uita, & in mōte salus seruata resurgit, pulchior reditura post funus. Quid cœnam illā liberalē cōmemorem, ubi tingebat discipulus mendax digitum? Edebat cū pane cædem, & sorbebat cū sangui ne potionem. O crudele proditoris conuiuium, rogo, quibus oculis aspiciebat, quē sub dente premebat? Parricida pariter & cōuiua uendidit argento dominū, fecit de magistro ferale cōmercium. Accepit aurum, & perdidit deum. Ipse aūt Iudas inter epulas carnifex, iter nectareos cibos amarus uipereā cruentat animā: & cæcū alit sub pectore uulnus. Accepit mox à Christo bucellā, quā malè sibi conscia mens ferre nō potuit. Cucurrit ad Iudæos. Pensat in pretio mortē suam, qui dum alienū sanguinem uēdit, proprio laqueo disperijt. Ecce traditur Christus, ducitur, ecce flagellatur, ecce suspenditur. Quid tibi prosuit, ò Iuda, ut mortem alienā tuo sanguine mercaris? Christus rediit ab inferis, & tu in pœna torqueris. Illi nihil nocuisti, tu uerò corpus simul & animā perdidisti. Cur Iudæa ferox, quem occideres, cōparasti? Si seruares tibi, q̄d emeras: non perderes, q̄d habebas. Tollis de innocente consiliū? ducis sicut ouē ad gladium, cruentas mębra, diuidis uestimenta. Quid lucri inuenisti, qa sic sæuisti? Ecce Christus ex Oceano mortis, tanq̄ roseum iubar ascendit, & super te funerea caligo permansit. Aspice Solem nostrū radiare. Vbi est quod dudū figebas in cruce? Spinas ēt capiti eius, & coronā de uepribus texuisti, acetū quoq; amaro felle propinasti cōmistum. Ille tamē accepit, non quod biberet, sed q̄d potius reprobaret: denicq; gustauit merum tuum, & amputauit fructum tuū. Ego, inquit, plantaui te uineam fructiferam totam. *Esa.5.a* Quo conuersa es in amaritudinem uitis alienæ? Sustinui, ut faceret uuas, fecit autē spinas. Ruit subitò nox medio die, & mortē domini omnis creatura, ne uideret, effugit. Texit faciem suā lugubri nube omne cœlū, & totus orbis tenebris obuolutus occultauit uultum suum, ne uideret in cruce dominū suum. Elementa ipsa turbantur & rugiunt, saxa rūpuntur, sepulchra patescunt, mortui reuiuiscunt. Factū est in
E terra chaos, timet omnis natura periculū, & Iudæa perficit parricidiū. Vnus erat latro & corpore & mente proximus, alter alteri quidē uicinus, sed multū cor de diuisus. Pendebat Christus in medio, & tanq̄ rex fulgebat in throno. Confitebatur unus & honorificabat, alter incredulus blasphemabat. Iudex modò dictat uni sniam, alteri porrigit indulgentiam. O mira rerū conuersio, latro credit, & Iudæa fremit. Fecit latro de cruce impetū, & intrauit paradisum rhomphæa flammea circūdatū. Iudæa uerò amisit lumē, quando perdidit Solem, sicut scriptum est: Supercecidit ignis, & nō uiderunt Solem. O uiolētum latronem, ò artificiosæ effractionis uim. Ipsum clauicularium tenuit, & per ipsum ad paradisi interiora perue-
Psal.57.b nit. Ecce surrexit hodie Christus, & post supplicia multa illæso corpore coruscauit. Non eum umbrosa uorago, non ærea claustra, nō indomabilis mors morte oppressit. Diræ cessere formæ, imperiūq; omne succubuit. Non ibi presente Christo ultrices flammæ, non sæua supplicia resonabant. Gemitus ille tristis, omnisq; luctuosus clangor obstupuit: captiuorum dirupta sunt uincula: nox ipsa, infernusq; resplē
F duit. Vomuerunt anfractus cauernarū captiuos, & animas lapsorū iam tenues antra cæca de suis custodijs laxauerunt. Ceciderunt ferales illæ cruentæ manus, atq; rubiginosi tortores uiso domino tremuerunt. Cœperunt sentire quod fecerant, & suis se pœnis carnificina torquebat. Mox resolutos populos reducit Christus in lucē, alloquitur saucios, reficit fatigatos: O mea quondā, inquit, creatura, ô opificium meum: non te ea sorte condiderā, ut in has plagas & in hæc exitia peruenires? Paradisum tibi paraueram, non infernū. Delicias præparaui, uitamq; beatā, non mortē constitui. Ecce quò te perduxi, & huc me descendere cōpulisti, ut paululum de maiestate humilis ad hunc carcerem hucusq; uenirem. Dum ergo te de his tenebris & tormētis liberarē, iudicem me esse tua culpa fecit: ut te ita derelinquerem, necessitas delicti tui cōpulit. Quid agerē iustus, nisi damnare tur iniustus? Si te per potentiam eriperem, iustitiam utique amisissem. Coactus sum amore tui pugnare cum aduersario tuo. Sustinui angustias uteri uirginalis, accepi sortē tuā, auspicatus sum infantiam, iacui in præsepio: fleui, dormiui, creui, esuriem sitimq;

G sustinui. Quæ fuit, rogo, tanta cupiditas pomi, ut meorum præceptorũ obliti, inter ipsa primordia peiretis? Debui quidẽ ingratos æternis donare supplicijs: sed fateor, uicit me pietas. Non angelũ misi, sed ego ipse pp te descendi. Permisi me occidi, & sic ad istos inferos ueni. Exite nunc uincti, exurgite miseri, respirate captiui. Ecce uobis ignota lux fulgeo, ecce rores infundo, ecce nodos oẽs catenasq; dirumpo. Ecce tartareas sedes, noctemq; profundã, fœtidũq; chaos extermino. Sufficiant exactæ pœnæ. Fouebit uos semp maiestas mea, cũ in cœlo fuerit caro mea.

Item eiusdem, de eodem.

Omini resurrectio induxit mundo lętitiam
d Quantò fulget in aspectu, tãtò feruet in affectu. Vetus homo migrauit, nouus aduenit. Præuaricatio Adæ confusa est, cũ nobis gratia Christi donata est. Dudum catena erroris trahebat animas miserorũ, nũc charitatis uinculũ redemptos ducit ad cœlũ. Erubuit diabolus in furoribus suis. Christus occiditur, & mundus ab errorib⁹ liberatur. Christus resurgit, & hostis euanuit. Miracula uirtutũ apH parueĩrunt, ut homines perfidi confunderentur, & ut perditi redimerentur. Quantũ mœret luctibus synagoga Iudęorum, tantũ iucundatur ecclesia Christianorum. Triumphemus in Christo, qui nobis donauit misericordiæ medicinam, dum per lignũ tribuit trophæa glorioſa. Iudas uendidit dominum suum, Petrus negauit magistrum, latro confitetur Christũ: Iudas desperauit, Petrus titubauit, latro paradisum meruit. Inter traditorem, mercatoremq; sanguinis Christi, & negatorem magistri, & confessionem latronis, signaculum meruimus redemptoris. Sufficiãt charitati uestræ, quæ pro eruditionibus animarum dedit dominus deus.

Item eiusdem, de eodem.

Ratres, q̃ pretiosa & grata hodie ecclesia no
f bis inclaruit: & totius anni diebus alacrior dies hodierna refulsit. Non de usitatis Solis curriculis illuminata præclarius, sed de lumine agni resurgentis illustrata sublimius. Hodie.n. sol iustitiæ Christus ascendit euangelizatis sanctorũ animis, ab inferis eleuans secum corpora sanctorum tanq̃ chorus syderum spiritalium. Enituit Hierusalem, in qua uisi sunt resurgentes, enitescit ecclesia, in qua præsulgent renascentes: Et illi testes, & isti testes. Solis resurgentis illi testes, Solis in aqua & spiritu baptizãtis isti
Psal.117. testes. Et ideo pulsemus citharã Dauid, canentis: Hic est dies, quem fecit dominus, exultemus & iocunde mur in eo. Contemplemur hunc diem, qualẽ noctẽ habuerit genitricẽ. Nox planè hæc cœlum luminaribus imitatur, immo uerò hac ipsa nocte cœlum terraq; collætantur. Nox bonæ parturitionis, nox sanctæ regenerationis, geminũ noctis huius uideo uterum: quia & geminũ agnosco partum. Commouit tunc nox ista uterũ parturiendo corpora resurgentium: cõmouet nunc uuluam suam renouando animas innocẽtiũ nox, de qua dicitur: Et nox tanq̃ dies
Psal.138.b illuminabitur. Ab ipsa est dies, quem fecit dominus, dies dominicus, Alij diem panis, alij dicũt diẽ lucis. De hac tripartita diei nuncupatione, producamus gaudiorũ tubæ clangorẽ. Dies dominicus, dies (inquam) regalis, in quo imperator ascendit ab inferis. Hesterno die agonizabamus tanq̃ sperantes regem, hodie lætemur suspiciẽtes iperatorẽ. Et ideo hesternus dies nõ fuit ieiunationis, sed expectatiõis. Nunq̃ aliquis sensit ieiunij laborem, sed oẽs tanq̃ sibi para- K
bant læti refectionem. Quemadmodũ si iudex speraturad patriam rediturus, nõne totius ordinis uiri principes ciuitatis, dum meditantur cãtica in occursum iudicis uenientis, longius per momenta portis procedunt: & dum sperant, ieiunant: dum ieiunant, refectionem parant. Sic hesterno, ueluti in expectatione iudicis salutaris, agonizabamur parando, sed delectabamur ieiunando. Suscepimus regẽ, & reficimur per gratiã salutarẽ. Et rectè dies dicitur panis, quia in eo nouimus panem resurrectionis cœlestis. Hodie.n. processit panis in ueritate, qui sicut crystallũ mittebatur de nubibus prophetiæ. Clamat.n. Dauid in uoce Psalmi, dicens: Qui emittit crystallũ suã, *Ps.147.k*
sicut frusta panis. De ore.n. prophetarũ, tanq̃ de nubibus sanctis descendebant niues, descendebat ros in uellus, quasi in crystallũ spiritalẽ: ut per frusta panis consumptæ prophetiæ, integrũ sacramenti cõficerent panem. Splendebat elapsa crystallus de ore prophetantiũ, & salutare panificabatur nobis uerbũ crystallica prophetiæ fermẽtatione firmatũ. Destitit iam crystallum prophetiæ, quia paratũ nos gustaui L
mus panem. Et gustãdo ipsum panẽ non sicut Adã uidimus propriam nuditatem, quando nuditas nostra tecta est per huius diei claritatẽ. Et rectè dies dicitur lucis, in quo fugerunt tenebræ cæcitatis. Exclamauerunt, qui erant in tenebris, quia lumen uidenũt *Esa.9.a*
magnum: & qui erant in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Lætetur terra, qa uidit nouã lucẽ. Lætentur angeli, quia donauit dominus peccatoribus claritatẽ. Cõtremuerunt inferi, insolitũ sustinendo splẽdorem: sic q; incuruatũ est omne genu Christo domino cœlestiũ, & terrestrũ, & infernorũ. Omnia ergo nobiscũ hodie contriumphant. Angelorũ apparitio festa nobiscũ solẽnia cõcelebrat. Archãgeli, throni, uirtutes, dominationes, cherubin, & seraphin lætitię choros ducũt, dum nos tractam⁹ Paschę mysteriũ. Innitamur hodie in angelis splendore nõ ueſtiũ, sed canticorũ. Ideo & nos cantemus cantilenã, cantãtes cantica cœlestia, q̃ humana adhuc cantare non potest lingua. Ideo lætentur cœli, & exultet terra. Exul- *Luc.1.c*
temus domino, sed in tremore, nõ remissa securitate: quia & beatus Ioannes præcursor exultauit in ute M
ro matris, sed qui uinũ non bibit, præcepto angeli Gabrielis. Nos aũt quia infirmi sumus, sobriè bibamus, modũ non excedamus, ut lętitia nostra cũ moderatione nullã sentiat corporis tempestatẽ: sed per sobrietatis serenitatem, portum intremus salutarẽ. Accepimus ieiunioru̇ palmam? Festiuitatis nõ amittamus uictoriam: quã nobis tribuat dominus Iesus Christus adiuuando, qui uicit in nobis patiendo: ut digno carmine triũphemus cantantes, Vbi est mors *Oseæ.13. d.&.1.*
uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est infer *Cor.15.c*
ne uictoria tua, qa captiuata est captiuitas tua? Oẽs canamus halleluia: & idcirco propter diei lætitiam, conuertamur ad Christi clementiam.

Item eiusdem, de eodem.

Aria ueniens ad Christi domini monumen
m tum, appellat dominum hortulanum: quia infantium plantaria floruerunt. Ecce lilia renatorũ ornant altare dominicũ, candidis turbis gaudiorum: ecce lilia noua de fonte plãtata, qa isti sunt qui lauerũt stolas suas, & cãdidas eas fecerũt in san- *Apo.22.c*
guine agni, q tollit peccata mũdi. Ecce surrexit caro Christi, & flos campi de scrobe sepulchri: & appa-

A ruit in horto lilium conuallium, cũ ad sepulchri nouã scrobem gaudiorum nuncij descendunt angelorũ. Venit Maria sepulturæ portans aromata, & inuenit in sepulchro suauia resurrectionis unguenta. Non ut ungeret corpus dominicũ, sed ut chrismate perfunderet capita renatorum. Venit ad monumentũ, æstimat clausum, & inuenit ad ianuam sepulchri ue
Ioã.20.c la pendentia linteorũ. Dicunt ei angeli, Mulier, quid ploras? quẽ quæris? Iesum quæris intra petram, qui iam confregit mortis gehennã? Quid quæris Maria, plantatã uitẽ uerã? Ecce de palmitibus mortuorum paratur tibi in horto renouata uindemia. Nõ audi-
Ps.127.a ri Dauid prophetam dicentẽ: Filij tui sicut nouellæ oliuarũ? Ecce sunt, circa altare dominicũ infantes p mediũ florescentes aquarũ: quia isti desiderauerũt,
Psa. 41.a sicut ceruus ad fontes aquarũ. Quid est ergo Maria? Quẽ quæris: Non est hic. Surrexit enim sicut dixerat uobis: uide, aspice linteamina, nil est, qđ terreat. Linteamina enim Christi, sepultura est peccati tui: unde extergas lachrymas luctus tui, & sudorem refrigeres desiderij tui. Videbis in paradiso, quem quę
B ris in monumẽto, accesit, recesit, profecit: quẽ quærebat. inuenit. Aspicit & æstimat hortulanũ: quia uerè ab ipso susceptus non plantaria renatorũ. Domine, inquit, requiro à te, edoce me. Etsi æstimo hortulanum, non facio calumniã, dum requiro uitam meã.
Ioã.20.d Si tu sustulisti dominũ meũ, indica ubi posuisti eũ. Nunquid uidisti, quẽ dilexit anima mea? Si tu es fur corporis domini mei, esto consolator luctus mei. Si tulisti eum, patiamur simul: & de te & de me gaudebit, genus humanũ. Si tulisti, non auaritia appetisti, sed misericordiam dilexisti. Tantũ per te ostẽde locũ, ego paro humeros meos, & tollo tecũ. Stat hortulanus, & tacet. O uerè hortulanus dominus Christus, qui leuauit plantaria de gehenna, quæ antiqua obruerat sepultura. O uerè hortulanus, qui eradicauit mortẽ, & introduxit secũ ad paradisum latronẽ. O hortulanus, uilis quidẽ specie, sed dulcis in uoce. Iam simplex est horti ianua: nulla ibi de terrore custodia, ideo libenter interrogat secura Maria. Suspicor, inquit, qa Iudęi tulerũt dominũ meũ, & nescio ubi posuerũt eũ: sed quia te uideo, te interrogo, à te
C discere desidero qđ requiro. Et dominus Mariæ dat uocẽ, & indicat ueritatẽ. Labia iusti distillãt melle, & obumbrantur unguenta Mariæ. Quæ cũ meliorem accepisset odorẽ, exclamauit in uoce, Rabboni? qđ interpretatur, magister. Et adorauit eũ: & fundẽs lachrymas, & quærens tenere genua eius, dicit ad eã
Ibidem. Iesus: Noli me tangere, nondũ ascẽdi ad patrẽ meũ: hoc est, iam fide uiuis, spiritusq; te uiuificat. Resurgit Christus à mortuis, credi debet, non tangi. Qui eius desiderant tenere genua, accedãt ad eius altaria. Noli me tangere, necdũ enim ascendi ad patrem meũ. Et illa dixit, Domine, quare nõ mihi permittis ut te tangã: uel fimbriam uestimẽtorũ tuorum ego non debeo tangere, quam tangebant ęgroti, & sanabantur? Tu in ligno pependisti, & in sepulchro iacuisti, tu paradisum reseraſti. Admitte me ad hortũ deliciarũ tuarũ. Sanasti Heuam, exhilara Mariã: ostẽde mihi uitem tuam, lætifica me de uindemia tua. Et dominus, Vade, inquit, ad palmites meos apostolos, ut occurrãt in Galilęam: & ibi tibi apparebit plena uindemia. Ecce igitur de Christo resurgente, & de sarmentis apostolicis triũphauit Galilæa. Ecce de domino & infantib⁹ tanq̃ de uite, & palmitibus, hodie lętatur nostra mater catholica ecclesia. D

Item eiusdem, de eodem.

Icet omnes solennitates, dilectissimi, quæ in
I ecclesijs pro dei honore celebrantur, sanctæ sint atq; uenerabiles: tamen hodierna dominicę resurrectionis dies peculiarem festiuitatẽ habet. Ideo utique quia omnes alij dies uiuentiũ in se tantũ continent gaudiũ: hæc etiã lætitiam defunctorum. Cõmunis est ergo infernis simul ac supernis ista festiuitas: quia resurgẽs dominus à mortuis & illic festiuitatem dedit ubi mortem uicit: & istic ubi uictor à morte remeauit. Et ideo bene psalmista loquitur de hac peculiariter die, dicens: Hic est dies quẽ fecit dominus, exultemus & lętemur in eo. Prænuncias enim. Dominicã resurrectionem, nõ su- *Psa.117.d*
pernis tantum sed & infernis, diem salutiferæ exultationis indixit. Descendente in tenebrosam inferorũ caliginẽ domino, ẽt illic tũc absq; dubio dies splẽdidissimus fuit: ubi saluator illuxit. Vnde pulchrè euãgelista, q modò lect⁹ est. Et lux, inquit, in tenebris lu- *Ioan.1.a*
cet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Quia licẽt in tenebras dominus descenderit: tenebrarũ tamẽ obscura non sensit. Tenuit in illo noctis horro- E
re inuiolabilẽ maiestatis suę splẽdorẽ: luxit sempiternæ naturæ splẽdore, ac sic nõ lux à nocte, sed nox à luce superata est. Lętemur ergo dilectissimi & exultemus in domino: hodie.n. nobis data est à domino lux salutis secundũ illud, quod idem Psalmista in *Psal.11.d*
consequentibus ait: Deus dominus & illuxit nobis. Et quid adhuc addidit. Costituite, inquit, diẽ solennẽ in cõfrequẽtationibus, usque ad cornu altaris. Completũ ẽt hoc hodie in ecclesia dei uideo. Nam cũ usq; ad cornu altaris omnia religiosis cõuẽtibus plena sint: ipsam scripturã sanctæ ecclesiæ plenitudo cõpleuit. Dies ergo hic dilecti: dies est resurrectionis & uitæ. Reddit eũ per quadragesimã, gratiorem delectabilior fidei gratulatio: qua ad tristitiam reorũ iuncti sunt dies remissionũ: ut patientiã utiq; statim remuneratio cõsequatur, scđm illud: Qui seminant in lachrymis in gaudio metent. Quicũq; ergo
seminastis in lachrymis, capite præmia exultationis. Sciat se unusquisq; quò maiora seminauit semina fletuũ, maiores fructus capere gaudiorũ, Species ergo futurarum beatitudinũ iam in præsentibus continetur. Sicut enim nunc est relaxatio post districtionẽ, sic in futuro erit requies post laborẽ. Vnde obsecro dilectissimi, cũ uniuersam ecclesiã: præcipuè tamen uos, qui in nouã salutem regenerati candida indumenta sumpsistis, ut munus quod accepistis, purũ immaculatũq; teneatis: ut nitorẽ uestrũ habitus ẽt in conuersatione seruetis: & tam candida sint corda uestra, quã uestimenta uestra. Audistis euãgelistam dicentẽ hodie, quòd quicunq; in deũ credũt, hi filij sunt dei. Dedit enim, inquit, filios dei fieri his qui nõ ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri: sed ex deo nati sunt. Ergo & uos nõ estis nunc ex carnis cõceptu editi: sed ex deo patre generati. Superest ut cõseruetis, p sanctæ uitę cõuersationem, sanctæ regenerationis dignitatem, & uerè iuxta id qđ Apostolus ait: Sicut modò geniti infan- *1. Pet.2.a*
tes rationabiles sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutẽ. Et pax dei quæ exuperat oẽm sensum custodiat corda & corpora uestra: per dominũ nostrum Iesum Christũ, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amẽ. *Phili.4.b*

ἐν τοῖς πυκα-ζουσιν, *quo loco Hebræi legunt,* בְּעֻכְתִּים *pro quo Hiero. in frõdosis. cui concinit ecclesia, in condensis, sane* עָכָה *de sum quid aĕ spissũ indicat uerbum* עָכָה *Psa 125.a Ioan.1.a*

Item eiusdem, de eodē.

Aschalis solēnitas dilectissimi hodierna die festiuitate concluditur: & ideo hodie etiā
P neophytorū habitus commutatur, ita tamen ut cādor qui de habitu deponitur, semp in corde teneatur, in qua quidem re obtinenda prēmiū id nobis iam nūc agendū est dilectissimi: ut quia quinquagesimæ dies sunt: id est, indulgentiæ & remissionis: ita nobis sanctorū dierū festiuitas agatur, ut relaxatione corporū, puritas nō corrumpatur animorū: sed potius abstinentes ab omni luxu, ebrietate, lasciuia: dantes operā sobriæ remissioni, ac sanctæ synceritati, id efficere tentemus: ut quicquid nunc corporali abstinentia non adipiscimur, mentiū puritate quæramus: & sanè debemus hoc non utilitati tantū nostræ & saluti, sed ēt festiuitati ipsi ac tēpori. His. n. diebus dominus post resurrectionē uidedū se apostolis suis, tenendū, amplectēdū, perfruēdūq; concessit. Vnde cum solennitas quinquagesimæ & ex eo constet quòd nunc dominus cum discipulis præsens fuit: scire nos conuenit, quòd ita demū nos
H uerè solennes sumus, si solennitate sic utimur, ut p̄sentem deū habere mereamur. Quæris fortè unde id fieri, aut qūo possit, ut deus præsens sit: neque te admiratio rei huius ac magnitudo deterreat: actus tantū nostros & conscientias cogitate: nam res hęc in sola uitæ probitate consistit. Scitote, qđ si uos p̄sentiæ dei iam dignos redditis: prēsentē deū iam habere cœpistis. Inuocantes se deus sequitur, & trahit. & non repugnat. Sāctos diligit, flagitiosos fugit. Nemo de possibilitate rei huius conqueratur. Is. n. præsentem dominū non habet, qui dominū abesse cōpellit. Nemo abſentiā Christi sustinet, nisi qui prēsentiam non requirit. Multi sequi putant, sed aliud est uerè quærere, aliud præsumptionē habere quęrētis. Nōnulli enim ex fratrū nostrorum numero dilectissimi festiuos se esse dubitant, nisi gulæ, nisi uentri, nisi luxuriæ satisfecerint. Dicendum nobis cū libertate est: Nō est hoc fratres festiuitatē colere dei, sed coinquinare. Vultis ergo scire quid sit hominem festiuum esse? Imitamini in aliquo illos, qui primi hac festiuitate usi sunt, dico sanctos dei: quorū semper fuerunt, ut legimus, dies sobrij, noctes pudicæ, sanctæ uigiliæ, sopor castus, actus probi, cōuersatio honesta, uita sibi ex omni parte cōsentiēs, neq; illos sequamur: quorū ut Apostolus ait, finis est interitus:
Phil 3.d quorū deus uenter est, & gloria in confusione ipsorū, qui terrena sapiūt. Hi. n. dilectissimi diuinis solennitatibus non interfunt. Hi sacræ diei festa non sapiunt. Quanuis enim præsens esse uideatur, re tamē abest: qui conuersatione diſiunctus est. Horū lętitia dilectissimi lachrymabilis: horū exultatio luctuosa, non placans dominū, sed exacerbans: quia quālibet qui solenitatē pro honore diuino celebrare se credat: festiuitatē dei quod in probris agit, iniuria est.
Esa.1.d Vultis scire me uerum dicere? audite de hoc loquētem deū: Si attuleritis, inquit, similaginem, uanum est: incensum abominatio est mihi. Neomenias uestras & sabbata uestra odit anima mea. O infelix, miserādaq; perditio. Et qua tādē alia re placere deo poterūt, cū ipsi diuini cultus latria displiceāt? Quæ ergo his propiciandi reatus spes est: quibus propiciatio ipsa uertitur in reatum? Videtis ergo fratres quā tū sit iter uerā falsamq; festiuitatē discriminis. Aliud siquidem honor, aliud contumelia. Aliud placere deo, aliud offendere. Si uultis ergo uera solenitate uti, si ueris gaudiis frui, gaudete, ut Apostolus ait. K
Phil.4.a Sed gaudete in domino semper. Sicut enim quædā ut scitis sunt turpia gaudia: ita qui in domino uult gaudere, flagitiosa oportet gaudia nō requirat. Et
Ephe.5.d nolite, inquit Apostolus, inebriari uino, in quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto, loquentes nobismetipsis: in hymnis & cāticis spiritualibus, cāntantes & psallētes in cordibus uestris domino. Hæc est firma mētiū lætitia & uera. Hæc exultatio sancta hęc deo digna festiuitas. Sic planè solēnes simus: sic in aliqua apostolorū similitudine festa celebremꝰ. Sic ēt illud apostolicū munus assequamur, ut prēsentem deum habere mereamur.

Item eiusdem, de eodē

Ost dies octo iterū erant discipuli eius intus, &
p *Thomas ille qui tunc cū eis non fuerat, quando gauisi sunt discipuli uiso domino: & qui referentibus, posteà discipulis dixerat, nisi uidero fixurā clauorū, & mittam digitū meū in latus eius, non credā.* Hoc ergo hodie, id est, octauo post resurrectionē die, cū discipulis reliquis posito, uenit Iesus, ianuis clausis. Sic L
oportuit uenire, ubi cor incredulitate clausum erat, fidei luce reserādum. Nō immeritò ergo ēt octauus dies pari aut penè pari deuotione celebratur: qua ille celebratus est, a quo octauus iste numeratur. In illo. n. resurrectio acta, in hoc confirmata est, nec minus dura atq; tenebrosa hic incrudelitatis ianua, q̄ ille inferni porta perrūpitur. Venit ergo, inquit, Iesus Ioan.20.f
ianuis clausis. Est quod nos quoq;, cū Thoma dubitemus, nisi facta respiciamus authoris. Sed si deū esse, de quo loquimur, cogitemus; cui nihil inuium, cui humanū quoq; pectus peruiū cōfitemur: cuius hoc idē corpꝰ clausis ostijs in ipsa statim salutatione Pax uobis, cōspicuū spectabatur discipulis: hęc si indubia fide credimꝰ, ab oī quæstionis scrupulo liberamur. Hāc ergo nobis fidē afferat, hanc à nobis reposcat, hāc in nobis inueniat, hāc relinquat. *Deinde dicit Thomæ: Infer digitū tuū huc, & uide manus meas: & affer manū tuā, & mitte in latus meū, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Nō est meū, meos ludificare phātasmate, uanā imaginē uisus si timet, ueritatē corporis manus & digitus exploret. Potest fortasse aliqua M
oculos caligo decipere, palpatio corporalis uerum corpus agnoscat. Spiritus, inqt, carnē & ossa nō habet, sicut me uidetis habere. Quod hostia clausa pe- Luc.24.f
netrauit sola est uirtus diuini spiritus, nō sola carnis substātia. Alioquin qd profuit me susceptisse hoiem: si piguit suscitasse? Respōdeamus ergo & nos, & fateamur cū Thoma id, qđ miraculū diuinæ uirtutis expoſcit. *Tu dominus meus. & deus meus.* Nobis. n. ille dubitauit, nobis explorauit, nobis credidit, nobis ī illo dominus manꝰ & lateris uulnera cōrectāda pmisit. *Dicit ei Iesus: Quia uidisti me, credidisti: beati qui nō uiderūt, & crediderūt.* Habemus igitur & firmitatē palpata credentium, & beatitudinem non uisa
Ioā.20.g credentiū. Scripta sunt, inquit ut credamus quia Iesus est Christus filius dei: & ut credentes, uitam habeamus in nomine eius. De consequenti uerò, quā modò audiuimꝰ, manifestatione eiꝰ, illud aduertisse sufficiet: quòd q nocte tota inuanum retia, arbitrio suo missa indifferēter icerto latere detraxerūt: in uerbo domini luce iam reddita, missa in dextrū latus plena traxerunt. Illud uerò quod in hac eadē manifestatione, cum discipulis, sicut alijs etiam euangeliꝫ

A locis ante passionē refertur, cibū sumpsit, suspicionē phantasię penitus auertit. Neq;. n. post resurrectionē corpus illud sustentaculis ciborum indiguisse credēdum est: quod iam maiestas sola uegetabat. Traxerunt ergo in terrā rete, plenū non promiscuis, sed magnis piscibus: ex qbus nullū proiiceret electio. Quid autē significet, tam sublimis ista piscatio, & quia nō est scissum rete, sequentia declarant. Sic si trahuntur retia, quæ in dei uerbo ac uolūtate miteuntur, captura magna est, scissura nulla. Illi piscatores erant, quibus saluator dixerat, Venite post me, & faciā uos fie
Mat.4.c ri piscatores hominū. Quæ ergo istis hominū piscatoribus retia, nisi doctrina firmissima ueritatis, quā mendacij scissura non uiolat? Monete me in istis piscatorū uerbis consentiens alterius loci relatio. Nā simIo.19.d. pliciter in passione domini refertur tunicā ipsius ab his, qui sibi uestimenta eius diuidebāt, nō fuisse scissam. Ergo nec doctrina apostolica, q̄ in his apostolorum retibus figuratur, nec uestis dominica pati unquā potest scissuræ ullius fœda dispendia. Vbicunq; igitur aliqua doctrinæ scissura conspicitur, ibi nō po
B test dominica uestis, nec magnorū, ut ait, piscium captura cognosci. Cauete itaq; dilectissimi, scissa illa ab integritate catholicæ fidei hæreticorū dogmata. Dominū nisi integra uestis nō capit, fideles domino nō nisi integritatis captura cōstringat. Cauete dilectissimi: multæ. n. scissuræ sunt, neqs aliquādo ad schisma tum pannos, ab huius uestis intergritate descisc at. Multi fidelium in captiuitatē deueniunt, multi hæreticos dominos sustinere coguntur. Sed si nō cogūtur ad sacrificia, quid refert si coguntur ad sacrilegia? Sit ergo fidelibus ēt in captiuitate corporis, fidei libera, priuata confessio. Hęc in singulis, & quod peius est, frequens ac familiaris est. Captiuitatis persecutio, si nō desit fides, potest imputari martyriū, p dominū nostrum Iesum Christū, cui est cum patre & spiritu sancto honor, & gloria, in secula seculorum, Amen.

De ascensione domini sermo.

Incerto interprete.

Vādo de cruce, nostra processit oratio, foris
q ciuitatem, solennitatē celabrauimus: & nūc quādo de crucifixi ascēsione tractamus, prę clarum diem & omni lætitia coruscantem, fines ciui
C tatis egressi, summa cū gratulatione celebramus. Et hoc no ad contumeliā ciuitatis, sed ad honorē obseruatur sanctorum, ne nos causa dissimulationis accusent dicētes, qđ pro domino sensimꝰ uniuersa tormēta, uexantiū manibus nostra uidimus ossa carne nudata, patientia nostra tortor cessit iratus, libenti aīo pro Christo noster sanguis effusus est, decisa capita sunt pro eius gloria. Hęc oīa meruimus sustinere, nec mysteriorū arcana in nostris tabernaculis celebrantur. Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca conuenimus beatorū, ad sanctorū habitacula festinamus, ut cōuentus noster, ipsorū quoq; præsentia clarior redderetur: nō enim in hoc theatro martyres tantū prę sunt, sed & angelorū instantia locus decoratur. Nam & angeli p̄sunt: & si martyres uidere desideras, si angelos cupis ispicere, aperi oculos fidei, illud tibi theatrū facilè demonstratur. Nam cū in omni aere angelorum multitudo uersatur, multò magis in ecclesia, multò amplius hodierno die, quādo eorū dominus ascēdit in cœlū. Et ut scias quòd angeli ubiq; uersantur, audi quod Paulus fœmineo pudori prospiciens
1.Co.11.b ait, Debēt mulieres uelamen habere supra caput, pp angelos. Et iterū Iacob: angelus, ait, qui liberauit me D
à iuuentute mea. Et illi qui cum apostolis erant, aiūt Gen.48.e
ad Herodē, Angelus ipsius est. Et Iacob, Vidi, inquit, Ibid.32.a
castra angelorum. Et meritò angelorum castra uidebantur in terra. Nam sicut Imperatoris optimi prouisione urbes omnes, uniuersæ ciuitates, castella singula, manu militari aduersus hostilē muniuntur aduentū, & oia loco diligenter armantur, ne barbarica incursione deleantur: ita & deus, quoniā barbara & agresti mente rabientes dæmones, ad pacis euersionē ubiq; uersantur, ad tutelam nostrā cōstituit exercitus angelorū, ut eorum præsentia dæmonum conFringatur audacia, & per eos nobis pacis gratia ministretur. Vides quòd & angeli præsunt, consistūt martyres, & ubiq; nobis præparantur auxilia? quid igitur miserius illis est, qui conuentū istum splendidū derelinquunt? & quid uobis beatius, qui ad tantā solēnitatem concurrere uoluistis? Sed fortissima martyrū facta alio tempore declaremus, & ad propositum redeamus. Hodierna die dilectissimi fratres deo sumꝰ mira reconciliatione sociati, hodierna die humanū E
genus cœlestem misericordiam meruisse cognoscitur, hodie uetus illud iurgiū dissolutum est, sedatum pristinū bellū, hodie nobis pax mirāda donata est. q̄ nunquam sperabatur posse concedi: nam nulla spes erat deum humanæ uelle recōciliari naturæ, non qa dominus inhumanus, sed qa seruus negligētia uidebatur oppressus, nō quia crudelis dominus, sed quia cōtumax seruus est. Vis audire qđ nostro uitio deus ad commotionē non prouocatus est, qđ nostra culpa māsuetus dominus uidetur iratus? disce singula, & rationē causæ cognosce, ut cū sedatū senseris bellum, iurgiū dissolutū, & humanū genus summo honore decoratū, diuinā gratiam, misericordiamq; mearis, & perpetua deū benedictione sanctifices. Aliquando deus de humani generis cōfusione cogitauit, & itantū eius ira processit, ut uiros & fœminas, Gen.6.b.
senes & iuuenes, feras & pecora lucis priuare dispoſuisset aspectu. Et audi diuinæ uerba sententiæ: Delebo, inqt, hoiem: quē feci à facie terrę, & bestias & pecora, quoniā recogitaui, qa feci hominē. Et ut scias quia humana ei nō fuit exosa natura, sed malitiæ nostræ ferebat horrorē: postq̄ dixit, delebo hominem F
quē feci à facie terræ, dicit ad hominē, Tempus oīs hominis uenit ad me. Et si hoiem haberet exosum, nō loqueretur ad hoiem, nec dignū eū suo sermone feciſſet, nec dininū eū percipere cōcessisset auditum. Sed uide dei misericordiā. Hominē quadā satisfactione cōsolatur, & causas ei futuræ calamitatis enarrat, non ut homo causas discat, sed ut narrādo aliis multos meliores efficiat. Quod dicebā, hoc est, intantū humanum genus pessimè conuersabatur, ut ipsius terræ habitatione carere speraretur. Sed & nos q & terra uidebamur indigni, hodie eleuati sumꝰ ad cœlum. Qui nec terrestria merebamur, cœleste regnum meruimus possidere. Cœlorū trāsiuimus fines, & ipsa sede regali decoramus. Et natura cuius causa Cherubin seruabat paradisū à Cherubin summo cū honore suscepta est. Sed hoc mirabile quēadmodū factū est, uideamus: & quēadmodū nos q tantā offenderamus clementiā, ut & terrestribus priuaremur, excelsa tenuimus, & alta meruimus possidere, quemadmodū sedatū iurgiū & illa uideatur ira sublata. Discequòd nō nostra deprecatione, qui eum offenderamus, sed postulatu eiꝰ, q iustè fuerat nobis iratꝰ, pax

G facta est. Pro Christo nanq; ait, legatione fungimur,
2.Co.5.d. tanquam deo rogante per nos. Quid hoc est? ipse ro
gat qui iniuriam passus est? Valde inquit, nam deus
clemens est, & ipse tanquā pater misericors deprecatur. Et uide q medius est, q recōciliator accesit. Non
angelus, non archangelus, sed ipse filius deprecatur.
Et sicut duobus iurgio separatis, unus in medio po-
situs altercantiū litem, discordiamq; dissoluit: ita &
Christus fecit. Deus nobis iustè irascebatur, & contē
nebamus iratū, & clementē dominū declinabamus,
& se mediū Christus ingessit, & sociauit utranq; na-
turā. Et nobis qđ imminebat à patre suppliciū, ipse
sustinuit. Vis discere quod & ide suppliciū, & ex hinc
Gala 3.b. insultationē ipse sustinuit? Christus nos redemit de
maledicto legis, factus pro nobis maledictū. Vides
qđ imminens cœleste suppliciū ipse sustinuit? disce, qđ
Psal.68.b & Roma & terrestrē insultationem ipse tolerauit? cū dixit, Op
15.a. probria insultantiū ceciderunt super me. Vides quē-
amodum sedauit iurgiū, quemadmodum legē ipse
dissoluit, nec antè discessit, sed multa fecit, multa sū-
stinuit, ut inimicū recōciliaret, & hostē deo sociaret,
H & amicū faceret, qui multo tēpore fuerat inimicus.
Et horū omniū beneficiorū hodiernus dies materia
fuit. & tanquā primitias naturæ nostrę deo dedit. Et
sicut de campis, ac segetibus decoratis, siquis colle-
ctas spicas obtulerit deo, omnē campo benedictio-
nē reportare perspicitur: sic & Xps per illud corpus se
cit benedici nostrā naturā. Sed cur non omnē naturā
leuauit ad cœlū? Scilicet quia nō uidentur esse primi-
tię, cū totum offertur, sed cùm breue offertur. Breui
enim oblatione totū benedicitur. Sed iquis, Si primi
tiæ sunt, primū factū hominē ad cœlū debuerat ele-
uare: Primitiæ nanq; sunt, quod primū offertur. Pri-
mū qđ pullulat, non est hoc primitiæ. Nā imbecillis
fructus nullus est, sed fortis & ualidus ipse debet of-
ferri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat alligatus
& peccati crimine tenebatur: ideo non leuatus est, li
cèt prior factus esse uideatur, sed is q postea factus
est. Et ut discas quòd ille fructus primitias facit q ro-
Leui.19.a bustus, & ualidus, & summa maturitate floresçit, te-
I stimoniū te diuinæ lectionis poterit edocere. Si intra
bis in terrā quā dominus deus tuus tibi dabit, inquit
Moses ad populū, & plantabis in ea omne lignū, qđ
facit fructū ad edendū, tribus annis depurgabis fru-
ctū eius, quarto uerò anno fructus sanctus erit do-
mino. Ergo si primitiæ sunt qđ primò profertur, primi
anni fructus domino debebamus offerre. Sed ille ait, tribus annis nō purgabis fructū eius, sed dimit
tes illud, quia nondū arbor ualida firmitate robora-
tur, nec fructus aliqua maturitate floresçūt: sed quar
tus, inquit, annus sanctus erit domino. Vide legis cō
ditoris prudentiā, fructum primum nec manducari
permittit, ne ante deum quisquā eū percepisse uide-
atur: nec ōfferri cōcesit, ne deo immaturus offeratur:
sed dimitte, inquit, quia primus est: nec offeras, quia
oblationi nondū dignus est fructus, nec accipiēti cō
uenit immaturus. Et hęc uobis dicta sunt pp corpus
quod Christus obtulit: igitur nostræ naturæ primi-
tias obtulit patri, & oblatū donū miratus est pater,
quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nā & suis manibus su-
scepit oblatū, & suæ sedis fecit esse participē, & quod
plus, ad partē suæ dexterę collocauit. Cognoscamus
Psal.109 quis est ille qui audiuit, Sede ad dexterā meam? quæ
natura est cui deus dixit, Esto meæ particeps sedis? Il
la natura est quæ audiuit, terra es, & in terrā ibis. Nō K
enim ad omnem gloriam cœlos transisse sufficerat, Gene.3.d
nō cum angelis stare: sed cœlos transiuit, supra Che
rubin ascendit, ultra Seraphin eleuatur, nec antè ste-
tit, nisi sedē dominicā meruisset. Vide quo spatio cœ
lum separatur à terra, immo terra quantò ab inferis
est, & ipsum cœlū quantò ab altiore cœlo separatur,
& de altiore cœlo ad angelos quantū spatij est, ad su
periores etiam potestates, ad ipsam quoq; dominicā
sedem. Per hæc oīa natura nostra eleuata est, ut ho-
mo qui loco tam humili tenebatur, ut descēdere nō
posset ulterius, ad tā excelsam sedē eleuaretur, ut al-
tius non posset ascendere. Et hæc ostendens Paulus
dicebat: Qui descendit, ipse est qui ascendit. Et iterū: Eph.4.b.
Descendit ad inferiora terræ, & ascēdit super omnes Ibidem.
cœlos. Discite igitur qui ascendit, & quæ natura leua
ta est. In hoc enim cupio remorari sermonem, ut hu
mani generis commemoratione diuinā clementiam
cum omni admiratione discamus, quæ summū ho-
norem, magnamq; gloriā nostræ naturæ largita est.
Terra & cinis eramus, sed hoc nostrū uitium, sed na
turæ imbecillitas fuit, irrationalibus insensatiores sui L
mus. Comparatus nanq; est, ait, homo iumentis insi Psal.48.a
piētibus, & similis factus est illis. Et peius est compa
rari, quā nasci. Nam naturaliter non habere rationē
tolerabile est, uerū rationis decoratione decoratū,
irrationabili naturę comparari, uoluntatis est crimē.
Et quādo audis, quòd homo comparatus est iumē-
tis: non arbitreris, quòd eum irrationalibus similem
uoluit demonstrare, sed longè peiorem, non tātùm
quia homines facti ad irrationabilia ad maiorem de
mentiam properauimus: (Et hoc significans Esaias Esa.1.a.
dicebat: Cognouit bos possessorem suum, & asinus
præsepiū domini sui, Israel aūt nō me cognouit.) sed
ut peiorē conuersationem erubescamus. Vbi enim
abundauit peccatū, superabundabit & gratia. Vides Rom.5.d
quòd iumentis irrationabiliores fuimus? cognouit
bos possessorē suū, & asinus præsepiū domini sui. Vis
& auibus nos irrationabiliores iueniri? Turtur & hi- Hier.8.b
rundo, agri passeres agnouerunt tempora ingressus
sui: populus uerò meus nō cognouit iudicia dei. Ec- M
ce iumētis, ecce auibus deteriora sentimus, & irratio
nabiliora cogitamus. Vis amplius nostrā inuenire na
turā? Formicarū nobis gesta narrauit, & earum no- Prou.6.a
bis imitationem ostendit. Vade nanq; ad formicā, ô
piger, & æmulare uias eius. Formicarum sumus facti
discipuli, formicarum æmulatione uiuimus, formica
rum conuersamur exemplis. Intantum amisimus hu
manæ naturæ consiliū, intantū humanę mentis alie
na sentimus, q ad similitudinē dei facti mōstramur.
Sed non reus est ille qui fecit, sed nos qui contempsi
mus in imagine perdurare. Sed quid de formicis di-
co? Lapidibus insensatiores facti sumus. Et hoc tibi ua
lido testimonio mōstrabo. Audite, ait Micheas, fun- Mich.6.a
damēta terræ, qa iudiciū domino cōtra populū suū.
Quid ais? Cōtra homines tibi iudiciū est, & testes ter
ræ fundamenta, ut inter diuinū humanumq; iudiciū
audiant, iudices inuitantur? Valde, inqt, nā lapidibus
hoies insensatiores esse noscuntur. Vides qđ totius
malitiæ fines excesimus? asinis & bobus irrationabi
liores ostēdimur, sensu uolatilū supamur, necipsis
lapidibus cōparamur, sed serpentiū malignitates imi
tamur. Furor nanq;, ait, eorū ad similitudinē serpen- Psal.57.a
tis, uenenū aspidū sub labiis eorū. Et quid de mutis
animalibus loquimur, ubi etiā ipsius diaboli filij nū-

A cupamur? Vos nanq; ait, filij diaboli estis. Sed tamen D
Ioan.8.f. nos qui sensum non habebamus, qui cōtumacia gra
uabamur, qui nec lapidibus cōparabamur, q uince-
bamur ab omni natura, q despectui uidebamur, qui
contēnebamur: & quēadmodū loqua rignoro, quo
sermone utar, quo uerbo dicā reperire non possum:
natura fragilis, natura contępta, & omnibus mon-
strata deterior, oīa uicit, omnia superauit, & omni-
bus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie an
geli uota diu desiderata receperunt: hodie archange
li, quod multo tēpore cupiebant, inspicere ualuerūt:
naturā nostrā ipsi in sede dominica immortali glo-
ria fulgentē peruiderunt. Hoc enim affectabant ange
li, hoc desiderabant archāgeli, etsi eos natura huma
na largito sibi honore superabat, attamē nostris be
neficiis gratulantur: nam etiā nostris dolebant sup-
Gene.3.d pliciis. Et quando puniebamur, ipsi quoq; nimia tri-
stitia tenebātur. Et Cherubin licèt paradisum custo
diebant tamen nostris suppliciis tristabātur. Et sicut
conseruus bonus, cū à domino custodiendū conser
uum susceperit, satisfacit quidem dominicę iussioni:
B sed tamen pœna conserui nimio dolore cōteritur, &
seruitutis necesitate cōstrictus, animi nō respuit cha
ritatē: Sic & Cherubin meruerūt quidem custodire
paradisum, sed dolebant honorē custodię. Et ut hoc
facilè possis aduertere, ex hominū affectiōe cōdisce,
quos conseruorum calamitates inspicimus condole
re. Et si seruant homines charitatē, multò magis illæ
Exo.32.g potestates nostris suppliciis commouentur. Nā & iu
sti dolebant peccatorū suppliciis, & licèt meritò pœ-
na inferebatur, tamē dolores incitabat tristitia. Nā &
Moses post idolorū cęremoniam dicebat. Siquidem
dimittis illis peccatū, dimitte. sin autē, & me dele de
libro quem scripsisti. Quid hoc est? Contumaciā ui-
des, & pro impiorū suppliciis deprecaris. Ideo, inqt,
doleo: ideo deprecor, quia dignè cruciātur, quia me-
ritò puniūtur, qa ipsi sunt sui causa supplicij. Et Eze-
chiel cū angelū populo uideret inferentem summa
Exec.9.d supplicia, cū nimia lamētatione clamauit, dicēs: Heu
Hie.30.b mihi domine, quoniā deles tu reliquias Israel. Et Hie
remias: Castiga nos domine in iudicio tuo, & nō in
ira tua, ne nos pauciśimos facias. Et cum Moses &
C Ezechiel, & Hieremias dolēt, quātò magis illę pote-
states nostris calamitatib⁹ cōmouētur? Et ut scias qđ
nostris malis doluerūt, ex eo disce qđ recōciliatione
dominica gratulati sunt: etsi anteà nō dolebant, nec
posteà gratulātur: qa gratulati sūt. Xps saluator ostē
dit, dicēs: Erit gaudiū in cœlo & in terra, uno pecca-
tore cōuertēte: & si unius peccatoris correctione an
geli gratulantur, multò magis cū ad cœlū hodierna
die primitias hominū uiderint eleuare naturā. Et alia
ratione condisce gaudiū cœlestiū potestatū, quādo
Luc.15.b. dominus noster Iesus Christus natus est secūdū car-
nem, cū reconciliatū hominem uiderent, nec enim
aliter descēderet, cū summa gratulatione in terra cla-
mabāt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax homini
Luc.2.b bus bonæ uolūtatis: ut discas qđ ideo glorificant, qa
terrā ea, quæ bona sunt, recepisse lætantur. Declarāt
& causam, dicentes: In terra pax hominibus bonæ
uoluntatis: hominibus qui rebellati sunt, qui inimici
fuerunr, qui alienati erant, qui contumaces iudicati
sunt. Vides quēadmodū in alienis bonis gratulātur,
immo in suis? Nā nostra bona suas utilitates arbitrā-
tur. Vis discere qđ cū ascenderet, gratulabātur, & ni-
mio gaudio exultabant, & descēdebāt frequētes? Et
hoc propriū est cupiētiū uidere inopinatū spectacu- D
lū: & ut scias qđ ascendebāt & descendebant, Xpi te
uerba confirmēt, q dicit: Amodo uidebitis angelos Ioan.1.g.
dei ascendentes & descendentes ad filiū hominis: &
iste semper amantiū mos est, & cupientiū solita con
suetudo. Vnde nec tēpus expectare didicerūt, sed fe-
stino amoris ardore, & delectatione pueniūt consti-
tutū ideo ascendunt, ideo descendunt, & cū oi fe-
stinatiōe nouū, & incredibile spectaculū uidere desi
derant. Nā quid hoc mirabilius est, quando homo
qui contēptus fuerat, uidetur in cœlo? Ideo & quan-
do nascebatur dominus noster, & quando resurge-
bat, exultabāt angeli, & hodie quādo ascēdit ad cœ-
lū. Ecce n. duo ait, in alba ueste, ut ex ipsis idumētis Actо.1.b.
gratulatio monstraretur, dixerunt ad discipulos. Viri
Galilæi, iste Iesus qui ascēdit à uobis in cœlū, sic ue-
niet quemadmodū uidistis eū in cœlum eūtem. Hic
auditū mihi omni cū diligentia cōmodate. Cur hæc
dicta sunt? Nūquid oculos discipuli nō habebāt? Nū
quid non uidebant, qđ gerebatur? Nunquid nō dixit
euangelista, quia uidentibus eis ascēdit in cœlū? Cur E
igitur angeli eis dicebāt quod factū est? Quid eis mō
strabant quòd ascendit ad cœlū? propter has scilicet
duas causas. Vnā, quia dolebant Iesu discessione de-
solati: & qa dolebāt quòd ad eos dicitur: Nemo me Ioan.13.d
interrogat de uobis, quò uadis? sed quia dixi, tristitia
impleuit cor uestrū. Et si amicorū, seu cognatorum
separatione tristantur, quantò magis saluatorē, ma-
gistrum, dominū misericordem, pium, mansuetū, cū
à se uiderent separari, non omni cū dolore tristabā-
tur. Ideo stabant angeli, & ascēsionis tristitiā regres-
sionis cōmemoratione consolabantur, & separatio-
nis dolorē aduentus futuri pollicitatione sedabant. Actо.1.b.
Nam aiunt: Iste Iesus qui ascendit à uobis, sic ueniet.
Doluistis, inquit, quia ascendit, sed dolere definite, nā 4.Reg.2.
iterū ueniet. Et ne hoc faciant quod Heliæus fecis- c.
se docetur, consćidit uestimentū cùm magistrum ui
disset eleuatum ad cœlū. Non enim habuit præsentē
angelū, qui Heliam promitteret aduenire. Ne igitur
& isti hoc faciant, ideo angeli stabant, animas eorū
tristitiæ solatio releuantes. Et hæc quidē una causa
est præsentiæ angelorū. Erat & alia causa non mino
ris rationis. Nā addiderunt, Qui ascendit ad cœlum: F
& quia longū spatium de terra tenebatur ad cœlū, &
oculorū acies portatū corpus ad illam altitudinem
minimè poterat peruidere: sed sicut auē si altiora po
stulat, deficiet aspect⁹ inspicere, & noster oculus uola
tu uincitur celsiore: sic & illud corpus quāto ferebā-
tur ad summa, tātò oculos uidētiū aspectus imbecil
litate incidebat, deficiente natura altiora cōspicere:
ideo stabāt angeli, iter cœleste monstrantes, neqs ar
bitraretur, quia tanquā in cœlū ascēdit sicut Helias,
sed in cœlū ascēdit, qui eleuatus est à uobis ad cœlū.
Ideo non simpliciter hoc addidit. Et Helias qdē tan
quā in cœlū ascendit, nam seruus erat: Iesus autē ad
cœlū, nā dominus erat. Ille in curru igneo, hic in nu-
be. Et quādo seru⁹ uocabatur, currus mittebatur ut
ueniret: & quādo fili⁹ ascēdebat, dominica sedes oc-
currebat, nec tātū dominica, sed & paterna. Nā & de
patre ei⁹ ait Esaias: Ecce dominus sedet in nube leui. Esa.19.a.
Et qa pater sedēt i nube, misit & filio. Et Helias qdē
cū ascēderet, melotē Heliseo dimittit: Christus aūt di
scipulis gratiā dereliquit, q̄ non unū prophetam, sed
multos Heliseos effecit, imo illo potētiores, & longè
amplius meliores. Eleuemur igitur & excitemur di-

G lectissimi fratres, & illũ cogitemus aduentum. Nam
1. Thes. 4. d. & Paulus ait, Ipse descendit de cœlo dominus in iussione, in uoce archangeli: & nos qui uiuimus, q relinquimur, rapiemur in nube, in occursum domini, sed
Matt. 24. d. non oẽs. Et quia non omnes rapiemur, sed aliquanti, audi quid ait Christus: Tũc erunt duę in mola molentes, una suscipietur, & una relinquetur. Duo in lecto, unus suscipietur, & unus dimitttetur. Quid hac
Luc. 17. g. significatione ostẽdatur, qd hoc secreto declaretur, uideam⁹. Mola, pauperes inopesq; demõstrat, & eos qui uitę labore cõteruntur: lectus, diuites & quietos ostendit, & eos q honoribus secularibus perfruũtur. Et uolens ostendere qa & pauperes aliquando liberantur, & pereunt: & ex diuitibus nonnulli liberantur, & pereunt, ait: Quia de mola una suscipitur, & altera dimittitur: & de lecto unus suscipitur, & alter relinquitur: significans quia hi q peccatis obruũtur, hic remanent congrua supplicia sustinentes, iusti rapiuntur ad nubem. Nã sicut rege adueniente ad aliSimile. quam ciuitatẽ, hi qui honoribus & dignitatibus decorãtur, cũ summa confidentia non expectato eius ingressu longẽ ante portas occurrunt, & excipiũt ad
H uenientem: rei autẽ, & criminibus obligati intra muros retinentur, imperatoriam expectaturi sentẽtiam: Ita & quando dominus ueniet, iusti ei in ipso medio aere confidenter occurrunt noxij autẽ, & obruti peccatis, hic remanent expectãtes iudiciũ. Tũc & nos rapiemur. Non me iustorum numero contineri commemorans dixi, nos rapiemur. Nã non sum intantum sanæ mentis alienus, nec animæ cæcitate consusus, ut mea peccata non nesciam, & meorum uidear oblitus esse gestorum. Nã quia diẽ festũ nolo meo dolore turbare, nec solẽnitati miscere tristitiam, parco lachrymis, parco fletibus meorũ peccatorũ conscientia sauciatus: ideo orationẽ in ipsa festiuitatis lætitia terminabo illius diei memoriã derelinquens, ut nec dies suis opibus gratuletur, nec sua pauperie status tristetur, sed unusquisq; suæ conscientiæ meritũ speret. Nã nec dies beatus, nec pauper miser poterit iudicari: sed is qui illius meretur aspectum, ipse eacumen totius beatitudinis possidebit. Nã qui peccatis pauper est, diuitiis cœlestibus abũdabit: & qui criminibus diues est, suppliciorum inopiã sustinebit. Et
I ideo dico, ut qui in peccatis sumus, lugeamus: & qui bona conscientia uiuunt, gratulentur. Sed nec isti cõfidant, sed caueant: nec illi lugeãt, sed corrigãtur. Nã & eum qui licẽt malẽ fuerat cõuersatus mutata uita
Pro D. Paulo gloriã promereri, & his parem fieri, qui semper iustẽ uixerunt: hoc & nos implere properemus: & qui bene uiuunt, propositã conuersationem meritò futuræ gloriæ ampliare festinent, & confidentiã augere non desinant: & qui peccatorũ mole opprimuntur, meliore correptione mutẽtur, ut iustorum choro sociati, cũ debita reuerẽtia imperatorem suscipiamus ãgelorum, & illa beatitudine perfruamur, quã nos oẽs liceat promereri, gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, imperiũ, cũ spiritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

De Pentecoste sermo.

Incerto interprete.

h Odie nobis terra facta est cœlũ, non stellis de cœlo in terram descendentibus, sed apostolis ad cœlos ascendentibus, qa effusa est copiosa gratia spiritus sancti, & uniuersum orbem operata est cœlum, non immutans naturã, sed uolũtatẽ emendans. Inuenit nanque publicanum, & euãgelistã effecit: inuenit persecutorẽ, & apostolum reddidit: inuenit latronẽ, & in paradisum induxit: inuenit meretricẽ, & uirginibus coæquauit: inuenit magos, & euãgelistas ostendit: fugauit malitiã, & induxit benignitatem: exterminauit seruitutem, & induxit libertatẽ: cõcessit debitum, & intulit gratiam dei. Ideo cœlũ factũ est terra, & hoc sæpius dicens, non cessabo. Quid. n. tales stellæ sicut apostoli? Stellæ in Col. 3. a cœlo, apostoli super cœlos. Quæ sursum sunt (inquit Apostolus) sapite, ubi Christus est in dextera patris sedens. Stellę de igne insensibili, apostoli de igni intelligibili: stellæ in noctu lucẽt, in die obscurãtur: apostoli in die & in nocte suis radijs, hoc est uirtutibus, effulgent. Stellę orto Sole obscurantur, apostoli Sole iustitiæ resplendente, sua claritate lucescũt. Stellæ in resurrectione cadẽt sicut folia, apostoli i resurrectione rapientur in aera nubibus. Et in illis quidem syderibus alius Antifer, alius Lucifer appellãtur: in apostolis aũt nullus Antifer est, oẽs luciferi, & ideo stellis maiores apostoli. Et quicunq; eos luminaria uocauerit mundi, non peccabit: non solũ dũ essent in corpore, sed L etiã magis nũc, quãdo de hac uita migrarunt. Gratia. n. & merita sanctorum non minuuntur morte, non retardantur die, nõ dissoluũtur in terra, nec nocte obscurãtur, nec tenebris obũbrantur, & hoc res ipsa demonstrat. Piscatores quippe erant, & illis dormientibus retia operabantur. Et tũc quidẽ pisces capiebant ad mortẽ, nunc autẽ homines capiunt ad salutẽ, claudos facientes currere, cæcos illuminãtes, leprosos mundãtes, dęmones effugantes, testatur multitudo credentiũ diurna. Vinitores erant, & illis absentibus corpore uinea floruit, & botros affert. Etenim uinitores erãt & piscatores, & turres, & columnæ, & medici, & duces, & doctores, & portus, & gubernatores, & pastores, & athletæ, & pugnatores, & coronas gestãtes. Colũnæ qdẽ, quoniã uirtute sua ecclesiæ robur sunt: fundamentũ autem quia in cõfessione ipsorũ fundata est ecclesia, dicẽte domino: Tu es Petrus, & super hanc petrã fundabo ecclesiã meã. Mat. 16. b Portus autẽ, quia tẽpestates impias represserunt. Gubernatores, quoniã orbem terrarum uiam rectã docuerũt. Pastores, quoniã lupos abegerũt, & oues cõseruauerunt. Aratores, quoniam spinas eradicauerunt. Vinitores, quoniam labruscas eradicauerunt, M & semina pietatis plantauerũt. Medici, quoniam uulnera nostra curauerũt. Et ut discas me nõ incassum hæc dixisse, adducam Paulum in mediũ hæc omnia facientem. Vis eum plantatorẽ uidere? audi: Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed deus incremẽtum dedit. Vis 1. Cor. 3. b eum structorem uidere? Sicut sapiens, inquit, architectus fundamentũ posui. Vis eum dimicantem uidere? Sic pugno, nõ ut aerẽ cædens. Vis eũ uidere cursorem? Ab Hierosolyma & in circuitu usq; ad Illyricum, & inde ad Hispanias, & in ultimas partes repletũ est euangeliũ Christi. Vis eũ uidere athletam? Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem. Vis eũ uidere ducem? Assumite arma dei, & induite loricam fidei, & galeam salutis, & gladiũ spiritus sancti. Vis eũ uidere certantem? Certamen bonũ certaui, fidẽ seruaui. Vis uidere coronatũ, De cætero reposita est mihi corona iustitiæ. Et cũ esset unus, omnia 2. Tim. 4. b. faciebat, dominũ suum imitans: etenim cùm sit diuinitas unius substantiæ, & immutabilis, pro nostra salute omnibus oia fit. Tu palmes factus es, & ipse tibi

A tibi uinea, sicut ipse dicit: Ego sum uinea, uos autem
Ioan. 15. a palmites. Promouere gressum uoluisti? factus est tibi uia, dicens: Ego sum uia, per me si quis intrauerit,
Ibid. 14. a exiet, & pascua inueniet. Ouis factus es, ille tibi pa-
Ibid. 10. c stor. Ego sum pastor bonus: pastor nãq; bonus po-
Ioan. 1. d. nit animã suã pro ouib⁹. Peccator effectus es? factus est tibi agnus: Ecce agnus dei q tollit peccata mũdi.
Ibidẽ. 6. Mãducare uoluisti? factus est tibi mẽsa. Bibere uolui sti? factus est tibi poculũ: Qui manducat carnẽ meã, & bibit sanguinẽ meũ, in me manet, & ego in eo. Ve-
Gal. 3. d. stiri uoluisti? factus est tibi indumentũ. Quotquot. enim in Xpo baptizati estis, Christũ induistis. Spõsa
Ioan. 3. d fieri uoluisti? factus est sponsus: Qui habet sponsam
2. Co. 11. a sponsus est, sicut dixit Ioãnes Baptista. Nubere uolui sti? factus est tibi uir. Despondi. n. uos uni uiro uirginẽ castã exhibere Xpo. Meretrix eras, & facta es uirgo. O noua & admiranda rerũ cõmutatio. Apud
seculi hoies nuptiæ uirginitatẽ dissoluunt, apud spiritales autẽ nuptias, meretricẽ ex gentibus accepit ecclesiã, & uirginibus castiorẽ effecit. Interpretare mihi ô hęretice, qũo meretrix effecta sit uirgo. Hęc te ne
B scire dicis, & disputare de deo audaci temeritate cõaris? Circunuenire nõ queo, fide uirũ suscipio. Hæc au tẽ oia operatur spiritus sancti gratia, quæ largè effusa
Act. 2. a est super apostolos dei: Et factus est repẽtè de cœlo sonus tanquã aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domũ ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquã ignis: non ignis, sed tanquam ignis. Si ignis, inquit, quomodo non ar
Exo. 3. a. debant? Interrogat Iudæus, interrogabo & ego Iudæũ: Si ignis erat, qũo non comburebat rubum fragile lignum? Quid igne uehementius? quid rubo uilius? & neq; lignũ exurebatur, neq; ignis extingueba-
Dan. 3. b. tur. Et quomodo corpora trium puerorum ignis nõ exusit, sed caminus in rorem uersus est, & carbones tanquã rosas arbitrabantur? Certamẽ ignis & corporis, & tamen corporum fiebat uictoria: & quod cera erat solubilius, ferro factum est firmius. Interpretare mihi uetera, etenim illa præcesserũt, ut credatur ueritati. Quoniã spiritus sanctus in igne apparuit, pp uelocem mentis susceptionẽ: non autẽ propter hoc so-
Ibid. 14. c lũ, sed & sicut ignis spinas cõburit, sic & spiritus pec-
C cata disperdit. Missus est Daniel in lacũ leonũ, & immanem rabiem illorum diuina uirtus represit. Peragrarunt piscatores orbem terrarum, & infirmũ eum inuenientes, ad sanitatẽ reduxerunt: & in ruina positum ad stabilitatẽ reuocauerunt, non scuta mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mittentes, nõ pecunias largientes, non eloquentia confidentes. Et erant nudi qdẽ seculo, sed induti Christũ: pauperes, sed diuites: pecunia indigentes, sed regnum cœlorũ possidentes. Non habentes humana solatia, habentes autem dominũ suũ. Ego enim, inquit uobiscum
Mat. ulti. sum omnibus diebus usq; ad cõsummationẽ seculi. Peragrarunt uniuersum orbem terrarũ oues simul
Ibi. 10. b cum lupis. Quis uidit? quis audiuit? Dicit, Mittam uos ut oues in medio luporum. Quis unquã pastor oues mittit in medio luporum? sed magis si uiderit lupos, congregat oues. At uerò Christus è contrario fecit, Oues ad lupos direxit, & uulneratæ à bestiis nõ sunt sed magis lupi ad ouium mansuetudinẽ sunt conuersi. Et ut non dicerẽt oues sumus, & mittis nos in escã luporũ, timorẽ illorum uno sermone abstulit. Nõ dixit, ite (nec. n. uirtute eorum mittebat illos) sed ecce, inquit, ego mitto uos. Infirmi quidẽ uos, sed qui mit
D tit potens est. Quis es tu? ego sum qui cœlũ extendi, qui terram fundaui, qui mare infrẽnaui, q mortẽ dissolui, qui chirographum quod cõtra uos erat, cruci affixi, qui ueterem legem immutaui, qui uos ad pristinam patriã reuocaui, qui fortia dissoluo, & dissoluta cõforto. Quid mari fortius? Sed parua arena intolerabilem illius impetum retundit & continet. Ecce inquit ego mitto uos, qui mortis & uitæ habeo potestatem, qui de cœlo descẽdi &c. Ecce ego mitto uos, ut oues in medio luporũ, tanquã lupus quidam bestiæ fiebant ouibus, ut nec fuga conseruarent salutem circumuallati undiq;. O uirtus mittentis in medio luporũ oues, in circuitu lupi, & mutati sunt lupi, & facti sunt oues. Nec enim natura, sed uoluntate lupi erant. Ecce ego mitto uos. Quid ergo nobis præ- Ibidem. cipis, Estote prudentes sicut serpentes? Serpens etsi millies uulneretur, caput autẽ suũ saluet, totus est sanus: sic & tu, si pecuniã aduersarius tollere uult, libẽs cede: si & oẽs facultates auferre conatur, dimitte: & si ipsam temporalem uitam extorquere cupit, ne resi
E stas: tantummodo fidem tuã custodi, illa illæsa manente, uniuersa ingruentia mala facillima erunt. Nu- Eccles. 5. c dus existi de uentre matris tuę, nudus & ibis. Sed for sitan in exiliũ mitteris, dicito, Domini est terra & ple P sal. 23. a nitudo eius. Forsitan mors occupabit, non est timẽda, quia transitus est. Tantummodo fidẽ serua, thesaurũ indeficientẽ, diuitias sempiternas: horũ q̃ dico beati martyres testes sunt, quia fidẽ nõ perdiderunt, & post excessum de corpore fortiores sunt uiuis. Propterea, inquit, homo factus sum, propterea carnẽ indui, ut orbem uniuersum saluarẽ: multùm enim deo ecclesia chara est, non muris circundata, sed fide circunsepta, pp ecclesiam nanq; extensum est cœlũ, difFusum est mare, extensus aer, terra fundata est paradisus plantatus est, marabilia multa facta sunt, pelagus scindebatur, & iterũ suebatur: perra findebatur, & iterũ pluebat de cœlo, & tãquã pruinosa ponebatur mensa. Propter ecclesiam prophetæ, pp ecclesiã apostoli: & quid plura dicam? propter ecclesiam uni genitus filius dei homo factus est, sicut dicit Paulus: Rom. 8. f Qui proprio filio non pepercit, ut ecclesiæ medere tur, sanguinem filij effudit pp ecclesiam. Hic sanguis irrigat ecclesiam. Et ideo plãtaria eius marcescere nõ F possunt, nec amittunt folia arbusta eius, nõ subiacet necessitati temporis, nec est cõditioni obnoxia, ut pęstatem coma foliorũ tegatur, hyeme amittatur. Nõ tenetur temporũ qualitate, sed spiritus eã sancti gubernat gratia, & ideo non senescit, nec cõtrahitur, & multis impugnantibus non opprimitur. Quanti ab initio impugnarũt ecclesiam, cũ fidei semina iacerẽtur, & arma cõtra eam commota sunt: sed quãtò magis impugnabatur, tãtò clarior reddebatur: sed nũc quidem propter dei gratiam & reges, & duces, & milites, & uniuersus orbis fide repletus est. Nam in principio, & (ut dicam) ĩcunabulis ecclesię reges fuere impij, duces insani populus seditioni deditus. Et edicta iudicum ubiq; dabantur, aræ incendebantur dęmonibus, fumus & odor pessimus ipsum maculabat aerẽ. Terra coinqnabatur sanguine, dæmones debachabantur, diabolus dominabatur, pater abdicabat filiũ, filiꝰ inhonorabat patrẽ. Natura qdẽ scindebatur, sed pietas nõ diuidebatur. Vbi sunt nũc q audebãt ecclesiæ cõtraire? Quãdo nouella erat, i nullo potuit lędi: & nũc quãdo usq; ad cœlũ peruenit, existimas eã posse superari? Et tũc qdẽ cùm undecim essent apo-

Stoli, nullus eos superare potuit, sed pauci homines totum ceperunt mundū: & nunc quādo terra & mare, & orbis terrarū, & inhabitabiles regiones, & ciuitates, & oēs fines terræ pietate repleti sunt, putas eā te posse lædere? sed non poteris. Christus enim pp eā passus est, portæ, inferi non prævalebunt aduersus eam. Facilius cœlum exterminari potest, & terra perire, q̄ aliquid mali pati ecclesia. Quis est qui hęc dicit? ipse Christus loquitur? Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea nō præteribunt. Bene enim uerbū de ipso cœlo ualidius est, quia cœlū opus uerbi est. Dixit quippe deus? fiat cœlum: & uerbū in opus apparuit. Currebāt naturæ, & nemo impediebat, quia naturæ dominus imperabat, qui & facere & immutare potest. Ego eā ædificaui qui cœlū statui. Sed pp cœlum non fudi sanguinem, propter cœlum crucifixus non sum, nec propter cœlum cœleste corpus accepi. Et quid dicam cœli? Angelorum corpus non assumpsi, ut dicas, quoniam cœlo & angelis, & omni creatura honorabilior ecclesia est. Ideo cœlū & terra transibunt, uerba autem mea non prēteribunt. Asit H gentilis, asit Iudæus, si hæc inania sunt uerba, redarguant: si autem ueritas est quę dicta sunt, adorēt uirtutem dei. Dixit Christus: Cœlū & terra transibunt, uerba autē mea non prēteribunt: facilius est cœlum prætereire, & terram deuocari, quām uerba mea exciere. Quæ autē sunt uerba eius? Adducamus in medium, uideamus ne fortè interciderint nō dubitans dico, sed hæreticos obcludo. Quæ ergo sunt uerba? cœlū & terra transibunt, uerba autē mea non prætribunt. Qui sermones, q̄ uerba? Tu es Petrus. & super hāc petrā ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eā. Super hanc petrā, nō dixit super Petrū: non.n. super hominē, sed super fidem ædificauit ecclesiam suam. Quid autē erat fides? Tu es Christus filius dei uiui. Petram uocauit ecclesiam, structus susципientem, & non titubantē. Etenim ecclesia tot susципit tentationes, non tamē uincitur. Quid est super petrā? hoc est, super confessionē, super sermones pietatis. Si forsitan interrogabis utrū hæc ædificatio susципiat lapides, aut ligna, aut ferrū: I nō, inquit, nec enim est insensibilis ædificatio, quòd si talis esset, solueretur tempore, confessionē aut pietatis neq; dæmones, neque ulla creatura uincere potest. Testātur martyres, quorū latera radebātur, sed fides nō frangebatur. O noua rerū materies. Paries effoditur, & thesaurus nō aufertur: caro scinditur, & fides non rumpitur, talis quippe martyrū uirtus: Etenim sup hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi nō p̄ualebunt aduersus eā: attendite diligentius uerba. Portas inferi pericula uocat, quę mortem pariunt. Quid ergo? In infernū intrabit quisq;, quando periclitabitur? Etiam. Sicut enim portæ introitus ciuitatum sunt, sic pericula introitus mortis sunt. Et cur, inquit, nō prohibet tentationes? Vt ostendat uirtutē eius. Si nemo eā impugnare posset, dicere poterant, quoniā si impugnaretur, utiq; uinceretur. Propterea permitto eam impugnari, ut nō imbecillitas impugnantium, sed fides uictoriæ imputetur. Et portæ inferi. Non dixit, nō appropiant ei, sed non prævalebunt aduersus eam. Quid ergo? Impugnabitur quidem, nō tamē uinci poterit. Tempestates susципit ecclesia, sed nō demergitur: iacula in eā mittuntur, sed non perforatur: machinamenta præparātur, sed turris nō eliditur. Et quid dico ecclesiam? unum sermonem locutus est pastor, & sicut turris immobilis perseuerat. Quanti tyranni uerbum hoc delere conati sunt? sed non potuerunt. Supra petrā enim fundatū erat. Considera tyrannos, reges, gladios acutos, bestiarū dentes, mortē minantes, caminos, sartagines, manus ferreas, & uncos, & omnia machinamenta parata, & pharetram quidē suam euacuauit diabolus, sed nihil læsit ecclesiam. Portæ inferi non prævalebunt aduersum eam. Testatur res ipsa, testatur horū quæ fiunt, adstipulatio. Quanti impugnauerunt, & nemo pualuit? Et impugnatores quidē tacitur nitati, & obliuioni dati sunt: ecclesia autē quotidie uirtutibus augmentatur. Vbi nūc Claudius, ubi Augustus, ubi Nero, ubi Tyberius? Nomina sunt nuda: horum aūt nemo, nec ulla horū mentio. Et qa ecclesiam impugnauerūt, ideo & memoriā perdiderunt, ecclesia autē clarior resplendet. Vbicunq; ieris, ad Indos, ad Mauros, ad Britannos, ad Hispanos, usque ad ultimū finem terrarum, inuenies: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et uniuersa religione plena: ante hoc enim uniuersa repleta erant impietate, nunc autem non solùm ciuitates religione florent, & fide Christi, sed etiā eremus in nomine Christi gloriatur. Antea nanque & regine in conuiuiis uirorum saltabant, sicut filiam Herodias fecisse legimus: nunc uerò uix famula dignatur hoc facere. Antiquitus gentis Persarū filij parentibus sociabantur connubio, & soror fratri iungebatur impunè, nunc uerò uirginitatē appetunt. Ante hoc aūt quoties in Britannia humanis uescebātur carnibus, nunc ieiuniis reficiunt animam suam. Massagetæ & Berbuces miseros putant, qui ægrotatione moriuntur, & parentes, cognatos, propinquos, cùm ad senectā uenerint, iugulatos deuorāt: rectius esse dicētes, ut à se potius quā à uermibus consumantur: nūc uerò post passionem Christi & resurrectionem eius, abstinentia & castitate deuotè militant Christo, & prope oēs gentes paratæ sunt pro nomine domini fundere sanguinem suum. Ante hoc impij & persecutores erant reges: nunc uerò ad cœlum præferunt pietatem, & ingredientes limen ecclesiæ, deponunt coronā, & crucem Christi depingunt in suis frontibus. Foris arma, hic mysteria: foris scuta, hic sacramentorū celebratio. Theodosius pater, filius Theodosij, religione ac pietate insignes. Ideoq; pro his oibus gratias agamus domino per Christum dominū nostrū cui est gloria & potestas cum spiritu sancto, per immortalia secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *sermo in Pentecoste de sancto spiritu.*

Vlti quidē aliter: at quicunq; gratiæ participes spiritum sanctum etiā nūc in eius ad homines è cœlis aduentu perquām festiuè celebrāt, & alius quidē alio pulchriora & sublimiora, & quantācunq; scientiæ uirtutem habet, hac eiusdē gratia afflatus, afferat ecclesię Xpi spōsę mundū, & dona, & sportulas. Et alius quidē per spiritū dicat sermonē sapiētię, alius qui ab eodē impellitur, faciat sermonē scientię, & alius opetur dona uirtutū. Hęc.n. & silia dona sunt dignis spū sancto, qui facit nobis semp aliā sup aliā omni festiuitatē, à quo die sua gratia in orbe terrarū apparuit. Vtiq; sic ages ô sacrosancta dei concio, quomodo deū decet sanctarū ecclesiæ feriarum concordia. Igitur aliquādo angelus Gabriel è cœlo descendit, & deus in utero semper uirginis habitauit: nūc autē ante paucos dies magni consilij angelus Xps in cœlos ascendit, & sanctū spiritum omnibus demisit, unde in cœlos regressus ad patrē suum, clamabat: Surge in occursum meum, & uide. &, Tu domine deus uirtutū, deus Israel intende, ut uisites omnes gentes. Ego uisitaui, inquit, & impleui tuam obedientiam, intende & tu, ut uisites gentes, amandans eis & alium paracletum, spiritū tuum sanctum. Igitur non ad unā tantū animam hodie dicitur, Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obūbrabit tibi: sed omni creaturæ dicit deus, Effundā de spiritu meo super omnē carnem. Et erūt mihi in filios & filias, & fratres & matres. Quisquis enim facit uolūtatē patris nostri, qui est in cœlis, hic filius, & Christi frater & mater est. Itaque adoptionis festū fideles celebremus hodie, & spiritus sancti ad spiritus hominum aduentum, & societatem. Nouę enim hodie orbi terrarum annunciantur leges, nouum testamentum, noua creatura. Emittes enim, inquit, spiritum tuū & creabuntur, & renouabis faciem terræ, quæ olim audiuit. Terra es, & in terram abibis. Proin de auditor sermonū, auidè mēte tua recurre ad mōtē illū, Sinæū dico: & disce quomodo olim uetus lex data sit, quomodo item & nūc nouum testamentū. De quo inquit per prophetā scriptura: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & testamentū faciam super domum Iuda: hoc est, super duos populos, testamentū nouū: non sicut testamentū quod statui cū patribus eorū, quando eduxi eos ex terra Aegypti, dans leges in mētē eorū, & in corda eorū inscribā eas. Quomodo igitur, dic mihi, & quādo uetus lex Israeli data est post liberationē de seruitute Aegyptiorū in monte Sinæo, propterea ēt nunc nouū testamentum in mōte Sion redemptis de seruitute inimici datur. Illic cū Moses in montem ascendisset, lex descendit: hìc ubi Christus in cœlū ascendit, spiritus sancti lex nobis aduenit. Illic ignis montem impleuit, ideo & hodie in igneis linguis spiritus apparuit. Illic agnitionis diuinę primitiæ Israeli declarabantur, hìc nūc agnitionis diuinæ gentibus significantur. Illic linguā quam non nouit, audiuit populus: & hodie linguā quā non nouit, locutus est apostolorū chor⁹. Illic cū lex daretur, uoces tubę sonabāt: & hodie factus est repētè de cœlo sonitus tanquam impetu uenientis spiritus ualidi. Et illic post triduanā populi purgationē lex data est, nunc autem post triduanam Christi resurrectionem spiritus sanctus nobis donatus est. Nā dū complerētur dies Pentecostes, erāt omnes discipuli unanimiter in eodē loco, & factus est repētè de cœlo sonitus tanquam impetu ueniētis spiritus ualidi, & impleuit totam domū ubi erant sedentes. Et apparuerunt eis diuisæ linguæ tanquā ignis, seditq; super singulos eorū, & impleti sunt omnes spiritu sancto: & cœperunt loqui uariis linguis, prout spiritus dabat illis eloqui. Quām admirabile igitur erat spectare Galilæum piscatorem, illiteratum, Barbarū, lingua Græca, Persica, Iudaica, Arabica disserere & rhetoricari? Hæc.n. erat Christi ad discipulos certa minimeq; fallax promissio, qua dixit eis: Cū abiero mittā uobis spiritum sanctū, & ille uos docebit omnia. Quid igitur dicit? Nonne tunc acceperunt discipuli spiritū sanctū, quādo sufflauit in eos, & dixit: Accipite spiritū sanctum? Sed tunc erant primitiæ & donū resurrectionis Christi, nunc autē impletio & fidelis confirmatio illius in cœlos assumpti, ut absque hęsitatione crederent illū sedere in cœlis à dextera patris oblata natura nostra patri, & in antidotū, & remunerationē spiritu sancto nobis demisso. Et cuius gratia post decimū diē suæ assumptionis paracletū emisit? monstrauit quòd noui testamenti nouā decē particularum orationē docuerit, & decē sermonibus beatitudinū beatos fecerit in se credentes. In specie autē ignearū linguarum spiritus descendit hodie, ut infantilitatē gentium in theologiā conuerteret, simulq; indicabat patrē esse qui mitteret. Lingua.n. pater, qui gēitor est uerbi. Itē in specie ignis, qa deus est spiritus sanctus. Deus noster sicut inquit scriptura, ignis cōsumēs. Ignis igitur spiritus sanct⁹, eo qd repurgat materiā peccati, sicut ignis q spinas & tribulos peccatorū repurget, & qui sedētes in tenebris errorū illustret, & immateriale qd & impalpabile. Oracula quidem dat pater quasi in prima hora. Incarnatur autē filius in gratia, aduenit uerò nūc spiritus sanctus, ut persona tertia in trinitate numeratus, consubstantialis aūt & inseparabilis signatur. Porrò tertia hora ad discipulos uenit ceu impletionē inseperabilis trinitatis docens eos qui super terrā sunt, & tertiā legē post naturalē nobis largiens. Iam & hodie in uoce ualida descēdit, cōterēs dęmonū ualidos montes, ut uiolēti rapiāt regnū cœlorū. Olim qdē sub Eber linguæ multæ cōfusæ sunt propter sceleſtā impiorū temeritatē: linguis autē hodie admirabilis sapientia cōceditur, pp flammam super nè in discipulos uenientē. Tūc obtenebrauit impios ædificatio turris sceleſta, hìc sapientes reddit rara dei notitia. Illic lapsus condēnauit, hìc nunc spiritus sanctus liberos fecit. Vbi.n. spiritus domini, illic cognoscitur & libertas, Et qd libertatis & remissionis peccatorū est suppeditatrix dies Pētecostes, audi deū in Leuitico ad Mosen, ubi p̄sentē festiuitatē præfigurauit, & dicit: Et numerabitis à Pascha septem septenarios dierū, & die sequēti facietis diē Pētecostes. Dies propitiationis est dies remissionis, & indulgētię. Quibus ostēdit sanctissimus spiritus, qđ quādo p̄terierit septima sabbati legalis & festiuitatis & cultus, tūc spiritus sanctus doctis gentibus in Pētecoste propitiationē & remissionē peccatorū nobis tribuet. Vnde & debitorū remissio quinquagesimo tēpore. Et idcirco quinquagesimus psalmus ī figura huius quinquagesimę, remissionē peccatorū & misericordię cōsecutionē Dauid cōtinet, & uariā spiritus sancti mētionē facit, spiritū sanctū & spiritum exultationis, & spiritū rectum, & spiritum principalem appellās. Audi & aliter Pentecosten hanc tibi præsignatam manifestē. Ante multa tempora cū generale diluuium totū orbē terrarū propter impietatē comprehenderet, ædificabatur diuino imperio arca pro piorū uirorum salute. Trecentorū cubitorū erat lōgitudo eius, & quinquaginta cubitorū latitudo eius, in unū cubitū cogebatur summitas ei⁹, in qua cōgregabātur ex omnibus q̄ sub cœlo sunt animalia. Manifestē figura fuit. Aqua enim q occidit homines, simulachrorū cultus est, q̄ sæuissima hyems ac tempestas erat. Arca figura est ecclesiæ Christi. Trecenti cubiti, trinitatis signant sacramentū, qui in unū cubitū unius deitatis conueniunt. Quinquaginta aūt iterū nobis Pentecostes p̄figurāt symbolū, qua in Siō, quasi in arca, pecuniæ & immundæ quæ sub cœlo, ut dicūt Acta

G apostolorũ,cõgregatæ sunt gentes, Parthi quasi par
Actо.2.b di,& Medi sicut equi,& Elamitę, & alię tribus gẽtiũ.
Gene.8.a Exista arca Noe euolauit coruus,nec cõparuit suffo
catus in aquis. Ex arca autem ecclesię eliminatus est
diabolus, q uerè niger & tenebrosus coruus est,suf-
focatus in aquis baptismatis. Dimissa est autẽ in figu
ram dei à Noe & columba ,ut uideret si cessasset di-
luuium, quæ quũ nõdum inueniret requiẽ pedibus
post tempus iterum dimissa est, & rediit siccũ ramũ
Ibidem.b oliuæ in ore ferens, & post dies septẽ dimissa, inuen-
taq; sibi requie, cõfidens cessasse diluuiũ, nidificauit.
Columba figura est aduentus sancti spiritus, q̃ ante
legem inuisens creaturam,non inuenit quomodo su
Lucæ.9.g per ea requiesceret, sicut neq; Iesus ubi inclinare ca-
put suũ,ita impietas omnia occuparat. Deinde post
tempus quoddam iterũ columba dimissa est,rediit
ferens ramulum oliuę in ore:fortè signans in lege,ac
in ore prophetarum, paruũ quendam fructum misę
ricordiæ spiritum sanctum ferre. At post septem dies
omnis cultus sabbatorũ legis, emisit deus Noe colũ
bam spiritus filij sui,& inuenta requie apud fideles,&
H in eis habitauit,& delicatè deambulauit, nidificauit,
& mãsionem apud nos fecit. Colũba.n.animal est,
quod præ oĩbus uolatilibus cœli homines amat, &
contubernale est ac mansuetũ,innocensq; & fœcun-
dum,& domesticũ,quod uersatur, quiescit & habi-
tat in domibus nostris. Sicut & spiritus sanctus dicit
de nobis,quia habitabo & conuersabor cũ eis. Atq;
idcirco in specie columbæ in Iordane de cœlo descẽ
dit. Specta autẽ hoc admirabile aĩal:feræ enim & ni-
græ cohabitare & conuersari non amant,sed immacu-
latæ & fulgidę,ut & in hoc manifestè & signanter
describant in seipsis , in nobis habitationẽ immacu-
lati purissimiq; spiritus sancti. Quẽ ex summo cœlo
cum ecclesia hodie susceperit,facta est & ipsa cœlũ, &
cœlestes hoies efficit, qui cœlestem spiritum intra se
ferant,& huius magnalia prædicẽt: id quod si & nos
Ps.118.r. obumbrare dignaretur, iuxta eũ qui dicit: Os meũ
aperui , & attraxi spiritum : attentarem celebrare il-
lius aduentum , non quantũ par & dignũ(hoc enim
I neque ulla creatura facere audebit)sed quantùm sua
inspirarit gratia & uirtus. Quanuis autẽ non ignea,
sed lutea sim lingua,feruenti tamẽ instituto:ideo ob
secro , ut aures , & mentem atque uigilem aĩam ad-
hibeatis. De deo enim,& de diuinis sermo erit, ut per
spiritum hinc spirituales abeatis, festo spiritualiter ce
lebrato,& delicijs gaudij ineffabilis impinguati. Spiri
tus sanctus fuit quidẽ semper,& est & erit,neque in-
cepit neque desinet,sed semper patri consubstantiali
ter familiaris & connumeratus . Vita natura uiuẽs &
uiuentium uiuificator,lux de luce & lucis suppedita-
tor,per se bonus & fons bonitatis,p se dominus , sui
iuris, deus de deo & deficans,uirtus oipotens,etiam
infirmis uirtutẽ concedẽs , supersubstãtialis ex sub-
stãtia supersubstãtiali, etiã aliis quæ sunt suam essen-
tiam donans. Spirtus sanctus , spiritus absque mate-
ria, absq; rege, absq; senio, absque successore, indisso-
lubilis, supra omnem captum & contemplationem,
incõmutabilis, impollutus. Spiritus sanctus , spiritus
quẽ nemo interpretari potest, imperuestigabilis , im
perscrutabilis, impartibilis, incircũscriptus, absq; flu-
xu, absq; sorde, absque confusione, non imaginabi-
lis, incomprehensibilis . Spiritus sanctus non spiritus
uentorum, non spiritus angelicus, nõ spiritus corpo-
ralis, non spiritus aerius : sed spiritus opifex , spiritus
personarũ in deitate habens, spiritus sapiẽtiæ, intelle- K
ctus & exultationis, spiritus cõsilii & fortitudinis, spi
ritus scientiæ & agnitionis, spiritus timoris & exulta-
tionis. Spiritus sanctus, spiritus pacis & fidei , spiritus
gratiæ & intelligentiæ, spiritus libertatis & mãsuetu-
dinis, spiritus salutis & illustrationis. Spiritus sanctus
ipse nostræ imaginis est reformatio, mẽtis perfectio,
aĩæ instauratio . Spiritus sanctus author est fidei in
deum, spiritualis mẽtalium oculorum nostrorũ sol:
interni nostri hominis lumen, luciser in pectoris cœ-
lo . Spiritus sanctus ipse opulentia filiorum dei, ipse
æternorũ bonorũ thesaurus , ipse arrabon & pignus
æterni regni, ipse primitiæ uitæ ęternę, ipse signaculũ
gratiæ baptismi. Spiritus sanctus ipse fidẽ facit, quòd
nos à deo in filios adoptati simus, ipse corda nostra
Christo cõglutinat. Spiritus sanctus ipse cibus est di-
ligentium Christum, quo nunquã satiantur: ipse po-
tus est animarum filiorũ dei , ipse charitas eorũ qui
sibi cõiuncti sunt. Spiritus sanctꝰ copula est unionis
nostræ in Christo, animarũ exultatio , cordis tripu-
dium, ignis, fons rorulentus. Spiritus sanctus lugẽtiũ
consolatio, mœstitudinis depositio, mẽtis requies, sa L
pientiæ cõmunicatio, prudentiæ inuentio, præscien-
tiæ illustratio. Hoc prophetæ illustrãtur , hoc idiotæ
sapientia cõdiuntur. Spiritu sancto reges inungũtur,
sacerdotes ordinantur, doctores declarãtur, ecclesię
sanctificantur, altaria fundantur, unguentum conse-
cratur, aquę purgãtur, dęmones abigũtur, morbi cu
rantur. Hic spiritus uocatur, sanctus, dominus, uiuifi
cator, consolator, & tã est q̃ dicitur deus paracletus:
hoc est, inhortator . Inhortatur enim semper ad bo-
num corda fidelium, inhortatur animam, ut deo se-
uniat: inhortatur mentem, ut à malis desistat. Mirũ,
inhortatur & obsecrat deus mortalẽ , obsecrat deus
lutum, obsecrat creator creaturã, obsecrat dominus
seruum, idq; intrinsecus in animã: & alios quidem al-
loquitur amicè ut filios, alios ut fratres, alios ut ami
cos compellit, instigat, ad se attrahit, ineffabili & mẽ
tali charitate cor exhilarat, edulcat, calefacit, à terre-
nis transfert, & ad cœlestia uocat: redire facit animã,
& ad deum transire & uolare, urget mentẽ , diuino M
accendit desiderio, docens ut bona q̃ illic sunt cogi-
temus, quæ illic sunt imaginemur, quæ illic sunt som
niemus , qui illic sunt inquiramus : animo uersemus
exercitus q illic sunt, status luminũ, diffusiones quæ
illic sunt, gloriam quæ illic est, choreas quæ illic sunt,
supernas mansiones & tabernacula , ciuitatem quæ
illic, hæreditatis possessionem , incessabiles hymno-
rum cõcentus , fontes immortalitatis quæ illic, dul-
cem & inaccessam lucẽ, thesauros æternorum bono
rum, festa quæ illic sunt, ęterna solennium solennia,
thalamos spõsarum dei qui illic , inextinguibiles lam
pades, imarcessibiles coronas, delicias citra fastidiũ,
gaudium perenne, uitam ęternam, regionẽ , uberri-
mam, ciuitatẽ uirtutum , patriam absq; turbatione,
portum absq; tempestate, ad quẽ semper spirirus ad-
uocatus uocat & obsecrat animam ad imaginẽ suã
factã, & ostendit ei intrinsecus quasi in speculo cum
ineffabili gaudio futurũ ęternum gaudium , adhor-
taturq; eam, & dicit: Veni ad patrẽ , ueni ad supernã
patriam; ueni ad supernum regnũ , ueni ad incorru-
ptibilẽ sponsi thalamũ . Siquis uerè fidelis inter uos,
agnouit omnino q̃ dicta sunt : siquis ex uobis Chri-
stum diligit,& habet spiritum sanctũ . Illę enim & si-
miles sunt admonitiones & exhortationes cõsolato

ris

A ris spiritus sancti in cordibus fideliũ, tales sunt & his
magis mysticæ, quas solas sciũt, qui illũ inhabitato-
rem habẽt. Ita sancti spiritus cõsolatione accensi si-
mul & alati , corroboratiq; in populo Christi uiri ac
mulieres, saucijs diuino amore animabus mortẽ cõ
tempserunt, naturã carnis uicerunt, tyrannidẽ uolu-
ptatũ cõculcarunt, stãmas concupiscentiarũ extinxe
rũt. Ista spiritus sancti adhortatione incitati, oia quę
super terrã quasi somnia contẽpserunt, pecunias, ne
gociationes, possessiões, uestes, ędes, patres, matres,
filios , cognationes , generis nobilitatẽ. Persuasit. n.
Heb.13.c eis spiritus sancti operatio, cũ dicit: Nõ habemus hic
manentẽ ciuitatẽ, sed cœlestẽ inquirimus Hierusalẽ.
Hospites & peregrini sumus nos in hoc seculo , non
Phil.1.c habemus super terrã patrẽ , sed ad cœlestẽ imus pa-
Psal.41.a trẽ, desiderantes dissolui,& esse cũ eo : desiderãtes p
mortẽ ad imortalẽ transire: illũ sitiẽtes , sicut seruus
ad fontes aquarũ: illũ desiderantes, illũ cõcupiscen-
tes qui nos dilexit, q in nostris animabus mansionẽ
fecit, qui dignatus est cũ pauperibus & peregrinis,&
peccatoribus cõionem habere , qui i infirma nostra
B carne habitauit, qui spiritũ sanctum hodie nobis de
misit, & filios nos dei ac hæredes fecit. Etenim & fi-
Gal.4.b lij sumus. Demisit deus spiritũ filij sui in corda nostra
clamantẽ, Abba pater. atq; adeò iam non sumus ser
Rom.8.c ui, sed filij dei: si aũt filij & hæredes . Audet horribile
& metuendũ quiddam sermo dicere festiuitate hac
fretus: Deus in hominibus domiciliũ habuit, & ostẽ
dit hoies deiparos. Stupẽdus sermo, at nõ meus ille
sermo. Propter timorẽ tuũ domine uterũ gessimus,
& parturiumus, & peperimus uerbũ salutis. Nos qui
sumus carnes infirmitatis, peperimus spiritũ salutis:
quia cõcepimus hodie ab excelso spiritũ adoptionis
filiorũ. De hac salutari incorruptissima spiritus cõce-
ptione, uolo tibi hodie spiritualẽ & mysticũ quendã
sermonẽ instituere, ut manifestius scias qs prius fue-
ris, quis nunc factus sis, & quid intra teipsum conce
peris, & qualẽ fœtũ in anima tua feras, & qũo omni
Luc..1.e Christianæ mẽti quadret, ut ei dicatur, Benedicta &
tu in mulieribus ut spõsa dei: & benedictus fructus
uentris tui. qui quidẽ spiritus sanctus est , per quem
ego, festiuitatis amator, hodie cõcionor. De hoc aũt
C sermonẽ hinc exordior. Olim in principio , quando
omnium opifex ac dominus ineffabili cõsilio & ser
mone, iuxta imaginẽ suæ imaginis effigiauit hoiem
protoplastũ: cõcessa faciei corporis illius, forma an-
gelici cuiusdã fulgoris. Quã speciẽ mox ut honesta-
tis osor dæmon uidit, inuidit, illamq; per inobedien
tiam deceptã seduxit & corrupit, fulgorẽq; illũ coin-
quinans imutauit: quã opifex sermo deus renouare
uolens, nõ iterũ sicut olim, extrinsecus hoiem ador-
nauit, ut ne iterum cõspectus à malo dæmone, inui
diam experiretur, qua pulchritudinis suæ iacturã fa
Gal.4.a ceret. Propterea quid facit deus, & qd fit? Demisit spi
ritũ filij sui i corda nostra, clamatẽ: Abba pater. Spiri
tus deus nostris fideliũ spiritibꝰ unitus est , fraterno
modo. Hoc donũ est , quod nobis solis deus dedit,
qui in Christũ credimus. Hic est thesaurus noster, de
2.Co.4.b quo Paulus dicit, quòd habemus thesaurũ hunc ab
conditũ in fictilibus uasis, luteis nostris corporibꝰ.
Mar.4.c Hoc est granum sinapis, qd Christus in terra cordis
Luc.12.f nostri seminauit & occultauit . Hic sancti spiritus in
nobis thesaurus est, & pretiosissimũ margaritũ. Hic
est ignis sanctissimus, de quo dicit Christus: Ignẽ ue
ni mittere super terrã, & uolui uidere si iam accẽsus
sit. Hic i nobis spiritus sanctus regnũ cœlorũ est, de D
quo dicit Christus : Regnũ cœlorum intra uos est. Ibid.17.e
Christus intus , spiritus sanctus intus , pater intus: q Esa.6.&
oculus nõ uidit, & q̃ aures nõ audierũt, ẽt ipsa intus. 1.Cor.2.b
Et qũo consequenter omnis Christianorũ munda
mens non cõprobatur purũ cœlum, immo ẽt cœlo
pretiosior? Cœli.n. peribunt, fideles aũt permanent
in seculum, quotquot deũ intrinsecus in seipsis ferũt
& uident. Vidit quidẽ & Abraham olim, sed extrinse
cus apud quercum Mambre. Vidit & Iob, sed extrà, Gen.18.a
per turbinẽ & nebulas. Vidit Moses deum, sed extrà,
per cauernam & in petra. Vidit Esaias , sed extrà , in Iob.38.a
throno excelso. Vidit Ezechiel, sed extrà, in animali- Exo.33.d
bus oculatis. Vidit & Daniel , sed in uisione noctis. Esa.6.a
Videt deum & qui nunc apud nos mundi corde, at Exec.1.b
non extra, sed intrinsecus, sicut filij & hęredes dei, co Dan.7.a
hæredes aũt Christi. Etenim prophetię spiritus acce Rom.8.c
perunt oẽs qui ante Christum iusti, non adoptionẽ
filiorũ. Nõdum.n.inquit Lucas, spiritus sanctus erat
in hominibus. Nõ.n.audierant à deo, qui ante Chri
stum fuerunt: Regnum cœlorum intra uos est. Non Actо.8.c
audierunt qui ante Christum : Veniam ego & pater E
meus, & mansionem apud uos faciemus. Idcirco di Ioan.14.c
cit uobis, qui in eum creditis: Multi prophetę & iusti Mat.13.c
desiderauerunt uidere q̃ uidetis , & audire q̃ auditis,
& non audierũt. Tantũ fidelibus in nouissimis deus
spiritum suũ sanctũ demisit,& inhabitauit, & cõuer
satus est in nobis. Nullus infidelis hunc thesaurũ spi
ritus sancti in seipso possidet, nullus ludæus donum
hoc nouit, etiãsi innumera bona operetur, ignorat
has diuitias, nõ habet hunc thesaurũ spiritus. Quan
uis & ludæus uidetur habere legem , uidetur & Pa-
scha facere, sed corporale : uidetur offerre sacrificiũ,
sed quale faciũt lanij. Videtur & templũ habere , sed
non adhuc ut fidelis. Tu templum dei, tu uerum ta-
bernaculum testimonij, tu domus sancti spiritus, in
quo inumbrat semper. Videtur & Samaritanus , ui-
detur & Arabs deum colere,& deũ confiteri, uerbũ
deum credere,& spiritum dei glorificare: sed neq; an
sit spiritus sanctus nouit,& quid sit deus oĩno igno-
rat, neq; spiritus sancti particeps est, neq; deũ uerbũ
personam in deitate esse cognoscit. Non.n.habet in
seipso deum habitantẽ, nõ habet granũ sinapis in se F
seminatũ, non habet inappretiabile margaritũ, non
habet regnũ dei intra se, non habet thesaurũ spiritus
in seipso latẽtem, ut in agro, Si aũt quis spiritum dei
non habet, inquit, hic non est dei : sicut Paulus sta-
tuit. Quoniam autẽ hodie spiritus aduenit, & nouæ Rom.8.b
legis noua & admirabilis legislatio facta est , bonã
in spiritu fiduciam habentes, spiritualia cũ lege com
paremus, ut illustreris, in quo tu fidelis à Iudæo dif-
feras,& quantò sublimius sit nouum testamentum
ueteri. Quæ igitur lex, quam hodie è cœlo datam di
scis? Spiritus gratia . Quæ rationales tuæ tabulæ , in
quibus hæc lex insculpitur? Anima & corpus. Quæ
tua spiritualis circuncisio? Omnis malæ concupiscẽ
tiæ excisio, & ab ea auersio . Quod tuum altarium?
mens tua spiritualis . Quod spirituale tuum sacrifi-
cium? omnis bona operatio . Quis altaris tui ignis ,
compunctionis calor. Quod templum tuum à deo
conditum? mundũ cor, in quo deus habitare amat.
Has te doctrinas huius diei solennia paucis docent.
Hanc tibi legem statuit dies Pentecostes. Hæc te my-
steria docet spiritus. Custodi obsecro hoc bonum
depositum perpetua memoria dignũ. Custodi obse

Gcro, spiritus sancti faciem inextinctam. Custodi thesaurum qui in te est occultū, ne à prædonibus rapiatur. Serua obsecro: & pretiosum margaritū immaculatū. Retine conceptionem spiritus, quē te sermo docuit, illæsam. Serua obsecro, hunc fructū immarcessibilem. Ecce manifestè didicisti, quæ per dona spiritus es assecutus. Et quis prius eras, & quid nunc factus sis: nempe amicus dei, filius, Christus, frater, hæres, domus, templum, regni cœlorum thesaurus. Qđ ut nos oēs consequamur, gratia & misericordia sua dignetur concedere dominus noster Iesus Christus, cui sit gloria & imperium cum patre & sancto uiuifi coq; spiritu, in omnia seculorum secula, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
homilia de sancto & adorando spiritu.

h Eri à nobis, amatores Christi, sancti & adorandi spiritus celebrabatur aduētus: nō humanarū cogitationū honore exceptus, sed paternæ uirtutis testimonio comprobatus. Non. n. ex his quæ cogitamus uel loquimur, deus cōmenda
H tur: sed per ea, quibus illustramur, & pietas cōmendatur, & ueritas prædicatur. Vnus dei sermo est, una sancti spiritus doctrina, pietatisq; lampas est, & diuinæ agnitionis prędicatio, ac doctrinę dei illustratio. Operæpretium aūt est, ut perseueremus diutius in sancti adorādiq; spiritus enarratione, & manifestius aliquid de sancta, gloriosaq; facultate dicamus. Iterum ut iisdē utamur uerbis, nō per ea, q̄ cogitamus, sed per quæ docemur spiritum sanctū, & quæ diuini docent sermones, immo q̄ ipse de seipso prædicat, dum per prophetas loquitur, perq; apostolos fert radium suum. Natura inseparabilis est, utpote qui ex inseparabili & indiuisibili natura progressus est. Nomen aūt eius spiritus sanctus, spiritus ueritatis, spiritus dei, spiritus domini, spiritus patris, spiritus filij, spiritus Christi: & sic uocat eū scriptura, imo ipse seipsum, & spiritū dei, & spiritū q ex deo est. Et ut nunq̄, cùm audimus spiritū dei, putemus quòd per proprietatem dicatur spiritus dei, introducit scriptura spiritum sanctum, & apponit, qui ex deo est. Aliud. n. est dicere dei, & qui ex deo est. Dei enim sunt cœlum &
I terra, utpote ab eo facta. Ex deo aūt nihil dicitur, nisi quod est ex subst̄ātia eius. Itaq; dicitur spiritus sanctus. Ista. n. est prima & propria appellatio: & ut euidentiorem habens intelligentiam spiritus sancti naturam demōstrat. Spiritus sanctus, spiritus dei. Quis eum uocat spiritum dei? audi saluatorem, dicētem:
Mat.12.c Quòd si ego in spiritu dei eiicio dæmonia. Vt igitur sicut dicebam, nequis audiens spiritū dei, putet pro-
1.Cor.2.c prium quiddā significari, & non cōe naturæ, Paulus dicit: Nobis aūt non datus est spiritus mundi, sed spiritus qui ex deo est. Iterum dicitur spiritus patris, si-
Mat.10.c & Lucæ 12.b cut saluator apostolis dicit: Ne soliciti sitis, quo uel quid loquamini: non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Sicut aūt dixit, spiritus dei, & subdit scriptura: Qui ex deo est, sic iterum dictus est spiritus patris. Et ut ne putetis hoc secundū proprietatem dici, saluator confir-
Ioan.15.d mat: Quando uenerit paracletus spiritus ueritatis, q à patre procedit. Illic ex deo, hic à patre dicitur. id qd
Ibid 16.f sibiipsi tribuerat, dicens: Ego à patre exiui, hoc & spiritui sancto adscribit, dicens: Qui à patre procedit. Quid est, procedit? Non dixit gignitur. Quod enim non est scriptum, non dixit esse sentiendum. Filius à patre genitus est, spiritus à patre procedit. Quæris à K me omnem uarietatem: quo genitus ille, & quomodo processit iste? Cùm didiceris quòd genitus est, didicisti & modū, & comprehendisti utiq;. Ita cùm audieris prædicari filium, comprehendisti natiuitatis modum. Nomina sunt, quæ pia fide honorantur, non ratiocinatione tenentur. Quæ autem uis nominis, Procedit? audi: ut nomen natiuitatis prætereat scriptura, ne filiū ipsum dicas, dicit spiritus sanctus, qui à patre procedit: inducit eum procedentem, ut aquam de fonte scaturientem. sicut & de paradiso *Gen.2.b* dictum est: Fluuius autem procedit ex Edem, proce *Hie.2.c* dit & scaturit. Pater fons aquę uiuentis dicitur iuxta prophetam Hieremiam, dicentē: Obstupescat cœlū super hoc, & horreat ualde terra: quoniā & duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontē aquę uiuentis. Diuinus sermo definiens patrem fontem aquæ, inducit ex fonte uitæ, aquam uiuā quæ procedit. Quid procedit? Spūs sanctus sicut à fonte aqua. Vnde hoc quòd spiritus sanctus aqua uocetur? dicit saluator: Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flu- *Ioan.7.f* mina ex uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et interpre- L tans euangelista hanc aquam, subdit: Hoc autem di- *Ibidem.* cebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Si igitur euangelista Ioannes declarans, spiritū sanctum dixit aquam uiuam, Pater aūt dicit: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ: Fons spiritus pater, propterea etiam ex patre procedit. Dicitur igitur, repetere liceat, Spiritus dei, & spiritus qui ex deo, spiritus patris, & spiritus qui à patre procedit. Spiritū dominū testatur Esaias in persona Christi: Spiritus do- *Esa.61.a* mini super me, eò quòd unxerit me. Et Paulus: Do- *2.Cor.3.d* minus aūt spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Num per quem aduenit libertas, ille seruus? Si eorum ad quos accedit spiritus sanctus, soluit seruitutis iugum, & præstat eis libertatis personam: quomodo ipse seruus? quomodo largitur quod nō habet? quomodo cùm ipse sit seruus, libertate donat? Non audisti Paulum dicentem: Lex spiritus uitæ *Rom.8.a* in Christo Iesu liberum me reddidit à lege peccati? Liberósne reddit spiritus seruus, qui natura sua non habet libertatem? Nam si creatus est, etiam seruus factus, non reddit liberum. Ne uos sophismatis circun M ueniant hæretici. Non dico eum seruum, non creaturam. Videntur tria principia inducere, increatum, creatum, & aliud nescio quomodo uocem. Spiritus patris, spiritus qui ex patre: spiritus patris, spiritus qui à patre procedit. Spiritus domini, spiritus filij. Quòd autem sit filij, dicit Apostolus: Emisit deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Ec- *Gal. 4.a* ce ipse spiritus filij. Alio loco iterum spiritum Christi dicit Paulus: Vos autem non estis in carne, sed in spi- *Rom.8.d* ritu: siquidem spiritus dei habitat in nobis. Obsecro animaduertite sanctam hanc connexionem. Quasi catenam quandam sanctam & uiuam ex triplici potentia inducit Paulus, naturam coniungens insepa- *Ibidem.* rabilem, & in diuersis nominibus unam uirtutem indicans. Vos autem, inquit, non estis in carne, sed in spiritu. Ecce spiritum, siquidem spiritus dei habitat in uobis. Vidisti spiritum dei? Si autem quis spiritum Christi non habet. Et sanè oportebat dicere, si autem quis spiritum dei non habet. sed dixit spiritum Christi, dixit? spiritum dei, & subdit spiritum Christi. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Verùm hoc dixit, ut osten-

A ostēdat, si spiritus est Christus, Et idem est Christū adesse, & spiritum adesse: & idē est spiritum dei dicere, & spiritum Christi. Est igitur spiritus sanctus spiritus ueritatis, quasi quis dicat, spiritum filij: quia di-
Ioā.14.a cit saluator, Ego sum ueritas. Dicitur spiritus ueritatis qui est spiritus filij, sicut dicit Paulus: emisit deus
Gala.4.a spiritum filij sui. Est igitur & spiritus filij, & spiritus eius qui excitauit Iesum Christum. Et audi Paulum
1.Co.3.d & Coloſ. 2.c dicentem: Si autem spiritus eius qui excitauit Iesum Christum habitat in uobis. Hæc nomina sanctæ & immaculatæ trinitatis, sancti & admirabilis spiritus sunt nomina, nō naturæ conueniētia, sed operationi. Profundus sermo, & opus habet auribus attētis, munitis, & fidelibus. Dicitur autē iterū spiritus, spiri-
Ioā.14.a tus uitæ: quia saluator dicit, Ego sum ueritas & ui-
Rom.8.a ta. Dicitur spiritus uitæ, sicut & Paulus dicit: Lex spiritus uitæ. Hæc nomina eiusdē sunt authoritatis, & eiusdē naturę. Sunt aūt alia nomina, quæ non ascri buntur sancto spiritui, sed uirtuti & operationi eius: ut sunt dona eius. Dico itaq;, & antè declaro sniam, postea testimoniū subinducturus. Quando dat spi-
B ritus sanctus precibus sanctorū uel mihi, uel alicui Christianorū sanctificationem, accipio donū ita ut sanctū habeam & corpus & animam. Donū datum mihi uocat spiritum Sanctificationis: hoc est, beneficium. Si dederit spiritus sanctus cuipiā donū nō habenti sapientiā, uel non habenti intelligentiā: sed solam fidem, quales sunt multi habentes dona, ut credant scripturis, ignorantes scripturas, uocatur donū illud, Spiritus Fidei. Si autem quis accipiat uirtutem & donū à spiritu sancto, ut credat promissioni bonorum quę dantur in futuro seculo, ille Spiritū Promissionis accepit. Si aūt quis accipit & sapientię donum uocatur donum spiritus Sapientiæ: & ubi dona spiritus, uocātur spiritus: & attende diligenter, qa hæc speculatiuo modo ita declaramus. Veniamus ergo ad demonstrationes. Quando qs habet donū charitatis, dicitur quòd habeat Spiritū Charitatis. Quādo acceperit donum martyrij, dicitur quòd habeat Spiritū Virtutis, hoc est donū. Iam qa donans
Rom.8.c spiritus sanctus est, uocatur & Donum eodem nomine quo is qui donat. Idcirco dicit Paulus: Non. n.
C accepistis spiritum seruitutis iterū ad timorem, sed
2.Tim.1. accepistis spiritum adoptionis filiorum. Et iterum:
a Nō. n. dedit nobis spiritum formidinis, sed spiritum uirtutis & dilectionis & temperantiæ. Spiritum aūt
Epheſ.1.c dicit hic donum, sicut quando dicit: Vos autē obsignati estis spiritu promissionis sancto. Promissionis
2.Co.4.c spiritus ubi scriptum est? Dicit Paulus: Habentes autem eundē spiritū fidei & promisionis, hoc est gratiā spiritus. Ecce igitur spiritum fidei, & spiritū promisionis. Si fuerit quis mansuetus & humilis corde, donum accepit mansuetudinis: Est aūt donum dei,
Gala.6.a & hoc dicit Paulus: Si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos q spirituales, instaurate eum qui talis est in Spiritu mansuetudinis: hoc est in be-
Ibidem. neficio doni mansuetudinis. Cōsiderans, inquit, temetipsum ne & tu tenteris. Ecce spiritū mansuetudinis. Alij datur sanctificatio animæ & corporis,
Rom.1.a & uocatur Spiritus Sanctificationis. Sicut dicit Paulus, Seruus Iesu Christi, uocatus apostolus, segregatus in euangeliū dei, quod antea promisit p prophetas suos secūdū spiritum sanctificationis. Vbi multi putauerūt, quòd adhæreat primo uerbo, qui declaratus fuit filius dei scdm spiritū sanctificationis. Nō est autem sic, sed Paulus ordinatus scdm spiritū sanD ctificationis. & quando ordinatus est ex resurrectione Iesu Christi. Quoniā alij quidē apostoli ante passionē, hic aūt post resurrectionē: & propterea dicitur secūdū spiritū sanctificationis. Et aliud, quando incipiemus omnes tēpore sacrorum mysteriorum dicere, Pater noster qui es in cœlis: donum accipi- *Mat.6.b* mus Spiritū Adoptionis, hoc est beneficiū & donū sancti spiritus. Spiritū uocat & æmulationē, sicut dicit Paulus: Quoniā & uos æmulatores estis spiritū, *1.Co.14.c* hoc est donorū. Et adhuc excellentiorē uobis uiam *Ibid.13.a* monstro. Si linguis hominū loquar & angelorum charitatem autem nō habeo, nihil sum: hoc est, omni dono maior est charitas. Verum ad propositū redeamus. Redit Esaias. Spiritus. n. per oēs loquitur. Itaq; sicut Paulus dixit: spiritum uitę, spiritum charitatis, spiritum uirtutis, spiritum temperantiæ, spiritū promissionis, spiritum fidei, spiritum mansuetudinis, spiritū adoptionis filiorum: ita & beatus Esaias, *Esa.11.a* Egredietur, inquit, de radice Iesse uirga, hoc est regia dignitas Christi. Virga. n. regis symbolū est, ut dicit *Psa.44.b* Dauid: Virga æquitatis, uirga regni tui. Egredietur uir E ga de radice Iessæ, & flos de ea ascēdet, & requiescet sup eū spiritus dei. Hic est nomen ipsius naturæ spiri- *Esa.11.a* tus, deinceps sequūtur dona: Spiritus sapientię & intellectus, spiritus cōsilij & fortitudinis, spiritus sciētiæ, spiritus pietatis, spiritus timoris domini. Sicut si qs explicet scripturā siue tu, siue alius fidelis & Christianus, etsi absconditū nomē & obscurū fuerit, det autem spiritus sanctus alicui absc̄ōdita sensuū reuelare: is accepit spiritū reuelationis, q reuelat profunda. Vnde & Apostolus uolens discipulos pios intel- *Ephe.1.c* ligere scripturas, dicit: Precor deum, ut det nobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione illuminatos oculos mentis nostræ. Vidisti spiritū reuelationis? sed ad propositū redeamus. Vbi opus est dicere profunda, uocatur spiritus reuelationis: ubi oportet habere charitatē, uocatur spiritus charitatis: ubi decet manifestè loqui doctorem, uocatur spiritus sapientiæ: ubi opus est auditore ut cū intelligentia capiat, nominatur spiritus intellectus. Spiritus sapientiæ datur docētibus, spiritus intellectus auditorib⁹. Ego prædico, tu intelligis, & dictorū mentem capis, F docere autē nescis. Spiritus itaq; ille domū est sapiētiæ, propter doctrinā. Volens autem deus monstrare, quod sicut mittit docenti sermonem sapientiæ, ita mittit & discenti donum intellectus, ut capiat q̄ dei sunt. Sapientiæ gratiam habet os prædicans, intellectus gratiam habet cor discens. Sapientia armatura oris est, itellectus uerò cordis. Propterea dicit, Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cor- *Psa.48.a* dis mei intelligentiam. Alius non accepit doctrinæ gratiam, sed accepit donum, ut det consilium, consiliumq; bonum & admirabile. Non enim omnia qs accipit, ut ne donum naturam putet. Accepit qs doctrinæ gratiā, & ut nequis extollatur, in operum cō filio inuenitur infirmus: & alius non ualens docere, bene consulit. Et inuenies aliquē, q mutuum nunc alijs dat, nūc ab alijs recipit. Vnde hoc? Nūc demonstrationē adiiciam, quòd qui accipit gratiam doctrinæ, indigeat alterius cōsilio. Moses acceperat spiritum sapiētiæ, legislationis & doctrinæ. Permittebat sibiipsi toto die ius dicere, accedit Iethro socer ei⁹, & *Exod.18.* cōsulit ei, ac dicit: Nō potes sufficere tāto populo so *c.d* lus tu, ut ei ius dicas: sed si hoc feceris totū teipsum

Universidad de Biblioteca

G perdes. At quid? Cōstitue, inquit, decanos, & quinquagenarios, & centuriones, & tribunos, ut ea quę excedunt decanū, referāt ad quinquagenariū: & q̄ excedūt quinquagenariū, referāt ad centurionē: & quę centurionem excedunt, referant ad tribunū: & q̄ excedūt tribunum, referant ad te: & quæ excedunt te, referas ad deū. Si quod, inquit, graue negotium, referant ad te: si autem tibi quid graue, referas ad deū. Ecce legislator cū sapiens esset, accepit consiliū priuati, & factum est consiliū lex, & figura futurorū. Quoniā Iethro socer Mosi, sacerdos erat idoloru: postea aūt cognito errore, didicit ueritatē, factusq̄ est figura gētiū ecclesiæ quia sapientiā legis trāscendit gentiū intelligentia: nō quia sunt gentes, sed quia resipuerunt. Quando enim receptū est consilium Iethro, non erat sacerdos idolorū, sed agnouerat deū. Quia postquā cognouit opera dei, & mi
Exo.18.b rabilia quæ narrauit ei Moses in Aegypto facta, dicit: Nunc ego cognoui. Vide resipiscentiam, quòd magnus sit dominꝰ deus noster supra oēs deos. Nā
H ubi ueritatem agnouit, accepit boni consilij donū. At nos ad propositū redeamus. Accipit docēs spiritū sapientiæ, discens spiritum intelligentiæ ut intelli-
Esaiæ.3.a gat. Propterea Esaias sapientiā adscribit docenti, intellectū audienti, & inquit: Sapientē architectum, & intelligentē auditorem. Spiritus consilij datur consiliario: spiritus fortitudinis, consilium accipienti: accipit donum consiliarius, ut dicat utile quippiam: accipit gratiā, qui consiliū accipit dum perficit quod utile est. Spiritus timoris domini. Singula dona illa ad propositū usum concedebantur, uerbi gratia: Quādo extruebatur tabernaculū à Mose in solitudine, nō opus erat illi dono doctrinę, sed dono architectonices, quo cōsuerent byssum, hyacinthū, purpurā, coccinū, deditq̄ deus donū architectonices, & artē cōsuendi, texendi, fundendi aurū, polendi lapides, & construendi. Et quare omnes artes illas dedit? quia tabenaculū faciebat deus super terram. Erat autē figura cœli & terræ tabernaculū. In sex autem diebus fecit deus cœlum & terram. Extruebatur tabernaculū figuram gerens cœli & terræ. Et opus habebant gratia spiritus suo operi con-
I grua. Non enim erat tēpus doctrinæ, sed sutorię, &
Exo.31.a aliarū artium. Et dicit dominus: Ecce dedi uirū nomine Beseleel de tribu Iuda, & impleui eum spiritu diuino, spiritu sapientiæ & scientiæ, & sensus. Sapientiæ spiritu, ut quod proponebatur ad faciendū, ita faceret & operaretur. Scientiæ aūt, ut bene quadrarent: sensus uerò, ut intelligeret quę dicebantur à spiritu qualē haberēt uirtutē. Alio loco promittit deus se daturū gratiam misericordiæ, & dicit: Effundā super domum Dauid spiritum gratiæ & miserationis,
Zac.12.c hoc est donū misericordiæ. Iterū largitur dona humilitatis. Vnde hoc liquet? Tres pueri in camino, quoniā, ut iusti flammā calcauerunt: ut humiles autem, peccatores se uocauerunt. Propter excellentem iustitiā, calcauerunt, & caminū rorem fecerunt. non inflati sunt, neq; dixerunt, ô quanta nostra iustitia: nescimus enim naturam, transgressi sumus legē, sed operantur ut iusti, loquuntur ut peccatores. Considera enim, Calcabant flammam, exultabant ut iusti, & cōfitebātur ut peccatores. Peccauimus, iniquè
Dan.3.c egimus, iniustitiam fecimus. Omnia quæ induxisti sup nos, iudicio iusto fecisti: quia iniquè egimus, & discessimus à te, & mandata tua nō audiuimus, ut bene esset nobis. Quoniā igitur cū iusti essent, seipsos humiliabāt, acceperūt spiritum humilitatis, donum humilitatis. Et propterea cū uiderūt gratiam, dicunt: Non est nobis in tpe hoc princeps & pro- *Ibidem.d*
pheta, neque oblatio, neq; thymiama, neq; locus ut offerātur primitiæ, & inueniatur misericordia. Quia igitur non habemus ciuitatē, neq; tēplū, neque altare, pro oībus humilitas nostra sufficiat. Propterea dicunt, sed in anima contrita & spiritu humilitatis suscipiamur. Alius cū plenus esset gratia, accepto integro dono, dicit spiritum accepit impletionis. Vnde *Ibidem.*
hoc dicit Hieremias: Via filiæ populi mei, non in sancto, neq; in puro, spiritū impletionis: non habent, inquit, spiritū qui impleat eos. Sic habebant spiritum impletionis apostoli, ut scriptū est: Tūc, inquit, Paulus impletus spiritu sancto, quando arguit Elymam *Act.13.b*
magū. Vides donaria? Reperam igitur nomina ineffabilis naturæ. Spiritus dei, spiritus qui ex deo, spiritus domini, spiritus patris, spūs filij, spiritus Christi, spiritus q excitauit Christū, spūs uitę, spiritus ueritatis. Dein dona, spiritus uirtutis, spūs charitatis, spiritus tēperātiæ, spiritus promissionis, spiritus fidei, spi
L ritus reuelationis, spiritus adoptionis filiorū. Qui accipit gratiā ut iudicet, accipit spiritū iudicij, sicut dicit Esaias, & purgabit eos dominus spiritu iudicij, & *Esa.4.b*
spiritu Adustionis: punitricē & purgatricem uim uocat spiritū adustionis. Dauid autem petit spiritū Rectum, qui dirigat, & in rectam uiam ferat. Et iterum petit donum principale, quo dominetur & sit princeps affectionum, faciatq̄ animā non seruire suis affectionibus. Quoniam. n. Dauid peccauerat, & à cōtinentia uenerat in nequitiam affectionum & uoluptatis: & quia non iustē iudicarat interficiēdū uirū, & seruus factus erat concupiscentiæ in adulterium prolapsus, petit spiritum rectum, inquiens: Innoua *Psa.50.c*
in uisceribus meis: &, ne proiicias me, inqt, à facie *Ibidem.*
tua: &, redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me: hoc est, dono quo dominer affectionibus, & cohibeam uoluptates. Hæc à nobis dicta sunt de spiritus sancti diuina maiestate, & diuersitate in operationibus eius. Hæretici aūt qui ignorauerunt, quòd quādo dicit spiritū sanctificationis, uel promissionis, donorū memor sit: ipsi ad naturā
M referunt dicētes, quòd deus dedit, & spiritū sanctum donauit. Vidisti, inquit, quòd donū dei est? legerunt dona, & ea ad naturā referunt miseri. Oportebat intelligere, quæ nomina ad naturā pertineāt, & q̄ dona, & q̄ gratiā significent: caupones fuerūt adultera tę ueritatis, cōfuderūt omnia, subuerterunt seipsos, *Roma.1.d*
exciderūt à ueritate, obtenebratum est insipiēs cor eorum, dicentes se esse sapientes, insatuati sunt. Ea propter inferunt: Quoniā, inquit, de spiritu moues, & à scriptura doces, & uis testes habere scripturas: ab ipsis scripturis moti dicimus, ea ipsa q̄ de spiritu sancto saluator dixit. Quid igitur dicit ille? Spiritus *Ioā.16.b*
ueritatis deducet uos in oēm ueritatē: nō. n. loquetur à seipso, sed quęcunque audierit loquetur, & quę uētura sunt annunciabit uobis, ille me glorificabit: qa ex meo accipiet, & annūciabit uobis. Vidisti qūo inquit, à semetipso non loquetur, sed ex illo accipit? Num potest demonstrari spiritus authoritas? An non demonstrauit, inquit, eum subiacere potestati sibi, & mutuari ab eo, & alijs suppeditare: Attende diligenter, Quoties tibi dictum aliquod apparet obscurum, ne statim addicas te dictioni, sed expecta

finem

A finem sniæ. Non uides quando extruuntur domus, qūo omnia cōfusa sint, calx, lapides, ligna & in oculis, tuis oia sunt cōfusa, artifici aūt omnia bene quadrauerūt? Scit. n. suo tpe, qūo hoc confusum in hoc loco, illud in alio congruat: & quæ nunc dispersa in harmoniam quandā conuenientia ędificij pulchritudinem perficiant. Igitur cū uideris dicentem ab hoc in illud, & ab illo in hoc transilire, crede quòd materias præparet: quando cōiungo materias, tunc ostēdo q̄ bene cōueniant. Vna natura filij est & spiritus, una uirtus, una ueritas, una uita, una sapientia: at ab eo tpe quo saluator dignatus assumere creaturā nostram, impletus spiritu sancto: nō quòd inferior spiritu sancto, sed quòd caro opus habeat humano modo, ut accipiat aduentum spiritus, non quòd nō possit deus uerbum, sanctificare creaturam quā assumpsit. Nam si hūc cōcesseris sermonem, superuacuus filius. Sufficiebat. n. pater ad sanctificandam carnē. Non pater quasi infirmus coassumit filiū. Non quasi infirmus, filius assumit spiritū. Sed quia una natura est, quæ omnia in oībus operatur, alia quidem pa
B ter operatur, & in omni natura suscipitur: alia autem filius, & in oēm transit naturam: alia uerò spiritus, & in omni natura suscipitur. Quando igitur natura secundū seipsam consideratur, par est & ęqualis, plena potestatis, & authoritatis, admirabilis, neq; indiga, neq; imperfecta, non proficit, nō minuitur, nō augmenta suscipit, nō attenuatur. Cū autē accepit deus uerbum carnem nostrā, fecit eam humano more, quasi unum apostolorum uel prophetarū suscipere spiritū sanctum. Dixit prius, non quòd non sufficiat filius dei, sed ut perfecta trinitatis scientia, in creatura illa ostēdatur. Assecuta igitur est caro domini spiritum sanctum, & consequenter uoluit saluator carnem, quam accepit, spiritui sancto appropriare: ut id quod faciebat Christus scdm carnem, asscriberetur spiritui sancto, qui habitauit in eo, sicut in sancto tē plo humano. Homo. n. propter nos, deus autē propter seipsum. Homo enim propter misericordiā eiecit dæmones, & uoluit fugationem dæmonū asscri-
Mat.12.c bi sancto spiritui, & dicit: Si aūt ego in spiritu sancto eiicio dæmonia: & non dixit in uerbo, sed asscribit
C spiritui, sicut uir sanctus spiritū sanctum assecutus. Deniq; quādo intrauit in templū, sumit prophetam
Esa.61.a & Luc.4.c Esaiam, & legit. Legit aūt quę de seipso erant scripta, & reperto, inquit, libro, dicit: Spiritus domini super me. Non contradici potest, quoniam persona hominis loquatur: Spiritus domini super me, eò quòd unxit me. Per spiritum, inquit, sanctū unctus sum. Pro-
Act.10.f pterea Petrus, Iesum à Nazareth, quòd unxit eum deus spiritu sancto & uirtute. Hic animaduertamus obsecro. Hæc enim omnia in ædificio sermonis mei insumentur: non. n. ab alijs in alia efferimur, sed (ut dixi) materias dispono, ut tu unionem coaptes. Assecutus est spiritum sanctū, baptizatus est in Iordane,
Mat.3.d & Mar.1.b. & Ioan.1.e & dicit Ioannes: Vidi cœlos apertos, & spiritum dei descendentem sicut columbā, & manentē super eū. Vidisti qūo humano modo accipit spiritū sanctum? nullus sic impius, ut credat quòd diuinitas accipiat spiritum. Dicit Ioannes Baptista: Medius uestrū stetit, quem uos ignoratis, & ego nesciebam eum: sed qui misit me, ut baptizarem in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum sanctum descendentē
Ioan.1.d sicut columbam, & manentem super eum, hic est filius meus. Descendit spiritus sanctus, ut impleatur

hoc Esaiæ: Spiritus domini super me, Baptizata est D
caro, & statim baptizatus ascendit de aqua, & ductus est à spiritu in desertū. Ducta est, & quasi pædagogum habuit caro spiritū sanctum. Quare ductus est: ut nobis figurā daret, quòd sicut caro mea non ducitur cōcupiscentijs, sed ducitur spiritu: sic & uos
Gala.5.d debetis, Propterea & Paulus: Si aūt spiritu dei ducimini, non iam estis in carne. &, quicunq; spiritu dei
Rom.8.b ducuntur, nō sunt sub lege. Ducitur caro Christi, ducamur & nos. Propterea enim oīa in seipsum assumit, ut nobis exemplū relinquat. Ductus est à spiri-
Mat.4.a tu, ut tentaretur, & uicit diabolū: non deitas. Contumelia fuerit deitati dicere, uici. Deus enim nunquā uincitur, neq; uincit, sed semper prævalet & dominatur. Nam si omnino uinceret, possibile esset & ipsum uinci. At qui semper dominatur, & prævalet in omnibus, omnipotens, & neq; obtumultuantur ei subditi, neq; ei negotium faciunt. Si igitur caro dominica, & dominicū figmentum, nouus homo cœlestis, nouum germē, quod nouo partu floruit, accipit spiritum sanctū, habeas testimonia quòd aduenit spiri
tus de cœlo: & duxit eū spiritus, ut uinceret diabolū. E
Imago Adam quę in principio seducta, ut homo postea uinceret, noua ingreditur comitata uirtute spiri
Mat.4.a tus. Propterea sicut dixit, Ductus est à spiritu in de-
Luc.4.b sertum, ut tentaretur: sic quādo reuertitur ut uictor dicit: Iesus aūt reuersus est in uirtute spiritus à deserto. Habuit igitur caro spiritum sanctū, non partē dorum sicut nos, cū uni sapientia, alteri scientia datur. sed omnia habuit dona. In ueritate anxius sum & tremo, ne infirmitas linguæ obscuret magnitudinem eius, quod prędicatur. Igitur corpus domini & caro sancta, ut accepit spiritus sancti efficaciam: nō accepit, sicut de aliquo apostolorum dicitur & prophetarum gratiam unam, uel alteram. Homo enim
1.Co.12.d non est capax omnium, ideo dicit Paulus: Num oēs apostoli? num oēs prophetæ? num omnes dona habent sanationum? In carne aūt Christi omnia dona fuerunt, secundum substantiam carnis. Et attende, impleuit primò proprium templū omni gratia. Habuit donum curandi morbos, effugandi dæmones, suscitandi mortuos, prædicendi futura, operādi ea q̄ F
ueritatis sunt: omnia potuit, & habuit donorū plenitudinem, quatenus impleta est caro eius omnib⁹ charismatibus. Vnde opus fuit, ut inde oēs acciperemus ad mēsurā & partes: & inde apostolis & prophetis ex eo suppeditaretur. Ioānes testatur, quòd in eo
Ioan.1.b. tota deitatis plenitudo. Et iterum: In quo habitat di-
Col.2.b uinitatis plenitudo corporaliter. Non dixit simpliciter, In quo habuit deitas, sed plenitudo deitatis: hoc est, omne deitatis donum. Et ut nequis putet, quòd in deo uerbo habitauerit, dicit: In quo habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter. In carne eius omnis plenitudo sapientiæ, intellectus, uirtutis signorum, omnis operationis. Deinde à plenitudine
Ioan.1.d eius mutuamur oēs. Testatur Ioannes baptizās, Et ego nesciebam eum: sed qui misit me ut baptizarē, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritū descēdentem, & manentem super eum. Non dixit qui largitur ei donum unum: sed, manentem totum, hic est qui
Ibi d.3.d baptizat in spiritu sancto & igni. Deinde uolens ostēdere Ioannes, quòd non sicut homo acceperit gratiam saluator, dicit quòd non ad mensuram dedit deus spiritum, sed pater diligit filium, & omnia dedit in manum eius. De plenitudine eius nos omnes

G accepimus, ille plenitudinem, nos de plenitudine. Quo? A quo impleuit dominicā carnē? à deo hausit sicut à fontè, & largitus est hominibus gratis. Atten
Ioan.16.c de obsecro, dicit igitur: Quando uenerit paracletus spiritus ueritatis, ducet uos in oēm ueritatē, quia de meo accipiet. Attende magna diligentia, nō dixit de me, sed de meo. Ex meo, cui? ? De meo dabit uobis, sed accipiet, accipit non mutuatū. At quoniā impleuit fontē ut originem donorū, à fonte haurit, & præbet oībus de proprijs. Et unde hoc, quòd accipere
Exo.18.c & Deut. 1.b de proprijs, est accipere, audi: Impleuit deus Mosen spiritu, & dicit Moses: Nō possum solus ferre pōdus huius populi, ordina aliū teipsum. Dicit ei deus: Elige septuaginta seniores, & accipiam de spiritu qui in te, & dabo super eos. Nō dixit accipiam tuū: sed, de
Ioel.2.g spiritu qui in te. De meo accipiam. Dicit deus in diebus illis: Effundam de spiritu meo super oēm carnē, & prophetabunt. Si deus à Mose accipiēs mutuatus est, spiritū à filio accipiēs mutuatus est. Etenim Moses figura erat Christi. Quia sicut à Mose septuaginta fuerunt impleti, ita & à Christo orbis terrarū acce
H pit spiritū sanctum. De meo accipiet: ex his quę mihi suppeditauit homini dominico, sumet sibi q dedit. Qui uenit super me, & mansit in me, qui unxit me, q sanctificauit me, qui duxit me in desertū, qui reduxit me uictorem, de meo accipiet, & annūciabit uobis. Et ut ostendat, quòd non sancti spiritus mentionē fecerit, sed donorum eius, post quā dixit de meo acci
Ioan.16.c piet, adiicit statim: Omnia quæcunque habet pater. mea sunt: accepi ea de spiritu sancto, propterea dixi, de meo sumet. Quoniam deus carnem sanctificauit spiritu sancto, & emisit donum spiritus pater in carnem Christi. Venit gratia, & oia dona indidit Christo, dicit: De meo accipiet, & annunciabit uobis. Quis igitur est, quòd à seipso nō loquetur, sed quæcunq; audierit, loquetur uobis? Dictū est ante hoc, quòd aliud est spiritus sanctus, & aliud donū: aliud rex, & aliud donū regis? Quando quis contra uarias barbarorū gentes bellum gerit, dubitat ubi præliari incipiat. Si in hanc impressionē facit, & occupatur, mox aliam prospectat erūpere aciem: si in duas partes diuidat, diuidūtur uirtutes. In medio sumus Aria
I norum, qui reprobant Christi gloriam, in medio sumus Macedonianorū, qui diuinam spiritus gloriam contumelijs afficiūt. Si igitur cōfessa de filio loquar cōtra Macedonianos, Arianus statim pugnat. De filio enim dicit, nō persuasisti, & de spiritu mihi loqueris? Verū quia hodie propositū est de spiritu sancto, (sæpe enim iuxta gratiā nobis à Christo datam de filio uictoriam reportauimus, testesq; dictorū uos estis, quòd nō fuerint deceptiones rhetoricę, sed scripturarum demonstrationes.) uolebam aūt & nunc afferre de filio sermonem. Semper enim in illo uirtutem fulgētem habet. Sed quia de hoc satis pluribus argumentis persuasi sunt, qui circa spiritum sanctū claudicant, nunc taceo. Impossibile autem est eos q circa spiritum sanctum aberrant & claudicant, recto pede ambulare circa filium. Vsq; hodie non inuenis Macedonianum ullum homusij uerbo subscribere iuxta Nicænum decretum, quanuis semper dicant: Nos recta fide incedimus. Quoniā de spiritu sancto non est manifestatū. Neq; enim de hoc pugna uel labor erat: attamē scdm quod illis satis persuasum est,
Ioan.16.c dico. Scriptum est, à seipso non loquetur. Dic Macedoniane, scriptum est hoc de filio, imo ipse dicit de seipso, ego à meipso non loquor. Attende obsecro, K affero testimoniū apud te cōfessum: (apud Arianū enim certamine hic opus esset, in hoc quòd dicit, Ego à meipso nō loquor, & de spiritu sancto: apud Ioan.14.b te aūt q promisisti te hoc sanctè colere, nulla opus concertatione.) De Christo docens dicis, æqualem deo similem patri per omnia. Corā his qui confiten tur gloriā, quæstionē induxi. Dicis de spiritu, à seipso non loquatur: dicit filius de seipso, Ego à meipso nō Ibi.14.b loquor, sed quodcunq; audiui à patre meo, hoc lo- Ibid.15.c quor. Ecce & filius à seipso nō loquitur, attamen est æqualis honor. Hæc ad te dico. Arianus. n. & ille etiā de hoc dubitat. Idē euenit incredulis, qđ & naufragis accidit, sicut dicit Paulus, qui circa fidem naufra 1.Tit.1.d gium fecerunt. Ariani naufragio facto perdiderūt & Christi gloriam, & spiritussancti uiitutē. Macedonia ni contendūt quidem emergere, sed dimidiā sarcinā amittunt. Si autē quis spiritum Christi nō habet, hic Rom.8.b nō est eius. Attende igitur, ut ne uideamur more certantium illudere, & cōtumeliosē demonstrationem facere. Ego à meipso non loquor. Interpretare mihi, quid est hoc quod dicit, Ego à meipso non loquor? L Quo dixit saluator. Si enim adduxerit solutionē de filio, hanc intelliget & spiritui sancto cōgruere. Duo statuit æqualis ponderis, neq; spiritus à seipso, neq; filius à seipso: sed opus habet filius patre, opus habet & spiritus sanctus patre, itaq; æqualis erit honor. Attende igitur: Scio quòd in profundum meipsum dedi, sicut nouit uirtus Christi omnia perscrutari, imo tremo potius quàm dico, ne in immēsam abyssum abeat nauicula, & desit spiritus. Da. n. mihi nauim uacuā, gubernatorē, nautas, funes, anchoras, oia disposita & nusquā esse spiritū uenti: nōnne tardat omnis quantuscunq; est apparatus, si desit operatio spiritus? Ita fieri solet, licèt sit sermonis ampla supellex, & mens profunda, & eloquētia, & intelligētia, & nō adsit spiritussanctus, qui uim suppeditat, otiosa sunt omnia. Quare igitur de seipso, sicut & de spiritusancto dixit, A meipso nō loquor? Quasi agonistæ essemus subuertemus contradicentē, sufficientibus consequenter argumentis persuasuri, & his & illis, siquidem parere uoluerint. Non. n. oino necessitate eos adducemus, sed dico, si fortè quidā persuadeantur, M & ne admireris si ego homo dicam hoc. Dicit deus Ezec.2.b Ezechieli: Abi ad domum Israel, & dic eis si fortè audiant, si fortè sciant. Dicimus hæc si fortè audiant, si fortè credant, si fortè se nobis iungant. Quòd si hæc nobis dicentibus non iunxerint, innoxij sumus nos. Sic Paulus docebat, & postq̄ docuit, dicit: Testi Act.20.f ficor, quòd mundus sum à sanguine omniū uestrū. Non. n. reueritus sum, quò minus annunciarem uobis uiam dei. Et nūc dico, quare saluator dixit, A me ipso non loquor: & de spiritu sancto, A seipso nō loquetur? Oro charitatē uestrā hic animaduertamus. Cū unus sit Christus, multi prodierunt falsi Christi, sicut saluator dixit: Multi uenerunt in nomine meo Mat.24. falsi Christi, & pseudoprophetæ: cum unus sit Chri & Mar. stus & promissus per prophetas, quòd ueniat: ante 13. aduentū eius apparuerunt quidā impostores, dicen Act.5.g tes: Nos sumus. Theudas dixit: Ego sum Iudas Gali- læus dixit: ego sum, & seducebant multos. Saluator Ioā.10.b uenit, & dixit: Quotquot uenerūt ante me, fures fue Ibidem.a runt & latrones, sed nō audiuerunt eos oues. Oues meæ meam uocem audiunt, & cognoscunt uocem meam, & sequuntur me. Venerunt igitur illi falsi

A Christi, & non docuerūt ex lege & prophetis, sed ex seipsis locuti sunt, & ex propria sententia. Saluator uenit, & nō discessit à lege, non discessit à prophetis sed dicebat quasi in exemplo, Bene dixit Esaias. &
Deut.6.c & 10.d iterū: Nōne scriptū est in lege uestra. Et cū accederet ad eū diabolus, dicit ei: Dominū deum tuum ado-
& Matt. 4.b rabis, & illi soli seruies. Venit igitur Christus secūdū carnem. Non locutus est ex seipso, sed ex prophetis. Igitur quia ante Christum uenerūt, in nomine Christi non sunt locuti, neque ex lege, neq; ex prophetis, sed ex propria sententia errores locuti sunt, dicit saluator: Ego à meipso nō loquor, sicut illi. A seipso. n. loqui, extra legem loqui est. Sic igitur oportet etiam te loqui, cū uideris hæreticos Aristotelica uel Platonica mouere: dic, Nos à nobisipsis non loquimur, quęcunq; audiuimus à Christo. hæc loquimur. Et unde hoc, quòd à seipso loquens pseudopropheta est, uel quòd loqui à seipso pseudoprophetā nobis
Exe.13.a indicat? Dicit Ezechiel propheta: Viuo ego, dicit dominus ad prophetas, q seducūt populū meū, nō misi eos: à seipsis locuti sunt, & ex corde suo loquūtur.
B Proinde quia pseudoprophetæ à seipsis prædicauerunt, saluator à suspicione hac se purgans, dicit: Ego à meipso nō loquor. Vnde hoc quòd saluator
Ioā.18.b habitus est deceptor? Hoc primū cōfirmabimus. In festo scenopegię quęrebāt turbę Iesum, dicētes: Vbi est? Et erat de eo diuersa uox, alij dicebant, bonus
Ibidē.7.b est: alij dicebāt, Non, sed seducit populū: Vidisti ubi
Mat.27.g habitus est seductor? Itē post sanctā saluatoris mortē dicunt pōtifices Pilato: Scimus domine, quòd dixit seductor ille adhuc uiuēs, post tres dies resurgā. Hæc ideo dixi, ut demōstrarē eū habitū fuisse seductorē. Quia igitur seductor habitus est, dicit: Ego à meipso nō loquor, sed de lege, de prophetis, quęcū-
Ioā.14.b que audiui de patre, non secundū diuinitatē audiui à patre in lege & in prophetis. Ex persona carnis loquitur, ut solueret suspicionē. Ego à meipso non loquor, sed quęcūq; audiui à patre. Vos autē quecūq;
Ibidē.8.f audiuistis à patre uestro diabolo, loquimini. Et ut mōstret quòd diabolus quando in aliquib⁹ loquitur, mēdaciū operatur, dicit: Quādo loquitur mendaciū, ex propriis loquitur. Ego ex meipso non lo-
C quor, sed ex prophetis & lege: hoc enim est ueritas. Sicut igitur saluator purgās se à suspicione dicit: Ego à meipso nō loquor, sicut deceptores, sic & de spiritu sancto. Cęterū obsecro hic animaduertamus, iux
Mat.24. & Mar. 13.c ta dictū saluatoris: Multi apparēt pseudoprophetæ & pseudochristi, & dicent quidē, ego sum: & alius, ego sum, sicut scriptū est, quòd multi uenient in no-
Luc.21.b mine meo, dicētes: Ego sum Christus, & multos seducent: sed ne seducamini. Sicut igitur aliqui suspicabantur seductores esse Christos, sic & uēturi multi, qui & ficturi se habere spiritum sanctum quē nō habent & loqui: sed illic quidē homo apparebat, & dicebat, Ego sum Christus: hic aūt non audebat aliqs dicere, Ego sum spiritussanctus. Non. n. corporeus factus est, sed inuisibilis aduenit: Venit ad Petrū, uenit ad Paulum, & erat ex confessō quòd spiritus sanctus loqueretur. Prodit Petrus, & dicit: Spiritum habeo. A facie nullus uidet quis habeat, uel quis nō habeat: uel quis habeat spiritum immundum, uel quis habeat spiritum sanctum. Nam si uisibilis esset, non decepisset: nam agnitione fuisset redargutus. Venit Mōtanus, dicens: Spiritum sanctū habeo. Venit Manichæus, dicens: Spiritū sanctū habeo, non fuit autē manifestū. Vt igitur ne plures nomine seducerētur, D quoniam inuisibiliter donū uēturū erat, dicit: Quā- Ioan.16.b do uenerit paracletus spiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille uos memores faciet uerborū meorū, & inducet uos in omnē ueritatem: non enim à semetipso loquetur. Nā si quē uideritis dicentē, Spiritum sanctū habeo: & non loquentē euangelica, sed propria, is à seipso loquitur, & non est spiritus sanctus in ipso. Sicut. n. dicit de seipso, Ego à meipso nō loquor: ut soluat sūpicionē deceptionis, immo errorem à ueritate separet: Ita ut ostendat, qui nam habeant spiritum sanctum, & qui non habent, sed simulant se habere. A me audistis quid tradidi. Quando ueniet inuisibilis spiritus mea loquetur. Si uideritis aliquem euangelica repetentem, profecto spiritum sanctum habet. Veniet enim spiritus sanctus, ut recordari uos faciat eorū quæ docui. Siquis igitur eorū qui dicuntur habere spiritum sanctū, dicat aliquid à seipso, & nō ex euāgelijs, non credite, meā doctrinā sequamini. A seipso non loquetur, sed pp hoc factus est aduentus, qui indicet quis acceperit spiri- E tū, & quis non acceperit: Siquis sequitur dicta Christi, spiritū sanctum habet. Nullus enim potest dicere, dominū Iesum Christum, nisi i spiritu sancto. Ve- 1.Co.12.a nit Manes, uerè, Manir, hoc est insaniens, alludens suæ seductioni nomē habēs, & dicit: Ego sum paracletus, quem promisit saluator apostolis, Ego sum filius dei. Vbi audisti in euangelio Christi, quòd sol & luna opifices sunt? Vbi dixit Christus, quòd hæc hauriant animas, & reducant eas? Vbi legisti hęc? Ex quo non legit hæc scripta, sed à seipso loquitur: manifestum est quòd non habet spiritū sanctum. A seipso nō loquetur, sed quæcunq; audierit, annūciabit uobis: hoc est, quæ dixi confirmabit. Et uide miraculū. Quēadmodū saluator uenit, & factus est impletio legis & prophetarū: ita impletio euangelij est spiritus sanctus. Christus uenit, & impleuit q̄ à patre in lege & prophetis sunt dicta, pp qđ dicit Paulus: Rom.10. Impletio legis Christus. Spiritus sanctus uenit & im a pleuit euangelica. Quæcunq; sunt in lege, Christus implet: quæcunq; sunt in doctrina Christi, spiritus implet: nō quòd imperfectus sit pater, sed apparuit Christus cōfirmās quę sunt patris, sic apparuit spiri F tus sanctus, cōfirmās quæ sunt filij. Vnde hoc? Dicit Ioā.16.c saluator discipulis: Multa habeo dicere uobis, sed nō potestis portare modò: quando aūt uenerit spiritus sanctus, inducet uos in omnē ueritatē, quia à seipso non loquetur. Nā mea implet. Filius implet ea quæ sunt patris, & à seipso non loquitur. Si autē audieris dicētē, Mittam uobis spiritum sanctum, nō secundū deitatem accipias. Deus enim non demittitur. Nomina sunt hæc operationē significātia, eo quòd eis qui demittit, in illa mittit loca, in quibus nō est. Finge quòd ego loquar alicui in hac sede. Nō possum dicere cuipiā, Veni mittā te huc: hoc nō est mittere, sed collocare uel adstituere. Quòd cū deus ubiq; est Cœlum enim, inquit, & terrā ego impleo, dicit do- Hier.23.e minus: quò mittit, qui ubiq; est? Si ascendero in cœ- Psa.138.b lū, tu illic es: si descēdero i infernū, ades: si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero i extremis maris etenim illic manus tua deducet me. Quorsum igitur deus mittet? An fortè quòd ipse quidem ubiq; is autē qui mittitur, non ubiq;? Misit deus filium suum in mundum: num ut non præsentē in mundo? Propterea ne uenit in mundū, quia antea non fuerat in

G mundo? Quomodo igitur Ioannes euãgelista dicit,
Ioan.1.a Omnia per ipsum facta sunt: In mundo erat, & mũdus per ipsum factus est? Quo igitur iterum in mundum missus est? Num missus est, qui missus: & mansit, q misit suprà, & qui missus est infrà? quomodo
Ibid.8.d dicebat, Et q misit me, mecũ est? Obsecro diligenter attendas, securè serua sermonẽ. Potest.n. dicere hæreticus: Mecum est, mihi est auxilio: sicut & ego dico, Deus mecum est. Non dixit simpliciter: sed qd?
Ibid.14.a Pater in me manens. Si mecũ erat, & mecum mansit, quomodo ille misit, uel quomodo hic missus est? Et si mansit suprà qui misit, & qui missus est uenit deorsum, quo dicit filius: Pater mecũ est: Si suprà
Ibidem. manſit qui misit, quo secũ habet mittens missum? Ego.n. dixit, in patre, & pater mecum est. Quomodo igitur missus est, q dicit: Pater in me est? Et quomodo iterum misit? Igitur cũ dicit, Mitto uobis spiritum sanctum donum dicit sancti spiritus. Et ut di
Luc.24.g scatis quòd donum mittitur, spiritus autẽ non mittitur, saluator dicit apostolis: Manete in Hierusalem
H donec induamini uirtute ex alto, & sumetis uirtutẽ superuenientis spiritus sancti in uos. Alia est uirtus
1.Co.12.b quæ conceditur, & alius est spiritus qui concedit, diuidens singulis prout uult. Igitur tu non potes ostẽdere mitti spiritum sanctum à pura deitate. Ego autem ostendam tibi factorẽ cœli & terræ mitti à spiritu sancto. Quid facis? Vel nega Christũ, uel expunge scripturas, uel seruus scripturarũ obedi scripturis.
Esa.48.b Et ubi, inquit, dictũ est hoc? Audi deum dicentem per prophetam Esaiam præconẽ pietatis. Audi me, dicit, Iacob, & Israel quid ego loquar: Ego deus primus, & ego post hæc, & præter me deus nõ est. Attẽde oro. Restat.n. hic quod quæritur. Quis igitur, qui dicit hæc, pater uel filius? Vide quomodo in figura monarchæ, trinitatẽ rectè ꝓdicat. Ego deus primus, & ego post hæc, & præter me nõ est deus. Quis est q
Ibidem. hæc dicit? mundi cõditor. Subdit.n. Ego manu mea fundaui terram. Vide quomodo opifex loquitur: Et spiritus meus firmauit cœlum. Ego omniꝫ stellis mandaui, ego excitaui cum iustitia regem, & om
Ibidem.c nes uiæ meę rectæ. Dixit seipsum opificem, & factorem cœli ac terræ. Dicit postea hæc: Nõ ab initio in
I occulto locutus sum uobis hæc, neq; in loco tenebroso. Dixi, Fũdaui terrã, & feci cœlum: quãdo facti
Ibidem. sunt, illic aderã. Et nunc dominus misit me & spiritũ suum. Te qui fecisti cœlum & terrã, q dixisti astris, Dominus misit & spiritum suum, genuit secundum deitatẽ, misit secundũ carnem. Factor cœli & terræ dicit: Dominus misit me & spiritum suũ. Missionem spiritus hæretici in contumeliã capiunt. Misit pater q non migrat nec transfetur loco. Misit filius qui nõ se discedere facit, & à quo non seceditur. Et idcirco
Actо.10. g scriptura dicit: Deus effudit donum spiritus sancti. Diuinitas non effusa est, sed donum: propter hoc ut demonstraretur, quòd hoc quod effunditur nõ sit spiritus sanctus, sed spiritus dei gratia, dicit Dauid
Psa.44.a Christo: Effusa est gratia in labijs tuis. Gratia effunditur, non qui donat gratiã. Si igitur æqualis honor ꝓdicatur, & quòd à seipso manifestatus est, & quòd de meo accipiet, quasi à fonte, iterpretari qs pot, ne habeant locũ uel suffugiũ impietatis hæretici. Vene rare spiritum sanctum, quẽ accepisti. Dic sepe, quòd retributionem acceperis. Assumpsit Christus figmẽ tũ tuum, dedit mihi spiritum suum. Honore prosecutus est creaturam tuã, ipsa ad dexterã patris collocata, & tu spiritũ sanctũ in ordine seruitutis constituti? Hæc salutaris lex suggerit, prophetæ loquuntur, apostoli diuinis oraculis annunciant, martyres cõfitentur, pij credunt, ecclesia contestatur, inscitia oppugnat, fidelis pluribus argumentis persuasum habet: sic & Christus glorificatur. Eius.n. est gloria, & honor, & adoratio, simul cũ patre, & sanctissimo & bono uiuifico spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. K

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
de fide, & lege naturæ, & sancto spiritu, sermo.

Omnis scriptura, q̃ diuinitus inspirata, & utilis originẽ & fontem pietatis à spiritu ueritatis ducit. Omnia enim profunda flumina à sancto adorandoq; spiritu, quasi à fertili & fœcundo fonte scaturiunt. Omnia igitur quęcunq; uel lex
1.Co.12.b dicit, uel prophetæ uaticinantur, uel apostoli prędicant, sancto spiritui uerè tribuuntur & assribũtur. Omnia.n. operatur unus & idẽ spiritus, distribuens peculiariter unicuiq; sicuti uult. Hinc fulgurant omnigenæ pietatis pulchritudines, prędicet ueritatis ser
L mones, manãt diuinę sapiẽtię thesauri. Thesauri nõ qui in in terra delitescũt, sed qui in profundo pietatis spectãtur. Thesauri qui animas lætificãt, mẽtes illustrant orbẽ totũ cõuertunt, Adæ paupertatẽ ditant. Quia sicut q primitiuam pulcherrimamq; pietatem exuit, in magnam deductus est humilitatẽ: Ita & q piè uiuit, & uirtute prædituς est, ditescit, &
Ibidẽ.1.a exultat. Id quod testatur alicubi Paulus, dicẽs: Gratias ago deo, qa in omnibus locupletati estis in illo, omni sermone & omni scientia. Et enim q dei sermonem accipit diues fit: q nõ accipit dei sermonem, fit
Hiere.5.a inops. Huius testis est Hieremias, dicẽs: Et dixit, fortẽ pauperes sunt, propter hoc nõ possunt audire sermonem domini. Et pauper quidẽ malè audit, diues aũt exultat. Diues inquã sermone ueritatis, & florẽs
Psal.51.b uirtutibus fructuosæ philosophiæ. Qualis erat Dauid dicẽs: Ego autẽ quasi oliua fructifera in domo dei. Oliua fructifera non solijs tantũ germinans, sed & fructibus pietatis abundans. Sepe.n. fit, ut anima ramis & solijs sit decora, fructum aũt ferat nullum. Sicut de Israel Hieremias dicebat: Vitis Israel pampinosa, non autẽ frugifera. At propheta exultat, dicẽs,
M Hiere.8.a Ego autẽ quasi oliua fructifera, non solùm foris frõdosa, sed intus succulenta. In domo dei fructifera. Nõ est enim bonũ extra domum dei uersari. Offendes equidem multos qui quanuis sermonem ueritatis non acceperint, & foris sint, operibus tamen pietatis, ut apparet, sunt conspicui. Inuenies uiros misericordes, compatientes, iustitiæ uacantes: sed nullos facientes fructus operum, quia nescierunt opus ueritatis. Nam & hæc sunt opera bona. Atque necessarium est, ut præcedat opus summum. Enimuero cùm olim Iudæi dicerent domino: Quid faciemus,
Ioan.6.d ut operemur opera dei? Respondit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit ille. Vides quomodo fidem opus uocauit? Igitur quam primũ credideris, simul & operibus ornatus eris. Nõ quòd desint opera, sed per seipsam fides plena est operibus bonis. Opera quidem erga homines, & ex hominibus sunt. Fides autem ex hominibus erga deum. Fides eum qui conuertitur, ciuem cœlorum declarat. Fides hominem, qui terrenus est, deo familiarẽ efficit. Nihil enim extra fidem bonum. Et ut qua-

A dam uerbi similitudine utar, Fratres, similes mihi uidentur, qui operibus bonis florent, & deum pietatis ignorant, reliquiis mortuorum pulchrè quidẽ indutis, sensum autẽ pulchrorum non habentibus. Quæ enim utilitas animæ mortuæ, deo quidẽ mortuæ fide & ratione, bonis autẽ operibus uestitæ? Opera in spe fiunt retributionis & coronarũ. Quòd si agonothetam ignoras, pro quo certas? Non oportet quidẽ nudam ab operibus esse fidẽ, ut ne uituperetur. Veruntamen sublimior est fides, quã opera. Sicut enim hominibus, qui hominis nomen merentur, opus est primum, ut præcedat uita, & sic enutriantur: conseruat enim uitam nostram alimentum: Ita necessariũ, ut præcedat uitã nostram spes in Christum, quæ postea pascenda bonis operibus. Cõceditur uiuere quẽ piam qui non nutritur: non conceditur autẽ nutriri
Exo.34.d aliquem non uiuentem. Ieiunauit Moses diebus quadraginta, sed quia habuit in se animam uiuentem, nihil detrimenti ex terrenorũ penuria accidit ei. Ita & opus quidem habet anima, ut operibus alatur. Ante opera tamen fides primum inducenda est. Eum qui
B operatur opera iustitiæ, sine fide non possum probare uiuũ fuisse. Fidelem aũt absq; operibus possum monstrare, & uixisse, & regnum cœlorum assecutũ.
Luc.23.c Nullus sine fide uitam habuit, Latro autem credidit duntaxat, & iustificatus est à misericordissimo deo. Atque hic ne mihi dixeris, defuisse ei tempus, quo iustẽ uiueret, & honesta faceret opera. Neque enim de hoc contenderim ego, sed illud unũ asseuerauerim, quòd sola fides per se saluum fecerit. Nam si superuixisset, fideiq; & operum fuisset negligens, à salute excidisset. Hoc autem nunc quęritur, & agitur, quòd & fides per seipsam saluum fecerit: opera autem per se nullos unquam operarios iustificarunt. Et uis planè uidere, quòd opera sine fide nõ uiuificant? Testimonium bonũ habuit Cornelius de eleemosyna & precibus, sed Christũ ignorabat, deum quidẽ credens: dei autẽ sermonem nõ dum edoctus. Et quia opera erant bona & admirabilia. Placebant enim bonorũ remuneratori & amatori deo. Sed quia magnus ille iustitiæ & ueritatis oculus, iustus inquam ille iudex, personarum respectum nesciens, uidit bona quidem
C opera, sed mortua, eò quòd fidẽ non habebant: mittit diuinum angelum operibus ad præmia acquirenda ministrantem, ita ut bene certando ob fidẽ coronari possit. Qui dicit ei: Corneli, preces tuæ ascende-
Actо.10.c runt in memoriam coràm deo. Si igitur exaudita est petitio, inquit, & eleemosynę meæ acceptę sunt, quid mihi deest ad iustitiam? Mitte igitur in Ioppen dicit, & accerse Simonẽ, qui agnominatur Petrus. Qui ubi uenerit, loquetur tibi uerba, in quibus saluaberis tu, & tota domus tua. Itaq; non poterant opera saluare. Nã si his quæ Petrus prędicat, saluatur & ipse, & domus sua: nondum habuit Cornelius ex operibus salutẽ, donec operibus suis fides acquirendũ præmiũ offerret. Atque hanc ob causam beatus Petrus uenerandus dei apostolus, postquã ex Ioppe uenit, & uidit dei gratiam in eos, qui tunc habebantur alienigenæ, effusam, factus diuini iudicij admirator, dicit: In
Ibidẽ. ueritate comperi, quòd non est personarũ acceptor deus: sed in omni gente, qui facit iustitiã ei acceptus est: hoc est, dignus sit ut assumatur. Oportet igitur & ante opera lucere fidẽ, & fidei pedissequa esse opera: & nequis fidem propter sterilitatẽ, & neq; opera pp incredulitatem uituperet. Esto igitur oliua fructifera, sed in domo dei. Interpretandum enim est de D operibus esse oliuam fructiferam, de fide autẽ esse in domo dei. Quę autem sunt opera? Omnes scimus, si operari uolumus. Nullum enim est occultum. Nã in dogmatis quidẽ ambiguitas est & disceptatio, opera autem non sunt occulta. Natura enim leges dicit. Scimus ex nobisipsis quid bonum, & quid malũ. Posuit deus in natura nostra legem non scriptam, quæ illustret mentes nostras. Nullus dicat, nesciebam legẽ, nesciebam quæ ad legem pertinent. Nã si negaueris communem legem, arguet te naturæ lex. Vis discere quòd deus naturæ inseuerit leges, quę discernant qd bonum, & quid malum? Interroga nostram ipsorũ conuersationẽ, quomodo oẽs, qui facimus mala, fugimus, ne mali appellemur. Et quo, audi: Adulter adulterium committit, erubescit aũt si adulter uocetur. Dic manifestario adultero, Adulter: confunde tur tamen, licèt quod faciat nõ ignoret. Quòd si bonum putas peccatum, quare appellari talis tantope re fugis? Dic periuro, Periure: & pro cõtumelia dictũ habebit suorum operum appellationem. Sic natura E ipsa clamat, quòd malum sit, & alienum ab opere dei. Et quod fecit deus, bonum est, & bonum ualde, atq; ita bonum, quod & malis immiscetur, & è mali tia erubescant. Dic casto, Caste: & nomẽ agnoscens, de appellatione non erubescit. Voca iustum, iustũ: & opere coronatur, & appellatione honestatur. Et licèt modestiæ gratia nomen fugiat, laudẽ tamen in anima sua accipit. Cogita quantum malorũ committatur in mundo, & persona caret malum, & quo personam non habet? Si particulatim inquiras, nullã inuenies malitiam in sua apparentem persona. Non enim nisi personã assumat uirtutis, apparet. Et quomodo, audi: Qui mentitur, non fatetur se mentiri, sed ueritatẽ simulans decipit. Qui mentitur, non ꝓdicat quod est, sed quod nõ est: figurat, & tunc iniusti tiam operatur. Similiter dolosus non ostendit dolũ, sed assumit amicitiæ personam, & sic rem facit malam. Adulter non illegitimum adulterium confessus, à suo domino transit: sed figmentũ continentiæ præ texens, diuina uiolat. Vides quòd propriã personam non habet malitia? Similiter & calumniator, quãdo ingreditur in iudicium, non hoc cõfitetur quod est: F sed laruam assumit ueritatis, quasi ei patrocinari uelit, eamq; facit malitię testem propter mendacia. Sic malitia persona propria caret, nisi personam ueritatis assumat. Ei idcirco saluator dicebat: Venient ad
Matt.7.b uos in uestimentis ouium, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. Sed ad institutum redeamus. Vis uidere frater, quantũ ualeat innata lex? Et aia nostra, quanuis tota malis fermentata sit, nomẽ tamen bonũ amat & amplexatur. Sæpenumero potentes qui auaritiam spirant, & nihil præterquàm rapinam & iniustitiam cogitant, uincuntur aliquorum precibus: ut pauperi ualde necessaria quędam dimittant, uel debitũ amittant, uel non ulciscantur eos, qui se læserunt, uel lędere putarunt. Et qui legatione fungitur apud uirũ potentem, & malũ, non statim à ueritate exorditur: nõ dicit ei, quod est, sed tribuit ei nomen uirtutis. An nescis qualibus semp insignes legati coloribus utãtur? Vir es, inquiunt, bonus, celebratum ubiq; est nomẽ tuum. Omnes tua bona opera decantãt. Multaq; talia exhortationi inserunt, ut flectant laudibus, & malitiam effugiant. Vides quomodo malitia uirtutẽ celebrando uincit? Nullus malus, malus dici uult. Na-

Universidad de Navarra Biblioteca

Gtura enim quod ſuum eſt amplexatur, etiamſi uoluꝫtas diuerſum eligat. Simus ergo dilecti oliua fructifera, & operibus, & fructibus & foliis ornati. Folia. n. noſtra ſunt ſermones, fructus autē uita. Sit igitur &
Pſal.1.b. honeſtus ſermo, & bonæ frugis uita. Apud pium. n. neq; folium decidit. Folium enim eius, inquit Dauid,
n on deffluet, & omnia quæcunq; faciet, proſperabun
tur. Sed ô miraculum. Cogita quomodo Adam nu-
Ibid 51.b dus exiuit de Paradiſo, & quomodo Dauid floret in
domo dei. Ille quidem exiuit nudus propter præuari
cationem: ille autē indutus uirtutibus, clamat: Ego
aūt quaſi oliua fructifera. Nihil nos ita ſpoliat, ut fru
ctuum carentia. Nihil ita ueſtit, ut fertilitas. Propter
opera bona fornicatus eſt Adam. Operæprecium
fuerit repetere dicta. Bonorū enim repetitio, doctrinā in animabus bene ſtabilit. Sicut lanas, quæ ſubinde in tincturas immerguntur, crebra tinctio profundius operationē recipere fecit: ita opus eſt ut & animæ noſtræ continuò in diuinos ſermones intinganꝫtur, ut abluamur quidem à ueteri opprobrio, induamur autem nouam pulchritudinē. Enimuero lanæ
H illæ cùm tinguntur, naturæ ſuæ nomen amittunt, &
tinctūræ nomen accipiunt. Et non ultrà uocas lanā, ſed uel purpuram, uel coccinum, uel praſinum, uel tale aliquid, prout colorē tinctæ præbuerit tinctura. Si igitur tinctio naturæ nomen transformat: cur dei natura non transformat hominē, ita ut is, qui antè pulueris gerebat imaginem, poſt tinctūram imaginē gerat fulgidam, & plus quā cœleſtem? Formatus igitur Adā pauper de terra. Puluere enim accepto, deus eum formauit. Sed neſciuit Adā quomodo formatus eſt, ut dixi olim. Non enim oportebat eum teſtē adeſſe, eorum quæ fiebant, ut ne contra deū extolleretur, & ignoraret eū qui ſe creauerat, & reprobaret ſuum conditorem. Si accepiſſet quid ſuper naturam, quis remiſiſſet ei immodicam ſuperbiam? Propterea deus, cùm finxit hominem, figmento magnā uirtutem & uariam humilitatem impoſuit, ut per uirtutē inſitam gratia dei in admiratione eſſet: propter humiliationē autem humanus faſtus deprimeretur, ac modeſtior fieret. Dedit ei linguā, q̄ loqueretur, deum
I laudaret, diuina caneret, pulchritudinē naturæ interpretaretur. Differit de cœlo & terra parua linguæ caruncula, neque duorum digitorū habens latitudinē: & quid inquam digitorum? neq; unguis, ſed ſummū illud paruum, & uile de cœlo & terra loquitur. Et ut ne putet ſe magnam aliquam eſſe, & extollat ſe ſuper naturam, ſæpe tumores & ulcera in ea fiūt, ut diſcat quòd mortalis exiſtens, de externis & immortalibus loquatur: & ſciat quæ uirtus eius, quod prædicatur, & infirmitatis eius qui prædicat. Dedit ei oculū paruū illud milū. Vt nilium. n. eſt id quod uidet, & ipſiſsimum pupillæ medium: attamen per medū illud milium uidet omnem creaturam. Et ut neq; uiſu ſuo omnem creaturam accipiat, & extollatur: ſæpe innaſcuntur in oculis lemæ, & lachrymæ, & alia quæ dolere faciunt, turbant oculos, ut ab infirmitate ſeipſam agnoſcat, ab formatione autē opificē. Dedit ei corrationale, fontē cogitationū, radicē cupiditatū: ſed in iiſdem locis fecit uiſcera, quę ſtercoribus aliiſq; ſordibus opplētur, per quæ homo & comedit, ut ſi quādo cor extollatur, humiliet idipſum uenter. Atq; ita uenter & ſtercus noſtræ eruditioni ſeruiunt. Nā ſi cùm homo eſt, & ſtercus circunfert, audet temeritatem oſtentare, & non ſolùm oſtentare temeritatē, ſed contra deum, & ſicut Barbarus quidā rex auſus K
fuit dicere: Supra ſtellas ponam ſedē meam, & ſimi- *Eſa.14.*
lis ero altiſsimo. Si tantum, inquā, ſtercoris & inſuauitatis circunferens ſic loquitur, quis eum ferret exal
tatū? Hac de cauſa Eſaias magis ſuperbis dicit: Quid *Ecc.10.*
ſuperbit terra & cinis? Verùm iterum ad inſtitutū redeamus. Deus creauit hominem de puluere, ſed neſciebat homo quomodo eſſet factus, & propterea ignorabat & ſuam uilitatē. Deus enim (ut dicebā dudū) animā noluit eſſe priorem, ut ne uideret formationem. Veruntamen, quoniā omnino neſciuit, ex qua humilitate ſubſtiterit, & quòd eum opifex de terra finxerit, conuertit eum in terram, à qua ſumptus eſt: ut iterum de ſua infirmitate edoctus, agnoſcat & primęuā beneficentiā, & futurā inuidiā. Quia enim quando formatus eſt, neſciuit quòd de terra factus eſſet. Attende diligenter, ne te fugiat latens ſenſus. Quia Adā dum formaretur, ignorabat quòd de puluere ſurgeret: quādo in reſurrectione ſurget, ſciet quòd exuat puluerem & excitetur. Nā etſi mortuus ſemetipſum non uideat, uidet tamē eum qui ante ſe
eſt. Videmus nos mortuos, & in puluerē reſolutos: L
& per quæ uidemus, docemur. Nō uidiſti ſæpe audaces uiros & ſuperbos, quomodo ſępe conſternati & humiliati ſunt in mortibus? Nūciatur mors, & toto corde tremiſcūt, menteq; eorū nihil eſt abiectius. Ita ſanè & circa ſepulchra philoſophamur, uidētes oſſa nuda, & humanā naturam corroſam & diſſolutam, cogitamus ſtatim, & inter nos diſputamus, dicētes: Ecce, quid tandē ex nobis fit? Et quò abimus? Cōfabulamur, egredimur de ſepulchris: & humilitatis noſtræ obliuiſcimur. Apud ſepulchra, ita unuſquiſq; proximo loquitur: O miſerā, ô miſerā noſtram uitā. Quid tandem ex nobis fit? Quāuis autem ſic loquamur, rapimus tamen ipſi: & licēt ſic clamemus, iniuriam tamen noſtram ulciſcimur. Omnes enim planè ita philoſophamur, quaſi malitię renunciaturi. Et in tus quidē tam pios ſermones tractamus: egreſsi autem, deo aduerſarij ſumus. Ea propter deus ubiq; ſepulchra fieri uoluit, ut illis noſtræ ipſorum infirmitatis memores fieremus. Ideo oīs ciuitas, omne caſtellum ante ingreſſum ſepulchra habet, ut contendens M
intrare in ciuitatem quæ imperat & floret diuitiis & potentatu, aliiſq; dignitatibus, priuſquàm uidet, qd ſecum concipit, uideat primū quod fit. Ante portas ſunt ſepulchra, ante agros ſunt ſepulchra. Vbiq; ante oculos eſt noſtræ humilitatis ſchola, & docemur in quid deſinamus tandem, & uidemus qualia futura ſint phantaſinata: neq; hic ſolùm, ſed & ingreſſuri ad communionē uitæ docemur uilitatem ſummā naturę. Sæpe uir quādo uxorē ducere uult, meminit in deſponſatione, & ſcribit in dote. Nondū introducta eſt, & mors ſtatim ſcribitur: nondum conuixerunt, neque nuptiæ habitæ, & mortem ſtatim definit. Nō dum nuptā uidit, & mortis aduerſus illam calculos proponit. Scribit in hunc modum: Si mortuus fuerit uir ante mulierem, ſi mulier ante uirum, hoc & hoc diſponatur. Sic formatæ ſunt patrię leges. Vbique omnibus naturæ ſunt monumenta: & non ſolū eorū qui ſunt & uiuunt, mortis feruntur ſententiæ: ſed & eorū qui nondū nati. Quid enim ultra dicit? Quòd ſi natus fuerit filius, & mortuus fuerit: nondum fructus, & ſententia lata eſt. Dein in inſtrumentis quidē agnoſcit naturam, ſic cauēs. Si autem quid humanū patiatur, uel mulier moriatur, obliuiſcitur eorū quæ

A ſcripſit, & alterius naturæ tragœdiā profert: & hæc dicit: Mēne oportebat hæc ferre? Hunc tantū potui ſperare dolorē? Coniugio fraudandus olim? Quid, inquis, obliuiſceris eorū quæ ſcripſiſti? & cum extra negotium es, agnoſcis naturæ limites: quando autē in affectiones incidiſti, obliuiſceris legū naturæ? Hæc dicūtur in caſtigationē omnium, ut omnes omnia, quæ ſibi eueniunt, fortiter ferāt, & nequis damnoſa putet dei iudicia. Extra affectiones ne lis diſputator magnus conſtitutus, ſed cū te illæ inuadūt, magnanimitatē declara. Quando mœres, recordare uerborum, quibus mœſtum conſolaris. Quibus autem ſermonibus utimur apud lugentes? Nōne ita apud eos philoſophamur? humanæ ſunt hæ calamitates. Non ſers ſolus has calamitates: Non ſolus mortis uim ſuſtinuiſti. Et reges ſimilia ferūt. Damnum hoc ſæpe & principes faciunt, atque alii potentes. Agnoſce tuum ipſius calculum. Homo es, per oīa communes leges habes, quas alii. Hæc & his plura loqueris, cum aliū ſolaris. Num aliorum magnificus es doctor, tibi autem neque miſer es diſcipulus? magnæ & generoſæ animæ fuerit, philoſophum agere, cū affectiones ferB uent. Et poſſe in quauis calamitate, uel triſtitia, uel dāno dicere: Iuſtus es domine, & recta iudicia tua.
Pſal.118.s Damnum ſert ut homo, coronatur autem uti deum amans. Vita fratres multa difficultate plena eſt, & oportet omnino iuſtū & iniuſtum, & pium & impiū affligi: ſed magna eſt uarietas. Aliud. n. eſt corripi, ut domeſticum: aliud ſtagellari, ut alienum. Verberatur filius, uerberatur & famulus: ſed hic quidem ut ſeruus qui peccauit, ille uerò ut liber, & ut filius, diſciplina indigens. Plagæ illæ nō faciunt æqualem honorē. Non ideo ſi patiatur pius, quæ patitur impius, eiuſdē conditionis erit cum impio: ſed congruit correptio huic in afflictionē & probationem, impio autem in ſtagella & pœnas. Propterea Dauid ſciēs has difficul-
Ibid.33.d tates, de iuſtis quidē dicit: Multæ tribulationes iuſtorum: ſed uide quid ſubdit, Et ex oībus illis liberabit eos dominus. Nōdum dixit afflictionem, & mōſtra-
Ibid.31.c uit curationem. De aduerſariis autem dicit: Multa ſtagella peccatoris: & nihil tale ſubdit, quod de iuſtis di
C cebat: Multæ afflictiones iuſtorū, de his autē omnibus liberabit eos dominus. Hæc autē quis audiens, ne de ſeipſo deſperet, neque dicat: Si igitur ut peccator flagellor, & ſpē non habeo, infructuoſa mea eſt correptio. Peccatorē enim uocauit nunc ſcriptura, non omnino à pietate alienum, ſed qui affligitur, & aliqua parte pius eſt, labitur tamē. Quòd peccatoribus deus miſeretur, plena oīs ſcriptura pignoribꝰ diuinę miſericordię, inquit. n. Viuo ego dicit dominus.
Exec.18.c Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat. Iurauit deus, non quaſi ſibiipſi diſcredens, ſed noſtram infidelitatē ad fidem urgens. Dicat igitur oīs homo, qui afflictionibus examinatur, Iuſtus es domine, & recta iudicia tua: & ſimul fortē declaret animam ſuam, pietatemq; nō ſoluat. Qualis erat beatus Iob, qui diaboli terriculamenta uicit, qui omnem eius rabiem preſsit, qui conſtantia mentis fluctus diaboli ſtrauit, qui oībus ſimul priuatus, attamen omnium dominum non negauit. Verum illius ſtrategemata proprium habebūt librum: nam uerè opus habent, ut exquiratur non ſermone breuiore & perfunctorio ſugillenrur illius certamina. At præoculis habeamus, q̄ dixit fortis ille, & magnus pugil. Quoniam, quia ſigillū dictis infert, nudatus omnibus, ſeipſum pietate nō nudauit, ſed dixit: Dominus D
dedit, dominꝰ abſtulit, ſicut domino uiſum eſt, ita & *Iob.1.d.*
factū eſt. Bene, inqt, uiſum eſt. Cōcedit authoritati, non curioſē diſpenſationē explorat: non dixit ſicut nos, Quare iuuenes moriūtur, & ſenes manēt? Qualis eſt iſta diſpenſatio? Deſiderat ſenex mortē, ſolutus carnibus, opū indigus, & aliis cōſolationibus deſtitutus, fruſtraturq; uoto. Et puer amabilis formæ, gratus parētibus intēpeſtiuus rapitur. Diſce ne talia quę
ras: diſce ut dicas: Iudicia tua abyſſus multa. Diſce ut *Pſal.35.b*
dicas: Iuſtus es domine, & recta iudicia tua. Diſce ut *Ibid.118.c*
dicas: Sicut domino uiſum eſt, ita & factū eſt. Agnoſce authoritatē, ut agnoſcas & pietatē. Verū quoniā incidit ſermo de gloria ſpiritus ſancti, dicamus aliq d ex dogmatibus in ueſtram utilitatē & ſecuritatem. Nam ſicut Iob cū dixit, ſicut domino uiſum eſt, authoritatē mōſtrauit & dominationem. Sic & apoſto- *Acto.15.c*
li dominatiuam authoritatem ſancti ſpiritus oſtendentes dicunt: Viſum eſt ſancto ſpiritui, nihil imponere uobis. Viſum eſt ſancto ſpiritui. Si ſubditus eſt, E
quare ei uiſum eſt? ſi ſub lege eſt ſpiritꝰ, & ſeruit, quo uiſum fuit ſubdito? quomodo decreuit? Nōne q regi uidentur, ea & fiunt, an potius quę ſubditis placēt? Sicut domino uiſum eſt, dicit Iob: ſpiritui ſancto uiſum eſt, dicūt apoſtoli. Eiuſdē authoritatis & honoris dictio utrobiq;, quoniā idiuiſa eſt gloria regni. At malitia hęreticorū iterū inuenit effugiū. Nū. n. qa dixerūt, dicūt apoſtoli: Viſum eſt ſpiritui ſancto: ſubdiderūt aūt, & nobis: iuxta illud habebūt & apoſtoli diuinitatis authoritatē? Hæc bene examinētur, ne ſexercitatis ſuæ infidelitatis uenenū iniiciāt, nec ſynceris auribꝰ impietatis hęreſim infundāt. Talia. n. ſępe magnificē loquuntur. Nihil, inquit, admireris dicta, fratrē te uocat, & quaſi hoſtē te occidit. Ne mireris, inqt, ſi de ſpiritu ſancto dicūt apoſtoli: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, uiſum eſt apoſtolis. Nū dij apoſtoli? Nū diuinā habēt authoritatē? Quādo hęc dicit hęreticus, nos à ſancta ſcriptura tela proferamus. Sa- *Pſ.44.b.*
gittę. n. potētis acutę in cor inimicorū regis mittēdę. Quid igitur ad hæc dicēdū? Si hoc ſpiritus ſancti dignitatē iminuit, itaq; & Moſen cōiunctū eſſe deo, dei imminuit dignitatē. Exēpli gratia dico: Si nō magnū
putas, qd dicitur, uiſum fuit, eò qd & apoſtolis ſit cō F
iunctū, utiq; neq; magna tibi uideri poteſt fides, qa & deꝰ Moſi iūctus eſt. Dicit. n. ſcriptura: Credidit populus in deū & in Moſen. Cæterū & aliud telū proſe- *Exo.14.*
ramꝰ. Si ſpiritus ſancti dignitatē deſtruit, adiūcta gloria apoſtolorum, cōtumelia & ex Samuele erit deo. *d.*
Scriptū eſt. n. Et timuit oīs populus deū & Samuelē. *1.Re.12.g*
Denuò & tertiū promanus iaculū cōtra impietatē. Si dignitatē ſpiritus ſancti, & diuinā authoritatem hoc imminuit, qd ei iungūtur apoſtoli, minuit & dignitatē dei Gedeō adiūctus eadē appellatiōe. Clamauit. nꝰ oīs populus militās, Gladius deo & Gedeoni. Sicut *Iudic.7.f*
igitur coniunctus eſt Moſes deo, non ut honore par deo, ſed ut miniſter dei. Et Samuel deo, nō ut æqualis dignitate, ſed ut propheta dei. Et Gedeō deo, nō ut eiuſdē honoris, ſed ut miles ꝑlii. Sic & apoſtoli iūcti ſūt ſpiritui, ut ꝑdicatores euāgelij. Agnoſce igitur authoritatē, & ne fugilles ſpiritꝰ diuinitatē. Agnoſcito diuinę trinitatis theologiā, patris & filij, & ſpiritꝰ ſancti. Iſta eſt increata natura, uera dignitas, indiuiſum imperiū, ipartibilis honor, idiſcreta ſpes, incōprehēſibilis gloria patris, & filij, & ſpiritꝰ ſancti: quā decet oīs gloria, honor, & adoratio in ſecula ſeculorū, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO DE *sancta & consubstantiali, uiuificaq; ac inseparabili Trinitate.*

VI aduersus sanctam & consubstantialem, inseparabilémque Trinitatem linguas acuunt & blasphemant, nituntúrque unigeniti, & spiritus sancti dignitatem destruere, arguuntur quidem ab ipso spiritu sancto, qui locutus est per prophetas, & à uerbo quod prædicauit sui ipsius proprium & in carne aduentum, propter nos ex sancta uirgine factum, ineffabilem & alterationis expertem propter suas dignitates: arguentur autem & postremum in die iusti iudicij, quando iterum ueniet de cœlo ut glorificetur in sanctis suis, & admirabilis appareat in his qui fidem in se custodierunt immutabiliter. Ausi autem sunt. Arianorum
H discipuli, & insania Macedonianorum laborantes, dicere deum magnum & paruum, & creatum deum gentilitatem nobis subintroducentes. Gentilium enim est creaturam adorare, & alium ex diis suis maiorem, alium minorem facere. Enimuero si in aliquo deficit filius uel spiritus sanctus, nō est deus.
Rom.1.c. Paulus enim reprehendens dicit: Venerati sunt, & coluerunt creaturam supra eum qui cōdidit, qui est in omnibus deus benedictus. Quòd si adorant filium, ut creaturam, dicentes & patrem creaturam, maledicti sunt, iuxta Mosen dicentem: Maledictus omnis
Deu.27.c qui adorat creaturam & facturam: nos autem non creaturam adoramus, sed Trinitatem increatam, mutationis expertem & consubstantialem, nihilque habentem aduenticium uel seruile, uel quod productione in esse uenerit, quasi prius quidem non existens, postea autem adueniens. Vide, oro, testimonia
Gene.1.c sanctæ & consubstantialis Trinitatis, & uenerare illam rectè, ne pereas. Et dixit, inquit, deus: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Cum quo consilium init
I deus? Cum angelis, inquit. At non habent angeli imaginem dei: loquitur autem ad coopificem filium & sanctum spiritum. Et ut ueritas hęc tibi persuadeatur, audi Psaltem dicentem: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.
Psa.32.b Non ignoras autem uerbum esse filium. Dicit enim
Ioan.1.a. Ioannes Theologus: Et deus erat uerbum: & de spiri-
Ibid.4.c. tu, Spiritus deus. Dicit igitur deus & pater deo filio & deo spiritui sancto: Faciamus hominem secundum imaginem nostram. Et non dixit, meam & uestram, neque meam & tuam. Significans autem scriptura esse unam imaginem sanctæ Trinitatis, dicit: Et fecit deus hominem, secundum imaginem dei fecit illum. Sicut & Paulus clamat de filio: Qui cùm
Hebr.1.a sit splendor gloriæ & character substantiæ. Et iterum: Qui est imago dei inuisibilis. Iterum & alio loco dicit Scriptura: Venite & descendamus & confundamus illorum linguas dicendo, Venite: pares hono-
Gen.11.b re exhortando uocat. Neque enim si angelis imperasset, dicere debuit, uenite: sed imperando, ite. Vide autem obsecro, quomodo patris uox filium & spiritum uocet. Nam si ad unum solùm hoc dictum esset, debebat dicere, Veni & descendamus & confundamus illorum linguas: quia autem dixit, Venite: unius est uox ad duos honore æquales. Audi quoque & beatum Iob, qui manifestè declarat in separabilem Trinitatem. Dicit enim: Viuit dominus, *Iob.27.a* qui sic me iudicauit, & omnipotens, qui amaram fecit animam meam, & spiritus diuinus qui tenetur in naribus meis. Dicendo dominum & omnipotentem & spiritum dei, consubstantialem prædicat. Dis-
Esa.6.b. ce & hymnum Seraphin clamantium tertiò sanctus, sanctus, sanctus: non enim dicunt semel sanctus, neque bis sanctus sanctus, neque quater dicunt, sancti sancti sancti sancti, ut ne multis nominibus multos deos nobis inducerent, sed unum solum. Ter autem dicendo sanctus, sanctus, sanctus: manifestat unam & æqualem gloriam patris, & filij, & spiritus sancti.
Exe.11.a Audi item & prophetam dicentem: Spiritus domini locutus est in me, & sermo illius in ore meo pronunciatus est: quia deus erat sermo. Ecce dicendo spiritum domini, & sermonem, & dominum, pronunciat inseparabilem Trinitatem. Vide autem & tres pueros in camino omnes creaturas & facturas,
Danie.3.c ut glorificent deum, uocantes, Solem, lunam, stellas, cœlos, angelos, uirtutes, homines, spiritus, omnem creaturam uisibilem & inuisibilem & mente
L præditam, & nusquam connumerant filium uel spiritum sanctum inter facturas. Quòd si contendis, quòd cùm Iudæi essēt, ignorarint spiritum sanctum,
Ibidem.f reprehenderis mox à scriptura: Erat enim quartus,
Ibid.13.c inquit, quasi similitudo filij dei. De sancto autem spiritu dicit: Excitauit deus spiritu sancto puerum adolescentem, cui nomen Daniel. Et in alijs multis locis præmonstratus est spiritus sanctus in ueteri. Itaque sciuerunt quidē patrē & filium & spiritum sanctum unius esse deitatis & potentiæ, sciuerunt autē & quæ illi seruiebant prouocare ad glorificandum deitatē. Vt autem scias, quòd nihil aduenticium uel creatum Trinitati accedat, Paulus præponēdo patrē dicit sic: Vnus deus pater ex quo oīa, & nos ex illo: & unus
Ephe.4.b dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per
1.Co.12.a illum: & unus spiritus sanctus. Iterum autem dicit: Diuisiones donorum sunt, idē uerò spiritus: & diuisiones ministrationum, idem autē dominus: & diuisiones efficaciarum sunt, idem autē deus qui operatur
M omnia in omnibus. Hæc utiq; omnia operatur unus
Prou.6.a & idem spiritus, diuidens singulis prout uult, & non sicut scit. Iam cū baptizaretur filius, pater de cœlo testificatus est, spiritus autē sanctus in specie colum-
Matt.3.d bæ descēdit super illū, qui pari honore præditus est. Per hæc omnia unū regnum indiuisibilis Trinitatis intelligere possumus. Ipse autem deus sermo, q propter nos uerè incarnatus, rediturus unde uenerat dicit sanctis apostolis suis: Ite & docete omnes gentes,
Ibi.28.d. baptizātes illos in nomine patris & filij & spiritussancti. Obsignati sumus, sed unum signaculum est sanctæ Trinitatis unū baptisma. Quomodo igitur audes à paterna substantia alienare filium uel spiritum sanctū? Neque enim si alieni sunt, cum patre & spiritu sancto debebant cōnumerari. Qua nam ratione iuxta tuum sermonē aduersariæ dei in baptismo debuerunt annumerari? Si creatus est filius uel spiritussanctus, quare cum patre simul coassumūtur? Enim uero si nomen patris solum eū qui baptizatur potest saluare, quare coassumuntur & creaturę, quasi pater non possit solus saluare? Absit. Igitur si patris infirmitatē negas, & consubstantialia non admittis, cogeris nobiscum

A ris nobiscum fateri Trinitatem increatam & consubstantialem & omnipotentē. Iam si dixeris mihi de patre, Scriptum est: Te solū uerū deum. Sed est & hoc
Ioan.17.a scriptū, Et deus erat sermo. Et qūo igitur æqualis pa-
Ibid.1.a. tri? Dicendo enim de patre, quod ipse sit solus uerus deus: monstrauit filium non naturalem, sed adoptatum filium. At quid propriæ salutis inimice? nū quia scriptum, sicut dicit Ioānes de patre, Deus lux est: de
1.Ioa.1.b. filio autē, Erat lux uera: ideo audes propter hoc dice-
Ioan.1.a. re minorem patrem, eò quòd non adiecit, quòd sit lux uera: sed de filio solo dicit, quòd fuit lux uera? Sicut igitur nō audes minorem facere patrē, eò quòd non appositum est, quòd sit uera lux: ita cùm audis de patre, Te solum uerum deum: de filio autē, solū quòd sit deus, ne audeas minorē facere filium: quoniam nomina diuerso modo nunc illi, nunc huic adhærent, ut de patre dicatur, deus uerus: de filio autē, deus. & contrà, Erat lux uera, tribuitur filio: patri autem, lux tantū. Porrò sicut non licet dicere de patre, quòd non sit lux uera: & de filio, quòd non sit deus
Ibid.14.a uerus. Ipse enim dixit, Ego sum ueritas: ita & de spiri-
B tu sancto, quoniam spiritus est ueritatis. Atque ita p
Ibid.16.c hęc testimonia disce, ut uenereris inseparabilē deitatem. Omnia quęcunq; habet pater, mea sunt, dicit unigenitus deus, existens in sinu patris. Moses dicit:
Exod.3.d Qui est, misit me. Qui est, est pater: qui est, est filius, & habet se qui est, ad eū qui est, absq; principio & nō in tempore genitus est. Oīa quæ habet pater, qui uerè uita & immortalitas & lux & oīpotens & deus & dominus, ea utiq; habet & filius. Ego enim, inquit, ueritas, & uita, & erat lux uera, & deus erat uerbum.
Ioa.20.d Et Thomas, inquit, apostolus: Dominus meus &
Psal.76.a deus meus, quemadmodū & Psaltes dicit: Manibus meis deum exquisiui, & non sum deceptus. Palpauit enim Thomas uerbum in incredulitate, & nō est deceptus, Christū & deum illum confessus in fide. Profectò, inquit, dico filium dei deum. Sed dicis: Nō sine principio autem, sed creatum, proinde & seruum. Et
Phil.2.a. quomodo hoc? Quasi in forma dei existens, nō rapinam arbitratus est æqualē se deo, sed semetipsum inaniuit forma serui accepta. Si igitur seruus est (omnis
C enim creatura serua est) quo seruus existens formā serui accepit? Accepit enim quod non habuit, & māsit quod erat. Serui forma dei existens per misericordiam, absque sui uersione accepit formā serui. Si autem non uis illum confiteri absque principio, sequitur quòd fuerit tempus, quo nō fuerit filius. Etiam dicit. Ecce igitur inquam, iuxta sermonē erat tempus quo non fuit pater. Qui enim filium non habet, pater non uocatur. Et pater habuit principium, quo cepit esse pater. Ex filio enim pater cognoscitur. Nūquid & pater tempore aliquo alterius patris erat filius? Proh, quanta blasphemia. Itaque dum uideris uenerari patrē, summa illum contumelia afficis. Iam
Ioan.1.a. si filius ipse tempora ferit (omnia enim per ipsum facta sunt) quo pacto dicere audes, quòd fuerit tēpus quo non fuerit filius? Proinde iuxta sermonem tuū, maius erit tēpus quā sermo diuinus. Nā quod prius, id necessariò & maius. Vis autē scire, quòd filius coæ
Esa.43.b ternus sit patri? Dicit Esaias: Ego de° primus, & ego posthac, & ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Itaque si posteriorem patre dicis filiū: quomodo dicit pater, quòd post me nō erit alius deus? Sin exponis hoc de filio: quo dicit, ante me non fuit alius deus? Quapropter ex his collige filium coæternum esse patri, audi autem & testimonia de filio, &
D fuge cùm blasphematur. Pluit dominus à domino *Gen.19.e*
ignem & sulphur super Sodoma. Dominū uocat patrem, dominum filium, dominum spiritum sanctū. Sicut dicit, Dominus autem spiritus est: & non dicit, *1.Co.3.d.*
dominus minor, à domino magno. Et Moses dicit: *Psal.96.c*
Et adorent illum omnes angeli. Angelus autem creaturam non adorat. Et ut dicas de filio hoc dictum esse, audi Paulū dicentem: Quando autē inducit pri- *Hebr.1.e.*
mogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent il- *Psal.109.*
lum omnes angeli dei. Et Dauid quoque clamat: Di- *a.*
xit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū.
Et non dixit, Dixit dominus domini mei: sed, domi- *Esai.7.c.*
nus domino meo. Ecce (dicit Esaias) uirgo uterū geret, & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emmanuel: quod est interpretatum, nobiscum deus. Vtiq; *Ibid.9.b.*
dico ipsum filium, subiectum planè & inferiorem patre. Arguit te denuo Esaias, dicens: Puer natus est nobis, filius est datus nobis, & uocabitur nomen eius
E magni cōsilij angelus, admirabilis consiliarius, deus fortis, potestatē habens, princeps pacis, pater futuri seculi. Propheta potestate præditū, & deum fortem prædicat, & tu dicis illum subditum? Ille magni consilij angelum uocat, & tu dicis paruum? Vide autem obsecro, quid Hieremias de eo clamet: Hic deus no- *Baru.3.d*
ster nō coferetur alius ad illū. De patrēne dicit, an de filio? De patre dicit. Patérne incarnatus est, an filius? filius. Itaq; secundum sermonem tuum pater incarnatus. Verùm nunc uideo iuxta sermonem prophetæ, quòd filius qui & conuersatus est cū hominibus. Etiam filius incarnatus est, pater autem non incarnatus permansit. Reprehenderis igitur insipiens, quòd de filio hoc dicis per sequentia: Hic deus noster non conferetur ad illum alius, inuenit omnem uiam scientię, & dedit eā Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: postea super terram uisus est, & cum hominibus cōuersatus est. Vides illum & legislatorem? Nam si ipse inuenit omnē uiam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo, ipse est qui & Mosi apparuit, & legē dedit. Et unde hoc manifestū? audi prophetam dicentem: Disponā uobis testamentū quod *Ibid.2.g.*
disposui cū patribus uestris, quando apprehendi manum eorū, ut educerē eos ex Aegypto. Dabo leges
F meas in corda eorū, & in mentes eorum inscribam illas, & erunt mihi in populū, & ego ero eis in deum. Vides quòd ipse est legislator tā ueteris quā nouę? nam quòd nouam legem ipse tulerit, neq; tu inficias ieris. Et tu Bethlehem domus Ephrata non minima *Mich.5.a*
es, ut sis in millibus Iuda: ex te enim mihi egredietur *et Mat.2.*
dux, & egressiones eius ab initio dierū, & ipse reget *a.*
populum meum Israel. Vides unum populum patris & filij? Filius dicit: Ero eis in deum, & ipsi mihi in populum. Pater de Christo dicit: Et reget populū meū Israel. Discе unum regnum patris & filij. Quæcunq; autem q̄ post hæc audis humilia, quòd incarnatus sit & se humiliarit ipso dicente propter salutē hominum, senti de illis ut dignum est de deo. Nā litera occidit, spiritus autē uiuificat. Nam si apostolis, qui ui- *2.Cor.3.b*
derant sua miracula, & in nomine suo oēs morbos curauerant, dicebat. Multa uobis habeo dicere, sed nō potestis portare modò: quid ergo ad multò crassiorē Iudæū? etenim si cū diceret, priusquā Abraham *Ioan.16.e*
fieret, ego sum: tulerunt lapides, ut lapidarēt ipsum: *Ibid.8.g*
quomodo qd̄ sublimius sibi dici sustinuissent? Sic &

G in ueteri multa inueniet quis dici pro crasitate audi
. Psal.16.c torũ:ut, Septem oculi domini respicientes orbẽ ter-
Ibi.43.d. rarum:&, In uelamento alarum tuarũ proteges me.
Ibid.7.c. &, Excitare, ut quid obdormis domine?&, Nisi con-
uersi fueritis, gladiũ suũ uibrabit, arcum suũ intendit
& parauit illum, sagittas suas ardentibus elaborauit.
Et quõ? neque enim uolatilis est deus, neque somno
grauatur, neq; uel gladius apud deum, uel arcus, uel
sagitte. Incorporeus enim deus est. Verũ hæc intermi
natur propheta, attemperans se auditorum crasitu-
dini: ita & deus uerbum propter nos incarnatus, imi
tans patrem suum humilia loquitur ad nostrã salutẽ
respiciens. Quoniam enim ipsum aduersarium deo
Ioã.10.f. putabant, dicentes: Non est hic à deo: &, De bono
opere non lapidamus te, sed pp blasphemiã: quia tu
cùm homo sis, facis teipsum deum. Et propter hoc
quærebant eũ lapidare, quòd non solũ soluebat sab
batum, sed quòd & patrem suũ dicebat deum, æqua
lem seipsum faciens deo: & ideo quia non capiebant
sublimia & sua deitate digna, incipit humilia dicere:
Ibi.14.d. per oia declarans, quòd non sit deo contrarius. Si di
ligeretis me, gauderetis utiq;, quòd ego uado ad eũ
H qui misit me patrem, quoniã pater meus maior me
est: quando enim seipsum æqualem patri faciebat, la
pidare ipsum conabantur. Quòd si hęc non sic se ha
berent, cogereris laudare Iudæos, quòd iustè crucifi
xissent Christum, ut aduersarium dei. Nam qui seme
Phil.2.a. tipsum æqualem deo & patri facit, cùm non sit talis,
is deo aduersarius est. Cæterũ mẽdax erit & Paulus,
dicens: Non rapinam arbitratus est se esse æqualem
deo. Quid igitur est saluator, secundum quod incar-
Ioã.20.e natus est? Sic dicens, Vado ad patrem meũ & patrẽ
uestrum, & deum meum & deum uestrum: aliter uo
cat, suum secundum naturam: & aliter nostrũ, secun
dum gratiam & adoptionẽ: aliter suum, propter bo-
nam uoluntatem, & propter creatam assumptionẽ:
& aliter nostrum, ut creaturarũ. Quòd si in his am-
bigis, potuit dicere patrem meum, non patrem meũ
& uestrũ. Cuius ergo gratia diuisit se? nónne ut hanc
nos deo dignam sententiam doceret? Vides, inquit,
quomodo indiguerit paterno auxilio, dicens: Nunc
anima mea turbata est. Et quid dico, Pater salua me
Ioan.12.d ex hora hac. Indigne legis. Nunc anima mea turbata
I est: & quid. Nam cùm distinctionem ibi feciſſet, subdit: Et quid dico, Pater salua me ex hora hac, sed pro
pterea ueni in horam hãc. Enimuero per hoc quod
Luc.22.b dixit, Propterea ueni in horã hanc: monstrauit quòd
Mat.26.d salutarem mortẽ non fugeret. Desiderio enim desi-
deraui hoc Pascha manducare uobiscum, inquit: Si
possibile est transeat à me calix iste: ueruntamen nõ
uoluntas mea, sed tua fiat. Nũquid mortẽ formidat,
Marc.6.c uel inuoluntarius ad passionẽ accedit, qui dixit: O-
portet filiũ hominis multa pati, & occidi, & sepeliri.
Ioan.2.d. & tertia die resurgere? qui dixit, Soluite templũ hoc,
Ibi.10.d & in tribus diebus excitabo illud. Qui dixit: Potesta-
tem habeo ponendi animã meã, & potestatẽ habeo
iterum recipiendi illam: nullus tollit illam à me, ego
à memetipso pono illã, & ego iterum accipio illam.
Matt16.c Qui increpauit Petrum, quem paulò antea beatifica
rat, Qui dixerat: Tu es Christus filius dei uiuẽtis: sed
deinde cũ indignum illi uideretur, quòd pateretur,
dixit illi: Vade post me satana, offendiculum mihi es,
Ibidem d quia nõ sapis q̃ dei sunt, sed quæ hominũ. Qui obfir
mauit faciem suam cũ ascenderet in Hierusalem, ut
salutem per passionẽ suã omnibus suppeditaret: qui
per prophetas ipsam passionis suæ speciem prædixit. K
Per Hieremiam enim dicit: Super me cogitauerunt, Hier.11.d
dicentes: Venite, & immittamus lignũ in panẽ illius,
& exteramus illum de terra: crucem significans. Per
Dauid autem, Dederũt in cibum meum fel, & in siti
mea potauerunt me aceto. &, Foderũt manus meas Psal.68.a
& pedes meos. Partiti sunt sibi ipsis uestimenta mea, Ibid.21.d
& super uestimenta mea miserunt sortẽ. Et per Esaiã:
Tergũ meũ dedi ad flagella, genas meas ad alapas, Esa.50.c
faciẽ meam non auerti a confusione sputorũ. Vidi-
sti sanè hæc omnia perfecta in cruce: Nam sub Pila-
to flagellatus est, à seruo alapa cæsus, ab impiis con
sputus, à militibus clauis in cruce fixus, qui diuiserũt
ipsius uestimenta, & sortẽ miserunt. Qui per tã mul-
ta passionem significauit, quõ nunc cessaret? Quare Mat.26.d
igitur dicit, Pater si possibile est, transeat à me calix
iste? Ignorabat diabolus quis esset. Videns.n.ipsum
sitientem, esurientem, lassum, & alias dispẽsationes,
reputauit hominem esse purum: uidens autẽ eius di-
uina miracula, deum suspicabatur. Dubitabat igitur
de eo, ignorans illum. Nam si euidenter sciſſet quòd
deus esset, non ausi fuissent ad eũ accedere, sicut & L
Paulus dicit: Si enim cognouissent, utiq; dominũ glo 1.Co.2.b
riæ non crucifixissent. Prętendit igitur dominus for-
midinẽ, quò ille alliceretur, ut cũ accederet hoiem,
& ab ipso in fugam uerteretur, redimerentur omnes
qui ab illo detenti erant. Quemadmodũ rex aliquis
inuasurus tyrannum, fingit metũ, dicens exercitibus
suis: Fugiamus hinc à facie illius, ut ne à nobis fugiat
sed persequatur nos, & sic cõuersi cõprehendamus
illum: Ita & dominus prætexebat formidinẽ, ut cùm
diabolus ipsum quasi hominẽ aggrederetur, inueni-
ret deum qui illũ interimeret, & liberaret omnes qui
ab illo detinebantur in inferno. Sic enim dicit: Appa- Luc.22.c
ruit angelus confortans eũ qui ab angelis adoratur. Phil.2.b
Et cui flectitur omne genu cœlestium, & terrestriũ,
& subterraneorum, quo pacto ab angelo robur acci
piebat? Non robur accepit, sed glorificationẽ angeli
dicentis: Tuum est regnũ & imperium domine. Nul
lus scit diem illam uel horam, neque angeli, neque fi Mat.24.
lius, nisi pater. Et quomodo ergo, inquit, æqualis est et Ma.13.
patri, qui nescit diẽ illã? Qui fecit illam, ignorabitne il d.
lam? Et quare igitur dicit, neque filius? Vide theoriã
exquisitiorem. Duas quis scientias & notitias in scri- M
ptura inueniet. Vnam quidẽ, quæ ex opere sumitur,
alterum uerò ex cognitione. Cognouit enim, inquit,
Adam Heuam uxorẽ suam, non quòd prius ignora- Gen.4.a
uerit. At quomodo ignorasset, qui dixerat: Hoc nũc Ibid.2.d.
os ex ossibus meis, & caro ex carne mea? Et cogno-
uit Abrahã Saram uxorem suã. Et Iacob Lian, & Ra Gen.29.e
chel. Nũ ignorabat illas, qui propter illas annos qua-
tuordecim seruierat? Sciebat quidem illas agnoscen-
do, opere autem postea cognouit. Itaque pater qui Ioan.5.d.
nõ iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio,
scit diem tam cognitione, quã opere. Filius autẽ qui Ibid.12.g
uenit ut saluet mundũ, & nõ ut iudicet, scit eã specu-
latiua notitia: quia autem nondũ iudicauit, ideo di-
xit: Ignorat diem, notitiam operatiuã significans. At Hebr.3.a
Paulus dicit: Considerate apostolũ & pontificẽ con
fessionis nostræ Christũ Iesum, quòd fidelis sit ei, q̃
fecit ipsum. Et alio loco: Dominum & Christum illũ
deus fecit. Et Solomon dicit: Dominus creauit me
ab initio uiarũ suarũ in operibus suis. Vides quomo Pron.8.b
do creaturam & facturam suam eum scriptura signi
ficat? Verũ arguent te aduersarie dei, ea quæ sequun

A tur: Omnis enim, inquit, sacerdos, qui ex hominibus
Hebr.5.a sumitur, pro hominibus cõstituitur, ut offerat dona
& sacrificia. Accepit enim ex nobis carnẽ absq; pec-
cato quam pro nobis patri obtulit sacrificiũ. Itaque
intellige, quòd secundum carnem fecerit eũ, & non
secundum diuinitatẽ. Sic & dominum Iesum Chri-
stum eum deus fecit. Nam ante dispensationem, ubi
que deus prædicatur, sicut prẽmonstratũ est, & nun
quam aliquis facturam eũ dicit, sed propter unionẽ
carnis dicit, Dominum & Christum deus eum fecit.
Propter auditorum crasitatem inquit, Dominus ini
tiõ uiarum suarum creauit me. Vides quòd creaturã
dicit? Verũ procedamus ad ea, quæ ibi deinceps se-
Prouũ.8.c. quũtur. Ante seculum fundauit me, ante omnes col-
les gignit me. Primũ quidem ô uanæ gloriæ sectator
disce, quòd liber parœmię uel parabol ę inscribitur.
Quicquid autem per parabolam dicitur, non idẽ est
Mat.13.e. quod uerbi uis ac litera. Nã dominus regnum cœlo-
f. rum sagenæ & fermẽto, & grano sinapis assimilauit,
Prou.8.c & aliis multis. Et non oino dicimus regnum cœlo-
rum aliquid tale esse. Sed non dicam multis ambagi
bus. Dominus ab initio uiarũ suarũ creauit me, ante
B seculum fundauit me, ante omnes colles gignit me.
Quomodo igitur qđ gignitur, creatur uel fundatur?
uel quomodo quod creatur, gignitur? Nã si creatus
est, non est genitus. Nos quę cõdimus, nõ gignimus:
neque gignimus, q̃ condimus. Et quomodo possibi
le est, increato patri natum esse filium creatum? Nos
enim qui creati sumus, gignimus creata: pater autem
qui increatus est, filium genuit increatũ. Aquilas au-
tem interpretatus est, possedit me dicit. Igitur cũ di-
cit, creauit me, prędicit futurũ, quasi iam esset factũ.
Psal.21.d Et enim hic mos est scripturæ, sicut cũ dicit: Foderũt
manus meas & pedes meos: quasi diceret, Ego quę
uidetis creatam carnem propria uoluntate mihi ad-
unasse, ab initio sum, non à Maria habeo initium. In
principio.n.erat uerbum: &, priusquam Abraham
Ioan.1.a. fieret, ego sum. Confitetur igitur filium increatũ, &
Ibid.8.g cum patre principio carentẽ, ut ne des & patri prin-
cipium quo cœperit esse pater. Quòd si dicis filiũ cũ
patre principio carere: dic, quomodo genuit pater fi
lium, uolens uel non uolens? Si dixerimus uolens, cõ
tradicunt: Iam erat uoluntas ante uerbum, priusquã
C enim uellet, dicũt, non erat filius. Si autẽ dixerimus,
non uolens, dicũt: Vim patitur ergo deus. Omne au
tem quod uim patitur, non est deus. Nos autem dici
mus, quòd sicut Sol radios & lumẽ cœternã habet,
ita pater filium & spiritum sanctũ: ut ne dicamus &
patrẽ sub principio. Si enim diceretur sub principio
priusquam inciperet esse filius, nõ erat pater, pater se
cundum sermonẽ tuum. Erat enim tempus, quo pa-
ter non erat pater. Itaq; & ipse incepit, ut esset pater.
Itaque si dixeris, nõ uolens, uim passus est: deus aũt
uim non patitur. Quod enim uim patitur, deus non
est. Vides in quantam incidis impietatẽ, si non con-
fiteris, filiũ cum patre carere principio, & coopificem
esse. Scriptũ est enim, quoniam omnia per ipsum fa
Ioan.1.a. cta sunt. Non audis prophetam dicentẽ de filio: Ex
Psal.8.a. ore paruulorũ & lactentiũ perfeciſti laudẽ? & cętera.
Quoniam uidebo cœlos opera digitorũ tuorum, lu
nã & stellas q̃ tu fundasti. Non uides Christi authori
Ioan.5.c. tatem, dicentem: Pater meus ũsq; modò operatur, &
Ibidem.d ego operor? &, Quõ pater suscitat mortuos & uiui-
Luc.7.c ficat, & filius quos uult uiuificat? &, Adolescens tibi
bid.4.f. dico surge. Et spiritui immũdo: Ego tibi impero, ob
mutesce, & egredere ex illo. &, Bono aío sis fili, re- D
mittuntur tibi peccata tua. Quoniam enim illi dice- Matt.9.a.
bant: Nullꝰ potest dimittere peccata, nisi solus deus: Luc.5.d
ex ore ipsorum arguit illos, dicẽs: Vos dixistis, quòd
dei solius est dimittere peccata. Ecce igitur dimitto
peccata, & cõfiteamini deitatem meam. Si autẽ non
creditis, ex sanitate corporis uidete & discite animæ
bonã ualetudinẽ. Tunc dixit ei: Surge, & tolle grab- Luc.5.e
batum tuũ, & uade in domum tuã. Et iterum loco
alio. Extende manum tuã. Et mari: Sile, obmutesce. Mat.12.a
Puella surge. Lazare ueni foras. Volo, mũdare. Et cæ Luc.8.d
tera oía, per quæ manifestat, quòd cum patre æqua Ioan.11.f
lem habeat dignitatem. Quæ cùm omnia rectè di-
ceris, crede quòd patri consubstãtialis sit, & quòd
consubstantialis sit & spiritus. Nã si ex patre proce-
dit, & à filio sumit, non alterius subsstãtiæ est spiritus.
Spiritus dei spiritus Xpi, spiritus ueritatis, spiritus con
solator, non habens aliud oppositum spiritus deus.
Dominus autem spiritus est: sicut & Petrus ad Ana- 2.Cor.3.d
niam, Cur consperastis inter uos, ut tentaretis spiritũ Actо.5.b
sanctũ? & manifestans quòd deus sit, inquit, nõ mẽ-
titus es homini, sed deo. Vides qđ deus spiritus, cui E
mentiti sunt? Et Paulus dicit: Vos templum dei estis, 2.Co.6.d
& spiritus dei habitat i uobis. Manifestũ, quòd deus
est spiritus, qui habitat in uobis. In ipso.n.uiuimus, & Actо.17.f
mouemur, & sumus: &, Secundus homo, in spiritũ 1.Co.15.f
uiuificantẽ. Et alio loco dicit: Caro non prodest qc- Ioan.6.g
quã, spiritus est qui uiuificat. Ne ausis igitur aliquid
loqui contra consubstantialẽ & omnipotentem tri-
nitatem. Et iterum: Nullus scit q̃ hominis, nisi spiri- 1.Cor.2.c
tus hominis, qui in eo: sic, & quæ dei nullus scit, nisi
spiritus dei: non iam qui in nullo, ut nequis cõpositũ
spiritum putet. Spiritus.n.omnia scrutatur, etiam pro Ibidẽ.
funda dei. Profectò scrutatur, sed non comprehen-
dit. Non.n.scriptum est, quòd comprehẽdatur: quo
modo igitur scrutatur? ut extraneus? ut alienus? ut
ignorans? An non est scriptũ: Profundiora te ne quæ Eccl.7.a.
ras, & sublimiora te ne exquiras? quæ proposita tibi et Ec.3.c.
sunt, ea & cogita. Non est.n.tibi opus absconditis:
num alienus est, iuxta tuũ sermonẽ? Quomodo au-
det ergo abscondita dei scrutari? De patre scriptum
est: Quoniã ego sum deus probãs renes, & scrutans Ps.7.c.&
penetralia cordis. Num quia nõ additur hoc uerbũ F
cõprehendo, ignorare patrem dices? Num ignorans Hie.17.b
scrutatur & probat? ut & de adorando spiritu hoc di
cere ausis? Quomodo dixit, Segregate mihi Paulũ &
Barnabã, in opus ad quod uocaui eos? Vides potesta Actо.13.a
tem, intellige deitatem. Et Agabus: Hęc dicit spiritus
sanctus: Virum cuius est zona hæc, sic ligabũt in Hie Ibid.21.c
rusalẽ. Et apostoli: Visum est spiritui sancto, nihil ma- Ibid.15.e
gis seruandũ. Et iterum: Pertransij Phrygiam & Ga- Ibid.16.a
latiæ regionẽ, prohibiti à spiritu sancto loqui sermo-
nem in Asia. Vt uenerunt autẽ in Mysiam, attenta-
runt in Bithyniam proficisci, & non sinebat eos spiri
tus sanctus. Et iterũ: Verũtamen spiritus sanctus per Ibid.20.e
singulas ciuitates testificatur, dicẽs, & cętera. Et pro EX.11.c.d
pheta. Et spiritus meus, inqt, astitit in medio uestri. &.39.f.
Dominus uerò: Vbicunq; fuerint duo uel tres con-
gregati in nomine meo, illic sum in medio eorũ. &, Mat.18.c
Dominus misit me, ac spiritus eius. Attẽdite uobisip Esa.48.f
sis & toti gregi, in quo posuit spiritus sanctus episco- Act.20.f
pos & diaconos. Vide uirturẽ spiritus sancti, & au-
thoritatem, & potestatẽ, num alienus à deo sit spiri-
tus. Vidi, inquit Esaias, deũ super thronũ excelsum
Et eleuatũ, & Seraphim in circuitu eius. &c. ac dixit: Esa.6.a.

G O miserum me, quoniã compunctus sum, quoniam
Esa.6.b. immunda labia habẽs, in medio populi immũda la-
bia habentis ego habito, & regem dominũ Sabaoth
uidi oculis meis. Et dixit: Quis ibit ad populũ hunc?
Ibidem.c Et dixi: Ecce ego, mitte me. Manifestum, quòd q se-
debat in throno, dixit: Vade ad populum hunc. & di
xit: Auditu audiatis, & minimè intelligatis, & uiden-
tes uideatis, & minimè uideritis. Quis est qui sedebat
super thronũ? Pater, dicit: Si autem didiceris à Pau-
lo, quòd spiritus est, confiteris illũ deum? Ostende,
Actor.xiij. inquit, & credo. Audi illum dicentem. Bene dixit spi-
f. ritus sanctus per Esaiam prophetã: Vade ad popu-
lum hũc, & dic: Auribus audietis, &c. Paulus inquit,
dixit spiritus sanctus, Esaias inquit, dixit dominus Sa
baoth. Vides, inqr, qua diuersitate scriptura loquitur
de patre & filio & spiritu sancto? Igitur ne dic post-
hac, Magnũ & paruũ deum, incidens in gentilẽ erro
rem. Nam si paruus deus est filius, mentitur Paulus,
Tit.2.d. dicens: Expectantes beatam spẽ, gloriam magni dei
& saluatoris nostri Iesu Christi, quem nũc Paulus uo
cat magnũ deum, tu ne dixeris paruum. Nam in deo
H perfecta sunt omnia, ex quibus Christus quantũ ad
carnem, qui tamen super oia deus est in secula. Ne-
que creatũ deum nominabis unquam: impius enim
est, qui creaturã adorat. Quid igitur? Non dices cor-
pus domini creatũ? Vide ergo quòd & tu creaturam
adoras. Insipiens, nullus dicit regi, exue purpurã quã
indutus es, uel surge à throno tuo, ut te nudũ adorẽ:
sed adorat regẽ super thronum sedentem, & purpu-
ra uestitum. Complacitũ. n. fuit deo uerbo, ut crea-
tam carnem nostram sibi absq; macula adunaret, &
adoraretur cũ deo uerbo, quatenus deitati adest. Et
hoc significãs diuinus Dauid, clamat: Exaltate domi
Ps.98.a. num deum nostrũ, & adorate scabellũ pedum eius,
quoniam sanctus est. In alio eloquio dicit: Cœlũ mi-
Esa.66.a hi sedes, terra autẽ scabellum pedum meorum. Ter-
rã nos iubes adorare ô beate Dauid? Et quomodo
Exo.20. Moses legem ponit, neq; cœlum, neque terram, neq;
Leu.26.a quæ in eis sunt adoranda? Videte sacramentũ. Quo-
Deut.5.a niam adunaturus erat nostram carnẽ absque macu
&.17.a. la in unã carnem. Caro autem nostra ex Adam, ex
I terra est. Iuxta quod dicit: Et adorate scabellũ pedũ
eius. Non enim terram nos adoramus, sed deũ uer-
bum, qui uniuit sibi absq; peccato carnem quę ex ter
ra formata est Adæ. Ne igitur ultra dicas, creatũ deũ
filium. Aut dic, ubi dixit pater: Creaui mihi filiũ: uel
filius, creauit me pater. Neq; humanas uoces Christi
in eius diminutionem accipe. Nã si his dictis, & hu-
manis in eo demonstratis ausi sunt quidã dicere phã
tasiam & apparentiã fuisse, quòd fuit incarnatus: si
hæc non essent facta, in quã non exciderent impie-
tatem? Proinde oĩs qui sanctis scripturis credit, ado-
ret trinitatẽ increatam, inconmutabilem, uersionis
expertem, omnipotentẽ, principio carentem, coæter
nam & consubstãtialem, patrem, & filium prius qui-
dem absque carne, deinde autem uoluntate propria
in fine seculorum perfectum hominem factum, abs-
que peccato, absque uersione & mutatione sui. Ho-
mo. n. factus manlit id quod erat, nempe deus: non
enim excidit à gloria & dignitate sua: & misit spiritũ
sanctum, spiritus, qui locutus est per prophetas. Eos
autẽ qui dicũt spiritum sanctum, aut filium uel ver-
sum, uel mutatum, uel alterius substantię, uel ex nihi
lo factũ, uel quod fuerit tempus quando non erat,
anathemate punit ecclesia. Sufficiat hęc ei qui uolue
rit tametsi pauca sint: oĩa enim tractare impossibi- K
le. Docenti enim mihi deficeret tẽpus. Neque ipsum
mũdum opinor capere libros, qui scribuntur: nos au
tem indigni qui tantam ex sacris scripturis utilita-
tem assequamur, adoremus patrem & filium & spiri
tum sanctũ, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

DE EVCHARISTIA IN EN-
cænijs admonitorius sermo.

NOn satis fuerit simpliciter & uul
gariter Christianos homines dici
nos. Eius rei si placet, adhi-
beo fide dignum testem fratrem
dei Iacobum dicentem: Fides Iacob.2.d
sine operibus mortua est. Ergo
ubique opus est mandatorum
operatione. Nam illa absente, neque Christiani no-
minis appellatio nobis prodesse poterit. Et ne mi-
reris. Quid enim dic mihi, lucri habes miles, quan-
do i exercitu es, nisi & dignè pro rege milites? Fortè
autem terribile est quod dicitur: Melius enim ei
erat non militare, quàm in militia curam & hono-
rem regis negligere eum, qui à rege nutritur, pro re- L
ge autem non certare. Quid autem dico pro rege?
Vtinam etiam pro nostris animabus curam gere-
remus. Et quomodo, ait, possibile in mundo & me-
dio hominum sic uersantem saluari? Quid dicis ho-
mo? Vis breuiter ostendam non esse locum qui sal-
uet, sed mores & rectam fidem, & uoluntatem?
Adam in paradiso ut in portu naufragium fecit. Gene.3.b
Loth in Sodomis, sicut in pelago seruatus est. Iob Ibidẽ.19.
in stercore iustificatus est. Saul ille inter raros regno Iob.2.c.
præsenti, & futuro excidit. Non est defensio, quòd di 1.Re.28.c
cis te non posse, etiam in medio negotiorum saluā-
ri: sed hæc grauia nobis accidunt, quia in diuinis
conuentibus frequentes non sumus. An non uide-
tis uolentes dignitatem à terreno rege accipere, quo
modo assident, quomodo alios ad patrocinandum
incitant, ut potiantur eo quod quærunt? Hæc ego
dixerim ad eos, qui sanctorum communionem
& congregationem relinquunt, & sub horam terri-
bilis mysticæ mensæ in uaniloquentiæ conuenticu-
lis occupati sunt. Qnid facis homo? Non promisisti M
sacerdoti, qui dixit: Sursum mentẽ & corda, & dixisti
habemus ad dominũ? Non reuereris & erubescis? Et
illa ipsa hora mendax inueneris. Papæ, mensa myste
riis instructa est, & agnus dei pro te imolatur, sacer-
dos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa re-
fluit. Seraphim adstant sex alis faciem tegentia, oẽs
incorporeæ uirtutes pro te cũ sacerdote intercedũt:
ignis spiritualis è cœlo descẽdit, sanguis in cratere in
tuã purificationẽ ex immaculato latere haustus est.
Et non erubescis, reuereris, & confunderis, neq; deũ
tibi propitiũ facis? Non conscientia tua iudicat te ô
homo? Centũ sexagintaocto horas habente hebdo
mada, unam & solam horã sibiipsi segregauit deus,
& hanc in opera secularia, & in ridicula, & in conuen
ticula insumis: cũ qua postea fiducia ad mysteria ac-
cedes? ô quã polluta conscientia. Num si stercus ma
nib⁹ haberes, auderes appropiare simbrię regis? Nũ
uides panẽ, num uinum? num sicut reliqui cibi in se-
cessum uadunt? Absit. Ne sic cogites. Quẽadmodũ
enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil sub-
stãtię remanet, nihil supfluit: sic & hic puta mysteria
cõsumi corporis substãtia. Propter qd & accedentes
ne putetis qd accipiatis diuinũ corpus ex hoie, sed
ex ipsis

De præmijs sanctorum, diuersisq; honoribus Apostolorum, & de gehenna si sit, & ubi sit: sermo. Incerto interprete. D

Aud æquè idẽ beatis omnibus in dei regno
h honos habebitur, siquidẽ neq; Christi disci
pulos inter se pares oẽs fuisse cõstat: tres. n.
erant qui cæteris præstarent, quos inter distare etiã
uidebatur, quippe cũ deo uel minima quęque actio
ri sunt curæ. Astrum enim, inquit, ab astro differt 1.Co.15.t
gloria. Tametsi discipuli omnes pro apostolis habe
rẽtur, uniuersiq; sint super sedes duodecim cõsessuri
palamq; sit & sua singulos reliquisse, cũ Christo & Luc.6.d
uitã duxisse singulos: qui tamen cũ esset orandi gra
tia secessurus tres secũ sumpsit, alioquin hos inter ne
minẽ præstare asserit, cũ dicit: Sedere. n. ad dexterã Mar.10.f
meam, aut ad sinistram, nõ est meũ dare uobis, sed
quibus à patre paratũ est. Item & Petrum reliquis
præfert, dicens: Petre, amas me plus his? Et alibi: Ioã Ioan.21.e
nes autẽ præter cæteros ab eo colebatur. Erit autẽ Ibid.19.e
diligentissima in omnes inquisitio, adeò, ut si parua
aliqua, uel minima proximum excesseris, uel id sit
deo curæ futurũ, & ita ut ex fulgore supernè acce- E
pto, beatorũ quiuis cognosci possit. Nẽpe & Loth
cũ iustior haberetur, haud tamen Abrahã par esse
iustitia uidebatur. Itẽ & Ezechias cũ æquior esset,
nec tamẽ Dauid æquitate erat assimilis. Prophetę in-
super oẽs cũ iustitia abũdarẽt, nõ erãt tamẽ uel sin-
guli cũ Ioãne cõferendi. Vbi igitur sunt, q post tam
acerrimam meritorũ inuestigationẽ, nullam fore ge
hennã arbitrãtur, quãdo & iusti omnes, si uel paruo
reliquos anteceserint, haudquaquã paria sunt præ-
mia recepturi? ut illud: Astrum enim ab astro distat
gloria. Quo ergo pacto facinorosi eadẽ cũ iustis sta
tione futuri sunt? Huiusmodi rerũ cõfusionẽ ne deũ
dixerim, neq; hominũ quempiã facturũ existimauer-
im. Quòd si libet, ex priscorũ hoium erratis, & quã
tũ illi inter se distent, & dei quã accuratissimũ sit iu-
diciũ, patefaciã. Peccauit Adã, peccauit & Heua, ita
ut utrique præuaricati sint, utq; nec paria eorum er-
rata, sic absimili sunt affecti supplicio. Siquidem ho 1.Tim.2.
rũ adeò erãt peccata diuersa, ut Paulus asserat Adã d
nihil fuisse fallaciæ perpessum, quin Heuã, quia se du
cta sit, fuisse præuaricatam: etsi nõ impar esset utris- F
que deceptionis conditio, factum tamẽ est diuina il
la & diligẽtissima iquisitione, ut tãta delinquẽtiũ ar-
gueretur diuersitas, quòd Paulus illud dicere cõpul
sus sit. Porrò ob fratricidiũ cruciabatur Cain, cũ La-
mech, qui hoiem paulò pòst necasset, nullo sit eiusmo-
di tormento affectus: cũq; horũ uterq; humanũ
sanguinẽ fudisset, grauiꝰ tamẽ esset Lamech culpan-
dus, quòd Cain exẽplo nihil i melius profecisset: sed
quoniã neq; fratrẽ admonitꝰ interemit, neq; admissi
facinoris delatore, q cõmissa ederet, indiguit: neque
domino de cęde q̃rẽti impudẽtius respõdisset, quin
nemine incusante ipse homicidij se arguẽs dãnasset,
facilius est sceleris ueniã assecutus. Cain uerò, quo-
niã his lõgè aliena facere est aggressus, cruciatibus
& tormẽtis afficiebatur. Vides quã diligenti inuesti-
gatione deus hominũ facta disquirat? Id circo de his
qui aquarũ inundatione cõsumpti sunt uarijs mo-
dis suppliciũ sumpsit. Diuersis etiã Israelitas pœnis,
& Babylonios, & q Antiochi fuere tẽporibꝰ Iudęos
affecit, ut ostẽderet se nostri haud mediocrẽ habere
rationẽ: cũ horum aliqui annos octoginta, quadrin
gentos nonnulli fuissent seruitute oppressi: cõstetq;

A ex ipsis Seraphim forcipe ignẽ, quẽ scilicet Esaias ui
Esaiæ.6.c dit uos accipere. Reputate salutarẽ sanguinẽ, quasi
è diuino & impolluto latere effluere, & ita approxi-
mãtes labijs puris accipite. Quocirca fratres oro uos
& obsecro, ne absimus ab ecclesiis, neq; in alijs col-
loquiis occupati simus. Stemus tremẽtes & timidi,
demissis oculis, renata aũt anima, gemẽtes sine uo-
ce, iubilantes corde. An nõ uides eos, q sensibili, cor
ruptibili, tẽporali, & terreno regi assistũt, q̃ sint im-
mobiles, nõ loquẽtes, nõ oculos huc & illuc mitten
tes, sed mœsti, territi lugẽtes? Ex ipsis documẽtũ ac-
cipite hoies, & sic assistite deo, quasi terrenũ regẽ ac
cessuri. Multò magis cœlesti regi cũ timore adstare
oportet. Hoc sæpe dico, & dicere nõ cessabo, donec
correctos uideã. Ingredientes aũt in ecclesiã, ut decet
deũ accedamus, ne uindictę cupiditatẽ i mẽte habẽ
Matt.6.b tes, aduersus nos p̃cemur, dicẽtes: Dimitte nobis, si-
cut & nos dimittim⁹. Terribile est mysteriũ hoc, qđ
dicitur, & fermè sic ad deũ clamat q hoc dicit: Dimi
si domine, dimitte: solui, solue: ignoui, ignosce: si nõ
solui proximo, neq; tu mea soluas: si nõ dimisi, neq;
B tu dimittas: si inuasi, iuade: si durus fui, durus esto:
in qua mẽsura metior proximo, eadẽ remetiaris mi
hi. Igitur cũ hęc sciamus, & ignẽ illũ, & terribilẽ tor-
mẽtorũ locũ i mẽtẽ accipiamus, couertẽtes nos po-
stea à uia qua errauim⁹. Veniet. n. hora, quãdo thea
trũ uitę huius soluetur, & nullus postea certabit. Nõ
est post hui⁹ uitę finẽ negotiatio. Dissoluto hoc thea
tro coronas mereri nõ datur. Hoc tẽpus est pnię, il-
lud iudicij: hoc agonũ, illud coronarũ: hoc laboris,
illud relaxationis: hoc ęrumnę, illud retributionis.
Excitemini obsecro, excitemini, & q̃ dicũtur suauiter
audiam⁹, & alacriter faciamus. Vixim⁹ in carne, uiua
mus posthac i spiritu: uixim⁹ in uoluptatib⁹, uiuam⁹
in uirtutib⁹: uiximus i negligentia, uiuamus in pnia.
Eccl.10.b Quid inflaris terra & cinis? qd superbis homo? qd ar
rogãs es? qd speras ex gloria mundi & diuitijs? Egre-
diamur ad sepulchra obsecro, uideamus ibi myste-
ria, uideam⁹ dilapsam naturã, ossa corrosa, corpora
putrefacta. Cõsidera ibi qs sapiẽs, & qs prudens: dic
mihi, Quis illic rex, & qs priuatus: qs generosus, & qs
seruus: qs sapiẽs, & qs insipiens? Vbi pulchritudo illic
C adolescẽtiæ, ubi gratiosus aspectus, ubi oculi specio
si, ubi elegãs nasus, ubi flagrãtia labia, ubi pulchritu
do p̃sens, ubi frõs radiãs? An nõ oia cinis? nõne oia
puluis? nõne oia fauilla? nõne oia uermis? nõne oia
putredo & fœtor? Hæc animis inferentes dilecti, &
1.Pet.1.d extremũ diẽ in animo collocãtes, dum tẽpus habe-
Lucæ.9.g mus cõuertamur à uia nostra, qua errauim⁹. San-
guine p̃tioso redẽpti sumus. Propter hoc deus sup
terrã uisus est, nõ habẽs ubi caput reclinet. Papæ, iu
dex ad tribunal ducitur, creator creaturę sistitur, q
à Seraphim uideri nequit, à seruo conspuitur: fel &
acetũ gustat, lãcea cõfigitur, i sepulchrũ deponitur.
Et tu negligẽs es, & dormis, & cõtemnis homo: nõ-
dũ nescis, quod etsi propriũ sanguinẽ pro ipso effun
das, non quãtũ oportet imples? Alius. n. est sanguis
serui. Pręueni conuersatione aiæ tuæ, nequando si
mors aduenerit, oẽm curã aia negligat. Propter qđ
super terrã, & nõ in inferno tantũ pnia robur habet.
Gala.6.c Quæramus dominũ, cũ tẽpus habemus: operemur
bonũ, ut à gehenna q̃ fine caret, liberemur, & cœlo
rũ regnũ cõsequamur, gratia & misericordia domi
ni nostri Iesu Christi, cui cũ patre & spiritui sancto
sit gloria nũc & semp, & in secula seculorum, Amen.

G ex his plerosq; liberos præ esurie, fameq; esitasse, fuisse q; calamitatibus & ęrumnis grauioribus affectos, quas neque fato functi, neq; superstites euasissent: quippe cũ potius de Sodomã laturũ se, & Gomorrham asserat, quã istorũ hominũ ciuitatẽ. Quod si nulla foret ei de nobis delinquentibus, uel proficiẽtibus cura: aliquid fortè gehennã negare, & futura supplicia diffiteri, rationis præ se ferre uideretur. Verum cũ tãto studio incumbat, ne in aliquod ipsi facinus prolabamur, tantũq; impendat operæ, ut rectè uiuamus: conspicuũ est, quòd peccantibus pœnas, benefacientibus coronã sit & præmia largiturus. Nũc uerò aduerte q̃ uariè hominũ sentiat multitudo, qui plerũq; deo id culpæ afferũt quòd uiolentos, & raptores nonnunq; toleret, nepharios & facinorosos impunes sinat: quodq; ex his dũtaxat supplicia minitetur, culpãt grauius, & iniquo animo ferunt: quorũ etsi altero grauentur, alterũ tamen probari per eos, & cũ admiratione efferri laudib⁹ oporteret. Sed ô dementiã, ô efferatã & sine ratione mẽtẽ, ô animũ sceleratũ, & in oẽ flagitiũ & scelus propẽsum, unde eiusmodi tua hæc deprauata emergit H opinio? quòd si maluerint qui hæc sentiũt, uirtutib⁹ inhęrere, quam primum quauis ambiguitate reiecta fient de gehenna certiores. Quæret aliquis, ubi nam gentiũ, aut quibus in terris hãc gehennã sitam dixeris? Verũ quid illud tibi est curę? cũ enim utrũ sit gehenna quæratur, de loco, sitúue nondũ est aliquid inquirendũ: quanuis pleriq; pro certo nõ diffitẽtur esse hanc in Iosaphat ualle cõstitutã: quod in certamine quodam, & bello apud ueteres illos quõdam in gehenna uallis Iosaphat gesto narratur: quod sacræ literæ nusquã affirmant. At si de situ & loco q̃sieris, respõdebo, dicãq; extra terrarũ orbẽ hũc aliquo esse positã. Nõ ergo erit quo fuerit hęc loco sita, quin magis quo pacto euitari possit, quęrẽdum: neq; quòd pro nimia eius indulgẽtia de⁹ nullas per sæpe exigat in hac uita pœnas, futuris est diffidẽdũ: nã ideo hoium tolerat errata, qa clemẽs & pius eoq; Exo.18.g potius cõminatur, q̃ subito incursu inuadat. Inqt. n. Nolo mortẽ delinquẽtis. Vnde cognosci põt, si nulla esset peccãti proposita mors superuacaneũ id Xpi I dictũ extitisse. Scio eqdẽ uobis his uerbis nihil quippiã esse molestius, cũ mihi sit nihil suauius: utinãq; cũ cœnatur, cũ prãdiũ sumitur, cũ lauatur, cũ demũ reliqua peragũtur, de gehẽna fieri & apud nos mentionẽ: nec. n. illius formidine aut hìc aduersa uiderẽtur grauia, aut pro suauibus prospera haberẽtur. Tu uerò qd graue aut molestũ dixeris? nũ paupertatẽ? num languores? nũ seruitutẽ? num corporis cęcitatẽ? Hæc certè ridicula uidebuntur, si cũ gehennæ incendio comparentur. Quin uel si fame & longa uexãtos adduxeris, uel ab ineunte ætate & luminibus captos, & mẽdicos, pro esca hæc oĩa, & cibo quodã lautiori ducẽtur, illorũ tormẽtorũ respectu, quorum narratio frequẽtius iteranda est, quando gehẽ nę eiusmodi recordatio nos eã incidere haud finit. Nõne & Paulũ audis dicentẽ, qui pœnas perpetuò daturi sunt à facie domini: cuiusmodi & Nero fuit, quem idem Antichristi mysterium appellat, cũ in- 2.The.2. quit: Mysterium iam operatur iniquitatis? Quid igi- b tur? nihil Nero, nihil Antichristus, nihilne mali & diabolus patietur? Nunquid Antichristus pro diabolo futurus est? num demũ hi oẽs nisi supplicio & pœna cogantur, malis aliquando, sunt finem facturi? Verũ dicet aliquis, nihil erit à gehenna uerendum, K quã solũ à Christi fide alieni homines audituri sunt. Quæso quamobrem? quoniam fideles sui domini iam pridem habẽt notionem. At quid illud, cũ horũ si uita impurior, propterea q; maiores sunt, q̃ illi pœnas daturi? quotquot enim sine lege admittũt, sine Rom.2.b lege & pereunt: qui uerò in lege deliquerint, & lege iudicabuntur. Itẽ & seruus, q herilis sit animi conscius, nec domino ad uoluntatẽ paruerit, multis ut Luc.12.f uapulet necesse est. Quod si nullã dixeris uitę rationem reddendã fore, frustraq; id & uulgò opinari nõ nullos: ergòne diabolus ipse cruciabitur, qa habeat & ipse dei notitiã longè magis quã homines certiorem? Siquidẽ dæmones uniuersi & deũ norunt, fatẽtur, & contremiscunt. Itaque si uitæ huius actionũ, prauorumq; facinorũ nullæ essent reddendæ rationes, forent & hi supplicio quouis liberati. Non ita sẽres habent, non ita, cauendũ sanè ne uos fallat opinio. Nam si certè nihil de gehenna cõstaret, quõnã Mat.19.d pacto duodecim apostoli bis senas & Israeliticas essent tribus iudicaturi? Quid pterea & Paulus illud 1.Cor.6.a assereret, iquiẽs: Nõne uidetis quoniã de angelis (ne L de tẽporarijs his dixerim) sum⁹ iudiciũ facturi? Quid etiã & Christus illud protulisset: Viri Niniuitæ resur Luc.11.d gent, & condemnabunt generationem hanc, eritq; terra Sodomorum magis in die iudicij, quã hi, tolerabilis? Qui illud ioco agis, quæ sẽriò agenda sunt? quid falleris insaniendo? quid dei clementiam oppugnas? eò enim gehennam deus & paratit, & comminatus est, ut illam trepidi caueremus. Itaque qui eam tollit, nihil aliud eniti uidetur, quã ut falsa opinione captus in eam enixius prolabatur. Non igitur erunt illorũ uires aut manus debilitandæ, qui pro uirtute contendunt, neq; torpentiũ augenda segnities: quando enim cũ pertinaci hac & stulta uulgi persuasione, qua gehẽnã negẽt, a scelere desistetur: quando ẽt imponetur nequitiæ finis, aut ubi de iustitia constabit? nõ dico solũ quæ flagitiosum à iusto secernat, sed arguat à peccatore delinquentẽ: id est, cur aliquoties nonnulli hominũ pœnas hic pro sceleribus luant, nõnulli uerò, qui aut æquè, aut grauius fortè cõmiserint, sint sanè dum uiuunt, tormentorũ expertes. Si itaq; nullibi sit de gehenna comper M tũ, nil profectò tibi quod eiusmodi obiectantibus respõdeas, suppetet. Quocirca obsecro, ut rebus his irrisione dignissimis reiectis, eorũ hora occludatis, qui lógè aliter de gehenna, q̃ uosipsi senserint: quãdo ut perexigua errata, ita & benefacta accerrimè cõquirẽtur, adeò ut pro impudico oculorũ aspectu pœnas daturi simus, proq; superuacaneis, otioseq; dictis, pro leui insup & tenui cõtumelia, proq; uiolẽtia demũ ipsa tormẽta nobis subeũda sint. Sic cõtrà pro gelidioris aquæ cyatho cõmunicato uel solo gemitu mercedẽ promerebimur. Da enim signum, in Ezec.9.b quit, in faciẽ ingemiscentium, & dolentiũ. Quo igitur pacto affirmare audebis eũ, q nostra omnia diligentius scrutetur, frustra fuisse gehennam comminatum? ne obsecro, ne inquã inani hac spe tum teipsum, tum tuæ hui⁹ opinionis sectatores eas pditũ. Nam si meis fortè diffidendũ esse dictis censueris, Iudæos, Gẽtiles, hęreticosq; uniuersos rogato: respõdebunt sanè ad unũ omnes futurũ iudicium, futuramq; ut bonorũ, ita & malorum retributionem. Quod si hoies haud satis petitioni huic facturos existimaueris pete uel dęmones ipsos audies mox illos

A clamitantes: Quid huc ueniſti nos ante tẽpus cruciaMat.8.d. tum? Quibus omnibus in unũ coactis, persuade, animo ne frustra deliret, ne gehennã expertus, de ea certior fiat: quin illius contemplatione, & metu moderatior effectus, eiusdem queat & cruciatus effugere, & futuris bonis potiri.

Diui Ioannis Chrysostomi de martyribus sermo.

Incerto interprete

n Emo est, qui nesciat martyrum glorias ad hoc diuino cõsilio à dei populis frequẽtari: nisi, ut & illis debitus honor dicetur, & nobis uirtutis exempla fauente Christo mõstrentur: ut dũ hæc ita celebrari perspicimus, cognoscamus, quã ta eos gloria maneat in cœlis, quorũ natalitia taliter celebrãtur in terris: quò possimus etiam ipsi talibus prouocari exemplis, uirtute pari, deuotione cõsimili ac fide: ut Christo præstante dimicare & uincere hostẽ possimus: ut parta uictoria, cum iisdem sanctis in regnis cœlestibus triumphemus. Quis est. n. qui eorũ uolens merito copulari, nisi prius cõstantiã eorũ teneat: sectetur fidem, imitetur uirtutẽ passionis, eo- B rum gloriam paribus uitæ liniamentis aut inueniat, aut exquirat? Qui etsi martyrio par esse non possit: tamen muneris tanti dignitate se quisq; bonis actibus dignũ præbeat. Adest. n. clementissimus deus, q desiderãtibus suis aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cũ sanctis præmia diuina restituta. Nobis nanq; peccata nostra officiũt: nobis, inquã, peccata nostra aduersa prouocant, arcent, prospera, bona à nobis diuina repellũt. Qui si domino seruiremus, ut par est: cũcta nobis prospera prouenirẽt. Duę sunt. n. causæ in sęculo, q̃ homini aduersa important: q̃ aduersa licẽt de uno malitiæ fonte procedãt, tamẽ hęc nonnunquã peccatoribus & iustis ęquè obueniunt: sed diuersitate meriti discernuntur. Aliud enim pro peccatis affligi, aliud pro iustitia exerceri. In peccatore meritorum retributio, in iusto gloriosa de uirtute certatio. Illic peccator, ut mereatur, affligitur: hìc iustus pro examine comprobatur. Vt enim infirmatur peccator aduersis, ita iustus tentationibus roboratur. Sic dimicarũt aduersus peccatũ sancti: sic & labo rãdo fortiores, & moriẽdo uictores effecti sunt. Nul C lus athletes sine certamine fortior dici, nullus sine uictoria poterit coronari. Nemo miles sine plio hostẽ subiecit, nemo sine bello imperatorẽ promeruit. Habes Christiane competentia arma, quibus hostẽ expugnes: habes fortissima tela, quibus inimicũ debelles. His te iandudũ dominus per gratiam imbuit, & postmodũ Apostolus Paulus armauit. Hæc sunt arma, quibus dimicarunt sancti: quorum uirtutes diligis, & uictorias admiraris. Imitare Christiane quos diligis, sanctos: & quorum uirtutes frequentas, eorũ uitam & instituta sectare. Esto talis, de eorum exem*Imitari passiue.* plo: quia & hi de superiorum, tales effecti sunt. Nec enim uirtus ab eo poterit imitari cuiusquã, qui eius uitam non fuerit imitatus. Cæterũ amare non est, quem imitari nolueris: & quem sectari detrectas, eũ profectò amare te simulas. Habes exẽpla, quæ secteris, ut uincas: quia Abel in principio ante ullius exem*Gen.4.b* plum, prior dedicauit martyrium. Qui quidem optaret innocens in sęculo uiuere: quàm à fratre occisus, in occidentis perniciem martyrium dedicare. Cain enim nec innocentiam naturæ seruauit, & pietatis iura in cędę fratris corrupit. Perpetrat scelus, quod nec ipse sciebat admittere, nec frater nouerat præcauere. Gerit diabolus totũ, qui iam parentes fecerat pec- D catores. Gerit, inquam, diabolus totũ: sed consentit Cain hosti, quẽ de parentũ casu debuerat execrari: ut uterq; reatus crimẽ incurreret: & diabolus, q parricidiũ suasit: & Cain, qui assensum persuadenti diabolo commodauit. Solus autem Abel sanctissimus inter fratrem & diabolũ, inter parricidã & hostem, inter persuadentem & factorem purus atque integer perseuerat. Fit. n. Abel innocens, gloriosus sacerdos: & uictima, immolator: hostia, antistes, & holocausta. Vt enim sanctè atq; innocenter deo hostias immolabat: ita sancta atq; innocẽs hostia deo summo effectus est. Necnõ & Iacob sanctissimũ innocẽtem & iustum Esau reprobus impiè atq; crudeliter minatur occídere: quod quidem facinus etiam ipse complesset: nisi ad propagationẽ paterni seminis eum dominus reseruasset, sicut idem Esau loquitur dicẽs: Ap Gen.27.g propinquet dies mortis patris mei: ut ego occídã Iacob fratrẽ meum. O nepharũ scelus uenenato ore prolatũ. Vt fratrẽ occídat, patri mortẽ exoptat. Bis in una causa delinquit: & dum optat obitum patris, E & dum disponit parricidiũ fratris. Non intelligit miser se gemino ac duplici crimine detineri: non intelligit, inquam, utrunque scelus à se in sua iam professione compleri. Nec cõsiderat iudicio dei se perditum, nisi & hoc quod mẽte conceperat, suis sermonibus indicaret: ut malitiã, quã dominus in eo reprobauerat, sua professione expromeret. Deniq; Iacob fugæ cõsiliũ inuenit, ne immoratio sui fratrem faceret parricidam. Cuius quidem peregrinationis angustias, tribulationes, & metus, ita dominus gubernauit, ut in ipso durissimæ seruitutis obsequio augeret patrimonio, locupletaret fide: & quod est amplius, per ui sitationes & diuina colloqa, angelicaq; luctamina, sua eũ benignitate donaret. Quid Ioseph psecutione fratrũ, quid Dauid Saulis regis atrocissimo metu, qd prophetarũ, apostolorumq; sanctorũ chorũ ludæorũ odiis, aut afflictes, aut iugulatos enumerẽ? Quis enim sanctorum in sęculo, non aut persecutionẽ perpessus, aut ab inimicis est iugulatus? Nulli est dubiũ inimicũ esse sęculũ sanctis domini. Vox est ad suos Ioan.15.c dicentis, Si me persecuti sunt, & uos perseqũentur. Et Ibidẽ. F rursus addit dicens: Si de sęculo essetis. sęculũ, quod suũ esset, amaret. sed quia de sęculo non estis, & ego elegi uos de sęculo: propterea odit uos sęculũ. Et rursum, Vos plorabitis & plangetis, sęculũ autẽ gaude- Ibid.16.d bit: uos tristes eritis, sed & tristitia uestra in lætitiam ueniet. Timẽda sunt Christianis præsentis sęculi gaudia: & optãda pro deuotione mœstitia, quę cœlesti lætitia repẽsetur. Pro amore dei, odia humana optanda sunt: pro dilectione Christi, inimicorũ affectatio appetenda. Nemo. n. amatur à mũdo, nisi q odio fuerit Christo: nec diligitur à sęculo, nisi qui execrabilis fuerit deo. Sęculi est enim, quodcunq; lętatur: dei est quod pro iustitia affligitur. Inimici sui amicũ nemo in amicitias sumit, nec q amico inimicus esse uoluerit. Nemo aduersariũ fratri, familiarẽ sibi arrogat, nisi qui germanitatis iura uiolare æmulo liuore desideret. Hosti domini sui seruus nunquã famulatur, nisi à domino atrocissima seueritate uexetur. Nemo miles ab imperatore extraneo stipendiũ accipit: sin aũt illũ, cui militat, lædit. Quid agis Christiane, si domini hostẽ amicũ habueris? Quid agis, inquã, si dilexeris sęculũ, saluatoris Christi hostẽ pariter & inimicũ? Quid agis, inquã, si amaueris mundũ, q deũ tuũ ini-

G mica crudelitate peremit? aut enim eris seruus acceptus, si domini tui inimicum fueris detestatus: aut si eius amaueris inimicum, eris ipse à domino alienus. Quare aut oderis inimicũ, necesse est, si domini tui volueris esse charissimus: aut si eius amaueris inimicum, cũ eodem in die iudicij mulctaberis. Fuge Christiane, fuge qđ dominus non amat: detestare & hor re, q̃ tibi detestanda mandauit. Præsenti liberalitate æternam uitã mereare, momentaneo lucro præmia diuina acquire. Thesauros tuos ad cœlestia regna transmitte: fœnerare in pauperibus dominũ: in egenis Christum & pasce & uesti. Et serua mãdata, q̃ te ad uitã perducant: custodi præcepta, q̃ te deo proximũ faciãt. Propera ad æterna, ad futura festina. Nec te aliqua dulcedo seculi ac præsentis uitæ detineat, sed tibi futura oĩa Christo munerante, occurrãt.

De martyribus, quòd aut imitandi, aut non laudandi sunt, sermo. Incerto interprete.

Vi sanctorũ merita religiosa charitate miratur, quiq̃ iustorũ glorias frequẽti laude colloquitur, eorũ mores sanctos atq̃ iustitiam
H imitetur: quoniã quem delectat sancti alicuius meritum delectare debet par circa cultũ dei obsequium. Quare aut imitari debet si laudat, aut laudare non debet si imitari detrectat: ut qui aliũ laudat, laudabilem se reddat, & qui sanctorũ merita admiratur, mirabilis ipse uitæ sanctitate reddatur. Nã si propterea iustos fidelesq̃ diligimus, quòd i ipsis iustitiã fidẽq̃ ⌈alias, susscipimus, ⌈possumus nos quoq̃ esse qđ sunt, si faciamus ipsi quod faciunt. Neq̃ enim difficile nobis est quod ab ipsis geritur imitari, cũ sine præcedenti exẽplo ab antiqs talia gesta conspicimus: ut nõ ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmulandæ uirtutis seipsos nobis præberẽt exemplũ: ut dum nos ex ipsis & ex nobis alij proficiũt, sic Christus i suis semp seruis in ecclesia sancta laudetur. Vnde ab origine mundi innocẽs Abel occiditur, Enoch deo placẽs transfertur, iustus Noë inuenitur, Abrahã fidelis probatur, Moses mansuetus dignoscitur, Iesus castus, Dauid lenis, Helias acceptus, Daniel sanctus, tres pueri uictores reddũtur, Apostoli discipuli Christi credentium
I magistri habentur. E quibus eruditi confessores fortissimi pugnãt, martyres perfecti triũphant, & Christiani semp exercitus diabolũ deo armati debellant. In istis semper pares uirtutes, dissimiles pugnæ, glorioseq̃ uictoriq̃. Vnde tu Christiane delicatus es miles, si putas te posse sine pugna uincere, sine certamine triũphare. Exere uires, fortiter dimica, atrociter in pio isto cõcerta. Considera pactũ, cõditionẽ attẽde, militiã nosce. Pactũ quod spopondisti, cõditionem qua acceptisti, militiã cui nomẽ ded sti. Hoc.n. pacto quos miraris, cuncti pugnarũt, hac conditione uniuersi uicerunt, hac militia oẽs triumpharunt. Deniq̃ cõsidera præsente deo te cũ hoste pugnare, fauet ille ut uincas, fauet ut obtineas. Cũ pugnas adest, cũ dimicas presens est. Tantũ.n. uiriũ de eus presentia cõcipis, quantũ inimico debilitatis accedit. Tu erigeris in uirtutẽ, hostis incidit in debilitatẽ. Tibi arma diuinitus ministrantur, illi malitiæ tela franguntur. Tibi conspectus dei uiriũ adhibet incremẽta, hosti præsens maiestas admit nocẽdi uenena. Tibi angeli applaudunt, illi formidinẽ adhibent. Tibi.n. fortitudo tribuitur, illius malitia infirmatur: Quibus tu foueris, ille opprimitur: quibus tu erigeris, ille prosterni-

Delicatus est miles, qui sine certamine triumphat.

tur. In tua pugna dominus cõgreditur, dominus dimicat, dominus præliatur, & uictoria tibi adscribitur. Certamen tuũ dei certamen est, prælium tuũ Christi est prælium. Quid trepidas, quid formidas, quasi tua uirtute deuincas? Prende arma, procede i bellũ, fortiter dimica, ut dimicanti adsit ille qui uinci non nouit. Non potest imperatorẽ promereri, qui hostẽ à se noluerit superari. Nõ potest regi esse acceptus, q hosti fuerit lenocinatus. Nec.n. hostem poterit uincere, nisi qui atrociter uoluerit dimicare. Victoria militis, peremptio est hostis: & peremptio hostis, gloria est imperatoris. Deniq̃ in certamine Christiano, aut superstes miles prostrato hoste beatus de prælio redit, aut hostem uictor moriendo deuincit. Fœliciter enim uincit, qui post uictoriã uinci nõ nouit. Fœliciter uincit, qui & diabolũ & mundũ post uictoriã dereliquit. Fœliciter uincit, q proficiscens è mundo diabolũ quem in presenti deuicit, in futuro cũ domino iudicabit. Alios.n. post unũ certamẽ ad alias palmas dominus seruat, alios cõsummato martyrio iam coronat. Alios uictores retinet in exemplũ, alios iam
L perfectos transmittit ad cœlũ. Alios frequenter desiderat uidere certãtes, alios passione iam meritos imponit regnis cœlestibus triũphantes: ut imperatoris Christi ab oĩbus dignatio collaudetur, qui in suis & semel & frequẽter hostem deuicit, & quenlibet qũo pugnare uiderit, munerabit. Tantũ cõtra hostẽ exercitur animus, exerãtur artus, deuotio præparetur, ut procedens miles ad bellũ, uel primo prælio coronetur, uel frequentibus trophæis palmarũ numero honoretur. Sic dimicarunt, quos diligere Christiane consuesti: sic præliati sunt, quos semper amasti. Deniq̃ tres pueri in Chaldæa Barbari regis dum terrores despiciunt, formidines calcant, minas cõtẽnunt, sic eundẽ regem cum suis ignibus deuicerũt. Daniel quoq̃ cultor dei, amator iustitię, ueritatis defensor, dum in asserẽdo deo regis edicta cõtẽnit: sic & leonum rabiem uicit, & de inimicorũ interitu exultauit. Petrus & Ioannes Apostoli ad orandũ deũ hora nona Salomonis tẽplum ascendunt, claudũ curant, uirtutẽ faciunt, quinq̃ milia hominũ prędicãdo acquirunt. Vnius cura multitudinis salus efficitur. Vnus.n. curatur, & multi saluantur. Vnũ membri uitiũ in homine uno corrigitur, sed plurimorũ utilitates operãte domino reparantur. Vnius debilitas curatur, sed multorũ salus acqritur. Vexato sanitas redditur, sed prauitas in obduratis corrigitur. Ascẽdunt Apostoli dominum deprecare, sed preces claudi nõ poterant aspernari. Præueniuntur precibus preces, rogantem claudũ rogaturi antè audiunt q̃ precentur: nec permittit claudus orare illos quos petit, nisi prius acciperet ipse qđ optauit: ut antè ab eis quod uoluit impetraret, q̃ ipsi à domino qđ uolebant expeterẽt. O
M glorioſum Apostolorũ meritũ, q̃ antè in tẽplo operantur, q̃ ipsi dominũ deprecentur: antè uirtus ostẽditur, q̃ oratio ad dominum præmittatur, effectus preces pręueniunt, uirtutes desideria antecedũt: nec expectatur ut uota ad dominum præmittãtur, quia dominus ipse antè efficit q̃ rogetur. Interea claudus aliud petit, & aliud accipit: aliud postulat, & aliud impetrat: aliud cupit accipere, & aliud à domino meruit impetrare. Postulat eleemosynam, & sanitatis accipit curam. Petit aliquid ad uictum accipere, & integritatem corporis meruit recuperare. Quod petis, inquit Petrus, non habeo: sed illud dabo, quod

Dani.3.c

Ibid.c.c

Act.3.a

Gloriosum Apostolorum meritum.

Act.3.a

ex gratia

A ex gratia Christi redundo. Argentum quidem & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine domini Iesu Christi, surge & ambula sanus. Sanctissimus Petrus nihil sibi de facto, nihil de opere, nihil de uirtute adscribit, sed totum illi adsignat, per quem meruit quòd impleuit. Deniq̃ cura, ut dixi, unius claudi negocium geritur, multitudinis unus sanus efficitur, & plurimorum utilitati consulitur. Adeò mirantur cuncti uirtutem, stupẽt factum, honorant deum, quinq̃ milia credunt in Christum, ut & claudi desiderium, & apostolorum meritum, & benignitatis Christi in multorum salutem probaretur exemplum.

DIVI IOANNIS CHRYSOstomi oratio de beato Philogonio, qui fuit ex patrono causarum factus episcopus, & quòd nihil æquè reddit nos deo probatos, atq; si studiosi simus earum rerum quæ publicæ conducunt utilitati, & quòd negligenter adeuntes mysteria grauissimè puniuntur, etiamsi semel tantum in anno scelus hoc commiserint.

[B Dicta est autem quinque diebus ante natalem Christi.

Erasmo Roterodamo interprete. auct.e Iannato

EGO quidem & hodie destinarã aduersus hæreticos luctatur? uestes exuere, quodq̃ restabat debiti uobis persoluere. Verùm beati Philogonij dies, cuius hodie memoriã celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationẽ linguã

A *contra ijs ratiocinatur. Exod.21. & Leui. 20.b* nostrã euocauit. Et oino parendũ est. Etenim si qui patri matriue maledicit, morte moritur: profectò clarũ est eum qui benedixerit illis uitæ præmia recepturũ: & si ijs qui iuxta naturã parentes sunt tantam debemus præstare beneuolentiam, multò magis id præstandũ ijs, qui iuxta spiritũ sunt parentes, potissimum uerò cũ iam uita defunctos nostra laudatio nihilo reddat illos glorioſiores, nos uerò congregatos tum qui loquimur, tum q audimus, reddat me-

C *Sanctorũ laudes nobis prosunt magis quã illis. Pro.10.b* liores. Nam ille quidẽ subuectus in cœlũ haudquaquam egere potest humanis laudibus, ad feliciorẽ magisq̃ duraturam quietẽ profectus. Cæterũ nos q hactenus hìc uersamur multaq̃ opus habem? exhortatione, illius egemus encomijs, quò uidelicet ad ei? imitationẽ excitemur. Quapropter sapiens quidam hortatur, dicens: Memoria iusti cũ laudibus. Nõ perinde quòd laudantur qui decesserũt, sed quòd ii potius qui res istas egregias laudibus uehunt. Quoniã igitur hac ex re tanta nobis utilitas proficiscitur, obteperemus, neq̃ recusemus. Nã & ipsum tẽpus huic narrationi cõgruit. Siquidẽ hodie beatus ille ad tranquillã omnisq̃ turbationis expertem uitam translatus est, eoq̃ nauigium appulit, ubi deinceps non poterit metuere naufragiũ, nec ullam animi deiectionẽ aut dolorẽ. Et qđ mirũ est, si locus ille purus est ab

1. Thessa. 5.c omni molestia animi, cũ Paulus hominibus adhuc in hac uita degentibus loquẽs dicat, Semper gaudete, sine intermissione orate. Quòd si hic ubi morbi, ubi infectationes, ubi præmaturæ mortes, ubi calũniæ, ubi inuidiæ, ubi desperationes, ubi iræ, ubi cupiditates, ubi innumerabiles insidiæ, ubi quotidianæ solicitudines, ubi perpetua sibiq̃ cohærentia mala D sunt, innumeros ex omni parte dolores adferentia, Paulus dixit fieri posse ut semper gaudeamus, siquis paululũ ex rerũ mũdanarũ fluctibus erexerit caput, uitãq̃ suã rectè moderetur cõposuerit q̃: multò magis postq̃ hinc demigrauerimus facilè compotes erimus eius boni, cũ hæc oĩa sublata fuerint, aduersa *Meum ac* ualetudo, morbi, peccãdi materia, ubi non est meũ *tuum, frigida uer* ac tuũ, frigidũ illud uerbũ, & quicquid est malorũ, *ba.* in uitam nostrã inuehẽs, innumeraq̃ gignens bella. Quamobrem maximopere gratulor huius sancti felicitati, quòd q̃q̃ translatus est, atq̃ hanc quæ apud nos est ciuitatẽ reliquit, tamen in alterã transiit ciuitatem nempe dei, ac digressus ab hac ecclesia ad illã peruenit, q̃ est primogenitorum descriptorũ in cœlis, ac relictis hisce festis transiit ad celebritatẽ angelorũ. Etenim quòd & supernè sit ciuitas, ecclesia, ac celebritas, audi Paulũ dicẽtem. Accessistis ad ciuita- *Heb.12.f* tem dei uiuentis, ad Hierosolymã cœlestem, & ecclesiam primogenitorum descriptorum in cœlis, & ad innumerabilem angelorũ frequentiam. Non solùm aũt ob multitudinem uirtutũ cœlestium, uerũ etiã E ob abundantiam bonorũ, ac iuge gaudiũ & lætitiã, *παννύ* panegyrim, hoc est totius multitudinis cœtũ appel- *γις.* lat totã illã uitam. Nec.n. alia res facere solet panegyrim q̃ merciũ uenaliũ copia, cũ triticũ, ordeũ, & omniiugę frugũ species, ouium greges, boum armenta, uestes aliaq̃ id genus plurima importantur, alijs quidem uendentibus, alijs uerò commercantibus. Sed quid, inquis, harũ rerum est in cœlis? Horũ quidẽ nihil, sed sunt his multò magis præclara. Nõ enim illic sunt triticũ, ordeum, ac frugũ uariæ species, sed illic ubiq̃ fructus spiritus, gaudium, beneuolentia, bonitas, pax, ac mansuetudo summa exuberat copia. Nõ ouium greges, nõ boum armenta, sed spiritus iustorum perfectorũ, animarũ uirtutes, uitaeq̃ recta facta per oẽs cœlos uidere licet. Non uestes aut amictus, sed coronas quouis auro pretioſiores, tum brauia, certaminum pręmia, aliaq̃ innumera bona reposita ijs qui rectè fecerint: adhæc ibi est multitudo cõgregatorũ, longè tum copioſior, tum honoratior. Neq̃ enim cõstat ex uiris urbanis indigenisq̃, sed hìc sunt F angelorũ infinita milia, illic sodalitia prophetarũ, alibi martyrum chori, apostolorũ ordines, cunei iustorũ, omniumq̃ qui fortiter rem gesserũt uarij cœtus. Profectò mirãda panegyris est. Iamq̃ id sanè maius est oĩbus, quòd in media frequentia uersatur horũ omniũ rex. Etenim ubi dixisset, ad innumerabilium angelorũ frequentiam, subiecit, & ad iudicẽ uniuersorũ deũ. Quis unquã uidit in panegyrim prodeuntem regẽ? Hic quidẽ nemo uidit, illic aũt qui adsunt *Deus in medio.* perpetuò uident, quatenus illum uidere licet, non solùm præsentem, uerùm etiam suæ gloriæ splendore condecorantem uniuersum cœtum. Et nostræ quidem celebritates sub meridiem plerunq̃ soluuntur, illæ uerò non item. Neq̃ enim mensium in orbẽ recursus, neq̃ annorũ circuitus, neq̃ dierum numerum expectat: sed stat perpetuò, illiusq̃ bona finem non habent, nec senescere nec marcescere possunt, sed sunt tum senij, tum mortis expertia. Nullus illic tumultus, quemadmodũ hìc: nulla turbatio, sed ingens omnium cum ordine decenti compositio, haud secus atq̃ in cithara quapiam, modulatissimũ concentum & quauis musica suauiorem reddentiũ utriusq̃ creaturæ domino, dum anima illic uelut in

A sacris adytis, diuinisq; mysterijs, diuinorum arcanorum celebrationem peragit. Ad hanc beatā requiem transiit beatus Philogonius. Quæ nam igitur oratio par sit uiri laudibus, quē deus tam felici sorte dignatus est? Nō est ulla. Sed agè dic mihi num idcirco silebimus? Et cui⁹ rei gratia cōuenimus? An dicemus nos haud posse magnitudinē gestorū oratione consequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quandoquidē hęc est præcipua laudū illius pars, quòd factis uerba æquiparari nō possint. Nā quorū benefacta naturam ēt superant mortalem, perspicuum est, quòd horū laudes excedunt linguā humanā. Haud tamen ob id aspernabitur officiū nostrum, qd pro uiribus præstamus, sed suū imitabitur dominum. Si quidē & illæ uiduæ duos tantū obolos deiicienti in gazophylacium, nō tantū duorū obolorum merce
Mar.12.d dem reddidit. Cur ita tandem? Quoniā non perpendebat pecuniæ modū, sed animi diuitias. Nā si pecuniæ modū expendas, magna paupertas est: sin uolūtatem explices, ineffabilē uidebis excelsi animi mercedem. Proinde quanuis nostræ facultates exiguæ
B sint minimiq; pretij, attamē q̄ possumus offerimus. Ea licēt nō respondeant magnitudini meritorū aiæ præclari iustiq; Philogonij, tamen hoc ipsum celsitudinis illius maximū fuerit argumentū, quòd nec pusilla repellat, sed idē faciat qđ solent diuites. Siquidē
Simile. illi cū acceperint à tenuibus exigua, quibus nō egēt, sua uicissim apponunt, remunerantes eos, qui quod poterāt, obtulerint: Itidē & hic, cū acceperit à nobis laudem uerbis peractā, qua nequaquam eger, redonabit nobis per ipsa facta benedictionē, qua semper uti possimus. Vnde igitur laudationem illius auspicabimur? An à magistratu, quē spiritus illi tradidit gratia? Nā mundani magistratus, nequaquam possunt Christianorū demonstrare uirtutes, quin potius frequenter habent accusationē malitiæ. Quam ob causam? Quoniā & solicitudines amicorū, & circūcursationes, & adulationes aliāque permulta his fœdiora tales magistratus solēt cōciliare. Cæterū ubi deus suo suffragio designarit aliquē, illaq; manus sanctū cōtigerit caput, incorruptū suffragiū, alienū ab omni suspicione iudiciū, indubitata fuerit delecti com-
C probatio, propter eius q delegit authoritatē. Porrò quòd elegerit illum deus, uel ex ipsa morū integritate perspicuum est, quippe quē ex medio abreptū foro ad thronū hunc euexerit: adeò castam & insignē prius egit uitam, cum uxorem haberet ac filiā, & in forensibus negotijs uersaretur, adeò Solem ipsum splendore uicit, ut protinus ab illo gesto, hoc magistratu dignus uideretur, & à tribunali ad tribunal euectus sit. Ac tum quidem hominibus patrocinabatur aduersus homines qui struebant insidias, ijs q afficiebantur iniuria, superiores reddens ijs qui iniuriam inferebant, Hic autē adest hominibus patrocinans aduersus dæmones inuadētes. Quantū autem sit pietatis argumentū, quòd deus illum tantò magistratu dignū iudicarit, audi Christus excitat⁹ à morte quid dicit Petro: postquā enim illum interrogas-
Ioan.21.c set, Petre amas me? Is q̄ respondisset: Tu domine scis quòd amo te. Nō dixit Christus abiice pecunias, ieiunio exerce, macera te laborib⁹, mortuos excita, dæmones abige, nihil uel horū uel aliorum miraculorum rectę q̄ factorum in mediū adduxit, sed omnibus illis ꝓtermissis dicit illi: Si diligis me, pasce oues meas. Hoc aūt dicebat non solū ut nobis certissimè declararet quantopere ipsum diligeret Petrus: uerū K
etiā ut palām faceret quantam haberet beneuolentiam erga suas oues, exēplū proposuit Petri erga ipsum amoris; tantūnum dices? Qui diligit oues meas me diligit. Vide igitur quā multa pp hunc gregem passus sit Christus homo factus est, serui formam assumpsit, consputus est, alapis cæsus est, postremò ne mortē quidem recusauit, & quidē ignominiosissimā. Quin & ipsum sanguinē suum effudit. Itaq; si quis uoluerit illi commendatus esse, curam habeat ouium illius, publicam quærat utilitatē, fratrū suorū saluti prospiciat. Nullum enim officiū hoc deo charius est. Et ob id alicubi dicit: Simon Simon, expeti-
Luc.22.d uit te satanas ut cribraret te tanquam triticum, sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Quòd igitur huius solicitudinis curæq; præmium mihi rependis? Sed quam tandem poscit repensationem? Eandē cu ram quam nobis impendit, reposcit. Nam & tu, inquit, aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. Sic & Paulus ait: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Quo ille factus est Christi imitator? Omnib⁹ per omnia placens, nō quærēs suā ipsius utilitatem, sed L
multorum ut salui fierēt. Rursus alio loco dicit: Etenim Christus non sibiipsi placuit, sed multis. Neque prorsus alia res est quę perinde declaret doceatq; qs sit fidelis & amans Christi, quā si fratrum curā agat proq; illorum salute gerat solicitudinē. Hæc omnes *Nunc in aulis regnāt quidam.* audiant & monachi, qui montiū occuparunt cacumina, quiq; modis omnibus seipsos mūdo crucifixerunt, quo pro uiribus ecclesiarū præfectos adiuuent, horūq; curas leniant precibus, cōcordia, charitate, scientes quòd ni modis omnibus opitulentur ijs qui tot periculis obiiciūtur per gratiā dei, totq; negotiorū curas sustinēt, quibuscūq; possunt rationibus, auxilientur q̄q̄ procul habitantes & uictus sors ipsis perisset, & tota in scopulū impegisset sapientia. Verū hoc esse maximū amicitię erga Christū argumētū, declaratur & hinc. Videamus autem quo munus hoc episcopi administrant. Quin potius nō est opus hic pluribus uerbis aut uoce nostra, cū uester fauor uestrumq; studiū hoc ultro declaret. Quēad-
Simile. modum. n. aliquis ingressus uineam, uitesq; contemplatus, pampinis comantes, fructu grauidas, maceriis ac septis undique munitas, haudquaquam desiderat orationem cuiusquā qui demonstret uinitoris industriā, & agricolę uirtutē: Itidem & hic, si quis ingressus conspiciat uites spirituales, uestrumq; fructum contempletur, nil opus habuerit ut ex cuiusquam ratione discat qualis sit uester præpositus. Si cut & Paulus scribit alicubi epistola mea uos estis, *2.Cor.3.a* quæ inscripta est, & legitur. Fluuius arguit qualis sit fons, & fructus indicat qualis sit radix. Dicendū igitur erat & tempus & initium quando uineam hanc susceperit. Neq; n. hoc minimum habebit momenti ad absoluendam Encomij partē, sed omnino satis fuerit ad declarandā hominis uirtutē. Res tum erat multæ difficultatis cum nuper esset sedata persecutio, manētibus etiamnum grauissimæ tempestatis illius reliquijs, quúmque negotia plurimam desiderarent correctionem. His insuper illud adiungendū erat, quòd quemadmodum dicebam, hæreticorum factio sub illo nata negotiū exhibuit, illius sapientia *Corā epi scopo hæc dicuntur.* cūcta prospiciente. Verū ad aliam necessariam materiam nobis festinat oratio, eoq; cōmuni patri beatiq; Philogonij sectatori hæc dicenda relinquētes, ut

A qui melius nobis teneat quicqd est antiquitatū, ad
Natalis Christi. aliam cōcionandi ratione transeamus. Appetit enim festum omnium festorum maximē uenerandū, adorandumq;, quòd siquis appellet omnium festorum metropolim, haudquaquā aberret. Quod autē hoc est? Christi iuxta carnē natiuitas. Ab hoc enim illustratio dei festum uidelicet Epiphaniorum, ac sacrū Pascha, Ascensio, & Pentecoste, originē ac fundamē tum ducunt. Nisi enim secūdum carnem natus esset Christus, nequaquā baptizatus esset, nā id est festū Theophaniorum. Nequaquam fuisset crucifixus, nā hoc est festū Paschæ. Nequaquam misisset spiritum sanctum, quod est festū Pētecostes. Itaq; ab hoc ceu fonte quopiā, hi diuersi amnes orti, nata sunt nobis hæc festa. Verū non ob hoc tantū par est hunc diē cæteris anteponi, sed ēt ob id', quòd id quòd in hoc natū est, cæteris omnibus est uenerabilius. Nā quòd Christus homo factus mortuus est, quū nullū omni
no peccatū perpetrasset, quid huic amplius poterat adiungi miraculo? Sed mortale corpus assūpsit. Erat quidem & hoc admirandū. Cæterū quòd deus quū
B esset uoluerit homo fieri, tantumq; sese demittere su stinuerit quantum ne cogitatione quidem cōplecti
1.Ti.3.d. queas, hoc est omniū maximē reuerendum, stuporis que plenum. Quod quidem & Paulus admirās dicebat, sine controuersia magnum pietatis mysteriū.
Heb.2.d Quod magnū? Deus declaratus in carne. Ac rursum alibi: Non n. angelos apprehendit deus, semen Abrahæ apprehendit. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari. Propter hoc potissimum amplector diligóque diem hunc, & amorē eius in medium propono, ut uos huius amatorij pharmaci participes reddam. Eoq; rogo uos omnes obsecroq;, ut summo studio summaq; cū alacritate uelitis adesse, sed prius suam quisq; domum repurget, ut uideamus dominum nostrum in cunis iacentem ac fascijs inuolutum, horrēdum ac stupēdum spectaculū. Quid enim excusabimus, aut quam ueniam obtinebimus, si quū ipse nostra causa descēderit è cœlis, nos ad illum uel ex ædibus ire grauemur: quū alienigenę barbariq; ex Perside accurrant ut illum uideant in præsepi iacentem,
C tu uerò ne breue quidē spatium emetiri sustines, ut hoc fœlici spectaculo perfruaris. Nā si cum fide accesserimus, proculdubio uidebimus illū in præsepi iacē
Eucharistia. tem. Siquidem hæc mensa uicem explet præsepis. Nā & hic ponitur corpus dominicum, non quidem fascijs inuolutum sicuti tunc, sed undiquaq; spiritu sancto cōuestitum. Qui mysterijs initiati sunt, intelligūt quæ dicuntur. Ac Magi quidē nihil aliud quam adorarunt, tibi uerò si cū pura accesseris conscientia, per
Magorū pietas quo imitanda. mittemus ut sumas, & sumpto domū abeas. Accede igitur tu quoq; munera offerēs, nō qualia deferebāt illi, sed multò religiosiora. Obtulerūt illi aurū, offertu temperantiā ac uirtutē. Obtulerunt illi thus, offertu puras preces, quæ sunt odoramenta spiritualia. Obtulerunt illi mirrham, offer tu modestiam, & cor submissum cū eleemosyna. Quòd si hisce cum muneribus accesseris, multa cum fiducia particeps eris huius sacræ mensæ. Nā hæc ideo nunc loquor, quòd sciam certò futurū, quòd in illa die complures accedant irruantq; ad uictimam hanc spiritualem. Id igitur ne faciamus ad detrimentū & cōdemnationem animæ nostræ, sed ad salutē: iam nūc obtestor obsecroq; ut omnibus modis repurgatis animis uestris, ita demum adeatis mysteria. Neq; mihi quisquam di
xerit, uereor, habeo cōscientiam peccatis oppletam, D
farcinam circūfero grauissimam. Suffecit enim horū *Pœnitentia breuis suffecit. modo fer uida.*
quinque dierum tempus, si sobrius fueris, si attētus, si uigilaueris, multitudinem peccatorū reddes cōtractiorē. Nec illud perpende quòd breue tēpus est, sed *Ionæ.3.d*
illud cōsidera quòd benignus est dominus. Quādoquidem & Niniuitæ tridui spatio tantā iram dei à se depulerunt, nec obstitit illis tēpori angustia, sed animi promptitudo, amplectēs domini benignitatem, totum peragere ualuit. Et meretrix illa breui tempo- *Lucæ.7.6*
ris momento, quum ad Christum accessisset, omnia probra diluit. Quin & calumniātibus Iudęis, quòd illam admisisset, tantamq; prębuisset fiduciam, Christus illis quidē silentium imposuit, hanc uero malis oībus liberatam, comprobatoq; illius studio, ita domum remisit. Quid ita tandem? Quoniam feruenti animo, & flagranti corde, ardentiq; accesit side, sanctoq; illos ac sacros attigit pedes, solutis capillis, fon
tibus lachrymarū ex oculis emissis, unguēto profu- *Pœnitentia quo agēda.*
so. Etenim per quæ deceperat hoies, per eadem para uit remedia pœnitentiæ, per q̄ auocarat oculos in tē E
perantiū, per hæc emisit lachrymas: per capillos arte cōpositos multos illexerat ad peccatum, per eosdē pedes absterfit Iesū. Vnguento multos inescarat, per hoc pedes illius lauit. Proinde & tu qbus rebus prouocasti deū, p has rursum facito propitiū: Prouocasti illū pecuniarū rapina, per easdem illum reconcilia, quumq; & rapta restitueris illis quos iniuria affeceras, & alia insuper addideris, dicito iuxta Zacchęum: *Luc.19.a*
Reddo si quid rapui, quadrupulū. Prouocasti linguæ maledicentia, multis cōtumelia affectis, uicissim lingua placato, puras emittēs preces, benedicēs maledicētibus, laudās uituperātes, gratias agēs iniuriā inferentibus. Hæc nō egent multis diebus annisue, sed so
lo animi proposito unico die perficiuntur. Discede à malo, uirtutē amplectere, desiste à prauitate. Polliceor te posthac ista non cōmissurū, & istud sufficiet ad excusationē. Ego testificor ac fideiubeo fore, ut si
Hæc intelligēda sunt præmissa confessione F sacramentali. nostrū quisq; q peccatis obnoxij sumus recedēs à pristinis malis, ex aio uereq; promittat deo se posthac nū quā ad illa rediturū, nihil aliud deus requirat ad satisfactionē ulteriorē. Benignus enim est, & quēadmodum parturiēs cupit eniti fœtū, ita & ille cupit effundere suam misericordiā. Sed obstant peccata nostra
Diruamus igitur maceriā, atq; ex hoc iā tēpore festū auspicemur, hoc se dies quinq; negotijs oībus ualere iussis. Valeat forū, ualeat curia, facessant mundanæ curæ, cū pactis & cōtractibus: animā meā seruare cupio. Quid lucrifecerit homo, si totū mundū lucrifa- *Mat.16.d*
ciens, animę suę iacturā faciat? Egressi sunt à Perside Magi, egredere tu è tēporarijs negotijs, ad Iesum proficiscere, non est longum interuallū si uelimus. Non enim necesse est traicere mare, neq; montiū superare cacumina, sed domi sedēs, si pietatē exhibeas, multamq; cordis compunctionē, potes illū uidere, potes totā diruere maceriem, totum subm ouere obstaculum, abbreuiare uiæ longitudinē. Deus enim, in-
quit, appropinquās ego sum, & non deus procul. Et *Hie.23.e*
dominus propè est oībus inuocantibus ipsum in ueritate. Nunc autem multi Christianorum in tantam *Ps.144.d*
uæcordiam tantumq; uenēre contemptum, ut quū *Ad Eucharistiā non temerè accedē dum.*
innumeris scateant malis, nullam tamen uitæ suę curam habeant: sed in diebus festis negligenter accedentes quòd communionis tempus nō est festum, neq;

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

in Iuuentinum & Maximum martyres, Sermo, doctore quodam interprete.

Erī beatus Babylas cū tribus pueris nos hìc
h congregabat: hodie uerò par sanctorum militum, in acie exercitum Christi ostendit. Herī quadraginta martyrū, hodie biga se ostēdit. Impar eorum est ætas, sed par fides. Varia certamina, sed eadem fortitudo. Illi tēpore superiores, isti recentiores. Et cū tantus thesaurus sit ecclesiæ, nouas & ueteres habentis margaritas: sed una omniū est gratia. Eorū flos neque languescit, neque destuit tempore. Nescit uetustatis rubiginē splendoris istius natura. Temporis accessione, opes quæ ad corpora spectant, facilè intereunt, uestimēta absumūtur, domus destruūtur, & aurum rubigine consumitur: & in summa, oium sensibilium facultatum natura, tempore tandē abolet, & intercidit. At non sic se res habet in spiritualibus thesauris, de martyribus inquam, q semper in eodem manēt uigore, semper in eodē iuuentutis flore sunt, semper suæ gloriæ fulgorem emittunt & radios. quòd scientes non aliter priscos, aliter recētiores colitis sanctos, sed eadē alacritate omnes. Non enim exploratis tēpus, sed exquiritis animi fortitudinem, fidem, zelum seruidū, & eas uirtutes, quas præ se ferunt sancti, ob quorum honorem hodie cōueni mus. Hi. n. tanto amore dei flagrabāt, ut etiam extra persecutionis tempus, martyrij corona redimiti fuerint, absq pugna triumphum retulerint, absq prælio uictoria potiti sint, absque theatri certamine brauium rapuerint. Et quomodo hoc? Ego dicā: sed ferte me rē paulò altius enarrantem. Erat rex quidem, etiam nostro æuo oēs qui se præcesserunt, impietate uincens, de quo & heri à me dictum. Qui, cùm uideret res nostras martyrum morte clariores fieri, & ea causa non solū uiros, sed & teneros pueros, uirgines q nondum nubiles: & in summa, ex omni sexu & ætate quosdam pro religione ad mortē prosilire, cruciabatur, & dolebat. Cæterū, mouere bellum manifestē nolebat. Oēs enim, dicebat, ad martyriū, quasi ad aluearium apes uolabūt. Hæc aūt nō à semetipso habebat, sed à progenitoribus suis didicerat. Et enim & illi, utpote tyranni, ecclesiam infestarūt, & populi quoq in nos insurrexerunt, quum adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamē nō expugnarūt, neq confregerūt, sed ipsi potius cōfracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebaturq in sublime, & omnem undiq orbem inuadebat. Cùm occiderentur, adurerētur, suspenderētur, precipitarētur, bestijs obijcerentur fideles: carbones sicut lutū calcabant, mare & fluctus sicut pratū intuebātur, ad gladiū sicut ad diadema & coronam currebant, omniaq tormētorum genera ita contemnebant, ut ea non solū generosē & fortiter ferrēt, sed & alacriter & uolupē. Enim uero sicut plantę rigatę magis crescūt, ita & fides nostra oppugnata magis floret: & seditione agitata, incremēta maiora sumit. Neq horti aqs irrigati ita germinant, & fœcundi sunt, ut ecclesiæ, si martyrū irrigentur sanguine. Hæc omnia atq plura cùm rex ille sciret, meticulosior erat, quā ut manifestē cum nostris confligeret. Nō, inquit, triumphos & uictorias, & coronas mutuò parabim⁹, Sed qd facit? Vide oro malignitatē. Mediços & milites, & oratores oēs, uel à professionibus suis discedere, uel fidem suā abiurare iubet. Excitauit q in hūc modū contra nostros bellum late

G celebritas, sed conscientia pura, uitaq à peccatis repurgata. Quemamodum enim qui sibi nullius mali cōscius est, hūc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neq enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indignè accesserimus, quin hoc ipsum potius auget dānationē, quòd quū semel tantum accedamus, ne tum quidē purè accedimus. Quapropter adhortor uos omnes ne negligēter, ueluti festo die cogente ad diuina mysteria accedatis, sed siquando parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis antè diebus repurgetis uosipsos per pœnitentiam, precationē, & eleemosynam. Denique per hoc, ut uacetis spiritualibus, nec denuò conuertamini canis in morem ad proprium uomitum. An non enim absurdū tantam habere curam rerū corporaliū, ut appetente festo multis antè diebus uestem è scrinijs depromptam diligenter appares, emas calciamenta, mēsa largior splendidiorq paretur, denique uariam undiquaq rerum copiam excogites, omnibusq modis temetipsum ornes, nitidúmque reddas: animæ uerò neglectæ, sordentis,
H squalidæ, fame contabescentis nullum habere respectum, quum sola maneat impura: ac corpus qdem nitidum huc adducere, animam uerò nudam incultámque? Atqui corpus quidem uidet conseruus, neque quicquam est detrimenti, quomodocunq fuerit habitum: illam autem uidet dominus, qui grauissimè punit negligentiā. An nescitis quòd hæc mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodū fontes aquæ uim exundant, ita hæc flammam quandā habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulam deferens, non ligna, non fœnum, ne augeas incendiū exurát que animam ad communionē accedentem: sed accede ferens lapides pretiosos, aurū, argentum, quò puriorem reddas materiam, multoq cum lucro discedas. Siquid mali est, abigas ab animo. Habet quis inimicū, grauiter læsus est, soluat simultatem, coerceat animum exardescentem, intumescentemq, nequis sit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per communionem: quū autem rex ingreditur animam, oportet magnam esse tranquillitatē, multumq silētium, profundam cogitationum quietem. Sed atrociter læsus es, nec potes iram remittere.
I Quid igitur? An igitur teipsum magis etiā & grauius lædes? Neq enim tātis malis te afficiet inimicus, quæ cunque fecerit, quibus teipsum afficis, si non illi recōcilieris, sed dei leges conculcaris. Ille te contumelia affecit, dic mihi, num tu ideo deum afficies cōtumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui molestiam attulit, non tam est illum ulcisci, quā deum afficere contumelia legis huius authorem, præcipiētis ut inimicis reconciliemur priusquā accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad conseruum, neque ad magnitudinem iniuriarum, quas intulit ille, sed ad deum, illiusq timore in animum demisso, illud expende, qd quo maiorem uim admoueris animo tuo, post innumera mala cogens illum redire in gratiā cum eo qui molestiam intulit, tantò maius præmiū feres à deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodū hic deum excipis multo cum honore, sic & ipse te illic multa cum gloria excipiet, reddetq tibi millecupulā istius obediētię mercedem: quam nobis omnibus assequi cōtingat, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiū in secula seculorum, Amen.

Deū odio proximi afficere contumelia quid sit.
Mat. 5. d.

A lum tela eminus mittens, ut si à fide desisterent, ridiculè uincerentur, utpote qui fidē operibus non præferrent: sin generosè perseuerarent, & uincerent, neq sic egregia foret uictoria, neq insignis triumphus. Nihil enim magnum, artem uel professionem pro pietate contemnere. Neq is fœuitię eius finis erat. Nam ad hæc, siquis superioribus annis, cùm adhuc pij reges rerū potirentur, uel altaria demolitus fuisset, uel tēpla suffodisset, uel oblationes diripuisset, uel aliud tale quiddā egisset: rapiebatur ad tribunal, & occidebatur, etiā insons, & dūtaxat delatus. Fingebat quoque & alias uarias causas, ita ut piè uiuentiū nemo nō lugeret. Agebat autē hæc, ut obscuraretur, contē ptaque esset martyrij corona, & nihilominus cædes & strages fierent. Nihil tamen arte hac proficiebat. Nā qui ita affligebantur, non ad illius calculū & malignitatē spectabant, sed ad incorruptum iudicem, à quo & cœlestem coronam accepturos sese confidebāt. Interea cū hæc ita sese haberent, & bellum quidem rex parturiret aduersus nostros, cessaret autem, ueritus ne uinceretur: accidit ut milites quoddā con
B uiuiū haberent, in quo & martyres, quos hodie colimus, erant. Cęterū, ut conuiuiorum mos est, cùm uarij sermones hinc inde dicerentur, aliiq alia tracta rent, martyres nostri mala sui seculi inter se deplorabant, longè feliciora fuisse superiora asserentes, dicebantq & inter se, & ad sodales: Quem iuuaret ultrà uiuere, uel spirare, uel Solē intueri, sacris legibus ita conculcatis, pietate ita uiolata, creaturarum omnium domino ita contēpto? Oia nidore plena sunt & fumo, omnia sacrificiis immundis referta. Proh, neque purum aerem spirare possumus. Dicta hęc ne perfunctoriè transeas, sed considera quādo ea locuti sunt, & quanta pietate. Nā si in militari symposio, ubi regnant ebrietas & intemperantia, ubi certatur de prodigalitate, ubi agon est stuporis & insipiētiæ, sic ingemiscebant & lugebant: quales erāt domi, cū soli inter se agerent? Quales erant in precibus & ieiuniis, qui delitiarum tempore, tam humiliati & tam apostolica præ se ferebant pectora? Gaudebant alii, hi uerò lugebant: impiè agebāt alii, hi uerò zelo urebantur. Sanè ipsi ob fratrum ualetudinem suā sanita tē non sentiebant. Sic dolebant & lachrymabantur
C in malis q̄ tunc fiebant, quasi uniuerso mundo tuto res dati essent. Neq clandestinū fuit talia eos dixisse. Nā ex sodalibus & cōuiuis, adulator & irrisor quidā, obsequium regi facturus, omnia ut dicta erant, detulit. Rex accepta occasione iam diu quæsita, causatus est ex uerbis illis affectatam tyrannidem, ut ita martyriis corona priuaret, & iussit confiscatis facultatibus eorū omnibus nudos eos in carcerē coniici. Illi autem gaudebant & exultabant, dicentes: Quid nobis diuitiis, preciosaq uestę opus? Si & indusium intimum, nempe caro, propter Christum exuendū est, nō obluctabimur, sed spontè cōcedemus. Et ocyus dicto scripti sunt libelli indices, confiscataq omnia. Porrò ut homines in patriam migraturi, substātiam omnem in pecuniam commutatam prēmittunt: ita & illis accidit. Quoniam enim in cœlos transituri, inimicis ipsis negotium agentibus, & in hoc ministrāti bus, opes suas ante se miserunt. Non enim ille tantū opes, quas eleemosynę nomine dispendimus, transferuntur in cœlū, sed etiam quascunq nobis hostes fidei piorūmque persecutores rapiunt, alibi thesauri erunt. Est enim hoc non minus quàm illud. De hoc audi quid Paulus dicat: Et rapinam, inquit, facultatū D
uestrarum cū gaudio tulistis, sciētes uos habere me- *Hebr. 10. g*
liorem substantiam, & manentem in cœlis. Vt autē ingressi sunt in carcerem, confluxit ad eos omnis ciuitas, tametsi multis terroribus, minis, & periculis interdictū erat, nequis uel eos accederet, uel eis loqueretur, uel quouis modo communicaret. Atqui timor dei efficiebat, ut nō curarētur ea principis mādata. Vnde multi ob consuetudinem, quam cū martyribus habebant, facti sunt & ipsi martyres. Multi enim contempta præsenti uita frequenter eos uisitādo, sacras apud eos uigilias continuis psalmis perficiebāt. Erant familiaritates illę spiritualis eruditionis atque consolationis plenæ. Et clausa quidē tunc est ecclesia, carcer autem ecclesia factus est. Neque hi solùm qui eos uisebant, sed & qui intus cū eis tenebantur, meram sapientiam & uirtutē à patientia & fide eorum discebant. Rex, ut hæc audiuit, ualde stomachatus est, cupiens tamen eos supplantare, & ab alacritate sua destituere, auaros quosdā homines, & impostores subornauit, qui siquando priuatum collo quiū sese offerret, eos accederent: non ut à rege missi, sed quasi singulari compassione & proprio consi E
lio id agentes, & adhortarentur ut à religione desistant, & ad impietatē transeant. Dicebant. n. Sic non solū imminēs periculum effugietis, sed maiori dignitate honestati, maiorem quoque principatum adepturi estis, regis ira feliciter placata. Nonne uidistis & alios uestri ordinis idipsum fecisse? Quibus illi responderunt: Atqui nos hac potissimum ratione uiriliter stabimus, & pro illorum ruina nosmetipsos in sacrificia offeremus. Benignus & misericors nobis dominus est. Solet etiam uno accepto sacrificio toti orbi consiliari. At sicut olim tres pueri dixerunt: Nō *Dan. 3. d.*
est in tempore hoc princeps & propheta, & dux, neque sacrificiū, neque incensum, neque holocaustū, neque locus primitiarum coràm te, ut possimus inuenire misericordiam, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur: quasi ī holocaustis arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium. Ita & illi uidentes altaria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatos, fideles omnes in exilium actos, studebant ut pro omnibus offerrentur domino, relictisq militaribus signis, angelicis sese choris F
adiungerent. Quocirca & dicebant: Quid? etiāsi nūc non morimur, moriendum tamen omnino est non multò posthac. Satius igitur fuerit mori pro rege angelorum, quàm pro rege tam impio. Hic etsi moriatur quis pro rege, nihil accipiet à rege sua dignū fortitudine. Et quid posset defuncto præstare, si uel maximè uellet? Atqui eis sępenumero ne sepultura quidē contingit, & nō rarò à canibus deuorantur. Quòd si pro rege angelorum mortui fuerimus, certi sumus, nos accepturos corpus multò gloriosius, maiori gloria cōspicui erimus, longè maiora nobis erunt laborū prēmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: non opus iaculis & sagittis, sufficit pro omnibus lingua. Sunt. n. & sanctorum ora pharetræ, è quibus diabolico capiti continui & crebri ictus inferūtur. Nūciata sunt & hæc atq similia regi, qui nec sic destitit, sed illecebrarū escis iterū atq iterum illos tentauit. Ita autem mandauit, quòd si cederent uicti, sub omnium oculos producerentur: sin fortes pseuerarēt, uti per duellionis rei educerētur & occiderentur, neque ulla Christianæ professionis, ob quam tenebantur, mē

G tio fieret. Atqui reuelat profunda & abdita, non permisit, ut machinationes illæ occultæ manerent, & ignotæ insidiæ. Nã quemadmodũ olim mulier Aegyptia Iosephum in lecto apprehẽdens, licèt speraret factum suũ clam fore omnibus hominibus, non fuit tamẽ occulta, uel oculo illi soporis nescio, uel posteritati. Quippe quod absq; arbitro illa Iosepho dixit, id nunc toto ubiq; mundo canitur: Ita & ea quę per subornatos illos cõsiliarios, dolosus rex agebat, sperans occulta fore, nequaquã manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes & insidias dolosas, & triumphantiũ uictorias. Denique cùm multo tempore exacto alacritatem eorum non solùm non frãgeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, æmulatoresq; multos faceret, iussit tãdem media nocte in barathrũ eos abduci. Ducebantur itaque in densas tenebras luminaria, & decollabantur. Cæterũ capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erant, quàm cùm adhuc uocem darẽt: Sicut & caput Ioannis non tantùm terrebat, cùm loqueretur, quantum cùm in disco mutum afferretur. Habet enim & sanctorum sanguis suam uocem, quę H non per aures auditur, sed occidentium conscientiã inuadit & perstringit. Post beatam autem illam cædem, quidam etiam cum salutis periculo, athletas illos optimos rapuerũt, etiam ipsi uiui martyres, ut illorum reliquias curarent decenter. Nam quãuis non occidebantur, optabant tamen mori potius, quã ut corpora illa relinquerent inhumata, ita ad uenationem eorũ festinabant. Dicunt qui tunc affuere, & q̃bus corpora illa recẽs occisa uidere datũ fuit, quòd iacẽtibus simul illis in sepulchro, talis quędam ex eorum oculis & uultu gratia resplenduerit, qualem in Stephano Iudæis responsuro fuisse Lucas dicit. Neq; ullus est, qui non pio quodã horrore illis adstiterit, I adeò aspectus ille afficiebat oẽs. Quin & omnes clamabant in laudẽ eorum, id quod a Dauide dictum: 2.Re.1.d In uita sua non sunt separati, & in morte non sunt diuisi. Pariter enim confessi sunt, pariter carcerem inhabitarunt, pariter in barathrum abducti sunt, pariter capite mulctati sunt. Et unus utriusq; corpora tumulus tenet. Et unũ quoque tabernaculum in cœlis eos excipiet, quando in maiorem peruẽturi sunt gloriã, nempe immutandi. Illos non indignum fuerit, & columnas, & scopulos, & turres, & cãdelabra, & tauros simul appellare. Nam ecclesiam sicut columnæ sustinent, sicut turres muniũt: & sicut scopuli omnes undarum assultus repulerunt, multam interim ipsi seruantes tranquillitatem, sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt: & sicut tauri, anima promptitudineq; eadem, suaue Christi iugum traxere. Idcirco sæpe eos inuisamus, tumulos adoremus, magnáque fide reliquias eorũ cõtingamus, ut inde benedictionem aliquã assequamur. Etenim sicut milites, uulnera quæ in prælijs sibi inflicta regi monstrantes, fideliter loquuntur: ita & illi in manibus absecta capita gestantes, & in medium afferentes, quæque uoluerint K apud regem cœlorũ imperrare possunt. Proinde magna fidẽ, promptitudineq; huc ueniamus, quò & uisis sanctorũ monumentis, & consideratis eorũ præmijs, inde uarios thesauros undiquaq; colligamus: & per præsentem uitã ita, iuxta uoluntatẽ dei, transeamus, ut in portum æternitatis cũ multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorũ in Christo Iesu domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

Gen.39.b

Mat 14.a

Acto.6.d

Tertij Tomi finis.

Quaterniorum canon.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd.

Omnes sunt quaterniones præter
D.d ternionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca